
400840
MADE IN SPAIN

# OPERA
# M. ANTONII COCCII
## SABELLICI IN DUOS DIGESTA TOMOS.

RAPSODIAE HISTORICAE ENNEADUM XI.
Quinq; priores uno continentur, Altero
ſex reliquæ, cum
[redacted]
His ueluti una perpetuaq; oratione res memorabiles ab ORBE CONDITO in præſens uſq; tempus geſtæ, ea perſpicuitate narrantur, ut innumeri loci, obſcuri apud reliquos hiſtoricos, hic clariſs. explicentur.
Acceſſerunt libri decem Exemplorum, argumentis & thematis inſtar locorum communium ordine diſtincti, unde de quauis re dicturo non mediocre ſit adiumentum.
Singulis ſuus adiectus Index, & autorum quibus tota hiſtoria nititur Catalogi.



M. Antonius Sabellicus Author damnatus cum Expurgatione permissus caute, licet iucunde legendus est.

CICERO.
Neſcire quid antea quàm natus ſis acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum.

BASILEAE
EX OFFICINA HERVAGIANA
ANNO M.D.XXXVIII.
Cum gratia & priuilegio Cæſareo ad quinq; annos.

25. a. 2. 21.

# AVTORVM CATALOGVS QVIBVS HAEC PRIOR RAPSODIAE PARS NITITVR

Agatharchides Samius
Agæthillus
Amaſinus Strabo
Anaximander
Andron Epheſius
Antigenes
Antigonus
Antiochus Syracuſanus
Appianus
Apollodorus Athenienſis
Apollodorus Erythræus
Apollonius
Archilochus Parius
Ariſtides
Ariſtippus
Ariſtobolus
Ariſtocrates Spartiatus
Ariſtoteles
Artemidorus
Aurelius Auguſtinus
Beroſus
Bion
Callias
Callidemus
Callimachus
Calphurnius Piſo
Cteſias Gnidius
Cephalon Gergethius
Cæſanenſis
Cœlius
Cœlius Antipater
Chares
Chryſippus
Charon Lampſacenus
Claudius Quadrigarius
Clidenius
Clitarchus
Colophonius
Cratherus
Crates
Criſpus Salluſtius
Dardanus
Dares Phrygius
Damaſtes Sigeus
Demagoras
Demoſtratus
Democles
Dicæarchus
Dinarchus
Dinon
Diodorus Siculus
Dion Pruſienſis
Dionyſius
Dionyſius Chalcidenſis
Dioſcorides
Doſiades
Duris
Duris Samius
Egloſthenes
Elius Tubero
Erachones
Eraſthenes
Epheſius Phanias
Ephorus
Ephorus Diuon
Euripides
Euſebius
Eutropius
Fauorinus
Flauius Alphius
Fabius pictor
Florus
Gabinius
Gneius Gellius
Hecatæus Eretrienſis
Hellanicus
Heraclius Epheſius
Heraclites Ponticus
Hermippus
Herodotus
Herodotus Ponticus
Heſiodus
Hieronymus
Higinius
Hippobotus
Hipponax Epheſius
Hiſtros
Homerus
Hyſingelus
Ioſephus
Iphicrates
Iubas
Iulius Solinus
Lactantius
Laertius
Laginus
Licinius Mutianus
Liuius
L. Alimentius
L. Cnicius
L. Piſo
Lycias
Macer Licinius
Macrobius
Marcus Varro
Maro Virgilius
Mœcenas Flauianus
Megaſthenes
Megarenſis Nereus
Menander
Metrodorus
Mneſiphilus
Mneucrates Xathius
Moſtis
Mutianus
Nearchus
Nepos Cornelius
Næuius
Nicanor
Nicepheſus Mathematicus
Oneſicritus
Orpheus
Palæphatus
Peon Amathuſius
Phanocles
Pherecides Syrus
Philarchus
Philinus
Philippus Chalcidicus
Philiſtius
Philon Thebanus
Philochorus
Plinius
Plutharchus
Pindarus
Piſo
Piſiſtratus
Polybius
Polycritus
Pompilius Numa
Pomponius
Ponticus Heraclides
Porcius Cato
Poſſidonius
Ptolemæus
Sabatarcides hiſtoricus
Saſſius
Satyrus
Sextius Syllus
Simonides poeta
Simulus
Sotion
Strabo
Sudines
Suetonius
Sulpitius Galba
Steſimbrotus
Taruntius mathematicus
Thales Milelius
Thucidides
Terpander
Timæus
T. Liuius
Trogus
Tyrtæus
Valerius Antias
Varro
Xenagoras
Zenodotus Trœzenius
Zenothemis

# AD ILLVSTRISSIMVM POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM [illegible] AVGVSTVM,

dei gratia Sarmatiæ ac Poloniæ regem, magni [illegible],

Russiæ totius, Prussiæ ac Mazouiæ Dominum [illegible],

Caſparis Hedionis diuinarũ literarũ Doctoris,

[illegible]

INTER rempublicam, quæ populi arbitratu adminiſtratur, & eam quę unius uiri alicuius magni, Rex potentiſſime, conſilio gubernatur, id intereſt, quod in hac ſæpe ſatis eſt principem Monarcham excellere prudentia & animi conſtantia: in illa autem niſi magna pars bonorum ſit, quod iam euenire ſolet, difficilis ſpes [illegible]. Sed in utroque maxima primaque ratio adoleſcentię haberi debet. Eſt enim illa uera Socratis ſententia, εὖ μὲν τραφέντων καὶ τρεφομένων τῶν νέων, πάντα ἡμῖν κατ᾽ ὀρθὸν πλεῖ. Fœlix igitur [illegible], apud quos puerorum educatio recta inſtituta, aptam indolem eamque copioſam eſt conſecuta, tum uero præcipue, cum in quibus aliquando res [illegible] Plato [illegible] ſοφοῖς [illegible]. Sed [illegible] eſt, ut uel ciuitates [illegible] multos [illegible] prin cepe, qua ſe fortunata R[illegible] magis [illegible] Rex potentiſſime gratulandum eſt, quoniam uerum eſt, quod ad [illegible] uir Ludouicus Decius [illegible] ſex ſcripſit, [illegible] ingreſſus, & quod publici [illegible] hominum ſermones [illegible] fortitudinis [illegible] ſigna. Quorum teſtimonium [illegible] non enim tibi [illegible] ut etiam [illegible] collapſas Chriſtianorum res [illegible] publica [illegible] ſed au[illegible] quæ po ſtea geſta ſunt [illegible] Sabellic[illegible] cætera præterea magna certe & præclara [illegible] memorabilium hiſtoriam [illegible] ſunt, qui unius populi res geſtas conſcripſerunt, maior certe illis honos debetur, qui [illegible] ab initio mundi agitata factaque ſunt, congeſſerunt, [illegible] Sabellicus [illegible]. Quod uero hoc opus tibi potius [illegible] etiam illa me commouerunt [illegible] ſint edita, tamen quæ [illegible] per manus traditum eſt. [illegible] Sabellicus [illegible] magnam rerum Sarmaticarum [illegible] nobis aperit, & [illegible] de [illegible] ac Iodoco Ludouico Decio de rebus Polonicis, de [illegible] Pol[illegible], de Iagellonis familia, de Sigiſmundi regis [illegible] temporibus fuſius [illegible]. Et quoniam tu [illegible] ta conciliaſti, ſpemque nobis atque tuis ampliſſimam præbuiſti, uolui hoc [illegible] quid a tua indole expectemus, nempe Regni confirmationem & amplificationem [illegible] quę ſalutaris reipublicę Chriſtianę atque Religioni, deinde literarum patrocinium, ſine quibus neque mores erudiri neque temporum memoria retineri, neque res bonę conſeruari perpetuo poſſunt. De me uero nõ eſt quod aliquid dicam, qui in laborioſa lectione antiquitatis & hiſtoriarum confectionis prope idem elaborare uideor, quod ii, qui collapſam Rempub. perditis non ſolum optimis ciuibus, uerum etiam extincta morum, legum conſuetudinisque memoria,

conantur erigere. Nam quemadmodum uanus labor ſumeretur in Athenienſium, eodem in
loco ubi fuit, ciuitate coëdificanda, iiſdemq; inſtitutis, quibus quondam utebatur informan
da: ita etiam uereor fruſtratum iri ſtudium meum, quod in recenſenda hiſtoriarum quarundam
memoria ſuſcipio. Omnia enim aut deformata ſunt barbara tractatione, aut iniquitate tempo
rum & hominum negligentia, ita ſunt propemodum obliterata, ut aut eorũ ueſtigia non ex
tent, aut ſi extent, tamẽ ad ipſa loca quę ueſtigas nõ perducat. Sed me retinet in hac occupatio
ne tum [illegible] delectatio, quam adfert hiſtoriarum cognitio: tum exemplorum neceſſitas, quo
rum ignoratio noſtris moribus maximas tempeſtates concitauit. Et eſſent in hac diligentia ſum
mæ quædam uoluptates & commoditates maximę, niſi neglecta Hebræorum, Grecorum, Ro
manorumq; diſciplina, literarum imperitia, atq; omnis humanitatis deſtitutio occupaſſet uni
uerſa. Quid enim iucundius eſſe poteſt, quàm uidere maiorum noſtrorum uitam in locum di
geſtos mores, conſilia, uirtutes, errores, uitia, fortunas, exiguoq; tempore tantum legendo con
ſequi, ut cum maioribus & cum his qui mille ante annis floruerũt uixiſſe uideare, & quaſi eo
rum diſceptationibus, ſermonibus, periculis, fortunis adfuiſſe. Quid uero utilius, quàm in du
biis arduiſq; rebus habere ſummorum uirorum dicta factaq; quæ ſequaris. Nam quæ bo
na ſunt & ſunt præclaré geſta, non poſſunt non cum laude à ſimilibus ſuſcipi. Sed in maxi
mis rebus ſæpe eſt ſumma horum uel raritas uel deſtitutio, unde pernicioſæ plerumq; naſcun
tur offenſiones. Multa habet communis hominum uita reprehendenda, quæ quoniam hi
ſtoriam non habent, pro ſua quiſq; libidine quod uidetur excuſat. Multa etiam ſunt, quo
rum principia plane conſtat diuina uoce eſſe inſtituta, quæ, quantumuis utilia atq; ne
ceſſaria ſunt, tamen tollerentur à ſeditioſis ingeniis, niſi Eccleſiæ autoritas intercederet.
Eſt etiam illud incommodi, quòd non pauci qui ſuperiore illa & deformata ætate, quę ad no
ſtram uſq; peruenit, conſcripſerunt, aut ob ingenii ſimplicitatem uana, aut adulandi ſtudio
falſa conquiſiuiſſe uideantur, & utrunq; ignoratione linguę latinę, tum fœdè ac barbarę quod
ſenſerunt oratione expreſſerunt, ut uel ualde moleſta, uel uehementer ridicula exiſtat eorum
cognitio. Itaq; bonorum ac ſtudioſorum hominũ eſſet, hac in parte poſteritati conſulere, ut
qua diſciplina liberos noſtros formari uolumus, eandem poſteris relinquamus. Et optimo
rum principum eſt, ut rerum à ſe geſtarum, quaſi teſtem uirtutis atq; fortitudinis relinquant
hiſtoriam, ſiue illæ res in pace ſiue bello ſint adminiſtratæ, quorum alterum prudentiæ,
alterum fortitudinis, utrunq; uero pręclarę uirtutis laudem habet. Hoc mihi etiam C.
Cæſar prouidiſſe uidetur, cuius niſi commentarii à ſe conſcripti extarent, commodius cau
ſam ſuam hi, qui Brutum & Caſſium defendunt, probarent. Sed fidem eo ſibi conciliauit,
quòd ſe uiuo emiſit, & commemorationem rerum geſtarum, maximarum uirtutum de ſe teſti
monia ſuperſtite adhuc inimico tulit. Id uelim omnes principes uiros cogitare, eſſe optimo
rum Regum nihil eorum celare poſteros, quę à ſe geruntur, & maximum eſſe aut ignauię aut
Tyrannidis argumentum, nullam niſi nominis memoriam nepotibus relinquere. Et bona &
mala, & ad uitandum & ad imitandum ſunt proferenda. Verum ut eſt optimi uiri, cuius in di
tione ac poteſtate multi mortales ſunt, hiſtoricos ſuorum temporum atq; morum compara
re, ita etiam ipſe ſcriptor elaborare debet, ut ueritas in narrãdo retineatur. Hocq; ius hiſtorico
debet relinqui, ut ueritas omni in loco defenſionem habeat, ſi ſit ſalutaris futura ciuitatibus.
Sed non ſolum ueritatis ſtudium in eo ineſſe debet, qui antiquitatis memoriam confirmare
uelit, uerum etiam induſtriam in conquirendo ſummam adhibere debet: atq; ſolum quid in
una ciuitate geratur, ſed circumſpicere etiã aliis in locis [illegible] quibus & qua
prudentia atq; conſilio. Quo fit ut ſcriptoris induſtria atq; fides nõ ſit ſatis, niſi ad publicã fa
mam atq; etiam magiſtratus, ipſi reges aliquid adferant: quorum conſilia, ſermones, literę uul
go nõ cognoſcũtur. Opus igitur eſt hiſtorico homini, fide, diligẽtia, cõmunicatione Magiſtra
tus, ſumptu, literis: quorum prima duo de me polliceri poſſum, à tribus uero illis extremis fa
teor me remotum eſſe. Sed tamen in hac ſcribentium paucitate, non patiar ut per me etiam
hæc commoditas impedita uideatur, & ea quæ diligenti lectione, ac diuturna inquiſitione
obſeruaui ex uariis autoribus, ea unum in locum cõſtricta cum hiſtoria Sabellici, emitto, tuo,

Rex poten

[illegible] potentiſſime, nitens cõfidenſq; nomine, qui ſumma regni [illegible] atq; uirtute, iuſti
tia, demẽtia, benignitate, humanitate, liberalitate, domi foriſq; pace ac bello [illegible]
mente ſenex, ætate [illegible] Socrates eſſe uult eum, de quo aliquid magni [illegible]turum eſt, præterre
liquas [illegible] uirtutes, quæ in uiro bono ſunt [illegible], [illegible], καὶ εὐμαθῆ, [illegible], φιλ[illegible]
νον. Omnia [illegible] in te eſſe [illegible]antur & hominum uoces, & Decij noſtri literæ; quibus quo[illegible]iam
ſummam [illegible] adhibere debeo, ſic statu[illegible], corporis formæ, animi quoq; elegantia [illegible]pon
de[illegible] acumin[illegible], memo[illegible] diligentię, quod[illegible]nte [illegible]cimum [illegible]num,
[illegible] regni tui [illegible] adiunxe[illegible]is Italicæ linguę promptã expeditam q; co[illegible]
De[illegible]mo [illegible] abſoluiſſi, [illegible] Bulla [illegible] annum dec[illegible]mum quart[illegible]m, te[illegible]minu[illegible] conſti[illegible]
ut [illegible] id te[illegible]pus facu[illegible]tas compareti [illegible]loquendi italic[illegible] ac ſlauicè [illegible] illis [illegible]ui reg[illegible]m atq; Ele
ctoru[illegible] princip[illegible] [illegible]ſſent. Non e[illegible] φιλοπονία [illegible]ωλὸς, qu[illegible]m à ſa[illegible]ientiæ [illegible]u[illegible]io Socra
tes re[illegible]ct, uerũ φιλομαθὴς, φιλήκοος, ζητητικὸς, quar[illegible] rerum [illegible]ccupa[illegible]tio R[illegible] indolem
per ad[illegible]le[illegible]entiam max[illegible]me decet. H[illegible]c, ut dixi, non eo an[illegible]mo a[illegible]te ſcribo Rex [illegible]tentiſſime,
quo ad[illegible]lando quicquam cõſecter be[illegible]euolentiæ, ſed ut etiam eg[illegible] un[illegible]s ex illis ſi[illegible] qui curren
tem quoq; excitare ſolent, atq; comm[illegible]onere orbis lumina, quę ſi[illegible]t hominum d[illegible] illis expecta
tiones, quę uota, qu[illegible] ſpes, ut a[illegible] quę eos & dignitas & natu[illegible]a trahat, in [illegible]idem etiã
hominum oratione contineantur. Vale Rex potentiſſime.

Anno M.D.XXXVIII. VI. No
nas Martij.

EPISTOLA

# M. ANTONII COCCII SABELLICI DE [illegible] CAVSA ET CONTRA CRIMINA tores suarum Decadum historię Venetæ, quas iam Enneadū titulus Rapsodię, Apologia & defensio, & de Titu lo operis quod est Rapsodia ad De mocritum suum Ratio.

[illegible]

QVID Amici hominis apud amicum ualeat autoritas, quum sæpe aliâs sum Democrite expertus, tum pręcipue his diebus in tua amicitia. Certus e ram nolle nunc edere has nostras Enneades: quibus sum omniū res gentiū complexus, à primordio mundi ad Arcadij & Honorij tempora. His enim imperantibus Roma direpta à Gothis & incensa, labefactari cœpit Ro. Im perium, pressissemq; tamdiu has meas uigilias quoad extrema manus insti tutæ imponeretur historię. Nam eo consilio ad scribendum uenimus, ut ad nostrorum tem porum memoriam præsens rerum explicatio rerum extenderetur, si tamdiu superesset uita. Videbam adhæc fore ut quo lucubratio hæc magis maturuisset, eo tutior futura esset editio. Sed neq; amicorum pleriq;, neq; tu omnium amicissime passus es ita euenire, qui Ioannis Harmonij Marsi, iuuenis doctissimi & utriusq; nostrum familiaris consilio (ut mihi dicis) u sus hortando monendoq;, nisi per partes opus ederetur, futurum ut lector eius magnitudi nem pertæsus, prius fastidire cœpisset, quàm lectio quę proponeretur qualis esset iudicari pos set, facile perpulisti, ut mutato consilio, quicquid erat laboris huius exhaustum tuo hortatu pateremur in apertum exire. Cæterum ne præcipitari uideretur editio quę maturari non po tuit, quantum in uarijs occupationibus per quas ne aspirare quidem datur, efficere potui, dili genter curaui, ut quàm emendatissimè hæ nostræ Enneades impressoriā subirent officinam. in qua nuper recognitione, multum ac suprà quàm dici possit nostrum iuuit laborem Bernar dinus Cadolus Camalduensis monachus, uir diuinarum humarumq; literarum, ut scis, im pense doctus, & ex Brixiana illa probitate, quam Plinius celebrat, multum referens. Fuit illius opera tam nobis utilis quàm iucunda & in ijs præcipuè quæ ad sacram attinent historiam. Sed satis scio frustra utrumq; laborasse, nisi tua fides & industria id demum mihi præstiterit, ut lucubratio hæc maneat nobis inoffensa ab omni opificum iniuria, instando, monendo, singula pensitando dabis operam ut sartum & tectum inde opus, omniq; ex parte emacula tum nobis restituatur. Nam quod ad historię fidem attinet, nullam reformido calumniam, quum omnia quæ scribuntur uetustissima sint, & procul ab hominum memoria remota, atq; ex his potissimum scriptoribus excerpta, qui historię legem non seruasse solum, sed constituis se etiam uideri possunt, quam obtrectationis ansam adepti alienarum rerum oblatratores, no stram, ut audio, fidem in Veneta criminantur historia, tanquam in ea relatione quę in nostra descendit tempora periclitari necesse fuerit, nec fieri potuerit, ut non gratia aut odium sti lum à uero deflexerit. Quę hominum calumnia siquid habeat ponderis, Thucydides, Xeno phon, Polybius, Iosephus, Egesippus, & ex nostris Liuius, Crispus, Cornelius & alij qui per multi sunt pro uanis repudiari possunt, qui non res tantum suorum temporum in literas mi sere, sed quibus etiam gerendis eorum aliqui præfuerunt. Cęterum nullus est (quod ad calum nię uanitatem attinet) in Veneta historia locus, ut publicè testari soleo, quem non sim uel ma gna sponsione paratus in Venetis annalibus ex fide repræsentare, aut in ijs certe qui com mētarios de ea re scriptos reliquere. Quòd si domesticis scriptoribus est fides abroganda, Liui us fabulam scripsit non historiam, qui Romanos non punicos secutus est annales. Enimuero duobus recentissimis bellis, Othomanico & Ferrariensi (quod in Rhetico postea bello & Gal lico feci) quia nulla adhuc de his rebus extabant literarum monumenta, eorum sum fidem se cutus, qui hoc uel illud obiuere negocium, nec unius interim, sed plurium simul commenta rios sequebar, quos de eadem re ad me datos diligenter conferebam, ut non nisi quæ plures

traderent

traderent ac propiora uero uiderētur, pro ueris haberemus, in quibus ſiquid illi memorię lap/
ſu (nam gratis mentiri quid attinuiſſet?) à uero laborarunt, non ſtudiũ mihi defuit ueri inda/
gandi, ſed inueniendi fœlicitas. Quanquam non uideo qua alia ueteres illi hiſtoriarum con/
ditores uti potuerint ratione in ſuorum temporum rebus referendis: nam negotijs omnibus
intereſſe non potuerunt. Sed audi quæſo quàm ſit cæca inuidia, quę nil aliud nouit quàm alie/
na corrumpere. Vrbani obtrectatores (nam ubinam hæc peſtis non plus nimio inualuit) quę
ſunt Venetorum ſecunda, me frigidè, & uelut inuitum ſcribere criminantur, ſiqua aduerſa, re/
rum atrocitatem uerbis augere. Contrà externi plus æquo Venetæ laudi datum cauillantur.
Quæ diuerſa calumniæ ratio planè arguit hiſtoriæ temperamentum, quòd tam hi quàm illi
ex caliganti inuidiæ ſpecula nequeunt intueri. Sed ſi inuidiæ, quid uerum ſit, quid æquum
perſuaderi poſſet, uel hoc uno, nos omni abſoluerent ſuſpitione, quòd peregrinus homo ueni
ad res Venetas ſcribendum, nulli propemodum notus, procul'q; à Venetæ ciuitatis conſpe/
ctu, totam (Verona eſt mihi teſtis) texui hiſtoriam. Fui proinde tunc ego tam procul ab omni
odio & gratia quum illa cõmentabar quàm in ijs me eſſe oportuit, quę nunc aliarum gentiũ e/
duntur: ſunt enim ab omni hominum memoria remota. Sed ualeant inuidi, ac ne non ſem
per ſit illis quod agere poſſint, cæpas mandere iubeo & flere. Tu mi Democrite quando lu/
cubratio hæc procul abeſt ab eiuſmodi calumnia (da operam ſi me amas) ut in hac parte quæ
ad emendationem attinet, nullus relinquatur inuidiæ locus, quod ſi ſedulò ut ſpero feceris,
amabunt te merito qui hanc non oderint lectionem. Vale: & ſi quis de Rapſodiæ uoce nobis — Rapſodiæ.
litem intenderit, ita occurrito, me unam Graij nominis partem ſecutum, peregrinam maluiſſe
uocem uſurpare, quàm ex noſtratibus unam, quæ nulla ſatis honeſta fingi potuit. Qanquam
meminiſſe poterunt illi fuiſſe (quod ad reliquum dictionis attinet) canere apud maiores quod — Canere.
nunc eloqui eſt, ſi Strabo uerus eſt autor. Nec quia modulatus ſit poëtarum ſer
mo, minus quadrat nobis ratio. Eſt enim poëticæ cognata hiſtoria, ac
quodammodo ſolutũ carmen, ut ſcribit Fabius, idq; adeò uerum
eſt, ut Liuius autor grauiſſimus ab heroico hemiſtichio
ſit hiſtoriã exorſus, ſed qui minus crudo erũt ſto
macho, uidebunt hæc & boni conſulent.

por comision de los señores inquisidores expurgue este
libro conforme a el expurgatorio deste año de 1652

Fr. [illegible]
de m[illegible]

# M. ANTONIVS SABELLICVS, AVGVSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI ET SENATVI FELICITATEM.

ERAT urbs Veſtra Auguſtine Dux inclyte, & Patres ampliſſimi, mille & amplius annos nata, florebatq; Venetum nomē multa celebritate & opulentia, lateq; imperitabat, neq; adhuc ſcriptorum defectu, tantæ rei principium, proſperiq; ſucceſſus, externis erant gentibus ſatis noti, multiq; mortales, ut credere par eſt, iniquo ferebant animo, res geſtas eius ciuitatis in obſcuro eſſe, quam ob ſtupendum urbis ſitum, famæq; immortalitatem iam ubiq; partam præter cætera, humanæ gentes in terris mirarentur. Sed quo alij conſilio hanc laudem neglexerint, ſuæq; ipſorum famæ non minus quàm ueſtræ inuiderint, difficile eſt iudicare. Ego non quia plus potui quàm quiuis alius, ſed quòd multo plus uolui, omnium extenorum, quod dicere liceat primus audaci quidem conatu, ſed euentu, ut arbitror, nihil pœnitendo, res ueſtras à primordio urbis perſcripſi ad noſtrorum uſq; temporum memoriam, ſumq; lucubratione illa id aſſecutus, ut qui urbem medijs fluctibus natam, magna auctam indole, legibus ſtabilitam, fama tantum nouerant, literarum teſtimonio cognoſcerent: & qui rem tantam animo concipere nequiuerant, uelut ex inſigni tabulæ figuratione oculis intuerentur. Et multi per hæc princeps & patres optimi, cum Venetæ felicitatis, tum uirtutis ueſtræ, maiorumq; ueſtorum, haud iniucunda relatione lectitant, quæ uos, quæ illi, domi foriſq;, terra ac mari, tam ſapienter quàm feliciter geſſiſtis. Cæterum ne non ſemper apud me aliquid uobis, uelut in nummaria officina, cuderetur, ecce dum res ueſtræ alibi leguntur, domi alterum recens, multoq; maiorum uigiliarum opus eſt uobis natum, ita ab initio deſtinatum, ut ueſtro, non alterius nomine in apertum referretur. Sunt quæ nunc ueſtro nomine inſcribuntur, Enneades ſeptem: ſic enim (nec temere) partiri placuit: tris & ſexaginta libros, quibus à prima mundi origine, ad Romani imperij inclinationem, in quæ tempora, auſpicatiſſimus ueſtræ urbis ortus incidit, omnem ſacrarum prophanarumq; rerum ſum ſeriem complexus, rem quidem operoſam, laboriſq; propemodum inexhauſti, ſed quæ, quum rerum uarietate multum delectare poſſit, tum optimorum multitudine exemplorum ſuprà quàm dici queat legentibus prodeſſe. Verum fuerit ne operæpretium id facere alij æquius iudicabunt: ego ex tam longa lucubratione, ſatis mihi conſecutus uidebor, ſi dum reliqua pars inſtituti operis ad noſtrā uſq; texitur ætatem, per hæc meum uobis probabitur ſtudiū quod qui res Venetas per me antea legerunt, hæc quæ aliarū ſunt gentiū, Veneto nomine legere incipient.

Quinq; priorum Enneadum argumenta.

## ARGVMENTA ENNEADIS. I.

### EX LIBRO PRIMO.

EA QVAE de mundi origine tam pie quàm uere traduntur, cum ijs quæ primis eſt diebus Deus operatus primo libro continentur. Protoplaſtus ex rubenti terra formatus, Adami nomen tulit, Euæ mulier, quę ex huius latere deprompta eſt. Ambo lege aberrantes terreſtri ſunt paradiſo deiecti. Cainus Abelem fratrem occidit. Caini exilium & reprobatæ ſobolis incrementa. Tubal muſicen inuenit, ærariam Tubalcaim. Qui mortalium primi cœleſtium rerum naturam indagarunt. Vetus de mundi conſummatione opinio. Ex qua materia, geminæ columnæ ſint ob id ipſum à primis mortalibus conſtitutæ. Noë prædicatio & oraculū de futuro cataclyſmo. Arca fabricata eſt. Qui cum Noë in arcam ingreſſi ſint, & quæ cum his ſint animalia ſeruata. Gigantes ſunt diluuio extincti. Quæ de gigantibus ethnici ſcriptores tradiderint, ubi Arca poſt diluuium conſederit, & quod nomen loco ab re manſerit. Noë primus uitem coluit. Chami calamitoſum exilium. Qui mortalium primi ſint deos commenti. Vbi terrarum ſidera primum mortales uenerati ſint. Vnde primę coloniæ profectæ, primiq; terrarum incolæ. Cur Græci Iudaicam hiſtoriam non ſcripſerint. Cur Noë & alijs ab initio tam longa uita contigerit. Irriti Nembroti conatus in altiſſima turri ſtatuenda. Vexores & Tanais primi regum procul ſuis finibus bellarunt. Aegyptiorum & Scytharum uetuſtas. Scythiæ ſitus, & qui olim mores gentis rituſq; fuerint. Aſia Scytharum uectigalis facta. Bactriani & Parthi à Scythis oriundi. Prima Nini regis expeditio. Zoaſtres à Nino uictus mortem occubuit. Ninus Niniuem urbem condidit. Semiramidis ortus, & eius alimenta propemodum fabuloſa. Semiramis primo Menoni, mox Nino

a in Bactria

in Bactriana expeditione nupſit. Ninus fato extinctus inſigniter tumulatus eſt. Semiramidis conſilium in filij perſona aſſimulanda; Babylonis conditio, & ſtupendus urbis apparatus. Semiramidis expeditio & uana in operibus oſtentatio. Indiæ ſitus rituſq; & mores gentis. Indica Semiramidis expeditio. Quo genere nauiū Indi uſi ſint. Indi fluminis ortus & cremēta. Naualis Semiramidis uictoria. Semiramis terreſtri prȩlio uicta, & in Aſſyriā reuerſa à filio interfecta eſt.

## EX LIBRO SECVNDO.

II. SOdomitani belli cauſa, & res circa Sodomam geſtæ ſecundo libro referuntur. Iordanis flu. ortus, & eius decurſus, Aſphaltitis lacus natura. Pulchrum Habraami facinus in Aſſyrios. Habraami & Melchiſedechi congreſſus. Numeroſa ſoboles Habraamo cœleſti oraculo promiſſa. Circunciſionis ratio, & cuius ſit gentis id proprium. Sodomæ & circumiectarū urbium excidium. Habraamus eſt è cœlo filium immolare iuſſus. Veriſſima de Iouis ortu & interitu explicatio. Vbi Iuppiter ſepultus, & quot Ioues fuerint. Prima mortalium iniuria à Phœnicibus orta eſt. Quæ celebres forma mulieres, & à quibus raptæ. Iacob Rebechæ matris uſus conſilio à patre hæres conſtitutus eſt. Eiuſdem profectio in Meſopotamiam. Quid Laban ſit cum Iſraële pactus. Lyia pro Rachele Iſraëli ſuppoſita eſt. Duæ Labanis filię Iſraëli matrimonio ceſſerunt. Prima iubilei mentio. Diluuium quòd ſub Ogyge fuit. Occulta Iſraëlis ex Meſopotamia profectio. Dina à Sicimitis rapta eſt ad ſtuprum. Dinæ iniuria magna Sicimitarum clade eſt à fratribus uindicata. Iſraëlis filij Ioſippum fratrem Iſmaëlitis uendiderunt. Memorabile caſtitatis exemplum in Ioſippo. Quæ Pharaoni regi ſunt per quietem obſeruata, & quæ in his explicandis fuerit Ioſippi ſagacitas. Iſraëlis filij frumentandi cauſa in Aegyptum profecti ſunt. Quàm uariè Ioſippus fratres ueſauerit quoad ſit ab illis agnitus. Iſraël cum filijs & nepotibus in Aegyptum migrauit. Quæ fuerit Iſraëlitarum in Aegypto incrementa, ac quædam inibi de Nilo atq; Aethiopum uetuſtate, ritu & moribus. Omnes Aegyptij reges Pharaones dicti. Pharaones edictum ad omnem Iudæorum progeniem extinguendam. Moſes infans indubitata numinis prouidentia ſeruatus eſt. Moſes ætate adulta Aegyptiorum dux factus Aethopicum bellum geſſit. Idem ex Aethiopia reuerſus in exilium abijt. Quæ poſtremo ſigna ſint Moſi diuinitus oblata, dum Bathuelis oues circa Synam paſceret.

## EX LIBRO TERTIO.

III. AEgypti ſitus moreſq; & ritus gentis primo loco habentur, atq; ibi quædam de Nili ortu & incrementis. Vnde Athenæ dictæ. Quæ prodigia ſunt ibi à principio ſub Cecrope facta. Moſes in Aegyptum reuerſus à rege petijt ut populum relaxaret. Miracula quæ in Moſis uirga extiterunt, & quibus ſit cladibus Aegyptus paucis diebus concuſſa. Iudæorum numerus qui Moſis ductu, ex Aegypto eſt egreſſus. Mare Iudæis miraculoſe patuit. Pharao cum numeroſo exercitu medijs obrutus eſt fluctibus. Primus hexametri carminis apparatus. Manifeſta rerum miracula, per quæ populus Arabiæ deſerta peragrauit. Regionis deſcriptio, & Arabum mores, & quædam de Nabathetis memoratu digna. Iudæi Arabum gentem ingenti prælio uicere. Victor populus ad Synam montem proceſſit. Moſes diuinas leges tulit populo, adiecta & ſacrorum ratio, cum tabernaculi dedicatione. Qui dies Azymorum fuerint & Pentecoſtes. Quæ Iubilei anni ratio. Obtrectatio populi & fremitus in Moſen. Quàm miraculoſe ſint Iudæorum deſideria leuata coturnicum allapſu. Cananeæ terræ exploratio. Moſes & Aaron inuidia premi cœpti ſunt. Datas & Abyrus impietatis pœnas luerunt, ſacerdotiumq; eſt Aaroni ſtabilitum.

## EX LIBRO QVARTO.

IIII. LEgati ab Idumæis nihil pacati renunciarunt. Amorrei & Moabitæ à Iudæis prælio uicti ſunt. Balaami uaticinatio. Iudæi in peregrinarum mulierum congreſſu gentili inſtituto aberrarunt. Phineus Samariam in Madianę fœminæ cōplexibus obtruncauit. Dira Iudæos peſtilentia afflixit. Moabitæ iterum uicti ſunt. Moſes Iſraëlitarum genti leges tulit. Danaus ex Aegypto pulſus Peloponneſum tenuit. Dardanus ex Arcadia in Samothraciā migrauit, inde ex Samothracia in Phrygiam. Lacedæmonis conditio, & cum his ea quæ de Peleo & Gorgonibus quàm ueriſſime tradi potuerunt, & quis Buſyris fuerit. Quis Dionyſius qui primus uini monſtrauit uſum. Ericthonius mortalium primus quadrigas iunxit. Triptolemus triticum Atticæ inuexit, cuius inuentrix Ceres fuit. Quid ſit cur uetuſtas Neptuno maris imperium aſſignauerit, Plutoni inferna, cœlum Ioui. Iordanis aquę in muri ſpeciem ſtetere Iudæis illum uadantibus. Manna cadere deſijt. Populus in deſerto natus circunciſus eſt. Iudæi Hiericuntem diruerunt. Acharus lapidibus obrutus eſt ſacrilegij cōuictus. Iudæi Adanim urbem diruerunt. Iidem immenſum Cananeorum exercitum una acie profligarunt, Cananeaq; ſunt terra potiti. Decem Iſraëliticæ tribus totam inter ſe Cananeam terram partitæ ſunt, ac plura inibi de Palæſtinæ finibus, Syriæ, Phœnicumq; & Tyriorum uetuſtate memoratu digna. Vbi Balſamum naſcatur. Ezecus rex bello uictus interfectus eſt. Hieroſolymę captæ diripiuntur. Iſraëlitarum res inteſtina diſcordia uehe-

dia uehementer afflictæ ſunt. Duę Iſraëlitarum tribus, quæ trans Iordanem agrum acceperant, bello à finitimis uictæ, ſeruitij iugũ accepere. Vbi literæ ortæ ſint, & per quos in plures gentes propagatæ. Inſulæ Cretæ ſitus, & qui mortalium eam primi tenuerint, quicq; fuerint Inſulanorum ritus. Quæ Lini fuerint & Amphionis inuenta.

## EX LIBRO QVINTO.

VEtus Iudęorum diſciplina cum re paulatim collapſa eſt. Aiothus Moabitarum rege interfecto ſuos in libertatem reſtituit. Quæ de Orithyia, Zeto & Calai ſunt uerè prodita, Et mox quæ de Phryxo & Helle memorata ſunt, deq; Heroici carminis & oraculorum origine. Delphicum oraculum quo caſu conditum. Sicyonij regni origo. Troianorum regum uetus ſtemma. Ilij conditio & Ganimedis raptus. Bellerophontis in Lyciam expeditio. Tam breuis quàm uera de Cadmo & eius progenie explicatio. Iudæi Delboræ uaticinio & Barachi ductu in libertatem aſſerti ſunt. Iahelis Hebraicæ fœminæ in hoſtium ducem memorabile facinus. Recens Iſraëlitarum uictoria Iabino Aſſori rege in acie perempto. Thebani Herculis ortus, qui in Teleboici belli tempora incidit, & qui Teleboi fuerint. Herculis tyrocinium & cętera eius geſta. Quibus eſt Iaſonis in Colchidem nauigatio inſerta. Qui Colchi fuerint & unde oriundi. Quid aureũ uellus. Qualis Iaſonis reditus, & quibus ille caſibus iactatus uſq; ad uitæ exitum. Quibus Medea erroribus ſit agitata poſt natorum cædem. Amazonum origo & ritus gentis, & quemadmodum fuerint ab Hercule bello ſuperatæ. Amazonum expeditio in Europam. Quæ Hercules in Libya geſſit, cum Aphricanarum rerum ralatione. Quis fuerit Antheus & quæ eius regia. Herculis transfretatio in Hiſpaniam, & quas extra terram rerum à ſe geſtarum metas fixerit, & quæ uerè dictæ ſint columnæ Herculis. V.

## EX LIBRO SEXTO.

HErcules uicit Gerionem in Hiſpania. Et quis Gerion fuit, & cur triceps dictus. Cacus in Latio ab Hercule oppreſſus eſt. Et quædam inibi uerißime de Caco dicta. Ara maxima quæ fuerit, qui Potitij & Pinarij. In ora Campaniæ, aduerſus iniurios locorum accolas Hercules feliciter dimicauit in Phlegreis cãpis, inſertaq; his quædam de Veſuuij montis natura, de Lucrino & Auerno, & uetuſta Cimmeriorũ gente. Hercules Ericem cæſtibus peremit. Siciliæ deſcriptio & qui mortalium primi eam terram coluerint. A quo Hercules acceperit Aſtrorum ſcientiam. Theſei geſta qui Herculis æqualis fuit & æmulus maternoq; propinquus genere. Et in his quædam in fidem aſſerta quæ de Labyrintho, Minotauro, Ariadna & Dædali caſu traduntur. Aegeus ſe ex alta ſpecula præcipitauit. Attica ciuitas à Theſeo inſtituitur. Vbi & quando primus nummus percuſſus eſt. Amazones in Atticam irruperunt. Hippolytus ab equis diſtractus perijt. Theſeus & Pirithous ex iniuria amicitiam iniuerunt. Lapithæ Centauros ulti ſunt. Et ibi qui Centauri fuerint oſtenditur. Theſeus Helenam raptam apud matrem Aphidnis depoſuit. Pirithous ab Adoneo Moloſſorum rege Cerbero cani laniandus obiectus eſt. Theſeus in uincula coniectus Herculis eſt interuentu liberatus. Caſtor & Pollux in ſororis ultionem Atticam populati ſunt. Aphidnis captis recepta Helena Ethram in ſeruitutem abducunt. Theſeus hoſtis iudicatus in Scyro perijt. Cætera Herculis geſta, quibus inſerta ſunt, quæ de Meleagri & Altheæ caſu ſunt memoriæ prodita. Hercules periturus in Oetha monte rogum conſcendit. Gedeon Iudæos ſeruitio preſſos in libertatem uindicauit. Abimalechus unde ſeptuaginta occidit fratres. Iudæi cum Philiſteis feliciter dimicarunt. Heraclidæ Trachina eiecti ab Athenienſibus recepti ſunt. Iidem Euriſtheo in Attica interfecto Argos obtinuerunt. Sanſonis geſta & interitus, ultimo loco referuntur. VI.

## EX LIBRO SEPTIMO.

OEdipus Laio patre interfecto ex Iocaſta matre quam ignotam duxit uxorem liberos extulit. Polinices ab Aetheocle fratre fraudatus, regno Adraſti regis auxilio bellum Thebanis intulit. Nemæi ludi in Archemori memoriam conditi. Adraſtus fugienti ſimilis Argos reuerſus eſt. Thebani bello ab Epigonis repetiti urbem deſeruerunt. Paris ex Peloponneſo rapuit Helenam, atq; inibi multiplex ſermo de ijs quę geſta ſunt ad Troiam. Aeneas ex Ilio profectus Siciliam tenuit, & ex Sicilia Latium. Qui fuerint ueteris Latij fines, & qui hominum ipſam terram ab initio tenuerint. Latinus & Aeneas inter ſe fœdus & affinitatem iunxere. Latinus aduerſus Rutulos dimicans prælio occubuit. Troiani & Aborigines Latini dici cœperunt. Aeneas incerto caſu perijt. Aſcanius Hetruſcos bello ſuperauit, mox & Albam condidit. Antenoris & Henetorum in Italiam acceſſus. Patauijq; conditio, & cum his uarij errores eorum qui ad Troiam militarunt. Iudæi à Philiſteis uicti arcam fœderis amiſerunt, in qua poſtmodum uindicanda manifeſta extitit numinis aſſertio. Iudæi Samuelis ductu Philiſteos ſuperant. Saulus primus rex Iudæorum creatus eſt. VII.

 Exlibro

## EX LIBO OCTAVO.

VIII. QVando apud Sicyonios ſit regnari deſitum. Qui poſt Aſconium Albæ regnum tenuere. Dores Athenienſibus bellum intulerunt. Memorabilis Codri regis interitus. Varius ſermo de Homeri poëtæ ortu deq; natali ſolo. Iudæi ab Ammonitarũ rege uicti omnes altero oculo priuati ſunt. Atrox Sauli edictum. Ammonitæ rege in pugna amiſſo, inſigni clade affecti ſunt à Iudæis. Ionathas Sauli filius Philiſteorum caſtra noctu ingreſſus ingentis uictoriæ ſuis præbuit materiam. Saulus de filio ſumpturus fuit ſupplicium, quod contra edictum ſuum fauum mellis comediſſet, niſi exercitus ſupplicium ab eo deprecatus eſſet. Amalechitę bello petiti ſunt, quorũ regem captũ quia Saulus ſeruaſſet à Samuele propheta increpitus eſt. Dauid rex occulte à Samuele inungitur. Idem adoleſcens adhuc Goliadem immanis ſtaturę uirum ſingulari certamina proſtrauit, quo perempto ingens uictoria ſecuta eſt. Saulus Dauidem ſibi generũ aſciuit, aſcitum capitaliter inſectatur. Dauid exilio ſolum uertit. Abimelechus ſacerdos à rege occiſus eſt, quia Dauidem hoſpitio excepiſſet. Nobeanorum. CCC. pari crudelitate interfecti. Nobea incenſa, ciues ad unum atrociſſime necati. Dauid regi reconciliatus Philiſteos uicit. Saulus Dauidem iterum capitalibus petijt inſidijs. Dauid Abigailem ſibi matrimonio iunxit. Idem quum Saulum obtruncare potuiſſet cæde abſtinuit. Amalechitæ ob Sicelechum ui cum direptum à Dauidica cohortæ occidione occiſi ſunt. Saulus cum tribus filijs ad Gelbonẽ montem interficitur. Dauid rex ſalutatus eſt. Iſboſethus Sauli filius & ipſe à Iuditarum tribu rex creatus eſt, per quæ diuiſum eſt Hebræorũ regnũ. Habner à Ioabo interfectus eſt. Iſboſethi cædes, regnumq; Dauidi ſtabilitum.

## EX LIBRO NONO.

IX. DVbia Hieroſolymorum conditio, cui urbi captæ Dauid arcem impoſuit. Idem Palæſtinos prælio uictos fuga diſiecit. Arca fœderis Hieroſolymam delata eſt. Hebraicarum rerum ſucceſſus. Dauid Ammonitas quia contra ius gentium legatos uiolaſſent bello adortus facile ultus eſt. Aſſyrij & ipſi prælio uicti ſunt, in qua pugna Dauid hoſtium ducem obtruncauit. Berſabea Vriæ coniunx à Dauide adulterata eſt, & mox Vrias ipſius opera interfectus. Poſt uiri cædem Berſabea Dauidi nupſit. Dauidis liberi ex coniugibus & cõcubinis nati. Ammon Tamaræ ſorori ſtuprum intulit, quod flagitium eſt eius cæde uindicatum. Abſalon patrem regno deturbauit. Dauidis pietas in Abſalonem. Dauidici duces Abſalonem interfecere. Dauid in regnum reſtitutus in nouam ſeditionẽ incidit, quę haud multo poſt ſedata eſt. Cenſa ſunt in Iudæorum gente undecies centies centum milia uirorũ qui arma ferre poterant. Salomon uolente patre rex creatus eſt, oraculoq; patri ſucceſſor conſtitutus. Dauidis interitus, & qui cum eo uiri illuſtres uixerint. Qui hominum primi & ubi philoſophari cœperint. Carthaginis cõditio & in ea relatione, quædam de Tyriorum uetuſtate, Sychei cæde, & Eliſæ coniugis effugio. Memorabilis Eliſæ exitus à poëtico diuerſus. Salomon ſapientiæ nomine illuſtratus eſt nouo iudicij genere. Quæ Salomon literatum monumentis tradiderit. Eleazari facinus in Dæmone eijciendo. Salomon templum Hieroſolymis condidit, conditum rite dedicauit. Condidit & regiam domum. Quid Pharaonis nomen ſignificet, & quando Aegyptij reges Pharaones dici deſierint. Salomon indicum commercium inſtituit. Saba Aethiopum regina Hieroſolymam uenit. Balſami ſurculus quando primum Syriæ illatus. Immenſæ Salomonis opes cum eius interitu poſtremo loco referuntur.

## ARGVMENTA ENNEADIS II.

## EX LIBRO PRIMO.

X. ROBOAS. populi fauorẽ ſuperbo à ſe alienauit reſponſo. A duabus tribubus rex Roboas ſalutatus eſt, cæteræ illi imperium abrogarunt. Hieroboas qui à. X. tribubus rex creatus, eſt populum ad Idololatriam traxit. Dextera regis manus contabuit qua prophetam percuſſerat. Iadam propheta à leone laniatus eſt. Roboas plures in Syria urbes condidit. Hieroſolymitanum templum & regia direpta eſt à Seſacho Aegyptiorũ rege. Hieroboas bellum Abiæ intulit. Abiani egregie uincunt acie. Vtrumq; Hebræorum regnum per uarios bellorum caſus aliquandiu eſt iactatum. Helias & Heliſeus prophetica prædicatione per id tempus claruerunt. Modica Iudæorum manus Micheæ prophetica prædicatione freta, ingentes Syrorum copias ad Hieroſolymam ſtrauit. Micheæ & Sedechiæ prophetarum contentio de Achabi regis exitu. Moabitæ Arabes, qui aduerſus Ioſaphatum ad Aphaltitem lacum conſederant, caſtrenſi ſeditione deleti ſunt. Enochis & Heliæ incertus exitus. Ioras rex cum duobus ſocijs regibus, Moabitas bello adortus, quia Moabitarum rex filium in murorũ faſtigio immolaſſet, miſericordia motus, pacem reddidit genti. Quid memorabile circa Heliſeum acciderit. Ioras arcta obſidione

obſidione preſſus, in miſerabilem duarum mulierum litem incidit. Syri ex Heliſæi prædicatio-
ne ſua ſponte turbati cæſiq; ſunt. Azabel oraculo fretus Adagum Damaſci regem necauit. Ara-
bes Palæſtinam populati ſunt. Hieus Ioram & Ochoziam occidit. Hiezabelis & totius Acabi fa-
miliæ crudelis exitus. Baali ſacerdotes Hiei iuſſu in terfecti ſunt. Athalia, occupato Hieroſolymorũ
regno, omnes ex Dauidis familia interfici iuſſit. Ioas, Athalia interfecta, in regnũ reſtitutus eſt. Iaco-
bus Ioę filius à Syrorum rege ſibi pacem redemit. Lycurgus leges Lacedæmonijs ſcripſit. Laconum
præterea ritus & mores & Lycurgi exitum habet hic liber.

## EX LIBRO SECVNDO.

HElisęi prophetæ celebris prædictio de futura Ioæ regis potẽtia. Amaſias rex Moa- XI
bitas, Idumęos et Gabaonitas uicit, mox deſerto patrię pietatis cultu ab Ioa Sa-
mariæ rege uictus, in triumphũ eſt ductus. Regia domo & urbe à Samaritis dire-
pta, ipſe inglorius reliquũ uitę egit. Ionas propheta triduo in cetus utero fuit. Palę-
ſtini & Hammonitæ ab Ozia bello uicti ſunt. Hieroſolymorum mœnia inſtaura-
ta, ipſe lepra infectus è medio excedere coactus eſt. Arbaces Medus, Sardanapa-
lo ad mortem compulſo, ſummam imperij ab Aſſyrijs ad Medos traxit, atq; inibi
quædam de Mediæ ſitu, & ritu gentis, & de Magorum ſcientia, philoſophandiq; ratione. Iudæi pa-
cem ſibi ab Aſſyrijs redimunt. Macedonicum regnum conditur. Numitor Albanorũ rex regno ſpo-
liatus eſt à fratre. Ilia Numitoris filia ueſtalis capta eſt. Olympiadum ratio quando inita, & quis illa-
rum auctor. Lydorum regnum eodem tempore conſtitutum. Qui fuerint eius mores, qui uiuendi ri-
tus. Ioathas Hammonitas tributarios ſibi fecit. Rhea Ilia uno nixu geminos peperit. Romus & Rhe-
mus infantes expoſiti memorabili caſu ſeruati ſunt. Quæ in utroq; fuerint primæ ætatis rudimenta.
Albanũ, Amulio interfecto, Numitori reſtituitur. Romus & Rhemus colonos ab auo acceperũt ad
uſum condendæ urbis. Rhemus orto inter fratres de ſitu urbis certamine ictus occubuit, & cum eo
Fauſtulus & frater. Quo die Roma condita ſit, & in quæ tempora incidit origo urbis. Achamus in
Iudæa à Phaceiæ præfecto magno prælio uictus eſt. Idem Hieroſolymitanum templum claudi iuſſit,
ſacra fieri uetuit. Romulus Romæ Senatum conſtituit, leges aliquot nouæ ciuitati dedit. Aſylum a-
peruit, Romani Sabinas uirgines ui rapuerunt.

## EX LIBRO TERTIO.

IN Palæſtina Ezechias rex templum aperuit, ſacrorum ritum inſtaurauit. Oſias XII.
Samariæ rex ab Aſſyrijs uictus cum. x. Iudeorum tribubus eſt Mediã traductus.
Qui hominũ Cuthei fuerint, & qua perfidia in Iudæos accolas uſi. Meſſenij plu-
res annos à Spartanis obſeſſi ſunt. Parthenię, Phalãti ductu, Tarentũ inſtaurarũt.
Romulus ex Acrone rege prima ſpolia opima retulit. Templũ Feretrio Ioui dedi-
cauit. Antemnates & Cruſtumini uicti ſunt, & in utrorũq; urbes coloni ex urbe
miſſi. Sabini T. Tatij ductu Ro. arcẽ noctu occuparunt. Romuli acies ad palatiũ
uſq; fugata eſt. Curt. in paludẽ præcipitatus. Romani Sabiniq; mulierũ interuentu pacẽ inter ſe iun-
gunt. Vnde comitiũ & Quirites dicti. Tatius rex à Laurentibus occiſus eſt. Fidenę à Romulo captæ
& Cameria direpta. Romulus Veientibus uictis in centum annos inducias dedit. Idem cum ad Ca-
præ paludem exercitum recognoſceret, ui ſubita ex oculis euanuit. Giges Candaule rege interfecto
Lydiæ regnum obtinuit. Vbi loci Gordij nodus fuerit. Eſaiæ prędictio in extremis Iudæorũ rebus.
Mures nocte una numeroſum exercitum ſcutis & arcubus exuere. Spartiatæ bellum Arcadibus in-
ferunt. Arcadiæ ſitus & hominum mores. Lacedæmonij ſtulta oraculi interpretatione à Tegeatibus
uicti ſunt. Vbi Oreſtis oſſa reperta ſint. Memorabilis Spartiatarũ & Argiuorũ pugna de Tyrea cam-
po, & quã uterq; populus legẽ tulerit poſt pugnã. Corinthij Liburnos ex Corcyra eiecerunt, condi-
deruntq; in Sicilia Syracuſas. Quæ ſibyllarum fuerint nomina, & ubi ſingulæ claruerint. Numa rex
Romæ declaratus eſt, ac quædam ibi de Sabinorũ uetuſtate. Religioſum Numę regnum, & quæ ille
in eo adminiſtrando Romæ conſtituerit, quiq; ſint ex eo filij procreati.

## EX LIBRO QVARTO.

QVi hominum ſint regno ubiq; terrarum, uno tempore potiti. Manaſſes ab Aſſy- XIII.
rijs captus eſt. Tullus Hoſtilius Albanis bellum intulit. Tergemini Horatij Curia-
tijq; ex duabus ſororibus nati pro patria ad certamen inſtruuntur. Quæ olim feri-
endi fœderis fuerit ratio. Memorabilis Tergeminorũ pugna. Horat. uictor ſororẽ
obtruncauit, manifeſtæq; cędis reus, ob recens meritũ abſolutus eſt. Quale fuerit
ius trium natorũ, & unde ortũ. Hoſtil. Fidenatibus bellum intulit. Albani medio
ardore pugnæ à Romanis defecerunt. Tullus felici mendacio uictoriã adeptus
Metium Albanũ atroci ſupplicio effecit, Albam diruit. Fidenæ captę ſunt, & Sabini ad malitioſam
ſyluam prælio uicti ab Hoſtilio. Quando & quam ob cauſam Nouendiale ſit ſacrum conſtitutum.
Cum Latinis quinq; annos bellum fuit. Hoſtilius rex fulmine ictus cum tota domo deflagrauit. Pha-
laris Tyranni ſæuitia illuſtrata eſt, pluresq; ſimul urbes conditæ. Ioſias in Iudæa rerũ potitus eſt. An-
cus Martius rex bellorũ cęrimonias inſtituit. Idem Politorium de Latinis cepit. Pons ſublicius Ty-
beri impoſitus eſt. Ancus Fidenas bello captas diruit. Sabinos caſtris exutos multa ſtrage cecidit,
mox & Veientes acie uicit, deq; his triumphum egit. Volſci ad pacem petendam compulſi ſunt. An

cus Hoſtiam condidit. Ioſias interpolare auſus bellū quod Necho Aſſyrijs inferebat, grauiter ſaucius perijt. Necho Ioſiæ filiū in uincula coniecit. Prophetica uox Hieremiā & Ezechielem, per id tempus illuſtrauit. Quomodo Pſamnieticus ſit Aegypti regno potitus. Labyrinthus & alia Pſamnietici opera. Deliquiū Solis ſub Aliatte Lydorū rege factū. Aliattes bellum Mileſijs intulit. Callidum Traſibuli Mileſij cōſilium, ac ſuis ſalutare. Periandri Corinthij conſiliū in ſepulchro occultando. Arion à Delphino ſeruatus eſt. Hammoniū oraculum quando & à quibus conditū. Tarquinius rex aliquot ex Latinis urbes cepit. Latinoſꝗ acie uictos fœda ſtrage cecidit. Idem bellū Sabinis intulit. Tarquinius Sabinos & Hetruſcos caſtris exuit. Hetruſci imperio Romanis ceſſerunt. Regia inſignia ab Hetruſcis ſumpta. Sabini iterum bello uicti Ro. imperio ſubiecti ſunt. Tarquinius Circum maximū inſtruxit. Prodigium quod in Seruio puero extitit. Tarquinius Martiorum iuuenū fraude interfectus eſt, & Seruius Tanaquilidis arte & conſilio Rex Romæ creatus.

## EX LIBRO QVINTO.

XIIII. NAbucdonoſor Aſſyriorū rex Hieroſolymas cepit. Ioachimū cum matre et neceſſarijs & omni militari ætate Babylonẽ traduxit. Iudæi bello repetiti ſunt, quod Hieremias futurum dixerat. Hieroſolyma capta Sedechias crudelem in modum ab Aſſyrio excruciatus eſt. Duorū illuſtriū prophetarū oraculum diuerſum uerbis, euentu uero unū. Quamdiu ſit in Dauidica domo regnatū. Recens Hieroſolymorum deſolatio. Iudęorum quorundam in Aegyptū perfugiū. Pythaci Mitylenei & Phrynonis Athenenſis memorabile certamen. Sappho ſeſe præcipitauit. Solon Atheniſib. bellū perſuadet. Salamis ab Athenienſib. occupatur. Quàm diu Epimenides Cretenſis dormiuerit. Quid Thales mileſius ſit de Munichię ſitu uaticinatus. Draco ſanguine leges ſcripſit. Fons Ro. legū unde ſit. Solonis & Thaletis memorabilis cōgreſſus. Bithonis & Cleobis inſigne pietatis exemplum in matrẽ. Pyſiſtratus Athenis Tyrannidẽ occupauit. Solonis præclarum facinus & qui ſapientes cū eo claruerūt. Quando Nemeæi ludi Pythia & Iſthmia certamina celebrari cœpta ſint. Perinthi Camarinæ & Maſſiliæ conditio. Ananias Miſaël & Azarias miraculo ſunt igne ſeruati. Seruius Tullus Romæ cenſum deſcripſit. Luſtrum condidit. Dianæ templum in Auentino ſtatuit Ro. Latiniſꝗ commune. Dianæ antiſtes fatalem immolauit bouem. Tarquinius regiam occupauit ſedem, Seruium curia deiecit, deiectum occidit. Tullia per iacentis cadauer patris egit currum. Mandane Aſtiagis filia Cambiſi nupſit. Cuius opera ſit infans Cyrus ſeruatus. Crudeliſſimum Aſtiagis facinus. Cyrus in Perſidem ab auo miſſus eſt, atꝗ ibi non pauca de regionis ſitu, & Perſarum moribus. Cyrus Perſas ad bellum conciuit, Mediſꝗ bello uictis in Perſidem tranſtulit imperium.

## EX LIBRO SEXTO.

XV. CYrus Aſſyrijs bellū intulit. Cyndẽ amnẽ in minutiſſimas partes corriuauit. Babylon à Cyro recepta eſt. Quę ſit Aſſyriæ feracitas, quiꝗ Aſſyriorum mores. Crœſi regis Lydorū cura in explorãda oraculorū fide. Lacedæmonij ſocietatẽ cū Crœſo iunxere. Crœſus oraculi uoce deceptus bellū Perſis intulit. Halis flu. memorabilis corriuatio. Cyrus Crœſum Sardis cōpulſum cepit. Regiā urbẽ diripuit, Crœſi filius ex muto eſt uocalis factus. Crœſum pyrę impoſitū uictor Cyrus ſeruauit. Cyrus Maſſagetis bellum intulit, hoſteꝗ dolo captū cecidit. Spargaſipes Thomiris filius ſibi manum intulit. Cyrus inſidijs à Thomire exceptus cū toto exercitu cæditur. Eius caput in humani ſanguinis utrẽ eſt ab hoſte cōiectū. Qui Maſſagetarū fuerit ritus, & qui hominū ſint Maſſagetæ. Daniel propheta à Cyro honoratus eſt. Quàm nouū phaſma ſit Daniel interpretatus. Cōiectus eſt Daniel in Leonū lacū. Parſerūt Leones Danieli, prophanos & impios laniarunt. Signum memorabile in cœlo Danieli oblatum. Iudæi ex Aſſyria in Palæſtinā reuerſi ſunt. Et templi fundamẽta ſub Cyro iacta, & mox ſub Dario templum inſtauratū. Qui uiri ſapientiæ & diuinationis nomine per id tẽpus clauerint. Cur Tarquin. Superbi nomẽ ſit adeptus. Herdonius Aricinus, Tarquinij fraude, à ſuis necatus eſt. fœdus cū latinis renouatū. Duo Sabini exercitus uno ſunt die ſubacti. Pometia capitur, ac capta direpta eſt. Gabini Sexti Tarquinij fraude ſubacti ſunt. Exemplū Tarquinij papauer decutientis ex Corintho tranſlatitiū. Terminus & iuuenta Ioui nō ceſſerunt. Sibylla fatidicos ad Tarquiniū libros detulit. Humanū caput in Tarpeio refoſſum prodigium futuro fecit imperio. Brutus cū Tarquinijs iuuenibus Delphos profectus eſt, oraculūꝗ rite interpretatus, terrā oſculo cōtigit. Tarqui. Ardeatibus bellum intulit. Lucretia ob uiolentū ſtuprum ſibi manum intulit. Tarquinio imperium abrogatū eſt mox urbe excluſo ipſi & filijs exilium indictum.

## EX LIBRO SEPTIMO.

XVI. MEmorabile Amaſis Aegyptiorū regis adagiū in opinione uulgi eludenda. Cābiſes bellū Amaſi intulit. Difficilis per ſiticuloſa Arabiæ loca aquandi ratio. Pſamnietus Amaſis filius prælio uictus paucis diebus regno ſpoliatus eſt. Quę ſint regna uno ferè tẽpore euerſa. Pſamnieti memorabilis conſtantia in ſummo dolore. Cur Aegyptij & Perſæ nō conſueuerint cōburere cadauera. Vbi menſa Solis fuerit, & quæ Canbiſes ad Aethiopum regẽ miſit munera. xl. milia peditū in Ammonios miſſa medijs arenis perierunt. Apis bos qualis fuit. Smerdis alter Cyri filius

Cambiſis

Cābiſis iuſſu occulte interfectus eſt. Memorabile reſponſum iudicū ad Cābiſem de legibus & poteſtate regū. Cambiſes Meroēn ſororē occidit. Magi fratres Perſicū regnū occuparūt. Cābiſes ſuo ferro temere uulneratus perijt. Magi à cōiuratis oppreſſi ſunt, & in pulchro facinore pulchrior uox Gobrię. Quæ pro populari adminiſtratiōe proqꝫ regia dixerint Perſici regni aſſertores. Darius Perſarū rex creatus eſt. Quòd ſuſpectā habuiſſet Amaſis rex Polycratis Tyranni felicitatē, & quàm inhumanè ob eam rem ueterē illi amicitiā remiſerit. Samos à Lacedæmonijs oppugnata eſt. Sami deſcriptio. Quod Pythagoras Samius dogma induxerit, & quo caſu demum perijt. Polycrates ab Oroëtæ Lydiæ præfecto captus in crucem ſublatus eſt. Iudæi Hieroſolymitanum templum reſtituerunt. Demodoces medicus à Dario aureis compedibus donatus eſt. Darius Itaphernem cum tota domo ad ſupplicium rapuit, exemplumqꝫ inibi muliebris pietatis in fratrē. Babylonij à Perſis oppugnandi omnes ferè mulieres uno tempore necarūt. Mula Zopyri peperit. Ipſe mutilata ſibi facie pro transfuga tranſijt ad hoſtes, pauciſqꝫ diebus Babylonem Dario tradidit. Darius uouit Hieroſolymitani templi reſtitutionem. Quæſtio relatu digna de uini, regis, mulieris, & ueritatis potētia. Quot annos habuit templi inſtauratio. L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus Romæ primi ſunt cōſules creati. Tarquinij regis bona à populo direpta. Brutus filios & cōiurationis ſocios ſecuri percuſſit. Tarquinius bellum Romanis intulit. Brutus & Aruns Tarquinius aduerſis ictibus cadunt. Prima funebris oratio quæ Romæ habita eſt. Cur Valerio ſit Publicolæ cognomen datum. Puluillus conſul capitoliū dedicauit, & bellum Romanis à Porſena illatum eſt. Horatius Cocles pontem aduerſus Hetruſcos tutatus eſt. Mutius Scæuola ſcribam pro rege interfecit. Clœlia obſes tranauit Tyberim. Porſena indolem in hoſte miratus Ro. Po. pacem reſtituit.

## EX LIBRO OCTAVO.

DArius Europæis Scythis bellum intulit. Qua arte olim Scythæ rebelles ſeruos XVII.
uicerint. Quæ fuerit Scytharū uetuſtas, & qui primus in ea terra regnauit. Referuntur inibi Cimmeriorum monumenta & æneum uas ex cuſpidibus conflatum. Boſphori & Helleſponti deſcriptio. Darius exercitum in Europam ponte tranſmiſit. Monumenta Darianæ expeditionis. Scytharum conſilium in adminiſtrando bello. Scythæ cedendo Darium fatigarunt. Scythę ranam, murem & auem cum quinqꝫ ſagittis Dario miſerunt, per quæ præſentis eſt periculi admonitus. Darius fugienti ſimilis in Aſiam reuerſus eſt. Laconicæ mulieres uiros è cuſtodia muliebri habitu emiſerunt. Eueltho Salaminiorum in Cypro rex Ferotinæ regno eiectæ exercitumqꝫ petenti aureum fuſum & colum auream cum penſo dono miſit. Ferotina crudeliter uictoriam exercuit in Cyrenenſes fœminas. Tuſci ad Ariciam prælio uicti à Romanis hoſpitaliter excepti ſunt, & Sabini ad Anienem uicti. Appius Claudius cum magna clientum manu, ex Regillo Romam uenit. Romani Sabinos caſtris exutos cum magna cæde ad Fidenas diſſiparunt: urbs ipſa recepta eſt. Nec multo pòſt ad Heretū uicū Sabini nihilo minore cæde ſunt à Poſthumio & Menenio uicti ac caſtris exuti, ubi per noctem Rom. pila ardere uiſa ſunt. Sp. Caſſius conſul fractis Sabinorū opibus ad pacem ſuppliciter petendam compulit. Pometia capta eſt à Verginio Spurij collega. Latium uniuerſum in Romanos, pro Tarquinijs coniurauit. T. Largius primus Romæ dictator creatus eſt. Sp. Caſſius primus magiſter equitum. Romani ad Regillum lacum feliciter dimicarunt. Victoria miraculoſe nunciata eſt. Caſtori & Polluci templum Romæ ædificatum. Tum primum Romæ equitum tranſuectio inſtituta. Pęonum & Getharum Thracumqꝫ quorundam mores. Pęones à Perſis bello ſubacti ſunt. Darij legati in Macedonia interfecti. Othanes iuſſus eſt ius dicere ex eo Tribunali quod pelle fuit patris inſtratum. Pariorum ſapiens iudicium in Mileſiorum diſcordia tollenda. Hiſtiæus ſerui caput inſcripſit, ut conſilium celaret ſuum. Mileſij à Perſis defecerūt. Ariſtagoras Mileſius, terrarum figuratione uſus, Cleomenem regem in ſententiam trahere conatus eſt. Piſiſtratidæ quando ex Athenis eiecti. Athen. bis bello à Cleomene Lacedæ. petiti, bis hoſtium diſcordia ſeruati ſunt. Nuncius cladis in Aeginam acceptę mulierum ſciſcitantium incurſu necatus eſt. Ariſtagoras Mileſius trahit Athenienſes in belli ſocietatem.

## EX LIBRO NONO.

PAeones ex Aſia in priſtinas ſedes perfugio remigrarunt. Iones Sardibus incen- XVIII.
ſis ad Epheſum prælio uicti ſunt. Iones nauali prælio Phœnices uicerunt. Qui in inſula pro Ionibus ſtabant in Salaminijs ſunt campis uicti. Plures Ionum urbes à Perſis afflictæ. Hiſtięus à Perſide reuerſus acciſis ſuorum opibus Byzantium perfugit. Ionum claſſis diſcordia ſoluta eſt, & Miletus à Perſis direpta. Hiſtiæus ab Artapherne in crucem ſublatus. Tres inſulæ ſunt à Perſis euerriculatæ, & ibi quid ſit euerriculatio oſtenditur. Melciades Perſarum metu Cherroneſum Thraciā reliquit. Tarquinius Superbus Cumis fato deceſſit. Prima ciuilis diſcordia ob æs alienum Romæ orta. Volſci, Seruilij conſulis ductu prælio uicti, & mox paulo à Verginio iterum fuſi, Velitras amiſerunt. Sabini per idem tempus ſunt à dictatore uicti, & Vetuſius conſul Equos hoſtes militum ferocia iniquo loco deiecit. Plebs patrum iniuria iritata, in ſacrum montē ſeceſſit, pauciſqꝫ diebus reconciliatis ordinibus primi tribuni plebis creati ſunt. Corioli bello capti Martio uiro impigro Coriolani cognomen dedere. Menenius, cuius opera plebs in urbem reducta eſt, tam pauper

perijt, ut ſumptus funeri defuerit. Qui fuerint Cumarum conditores. Ro. frumentatores Cumis ob Tarquinij bona male habiti ſunt. Gelo Siciliæ tyrannus rem Romanam iuuit gratuita frumentatione. Trib. ple. diem Coriolano dixerunt, abſenſq́; damnatus eſt. Circenſium ludorum apparatus & inſtaurationis ratio. Volſci Coriolani ductu Romanis bellum intulerunt. Coriolanus plura ex Romanis loca occupauit, caſtris inde ad urbem admotis, quum neq; maieſtate patrum neq; ſacerdotum religiõe flecti potuiſſet, ut patrię parceret, Veturię matris precibus obſidionem ſoluit, nec ipſe multo poſt, ut quidã tradiderunt, à Volſcis lapidibus eſt obrutus. Alij in exilio cõſenuiſſe uoluerũt.

## ARGVMENTA ENNEADIS. III.
## EX LIBRO PRIMO.

XIX. GENER Darij Mardonius, cum ingenti exercitu tranſijt in Europam aduerſus Athenienſes. ccc. Perſarũ naues circa Athon montem naufragio periere. Situs & effigies Athi montis. Mardonius Macedoniæ oram ſubegit armis. Demaratus ſpoliatus regno à Lacedæ. ad Darium ſe contulit. Cleomenes Spartiatarũ rex in furorem actus ſe totum laniauit. Glaucus Lacedæ. ob cogitatum crimen cum tota eſt familia extinctus. Græci bello repetiti ſunt ſunt à Perſis. Quando primum ſit Delos mota. Quid hęc nomina Darius, Xerxes, & Artaxerxes ſignificẽt. Eubœę deſcriptio. Erithra à Perſis direpta & incenſa eſt. Sexcenta millia Perſarum ad Marathonem à paucis Græcorum ad naues compulſi ſunt. Cynigeri facinus memorabile. Alcmeonis Athenieñ. petulantia in Crœſi auro amplexando. Melchiadis damnatio & damnationis cauſa. Ingenuum & moderatum filiorum Darij inter ſe certamen. Hernici à C. Aquilio, & Volſci à Sicinio uno tempore uicti ſunt. Vterq; conſul triumphauit. Sp. Caſſius primam legem Agrariam tulit, damnatuſq́; affectati regni ex Tarpeia rupe præcipitatus eſt. Ad ędem Cereris ſtatuæ reponi ſolitæ ſunt, ubi & rerum primitiæ. Oppia Veſtalis damnata eſt. Milites in Fabij Cæſonis inuidiam hoſtem fuſum ſequi noluerũt. Sequenti pugna Fabij populares facti ſunt. Victoria de Tuſcis ſed cruenta parta eſt. Victor conſul ob collegæ mortem triumphare noluit. Fabia gens ſibi Veiens bellum depopoſcit. Fabij poſt egregia belli facinora ad Cremeram inſidijs excepti perierunt. Veientes Ianiculum occuparunt. Tuſci ex Ianiculo Sp. Seruilij audacia depulſi ſunt. Trib. pl. T. Menenio conſuli diem dixere. Damnatus Menenius, paucis dieb. uita deceſſit. Dicta eſt. & Seruilio dies quod iniquo loco dimicaſſet, ſed hunc populus omnibus abſoluit ſuffragijs. Tuſci & Sabini uno die Valerij ductu uicti ſunt. Minutius Trib. pl. domi interfectus eſt. Volero nouæ auctor fuit ſeditionis. Plures matronæ abortu perierunt. Vrbinia Veſtalis inceſti comperta humi uiuens defoſſa eſt.

## EX LIBRO SECVNDO.

XX. PErſarum rex Xerxes Darij filius Aegyptum ad imperiũ retraxit, Artabanus bellum Xerxi aduerſus Græciam diſſuaſit. Xerxes duplici ſomnio impulſus ad bellum ſeſe accinxit. Athos à continenti abſciſſus eſt. Pythius Celeneus Xerxem & omnem eius exercitũ hoſpitio accepit. Xerxes Helleſponto uerbera infligi iuſſit, & per dimidiatum Pythij filium traduxit exercitum. Xerxiani exercitus ordo. Xerxes mille boues Iliacæ Mineruę immolauit, fleuitq́; in Abydenis campis ſtrarum copiarum ingentem numerum intuitus. Duobus pontibus traiectus eſt in Europam exercitus. Quæ prodigia Xerxi oblata ſunt. Numerus copiarum quæ ſunt Xerxem ſecutæ, & qui in his reges, & quę gentes fuerunt. Lyſus & alij pleriq; amnes defecerunt Medis aquantibus. Vbi leones in Europa, & qualis olim Theſſalia fuit. Spartius & Bulis Lacedæmonij ſuo ſanguine Xerxi ſatiſſacere non recuſarunt. Atheñ. oraculo edocti omnem belli apparatum in nauibus ſtatuere. Quibus Gelo gradibus ſit in Sicilia principatũ adeptus, & quàm memorabili pręlio Amilcharem Carthaginenſium ducem uicerit. Noua ſcribendi ratio quam Demaratus commentus eſt. Thermopylarum deſcriptio. Xerxes omnium qui ſub eo militarũt pulcherrimus fuit. Lacedæmonij ſe comere conſueuerunt in aperto uitæ diſcrimine. Leonides Spartanus fortiter in Perſas dimicans mortem occubuit. Xerxes Thermopylis potitus eſt. Scyllias Sicyonius urinator. lxxx. ſub aquis ſtadia natauit. Bis Græci ad Aphetas proſpere dimicarunt. Perſæ Delphicũ templum fruſtra ſunt uiolare adorti. Canis Xantippi ex continente Salaminem uſq; nando eſt dominum ſecutus. Athenę à Perſis occupatæ ſunt. Græci Perſas ad Salaminem nauali prelio uicere. Xerxes fugienti ſimilis Græcia deceſſit. Artabazus magnam copiarum in ora Macedoniæ amiſit partem. Macedonici regni origo & incrementa. Athenæ iterum captæ à Mardonio direptæ & incenſæ ſunt. Ingens Perſarum exercitus ad Plateas in Bœotia cum Mardonio eſt à Græcis occidione occiſus. Eodem die Græci alterum Perſarum exercitum ad Mycalam deleuere. Perſæ duabus cladibus affecti tota Ionia ceſſerunt, & Athenienſes his ſucceſſibus elati Thraciam ſibi & Cherroneſum uendicarunt.

## EX LIBRO TERTIO.

ROmæ per id tempus domeſtica, & foris militari eſt diſcordia laboratum Ap- XXI.
pius Claudius decimum quenq; ex deſertore exercitu ſupplicio affecit. Idem
cauſam ad Trib. ple. dicturus ueſtem non mutauit. T. Numitius cum Equis
temere congreſſus uirtute militum uicit. Volſci & Equi à Seruilio conſule una
acie fuſi ſunt. Quintius collega & ipſe in utramq; gentem proſpere dimicauit.
Plurimi Iudæorum qui in Aſſyria adhuc erant Eſdræ ductu in Palæſtinam re-
migrarunt. Themiſtocles in exilium actus ad Xerxem ſe contulit. Tres urbes
ſunt Themiſtocli datę in panem, uinum & obſonium, ipſe taurinum hauſit ſan
guinem, quo epoto extinctus eſt. Ariſtides Athenienſium optimus eſt in exilium actus. Athenienſi-
um res per idem tempus longè lateq; auctæ ſunt. Cimon Athenienſis nauali terreſtriq; prælio Perſas
ad Eurymedontem fluuium uicit, Perſiciq; imperij fines arctiores reddidit. Lacedæmon motu terræ
concuſſa eſt. Cimon in exilium actus. Tyrtæi poëtæ carmen Lacedæmonios ad præliū impulit. Qui
uiri ingenio clari unà uixerint. Qua ſit ultus arte inimicos Artaxerxes, cōfirmaueritq; ſibi regnum.
Templum fidei in Capitolio dedicatum à T. Poſthumio. Q. Fabius conſul rebelles Equos ad ſatieta-
tem cecidit. Sp. Fuſcus ab Equis obſeſſus Quintij proconſulis interuentu obſidione leuatus eſt. Fœ-
da peſtilentia ciuitatem afflixit. Ciues morbo defuncti Volſcos ceciderunt. P. Volumnio & Seruio
Sulpitio conſulibus inter multa & fœda prodigia quæ facta dicuntur pluit carnibus. Cæſo Quintij
filius Volſcij accuſatione abſens damnatus eſt. Appius Herdonius noctu Capitolium occupauit.
P. Valerius conſul dum hoſtem Capitolio deijcit ictus concidit. Tuſculana arx ab Equis occupata
eſt, qui inde à Romanis dimiſſi ſunt in Algido. Lucius Minutius conſul ab Equis circumſeſſus Cin-
cinnati dictatoris interuentu cum exercitu ſeruatus eſt. Equi à Quintio ſub iugo dimiſſi ſunt, Volſci
uſq; in exilium actus, quòd Cæſoni falſum crimen intendiſſet.

## EX LIBRO QVARTO.

TRibuni conſulari poteſtate ſunt Romę creati, & ciuitas nōnihil ordinum diſcor XXII.
dia iactata eſt. Equi in Tuſculano agro fuſi cæſiq; ſunt. Sp. Poſthumio albo & P.
Sulpitio Camerino conſulibus miſſi ſunt qui in Gręcia Solonis leges ſcriberent.
x. uiri creati qui leges conderent Populo Rom. Artaxerxes Heſteres precibus edi
ctū reuocauit, quo iuſſerat Hebræos toto ſuo regno uno die interfici x. uiri in ſe
quentem annum refecti inter ſe conſpirauerunt de dignitate per uim retinenda.
Iidem partiti inter ſe rempublicā, Appio Claudio & Oppio ad urbis cuſtodiam
relictis, cæteri ad bellum profecti ſunt. L. Siccus homo militari gloria illuſtris, x. uirorum fraude in Sa
binis interfectus eſt. Romę Appius Claudius conatus Verginij filiam in ſeruitutē redigere, ad quā
corrumpendam animum adiecerat, magni in ciuitate motus fuit cauſa. P. Verginius filiam gladio
traiecit. x. uiri ab exercitu deſtituuntur. Romanæ legiones Auentinum occuparunt. Decemuiris in
ordinem redactis noui Trib. pl. creati ſunt, & in his Icilius. Plures leges populares paucis diebus la-
tæ. Appius in iudicium arreptus in carcere necatus eſt, collegæ eius capite & fortunis inſigniter mul
tati ſunt. P. Valerius & M. Horatius in Sabinis & Equis feliciter rempub. adminiſtrarunt. Conſules
inuitis patribus triumpharunt. Volſci & Equi ad Corbionē magno prælio uicti ſunt. Po. Ro. factus
litis arbiter ab Aricinis & Ardeatibus Scaptio autore agrum ſibi addixit. Et lex de connubijs promi
ſcue inter ordines celebrandis lata eſt.

## EX LIBRO QVINTO.

LVcio Sempronio & L. Papyrio conſulibus fœdus eſt cum Ardeatibus reno- XXIII.
uatum. ijdem primi omnium Romæ ſunt cenſores creati. Ardeates domeſtica
diſcordia agitati à Ro. opem implorarunt. Volſci ad Ardeam ſubiugati ſunt.
Sp. Melius affectati regni accerſitus à Seruilio Hala dictatoris iuſſu eſt interfe
ctus. Quid fuerit Romæ æquimeliū. L. Minutius aurata boue donatus eſt. Fi-
denates legatos ab urbe miſſos contra ius gentium interfecerunt. Cornelius
Coſſus Lartem Tolumniū hoſtium ducem interfecit, ſecunduſq; à Romulo
opima retulit ſpolia, & Fidenę à Romanis captæ ſunt. Quando res Græcię do
meſtica diſcordia laborare cœperint Res ab Athenienſibus circa Memphim geſtæ. Athenienſes cū
Corinthijs æquo marte dimicarunt, mox altero prælio fuſos hoſtes diſpalatoſq; paſſim ceciderūt. La
cedæmonij ad Tanagram Athenienſes cruento uicerunt prælio. Megabaſus Aegyptios & Gręcos
acie fudit. Athenienſium claſſis in Aegypto deleta eſt. Pericles maritimam in hoſtes expeditionem
memorabibili felicitatis obiuit exemplo. Quale fuerit ſacrum bellum circa Delphos. Phocen-
ſes Delphis eiecti ſunt. Samij bello cum Mileſijs ob Prienem conflato, Athenienſium in ſe arma tra
xerunt, uectigaleſq; facti ſunt. Mamercus dictator Romę cenſoriæ poteſtatis tempus contraxit, qua-
propter tribu ſubmotus eſt. Poſthumius Tubertus dictator Volſcos & Equos ad Algidū ſuperauit.
Quæ fuerint Manliana & Poſthumiana imperia. Aedes Apollinis à Poſthumio dedicata eſt. Vnde
Peloponneſiacum bellum ſumpſerit initium. Corcyrei Corinthios nauali prælio ſuperarunt. Athen.
ſocietatem iniuerunt cum Corcyrenſibus. Vbi Chimerium ſit. Corcyrenſes & Corinthij ad Sy-
botem mutuis cladibus conflixeruut. Potidea & aliæ Cherroneſi urbes ab Athenienſibus alienatæ

ſunt. Quid Cylonium & Tænariū piaculum fuerit. Thebani à Plateenſibus intra mœnia deprehenſi, cæſi ſunt. Bellici Athenienſium & Lacedæmoniorum conatus. Attica à Lacedæmonijs uaſtata eſt. Aeginitæ ab Athenienſibus ſuis ſedibus eiecti. Athenienſes Pericle autore ijs, qui fortiter pro patria occubuerant, buſtum conſtruxerunt, eorum liberos publicè alendos decreuerunt. Ingens peſtilentia Athenas uaſtauit. Romæ quoq; eodem tempore peſtilens annus grandem uaſtitatem agris & urbi attulit.

## EX LIBRO SEXTO.

XXIIII PEricles altero Peloponneſiaci belli anno uita deceſſit. Lacedæmoniorum legati ad Artaxerxem miſſi circa Helleſpontum intercepti Athenis interfecti ſunt. Potideates diu ab Athenienſibus obſeſſi deditionem fecere. Plateenſes in Bœotia à Lacedæmonijs oppugnati ſunt. Corinthij Acarnaniā hoſtiliter adorti, ad Stratum oppidanorum eruptione percuſſi pro uictis abierunt. Iidem in mari per id tempus in Criſſeo ſinu à Phormione uicti, aliquot naues amiſerūt. Atheñ. eodem loco à Peloponneſibus fuſi ſunt, atq; paucis inde horis ad Naupactum accepta clades hoſtibus repenſa eſt. Sitalces Therei filius Macedoniam ingreſſus multa in ea terra inſigniter edidit. Vnde Achelous fluat, & qui ſit eius curſus. Romani ad Veios tribunorum militum diſcordia uincuntur, & Fidenates una deficiunt. Fidenæ phanatica oppidanorum acie cæſa à Mamerco dictatore capiuntur. Leſbij ab Athenienſibus deficiunt. Athenienſes Leſbum oppugnant. Sæuum Athenienſium decretum in Mityleneos deditos. Mitylenei nauis unius celeritate ſeruati ſunt. Plateenſes dediti à Lacedæmonijs, capitali ſupplicio afficiuntur, Plateæq; dirutæ. Corcyrenſium nobiles domeſtica ſeditione affliguntur. Athenienſes ab Aetolis prælio uicti ſunt. Delus inſula per id tempus ab Athenſibus expiata eſt, & Ambraciotæ ad Olpas cæſi. Vulturnum, quæ Capua inde dicta eſt, Samnites occupant. Aulus Sempronius dubio euentu cum Equis & Volſcis dimicauit. in pugna Tempanij uirtus maxime enituit. Aulus Poſthumius ob pugnam temere commiſſam, damnatus eſt, & Poſthumia ueſtalis ampliata. Athenienſes Pylum occupant. Lacedæmonij ad Pylum uicti in Sphacteria inſula ab Athenienſibus obſidentur. Athenienſes in freto Siculo, nauali prælio Syracuſanos uicere. Mamertini à Naxijs terreſtri pugna ſuperati ceſiq; ſunt. Cleon Athenienſis Lacedæmonios in Sphacteria inſula captos Athenas perduxit.

## EX LIBRO SEPTIMO.

XXV. COrcyrenſes exules dediti Athenienſium iuſſu necati ſunt. Atticæ Claſſis duces Athenis exilio multati ſunt, quòd Sicilia deceſſerint. Athenienſes Megara occupant, ſed mox paulò inde deijciuntur. Omnia Spartiatarum ſeruitia uno die incerto caſu perierunt. Athenienſes Delum occupant, ubi paucis diebus duplici ſunt clade affecti. Braſidas Lacedæmonius Amphipoli occupata, pleraſq; urbes Athenienſium in Thracia ademit. Perdicas Athenienſibus fit belli ſocius. Iunonis templum Argis deflagrauit. Romanæ legiones tribunorum militum diſcordia in Algido à Volſcis ſuperantur. Equi à Seruilio dictatore cæduntur. Religioſa Tiberis inundatio. Athenienſes ex Delo inſulanos eiecere. Athenienſes ad Amphipolim funduntur, qua pugna Braſidas Lacedæmonius perijt. Athenienſes & Lacedæmonij in certum tempus inducias inter ſe pacti ſunt, ſed non multo poſt ad arma eſt recurſum. Lacedæmoniorum moris fuit ad tibiarum cantum prælium capeſſere. Poſthumius à militibus ſuis eſt lapidibus obrutus. Primi è plebe quæſtores creati ſunt Quint. Silius, P. Elius, P. Pupius. Volſci & Equi ad Fucinū lacū à Cornelio Hala dictatore ſuperati ſunt. Terracina à Romanis capta diripitur, quo tempore Romę cœptum eſt tributum ciuibus imperari, & Veij cœpti ſunt à Romanis obſideri. Qui hominum ab initio Siciliam tenuerunt. Athenienſes ab Egeſtanis accerſiti claſſem in Siciliam miſere. Omnes Mercurij una Athenis nocte truncati ſunt. Catinenſes in Sicilia Athenienſibus adiunguntur. Alcibiades reus abſens factus exilij cauſa ſolū uertit, Abſenſq; Athenis deuotus eſt. Syracuſani ab Athenienſibus prælio uicti à pleriſq; Siculorum deſtituuntur. Alcibiades Lacedæmonios ad bellum impulit.

## EX LIBRO OCTAVO.

XXVI. SYracuſę ab Athenienſibus obſidentur. Gilippus Lacedæmonius in Siciliam profectus Syracuſanis ſuppetias tulit. Varij Niciæ conatus circa Syracuſas. Lacedæmonij Alcibiadis conſilio Decceleam in Attica occupant. Gilippus Athenienſium præſidium expugnat ad Plemyrium. Athenienſes parum proſpere in mari cum Syracuſanis dimicant, nec multo poſt ad Epipolas noctu uicti ingentem acceperunt cladem. Lunę defectus Athenienſium animos perculit. Syracuſani duplici prælio res Atticas in mari affligunt. Nicias fugam meditatus, cum omnibus copijs ad Aſinarum flumen uenit in hoſtium poteſtatem. Inſulanorum pleriq; ab Athenienſibus defecere. Alcibiades ab Lacedæmonijs ad bellum mittitur. Mileſij ab Athenienſibus defecere. Lacedæmonij cum Dario ſocietatem iungūt. Varij Lacedæmoniorum & Athenienſiū circa Ioniam conatus. Athenis populari adminiſtratione ſublata ad paucorum potentiam res delata eſt. Byzantium ab Athenienſibus defecit. Alcibiades ab exilio reuocatus au-

tus au-

tus autor fuit ſuis ut paucorum adminiſtratio ex urbe tolleretur. Athenienſes ad Oropum uicti inſi-
gni ſunt clade affecti. Lacedæmonij circa Abydum ab Athenienſibus uincuntur. Nec ita multis in-
de diebus interiectis Alcibiadis interuentu iterũ uicti. xxx. naues amiſerunt. Alcibiades à Tiſſapher
ne captus cuſtodibus deceptis ad ſuos ex Sardibus perfugit. Idem Perſas & Lacedæmonios ad Cy-
zicum ſuperat. Omnis Helleſponti ora cum Byzantio ab Athenienſibus recepta eſt. Memorabile Al
cibiadis facinus in Selymbria occupanda. Chalcedon Athenienſibus dedita eſt. Athenienſes cum
Pharnabazo ſocietatem iungunt. Syracuſani à Traſylo capti, & in lapidicinas cõiecti cuſtodibus de
ceptis ex Athenis Deceleam ad Lacedęmonios perfugerunt.

## EX LIBRO NONO.

VEientes à Romanis obſeſſi ſibi regem creauerunt. Trib. ple. rem domi turba- XXVII.
re conati ſunt. Omnes ciuitatis ordines rempublicam iuuerunt poſt cladem
ad Veios acceptã. M. Seruilius & P. Verginius publicè damnati ſunt. Quan-
do primum Lectiſternium ſit Romæ indictum. Romanus miles ſenem augu-
rem ſublimen traxit in caſtra. Albani lacus aqua emiſſa eſt. Veij Camilli du-
ctu cuniculo capti ſunt. In quę tẽpora inciderit Veiẽtanũ excidiũ. Alcibiades
Byzantio eſt potitus, Athenaſq; triumphanti ſimilis uenit. Claſſis imperium
incredibili ciuium ſtudio Alcibiadi decernitur. Lyſander Lacedæmonius xv.
naues Athenienſibus ademit. Alcibiadi imperium abrogatũ eſt. Ipſe ubi id factum comperit in exili-
um abijt. Conon à Lacedæmonijs nauali pręlio uictus in Mitylenen eſt compulſus. Athenienſes
xxx. dierum ſpatio. cx. triremes ad bellum inſtruxerũt. Lacedæmonij ad Argynuſas uicti ſunt ab A-
thenienſibus. Opulentiſſima Athenienſium claſſis ad Aegos flumen eſt à Lyſandro Lacedæmonio
deleta. Lacedęmonij Athenas obſidione premunt. Athenienſes terra mariq; uicti leges à Lacedæmo
nijs accepere. xxx. tyranni ſunt Athenis impoſiti. Alcibiades in Phrygia interfectus eſt. Argentum
ægre eſt à Lacedæmonijs receptum, atq; inibi quid obolus fuerit oſtenditur & unde dictus, quid
Laconica Scytala, & qua ſit arte Lyſander à Pharnabazo eluſus. Imilcho Carthagınienſis, amiſſo pe-
ſtilentia exercitu, ſibi manum intulit. Dirus ſacrorum ritus apud Carthaginienſes, atq; ibi nõ pauca
de ueteri Carthaginienſiũ ſtatu, & quas Italiæ terras Græci olim tenuerint. Quàm memorabili euen
tu ſit olim ad Sacram fluuium in Calabria dimicatum. Sybaritæ uicti cum urbe excidio dediti ſunt.
In quæ tempora inciderit Dionyſius maior. Tyranni Traſybuli opera eiecti ſunt Athenis. Ageſilaus
Lacedæmonius Perſarum opes in Lydia afflixit. Artaxerxes ex Caduſijs quibus bellum intulit fugi-
enti ſimilis in Perſidẽ reuerſus eſt. Decima Veientanę prædæ Delphos eſt miſſa. Camillus Phaliſco-
rum filijs, quos ſibi præceptor prodiderat, in urbem remiſſus, Phaliſcos ad imperium retraxit. Lipa-
renſes piratæ aurum Romanis legatis Delphos nauigantibus ui latrocinio ademptum, ultro reſti-
tuerunt. Equi ad Veruginem à Poſthumio fuſi ac cæſi ſunt. M. Furius Camillus exilij nomine ſolum
uertit. Marcus Ceditius nocturno oraculo magiſtratibus ſignificare iuſſus eſt, Gallorum aduen-
tum appropinquare.

# ARGVMENTA ENNEADIS. IIII.

## EX LIBRO PRIMO.

SITVS Galliarum qui ſint, & ipſarum gentium mores. Quando pri- XXV
mum Galli in Italiam tranſcenderint, ac quoties ſint Alpes ab ea gente III.
ſuperatæ. Senones Galli quum Cluſinos oppugnarent, quia Romani le
gati contra ius gentium in ſe dimicaſſent, Romam hoſtiliter petierunt.
Romanis ad Alliam flu. fuſis cæſiſq; Galli Romam cepere. Capitolium
duntaxat retentum eſt, & ad extremũ preſidio defenſum. L. Albinius Ve
ſtales cũ ſacris curru extulit. Multi grandes natu pro patria deuoti à Gal
lis interfecti ſunt. Heraclitus Romam ſcripſit captum iri à Gallis; Galli à
Capitolio cum cęde repulſi ſunt, Ardeates Camilli ductu. Gallos in a-
gris ceciderũt. Tuſci paucis diebus cæſi ſunt à Romanis qui Veios per-
fugerant. Fabius per medias hoſtium ſtationes in Quirinalem collem ſacrorum cauſa euaſit. Camil-
lus abſens Dictator dictus eſt. Manlius Gallos ex Capitolio pręcipites egit. Camillus legiones ad ur
bem admouit, quum iam Romani ſe auro redimerent. Vincuntur Galli in media urbe, & mox Ga
bina uia ſunt ad unũ cæſi. Quoto ſuæ conditionis anno Roma fuit à Gallis capta. Qui atri & poſtri-
diani dies habiti. Volſci à Camillo dictatore uicti ſunt, & Equi ad Bolas caſtris exuti. Sutriũ eodem
die captum eſt à Tuſcis, & à Romanis receptum. Roma intra annum inſtaurata Capitolium qua-
drato ſaxo communitũ. Hernici & Latini à Camillo acie fuſi ſunt. Hetruſci iterum ad Sutrium cęſi,
oppidumq; iterum ſocijs reſtitutum. Nepete deditum Camillus oppidanis reſtituit. Manlius Capi
tolinus affectati regni compertus ex Capitolio præcipitatus eſt. Volſci à Camillo uicti caſtris exuti
ſunt. Tuſculani bello tempeſtiue diſſimulato ueniam meruere. Prænestini ad Alliam fluuium ui-
cti Ro. armis ceſſerunt.

## EX LIBRO SECVNDO.

XXIX. QVi uiri ingenio clari eodem tempore fuerint. Gręcię ſtatus à Locrenſibus & Phocenſibus perturbatus iterum in diſcordiam recidit. Lyſander Lacedęmo nius ad Aliarthum in Bœotía interfectus eſt. Pauſanias rex in exilium actus. Ageſilaus ex Aſia reuocatus Theſſalos pręlio uicit. Pyſander Lacedę. ad Gni dũ à Conone uictus fortiter occũbit. Thebani in Bœotia ab Ageſilao acie fu ſi cęſiq; ſunt. Athenę iterũ ex hoſtiũ manubijs ſunt reſtitutæ. Ageſilaus in Pe loponneſo prælia quædã proſperè geſſit. Athenienſes à Lacedæmonijs deſci uerunt Thebanorum impulſu. Traſibulus Athenienſiũ dux ad Eurimedon= tem amnem ab Aſpendijs oppreſſus interijt. Thebana arx à Lacedæmonijs ocupata eſt. Pelopidas Theban. ſuos in libertatẽ uindicauit. Cleombrotus Lacedæmonius ad Leuctras prælio eſt à The= banis uictus. Pelopidas & Epaminundas res Lacedęmoniorum in Peloponneſo afflixerũt. Pelo= pidas Alexandrũ Pheræũ prælio uictũ tyannide exuit. Philippus Magni Alexandri pater adhuc pu= er Thebis à Pelopida inſtitutus eſt. Captus Pelopidas ab Alexãdro Pheræo Epaminundę eſt reſtitu tus. Idẽ haud multo poſt iniquo marte cũ Theſſalis cõgreſſus occubuit. Alexander à Thebes uxoris ſuæ fratribus dormiens oppreſſus perijt. Epaminũdas ad Mantineã in prælio ictus mortẽ occubuit, atq; inibi qui nouiſſimi fuerint memorabiles Græcorũ duces. Et ꝙ diu populi Athenienſes, Lacedæ monij, & Thebani ſint rerũ in Gręcia potiti. Latini & Volſci ſunt ad Satricũ à Rom. uicti, nec multo poſt Latini ad Thuſculũ cæſi. Aemulatio duarũ Fabij ambuſti filiarũ magni in urbe certaminis cau ſa extitit. Stolonis & L. Sextij tri. pl. rogatiões turbulentiſſimæ. Quinquẽnio reſpublica ſine cõſulari poteſtate fuit. C. Licin. primus plebeij ſanguinis magiſter equitũ eſt factus. L. Sexius primus conſul.

## EX LIBRO TERTIO.

XXX. TIro Sulpitio Pœno & C. Licinio conſulibus ſcenici ludi ſunt primum Romæ celebrati, ibiq; abunde demonſtratũ unde Hiſtriones dicti, & quæ fuerint At= tellanarũ exordia. Quæ figẽdi claui ratio, & ubi Nortia culta. Trebonius Tri. pl. diem Manlio imperioſo dixit, quia filium ruri relegatũ haberet. Manlij ado leſcentis memorabile exemplum pietatis in patrẽ. Idem adultus Gallum ſuper Anienem ex prouocatione ſtrauit, Torquatiq; cognomen tulit. Tyburtes cũ Gallis ſocietatem in Romanos iniuere. Galli ante Collinã portam fuſi ſunt. Ii= dem in Latio circa Pedum maiore pręlio uicti, ſunt occidione occiſi. A C. Sul pitio dictatore. cccvij. Tarquinienſes captiui Romæ iugulati ſunt. Prima lex de ambitu quando lata ſit. Caius Martius Priuernates in deditionem accepit. C. Licinius Stolo ſua lege damna= tus eſt. Phanatica Phaliſcorum acies à Ro. pulſa eſt. Rutilius primus è plebe dictator factus atq; idem primus iniuſſu patrum triumphauit. Plato in Siciliam à Dionyſio accerſitus magno eſt ab eo honore acceptus. Dion Syracuſanus in exiliũ eiectus eſt. Plato Architæ & Pythagoreorũ opera eſt à Diony= ſio dimiſſus. Dion Dionyſio abſente Syracuſas in libertatẽ uindicauit. Pulſus Dion à Syracuſanis ac mox in urbem reſtitutus à ſuis interfectus eſt. Dionyſius in regnum reſtitutus aliquot poſt annos à Timoleonte Corinthio pulſus, in Achaiam eſt deportatus. Timoleon Magone Carthaginienſi ex Si cilia pulſo, Syracuſanam arcem diruit. Idem modica bellatorum manu immenſum Carthaginien= ſium exercitum ad Criniſum amnem deleuit, Tyrannoſq; tota Sicilia ſuſtulit. Romani Empuliũ in Tyburti ceperunt. M. Popilius Gallos acie uictos in Latio cecidit. Galli ex albana arce Latiũ infeſta runt. P. Vale. ex prouocatiõe Gallum ſtrauit, qui ab auxiliari coruo, Coruini cognomẽ poſtea tulit. Galli diſſipati fuga in Apuliã abierunt. Bellum Campanorũ cauſa in multos annos eſt cũ Samnitib. ſuſceptũ. Sãnites à Valerio Coruino cõſule ingenti prælio cæſi ſunt. Ro exercitus Decij Tribuni cõ= ſilio audaciaq; in Sãnio ſeruatus eſt. Valerius tam fœda ſtrage Sãnites iterũ cecidit ut xxx. milia ſcu= torum & clxx. ſigna militaria relata ſint. Fœda cõiuratio Cãpani præſidij. Philippus Macedo Amyn thæ filius urbes Græciæ hoſtiliter afflixit. Dianæ Epheſiæ templũ eo die deflagrauit, quo Alexander Macedo natus eſt. Res à Philippo Macedone in thracia & Scythia geſtæ. Idẽ Athen. & Thebanos ad Cheroniã ſtrauit, omnẽq; ſibi Græciã adiunxit. Pauſanias die nuptiarũ, Philippũ regẽ interfecit.

## EX LIBRO QVARTO.

XXXI. CAius Plaucius conſul Volſcis bis prælio uictis omnẽ eorũ regionẽ uſq; ad mare eſt populatus. Et pax Samnitib. ab Aemilio reddita eſt. Omne Latinũ nomẽ à Ro manis defecit. Manlij Torquati filius à patre cõſule ſecuri percuſſus eſt, quia con tra cõſulare imperiũ in hoſtẽ dimicaſſet. Latini ingenti prælio à Romanis ſunt ad Veſuuium uicti, qua acie P. Decius ſe dijs manib. deuouit. Latini & Campani ui cti à Romanis agro multati ſunt. Latinis rebellantibus eorũ opes iterũ ſunt à Ro manis acciſæ. Latinorũ quibuſdã ius ciuitatis datũ ſine ſuffragio. Roſtra in foro ex Antiatiũ nauib. cõſtituta. Vbi Aurunca fuerit. Cales Auſonũ oppidũ eſt à Romanis direptũ. Mar co Claudio Marcello & T. Valerio cõſulib. plures matronæ ueneficij cõuictæ perierũt. Priuernũ ca ptum mœnibus nudatum eſt. Alexander Epirota poſt multas res in Italia geſtas ad Acherontẽ eſt flu uiũ interfectus. Qualis à pueris fuerit Alexander Philippi filius, & ꝙ philoſophiæ & poëtarũ ſtudio ſus. Alexander Thebas diripuit, direptas diruit. Idem quũ Corinthũ ueniſſet, Diogenẽ Cynicum in= uiſit. Cum

uiſit. Cum quibus copijs Alexander Aſiam inuaſit. Perſæ ad Granicum flu. uincuntur à Macedone. Alexander fatalem Gordij ſoluit nodum. Ataxerxes quinquaginta filios ſibi inſidiatos interfecit, atq; inibi Darij regis quem Alexander uicit, origo. Quibus copijs Darius ſit ad bellum profectus, & quàm ſtupendo rerum apparatu. Alexander gelidiſſimis Cydni flu. aquis immerſus penè perijt, in qua curatione memorabile ille illud edidit conſtantiæ exēplum in Philippum medicum. Darius ingenti pugna in Cilicia uictus ultra Euphratem ſeſe recepit. Regis caſtra cum matre, uxore, & liberis Darij in Victorum poteſtatem uenere. Alexander Biblum & Sydonem cepit, Tyruſq; multo Macedonum labore expugnata eſt. Perſæ haud uno loco per id tempus terra mariq; ſunt à Macedonibus ſuperati. Gaza quoq; expugnata eſt, ubi Alexander eſt grauiter uulneratus. Alexander Hieroſolymam progreſſus multa in ſacerdotes & ciues contulit beneficia, mox Aegypto potitus ad Hammonis oraculum profectus eſt, ibiq; non pauca de oraculi & locorum ratione. Alexandriam inde condidit iuxta Pharum. Romani per id tempus Neapoli & Palepoli potiti ſunt & Romę lex lata eſt ne ingenuus necteretur amplius. Quib. ſit inſectationibus uexatus Fabius magiſter equitum, quòd contra Papyrij dictatoris edictum dimicaſſet. Samnites à Cornelio Aruina dictatore multa cæde afflicti, deditionem fecere.

## EX LIBRO QVINTO.

DArius reparato exercitu in Meſopotamia ad Bumellum amnem facit caſtra. XXXII.
Statyra Darij uxor in Macedonum caſtris fato perijt, ac tum demum de pace nonnihil actum. Terribilis Darianorum fremitus Macedonas perculit. Alexandri caſtra ſub primum armorum congreſſum capta ſunt, fuitq; nonnihil anceps prælium, ad poſtremum Darius uictus acie exceſſit, quem Alexander ad Lycum uſq; amnem inſectatus eſt. Macedo triumphanti ſimilis Babylonem adijt, ubi exercitus barbaricis corruptus eſt delitijs. Suſis Alexander potitus matrē & filias Darij in ea urbe collocauit. Macedo Suſianis portis magno certamine ſuperatis Perſepolim occupauit, Perſepolis temulento ludibrio ab Alexandro exciſa eſt. Darius à ſuis uinctus, multiſq; uulneribus confoſſus, miſerabili modo perijt. Omnem belli impetū Macedo ad Caſpium mare flexit, atq; in ea relatiōe plæraq; ſcitu digna de ipſius maris natura. Artabaſus cum nouem liberis in Macedonum fidem uenit. Mardi gens & ipſi in fidem recepti. Thaleſtris Amazonum regina cum Alexandro congreſſa eſt. Ancepſq; ibi ſermo de Amazonibus. Parmenio & Philotas eius filius Alexandri iuſſu interfecti ſunt. Macedonum exercitus in Paropaniſis penè extinctus eſt frigore. Quæ circa Taurum montem ſint ab Alexandro geſta, & quæ apud Oxum aduerſus Scythas, & ubi Liberi patris metæ fuerint. Comparatioq; inibi Macedonum & Romanorū. Duo conſulares exercitus Romanorum ad Caudinas furcas iniquitate locorum circumſeſſi à Samnitibus ſubiugati ſunt. T. Veturius & P. Poſthumius hoſtibus ſunt dediti ſed non recepti. Samnites bis paucis diebus caſtris exuti, poſtremò ad Luceriam ſub iugum miſſi ſunt, & mox ad Satricum inſigni occidione occiſi.

## EX LIBRO SEXTO.

BEſſus qui Dariū interfecit Diſpendomenis laniatu eſt ab Alexandro necatus. XXXIII.
Quo Macedo ſit conſilio Petra potitus. Clytus ab Alexandro interfectus eſt. Fœdiſſimus Nauranorum ritus cum matre concumbendi. Memorabile regiæ humanitatis exemplum in gregarium militem. Alexander Roxanem, uxorem ſibi iunxit. Calliſthenes ab Alexandro interfectus eſt. Macedo Nyſam urbem in India cepit, ubi plures eſt dies cum toto exercitu debacchatus. Taxiles rex ultro ſe Macedoni tradidit. Quid Abaſaris regis legati de Draconum magnitudine teſtati ſint. Quo conſilio ſit Macedo uſus in Hidaſpe ſuperando. Porus rex prælio uictus uenit in Macedonum poteſtatem. Bucephalia urbs ab Alexandro condita eſt. Qualis Sophitis regis fuerit cultus. Quæ Indiæ magnitudo, & quantæ Gangaridum Alexandri temporibus eſſent opes. Vbi Alexander metas fixerit rerum à ſe geſtarum. Alexander ad Indi & Hidaſpis confluentem penè perijt. Idem in Mallis intra muros hoſtium eſt propemodum interfectus. Salubris herba Alexandro per quietem demonſtrata eſt. Macedo ſecundo ad Oceanum Indo eſt deuectus. Nearchus & Oneſicritus iuſſi ſunt Oceani oram circuire. Peſtilentia non paruam Macedonici exercitus deleuit partem. Alexander ad Aphricam & Europam ſubigendam animum adiecit. Calani memorabilis exitus, & quale Gymnoſophiſtarum fuit dogma. Alexander Statyram Darij filiā duxit uxorē, quib. nuptijs nouem milia uaſorū aureorū conuiuis dono obtulit. Macedones ab Alexandro alienati ſupplices ad officium rediuere. Epheſtio fato defunctus ſumptuoſiſſime à rege funeratus eſt. Alexander Babylonem reuerſus ſuorum fraude, ut creditur, extinctus eſt tris & triginta annos natus: ibiq; Siſingambis uoluntarius interitus. Arideus Alexandri frater rex declaratus eſt. Alexandri duces regni adminiſtrationem inter ſe partiti ſunt. Noui Gręciæ motus ſub Alexandri exitum. Qui uiri clari ea tempeſtate fuerint. Sora à Romanis proditione capta eſt. Appia uia lapidibus munita. Ani fluuius Romam perductus, & Potitia geus extincta. Tyburtes ebrios Tibicines Romam deportarunt. Hetruſci ad Ciminiam ſyluam magno ſunt prælio uicti, Romanaq; arma ultra Ciminiū ſaltum tranſlata, Pax Hetruſcis petentibus data eſt.

data eſt. In Samnio per id tempus eſt à Romanis proſpere pugnatū. Hetruſci rebellãtes nouas adiere
clades. Et Samnites à Papyrio dictatore acie fuſi ſunt. Marci noui hoſtes facti ex acie fugā fecere. Fa
bius Vmbros ad Meuaniā ſubegit. xxx. Samnitiū milia uno prælio cæſa. Romani tertio fœdus cum
Carthaginienſib. percuſſere. Equorū gẽs propemodū deleta eſt. C. Flauius faſtos populo cognoſcen
dos propoſuit, quapropter ædilitatẽ eſt adeptus, ſenatuſq; rei indignitate aureos annulos depoſuit.

## EX LIBRO SEPTIMO.

XXXIIII. REs Macedonum inteſtina ſeditione iactari cœperunt in Aſia & Europa. Craterus
mox & Neoptolemus cum Eumene congreſſi interfecti ſunt. Eumenes hoſtis iu-
dicatus. Argyraſpides Eumenem ſecuti omnibus fortunis ab Antigono exuti ſunt.
Iidem aduerſis rebus diſtricti Eumenem Antigono tradiderunt ad ſupplicium. O-
lympias Alexandri mater Caſſandri iuſſu interfecta eſt, mox & Barſane cum filio
quam ex Alexãdro fuerat enixa. Demetrius Antigoni, & Ptolemęus rex, etſi ho-
ſtes, inter ſe beneficijs tamẽ certarunt. Cleomenes Lacedæmonius in Adriaco ſinu
tota ferè claſſe à locorum accolis exutus in altum abijt. Carſeoli Colonia facta eſt
à Romanis, mox & Nequinum. Samnites domeſticis operibus afflictis populariter in Hetru-
riam tranſiuere, ubi res eorum ſunt minus quàm alibi atrociter acciſæ. Minturnæ & Sinu-
eſſa quæ olim Sinope fuit coloniæ deductæ ſunt. Plebeię pudicitiæ ara ubi & quando conſti-
tuta. Romana legio ad Cluſium cæſa eſt. Decius filius ſe dijs manibus deuouit pro ſui exercitus ſa-
lute. Fabius eius collega de Gallis & Hetruſcis triumphauit. Samnites ſacro inter ſe fœdere rebella-
runt. Romani Samnitum opes ad Cominium ingenti clade affecerunt, nobiliſſimaq; eius gentis op
pida capta ſunt ac direpta. Quibus caſibus Lyſimachus fuerit apud Alexandrum iactatus. Qui-
bus & Scandrocus. Demetrius Antigoni dimidium Babylonis occupauit. Idem in Græciam reuer-
ſus, Athenas in libertatem uindicauit. Athenienſes exquiſitiſſimos honores Demetrio decernunt.
Demetrius Ptolemæum in Cypro ſuperauit. Antigonus & Demetrius filius primi ex ſucceſſoribus
Alexandri regiā appellationem & geſtandi diadematis morẽ uſurparunt. Quæ demetrius & alij qui
dam reges ſoliti ſint operari quum ſoli eſſent. Demetrius totius Gręcię eſt rex declaratus. Antigonus
ad Hipſeum amnem uictus perijt. Demetrius ab Athenienſibus excluſus Lyſimachum bello petijt.
mox claſſe exutus ad Seleucum generum confugit. Seleucus Stratonicem ſibi matrimonio iunctam
Antiocho filio conceſſit.

## EX LIBRO OCTAVO.

XXXV. CAuſæ & origo belli inter Pyrrhum & Demetrium geſti. Pyrrhus Demetrio eie
cto Macedoniam occupauit. Demetrius uarijs caſibus iactatus ad poſtremū Se
leuco deditus in Syrię Cherſoneſum relegatus fato defunctus eſt. Lyſimachus
& Seleucus bello congreſſi omnium in ſe gentium oculos uertere. Nec Seleu
cus Lyſimacho cadenti diu ſuperſtes fuit. Aeſculapius ex epidauro Romā de-
latus eſt. Romanorum legati à Gallis interfecti ſunt. Qui fuerint Pyrrhi proge-
nitores & quibus puer caſibus uerſatus. Pyrrus à Tarentinis accerſitus, etſi ue-
hemẽter in alto iactatus, tenuit tamen Italiam. Romani ad Syrim flu. à Pyrrho
acie uicti ſunt. Victor Pyrrhus ad deccimumoctauum lapidem uicinus urbi conſedit. Pyrrhus C. Fa
britij conſtantiam miratus ad Roma. amicitiam animum adiecit. Nulla Romana domus regis mu-
neribus patuit. Appij cæci ferox ſentẽtia pacem cum Pyrrho ſciendam diſcuſſit. Rom. Conſules Pyr
rho per literas ſignificarunt à quo capitalibus peteretur inſidijs. Bis Pyrrhus paucis diebus Roma-
nos prelio uicit. Ptolemęus rex Arſinoës ſororis filios in eius cõplexibus trucidauit, ipſe haud multo
poſt temere cum Gallis pugna congreſſus mortem occubuit. Galli Macedoniam Ptolemæo interfe
cto ferro & igni populati ſunt. Brennus Delphicum templum ſpoliaturus cum numeroſo exercitu
perijt. Gallorum pars terram occupauit, quæ poſtea eſt Gallagræcia dicta. Quibus initijs Agatocles
tyrannus ſit factus. Syracuſæ Agatoclis fraude in ſeruitutem reciderunt. Quæ Agatocles præclarè
aduerſus Carthaginienſes geſſerit Idem Aphrica depulſus miſerabilem ſortitus eſt exitū. Quæ fuerit
Brutiorum origo & quæ ipſius nominis ratio. Pyrrhus ex Italia in Siciliam tranſijt. Vbi multa ſunt
ab eo præclarè geſta. Ro. legio Rhegium nefaria ui occupauit. Pyrrhus ex Sicilia in Italiam reuer-
ſus atq; ad Beneuentum à Romanis uictus Italia exceſſit. Hebraica hiſtoria Philadelphi Ptolemæi
iuſſu Alexandriæ eſt in Græcum uerſa. Pyrrhus poſt multa in Gręcia geſta Peloponneſum ingreſſus
Argis eſt interfectus. Milites qui Rhegium occuparant in poteſtatem redacti, Romæ cæſi ſunt, ac ſe-
curi ſubiecti. Quando argenteus nummus ſit primum Romę percuſſus.

## EX LIBRO NONO.

XXXVI. HIero multa indole ſed maiore arte principatum eſt Syracuſis adeptus. Victus Hie
ro à Romanis haud multo pòſt cū Ro. po. ſocietatẽ iunxit. Quando primū Romę
gladiatoriū munus ſit æditum. Primus belli punici circa Siciliam apparatus. Car
thaginienſes à Romanis ad Agrigentum uicti ſunt. Quo indolis rudimento ſint
Romani rem maritimam auſpicati. Gnæus Cornelius conſul cum parte nauium
ad Liparam inſulam eſt à Pœnis interceptus. Nec multo pòſt. C. Duellius Cartha
ginienſes ad Mylas nauali prælio uicit, ſequẽtib. cõſulibus eodẽ pugnæ genere.

Pœni ad

Pœni ad Tynnariū uicti ſunt. Attilius Regulus & Manlius Volſco conſules ingenti Carthaginenſi
um claſſe circa Lilybęum diſſecta in Aphricam tranſmiſerūt. Regulus Carthaginienſes terreſtri prę-
lio in Aprica uicit. Serpens mira magnitudine eſt ad Bagradam à Roma. expugnatus. Regulus poſt
preclara facinora in Carthaginienſes edita Xantippo Lacedæmonio & Pœnis uictus, uiuus in hoſti
um poteſtatem uenit, ccclxxx. Romanorum naues M. Aemylio & Fuluio nobiliore Conſulibus iu
xta Pachinum naufragio periere. Sequenti anno centum quinquaginta circa Panormum ſunt ui bel
lica amiſſæ. Metellus ad Panormum Aſdrubalem terreſtri prælio uicit. Galli cum Antigono in Ma
cedonia dimicaturi, uxores & liberos, deſperatione rerum, prius quàm in aciem deſcenderent, pere
merunt. Demetrius Cyrenis in ſocrus ſuæ complexibus interfectus eſt Beronices coniugis iuſſu, atq;
ibi quot Beronices fuerunt. Lilybæum eſt à Ro. oppugnatum. Attilius Regulus Romam à Cartha-
ginienſibus miſſus, autor fuit ne captiuorum permutatio fieret, inde ad Pœnos reuerſus per exquiſi-
tiſſimos cruciatus extinctus eſt. Claudius Appius pulcher ad Drepanum uictus claſſem amiſit. Clau
dia Appij ſoror ob uocem unam temere emiſſam maieſtatis appellata eſt. Romani claſſe maris &
hoſtium iniuria duobus locis amiſſa pelago abſtinuerunt. Iidem poſt aliquot annos noua claſſe fre-
ti bellum mari inſtaurāt. Pœni ingenti prælio ad Egatis inſulam à Luctatio conſule uicti, Siciliȩ poſ-
ſeſſiōe ceſſerūt. Seleucus & Antiochus fratres de Syriæ regno hoſtiliter cōfligūt. Aſiæ regū diſcordia
multis cladib. cōcuſſa eſt. Quis Liguriȩ ſitus, & qui ipſius gētis mores. Aphricani belli origo, Aphro
rum cōſenſus aduerſus Carthaginienſes. Matho & Spendius hoſtiū duces Carthaginienſes magnis
affecere cladib. Amilchar Spendiū ſuperat. Spendij ſæuitia in Carthaginiēſes. Hanno & Hamilchar
medio ardore belli in apertam erumpunt ſimultatē. Hamilchar hoſtes ad deditionem cōpulit. Pœni
Sardiniam Roma. reliquerunt. Audaces Illyriorum motus Ro. armis compreſſi ſunt, legesq; Teucæ
reginæ datæ. Aſdrubal mirifice rem punicam auxit in Hiſpania. L. Aemilius, & C. Attilius, Gallos
ingenti prælio ad Thelamonem promontorium ſtrauere, ibi diſerte dicitur quantam peditum equi-
tumq; ſit eo tumultu in tota Italia conſcriptum. Marcellus Gallos ad Claſtidium ſuperauit, tertiaq;
Feretrio Ioui opima retulit ſpolia. Cremona & Placentia ſunt Coloniȩ deductæ.

## ARGVMENTA ENNEADIS. V.
## EX LIBRO PRIMO.

QValis ab intio fuerit Achæorū ſtatus. Achæi pluribus ſunt pręlijs à Cleo XXXVII.
mene Lacedæmonio uicti. Ro. legati contumelioſum ab Aetholis tule
runt reſponſum. Cleomenes Megalopolim diruit. Antigonus Lacedæ-
monios ad Gorgiliū amnē ſuperauit. In Hiſpania Annibal militū præro
gatiua imperator appellatus eſt. Vaccei ad Tagū flu. à Pœnis fuſi ſunt.
Annibal Saguntū diripuit. Quoties Ro. cū Pœnis fœdus percuſſerint.
Bellum Carthaginiēſib. eſt à Ro. legatis indictū. Annibal Pyrenęū ſaltū
trangreſſus, Gallos ad Rhodanū ſuperauit. Boij in Italia rebellarūt. Spe-
culatoriæ equitū alæ Roma. Pœnorumq; inter Maſſiliam & Rhodanū
memorabili pugnæ euentu conflixerūt. Annibal magna hominū & iu
mentorum clade alpes ſuperauit. Romani ad Ticinū equeſtri prælio à Pœnis uicti ſunt. Scipioq; ado
leſcens patrem ſeruauit. Pœni ad Lilybęū, naualí pugna à Ro. excepti aliquot naues amiſerunt. Ro.
ad Trebiā flu. ingenti prælio ſuperati ſunt à Pœnis, & ad Placentiam mox altera eſt à Romanis cla-
des accepta. Gn. Scipio Hannonē uicit in Hiſpania. Pœnus Apenninū ſuperare adortus ſubita tem-
peſtate exercitum propemodum amiſit, & mox per reſtagnantia Arni loca in Hetruriam euaſit. Fla-
minis conſul ad Traſimœnū lacū cū florentiſſimo exercitu cæſus eſt. Duæ ſubita lætitia matres Ro-
mæ extinctȩ ſunt. Fabius Maximus prodictator factus, feroces Annibalis conatus cunctando fregit.
Pœnus nocturno flammarum ludibrio Romanum ex Caliculano monte depulit.

## EX LIBRO SECVNDO.

CN. Scipio ad Iberi oſtium Punicam claſſem profligauit. Obſides Hiſpaniæ ci XXXVIII.
uitatibus reſtituit. Fab. Maximus agrū ſuū uendidit ab hoſte intactū. Impe-
rium æquatum eſt Minutio magiſtro equitū, & Fabio dictatori. Fabi. ſuo oc-
curſu Minutiū ſeruauit & eius exercitū in Annibalis inſidias prolapſum Hie
ro Syracuſanus rem Ro. cōmeatu & armis iuuit. Captus eſſet inſidijs Ro. ex-
ercitus ad Gerionē, Varronis temeritate, niſi Aemilij prudentia affuiſſet. Pœ
nus Ro. ad Cannas uicū memorabili cæde uicit. Maharbal ſcire Annibalem
uincere dixit, ſed neſcire uti uictoria. Cęcil. Metellus & alij nobiliſſimi adole
ſcētes de Italia deſerenda agitantes, Scipiōis interuentu confirmati ſunt. Sacrū Cereris eſt Romæ in-
ter miſſum ciuitate luctu occupata. Octo milia ſeruitiorū militiæ aſcripta ſunt. Qui ad Cānas deditio
nem fecere uetiti ſunt redimi. Pleriq; Italiæ populi ad Pœnos defecerunt. Quale Arati Sicyonij fue-
rit ingeniū in re bellica. Qui Arcadū mores. Cur Rhodij bellum Byzātijs indixerint. Philippi regis
geſta in Aetolos, & quæ mox in Arcadia, & reliqua Pelopōneſo geſſit. Antioch. rex Syriæ Molonē
res nouas in Media moliētē oppreſſit. Nec ita multo pōſt ad Raphiā in Iudęæ finib. à Ptolemęo rege
nobili

nobili prælio uictus, in Achæum, qui totam Syriam citra Taurum obtinebat, omne belli impetum a-uertit. Philippus rebus in Achaia compoſitis ad Carthaginenſium ſocietatem animum adiecit, claſ-ſemq́ ad bellum opulentam inſtruxit.

## EX LIBRO TERTIO.

XXXIX. ANnibal à Neapoli poſt Cannenſem pugnam reiectus, ad Capuam obtinen-dam animum adiecit. Pacuuius noua arte Campanam plebem nobiliũ ſtudijs adiunxit. Campani cum Pœnis fœdus percuſſere. Perollas Pacuuij filius cum Annibalem obtruncare ſtatuiſſet, precibus ſui patris præſenti eſt conſilio auerſus. Magius uir nobilis Annibali petenti publicè deditus eſt. Mago Can-nenſis cladis nuncius tris annulorum modios & dimidium Carthagini in ue-ſtibulo curiæ effudit. Hannonis & Himilconis ſenatoria altercatio memorabi lis. Marcellus Pœnos cum inſigni cæde à Nola repulit. Caſilinenſi obſidione ſumma rerum omniũ inopia, mus ccc. eſt nummis emptus. L. Poſthumius conſul deſignatus in Lita na ſylua, eſt à Gallis cum exercitu cæſus. Scipiones poſt multa in Hiſpania feliciter geſta Haſdruba-lem in Italiam ire parantem prælio uictum præſenti conatu auertunt. Syracuſæ poſt Hieronis obi-tum à Ro. ſocietate alienati ſunt. Philippi regis legati qui ad Annibalem miſſi fuerant, cum literis in-tercepti, Romam miſſi ſunt, & ad Campani Hamas noctu ſacrificantes à T. Graccho conſule ſubito acceſſu oppreſſi. T. Manlius duplici prelio in Sardinia res hoſtium afflixit. Pœni iterum à Nola Mar celli opera cum cæde reiecti ſunt. Taureas Campanus eques cum Claudio Aſellio ex prouocatio-ne cõgreſſus cauillio pugnam detrectauit. Scipiones tris Pœnorum imperatores inſigni pugna pro-fligatos trinis exuerunt caſtris. Hieronymus Syracuſanus Hieronis nepos in Leontinis eſt interfe-ctus, Syracuſæq́ ſunt in libertatem aſſertæ. Gracchus Volones libertate donauit, quòd ad Bene-uentum ſtrennue in Pœnos dimicaſſent. Annibal tertiò uictus eſt circa Nolam à Marcello. Pœnus imperator indigenam puellam Salapiæ inſigniter amauit. Omnis Hieronis progenies à Syracuſa-nis extincta eſt. Marcellus Leontinos captos diripuit. Syracuſæ à Romanis obſeſſæ præcipua Archi-medis opera defenſæ ſunt, atq́ aliqua inibi de mira illius in mathematicis experientia. Atheneñ. à Ro. præſidio ex compoſito occidione occiſi ſunt. Philippus rex ex Apolloniæ ora à M. Valerio Leuino depulſus in Macedoniam fugienti ſimilis abijt. In Hiſpania bis Carthaginenſes ſunt pau-cis diebus cæſi. Fabius conſul iuſſit ſibi patrem parere, & Arpos à Pœnis recipit. Centum & ampli-us Campani equites ad Ro. transfugerunt. Quo tempore Romani mercenario milite uti cœperint. Spei & Matutæ templa Romæ dedicata ſunt. Annibal Tarentum proditione occupauit. In Iudæa Nicanor Ioſippi filius turrim ſibi Tyrum nomine trans Iordanem ædificauit.

## EX LIBRO QVARTO.

uxoribus miniſtrare Gethæ coacti 521.b
ab uxoribus Scythæ reuocantur 8.d
ab uxoribus Spartani reuocantur 179.b

X

XAnthus fluuius 823.a
xanthorum oppidum 540.d
xanticus menſis 46.d
xantillus Ariphtonis filius 535.b
xantippi uirtus & prudentia 652.c
xantippo res punicæ committuntur 651.b
xenagoras Geometra 821.d
xenippa 581.b
xenocrates Chalcedonius 596.d
xenophon æmulus Platonis 492.c
xenophantis legati ars 715.b
xenophantes modulator 626.c
xentetas fraude capitur 706.d
xeon dux 706.c
xerxes quid ſignificet 508.c
xerxes pulcherrimus 827.a
xerxes deditos non recepit 925.b
xerxes fugam meditatur 333.b
xerxis epiſtola ad Eſdram 343.b
xerxes ter è ſolio reſilit 528.c
xerxis diſcrimẽ & comitũ ſuorũ 334.d
xerxis reditus 334.c. bella 321.a
xerxis copiæ, & nomina gentium & ducum 324.c
xerxis copiæ 327.a. indignatio in Ar/tabanum 321.b. & exitus 348.d

Z

ZAbilus Arabiæ princeps 841.a
zachariæ mors 157.a
zagri tranſitus 165.a
zaleucus Locrenſibus leges ſcripſit 201.a
zamarias præfectus 148.d
zamolxis dæmon 280.c
zancla urbs 288.d.425.a
zancle locus 659.b
zanticus menſis 58.c
zara Aethiopiæ rex 148.d
zarcieus mons 11.b
zarinus rex in prælio capitur 92.d
zazynthus inſula 740.d
zebinus rex capitur 92.d
zeno Cittiens 641.b
zeno Eleates 360.c
zeno 491.a. & eius mors 641.b

zenonis

zenonis Cittei doctrina & mors 360.c
zenophanes Colophonius in Homerum ſcripſit 240.d
zephynum inſula 755.b
zethera urbs 146.d
zeuſis Heracleotes pictor 348.d.493.b
zeuxippus rex 111.d
zioberis amnis 567.b
zipha 146.d
zoan oppidum 64.c
zonæ purpureæ 141.b
zooaſtet rex Baſtrianorum 6.c
zooaſtris interitus 9.a.& b
zopyrus ad hoſtes transfugit 257.a
zopyri facinus 256.d
zopyrionis cædes 565.d
zorobabel dux Iudæorum 240.c
zorobabel à Dario laudatur 258.c
zyboëta Macedonicus 702.d
zybœta uincitur 807.a
zyphei proditores Dauidis 111.d

F I N I S.

ORDO CHARTARVM PRIORIS TOMI.

α β γ δ.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb.

a b c d.

Omnes ſunt terniones, præter Bb quaternionem, et d regeſti duernionem.

# CASTIGATIONES ET VARIAE LECTIONES.

Folio 9.linea 8.curruum fol.31.lin.27.cercopithecos & 43.cteſias fol.22.32.ſe ad fugã fol.28.26.patuit fol.29.11.42.forẽt fol.34.22.negociari fol.37.39.æquiorẽ fol.3..lin.42.pacata fol.43.lin.41.filiam fol.48.22.opes fol.50.11.lege Sic cauſam fol.51.41. Hiericuns 43.laomedonte fol.73.37.parum fol.89.3..uinctum fol.98.39.dolorem fol.102.10 menſium 4.funerauit fol.105.48.facis fol.107.39.rutulis 50.tuliſſe fol.119.41.genere fol.120.24.obſtrin/gunt 51.requirit.Sic natura fol.132.49.profeſſum fol.134.49.publica fol.135.22.gabaonitis fol.143.28.manu 20.lege pro pro annis,armis 43.poſtulata fol.145.31.dele cui fol.146.32.bethleem fol.147.48.prophanatũ fol.152.16.lege,miſit,cum alijs,qui ex &c. fol.162.33.uenuſtate fol.163.23.uolubilitatis fol.177.8.peregrina ſacra,lege fol.155.10.modicis fol.194.56.caſtra fol.197.9.præterea fol.207.8.exæcandos fol.210.25.marte fol.213.40.unus fol.219.54.qui uos fol.223.0.ciuitatis fol.224.47.iuuenes fol.228.13.partui fol.259.36.epiphanes fol.268.46.hoarũ fol.x 3.27.ſcalas fol.274.14.penè fol.286.49.oneſilus fol.294.12.romanis fol.306.9.tenuere fol.313.23.ſe urbem fol.314.40.undiq; fol.317.39.potius fol.325.2.xerxianis fol.327.47.die fol.332.21.uaria.50.impoſita 51. athenienſium fol.333.48.Tradẽtes fol.336.44.mittũt,qui fol.348.49.artabani fol.351.42.inuectus 50.domũ fol.355.37.partem fol.356.7.in mora erant 5.ac fol.359.11.ærarium fol.365.4.obiurgat fol.373.49.patriciatum fol.376.24.melium fol.377.12.colles 20.phaliſcis 40.cornelius fol.388.39.iniuiſſent fol.391.7.petituros 394.47.finibus fol.398.16.dubium 30.dictatoris uerba fol 404.39.agro fol.410.38.reuerſum fol.411.5.uolſci fol.426.1.lege, quod non facile fol.434.14.terram fol.437.39.poſſe fol.441.1.lege ſecuti à fol.449.38.hic annus fol.450.40.animo fol.452.2.niues 11.pars 39.auxuri 9.acceſſere,uotaq; fol.456.23.perlati 40.forum fol.458.20.pellicibus fol 464.20.lege inſulis fol.469.54 dele primus fol.483.50.dele,qui legatus fol.484.3.ultro 34.percepere 36.lege fumus fol.485.50.lege,an ducẽ uos fol.4?6.11.anteſignanos 17.fuſum lege 24.repente 25.lege abiectis armis ſeſe ſup.50.urbi 44,olynthos fol.515.8.poſtea fol.516.18.icete 43.icetes fol.519.45.cauſam fol.524.11.referre,& deinde,fuga & 41.erant,erupiſſent fol.27.23.pacatiore fol.550.6.uoſci fol.532.47.horribilior fo.533.50.perturbauitq; fol.534.15.plebi 19.quia fol.541.8.q; fol.544.14.ex templo 28.meleager 30.fundatores 19.domũ fol.549.46.loro fol.560.24.præripere fol.561.2.le/ge milibus fol.565.18.inuerant 20.lege milibus fol.585.25.cautibus fol.588.2.lætatus fol.596.35.necis.48.præciſã fol.597.32.ſecuti 47.caſum fol.611.39.deſtinatæ fol.612.25.lege milibus fol.620.16 nauibus 38.idoneus fol.647.0 uertunt fol.649.19.copijs fol.674.38.cum fol.681.24.meminiſſe 28.lege intercipere 49.lege inito fol.689.16.que/relæ fol.693.17.dele & fol.705.3.lyctijs fol.705.13.factus fol.709.50.pacuuius fol.728.20.rubore fol.735.39.lege,erũpentes fuga deinde cæterum 741.33.minaturi fol.749.20.poſteros fol.764.2.merere fol.769.3.genua fol.790.9.cæcidit fol.794.16.achæorum fol.805.19.urbem fol.822.41.lac fol.831.47.mora fuit fol.854.24.toleranda.

A

# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE condito Enneadis primæ,

## LIBER PRIMVS.

Conſenſus hominũ de mundi conſtitutione.

COELVM & hanc uniuerſi faciem, cui ab ornatu & elegãti forma Mundum appellari contigit, ſolem, lunam, & omnia quæ ſupra in fraq; terram cœli reguntur circũflexu, ueri ſingularíſq; dei id opus eſſe, cum ueteres prophetæ tradũt, uiri, à quibus ſtultũ ſit & impiũ diſſentire: tum paucorũ uanitate excluſa, ipſe humani generis prædicat cõſenſus. Conſtãs hominũ opinio eſt, & fides ab initio recepta: qđ æterna illa maieſtas rerũ omniũ opifex ſenis diebus, quos Moſes diſerte poſuit, operata, Primũ lucẽ à tenebris diſcreuit, quũ iam rudis adeſſet materia, eademq; informis, quã deus à principio parauerat: Fuitq; hæc omnium prima lux, quæ mundo affulſit. Nox illi continuo iuncta eſt. Cœlũ inde in ſublimi cõſtitutum, idq; firmamentum appellatum. Tertio deinceps die terra ſtabilita, humorq; terræ circunfuſus. Sol quarta luce, luna, & ſtellæ, mundo emicuerunt. Harum paucæ, ut maiora illa lumina, certis errant ſpatijs. Cætera multitudo, quæ porro immẽſa eſt, uarie lateq; diffuſa, pene innumeras rerum & animalium perſcribit effigies.

Primorum parentum origo. Adã unde.

Mox uolucres & omnia natantia duobus ſunt elementis data, poſtremo reptantia, & ipſum quadrupedum genus attributũ eſt terræ, & cum his nobiliſſimum animal Homo: qui unus cœleſtem mentẽ ſortitus, quia ex rubẽtis terræ uena fieri contigiſſet, Adami nomen poſtea ex ea re tulit. mulier Æua nũcupata, quæ ex huius latere ineffabili uirtute deprompta eſt.

B

Atq; ipſum humani generis principium tale fuit.

Paradiſus terreſtris.

Hi in amœniſſima terræ parte conſtituti fluminibus quaq; uerſum irrigua, (locus à uiridanti facie hilariq; aſpectu paradiſus graia eſt uoce appellatus) primo beatiſſimam uitam agere, malorum omnium expertem, terra ſua ſponte ferente omnia. Cæterum lege aberrantes, quia qua fuerat eis arbore interdictũ non abſtinuiſſent, amœniſſimo incolatu, ſedeq; illa beatiore pulſi, ſolũ flebiliter uertẽre. Cohibita deinceps tellus quũ nihil ultro ferret amplius, per ſudorẽ, & ærumnã uitam agitare. Subijt inde morbus, tentareq; cœperũt frigora & æſtus inſueta corpora, quæ uitæ incõmoda protinus adeunda oraculũ prædixerat, ſi minus diuinæ legi paruiſſent.

Caini ortus

Cainus primo ex his genitus, ſecundo dein loco Abel. Pietatis hic cultor, contemptor ille, hic paſtor, ille agricola, hic mero lacte litat, ille frugum primitias offert, nec oblatis proficit. Parit æmulatio (ut ſolet) odium. Id maiorem fratrem armat in alterius perniciẽ. Incautũ excipit, exceptum ſubita ui perimit: ex ſcelere ſcelus oritur, cõtumacia ex culpa.

Abelis cædes. Primi parricidij ultio.

Fraternæ cædis reus è cœlo poſtulatus ubi eſſet Abel, nihil ſibi cum Abele eſſe reſpõdit, cui neq; comes datus eſſet, neq; cuſtos. Hãc hominis intemperiẽ iudex ille ſummus & uindex deteſtatus, extorrem patrio ſolo deijcit, deiecto fore cõminatur ut ipſe ſceleris autor, & omnis cũ eo poſteritas in ſeptimã progeniẽ ꝑ uaria uitę ſupplicia expiaturi eſſent Abelis ſanguinẽ. Cæterũ tantum abfuit, ut pœnali ille exilio in melius uitã mutauerit, ut auare etiam & ſuperbe inter ſuos poſtea uixerit, nec etiam ſine ambitione: quantũ id uitium mundo adhuc recẽti in eo mortalium cœtu, qui ſub eo fuit, potuit eminere.

Enoch. Lamech. Sobolis incrementa.

Enoch huius filius Iradẽ genuit, ex Irade fœcunda orta eſt ſoboles, ac late gens in nepotes propagata: ut ex uno Lameche, qui fuit Iradis nepos ꝓmiſcuæ ſtirpis ſeptuaginta & amplius ſint liberi ꝓcreati. Nec tã numeroſa progenies ab autoris ſui ingenio multũ abijt diuerſa. Ex malis fere mali procreantur. Pluribus itaq; unius ueſtigia ſecutis, adeo nequitia inoleuit: ut quicquid iã inde ſceleris tulit uita uſq; ad diluuium, id uni genti acceptũ referat humana pietas.

Tubal & †Tubalcaim.

Fuerũt in tam longa ſerie phama illuſtres, Tubal, & †Tubalchan, hic ærariæ artis inuentor, ille muſicæ. Græci ſcriptores & Romani græcos ſecuti myſterij huius ignari, utranq; inuentionis laudem in alios conferũt. Sanctior reliqua Adami ſoboles. Vixit ille annos noningentos & amplius, multiq; interim præter eos quorũ mentio

Seth. facta eſt, ſunt filij ex eo orti, quorũ iuſtiſſimus Seth, quũ diſciplinã à parentibus per manus C
acceptam, poſteris incorruptã reliquiſſet, autor fuit: ut qui longo iam inde ſunt ordine ſecu/
Prima rerũ cœleſtiũ in/dagatio. ti, in antiqua pietate ꝑmanſerint. Ab eodẽ prognati, rerũ cœleſtiũ rationẽ primi mortaliũ in/
dagaſſe traduntur: duæq; ab his columnæ diuerſa materia cõſtitutæ, lateritia una, altera lapi/
Colũnæ mũdanæ cõſũ/mationis indices. dea, in quibus totũ de cõſummatione mundi arcanũ exſcripſerint: dubiũ literis, an animaliũ
cæterarũq; rerum figuris, quas poſtea ſit Ægyptus imitata. Perſuaſum (quod ſatis conſtat) ha
buerũt fore aliquando, ut nunc humor, nũc ignis, omnia eſſet ui ſua conſumpturus, qđ my/
ſteriũ, ut ad poſteros manaret diuerſa eſt materia in columnis quæſita, ut alterutra fuiſſet cla/
des ſecuta, lateritia ui ignea, lapidea aquis reſiſteret, atq; utra par iniuriæ fuiſſet, rem omnẽ po/
ſteritati traderet. Mox uero adoleſcente mũdo, quũ iã terra frequentius coleretur, quo maior
humanarũ gentiũ uis erat, eo magis uitia inualeſcere, uitaq; in peius labi. Iniuria pro innocẽ/
tia haberi cœpta eſt, pro pietate numinis contemptus. Poſtremo eo per licentiã & libidinem
Noë. proceſſit ſcelus, ut uix Noë mortaliũ unus ſit repertus, cui iuſtitia curæ eſſet. Is humani gene/
ris ſcelera caſtigare adortus, quũ nihil pia prædicatione proficeret, eſſetq; res nõ procul ab in/
iuria, ubi parũ tutã fore credidit innocẽtiã in media nequitia deſtitutã, cũ tota domo è medio
diſceſſit. Tum uero neq; modus neq; modeſtia fuit amplius peccãdi, omniq; pudore ſublato,
abijt gens oĩs in oĩe nefas, donec profligata ex omni parte uita, diuinã mentẽ ſubijt cura,
omniũ hominũ una clade extinguẽdi: Noë dũtaxat uno cũ tota domo, quia in antiqua pieta
Oraculũ futuri cataclyſmi. te ꝑſtarat, ſeruato, ut eſſet per quẽ humanũ genus poſſet ex integro reparari. Hunc itaq; deus
ſuperne affatus, breui futurũ cõmonet, ut immẽſa uis cataclyſmi omnẽ terrã operiret inũda/
tione: iret, ſibiq; & ſuis ingentẽ moliretur arcam, qua ex omnibus uolucribus, & ijs animãti/
bus quæ terrã incolunt, marẽ cũ fœmina ſedulo cõderet: ut eſſet rerũ omniũ uelut paratũ ad
Arcæ magnitudo. inſtaurationẽ ſeminariũ. Paruit oraculo pientiſſimus ſenex nauigioq; ad id apte fabricato,
cætera rite cõparat, Fuitq; id multorũ annorũ opus. Patuit in longũ moles cubita centũ quin/
quaginta, latitudo quinos habuit pedes & quadragenos. Recentiore inde monitu inſtructus D
Diluuium. Noë appropinquare diluuij tẽpus, cũ uxore, liberis & nepotibus arcã ingreſſus eſt. Quadra/
Diluuij effectus. ginta deinceps dies tanta uis aquarũ cœlo deiecta eſt, ut non ima ſolũ loca ſed ipſa quoq; al/
Gigantes inuenti. tiſſimorũ montiũ cacumina quindecim cubitis tranſcẽderit inũdatio. Atq; ita contigit, ut una
clade omnia quæ tum in terris animalia fuere, præter pauca quæ myſtica nauis tuebatur, ſint
cũ uolucribus extincta, & cũ his gigantes, qui ſuper terræ faciem ea tẽpeſtate fuiſſe dicuntur.
Id cũ diuinæ literæ tradũt, tum Ethnici ſcriptores quidã, & in his Plutarchus Cheronęus, qui
Anthei oſſa. Gabinum ſecutus Anthei ſepulchrũ ſcribit in Mauritania à Sertorio dirutũ, oſſaq; in eo con/
ditorio portẽtoſæ magnitudinis reperta, ipſum rei miraculũ feciſſe, ut iniecta religione eiuſdẽ
imperatoris iuſſu ſit moles Herois manibus inſtaurata. Plinius autor eſt in Creta inſula q̃/
dã ibi monte (dubiũ occulto motu terræ an uetuſtate) cõuulſo, cadauer ſex & quadraginta cu/
bitorũ repente extitiſſe, quod Orionis fuiſſe quidã crediderunt, alij Etionis. Aſtipulantur ue/
teri opinioni Oreſtis oſſa Tegeę in Arcadia (ut Herodotus ait) oraculo refoſſa, quæ & ipſa por
tentoſæ magnitudinis. Narrabat ad hæc mihi hoſpes quidã meus homo haud uulgari fide,
diuq; in terra Gręcia uerſatus, paucis ante annis q̃ hæc cõmentaremur in Creta inſula, ea par
te qua ad meridiẽ obuerſa eſt, operarios quoſdã indigenas immãis arboris trũcos ad naualẽ
Mõſtroſum caput. fabricã radicitꝰ eruere moliẽtes in humanũ caput dolij inſtar incidiſſe, idq; imperiti hoies quũ
temere attrectaſſent cõfeſtim putri uetuſtate ſolutũ in puluerẽ abijſſe. Cæterũ dentes ſtupen
dæ magnitudinis ad inſulæ magiſtratus delatos rei fidẽ feciſſe, quorũ unus Venetijs hodie in
priuata domo pro miraculo uiſeret̃. Fuit oĩs terra ſub aquis quinos circiter menſes, eſtq; arca
Quamdiu tenuerit diluuium. in Cordieo Armeniæ monte (ut Beroſus prodidit) fluctibus deſtituta. Vnde aliquot poſt ęta
tes finitimi locorũ accolæ bitumẽ, quo fuit illa oblita, ad expiationes quaſdã ſibi petere ſoliti
Arcæ quies ſint. Coruus auis, quũ iã diluuij decremẽta ſentirẽtur: cœpiſſet ne terra adhuc uſpiã exiſtere,
prior eſt ex arca ad explorandũ miſſus, haud quidẽ rediturus ſi cubi tutus cõſiſtere potuiſſet.
Columba. Eoq; nõ redeunte, deinceps colũba mittit̃: hæc præpeti uolatu haud multo poſt oliuę ſurculũ
habens, ad arcam reuerſa eſt: eoq; argumẽto lætatus Noë ſenſit terrã remittẽte diluuio iam
Egreſſus dudũ in emerſu eſſe. Atq; ita ad Cordici iuga delatus, cũ tota domo naui eſt egreſſus. Ipſe po

ſtea lo

A ſtea locus ab re egreſſorū nomē tulit. Et Noë Lamechis filius hoc maxime modo eſt diluuio
ſeruatꝰ. Fuitq; hic annus Catadyſmo inſignis (ut Aurelio Auguſtino placet) ſexageſimus ſe-
cūdus ſupra ducēteſimū ac bis milleſimū ab orbe cōdito. Subtrahit huic numero Euſebiꝰ an-
nos. xx. Hebręoꝝ ſupputatio (ut uterq; autor ſcribit) mille dūtaxat annos et quingētos quin
quaginta ſex à protoplaſto ad diluuiū colligit. Quod ſi ab eius interitu ſumit principiū, haud
multū ab ijs diſcrepat, quos in hiſtoria ſequimur. Meminerūt huius humanæ cladis pręt Mo-
ſem & Beroſum, cuiꝰ nuper mētio facta eſt, Mnaſcas Damaſcenus, Hieronymus Ægyptius,
& alij pleriq; rerū ſcriptores: meminit & Plinius in naturali hiſtoria qui Ioppen Phœniciæ op-
pidū in Samariæ ora terraꝝ diluuio antiquiorē prodidit, neq; enim recētioris illius, quod circa
Arcadiam ſub Ogyge factū memorāt, ullus ad ea loca perueniſſe uideri poteſt ſenſus. Coluit
inde terrā Noë iam ſenior factꝰ, primuſq; mortaliū uitis uſum oſtendit: quo cōtigit ut inſue-
to uini hauſtu ebrius factus, parū caute in aperto iacuerit. Eum iacentē Chamus conſpicatus — Chami im-
(fuit is unus ex tribus filijs, qui cū Noë diluuio ſuperfuerant) fratres ad ſpectaculū accerſit, ri- — piū facinus
diculū, ut ipſe tū fortaſſis interpretatus eſt, cæterū impiū ac filio nefariū. Illi ubi ad patris cōſpe
ctum uenere, pudore ſimul & pietate adducti, ſubito uelaminis iniectu, iacentis uerenda ope-
riunt. Quæ poſteaq; ſenex ebrietate exprectus facta eſſe cognouit, Chamum diris execratio-
nibus inſectatus, ut impiū abdicat. Cōſedit ille profugus cum uxore & liberis in ea parte Ara-
biæ, quæ ab ipſius nomine poſtea nomē ſortita eſt. Hinc tenebræ illę ortę credunt̃, illa ſummi
uerìq; dei ignoratio, q̃ omneis terras execrādis erroꝝ ambagibus implicuit. Hinc hominē au- — Vnde ueræ pietatis ob-
toris ſui prima cœpit obliuio. Porroq; alienatus multis deinceps ſeculis fuit malorū dæmo- — liuio orta.
num mancipio. Neq; Chamus ullū ſacroꝝ rituum poſteris tradidit, nullū enim à patre accepe-
rat. Quæ res effecit, ut quū procedēte tempore alij poſt alios ex ea terra uelut in colonias miſ-
ſi diuerſa mundi loca tenuiſſent (creuit enim ſupra modū abdicata ſoboles) in errores incide-
rint inextricabiles. Qui in Ægyptū primo tranſiuere, quū aperto cœlo agētes noctu ſydera in
B tuerentur, cœleſtiū luminū motum pulchritudinemq; mirati, quæ eo intentius ab illis ſerua-
bant̃, quo ſereniores fiunt in ea terra q̃ alibi tempeſtates. Solē & Lunā, uelut certū illis ineſſet
numen, pro dijs colere cœperūt: Iſidem hanc, illū Oſyrim nominātes. Neq; ſunt his diuerſa q̃ — Iſis & Oſy-ris.
Græci ſcriptores de prima eius gentis religione memorāt, niſi q̄d eoꝝ quidam Ægyptios mor
talium uetuſtiſſimos prodidere, ignari ſcilicet profectionis huius, & ob eā rem indigenas fuiſ- — Aduenæ
ſe rati, qui ab initio eam terrā tenuerūt, quū aduenæ illi haud dubie fuerint, atq; ex Arabia ut — Aegyptij
Hebraicæ uetuſtatis autor Ioſephus ſcribit, egreſſi. Id multo uerius tradit̃, q̃ quod Græcorū — nō indigenæ.
quidā nō minus inepte q̃ impie prodiderūt: hominē ibi fœtifica tellure ut cætera animalia à
principio ortū. Sed ſic certe oportuit, ut ueritate ſemel amiſſa nō pauci exiſterēt, qui ſtulte mul
ta aſſerere auderēt, quiq; temere aſſertis aliquāto ſtultiꝰ accederēt. Inde eo proceſſit humana
temeritas, ut ignē, aëra, mare, terrā cæteraſq; mundi ptes, quæ ad rerū procreationes attinēt, ue
lut ſuū omnibus ineſſet numen, diuinitatis nominibꝰ cōſecrauerit: hinc uitalis ſpiritus Iup- — Iuppiter.
piter dictus, ignis Vulcanus, Pallas æther, Tellꝰ Ceres, aliaq; alijs nominibꝰ. Poſtremo tantū — Vulcanus. Pallas.
ſibi hominū furor indulſit, ut mortaliū quibuſdā quia mortales conſilio, opibꝰ, utilibus inuē — Ceres.
tis, doctrina excoluiſſent, diuinos honores decernere nō dubitauerint, atq; eos præſertim, qui
eā nomina tulere, quæ & ueteres illi, quos uetuſtas ab initio cū ſole & Luna cōſecrauerat. Hinc
Idæus Iuppiter, Ceres, Vulcanus. Iſis, Oſyris, & cū his recētiores, qui ſunt in deorum numerū
relati, Appollo, Mars, Cupido, Mercurius, & alij, ab illis procreati. Sed q̃ ſtulte humanę gētes
cōfinxerint ſibi hæc, aut ficta receperint, poteſt ex eo facile intelligi, q̄d infandos amores, Stu-
pra, Cædes, Adulteria, Furta, aliaq; flagitia eorū, quos cœlo intulerūt, cęrimonijs inſeruere, tā-
quam p ſcelus & nequitiā ad ſuperbos iret̃. His ſemel malis poſteritas imbuta, uſq; ad huma-
næ ſalutis annos, Pacē, Bella, Inducias, Fœdera, omnia ſacra & prophana maloꝝ dæmonū im-
perio habuit obnoxia. Nec tenebræ illæ rerū tantū ex Ægypto profectæ, ſed quaſcūq; à prin-
cipio terras tenuerūt à Chamo procreati, ueræ pietatis ignoratio ſimul & infāda ſeruitꝰ cepit.
Cæteꝝ nulla unq; tellus pluriū fuit coloniarū mater, q̃ Arabiæ pars illa, quā Chamus pater-
na domo profugus inſedit. Tantā humano generi cladē intēpeſtiuū unius attulit exiliū. Cō-
tra Semi & Iaphetis prognati, legitime à maioribꝰ inſtituti, modicis finibꝰ cōtenti, haud tam

late ut illi ſunt per omnes terras euagati. Quo accidit ut ueritatis ſtudiũ,pietas dico & ueri dei C
cultus,apud unã duntaxat gentem,ad Meſſiæ uſq; tempora in occulto fuerit. Ab Habraamo
Habraei Heberi. Hebræi.
Iſaachi p̃re gẽs nomẽ ſortita eſt,atq; Habraei primo dicti,mox & Iudęi à Iuda Iſraëlis filio Ha
braami pronepote. Aurelius Auguſtinus(à q̃ diſſentire pudeat)ab Hebero,qui ex Noë atne/
potibus unꝰ fuit,Heberos primo,mox Hebręos nominatos autor eſt. Horũ res geſtæ etſi nõ
adeo magnificę ſunt & amplę,ut uno ueri dei cultu adẽpto,ſint uſq; adeo memorabiles,haud
tamẽ ita tenues reperiunť,ut à peregrinis ſcriptoribꝰ temere præteriri debuerint. Ioſephꝰ au/
tor eſt Demetriũ Phaleriũ apud Philadelphũ Alexandrię regẽ pleriſq; audientibus quãdoq;
Hebraica hiſtoria græcis negata.
affirmare auſum,non licuiſſe græcis hominibꝰ Hebraicã hiſtoriã attingere,quin illuſtriũ ſcri/
ptorum quoſdam eam rem tractare auſos,aduerſa mẽtis ualetudine, & languore corporis tã
diu cõflictatos,donec ab incepto deſtitiſſent:tanq̃ id arcanũ prophanis eſſet gentibus,mani/
feſta ira numinis,interdictũ. Sed ſiue hoc fuerit,ſiue rei ignoratio,quæ nõ adeo in multos uul
gata eſſet,Græci & Romani ſcriptores pertinaciter ab om̃i ſacræ huiꝰ hiſtoriæ relatione abſti/
nuerũt:ut de induſtria uideantur ſilentio rem tantã prętérijſſe,quippe quã ſuorum populariũ
aures,ob ea quæ de dijs à maioribus acceperant,ſine offenſa audire nõ potuiſſent,fuiſſet hæc
tractãtibꝰ uel inuitis ueritas expreſſa,qđ illi nõ modo nõ fecerũt,ſed ſiquis etiã ſcribendaꝝ re/
rum ſerie tractus in Iudaicę religionis,quæ una tũ in terris uera fuit, mẽtionem incidit,eam ut
uanã,& in qua nihil pręter nubila colerenť,ſit arguere conatus. Verũ quoquo modo res omiſ/
ſa eſt:non pauca memoratu digna,à uetuſtiſſimis eius gentis regibus geſta reperiũtur: multa
& ab ipſis ducibꝰ,quibꝰ pace & bello poſtea uſi ſunt,q̃ nõ ſine odij & ambitiõis ſuſpiciõe uide
ri poſſunt ab alijs prętermiſſa. Nos nõ tã ut nouo exẽplo id facere uideremur,q̃ ꝗ ad inſtitu
tã hiſtoriã omnium gentiũ,ſiqua ſunt relatu digna,pertinere arbitramur,eadẽ illa per partes
Quid pro futura ſit ſacra hiſtoria
à nobis explicãda cẽſemꝰ. Afferetq; res ipſa nõ ſolũ rebꝰ dicẽdis decorẽ,ob uarietatẽ,ſed labo
rum etiã leuamen maximũ:quando in tã longa reꝝ ſerie perſcribenda,eo meliore & ſpe & fi/
ducia futuri ſimus,quo minus longe à uerę pietatis cultu & aſſertione receſſerimꝰ:dũ quęcũq; D
mira in humanis olim rebꝰ,ac præter hominũ opinionẽ euenere,nõ ad fortunã & malos dę/
mones,ſed ad diuinã refero prouidentiã. Quod myſteriũ una hæc in toto orbe gens,& pie ab
initio didicit,& quæ didicit conſtanter & incorrupte diutiſſime ſeruauit. Noë igiť noningẽtos
Vita longa.
& quinquaginta natꝰ annos uita deceſſit. Scio ego tã lõgo hominis æuo hiſtoriæ fidem abro
gari,ſiquis ad hãc uitã,quæ hodie uiuiť,reſpexerit. Sed fide nõ parua opus eſt ad diuina ope/
ra credẽda. Quanq̃ nõ uideo,quid magis ineptũ fieri poſſit,q̃ cœlũ & omnia quæ cœlo cõti/
nenť,mira & ineffabili ratione à deo cõdita affirmare, hominẽ animal nobiliſſimũ, rationis,
cœleſtiumq; rerũ capax,quod ſummus ille uniuerſi autor è terra ſuſcitarit,non potuiſſe,aut ſi
potuit,non debuiſſe q̃ diutiſſime in uita retineri, præſertim mũdo adhuc recenti:quũ in tan/
Cur longa homini ab initio uita data
ta ſolitudine,humano genere aucto imprimis opus eſſet. Et ſi ſub ipſum mũdi exordiũ cœlo
& elementis minus noxijs,longior(ut quidã ſuſpicantur)potuit homini uita cõtingere,qđ in
hac ſeneſcentis ſeculi fęce euenire non poſſit. Adijciũt qui ſacrã ſcribunt hiſtoriã,aliam adhuc
cauſam,qđ idcirco tam longa ſit uita homini à principio data, ut is ſimul multos procrearet,
cõmodiuſq; opera naturæ longa exploraret experientia,diligentiuſq; explorata poſteris tra/
deret,quod eorũ pleriq; feciſſe exiſtimanť. Sed utcunq; res excipiẽda eſt,Beroſus Hellanicus,
& alij uetuſtiſſimi rerũ ſcriptores,longiſſima hæc humanæ uitę ſpatia pro confeſſis tradidiſſe
Qui hoĩm hodie diutiſſime uiuant.
dicunť. Aſtipulatur huic fidei,qđ in apto hoc rerũ declinio,Macrobij,Æthiopes,Seres,& Hy
perborei cẽtenis quadragenis annis uiuere credũtur,Pandoręq; gens indica ducentis,ut Cni/
diꝰ Cteſias ꝓdidit. Sed de his pluribꝰ fortaſſe q̃ opus fuit. Nũc ad ea ſtilus reuertiť,quę poſt
diluuiũ in utraq; gente uſq; ad Habraami tẽpora euenerunt:nã is in Aſſyrij regni primordia
pene incidit,unde ſuum Ethnica hiſtoria hauriet principiũ. Memorabilis igitur cataclyſmi cla
des,recẽſq; memoria,diu mortales tenuit in montibus. Poſtea uero q̃ ad ima eſt deſcenſum,
quod cunctãtius factum credere par eſt,quum non multũ his locis ſe adhuc crederent,ueriti
Nembrothus. Turris Ba/
ne ipſi aut qui poſt ſe naſcerentur,eandem uim quam & maiores ſui,experirentur,Nembro/
thus Chami nepos uir facinoroſus,multũq; auitæ temeritatis referẽs,turrim eminentiſſimam
eſt ædificare adortus:ut ſi ſubita uis aquarũ iterũ terrã operuiſſet, paratũ haberet cũ ſuis pro/
fugiũ.

A fugiũ. Id ꝓpius uero eſt, q̄ꝫ qđ alij tenẽt, ſperaſſe eũ molis altitudine cœlũ occupare. Hic rẽ mi/ bylonicæ cauſa.
rã accidiſſe aiũt, qđ diuina uolũtate factũ æquũ ſit iudicare, quũ aliquot ſtadia opus in arduũ
creuiſſet, numeroſa illa operantiũ manus, quæ erigendæ moli fuerat adhibita, linguarũ cõuer/
ſione facta, cõtinuo diſſidiũ paſſa eſt: ſublato ſermonis cõmercio, nõ qđ ꝑciperet ſatis quiſq;
intelligere, neq; ob id dicto obtẽperare, atq; ab ea re nomẽ intermiſſo operi datum: ut Babel, q̄
uox apđ Chaldęos cõfuſio eſt, iã inde ſit turris nominata. Quidã exiſtimare uidẽtur, in Meſo
potamia id fieri contigiſſe, ut non omnino ineptũ ſit credere, à memorabili illo tp̄e Babylonẽ
quę his poſtea locis cõdita eſt, fuiſſe nomẽ adeptam. Sed rei tam uetuſtæ difficilis eſt coniectu
ra. Nembrothi (quod perſpicue traditur) audaciſſimus conatus hunc exitũ habuit. Ioſephus
quẽ in Iudaicæ hiſtoriæ relatione potiſſimum ſequor, autor eſt, ex Noë pronepotibꝰ, & ex ijs
qui ab illis orti ſunt, alios alias terrarũ oras, uelut in colonias ꝓfectos, occupaſſe: atq; ita factũ,
ut nõ ſolum gẽtes populiq;, quorum cõditores fuiſſent, ab eorũ ſint nominibus appellati, ſed
pleręq; etiã urbes inde nomẽ ſortitę. Cæterum gręci Barbarã uocẽ auerſati, aut illa ex integro, Vetuſtæ ex Noë prone/potibus coloniæ.
ut idẽ ait, immutarunt, aut magna ex parte inuerſa, ut à priſca uoce multũ diſcreparent, effece/
runt. Durare tamen adhuc quædã, q̄ ueteri opinioni aſtipulent: in Phœnicia Tyrũ, Tharſum
in Cilicia, in Cypro Cithin, & alia in quibꝰ referẽdis eſt ille maiorẽ in modũ occupatꝰ. Adijcit Pluriũ gen/tium origo
Medos, Armenios, Hiberas, Cappadoces, Paphlagonas, Phryges, Pãphilios, Cilices, Palæ/
ſtinos, Sabæos, Syros: & ad meridiẽ Ægyptios, Libes, & Mauros. Quę ſane noīa ſint ab ipſaꝝ
gentiũ cõditoribus, qui ijdẽ & Hebræi fuerunt & ab Noë prognati, longa nepotũ uſq; ad Ha
braamũ ſerie deducta. Is decimus ab eo fuit. Eratq; Meſopotamiæ incola, quum impia ſuper/
ſtitio eã quoq; inuaſit terrã. Cæterum unde id malum ſit ipſi genti illatum, parum perſpicue
traditur. Habraamus ægre ferẽs, qđ & ueri & ſingularis dei cultu neglecto, uulgo dæmonibus Habraami prædicatio
ſeruiret, ſublataq; iuſtitia ueritatis obliuio plus nimio inoleuiſſet, palã hominũ ſtultitiã incre/
pare, qđ ueræ pietatis obliti, ſeſe nefarię ſuperſtitioni addicerẽt: quin tollerẽt in cœlum oculos,
B atq; inde ſibi quærerẽt, cui ſolennes redderẽt precationes, cuius prouidentia cœlum & omnia
regerentur, illi preces funderẽt, uota facerent, hoſtias immolarent, nõ uanis imaginibus quas
ipſi ſtulte fabricaſſent. Peperit uera prædicatio ingẽtẽ homini inuidiã, uulgoq;, ut impiũ auer
ſari, nec procul aberat quin in eũ populariter impetus fieret. Ad quã iniuriã declinandã in eã
Arabię partẽ cum uxore tranſiit, quę Cananęa nuncupata eſt, hicq; ara ad tẽpus extructa ho
ſtiã deo immolauit. Profectiõis huius, Hecatęus & Damaſcenus ſua uterq; in hiſtoria memi/
nerũt. Inuaſit nec multo poſt eam terrã fames ingens, quod ille malum ut ad tempus declina/
ret, in Ægyptum proficiſcitur, terrę copiã & feracitatẽ ſecutus. Hic pro magno negotio habuit Habraa/mus in Ae/gyptũ pro/ficiſcitur.
cũ ipſius gentis ſacerdotibus congredi, ut quid illi de mundi creatione ſentirẽt, deq; prouiden
tia, per otiũ cognoſceret: qui ſi ut cæteri à uero uiſi eſſent aberrare, ꝑ mutui colloquij ſpeciem,
gentile eis arcanum reuelaret, alliceretq; ad ueri dei cultum & uenerationẽ. Sarram coniugem,
quia eleganti eſſet forma ipſius gẽtis intemperiem ueritus, ſororem aſſimulat. Cõſtans fama
erat Ægyptios in alienas eſſe fœminas intẽperãtiſſimos. Sed omniũ maxime Pharaonẽ for/
midare, qui ꝑ id tempus late regnũ in ea terra obtinebat. Atq; ita accidit, ut eandẽ illã iniuriã
pene acceperit, quam ab initio præuiderat. Cœperat regem mala libido Sarræ ad ſtuprum ra
piendæ & iã illi totus imminebat, quũ ſacerdotes regi nuntiant, diram adeſſe peſtilẽtiam quæ
cœleſti ira orta uideretur, qđ in animo habuiſſet alienigenæ mulieri ſtuprũ inferre. Deterritꝰ
ea uoce Pharao nõ ſolũ iniuria abſtinuit, ſed inſcitia corã excuſata, Habraamo ſatiſfecit, iden
tidem affirmãs ſe ꝑſuaſum habuiſſe, ut ſoror hoſpiti nõ uxor adimeretur. Cæterum eo conſi/
lio fuiſſe eam abducturum, ut in legitimæ coniugis poſtea haberet loco. Verũ ubi ſatis cõper/
tum haberet, mulierẽ ipſam thori cõſortem eſſe, non ſororem, nihil fore amplius, cur à ſe iniu
riã ꝑtimeſceret, tuta ubiq; ambobus oĩa futura: addit & munera nõ parua, & partem agri iuſ/
ſit peregrino homini aſſignari. Auguſtinus autor eſt, Sarrã ab rege abductã, ut pro uxore ha
beret, ſed intactã ab eo dimiſſã ijs ꝓdigijs q̄ ſub id tp̄s facta eſſent, exterrito. Fauoreq; ꝑ hæc
cõciliato, quũ ꝑ ſe Habraamus eſſet pleriſq; ob diuinaꝝ humanarũq; rerũ peritiã chariſſimꝰ, Habraami ſcientiæ.
breui in multã euaſit celebritatem. Sunt qui ſcribãt aſtrorũ rationẽ geometriæq; ab eo Ægy/
ptijs demõſtratã, etſi Gręci ſcriptores & Romani, qui Gręcoꝝ ueſtigijs inſiſtũt, geometriã in

Ægypto ortam arbitrent̃, nec aliunde illatam, ut annua Nili alluuione agrorũ fines turbante, C eius terræ accolæ crebra dimẽſione artẽ inuenerint. Cæterũ ſatis honeſtã illi erroris cauſã habuere, qui quũ ſcirẽt eã artẽ primo apud Ægyptios uulgatã, pulcherrimi inuenti atq; uitæ hominũ utiliſſimi, indigenã hoiem, nõ aduenã autorẽ opinati ſunt, pari errore ſideralis ſciẽtię inuentũ ad Zooaſtrẽ Bactrianorũ regẽ referentes, qui Nino regi fuit æqualis, quũ ante diluuij tẽpora, ſi Ioſephus uerus eſt autor, mortalium quidã, ac deinceps Noë, & qui illi longo ordine ſucceſſerunt, in cognitione eius rei uerſati ſint. Sed quãdo ad id uenimus, ut de Nino à nobis mẽtio hoc loco fieret, haud immemores, q̃ fuerit ab initio hiſtorię hui9 ꝓfeſſio, ut ratiõe tẽporum ſedulo obſeruata, humana diuinis iũgeremus, nihil certe facere poterimus à noſtro in

Nini regis geſta pene fabuloſa.

ſtituto minus alienũ, q̃ ſi ijs, quæ ad hunc locũ ſcripſimus, Nini omnium pene regũ, qui extra fines patrios exexcitus ductarũt, antiquiſſimi geſta ſubijciemus, etſi regni huius adeo uetuſta res eſt, ut quęcũq; ſunt de eo memoriæ prodita, propemodũ fabuloſa uideri poſſint. Sed quia quũ plures alij horum meminerunt, tum Pompeius Trogus, qui inde ſuã auſpicatus fuit hi

Primæui mores.

ſtoriã, ſatis quidẽ res digna uiſa eſt, ad quã nihil cunctãtius referendã fieret acceſſus. Nec preciũ aberit operæ: ſi priuſq; de his dicere incipiã, qualis tum rerũ humanarũ fuerit ſtatus, paucis expoſuero. Soliuagũ fuit (ut dicitur) ab initio hominũ genus. Aut ſi (ut ſacrę literę tradunt) alicuius fuit ſocietatis particeps, exigui, & infrequẽtes fuerunt primi illi mortaliũ cœtus, ſi cœtus appellãdi ſint, ubi ſit uir unus cũ uxore dũtaxat & liberis. Etenim ſibi qſq; ab initio uiuebat, ſine legib9, ſine imperio uitã agitãtes, una procreãdi libido aderat, & eorum quæ ꝓcreata eſſent, nutriendi ſtudium, ferarum ritu ſine moribus errantes, ſpeluncis cauiſq; arboribus ſeſe ab omni cœli iniuria tueri. Verum ubi ſua ſponte, uel prudentiorũ potius ſuaſu (ut multi opinantur) ſocietatẽ humanę gentes inter ſe, cœtuſq; celebrare occœperunt, unũ in locũ coiuere, tum haud dubio apparuit, nihil eſſe agreſti & imperita multitudine inſipiẽtius, nihil ſtulti9 in

Primũ imperij nomẽ in rege.

compoſito & rudi cœtu, cuius propriũ ſit nihil intelligere. Siue igitur natura, ſiue (quod magis credo) neceſſitate id monſtrante, regẽ ſibi conſtituerũt primi illi, qui in unũ conuenerant, D id enim fuit ab initio imperij nomẽ, huic moderatio & innocẽtia, nõ ambitus & diuitiæ à principio ſuffragari, q̃ maior erat uirt9 pluribuſq; notior, eo maiore conſenſu ad id faſtigiũ ꝓmouebat̃, huius arbitrium pro legib9 eſſe, fines regni tueri magis q̃ proferre moris erat. Amplum legitimũq; Regnũ id demũ credere, ſi proprijs ſe tenerent finibus. Inceſſit inde paulatim mortaliũ animos immoderata habendi cupiditas, ſed laudis & glorię ambitio multo maior. Hanc

Vexores Aegyptius. Tanais ſcytha.

Vexores Ægyptius, & Tanais Scytharũ rex ſecuti, primi oĩm ꝓcul domo inter ſe bellaſſe dicũtur, conatuq; pene pari: hic ex Ægypto in Pontũ, ex Scythia ille in Ægyptũ proceſſere. Verũ finitimis nulla iniuria laceſſitis, nõ imperiũ ſibi ex ea uictoria, ſed uictoriæ laudem quæſiuere. Amborum geſta in lõgiſſimo iacent uetuſtatis receſſu, ac uelut nube quadã obducta. Sed qñ in earum gentiũ mentionem incidimus, nihil alienum ab re exiſtimo de utriuſq; gentis uetuſtate, quę ſunt à nobis adhuc cõperta, breuiter referre: Idq; ego eo libẽtius facio, quo uulgatior

Aegyptiorũ uetuſtas.

eſt fama, uetus certamen tenuiſſe, utra gens merito ſibi uetuſtatis palmam uendicaret. Ægyptijs prædicantibus initio rerũ, quũ aliæ terræ nimio feruerent æſtu, aliæ ꝑpetuis horrerent frigoribus, ut nõ modo hominũ quicq; gignere, ſed ne aduenas quidẽ, ſiquos forte alicũde acceſſiſſent, ob cœli intẽperiem ſatis tueri poſſent, quum uelamẽta corporis, neq; adhuc reperta eſſent, neq; locorum natura ædificijs emollita, unã fuiſſe terrarum omniũ Ægyptum, quę quia neq; hibernis urgeret̃ rigorib9, neq; æſtiui ſideris ardore premeret̃, ſed mediã quandam inter utrunq; eſſet temperiem ſortita, uetuſtiſſime culta idre crederetur, in qua etiã ob climatis tem

Scythiæ uetuſtatis argumenta.

periem primos homines genitos æquũ eſſet iudicare. Scythæ cõtra cœli temperamentũ nullũ in ſe habere uetuſtatis argumentum exiſtimare, naturã affirmantes, quum primũ rigoris & æſtus diſcrimina ſunt regionatim diſtincta, continuo ad locorũ patientiam animalia generaſſe, ut quanto Scythis cœlũ aſperius eſſet q̃ Ægyptijs, tãto illis duriora ab initio data eſſent corpora, qđ in arboribus & ipſis agrorum frugibus haud dubie ſentiret̃. Quod ſi unitatẽ habuerũt hæc unq̃, q̃ nunc ſunt mũdi partes, aquę terras omnes obtinuerũt, ſiue ignis, q mũdum genuiſſe credit̃, alterutra rerũ origie Scythas multo uetuſtiores Ægyptijs inueniri. Etenim ſi prima fuit ignis poſſeſſio, quũ uis elemẽti paulatim cœpit remittere, eas prius terras hũano cultu

A habiles eſſe factas credibile ſit, q̄cqꝫ lõgiſſime repoſtę eſſent ad ſeptẽtrionẽ, Ægyptũ ꝓpterea,
Arabiã, & oẽm terrã, q̄ ad meridiẽ ſpectat, quęqꝫ ad oriẽtẽ ſolẽ, tẽperiẽ multo tardius ſenſiſſe,
quæ ne hodie quidem ſatis ſit tuta à ꝓpinqui ſideris iniuria. Vel ſi ab initio aquæ oĩa tenue-
rũt, ꝙ terra ea parte, q̄ ſublimis & ardua eſt, fluctibꝰ ad ima delabẽtibus prius emerſerit, haud
dubia ratio demõſtrat, ac q̊ maturiꝰ hęc aut illa fuit in emerſu, hoc priꝰ animalia cœperit nu-
trire, porro Scythiã adeo cæteris terris eminere, ut quæcũqꝫ ibi flumina orta ſint, p̃cipiti curſu
in Mæotidẽ, & ex Męoti ꝑ Boſphorũ in Euxinũ & Propõtidẽ, hincqꝫ ꝑ Helleſpontũ in Ægæũ
Creticũ & Ægyptiacũ pelagus uelut ad ima mũdi ꝑpetuo deferant̃ impetu. Ægyptũ multorũ
regum cura perpetuis aggeribus obſtructã, uix demũ continentẽ fieri cõtigiſſe, & his quidem
rationibus ſuã utraqꝫ gens uetuſtatẽ tutata eſt. Sed quod ad Ægyptum attinet, nõ paruã eius
terrę partẽ quandoqꝫ aquis obrutã fuiſſe ſatis cõſtat, quicquid ſupra Memphin ad Æthiopũ
Aegypti pars aquis obruta.
mõtes iacet, mare olim fuiſſe Herodotus exiſtimat. Strabo id ſoli, qđ à Siene ad mare Nilo ir-
rigat̃, Ægyptũ ab initio appellatã arbitratur: cui quãtũ poſtea incrementi acceſſerit, Homeri
carmen haud dubie demõſtrat, quo ſignificat̃ Pharũ inſulã, q̄ hodie Alexãdriæ adiacet, uelifi-
cæ nauigatiõis diei unius à cõtinẽtis ora abfuiſſe. Quæ ſi uera ſunt, nihil pene reliquũ fiat, qđ
eius terræ arguere poſſit uetuſtatẽ. Nec in Scythis maior aliqua eſt anquitatis demonſtratio,
ſi Herodotus uerus eſt autor, qui ne Darij quidem regno, qđ & Trogus quoqꝫ ſignificat, am-
plius mille annis eſſent antiquiores. Cæterũ quãdo neqꝫ hęc, neqꝫ illa tellus, ob eas quas attigi
mus rationes, multum ad mortaliũ cultũ fuerit accõmodata, miror principes rerum ſcriptores
leuiſſimis earum gentium argumentis tam temere acceſſiſſe, ut non uiderint, eam terram om-
nium primam humanũ cultum ſortiri oportuiſſe, q̄ cœli dementia lõge alias anteiret: quo ar-
gumẽti genere Ægyptij uſi, uetuſtatis ad ſe laudẽ traherẽt. Sed ut his ob uim aquarũ nullus
antiquior cultus potuit contingere, ita nec Scythis, ꝗ damnatã perpetuis rigoribꝰ mundi pla-
gam incolũt. Quare multo uerius ſit dicere, mediã inter utranqꝫ terrã, qualis eſt Damaſcenus
Damaſcenus ager primũ cultus.
B ager, & alia circũiecta illi loca, quod ſacræ etiã literæ innuũt, primos hominum cultus fuiſſe ſor
titã, qui terrarũ tractus non ſolum nõ eſſet ijs uitijs, quibꝰ Ægyptus & Scythia, obnoxius: ſed
climatis ratione multo utraqꝫ regione tẽperatior. Nũc uero, priuſqꝫ ad res Nini explicãdas in-
grediar, in Scythicis rebus adhuc paululũ immorabor. Eſt Scythia ab Europa, cuius partẽ ci-
Scythiæ ſitus.
tra Tanaim perſcribit, ad Aquilonem & ortũ uſqꝫ ad incognitã terram longiſſime porrecta.
hinc ponto Aſiæqꝫ, inde Riphęis mõtibus ab humeris inſerta, mox lõge lateqꝫ ad ortũ euaga
ta, innumeras gẽtes parũ notis finibus amplectit̃. Quippe quibꝰ ne indigenę quidẽ ipſi inter
Scytharum ritus.
ſe diſcreti fuerint olim, utpote, ꝗ neqꝫ agrũ colerẽt, neqꝫ tectũ, ſedẽſue haberẽt ullas: ꝑ ſolitudi-
nes & inculta uagant̃ loca, armẽta, pecoraqꝫ præ ſe agẽtes, coniuges & liberi plauſtris uehunt̃:
legibus nullis obnoxij, ſponte iuſtitiã colũt, nullum furto grauius in gẽte flagitium habetur,
ut qui non parietibus aut ſeptis armentum circundent: ſed in propatulo habeant, nullus eo-
rum quibuſdã aut auri aut argenti uſus, lac & mel in cibatu frequẽs, contra frigora & rigores
ferinis pellibꝰ muriniſqꝫ corpora cõmuniunt. Eſtqꝫ is ſane ritus frequens Scythis, ſed nõ om-
Scythæ Tauri.
nibꝰ: pleriqꝫ eorũ ab alijs lõge diuerſos, ac ueluti peculiares inter ſe celebrãt mores, ut Scythæ
Agathyrſi.
Tauri qui raptu belloqꝫ uictitãt. Agathyrſi ſibi inuicẽ germani credunt̃, quippe quibus cõmu
Melanchlæni.
nes ſint uxores, auroqꝫ in primis abũdant. Gens ab his diuerſa à genere ueſtis Melãchlęni nũ
Budini.
cupant̃, hi Scytharũ ſoli humana carne ueſcunt̃ (ut ſcribũt quidã.) Sunt & Budini cæſijs ocu-
Orgenipei.
lis, atqꝫ ijdẽ Phthirophagi. Orgenipei innocẽtia ſingulari, & ob id ſacri oimqꝫ iniuriarũ exper
Eſſedones.
tes, tutus patet omnibꝰ gentibꝰ ad eos acceſſus, defunctorũ parentũ carnibus ueſcũt̃. Eſſedo
Neruij.
nes humanũ caput inaurant, quo annuos defunctis libãt honores, ijdẽ ſerpẽtiũ ui pulſi olim
Lupi ex hominibus.
ſolum uertere. Neruij Scytharum maxime infames, perſuaſum habuere finitimi eorũ ſingu-
los quotannis in lupos transfigurari, iterũqꝫ homines fieri: qđ monſtrum in Arcadia quoqꝫ in
Antęi familia gentile fuiſſe Euãtes apud Gręcos ꝓdidit, ut unus ex ea gẽte ſortito ad ſtagnũ
quoddã ꝑductus, poſitis ueſtibus trãſnaret, cõfeſtimqꝫ bellua ex homine fieret, ac nono poſt
anno, ſi humanũ interim ſanguinẽ nõ guſtaſſet, priſtinã reciperet formã. Aſtipulati ſunt huic
opinioni Fabius & Copas, ꝗ olympionica ſcripſit: adeo nullũ eſt tã impudẽs mendaciũ, quod
apđ Gręcos careat teſtimõio. Gaudẽt Scytharũ plures hũana cęde, eorũ quidã centeſimũ quęqꝫ

Gaudent Schythæ humana cæde.

ex captiuis immolãt,ſanguinẽ potãt eiꝰ quẽ primũ cepere. Probro datˀ hoiem nõ occidiſſe, bel C
licis expeditionibꝰ,niſi qui hoſtile caput ad regẽ detulerit,fiũt totius prędæ expetes. Sarmaticis

Sarmaticæ uirgines.

Scytharũ uirginibꝰ nõ prius nubere mos fuit,ꝙ hoſtẽ peremiſſent. Cũ rege uita defuncto,
pellicũ una oim chariſſima,miniſter unus,coquus,agaſo,uſator,pincerna,equus,& aurea phi
ala ſepeliuntˀ. Neq; aſinũ gignit Scythia, neq; mulũ ꝓpter frigora. Tellꝰ ipã ab Scytha Her-
culis filio nomẽ ſortita eſt,ut ſignificare uidetˀ Herodotꝰ. Plinius Scythẽ qui arcũ & ſagittã in-
uenit,nõ Herculis ſed Iouis ait fuiſſe filiũ. Fuerũtq; in uniuerſũ hi Scytharũ mores,fuit hic ui-
uẽdi ritꝰ. Nũc ad uetuſtiſſimã ipſius gẽtis expeditionẽ redeo. Circũtulit extra primos fines ar-

Vexoris expeditio in Pontum.

ma primꝰ oim Vexores Ægyptiꝰ. Is plurimarũ gentiũ uictor,quũ in Pontũ ꝑueniſſet,bellum
Scythię indixit: legatis prius in eam terrã miſſis,qui ſi imperata facerent, leges pacis uniuerſæ
genti dicerẽt. Scythę,etſi de aduẽtu hoſtiũ iã ante per finitimos certiores facti,oĩa ad bellũ ma
ture cõparauerant,uelut tamẽ rerũ omniũ ignari, dant reſpõſum legatis iniuſte facere eorũ re-

Ferox Scytharum reſponſum.

gem,qui nulla laceſſitus iniuria Scythas,genus hoim incultũ atq; horridũ,nõ auri,nõ argen
ti,nõ eorum quicq; habẽs ꝙ cæteri mortales magnopere concupiſcerent, bello magis laborio-
ſo ꝙ utili inuadere ſtatuiſſet. Credere ſe,illũ nõ ignorare dubiũ eſſe bellorũ exitũ,qui eo magis
ipſi ꝑtimeſcẽdus eſſet, ꝙđ id bellũ plus periculi & laboris,ꝙ pręmij habiturum uideretur. Cæ-
terum temere ad arma currere,ſeſe bello implicare,nõ ſolũ potentiſſimi regis eſſe, ſed humil-
limi etiã cuiuſq;. Finẽ bello imponere,& pacis leges dicere eorũ duntaxat qui uiciſſent. Videret
Vexores,qui bellũ adeo minaciter denuntiaret,ne de fuga eſſet potius illi cogitandũ,ꝙ de le-
gibꝰ ijs mortalibꝰ ſcribẽdis,quos in armis quid poſſent nondũ eſſet expertus. Nã ꝙđ ad ſe at-
tineret haud expectaturos Scythas,ut hoſtis ſuos tranſcẽderet fines,quin ultro ituros obuiã,
enixeq; daturos operã,ut uel primo congreſſu,eũ ipſe hoſtis,tũ cæteri mortales ex unius pu-
gnę euẽtu intelligerẽt,multo plus iuſtitiã in armis ualere ꝙ iniuriã, uictoriamq; & felicitatẽ a
uirtute ſtare,nõ ab audacia. Vexoris legati cũ his dimiſſi ſunt. Nec Scythę multũ inde cõmo-

Vexoris fuga. Scytharum ſucceſſus.

rati obuiã hoſti ire pergũt. Hic res accidit uix relatu digna. Vexores tot gentium terrarũq; ad D
eam diem uictor, ubi primũ Scythæ appropinquare dicti ſunt, florẽtiſſimo exercitu cũ omni
bellico apparatu relicto,paucis comitatus pro uicto in Ægyptũ abijt. Scythæ uictoriam ſecu-
ti,ſpoliaſſent haud dubie hoſtem regno,niſi paluſtri difficiliq; aditu,Ægypti fines trãſcẽdere
ꝓhibiti,alio impetũ auertiſſent. Victorię itaq; curſu in alias gẽtes deflexo,bella bellis ſerendo,
haud prius quieuere,ꝙ omnẽ Aſiam armis domitã ſibi uectigalẽ feciſſent,modico tributo gẽ
tibus impoſito,nõ regni nõ imperij noie,ſed ut monumẽtũ id eſſet inclytę uictorię. Abfuerũt

Scythæ ab uxoribus reuocãtur.

Scythæ procul domo annos circiter quindecim,dũ illis in pacanda Aſia alia ex alijs oriuntˀ bel
la. Poſtremo uxorũ minaciſſima legatione cõmoti,in patrios ſe fines receperũt. Miſerãt illę lõ-
ga expectatiõe fatigatę,quæ uiris nũtiarẽt,fore ut niſi cõfeſti domũ uenirẽt,ex finitimis ſibi ꝓ-
lem quærerent. Nec ferendũ ſibi amplius,ut diuturna uirorũ abſentia, Scytharũ genus inter-
cideret. Fuit inde Aſia pleriſq; ætatibus Scytharũ uectigalis. Pendendi finem tributi fecit Ni-
nus rex Aſſyriorũ. Longo interim annorũ interuallo,illuſtria ꝗdam regna ſunt ab ea gẽte con
dita:nam ꝑter Parthicũ & Bactrianũ,quę inde ortum habuerunt, Amazones,quæ poſtea ma
gnam Aſiæ partem tenuerunt,à Scythis & ipſę traduntˀ oriũdę. Earum res,quæ nõ multũ tro-

Ninus.

iana tẽpora ꝓceſſere,ſuo loco explicabuntˀ. Nũc proxime ſunt his Nini geſta ſubtexẽda. Qui
rem nõ umbrã rei ſecutus,quũ omnem belli fructũ in eo uerti arbitraretur,ſi ꝗplurimis domi
nari cõtigiſſet:primus omniũ omeis quas armis domuit gentes,ſuę fecit ditionis,uir ferox,mi
litaris glorię cupidus,longaq; armorũ exercitatione inter finitimos potẽs, inſtituta iũctaq;
ſocietate cũ Arieo Arabiæ rege,cuius opes lõge inter finitimos pollebant. Syrios Euphratis ac
colas Arabię finitimos bello adortus,modico negotio ſubegit. Fuit uictoria illa minus cruẽ-

Nini in Barzanen regẽ clementia.

ta,quo ſecurior omniũ genti ſtatꝰ,maioraq; erãt otia. Regẽ bello captũ cũ filijs obtrũcat Ni-
nus,tributũ uictis imperat,inde Armeniã ingreſſus ſubita ui oppida aliquot expugnat. Barza
nes qui eius terrę tũ regnũ habebat,nouo bello ꝑculſus, quũ in nulla re minus ꝙ in armis ſpẽ

Pharnus rex interficitur.

repoſitã haberet,cũ muneribꝰ ãpliſſimis occurrit,ꝓpinquãti hoſti. Veniã obſecrat, ſe,liberos.
fortunas oẽs Aſſyrio tradit. Hic Ninus magno uſus aĩo,cõmeatu,& militibus imꝑatis ſuppli
ci regnũ reſtituit. Victor inde ex Armenia in Mediã trãſit. Occurrit Pharnꝰ Rex hoſtiliter, Ni

no ſuos

A no ſuos inuadēte fines, ꝑlioqꝫ cōmiſſo cū ſeptem liberis, qui ſimul in acie ſteterāt, uictus occu
bu͂it. Rebuſqꝫ in hūc modū feliciter geſtis, cœpit libido uictoris aīm totius Aſię, qꝫ maxime ter
ra ipſa int̄ Nilū & Tanaim patet, armis ſubigendę. Pręſidio igit̄ Medis impoſito, uir ingēti ani
mo ſed qui ꝑſenti rerū ſucceſſu adhuc maiores ſpūs imbibiſſet, ad bellū longe difficillimū pro/
ficiſcit̄. Quā res ab eo in Aſia geſtæ magnificę & amplę fuerit, longū belli ſpatiū, celebriſqꝫ euē
tꝰ expeditionis illiꝰ facile declarāt. Cteſias Cnidius, & qui Cteſiā ſecuti ſunt, ſūmatim rem tā/
tam memorię prodiderunt: ſatis conſtat ſedecim annoꝝ ſpatio, quibus ille in armis eſſe ꝑſeue/
rauit, ꝑter Indos & Bactrianos oēm Aſiā ſuo imperio ſubegiſſe. Nouiſſimus laboꝝ oīm fuit il
li cum Zooaſtre Bactrianorū rege. Sunt Bactriani à Scythis oriundi, eſtqꝫ opinionis eiꝰ Pō/ Bactriano/rum ortus.
peius Trogus autor. Totius gentis regia olim Bactra, nudū magna ex ꝑte ſolū, quo, contigit,
ut Alexādri milites crudis in ea terra carnibus ueſci qñqꝫ adacti ſint lignorū inopia. Fert Tere
binthū arborē, atqꝫ ne eā qdē niſi rarā paruūqꝫ fruticoſam. Bactriani parētes ſenio cōfectos gē/
tili inſtituto fame necant, ſed magis impie Caſpiꝫ canibꝰ abiiciūt. Nunc ad Zooaſtrem redeo Zooaſtres.
quē phama eſt ſubito natū riſiſſe, manifeſto futuræ ſciētiæ ꝑſagio. Primus (ut creditur) magi/
cas artes exercuit, horoſcopos rerū, & ſiderū motꝰ diligentius obſeruauit. Cæterum qđ ad cœ/
li aſtrorūqꝫ rationē attinet, Belū, qui Ninū genuit, autorem quidā tradiderūt: Ioſephus aſtro/
rū obſeruationem multo credidit uetuſtiorem ad Iudæoꝝ gentē artis nobiliſſimæ primordia
referēs. Duplex belli phama. Sūt qui Zooaſtrē pugna uictū occubuiſſe tradāt. Bactrianoſqꝫ Zooaſtris interitus.
locoꝝ natura fretos ſubigi nō potuiſſe. Aliꝫ regem priore pugna incolumē exceſſiſſe aiūt; nec
longo interiecto tēpore bello ab Aſſyriis repetitū, medioqꝫ pręlio interfectum. Vtcunqꝫ tamē
res habet, Ninus bello in aliud tēpus dilato in Aſſyriam uictorē reduxit exercitum, & Arieum
cuius fida ſtrenuaqꝫ oꝑa fuerat in bello uſus, parte prædæ donatū in regnū remiſit. Mox ingē
tem urbē, & quanta ad eā diem in terris fuiſſet nulla, ſtatuit ædificare, omnibus Aſiæ populis
ad id opus accerſitis, cccc. & amplius ſtadiorū aream in Aturię campis, quę pars eſt Aſſyriæ,
B metatus eſt. Vrbē à ſuo nomine Ninū dixit. Bibliaci libri & Ioſephus Niniuen uocāt, celerius Nini ſiue Niniues ur/bis cōditio.
qꝫ fides rei haberi poſſit, immēſum alioqui opus, eſt ad exitū ꝑductum, mille & quingentas in
orbē turres urbs complexa eſt, Mœnia centenum pedū altitudine, amplitudine uero tanta, ut
murorum faſtigia ternis eſſent plauſtris peruia: Noua huc ex Aſſyriorum primoribus trāſcri
pta eſt colonia, cętera multitudo propoſita uberrimi agri partitione eodē ſua ſponte cōfluxit.
Confecto oꝑe, Bactra nouo eſt bello repetita, nullus unqꝫ exercitus numeroſior in hoſtē ꝓfe
ctus eſt, ad decies ſepties centena milia peditū, equitū, cc. milia Aſſyriꝰ in armis habuiſſe tra/
dit̄. Currū ad hæc & iumentorum tantum ut citra ruborem res alioqui incredibilis referri nō
poſſit. Plures hoc bello Zooaſtrē periiſſe memorāt. Is cum Bactrianorū, cccc. milibus obuiā
Nino progreſſus, ad centū milia hoſtiū qui prędandi ſtudio ſuorum agmen pręceſſerant, ſu/
bita ui oppreſſit. Attuliſſetqꝫ clades illa adhuc maiorē Aſſyrio conſternationē, niſi paucis ad/
huc reſiſtentibus, qui cæde fugaqꝫ diſiecti in ꝓximos tumulos refugerāt, Ninus cū robore co
piarū ſuperueniſſet. Sub regis aduentū totis utrinqꝫ uiribus eſt in aciem deſcēſum, Bactrianis
præſenti pugna & ſucceſſu geſtientibꝰ, priſtinæ uictoriæ memoria Aſſyriis numeroqꝫ uirorū
qui illis abūde ſuperat, fretis. Poſt ita atrocē pugnā Zooaſtres uictus media ſuorū ſtrage for/ Zooaſtris uerior exitus.
titer dimicādo occubuit. Qui ex ea cæde ſeruati ſunt, qua cuiqꝫ proximum fuit in ꝓpinquas ur
bes & munitiora oppida fuga abierunt. Victor Ninus regiā urbem obſidione cingit, tenuitqꝫ
oppugnatio illa plures menſes, quo tēpore caſu magis qꝫ cōſilio ſunt Nino nuptię q̄ſitę. Semi
ramis q̄ poſt illū in Aſſyria eſt rerū potita, regi cōnubio ceſſit. Operæpretiū eſt cognoſcere, qui
bus fortunę uoluminibꝰ ſit mulier ad imperii faſtigiū euecta, etſi fabuloſa uideri poſſūt ea, q̄
de eius ortu Gręci ſcriptores memorię ꝓdiderūt. Verū enīuero haud Graii tm̄, ſed qui apđ nos
quoqꝫ hiſtoriā cōdiderūt, obſcuram regū originē audēt, ut uideo, ad deos immortales referre,
nō quia ipſi ita eueniſſe arbitrati ſint, ſed ne fidē uetuſtati abrogarēt, niſi forte & ipſi, ut Ægy/
ptii, ꝑſuaſum habuerūt, poſſe geniū aliquē mulieribus appropinquare, & quędā ſobolis prin/
cipia gignere. Sed ut illi Martem, Mercuriū, & alios dęmones celebrāt, ita nos præter deū, ad cu
ius prouidentiā omnia merito referunt̄, maris, terrę, ſtagnorū, fontiū ue numina prędicari, aut
ꝯcredi, ſtultū arbitramur. Verū q̊quo mō hęc accipiēda ſunt, phama tenet. Semiramidē ex ſta/ Semirami/
gni

dis ortus. gni cuiuſdam Nympha,quā locoꝝ accolæ in parte Syriȩ religioſe colerēt,indigenaqꝫ adoleſcē C
te genitā,ac puerperæ iuſſu circa ſtagnū in crepidinē aquis ꝓminentē occulte ab adoleſcēte ꝓ/
Semiramidis alimēta. iectam.Frequentabant locum aquatiles uolucres,quæ eo ſe apricatū recipiebāt. Ab his proie/
ctam infantē miro properantiū ſtudio educatā memorant: quippe quæ nō ſolū alimenta cō/
gererent iacēti,ſed ꝑinde eam fouēdo ac implumes pullos ab omni aeris iniuria ꝓtegerēt.No
mēqꝫ ab re poſtea mulier tulit.Semiramides Syri aues appellāt. Hæcqꝫ prima illius fuiſſe ali/
mēta tradunť,quib9 haud multū mihi diſſimilia uidenť,q̄ de Cyro poſtea & Romulo grauiſ/
ſimi rerū ſcriptores ꝓdiderunt. Perſeuerarunt fatali miniſterio altrices aues infantē tueri,quo
ad paſtores creberrimo uolucrū concurſu, inſolitaqꝫ trepidatione moti,ex proximis ſtabulis
ad locū peruenere.Hi iacentē cōſpicati nō ſine admiratione eorū q̄ uiderant,ſecū extollūt, dela/
tāqꝫ ad ſtabula ſedulo enutriūt.Mox illā crepūdijs egreſſam,quū elegātior in ea eluceret for/
ma regij ſtabuli magiſtro dono deſtināt.Is quia ſine liberis eſſet,ꝓ filia,q̄ diligētiſſime poteſt
inſtituit. Vbi uero ad id ętatis uētū eſt,ut iā matura uiro eēt,ita forte accidit,ut Menō hō haud
poſtremę apud Ninū fidei ad regiū pec9 luſtrandū miſſus,in ea ſtabula uenerit,quib9 fuerat
Menoni nubit Semiramis. Semiramis nutrita.Is uirginē cōſpicatus,pulchritudine & moribus capt9,puellā ſibi in cōiugē
depoſcit: nuptijſqꝫ haud ęgre īpetratis,duos haud mľto poſt ex ea filios extulit,Iapetē & Ida
ſpem. Mox inde Menon regē ad Bactrianū bellū ſecutus,quū abſentis deſideriū coniugis in
Semiramidis commētum. tā longa obſidione ferre nō poſſet,eā ad ſe in caſtra acceſſiuit. Tum illa longius domo proſe/
ctura,ut tutior ab omni eſſet iniuria,ſexū nouo genere ueſtis mentitur,quo tū primū per eam
inuēto,Aſſyrij poſtea & Perſę uulgo uſi ſunt. Vbi primū igitur in caſtra uenit, mulier acri in/
genio Bactrianę arcis ſitū contēplata,confeſtim uiro rationē oſtendit loci modico negotio oc/
cupandi.Erat arx ab una parte p̄ceps,atqꝫ in profundam uallē inſigniter abrupta:quā hoſtes
Semiramidis audax facinus. uelut inacceſſam nullo cuſtodiebāt p̄ſidio. Huc audax mulier cum paucis,quos ſibi ad id fa/
cinus delegerat,per loca ab hoſtiū oculis maxime auerſa,atqꝫ eadē aſpera & confragoſa pręter
ſpem omniū obrepſit. Vnde quū ſeſe uelut cœlo delapſa,hoſtibus, quorū oculos,dum nego/ D
tiū conficeretur, Aſſyrius ſubita oppugnatione,ab omni ſenſu eorū quæ fierent longe auer/
terat,ex improuiſo obtuliſſet,Bactriani omni ſpe retinēdæ ulterius urbis abiecta, alij alio p̄ci/
piti fuga dilabunť.Ninus uictoriam adeptus primo mulieris ingeniū miratus dicitur,qđ ipſa
formæ præſtantia adhuc magis cōmendabat, ſubita inde libido animū inceſſit illius præſenti
matrimonio abducēdæ:à Menone igiť petit,ut Semiramidis cōnubio ſibi cedat, cupe ſe ait eā
ſibi coniugē adiūgere.Eius nuptię quū à uiro bona uenia nō impetrarentur: Ninus ui adem
Menonis finis, ptam duxit.Tū Menon duobus grauiſſimis ſtimulis amore ſimul & dolore percitus, collū la/
queo implicuit.Ninus Bactrianis bello domitis exercitū opulenta præda honuſtū in Aſſyriā
Nini regis mauſoleū. reduxit.Breui inde interiecto tempore, quū iam filiū ex Semiramide tuliſſet,qui paterno no/
mine & ipſe Ninus appellatus,imperio uxori per manus tradito , uita deceſſit. Prægrandi eſt
pyramide ſepultus. Cnidius Cteſias autor eſt,molis altitudinē nouē ſtadiorū fuiſſe,lateraqꝫ
aliquanto ſpatioſius euagata.Eam media planitie conditam memorant,aliquot ſtadia à Ni/
no urbe diſtantē.Regium id ſepulchrū diu poſtea ſuo manſit ueſtigio,quū Ninus ipſa ſub id
tempus intercidiſſet,aut certe non multo poſtqꝫ Aſſyriorum eſt regnū à Medis euerſum.Se/
miramis Nino uita defuncto animo agitare cœpit,qua ui quaue arte tantam regni molē tuto
adminiſtraret,parūqꝫ ab initio cōſtare poterat,utrū conducibilius eſſet, filio adhuc puero in/
perium permittere,an ipſam id adminiſtrandū ſuſcipere:nā ſub muliebri imperio tot ferociſ/
ſimás gētes diutius quieturas haud æquū erat credere. Nec omnino tutū uideri filio admodū
adoleſcēti ſummam rei tradere,qui ne ſibi quidē per ætatem multū ſaperet,nō modo is eſſet,
qui tot populoꝝ poſſet imperia moderari. Aliquandiu igiť inter utranqꝫ ſententiā anceps ac
conſilij inops hæſitauit. Ad poſtremū inauditū ad id tempus facinus cōmenta eſt:filiū pro ma
Semiramis filij perſonā aſſimulat. tre aſſimulat,ipſa filij perſonā mentita,adoleſcentē agit. Erant amborū liniamenta tam indi/
ſcreta ſtatura,adhæc & uocis ſonus,cęteraqꝫ ita ſibi reſpondentia , ut celato ſexu nullum eſſet
inter matrē & filiū diſcrimen. Vlnas igitur Semiramis ac cæterum corpus nouo occulit ami/
ctu,exornatqꝫ caput tyara,ꝓpoſito edicto,ut eodē ueſtiū cultu(nequa inde ſuſpitio oriretur)
uulgo Aſſyrij uterentur,atqꝫ in hūc modū regimen adepta,magnorū operū cōiugis æmula ur
bem

A bem clariſſimã circa Euphratẽ cõdere adorta eſt.ccc.hominũ milibus futuro operi admotis. Sunt qui inſtauratione fuiſſe hanc nõ ędificationẽ exiſtimẽt, locũq; cõfuſionis interpretent̃, ubi Nẽbrothi regia fuerit, ut in Nino quoq; fuit, aut his certe locis, in quibus ea poſtea cõdita eſt, Aſſuris regnũ, à quo Aſſyria ſit nomẽ ſortita. Fuerũt hi ambo ex Noë ꝓnepotibus. Videt̃ Hebraicæ opinioni Trogus aſtipulari, q̃ ab Aſſyrijs Syrios eſſe ait, & nõ à Syro Apollinis, ut Appianꝰ ait, filio: unũ Aſſyrię nomẽ factũ uideri poſſit. Cęterũ ſiue inſtauratio ea fuit, ſiue (q̃d plures tenent) cõditio, urbs in uaſta planitie ſita eſt, quadrata figura ita ut, ccc. & amplius circuitu pateret ſtadia, muroꝝ amplitudo quinquagenũ cubitũ, altitudo q̃druplo maior, ut Herodotꝰ ſcribit. Alij in q̃bus eſt Strabo, breuiorẽ areę circuitũ cęteraq; caſtigatiꝰ tradidere. Clytarchus & alij, qui in Alexãdri comitatu fuere, maiora quædam de muroꝝ celſitudine, q̃ Herodotus, prodere ſunt auſi. Mœnia lateribus, bitumine & arena cõſtructa, tãto ſtudio & celeritate, ut ſingulis anni diebus ſingula ſint ſtadia cõmunita. Quòd ſi quis tantã mortaliũ uim operi adhibitã animo reputet, ueterũ teſtimonio accedat neceſſe eſt. ccc. turres habuiſſe memorant, adhuc plures habiturã, niſi aliqua ex parte paludes & ſtagna pro mœnibus fuiſſent. Põs quinq; ſtadioꝝ ſupra Euphratẽ nobili materia, ſed arte adhuc nobiliore, murus ab utraq; ripa fluminis ductus, & Euphratis corriuatio in lacũ ad tẽpus extructũ, nõ Semiramidis (ut pleriq; arbitrati ſũt) ſed Nitocris reginę, q̃ poſt eã quinq; ętatibꝰ in Aſſyria regnauit, opa fuiſſe tradunt̃. Eiuſdẽ fuiſſe credidit Herodotus ſepulchꝝ ſupra portã urbis inſigniter conſtructũ, atq; inſcriptũ. Si q̃s forte regũ, q poſt me i Aſſyria regnabũt, pecunię erit indigẽs, q̃ntũ opꝰ habuerit hic ſumito, ſi minꝰ indigẽs, recluſerit, haud expediet illi id facere. Manſit locus uſq; ad Darij tẽpora intactus. Is indignũ ratus ſub cadaueribus trãſire reges, parũq; prudenter ab his fieri, q auro abſtinerent, ad quod tollendũ munifice ab his quoꝝ fuiſſet inuitarentur, ſepulchrũ demolitus eſt: Ibi neq; auri quicq̃, neq; argenti eſt inuẽtum, ſed hæc pauca inerant lapide inciſa: niſi pecunia inexplebilis eſſes, lucriq; cupidus, nũq̃ mortuoꝝ urnas reſeraſſes. Statuit Semiramis

*Aſſur.*

*Babylonis apparatus.*

*Nitocris reginæ opera*

*Nitocris ſepulchrum.*

B templũ Belo media urbe ampliſſimũ eximię celſitudinis, cuius faſtigio diu poſtea Chaldęi ſũt uſi ad ortũ occaſumq; ſideꝝ explorandũ. Cõdidit & alias urbes inter Tygrim & Euphratem. Obeliſcũ pedũ centenũ ac quinquagenũ in Ameniæ montibus exciſum, Babylonẽq; delatũ publice cõſecrauit. His operibus Semiramis defuncta in Mediã profecta eſt, ubi in Bagiſtanis campis hortos laborioſi operis ab ea cõſtructos fama eſt: monte ſeptendecim ſtadiorũ haud procul inde reſciſſo, in quo ſuã iuſſit imaginẽ incidi, ac circa eam centũ alias q̃ ferrent illi munera. Caſtigata deinde Zarciei montis aſperitate, ad Ecbatanã urbem progreſſa, regiam inibi ſumptuoſiſſime cõſtruxit cũ aquę ductu, montis quẽ Orontẽ accolę uocãt, iugo ad id effoſſo. Hęc illa in Medis, quoꝝ finibus digreſſa mõtes alibi adæquauit: quibuſdã uero locis profundas in abruptũ ualles, locaq; inuia ꝑplana acceſſuq; molliora reddidit. Aggeribꝰ paſſim militari ope ſuſcitatis, qua ipſa ſuũ metata eſſet tabernaculũ, ut uelut ex arce quadã oculis ſubiecta haberet ſuoꝝ caſtra: mãſit deinceps locis nomẽ, ut Semiramidis ſint aggeres appellati. Et hęc quoq; in Perſis. Ægypto deinde cũ Libyę parte ꝑagrata, ad meridiẽ cõuerſa Æthiopũ gentẽ domuit. Quin & Arabiã ſubegiſſe uideri, in q̃ Abeſanũ & Soractiã circa Characẽ & Petrã illius oppida, fuiſſe ſcribũt quidã. Poſtremo quũ geſtaꝝ reꝝ magnitudine omnẽ mentiti ſexus inuidiã iã ſuperatã arbitraret̃, matrẽ ſe cõfeſſa, in Bactrianos uenit. Hic maiore quadã cupiditate laudis accenſa, Indis ad id tẽpus intactis bellũ inferre ſtatuit. Nullius gentis regio maioribus ambit̃ finibus. Nearchus cãpeſtre quatuor menſiũ iter retulit: Megaſtenes. xx. miliũ ſtadiodioꝝ orã, quę ab auſtro tẽdit ad caucaſum: Deimachus quibuſdã locis. xxx. & ampliꝰ. Sed q parcius hęc tradiderũt orã Indię ab occaſu tredecim milibꝰ ſtadijs, patere aiunt: quę ad orientẽ ſolẽ obuerſa eſt, duobus milibus amplius. Cteſias opinatus eſt Indiã nihilo reliqua Aſia minorẽ. A tergo ſeptentrionẽ uerſus, extrema parte p̃mitur tauri montis quẽ ad ortũ pertendẽtem nũc Paropaniſum uocant, nunc Emogdum, nũc Imaum, alijſq; nominibus, totum uero caucaſum dixere, habet ad occidentẽ ſolẽ Indum fluuiũ, qui uniuerſę dedit nomen terræ. Dedit etiam & mari, qua meridiem ſpectat: & ad ortum rurſus litore in uaſtiſſimos ſe ſinus curuãte, Gangetico & Sinaico alluitur, quo magis miror nõ defuiſſe qui Indiæ formã traderent rhombo ſimilem. Omnium in ea fluuiorum maximus Ganges. Megaſthenes, quod ad ſoli

*Obeliſcus.*

*Semiramidis aggeres*

*Indiæ ſitus.*

*Indiæ forma.*

*Portentoſæ*

fœcun-

Indiæ uber/tas.

fœcunditatem attinet, biferam prodidit Indiam. Et in Muſicanis gente eius terræ haud igno/ C
bili, phama eſt frumentũ tritico ſimile ſua ſponte prouenire. Oneſicritus, qui ex Alexãdri co/
mitatu unus omniũ eſt Indiæ feracitatem diligẽtiſſime executus, quicq; ob rerũ nouitatẽ fabu
latoris infamiam pene adijt, tam eximiæ craſſitudinis arbores in ea prouenire tradidit, ut capi
nequeant trunci quinq; hominũ cõplexu: ex alijs folia nihilo minora clypeo pendere, quaſdã
meridianis horis quinũ ſtadiorũ umbrã iacere. Vino caret India, etſi non deſunt qui hoc q̃q;
muſicanũ ſolum ferre autument. Nardũ fert auſtralis ora, fert & Cinnamomũ ut Arabia, &

Vita Indo/rum & mo/res.

Æthiopia. Centũ triginta annorũ æuũ agũt eorũ quidam ut Muſicani. Seribus uita aliquan/
to longior, niger uulgo color, in materno utero tales fiũt ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt
qui genuere. Genitale ſemẽ, ut Æthiopibus nigrũ. Quorundã coitus more pecudũ in propa/
tulo. Cõuiuia celebrant in publico. Obſonia uenatu quęrunt. Neq; auri uſus ullus neq; argẽ/
ti in om̃ifaria metallorũ copia. Seruitijs iuuẽtute utunt. Ius nullũ niſi cædis aut cõtumeliæ, in
eum nil iuris eſt qui fidẽ uiolauerit, uelut cautius cũ cæteris ſit mortalibus agendũ, uidendũq;
cui credas. Nomades Indi crudis ueſcũtur carnibus. Mactant alij ſeniores parẽtes, eorũq; car/
nes eſitãt, furto abſtinẽt. Megaſthenes om̃ia memoriter eos miniſtrare autor eſt, quia nullus

Indorũ po/litia.

ſit inibi literaꝝ uſus. In Chateis Indis cremãtur uxores cũ uiris uita defunctis. Vniuerſa gens
olim in ſeptẽ diuiſa fuit ordines: quorũ philoſophi honore & dignitate apđ reges lõge antei/
bãt, proximus ab his locus agricolis. Mox paſtoribus & ijs qui publice uenarẽtur, bellatores

Monſtra fe/rarum.

quinto loco habiti: inde prouinciarũ & urbiũ p̃ſides. Omniũ nouiſſimi cõſiliarij. Varia Indis
& mõſtroſa animalia. Elephãti pręcipuę magnitudinis & multo libycis maiores. Oneſicritus
mirabiliũ (ut dixi) ſcriptor in Abiſari regione, dracones prodidit duos Alexandri temporibus
nutritos, qđ legati á rege miſſi nũtiaſſent, unũ cubitoꝝ octoginta: centũ & quadraginta alteꝝ.
Quod uix auſus eſſem referre, ne fabulã potius q̃ hiſtoriã ſcribere uiderer, niſi Tubero & alij

Serpens apud Ba/gradam,

Romanaꝝ rerũ ſcriptores autores eſſent, Regulo res in Aphrica gerente ſerpentẽ centenum
pedũ ac uicenũ ad Bagradam fluuiũ à Romanis militibus baliſtis expugnatũ: reiq; argumẽ/ D
to fuiſſe coriũ Romam ex Aphrica miſſum: Gignit Indica terra & tygres, quę hyrcanis præ/

Cercopi/theci. Formicæ indicæ.

ſtant magnitudine. Cerocopithecos adeo multos inſigniq; magnitudine, ut in eos Alexan/
dri milites uelut in hoſtes montiũ iuga inſidẽtes, humana ſpecie decepti impetũ feciſſe dican/
tur, ſuiq; erroris admoniti à locoꝝ peritis, nõ ſine rubore arma inhibuerint. Sunt & formicæ
uulpiũ magnitudine, dirę feritatis, auriq; effoſſi tenaciſſimę, ſunt & pẽnati ſcorpiones. Vipe/
ra cubitoꝝ, ſexdecim. Perdices anſerum magnitudine, Sed hęc cunctantius referenda, quę ta/
lia ſunt, ut fidẽ haud dubiæ abrogẽt hiſtorię: cuius legis ne oblitus uidear, ſciẽs prætereo, quæ
Græci ſcriptores & noſtroꝝ quidã eos ſecuti, de eius terræ monſtris memorię prodiderũt: & q
unicornes equos ferat India: quoſdam etiã hominũ naſo carentes, & qui ſine ore ſolo odore

Mõſtra ho/minum.

uiuãt, quoꝝ in Alexandri caſtra pauci admodũ ꝑducti fuerint: monoculos, adhæc alios quoſ/
dam tam inſigniter auritos ut aures ad pedes defluãt, atq; in alterutram eaꝝ decubent, quaꝝ
duritie arbores cõuellant, ſed hæc & alia id genus quoniã magna opus fide ut pro ueris reci/
piantur, quã ne in ijs quidẽ, quæ ſunt pene oculis admota, niſi grauate adhibẽt qui aliena le/
gunt ſcripta, ne hiſtoriæ fidẽ abrogent, parcius ſunt referenda. Erunt igitur ſemel hæc in uni/

Semirami/dis copiæ.

uerſum de India dicta. Nunc ad Semiramidẽ reuertor, quę bellũ Indis illatura trienniũ in cõ/
parando ornandoq; exercitu adſumpſiſſe dicitur. Proditũ memoriæ eſt hoc temporis ſpatio
quinquies ſupra tricies centũ milia hominũ ab bellũ coëgiſſe, & in his equitũ quingẽta milia.
Abſtinerẽ ego tam audaci relatu, niſi Creſias Cnidius & Diodorus q̨ illũ ſecutus eſt, huiuſ/
modi copiarũ eſſent autores. Erat in hoc bellico apparatu elephãtoꝝ indiga Semiramis, quo

Elephanti ſimulati.

affatim pręſidio utũtur Indi. Qua uiriũ parte ne inferior eſſet hoſte, rem commenta eſt regina
memoratu dignã. Elephãtinas effigies bubulis multifariã corijs magno numero aſtruit, ha/
buitq; in occulto id conſiliũ Semiramis, ne ad hoſtes eoꝝ, quæ pararentur, phama peruenire
poſſet. His prius q̃ in Indos moueret camelos incluſit. Quos quum bellatoribus ſuperne ſe/
dentibus repente equitibus, uelut in acie obiecit, inaniũ beluaꝝ occurſu futuꝝ rata, ut in uera
pugna elephantos equi minus ac minus formidarẽt, Nec in hunc ſolũ uſum uana illa belua/
rũ ſpecies quæſita, ſed ad uiriũ quoq; oſtentationem: ut quũ in hoſtiũ conſpectu acies in pro/
cinctu

A cinctu ſtaret, inane illud ludibriũ in ſubſidijs locatum, uerorum procul elephantorũ terribilẽ præ ſe ferret aſpectũ. Verum nihil poſtea res ipſa Aſſyrijs adiumento fuit, nõ magis q̃ multis poſt ætatibus Perſeo Macedonũ regi, qui eo bello quod cũ populo Romano geſſit, eodẽ uſus machinamento p̄lio ſuperatus eſt. Sed dũ cętera ad bellum expediunt, in Cypro Syriæq; & Phœniciæ ora ad duo milia nauigiorum ſunt bello inſtructa. Cameli naues curribus impoſitas in Indiam uſq; ꝑ longa terrarũ ſpatia deportarunt. Erat per id tempus Indiæ Rex Scaurobates, homo ingenti animo. Is audito hoſtium apparatu, ut eũ traiectu fluminis arceret, quatuor nauigioꝝ milibus Indi fluminis alueũ inſedit.

Nauium apparatus

Fama tenet naues quibꝰ Indi uſi ſunt harundinaceas fuiſſe, quod uix referre auſus eſſem ob rei inſolentiã, niſi grauiſſimi autores traderent ea craſſitudine harundines ferre Indicã terram, ut ſingula internodia nauigij uicẽ præſtent triũ hominum capacis. Hoc malim credere, q̃ ex intextis harundinibus inducto exteriore p̄te corio nauigia fuiſſe cõſtructa, ꝙ & in Ægypto circa Nilũ, & in Gallia ſolitũ fieri reperio.

Harundinaceæ Indorũ naues.

Elephãtes ad hęc uenatu q̃ſiti ſtudioq; ad bellũ inſtructi, & iam omnibꝰ paratis, q̃ ad hoſtilẽ iniuriam arcendã neceſſaria credi poterãt, ad reginã Scaurobates mittit iam appropinquantẽ, muliebrẽ arguẽs temeritatẽ, ꝙ bellũ Indis inferre ſtatuiſſet, à quibꝰ nulla eſſet iniuria laceſſita, fore minitãs, ut ſi eã p̄lio uictã cepiſſet, cruci (ꝙ ultimũ merita eſſet ſuppliciũ) affigeret.

Scaurobatis legatio.

Riſit minaciſſimã regis legationẽ Semiramis, uirtuteq; bellandũ eſſe reſpondit nõ uerbis, ac cũ his ad Indũ flu. copias admouit. Audito hoſtiũ acceſſu Scaurobates ĩ frequẽtiſſima ſuoꝝ cõcione ita uerba fecit.

Scaurobatis oratio.

Dira & execrabilis iniuria eſt hũano generi noſtroꝝ patrũ memoria ab Aſſyrio orta uiri fortiſſimi. Ninus ille nõ regũ modo, ſed oĩm quicũq; adhuc in terra fuerũt improbiſſimus, nullo quidẽ exẽplo, nullaq; externa ui laceſſitus, humanaꝝ gentiũ quietẽ regũq; & populoꝝ ocia primus ſubuertere aggreſſus eſt. Fuerũt (fateor) ante illũ, qui ambitioſe magis q̃ crudeliter ultro mortalibꝰ bella intulerint. Sed hi ſola laude cõtenti, nihil ex uictis hoſtibus p̄ter uictorię nomẽ ſibi q̃ſiuere. Inhumanũ credo rati, uel impiũ potius nobile aĩal, rationis rerũq;

B cœleſtiũ capax, ſeruitio adigere. Id Vexores Ægyptius, q in Pontũ uſq; uictor arma ꝓmouit, id poſtea Scythę q Vexorẽ & oẽm penè Aſiã uicerũt, mihi ſecuti uidẽt: ſatis utriſq; uiſũ, uincere potuiſſe.

Vexores

Cęterũ omni maiore contumelia abſtinuerũt, niſi immodicã Scytharũ auaritiã fuiſſe dicat aliquis, qui cũ omnẽ Aſiam domuiſſent, neſcio ꝙ minimũ auri pondus, ut perpetuũ aliquod eius uictoriæ extaret monumentum, uictis gentibus imperarunt. Verũ aliter Aſſyrius, qui ut crudele imperium in homines exerceret, Arieũ Arabiæ regem ꝑ ſpeciẽ ſocietatis primo ſibi obnoxiũ reddidit: inde finitimos reges incautos adortus, ſiqui facile ceſſere, ſatis habuit, tributo & ſtipẽdio imperatis libertate priuare, ſuęq; ditionis facere.

Arieus

Qui uero ſuã libertatem tueri conati ſunt, hos uictos nõ regno ſolum, ſed crudelem etiam in modũ uita ſpoliauit: & in his Pharnum Medorũ regem, quẽ quia eius dicto non ſtatim paruiſſet, cũ uxore & ſeptẽ liberis cruci miſerabiliter affixit.

Nini atrocia facta

Dignus ipſe q atrociore ſupplicio fuiſſet affectus, oblitꝰ reges ab initio iccirco inter mortales conſtitutos, ut ſapientia, ęquitate, & uitę innocẽtia priuatis iniurijs reſiſterẽt: nõ ut apta latrocinia in populos, populorũq; reges exercerent. Ademit itaq; ille multis gẽtibus libertatem, eſtq; ea clades eo facilius mortalibꝰ illata, quo minus fuit ab ombus expectata. Inſidiari, ut uere dicã, id fuit, non bellare: opprimere, nõ uincere: latrocinari, nõ imperio ſubigere: ſi dũ ego ocia foueo, tu bellum meditaris: ſi dum paci ſtudeo, tu hoſtiliter inſidiaris: ſi dũ inermis occurro, tu libertatem adimis. His ille artibus ſibi imperiũ quæſiuit. Hæc nefariæ illius expeditionis ratio. Nouiſſimum ei bellum cum Bactrianis fuit, gẽte nobis finitima. Nemo eſt ueſtrũ (credo) qui nõ quãdoq; audiuerit, quæ ab eo in Bactris geſta ſint. Vicit ille bis gẽtem ipſam, ſed tumultuario prælio uicit, non legitimo pugnę genere. Nam ꝙ illi ſua magis ſint culpa uicti, q̃ hoſtium uirtute, id argumento eſt: ꝙ ſemel cum hoſte cõpoſito agmine congreſſi, ad centũ milia Aſſyriorum pauciſſimis horis reliquis ad montes compulſis, occidione occidere. Verũ cadente rege, acciſis gẽtis opibꝰ, intra mœnia incluſi, hoſtis uictoriã diutiſſime remorati ſunt.

Aſteiſmos Semiramis.

Quid ꝙ ne uictoria quidẽ de uictis inertiſſimo hoſti contigiſſet, niſi muliercula hęc, quę nũc tantos ciet bellorum ſtrepitus, ex lacunę crepidinibus ſublata, quæ prius penè fuit uolucrũ eſca, q̃ uagire cœperit, paſtorale ſcortũ, in ea caſtra occurriſſet. Hæc quia regi qua fraude hoſtes ſuperari poſſent, oſtẽdit: neſcio uiro an lenoni abducta, ad regiã libidinẽ

explendã accerſita eſt. Accepit itaq; pr̨emiũ intéperantiſſima fœmina, nihil à ſuo ingenio alienũ. At bona cóiunx (id eni nomẽ poſtea adepta eſt) uirũ nefario dominatu fraude deiectũ ad mortem cópulit. Cuius uanitatis ęmula, nouo ludibrio Aſſyrium ludificata, uirilẽ ſexũ mentita eſt, pro filio regnare auſa magnã humani generis partem ſeruili operi addixit: magnificũ & excellens rata, ſi ut Ninus fecerat uaſtiſſimam planitiẽ eſſet mœnibus complexa. Cũ ea igiť operaria manu nuper ex Babylonijs figulinis, murorumq; ſtructuris reuulſa, per domitas iã antea gentes inſolenter euagata, nullus in tota Aſia eſt locus, in quo non ſuæ uanitatis impſſerit ueſtigia. Et hæc crudeliſſimi illius regni origo, hæc rerum incrementa fuerunt. His illa auſpicijs eſt imperiũ adepta, huiuſmodi militia uſa. Nunc impudentiſſima fœmina atq; omniũ quæ fuerunt unq; ſuperbiſſima, ad res indicas occupandas animum adiecit: nõ diuina nõ humana iura reſpiciẽs: cęca dominãdi libidine p̄ ęqua & iniqua agiť: noſtris finibus copias admouit, immo iãdudũ in conſpectu eſt. At nos non q̃a noſtra potiſſimum interſit liberos, uxores, fortunas, omne indicũ nomẽ à tam deteſtabili iniuria tueri: ſed ut humanum etiam genus turpi ſeruitio indigniſſimoq; unius fœminę dominatu uindicem⁹, temerarijs hoſtiũ conatib⁹ occurrere æquũ eſt. Et quod ad belli huius rationẽ attinet, nolo uos uiri fortes ignorare, cũ quo ſit hoſte nobis res futura. Aſſyrius Indię bellũ indixit. Ea dico gẽs q̃ ſuę libertatis oblita prima omniũ regię libidini ſeruire non erubuit: unde illa ſatellitũ manus profecta, quę p̄ omnes terras regiũ eſt faſtum & ſuperbiã comitata: quæ poſt deteſtabilem illam regis expeditionem in murorũ ſtructuris reliquum uitæ tempus ad hunc diem egit. Quæ priore dominatu ſublato aliquanto turpius molliſſimę fœminæ ſeruire nõ recuſauit, quæ (ut fama ferť) nullũ egit diem in caſtris ſine adulterio, & q̃ adhuc magis ſit deteſtabile, raro ullus ad eam adulter bis admittiť. Huiuſmodi ducis ductu Aſſyrius iamdudũ militat, cum hoc illa exercitu alteram Indi fluminis ripã temere inſedit. Nec quia tot hominum milia ſecũ trahere dicatur, quẽq̃ mouere debebit: quippe qui tã molles ſint, q̃ ipſa, quæ imperat regina. Addo q̃ pręter regionẽ, q̃ ab omni parte tutiſſima eſt, à fronte Indũ habemus, omniũ fluuiorũ poſt Gangem maximum: à tergo ipſum Gangẽ: hinc mare, inde Caucaſi iuga. Quod ſi uiri, ut debem⁹, nõ fœminæ ſumus, nõ aſſyriũ ſolũ hoſtem molliſſimũ, ſed totũ etiam orbem terraꝝ procul ab Indię finibus haud dubie diſtinere poſſim⁹. Elephantis uulgo abũdamus, quos ſi acie dimicandũ ſit, haud uereor quin magnũ ſint adiumẽtũ nobis ad uictoriã allaturi. Cõpertũ habeo Aſſyriũ quia tali p̄ſidio careat, uana beluarum ſimulacra ſibi effinxiſſe, quoniã (ſi credibile eſt) puerili nos uanoq; ludibrio perculſi earum beluarum effigies fugituri ſimus, quas nõ ſolum uenamur, ſed & ad bellum inſtruimus, domeſticatim in omnẽ fere uitę uſum cicuramus. Hæc igitur ſunt hoſtiũ cõſilia, hę uires, quibus molliſſima fœmina duce nobis eſt bellum illatum, exercitu ipſo multo molliore: in quo nõ robur, non diſciplina militaris, nõ rerũ experientia ulla: in quo præter muliebrem mollitiẽ nihil temere reperies, quanq; ſi fortiſſimi eſſent, tñ regionis ſitu, ꝓprijſq; uiribus fretos pro noſtra totiuſq; Aſiæ ſalute nõ ſolum reſiſtere, ſed ire etiam obuiam præſenti incẽdio oporteret. Quod ſi audaciſſimi illoꝝ conatus à nobis (ut ſpero) fracti fuerint, autores cæteris mortalibus erimus, non ſolum nefario dominatui reſiſtẽdi, ſed ſiqui etiam antea ſeruitutis iugũ tulere, id ipſum à ſuis ceruicibus excutiendi. Sin (q̃d nolim) uicti erimus, eo minus digni ſeruitio iudicabimur: quo acrius pro tuenda libertate fuerit à nobis dimicatum. Sed cauſa ſumus & uirtute meliores, quarum hę uictorię eſt comes, illa mater & altrix. Atq; eiuſmodi ille hortatione uſus in aduerſa Indi ripa claſſem inſtruit. Eſt is oĩm fluuiorũ, qui ſunt celebres in terris, poſt Gangẽ ampliſſimus: ut nõ immerito tantũ telluris, quãtũ India amplectiť, ab eo ſit nomẽ adeptũ. In Armenię montib⁹ oritur, pluribuſq; fluminib⁹ augeť, & in his, XV. nobiliſſimus. Ad meridiem in mare cui cognomen indidit, duobus decurrit oſtijs. Ferunt tã lato interdum alueo fluere, ut ad cẽtum pateat ſtadia: qui parcius id tradidere, dimidio minorẽ fecere. Inſtructa igitur utrinq; claſſe, medio eſt alueo concurſum: fuitq; aliquãdiu anceps p̄liũ, multiq; interim, aut cæſi ſunt, aut in altũ amnem uarijs caſibus pręcipitati. Demũ fortuna inclinante fuſis fugatiſq; Indis ad mille eorum naues, & cũ his uis hominum ingẽs ſunt aut captæ aut depreſſę. Semiramis uictrix continuo fluuiũ ponte iũxit, pręſidioq; ab utraq; ripa impoſito, oẽs per otiũ copias traduxit. Et ne quid à tergo, q̃d hoſtiũ eſſet, relinquereť, aliquot interim

Exprobratio uanorũ operũ in hoſte

Vituperatio à ſeruitute.

Indiæ ſitus munitiſſimus

Indi flu. ortus & incrementa.

Indorũ cũ Aſſyrijs prælium nauale.

C

D

A terim inſulas, quas temere Indus facit, parte nauium ad id miſſa, occupat. Vnde ſuper opulentam prędam ad centum accolarũ milia ſunt in ſeruitutem abducta. Scaurobates, qui ab initio optauerat ſibi occaſionem dari cũ Aſſyrio acie dimicandi, ratus adeſſe tempus quo reginã pręſenti uictoria exultantem, facile eo traheret, ut ſecũ de totius rei ſumma acie dimicaret, fugienti ſimilis procul à flumine cum omnibus copijs receſſit. Id metu fieri non arte Semiramis rata, præſidio circa pontem relicto, ne à tergo ullus hoſti locus ad inſidias relinqueret: ſpei plena in regem quadrato agmine ire pergit. Et iam Aſſyrius in conſpectu erat, cum Scaurobates iterum ſuis, ſeſe ut ad pugnam expediant, edicit. Non eſſe cur animum ad unã aduerſam pugnã remitterent, quæ non ſua uirtute hoſti proſpere ceſſiſſet, ſed robore nauium quas Aſſyrius inſtructiores ualidioreſcꝫ ꝙ Indus habuiſſet. Quin in terreſtri pugna, quæ iã inſtaret, omnẽ ſpẽ repoſitam haberẽt, in qua & uirorũ robore, & Elephantorum præſidio, quo Aſſyrius maxime indigeret, abundarent. Niſi forte inanes illę imagines, quas ad terrorẽ hoſtes effinxiſſent, hæ habendę eſſent, q̄ elephantorum agmini tuto proponerentur: aut Indi tã pueriliter ineptirẽt, ut leuiſſimum ludibriũ eſſent in acie formidaturi. Sed contra futurum, ut non multo poſt Aſſyrius ſibi rem cum fortiſſimo genere hominum, non cum pueris eſſe experiretur. Irent fortes in eam aciẽ, in qua nõ ſibi ſolum, ſed uniuerſis gentibus eſſent haud dubie ſalutem quæſituri. Hæc ille. Atcꝫ cũ his ſimul aciẽ inſtruit, in fronte equites, & currus primo locat: peditũ phalãx ſtetit his proxima cum elephantorum præſidio. Semiramis & ipſa cõſtitit ſtructis ordinibus. Inde utrincꝫ magno clamore concurritur, acciditcꝫ ut primo cõgreſſu Indici equi ueris aſſueti elephantis, uanitate illa inſolita & odore territi confeſtim terga uerterint. Fuſum equitẽ Semiramis prima acie dimicans, cũ lectiſſima bellatorꝫ manu fugientẽ inſequit̃. Scaurobates nihil ad eã turbatus, equitibus ſine maiore tumultu intra phalangẽ acceptis, pedeſtre agmẽ ꝑeuntibus elephantis, in hoſtẽ immittit. Hic redintegrato prælio fœdã indicę beluę uanis impactę Aſſyriorum beluis, hominũ camelorũcꝫ ſtragẽ edidere: mox in fortiſſimã aciẽ actę, incre-

B dibilem uim hominum obtriuere. Ex ſublimi elephãto rex dextro pugnabat cornu. Forte accidit ut & Semiramis eodem tempore ſiniſtro latere pugnã cieret. Et q̄uis ob multã ſtragẽ res ad fugam ſpectaret, ſuſtinebat tamen ſua pręſentia & hortatione fortunã aperte inclinantẽ. Eam rex procul conſpicatus ſagitta primo, inde iaculo confixit. Tũ Semiramis duobus uulneribus acceptis, in celerrimũ equũ, quẽ in hunc uſum paratũ in acie habuit, celeriter conſcendit, cuius celociſſimo curſu quũ à tergo hoſtis immineret, ægre ſeruata eſt. Tum qui circa illã prælĩũ obibant, reginam cruore fœdatã trepidecꝫ pugna excedentẽ intuiti, ſolutis repente ordinibus fugã capeſſunt. Orit̃ itacꝫ cędes ingens, ut in tã numeroſa fuga, in qua uno tẽpore tot milia fugientium terga cæderẽtur, oriri oportuit. Paſſim trepidum agmen Indus uictor tota planicie agit. Innumeri mortales in aperto oppreſſi ſunt: ſed in ipſis locorum anguſtijs multo plures, ubi immẽſa uis hominum diu colluctata: quia uno uado tot milia perrumpere nõ potuerunt, incredbilẽ cędis materiam uictori prębuit. Ad ripã uſcꝫ fluminis Indus effuſa ſtrage fugiẽtem hoſtem ſecutus eſt. In cuius ripa longe fœdior ꝙ alibi peracta eſt cędes. Plurimi etiã ꝑ alto flumine abſorpti ponte media trepidatione ſoluto. Semiramis, ubi hoſtẽ adeſſe ſenſit, & iam partem ulteriorẽ põtis ab eo teneri, ſubito illũ reſcindi imperat. Res ut improuiſa aliquam etiam uictoribus cladem attulit. Multi enim cũ ipſo ponte impetu fluminis correpti altis ſunt uorticibꝰ abſumpti. Scaurobates prodigijs & uatum monitis deterritus, ne fluuium tranſiret, ad ripam progreſſus, ab omni alia inſectatione deſtitit. Semiramis permutatis cum hoſte captiuis in Bactrianos reuerſa, maiorem exercitus partem dimiſit. Nec ita multo poſt à Nino filio in ſidijs excepta perijt, quũ duos & quadraginta regnaſſet annos. Diuerſa omnino de eius exitu fama eſt. Cteſias & qui cum eo ſentiũt, Semiramidẽ aiunt filium inceſti appellare auſam tẽtati ſceleris odio ab eo interfectam. Satis conſtat tã immoderatæ libidinis fuiſſe, ut equum, Iuba autore, ad coitum amauerit: & quę ne in caſtris quidem, uel medio belli ardore, uirorum congreſſu abſtineret. Sed quum lectiſſimum quecꝫ forma appeteret, cõfeſtim tabernaculo dimiſſum occulte interficiendum curabat. Ego tam diu crediderim id ab ea factitatum, dum uirilem mentita eſt ſexum. Fuerunt ſcio ex gręcis ſcriptoribus, qui diuerſa ab ea quæ uulgata ſit, uia ingreſſam Semiramidem ad regnũ perueniſſe crederent: ut quum florenti forma & ætate

Recẽs Scaurobatis hortatio ad ſuos.

Prælium in campo.

Strages.

Semiramis ſauciatur.

Cædes Aſſyriorum.

Aſſyriorũ cædes.

Semiramidis aſtus.

Semiramidis interitus.

eſſet ,pbarenturq́ eius mores à uiro,nõ minus ꝙ forma,ab eo petere nõ dubitaſſe ut ſe qnq; dũtaxat dies regnare pateretur. Quod tempus cum nihil grauate impetraſſet, adeo obſequio & munificentia paucis diebus ſe Aſſyriorum primoribus inſinuaſſe, ut uiro in cuſtodiam cõiecto bona omniũ uenia in regno perſeuerarit. Sed quoquo modo imperiũ fuit adepta, inter omnes conuenire uideo imperij fines eius uirtute nõ ſolũ defenſos, ſed magna etiam ex parte ad meridiẽ propagatos. Ninus ſublata matre nihil parentum ueſtigia ſecutus: omni armorũ ſtudio abiecto, ad ocium ſe & uoluptatẽ contulit. In eo ſi non fortiter, callide tamen præſenti fortunę conſuluit: ut ad populos in fide retinendos, quotannis ex toto regno accuratiorẽ haberet delectum, noua communiret caſtra, quaſi ſubitum aliquot moliretur bellũ, & iuuentutẽ ratus ad militaria munera obeũda promptiorẽ fieri, ſi frequenti delectu ad ſigna reuocaretur, & ſiqua defectionis conſilia occulte in populis mota eſſent, præſentium copiarũ metu opprimerentur. Cęterum ea Ninus per pręfectos agere, ipſe inter eunuchos & puellarũ greges omnium molliſſimus fœdis ſe uoluptatibus immerſit, quibus turpiter captus, aliquanto turpius conſenuit. Eius ueſtigia alij qui poſt illum ſunt rerũ in Aſſyria potiti ad unũ ſecuti, nihilo meliore fama uixere: donec Sardanapalo, qui ultimus in ea gente regnũ tenuit, ſublato, imperiũ, quod proprio ſit loco referendum, ad Medos tranſlatum eſt. C

Degenerat Ninus Iunior à parentum indole

## ENNEADIS I. LIBER II.

Dvm Ninus Iunior in Aſſyria tam molliter regnat, Habraamus ex Ægypto reuerſus eam Cananęę terrę incolebat partẽ, in qua ex Meſopotamia profugus iam antea cõſederat. Hoc temporis ſpatio Sodomitarũ Reges, qui lõge inter finitimos (ut tũ hominũ res erãt) opibus pollebant: ob tributũ regi denegatũ, aut certe aliquãto ſegnius miſſum ab Aſſyrijs bello petiti ſunt. Fuit circa Sodomã urbem locus, Puteis erat illi nomẽ, mox uero ſubita rerũ mutatione miraculo in ijs locis facta, lacus quẽ à ſcatenti bitumine Aſphaltitẽ dixere, repente extitit, tum ut dixi, terra erat. D

Sodomitæ bello ab Aſſyrijs petũtur.

Hic Sodomitę cũ hoſte acie congreſſi, prelioq́ ſuperati, præter eos, qui pugnando occubuerãt, pleriq; ſunt in captiuitatem abducti, & in his Loth Habraami fratre genitꝰ. Colebat is circa Iordanem amnẽ haud procul urbe ꝑdia, & ſi nõ adeo magna a,mœna tamẽ & frugifera: Eſt Iordanis ob Chriſti ſummi Regis lauacrum omniũ quæ ſunt hodie in terris, pręcipua religione inſignis, ex Paneade, qui Cęſareę mons eſt, duobꝰ fontibꝰ oritur, Ior huic nomen: Dan illi eſt, ut Diuus Hieronymus tradidit, unde & Iordanis facta uox eſt.

Loth. Iordanis

Aſphaltites lacus

Amœnis ipſe aquis, ac ſiqua locorũ anguſtiæ patiunt̃, benigne ſeſe accolis inſinuãs: in Aſphaltitem lacum, dirũ natura, uelut inuitꝰ defluit, aquaſq́ ob id ipſum alioqui laudatiſſimas amittit, peſtilentibꝰ undis mixtꝰ: Lacus ꝑter bitumẽ nihil gignit: tauri in eo & cameli fluitare credunt̃. Ex quo fama tenet nullum ſolidum corpus his undis immergi. Inde Iordanis emerſus, perq́ anguſtam uallẽ aliquãdiu luctatus, Geneſarã ſacro flumine auget lacũ. Cõmotus igitur Sodomitarũ clade Habraamus, cũ trecentis ferme ex uniuerſa familia lectis (ſtimulat illius animũ Lothis neceſſarij ſui miſerabilis caſus) ſubito occurſu hoſtẽ pręda honuſtũ, nihil minus ꝙ inſidias cauentẽ, circa alterũ Iordanis fontem intẽpeſta nocte adortus, haud magno negocio, opprimit. Hic pleriq; ſomno & labore preſſi, prius omnino cęſi ſunt, ꝙ ullus ad eos hoſtium ſenſus ꝑuenerit. Alij ſemiſomnes & ad primũ tumultũ titubantes, quum neq; arma neq; certam fugam expedirent, nocturnis tenebris diſiecti, quo metus quẽq;, aut fugæ impetus detulit, diuerſi abiere.

Habraami uictoria

Melchiſedech ſacerdos & rex.

Habraamus uictor præda & captiuis receptis, cũ ingẽti lętitia & gratulatione in ualle regia, uia quæ Solymas ducit: à Melchiſedeche uiro ſuper nomẽ regiũ iuſtitia etiã & ſacerdotio inſigni, excipitur. Occurrit eodem illi loco Sodomitarũ rex, qui poſt mutuas gratulationes ſuis cum præda ex Habraamo receptis, alia ex hoſte quæſita ob rem bene geſtam fortiſſimam cohortẽ habere permiſit. Tum (ut ſacræ literæ tradunt) Habraamo numeroſa eſt ſoboles cœleſti oraculo ꝓmiſſa, atq; ob id ipſum trimulam ille deo optimo bouem, trimulam capram, arietem trimulũ, cum turture & columba ſacrificauit. Ioſephus autor eſt: anno duodecimo ex quo tributum Aſſyrijs pendere ſodomitæ cœperant, hęc circa Iordanem accidiſſe. At

ſatis

A ſatis cõſtat Habraamum nouiſſimis Nini temporib⁹ natum, quũ ille duodeuiginti annis imperiũ tenuiſſet. Euſebius treis & quadraginta ſcribit: ac primos omniũ Syros Euphratis accolas, alioſq; Syriæ circũiectos populos tributarios factos. Quod ſi ſic eſt: nõ uideo quo pacto temporum ratio illi cõſtare poſſit. Affirmare igitur oportet in Semiramidis, aut certe in iunioris Nini tempora eam expeditionem incidiſſe: quum maiore Nino ex humanis decedente, ne arma quidem per ætatem ferre adhuc poſſet Habraamus. Libet credere librariorum id erratum non autorum eſſe. Quippe qui quum in multis, tum in his quæ numeros cõtinent ſæpiſſime decepti, inexpiabiliũ pene errorũ tenebras poſteris reliquere. Sed utcunq; res habet, Habraamus Ninorum ætatibus interiectis, quũ multa religione gentiliq; pietate conſenuiſſet, eſſetq; iam octogenarius, ex Agare ancilla Ægyptij generis filium tulit Iſmaẽlẽ, unde Iſmaẽlitarũ genus, q dein Agareni dicti ſunt, & ut Euſebio placet, ad poſtremũ Sarraceni. Mox uiceſimo abhinc anno, centum iam annos natus Habraamus, ex Sarra coniuge, quę ad ultimam ſenectã fuerat ſterilis, Iſaachũ genuit, quem diuino monitus oraculo circũcidit. De myſterij huius ratione uaria (ut uideo) traduntur ab ijs quos ſequimur. Quidam nihil pręter obſcœnorũ munditiã ea re quæſitum exiſtimant. Alij figuram eam fuiſſe aiunt: ſed quam ne ipſi quidẽ Hebręi ſatis intellexerint. Nõ deſunt, qui id inſigne ob eam cauſam gẽti inditum putẽt, quo numeroſa illa progenies cœlitus Habraamo promiſſa à cæteris eſſet gẽtibus diſcreta. Ethnici ſcriptores circuncidi propriũ & uetus Ægyptiorum arbitrati ſunt: quem morem Colchi & Hebræi inde oriundi poſtea tenuerint. Sed tam in hoc q̃ in pleriſq; alijs decepti, plura Ægyptijs tribuunt, q gens ipſa ex Habraamo (ut ſupra oſtẽdimus) accepiſſe uideri poteſt: & mox longo interiecto tẽpore ex Habraami pronepotibus, q Iſraẽlis filij fuere. Sed eadem illi diuinarum rerum ignoratione, aut fortunę, aut dæmonũ ambagibus, quibus tũ uulgo omnes fere gentes ſeruiebãt: aut (quod minus ſit inuidioſum) phyſicę tribũt rationi, q cq̃d dei optimi maximi, aut iuſſu, aut permiſſu, miraculoſe in humanis accidiſſet. Id quũ ex multis alijs poteſt pcipi, tũ ex eo ꝙ uul-

Habraami ſeculum

Circũciſionis cauſa. Cuius gentis ſit propriũ circũcidere.

B go Græcis ſcriptoribus perſuaſum eſt: Sodomam & alias circuniectas urbes, quę ſub id tẽpus, quo Iſaachus natus eſt, cœleſti flãma interiere, idcirco incendio abſumptas arbitrant̃, ꝙ locoꝝ natura cauernoſa eſſet & ſulphurea, & ob eam rem huiuſmodi caſibus obnoxia. Quã q̃ imprudẽs Strabo ueritatẽ pene exprimit. Quòd regio ſit ignea, multa, iquit, ſigna afferũt. Nã & petras aſperas exuſtas circa Moſadas oſtendunt, & multis in locis præruptam terrã cinerulentã, & picis guttas ex petris diſtillantes. Flumina fœtido odore efferuẽtia & habitationes paſſim euerſas, ut ijs fidẽ habeant, quę ab indigenis pdicant̃, ꝙ in ea regione plures urbes habitarent olim, quarũ Metropolis fuerit Sodoma, quæ adhuc, LX. ſtadiorũ ambitũ ſeruet, & ꝙ ex terremotib⁹ & ignis afflatu aquis calidis & bituminoſis & ſulphureis lacus eruperint, & petræ igniferæ factę, & urbiũ alię abſorptę, aliæ ab his, q effugere potuerũt, relictę. Audiuerant Gręci (q̃s nõ uidet?) hęc quãdoq; his locis accidiſſe, ſed diuinoꝝ ignari ea fuiſſe loca miraculo excĩſa pcipere non potuerũt. Quod niſi in tenebris erraſſent, uel ex eo quod dicam miraculo factũ credere potuiſſent, ꝙ nemo prius tale aliquid aut poſtea terris ipſis accidiſſe, quod ſciam, tradidit. Cæterum ſi locorum natura eſſet in cauſa, emicuiſſet interuallo temporis is ignis interdũ, ut in Æthna, & ęolijs inſulis: aut certe aliq̃ ſubiectę materię proderent argumẽta. Moſes, Ioſephus, & alij Hebraicæ uetuſtatis ſcriptores, Sodomitas aiũt Gomorręos & alios quoſdam finitimos populos diuitijs ea tẽpeſtate & ocio florẽtes, in om̃e libidinis flagitiũ abijſſe, ita ut mares uulgo muliebria paterentur. Atq; in tantũ fœdiſſima libido omniũ animos inceſſerat, ut ne ab hoſpitibus quidẽ uiolãdis abſtinerent: ob idq; cœleſti flamma uno tẽpore extinctos. Loth uir iuſtiſſim⁹ & ipſe loci huius incola, unus omniũ cũ coniuge & liberis ea eſt clade ſeruatus. Is cœleſti prius uoce monit⁹ ſe ſuoſq; imminẽti periculo ſubtraxit. Incidit Sodomę & aliarũ huiuſmodi urbiũ deflagratio, quando tempus haud diſerte ponit̃, in annũ fere alterũ ac ſeptuageſimũ ſupra ducenteſimum ac ter milleſimũ ab orbe cõdito, q Chriſti regis aduentũ pceſſit annos mille noningentos ſeptẽ & uiginti. Sub ipſum Sodomę excidiũ Habraamus ex cananęa terra in Palęſtinã cũ uxore & liberis totaq; familia migrauit. Cauſã eius profectionis nõ tradũt ij quos ſeqmur. Hic ille aliquot annos cõmoratus, cœleſti eſt oraculo iuſſus Iſaachũ filiũ, q tũc ei unicus erat (Iſmaẽlẽ enim Sarrę gratificat⁹ cũ matre lõgius ablegarat) ad dei optimi arã

Varia de Sodomæ excidio opinio.

Vera de Sodomæ excidio opinio.

Sodomæ & Gomorræ excidium.

Profectio Habraami ex Cananæa.

immolare. Senex nouitate rei attonitus aliquãdiu imotus cõſtitit, mox iuſſa executurꝰ, iuuenẽ C

Iſaachi obedientia.

corũ, quę parabant ignarũ, in altũ abducit montem. Morim loco nomen fuiſſe memorãt. Hic Habraamus lachrymãs filium iam robuſtum atqꝫ ętate ꝑferocẽ, cęterũ nihil reluctãtẽ, poſtea q̃ numinis iuſſu ſeſe arę admotũ ex patre cognouit, humi proiectũ colligat, cęteriſqꝫ ad holocauſtũ paratis, iam cultrũ iugulo admouerat, quum iteꝝ ſuperne eſt admonitus, iuſſuſqꝫ cędc

Habraami pietas.

abſtinere. Iam ſatis ꝓbatam deo eſſe ipſius pietatem: atqꝫ cũ his hoſtia rite immolãda cœlitus ſenis eſt oculis oblata. Genuit Habraamus plures inde filios non ex Sarra, q̃ eo biennio, quo hęc apud Morim acta ſunt, uita, deceſſit: ſed ex Cethura, quã illi ſuperduxit uxorẽ, quoꝝ ma/

Apher.

ximũ natu Aphrum fuiſſe memorant: Bibliaci libri Habraami eũ nepotẽ fuiſſe ſignificãt nõ filiũ, Madiaqꝫ procreatũ. Aphricam quia cũ filijs in eam terram penetraſſet, ab hoc ipſo noiatam ꝑdiderũt quidã: & in his Alexander cognomẽto Polyhiſtor, & Ioſepus Hebraicę uetuſtatis autor. His porro diuerſa Gręci & Latini ſcriptores de noïnis ratione tradũt. Iſaachus in ſuc ceſſionis ſpem oim diligẽtiſſime educatꝰ, Rebeccã Bathuẽlis filiã ex Meſopotamia duxit uxo

Vbi Habraamus ſepultus

rẽ, cũ iã q̃draginta natus eſſet annos. Inde haud lõgo interiecto tẽpore Habraamꝰ fato deceſſit, ĩ Hebrone ſepultꝰ eſt Cananęę terrę, ubi iã antea Sarrę fuerat ſepulchrũ extructũ, marito

Cres Corybantes Iupiter Saturnus

quadringẽtis ſiclis agrũ redimẽte. Sub id tẽpus Cres indiges primꝰ oim in Creta inſula regnauit: à q̃ uideri põt ipſi nomẽ inſulę datũ, quũ prius Aëria diceret, etſi nõ deſunt (ꝙ in Cretẽſiũ reꝝ relatiõe mõſtrabit) q aliũde id nomẽ inditũ exiſtimẽt. Cretẽ ex corybãtibꝰ unũ fuiſſe me/

Cur cæli filius Saturnus

morãt. Corybantũ infãtis Iouis tutela fuit. Ortꝰ is in Creta eſt ꝑ id tẽpus, q̃ Ninus maior imperauit, aut certe nõ multo poſt. Satis cõſtat Saturnũ, q fuit illi pať, Belo ęqualẽ fuiſſe: Belꝰ Ninũ genuit: eſtqꝫ Saturnꝰ idcirco Cęli filꝰ creditꝰ, ꝙ porro ille à filio fugatꝰ quũ in Latiũ ueniſſet, mirati eiꝰ uirtutẽ locoꝝ idigenę, ut cœlo demiſſũ, uenerata eſt ignara uetuſtas. Enimuero cuiꝰ parẽtes paꝝ noti eſſent, terra genitos, ut Felix Minutiꝰ ſcripſit, priſci mortales crediderũt. Mox uero quũ multa idẽ uariaqꝫ prudẽtię apud rudis hoies experimẽta depoſuiſſet, facile cõſecutꝰ eſt: ut Cęli ſit filꝰ & Terrę creditꝰ. Sed ut cęteri mortales, is q̊qꝫ fato defũctꝰ eſt. Pari neceſſita/ D

Iouis mors

Iouis ſepulchrum

Tres Ioues

te Iuppiter interijt. Ennius in ſacra hiſtoria, poſtq̃, inq̃t, Iuppiter terras q̃nquies luſtrauit, partituſqꝫ eſt ſuis imperiũ, mores, leges, aliaqꝫ cõmoda cõſtituit hominibꝰ, immortalẽ gloriã memoriãqꝫ adeptus, ętate conſumpta, uitã cũ morte cõmutauit. Funus Curetes eius filij procurarũt, ſepulchꝝ eſt in Gnoſſo Cretę oppido ita Gręcis literis inſcriptũ: Iuppiter Saturni filꝰ. M. Cicero treis fuiſſe Ioues ijs libris quos de deoꝝ natura ſcripſit, arbitratꝰ eſt, quoꝝ duo Arcades fuerit: Tertius Cretẽſis, cuius in ea iſula uiſeretur ſepulchꝝ. His haud dubie apparet mortalẽ Iouẽ fuiſſe, mortaliqꝫ patre natũ. Potuit itaqꝫ, & debuit quidẽ impia uetuſtas aliud ꝓcul à terris numẽ ſibi quęrere, ad cuius prouidentiã oia referret. Nec in Creta ſolũ eſt recens ea tẽpeſtate

Argos.

regnũ exortũ, ſed & Argiuũ in Theſſalia. Fuit Argos urbs uetuſtiſſima in ea terra haud ꝓcul inde ubi poſtea Lariſſa habitata ẽ, à Phoroneo cõditũ Argos q̇dã arbitrati ſunt. Sed in eo Inachus regnaſſe dicit, q fuit Phoronęi pať. Quũ Ro. reꝝ potirent nulla uſpiã eiꝰ oppidi extabãt ueſtigia. Vnũ ſuſpicãdi materiã q̇buſdã ꝓbitã exiſtimo, campũ fuiſſe quẽdã nõ urbẽ in Theſſalia, cui id nomẽ fuerit. Sed clariſſimi Gręcoꝝ ſcriptores & ex Romanis quidã Pelaſgicũ argos

Inachus. Prima iniuria à Phœnicibus orta

antiquiſſimã regũ ſedẽ fuiſſe putauere: Vbi primus oim Inachus regnauerit. Huius filia Io à Phœnicibus naui eſt in Ægyptũ delata. Phœnices peruetuſtũ genus hoim: & qui ab Erithris olim ꝓfecti eã Syriæ partẽ tenuere, quę poſtea Phœnice, ab Agenoris filio, ſiue pať, ut alij ſcribũt, ille fuit, dicta eſt. Primi, ut credit, mortaliũ ad ignotas oras delati quũ Gręciæ forte litus tenuiſſent diuẽditis ꝑ ociũ mercibꝰ, regiã inde puellã, q̃ cũ æqualibꝰ ad litus ſpectãdi ſtudio deſcẽderat, ui raptã ſecũ deportarũt. Ægyptij ad q̊s delata eſt, ſub Iſidis noïe, quia tritici & hordei ipſi gẽti prima uſum demõſtraſſet, legeſqꝫ uinculũ humanę ſocietatis maximũ ꝓpoſuiſſet, diuinos illi honores decreuere. Id Phœnicũ exemplũ Græci ſecuti, & ipſi haud ſimili iniuria abſtinuerũt. Medea poſtea ex Colchide abducta, q̃q̃ aliquãto prius & Europã Agenoris filiam ex ipſo Phœnicũ litore Cretes auexerũt. His uetuſtatis rudimẽtis Alexãder Priami filꝰ inſtructus, ad Helenã ex Peloponeſo rapiẽdã nauigauit. Ex qua poſtea iniuria ingẽs eſt Aſię cõflatũ bellũ. Sed de his, q̃ ueriſſime potero, ſuo dicã loco. Nunc in hebraicis eſt rebus cõmorandũ, q̃ aliquot ætates troiana tẽpora præceſſerũt. Ex Iſaacho Habraami filio & Rebecha Bathuẽlis,

Eſaus

A Eſaus & Iacob geniti, puerperio uno ambo nati. Cęteꝝ, quia Eſaus prior in lucē exiuiſſet, ut hęreditariū ei nomē gētis relinqueret, paťquū iā fatale uitę tēpus appropinquaret, uenatū ut exeat ꝓcipit, ſibiq́ꝫ cœnā ferinis carnibꝰ opipare inſtruat, ut quū abūde epulatꝰ eſſet ꝑpetuū fortunaꝝ ſucceſſū illi è cœlo ꝓcaretur, atqꝫ cū his hęreditariū nomē traderet. Paret patris imperio Eſaus, ac ſpei plenꝰ utpote qui nullas uereret́ inſidias ſolicita indagine ſyluas luſtrat, ſtudioq́ꝫ feras inſectať. Interim Iacob Rebechæ matris cōſilio uſus, hęres à patre inſtituitur. Eteni quū gemini eſſent, ita forte acciderat: ut uterqꝫ parēs uario utrūqꝫ amaret affectu. Erat in Eſaū ꝓpēſior ille, contra in alterū Rebecha mater. Huius itaqꝫ monitu inſtructus, ex hœdorū gregibus Iacob cœnā ſeni q̃ maxima pōt arte cōparat, dextraq́ꝫ pellibꝰ obuoluta, abſētis ꝑſonā mentiť fratris. Erat Iſaachus luminibus captus longęua iā ętate exacta. Cęteꝝ quū aliquid omnino diuerſum ab Eſao Iacob ſonaret, hiſpidaſq́ꝫ interi tractaret manꝰ, auriū iudiciū ſecutꝰ exclamat ſenex: Eſaū inqͭ teneo, ſed Iacob me audire arbitror. Satis cōſtat Eſaū hiſpido corpore fuiſſe, q̃ res effecit ut ſenex manuū attractatiōe deceptꝰ, oīa priꝰ q̃ Eſaus domū reuerteret́, bona à Deo minori filio ꝓcatus ſit, eundēq́ꝫ hęredē inſtituerit. Is ubi ea q̃ ſe abſente facta erāt ex patre audiuit, irarū plenus fratrē Iſraēlē uocat patris illuſorē, inſidiatorē fratris uociferať. Mox uero ubi nihil eoꝝ q̃ facta fuerāt mutari uidit, uel ꝙ id facere nollet pater, aut quia non poſſet, nihil obſcure ultionē cōminari. Quod mater uehemēter uerita Iſraēli autor extitit, in Meſopotamiam tranſiret, futuꝝ pollicita: ut in ea terra ab hominibꝰ ſuę familię, quę tota fere regione ac Carris maxime frequēs & celebris eſſet, benigne exciperet́, mōſtrare ad hæc illi magnā occaſionē cōiugis ex ea gente ducendę, quę propinquitate generis ſibi perneceſſaria eſſet. Matris igitur ſuaſu Iſraēl (id eñ nomē poſtea illi fuit) domo ꝓfectꝰ lōgū in Meſopotamiā iter ingreſſus, dū Cananęoꝝ refugit cōgreſſum, ob ueteres cū patre inimicitias, per loca humano cultu deſerta interdiu faciebat iter, noctu feſſum labore corpus quieti dabat. Hic quū lōga fatigatꝰ uia ſub dio iacuiſſet ſaxo capiti ſubiecto ꝑ q̃etē ſcalas ſe uidere imaginatus eſt à terrę facie ad cœlū ſurrectas.

Iſaachus. Rebecha.

Varij parētū affectus.

Iſaachus Iacob hæredē inſtituit

B multoſq́ꝫ mirāda ſpecie iuuenes, forma auguſtiore humana aſcēſum ꝑ eas molliri, ac deſcēſū: moneriqꝫ interi ſibi uiſus eſt cœleſti oraculo, ꝑgeret in Meſopotamiā ire, ſciretq́ꝫ nuptias quas aīo agitaſſet nō ſolū ꝓſpere ceſſuras, ſed mirāda q̊qꝫ inde ſobolis īcremēta ad poſteros uētura eāqꝫ ſtirpē ꝑ oēs terras celebrē futurā. Hac ille nocturna fretꝰ imagine, poſtq̃ in Meſopotamiā uenit ad Labanē Bathuelis filiū auūculū ſuū, q Carris habitabat, decreto diuertit. Is ſororis filiū īcredibili lętitia cōplexus, ubi ꝓfectionis ab eo cauſā, ſororiſq́ꝫ cōſiliū accepit, cōfeſti Rachelis filię adhuc uirginis ei nuptias pollicet́, erat illa oīm Labanis filiaꝝ forma lōge pulcherrima. Verū ne ut Rebecha ſoror ꝑ ſpeciē cōnubij ꝓcul domo ablegaret́, lōgioris morę cauſā cōminiſcit́: ita futuꝝ ratus, ut quicq̄d patrię parentūq́ꝫ deſiderij in eo eſſet, lōga tēporis intercapedine minueret́. Paciſcit́ itaqꝫ cū Iſraēle ut ſeptē annos ſuas ille oues paſceret, ac tū ita fore, ut Rachelis cōnubio potiret́. Accepit iuuenis cōditionē puellę cupidus. Septē inde annos auunculo famulatus Rachelē ſibi dari poſtulat: tū Laban ut longioris adhuc morę cauſā necteret, ꝓ Rachele Lyā maiorē natu facieq́ꝫ parū liberali illi ꝑ noctē ſubiecit, qua poſtea fraude aīaduerſa, auūculi ꝑfidiam iuuenis incuſat: ꝙ nō cōſanguinitatē, nō hoſpitij iura ueritus, ſe poſt longam ſeruitutē optatiſſimo fraudaſſet cōnubio, ingrati quidē animi parūq́ꝫ ciuilis exēplū dicere, puerilit́ ſororis filiū poſt lōgā ab eo nauatā operā, ſua mercede priuare: futuꝝ ut ſi apud mortales ea iīuria inulta eſſet, diuinę iuſtitię debitas q̄nqꝫ exolueret pœnas. Pudorē Labā facti, ſuāq́ꝫ in filias charitatē excuſare, mox cōſulēdo hortādoq́ꝫ eo ꝑpulit, ut ſibi totidē adhuc annos ſeruiret, demū fore ut Rachelē duceret uxorē, atqꝫ ita cōtigit, ut duas ex eadē domo Iacob duxerit ſorores. Per q̃ tempora aut certe nō multo prius Apis in Ægypto coli cœptus eſt, de q̊ in Ægyptiacis rebus referēdis cōmodior erit ſermo, & in Europa Theſſalus Gręci filiꝰ, à q̊ Græciæ eſt nomē inditū: in ea terra, q̃ ab eius noīe Theſſalia ē poſtea nūcupata, ſub id tēpus regnaſſe tradit́: & Iobilei quadrageſimi quarti initiū (ut Hebręoꝝ quidā memorant) quū annos ferme centū Iſaachus eſſet natus. De huius quoqꝫ noīs ratiōe, & celebris anni inſtituto, q̃ relatu digna uidebunt́ ſuo poſtea loco explicabunt́. In hæc quoqꝫ tēpora Euſebius reijcit diluuiū illud ꝙ ſub Ogyge factū eſſe memorāt. Id uero ut ignobilius eo fuit, quod ſub Noē fieri cōtigit, minuſq́ꝫ late eſt euagatum, ita multo atrociꝰ Theſſalico illo, ꝙ (Deucalion fugit) quodq́ꝫ Phocidem &

Iſraēlis in Meſopotamiā profectio.

Iſraēlis uiſio

Lya pro Rachele ſubijcitur Iſraēli

Duas ſorores ducit Iſraēl uxores.

Græcus.

Iobileus.

Diluuium quod ſub Ogyge fuit.

Parnaſum ducẽtis & amplius ante annis inũdauit. Sed de Ogygiani cataclyſmi tẽporibus nõ C
idem ſentiũt ueteres autores. Fuit is Thebarũ, quę in Bœotio agro fuerũt, nõ modo rex, ſed &
conditor etiã, ut Varro credidit. Nũc ad Iſraëlem redeo, qui quũ plures genuiſſet filios miroq;
patrię ac parentũ teneretur deſiderio, cũ uxoribus & liberis occultã molitur fugã. Omnibꝰ igiť
ad tẽpus inſtructis cũ Lya & Rachele liberiſq; ac reliqua familia, magnaq; cũ his rei pecuariæ
Iſraëlis & uxorũ fuga parte ſtabulis abducta, fugitiuo ſimilis ſecretũ iť ingrediť. Credere æquũ eſt, Iſraëlẽ ſuũ idcirco
diſceſſũ occultũ habuiſſe, q̃m haud dubie appareret, fieri nõ poſſe ut bona ſoceri uenia liceret
inde cũ utraq; cõiuge abire, quarũ deſideriũ nullo mõ eſſet pater laturus. Laban cognita ſuoꝝ
fuga cõſternatꝰ aïo, cũ ſeruorũ & clietũ manu haud cõtẽptibili e ueſtigio ſeqť abeũtes, q̃s haud
multo poſt aſſecutus, uix demũ tẽperaſſet irę, niſi nocte, q̃ diẽ illũ p̃ceſſerat, cœleſti fuiſſet uoce
monitꝰ Laban, ut ab omni abſtineret iniuria. Sub primũ itaq; acceſſũ (ut erat ira ꝑcitus) male
dictis geneꝝ inceſſit, cõuicioq; urget, ꝙ ſe hoſpitẽ, ſoceꝝ, auũculũ, à quo domo ꝓfugus nõ ſolũ
grato acceptus eſſet hoſpitio, ſed duaꝝ etiã filiarũ gener aſcitus, cũ magna ſtirpis parte, tũ pro-
prijs fortunis ſpoliare fuiſſet auſus: nullũ ſupplicij genꝰ eſſe clamitãs, nullã tã grauẽ ignomi-
niã q; ꝑfidũ caput nõ meritũ uidereť, ac tũ q̊q; plura aïo mouebat, q̃ cęteris mortalibꝰ poſtea
documẽto eſſent, ni pietatis & clemẽtię admonitus ſatius uiſum eſſet eã iniuriã ciuiliter ferre, q̃
uindicta ꝓſequi. Iacob metu & pudore cõfuſus iuſtã ſoceri indignationẽ paucis eſt lenire ador
tus, patrię parẽtũq; deſideriũ excuſãs, nec aliã ob cauſam ſuũ ait digreſſũ cœlari uoluiſſe, q; ꝙ
certũ haberet ſe nunq; ab eo cõmeatũ fuiſſe ĩpetratuꝝ, pecoꝝ greges, q̊s diutiꝰ pauiſſet, idcir
co à ſe ſtabulis abductos, ꝙ ſui peculij ex pacto hi greges facti eſſẽt, ut foret unde duę ipſiꝰ filię
Labanis & Iſraëlis reconciliatio. quas ſibi matrimõio deſpõdiſſet, liberiq; ex his ꝓcreati alimẽta caperẽt. Flexit nõ nihil ſenẽ Iſ-
raëlis excuſatio, ſed multo magis filię, q̃ ad genua patris obuolutę, nepoteſq; miſerabili cõplo
ratiõe ita irati aïm cõminuerũt, ut Labã data genero uenia ad oſcula & cõplexũ admiſerit, atq;
inibi inť eos cõparatũ, ut Iſraël oẽ pecus ꝙ præ ſe egerat bona uenia ſecũ abduceret: uxores &
q̊s ex his liberos tuliſſet deportaret in Syriã, fœdere inť utrũq; icto, colũna lapidea ibi loci cõſti D
tuta eſt, q̃ rei geſtę monumẽto poſteris eſſet. Alij lapidũ cõgeriẽ eã fuiſſe tradũt. Galaath ab re
ipſa loco nomẽ mãſit, ubi fœdus eſt ꝑcuſſũ. Scd̃m id fœdus ſe inicẽ cõplexi ide diuerſi abierũt.
Metuere interi ſibi nihilominꝰ ab irato fratre Iſraël. Pro magno itaq; habuit negocio priuſq;
domũ ueniret, q̊ ille eſſet ĩ ſe aïo explorare. Quũ igiť patrijs finibꝰ ꝓpiquare cœpiſſet, ad Eſaũ
nũcios mittit, q̊ ꝑ ſe illi ſatiſfacerẽt, docerẽtq; ſe eo cõſilio poſt uigeſimũ annũ cũ uxoribꝰ, & li-
beris, multiſq; rei pecuarię diuitijs domũ uenire, ut ſe, familiã, fortunas oẽs, fraternę fidei trade
ret, obliuiſcereť mõ ueteris ſimultatis, & ſiq̃ inde ira adhuc reſidua eſſet, illã domeſticæ pietati
remitteret. Letꝰ eo nũcio Eſaus cũ quadrigẽtis obuiã illi ire ꝑgit, quẽ ubi cohorte una ſeptũ ad
ſe uenire Iſraël ſenſit, ueritꝰ ad iniuriã non ad officiũ feſtinari, ex ijs, q̊s tũ forte circa ſe habuit,
Iſraëlis & fratris congreſſus. quoſdã cũ muneribꝰ uenĩeti fratri iubet occurrere, ut ſi fieri poſſet, prius cũ donis caperet, q; in
cõſpectũ ueniret. Verũ ille quũ pene impuiſus affuiſſet, multis lachrymis p̃ nimio gaudio ma
nantibꝰ, ueniẽtẽ excipit. Poſt uero arctiſſimos cõplexus mutuãq; gratulationẽ Eſaus in Seyꝝ
oppidũ ubi domꝰ erat illi & familia, Iſraël ad Scenas cũ ſuis cõceſſit, id poſtea loco nomẽ fuit,
Vnde haud multo interiecto tẽpore in Sicimitẽ agrũ trãſtulit tabernacula. Hic Sicimitis ſolẽ-
Dina rapitur. nem diẽ agẽtibus Dina Iſraëlis filia urbẽ adijt, ut muliebria inde redimicula ſibi emeret, hanc
Sichemes Emoris Sicimitarũ regis filius conſpicatus, mala uitiandę uirginis cupidine incẽſus
ad ſtuprũ rapuit. Puellę dein cõſuetudine captus cũ patre egit, ut Dinę nuptias ſibi ab Iſraële
& cęteris neceſſarijs impetraret, cupere ſe ait eam legitimæ coniugis loco habere. Petit indulgẽ
tiſſimus pater peregrinæ puellę nuptias. Iſraël ſibi tempus dari poſtulat ad rẽ maturius cõſul-
tandam, tenebatq; adhuc ea inter domeſticos deliberatio. Ferre em̃ pleriq; fratrũ eam iniuriã
ægerrime, nec rẽ uulgo ꝓbare ut Dina homini alienigenæ matrimonio iungereť, quũ Simeõ
& Leui uterini fratres ira & dolore adacti, cũ expedita paſtorũ manu, patre non modo nõ au-
tore, ſed ne conſilio quidẽ cum eo cõmunicato, prima noctis uigilia ciuitatẽ uino & epulis gra
Sicimitarũ cædes aliter quã in biblijs. uẽ ac ſopore p̃ſſam inuadũt: ibi fœda cędes ſine ullo ętatis aut ſexus diſcrimine ꝑ urbẽ magna
parte noctis edita eſt: multa inde ſtrage egreſſi, ſororẽ exẽplo crudelitatis ad poſteros memo-
rabili receptam, ad patrẽ retrahunt. Is Sicimitarũ clade audita uehementer indoluit, natorũq;

temeri-

A temeritatem deteſtat⁹, autores cędis odiſſe, atq; ut impios auerſari. Purgauit inde ſenex tabernacula gentiū⁹ ſacris ad id nefas expiandū adhibitis. Sub id tempus quo hęc in Sicimitis geſta ſunt, Rachel medio nixu extincta eſt. Ex ea Ioſippus & Beniamin nati. Reliq̄ Iſraëlis ſoboles ex Lya & duab⁹ erat ancillis pcreata. Rebeccha filio nondū ex Meſopotamia reuerſo uita deceſſerat. Quin & Iſaachus iā ęuo cōfectus, nō multo poſtq; Iſraëlē poſtliminio receperat, eſt uita defunctus. Poſt huius interitū filij ſuperſtites tabernacula inter ſe partiti ſunt. Iſraël Ebronem ciuitatē ſortitus eſt. Eſaus Seyrū eius terrę oppidū, q̄ Edome olim, inde honeſtiore uoce Idume à græcis eſt dicta. Scripſerūt quidā Eſaū adhuc puerū inter æquales Edom q; eius gētis lingua rufum ſignificet cognominatum, unde & loco quem tenuit poſtea ſit nomē inditum. Procedente deinde tempore Iſraëlis opes uſq; adeo ſunt auctę, ut iam unius nomē, tot filijs ad ob ſequiū paratis, tot nepotibus, tanta rerū omniū affluentia inter finitimos clarū eſſet ac longe conſpicuū, ſed in tanto natorū grege Ioſippus, quem ille ex Rachele tulerat, ingenio & indole multum alios anteibat, eratq; ob id patri omniū chariſſimus: conflauit res ipſa puero inexpiabile apud fratres odiū, ac quo maior in eo futurę uirtutis ſpes erat, eo acrioribus inuidię ſtimulis fratrū odia intendi. Sed nihil his ſecundū patris ſtudiū beneuolentiáq; in unū ſingularem æque ſuſpectū eſſe ac duplex inſomnij ſpecies, quæ duabus eſt noctib⁹ illi per quietē ob uerſata. Ferūt priore nocte eum per quietē uidiſſe omnis deſectę ſegetis manipulos, quos int̄ diu fratres in agris diſpoſuiſſent, ultro ad eos, quos ipſe ab illis haud multū diuerſos ſtatuiſſet uenerabūdos ac quodāmodo ſupplices accedere, quam nocturnā imaginē nihil mali ex ea re ſibi imminere ratus, fratribus, ubi primū illuxit, retexerat. Secuta mox altera adūbratio uaria q dem figura, cæterum ad eundem exitū pertinente. Imaginat⁹ eſt puer ſopore p̄ſſus, ſe à Sole Luna & ſtellis, XI. adorari, qua inſomnij ſpecie ut priore illa temere uulgata, fratres cōiectādo eo ppemodū peruenere, ut haud dubie intelligerent, uti is cui talia per quietē obueniſſent, fratrū totiuſq; familię futurus eſſet longe princeps. Occulta igitur inter ſe de eo pdendo ineūt cōſilia.

Rachelis interitus Ebron.

Edome. Idume.

Duplex Ioſippi inſomnium.

Nefarium filiorum Iſraëlis cōſiliū.

B Stabat ſentētia puerū tollere, ſed inferendę necis neq; locus neq; tēpus ſatis ab initio cōſtitit. Placuit poſtremo id ſcelus à patris cōſpectu pcul ablegare, atq; in Sicimitē agrū cū omni rei pecuarię apparatu tabernacula transferre. Hic uelut cōmodiora nacti paſcua diutius ſolito abſunt. Miratur Iſraël ſenex tam longam filioꝝ abſentiam, miraturq; in dies magis quę res tā diu illos procul domo diſtineret. Ad ultimū ſolicitus de filiorum ſalute, Ioſippum, quem interim circa ſe frequentem habuit, ad fratres & pecus uiſendum iubet proficiſci. Hi uenientem cōſpicati, confeſtim ſeſe ad nefariū ſcelus expediūt. Tum Ruben natu maximus ſubita ductus pœnitentia, dubium, facinus ne crudele & impium auerſatus, an indignā pueri miſeratus ſortem, identidem cæteros monuiſſe dicitur, ne temere fratrē uiolarent. Inhumane eos atq; impie facturos, ſi pueri inſontis eodēq; patre pcreati, ſe cęde cōtaminarent. Quod ſi neq; ætas, neq; fraterna pietas, eos ab infanda cæde abſterreret, reſpicerent longeui patris ſenectā, quā ſublato puero certiſſimo uitæ uinculo aut abrumperent, aut quod nō minus impiū ſit in perpetuū luctum & mœrorem conijcerent, oportere adhęc eos meminiſſe, omnium humanorū operū nullum eſſe magis irritum, q̄ fatali neceſſitati ire obuiam. Satis cōſtare ſigna illa futurę felicitatis in fratre diuinitus eſſe facta: monet, obſecrat, obteſtatur, ne ſe tā impio ſceleri obligarēt, ne eodē tēpore patrē iā grandē natu, ſeipſos, uniuerſā domū infanda cęde funeſtarēt. Hęc Rubē. Cæterū alijs nihilo ſecius tumultuantibus, quū manifeſte appareret à cæde reuocari nō poſſe, eo illius oratio decurrit, ut ne man⁹ fraterno ſanguine pollueret, ſed in puteū, q pximo erat loco, demitterēt, ubi inedia cōficeret. Placuit conſiliū, puerumq; obligatis manibus in puteum deijciūt. Habuit Rubē in animo, intēpeſta nocte, eo reuerti, puerūq; inde extractū uinculis liberare. Quod ut cōmodi⁹ fieret, in tumulos nō nihil inde auerſos, pecus in pabulū egit, ut fratrū oculos ab omī ſenſu auerteret. Suadet interim Iudas fratrib⁹, ut puerū Iſmaëlitis negociatorib⁹ uenderent, q p ea loca camelos mercibus onuſtos tū forte agebāt, edocuit ille tutius id conſiliū eſſe, ac minus deteſtabile futurū, affirmās, ut in quacūq; deinceps terra Ioſippus p̄tijſſet, nihil ipſius mors ad fratres attineret. Aſſenſerūt cęteri huic cōſilio, Ioſippūq; ex puteo receptū triginta nūmis uendidere. At quæ lapidū coagmēta tam bene unq̄ int̄ ſe q̄drare uiſa ſunt q̄ figura hęc, cū ijs quę poſtea in Chriſto omniū rege euenerunt? Idem fratrū numerus, qui in

Ruben fratres à ſcelere deterret.

Venditur Ioſippus.

de fuit apoſtolorũ,idem uẽditionis autor,idẽ preciũ,eadẽ oĩa. Ruben intẽpeſta nocte ad locũ C
reuerſus,ubi puerũ ſenſit abeſſe,nouo fratrũ conſilio perijſſe ratus,in luctũ & mœrorẽ cõuer/
ſus,eos ut impios incuſare,nec prius lachrymas abſterſit,q̃ ex eis,q̃ facta eſſent,cognouit. Tũ
Iudas & fratres ueſtẽ quã puero detraxerãt,cõſciſſam,multoq́ cruore fœdatã ad patrẽ deferũt
cũ lachrymis & multa lamentatione,nunciant incidiſſe ſe in argumenta illa,& ueſtigia frater/
næ mortis,uix tandẽ agnitã à ſe pueri ueſtẽ laceram multoq́ cruore fœdatã,arbitrari uiolẽtiſſi
mæ alicuius feræ incurſu eũ perijſſe. Senex nuncio atrociſſimo perculſus; ĩ ſubitũ & miſerabilẽ
luctũ humi proſtratus,Ioſippi nomẽ cũ planctu & clamore inuocat,Ioſippũ querelis repoſcit,
Ioſippũ lamẽtat. Te ſpes mea,inquit,ſolũ ꝑ nemora & ſaltus tã procul ablegari oportuit? Ego
humanoꝝ caſuũ oblitus,ſine duce,ſine comite,ſine pſidio ullo,in Sicimitẽ uſq; agrũ te ꝓficiſci
ſum paſſus? Heu amentiã,heu obliuionẽ miſeræ ſenectæ comites. Habeat iam luctũ,habeat &
lachrymas ppetuoſq́ cruciatus infelix ſenex,in quos ſua eſt ſecordia ꝓlapſus. Heu miſeꝝ,q̃ tã
tũ ſpei,tantũ altæ indolis uno die mihi uniuerſæq́ familiæ ademi. Ibo ego,& hoc, ꝙ inopis ad/
huc uitæ reliquũ eſt,in tenebris ppetuoq́ luctu & ſqualore tranſigã. Hæc ille. Nec filij patrem
circũfuſi p̃cibus,hortatiõe ue ulla acerbiſſimũ dolorẽ queũt lenire. Quin totis ille diebus, totis
noctibus ſeip̃m affligere,neq; modũ lachrymis,neq; finẽ facere. Ioſippus interea à Putiphare
Pharaonis regis Archimagiro in Ægypto emptus herili cura & indulgentia inſtituebat. Qui
quũ liberali eſſet facie,& iam per ætatẽ adoleſcere cœpiſſet, Putipharis uxor eius amore incẽſa,
ſignis primo,inde uerboꝝ illecebris ſtupri adoleſcentẽ cõpellat. Auerſat ille mulieris intẽperiẽ
immoderatãq́ libidinẽ. Poſtremo ne minis quidẽ cõpelli potuit,ut eã domũ, in qua tã clemẽ
ter fuerat educat9,adulterio pollueret. Caſtigare ob id mulieris impudentiã, interdũ etiã p̃ci/
Muliebris ars bus orare,ne ꝑgeret uana ſpe ſeipſam diutius fruſtrari. Conſtitutũ ſibi eſſe prius oĩa extrema
pati,q̃ in Putipharis optime de ſe meriti contumeliã,muliebrẽ libidinẽ explere. His illa adhuc
magis accenſa (ut eſt muliebris natura cõtumax,& in uetitã libidinẽ maiore q̃dã ſtudio p̃ceps)
quũ ſolẽne forte ſpectaculũ in regia ederet,ſubitã ægritudinẽ cauſata, negat ſe eo die in publi/ D
cũ exiturã,haud dubie futuꝝ rata,ut uiro cũ omni familia foris occupato,per ociũ adoleſcentis
pudicitiã domi expugnaret. Sola igitur ſolũ appellat,ac nũc blanda,nũc minax,adoleſcẽtis ani
mum uarie oppugnat. Poſtremo quũ neq; precib9 neq; minis flecteret,ut obſequẽs ſibi eſſet,
impetũ in eum facit. Grauis hic moleſtaq́ colluctatio inter duos orta. Hinc libido ui urget, in
de pudititia reſiſtit. Impellit illa,hæc repellit: uult hæc uincere,uult illa: hæc ratione nititur,illa
furore & amentia. Stetit demũ uictoria unde debuit. Impudẽtiſſimæ fœminæ cõplexibus ado/
leſcens ſolutus,relicto in eius manibus palliolo,quo fuerat amictus,ſed ad fugam expedit. Tũ
illa duobus amariſſimis in fœmina ſtimulis libidine & ira accenſa, uiro domum ſe recipiẽti cũ/
Fœminæ impudẽtia lachrymis & flebili lamentatione occurrit. Nequiſſimus, inquit,ſeru9 ille quẽ Putiphar prima
charitate fouiſti,& ut filium à pueris liberalit inſtituiſti,tui beneficij ſuæq; fortunæ immemor,
conſortem tuã graui ualitudine affectam,ſcelerata libidine,qua ſolus ſolam domi uiderat, co/
natus eſt ad ſtuprũ compellere. Vix iniuria ab ægro corpore repulſa eſt,clamore & minis terre
feci,confuſo deinceps ſeq́ domo proripiẽti,ne ire poſſet inficias,pallium ademi. Quare te ꝑ cõ
nubij iura,& per iugalem fidem oro,& obteſtor,ut nequiſſimũ mancipiũ, ad ſupplicium con/
tinuo retrahi iubeas,ſit illius pœna documẽto alijs,ne unq̃ poſthac ſimilis fortunæ quiſq́ au/
deat herili pudicitiæ iſidiari. Oſtentare præterea ueſtẽ, ſeq́ in ea colluctatione male habitam,
Ioſippus in cuſtodiã traditur. atq; multo indignius q̃ Putipharis coniugem decuiſſet ab eo uexatã lamẽtari. Hæc impudens
mulier,aliaq́ ad inuidiã ſimulãdo,uirum ad ultionẽ pepulit. Ioſippus,ut uerecũdo erat inge/
nio,nihil herã recriminari auſus,periclitari maluit,q̃ in autorẽ flagitij culpã referre. In publi/
cã igit cuſtodiã Putipharis iuſſu abducit. Forte accidit ut eodẽ cuſtodiret loco,quo & regi9 mi
niſter. Erant inibi & alij pleriq; capitalium ſcelerum rei,ſed quũ pincerna regis per quietem exi
ſtimaſſet ſe triplicem uidere palmitem ternis præditũ racemis,qui cũ tempeſtiue maturuiſſent
eſſẽtq́ à ſe reſecti,& expreſſi,ſubito regi muſtũ propinaſſet,ille nocturnæ huius imaginis am
bage cõfuſus,ab ijs qui proxime iuncti iacebant,ſciſcitatur,ecquid ipſi arbitrarentur perplexã
illã inſomnij figurã portendere,rem inde,ut per q̃etẽ fuerat obſeruata,ordine explicat. Quære
re cũ ab alijs id regius miniſter, tum multo efficaci9 à Ioſippo,quẽ ſub primũ alloquiũ perſpi/
caci

A caci ſenſit ingenio.Bono inquit Ioſippus ſis aio.Sane hoc triduo in priſtinã dignitatẽ reſtitue ris.Sed tu quũ me ueriſſimũ ſomnij cõiectorẽ fueris expertus,fac rogo ſis noſtri memor, q ob cuſtoditã innocentiã ut nocẽtiſſimus cuſtodior.Erat ibidẽ pincernæ cõſeruus quẽ Rex piſtori bus p̃fecerat.Cõmotus is acutiſſima iuuenis interpretatione,age,inquit,& hoc mihi q̃cq;,ſi potes,explica:ferebã ego p quietẽ p̃xime noctis treis ciſtas capiti impoſitas,panis duas,crudi obſonij reliquã. Oĩa iportunę uolucres infeſtiſſimo uolatu uiſę ſunt diripe. Tũ Ioſippus,uellẽ inqt te meliora uidiſſe. Sed corbes illæ,quæ panem habuere,bidui adhuc uitã portendũt, tertia(cuperẽ ſalubriora ſignificari)ineuitabilẽ tibi crucẽ cõminat,cui cadauer iſtud affixũ obſcœnæ laniabũt uolucres.Nec defuit tã huic q̃ priori cõiecturę euet9.Vterq; biduo poſt ueriſſimũ eſt uatẽ expertus,Fuit inde Ioſippus duos ferme annos in uinculis.Cęterũ,ne tantũ ingenij lumen diutius in tenebris iaceret,uiam ad meliorẽ uitæ ſtatũ nocturna regis uiſione cœleſtis p̃uidentia inuenit.Is duplici confuſus ſomnio,cõiectores,& quicũq; in tota Ægypto ſapiẽtia pręſtabant conſuluit uates.Cęterũ,quũ nullius reſpõſum certi quicq; afferret,mandat Ioſippũ cuſtodia educi,cui9 ingeniũ tũ demũ ingratus miniſter uera p̃dicatione extulit,poſtq̃ regẽ de ca nocturnæ imaginis interp̃tatione uehement eſſe ſolicitũ animaduertit. Viderat Pharao,quũ altius dormiret,ſeptẽ boues hilari & pingui aſpectu ab ripa Nili ad paludẽ aberrantes,quas ſeptẽ alię deformi macie paluſtriq; loco emergẽtes,exceptas conficerent. Mox uero imaginatus erat ſeptenas ſe ſpicas cernere multa fruge cõſpicuas,& quæ iam ſecari poterãt,eas totidem numero ſpicæ ſterilitate inſigni ex p̃ximo occupare uiſæ ſunt.Hęc per quietẽ uiſa,quũ Rex illi int pretãda p̃poſuiſſet,age,inqt,iuuenis optime,& quantũ uel prudẽtia uel diuinatione aſſequi potes,uera mihi cupienti enarra.Nec,ſiqua triſtia mihi nunciãda ſunt,ob id in occulto humana fata eſſe patiaris: oia quidẽ te mihi p̃ſtitiſſe exiſtimabo,quũ tuis euentus dictis reſpõderit.

*Alterũ ſomniũ & eius interpretatio*

*Duplex regis ſomniũ.*

Tũ ad ea Ioſippus,Siqua ait rex ambiguę huius cõiectationis tractandę peritia in me eſt,ex ijs quę p quietẽ tibi ſunt priore nocte oblata,eximia quędã ſeptẽ annorũ tibi tuorũq; regno portenditur feracitas,quã optimę illæ boues cũ frugiferis ſpicis inſpectæ denunciãt, eſt id animal agrorũ cultui pręcipue idoneũ,telluris felicitatem per eos interpretari oportet,cuius lætitię cauſa erit Nili inundatio,unde uiſi ſunt boues illi emerſiſſe.Per ſpicas,quę hilari erãt aſpectu, lætiſſimus ſeptẽ annorũ ſignificatur prouentus,cętera quę his diuerſa apparuere,totidem annorum famẽ demonſtrãt,quæ ubertatẽ illam eueſtigio ſequetur,niſi humana prudentia futuræ cladi eat obuiã.Quod fatale malũ ut cõmodius Pharao declines,paucis demõſtrabo.Vis tritici immenſa eſt agricolis feliciori tempore ſuperfutura.Dabis operã ut p ſolertiſſimos annonę pręfectos quicqd ſupra ſementẽ & uulgi alimoniã fuerit his reliquũ, tuo nomine coemptũ in horrea cõgeratur,haud prius q̃ fames regnũ inuaſerit publicãda,atq; ita fiet,ut ne iniqſſimis quidẽ tẽporibus ſit tuis ulla frumentarię annonæ caritas ſentiẽda.Miratus rex adoleſcentis ingeniũ(Mouit enim uehement illũ peracuta utriuſq; figurę explicatio) præmaturãq; in tã uiridi ætate prudentiã cõplexus,nihil indigne uiſus eſt ſibi facere,ſi totum coẽmundę annonę negocium in ipſum conſilij autorem rejceret. Vnũ igit publicę frumentationi pręeſſe imperat, ſuperq; eã dignitatẽ geſtandę purpuræ uſum tribuit,Pſonthonq; panicon hoc eſt occultorũ inuẽtorẽ nominat.Quidã mũdi ſeruatorẽ interpretãt.Phaſneophã uocẽ quã alij poſuerũt ſecuti.Hanc in Ioſippo futurorũ diuinationẽ ſuorũ,ſomniorũq; peritiã in cauſa fuiſſe exiſtimo, ut multũ diuq; poſtea hebraicę gẽti fuerit curę,ex huiuſmodi ambagibus, quę uentura eſſent, cõiectare.Sed quũ plures ſint eorũ ſpecies,quę dormiẽtib9,aut certe ijs qui dormire ſe putant, per noctẽ offerunt:(Sunt eñ obſcuris figuris inuoluta)ex his id quod ſomniũ appellãt,altiore quadã mente opus eſt ut p̃ſpicue quale ſit intelligi poſſit,adeoq; acris deinceps cura hui9 rei indagãdę,hoim ſtudia occupauit,ut gentile & pene peculiare poſtea Iudæis fuerit,ſomnia int p̃tari,uerũ enimuero,ita humano eſt generi p̃ſuaſum, hois mentẽ ab uinculo corporis alta qete ſepulti paululũ ſolutã,uerũ q ſua natura latet,nonnunq̃ p̃uidere,etſi non libero & recto lumine,ſed uelamine quodam interiecto, q nexus craſſioris caligãtiſq; naturę mẽtibus offundit. id ſapientiſſimi Poetę monſtrant,& ob eã rem qdã etiã falſa obuenire arbitrati ſunt.Quo plane colligitur,eo p̃pius futurorũ cognitioni hois animũ accedere,quo ſe liberi9 terrenis curarũ uinculis expediuerit.Et illud in hac reputatione admodũ mirabile,oia fere melius q̃ ſe ipſã rationalẽ

*Somniorũ Pharaonis explicatio.*

B

*Præficitur annonæ Ioſippus*

*Somnium*

tionalem animā intelligere, posse ꝑ quietē solertiſſima uiſus acie ꝓuidere, q̄ nullo ſenſuum C
comitatu queat, dū una uigilāt. Sed omnino magis mirꝝ, q̄ obſcuris futuroꝝ tenebris uelut in/
uolucro quodā inexplicabili ſint dormiētibus uiſa, ea ab aliquo recta cōiectura explicari, ꝙ ob
ſeruatiōe magis an diſciplina fieri poſſit, ut in alijs nō facile dixerim, ita in Ioſippo diuinationē
hāc fuiſſe, cœleſtiq́ꝫ munere infuſā, ꝑpemodū affirmare cōtenderim. His Ioſippꝰ honoribꝰ in
Pethephris ſignitꝰ cū iā in multa eſſe celebritate, Pethephris Heliopolitani ſacerdotis uxorem duxit filiā.
Aurelius Auguſtinus Putiphare appellatū exiſtimat, qui ab Iſmaēlitis Ioſippū emit pue/
rū, q regis Archimagirꝰ fuerit Heliopolitanuſq́ꝫ ſacerdos. Ex herili filia puer eſt Ioſippo natꝰ
Manaſſes quē Manaſſen nūcupauit. id obliuio interpretatᷓ, ut appareat ad fortunę mutationē alluſū, ue
lut ꝓſenti rerū ſucceſſu, oīm maloꝝ, q̄ pater antea fuerat perpeſſus, parta foret obliuio. Et ille ꝑ
Fames igēs hæc feliciť agebat. Interim terreſtris affluētię circūacto ſpatio dira annonæ caritas Ægyptū in
uaſit, quę quo magis inualeſcebat, eo frequētior mortaliū ad regis horrea fiebat concurſus. Tū
uero uno ore oēs longā frumentationē, q̄ ad id tēpus multis ludibrio fuerat, immodicis extol
lere laudibus. Iā uero cananęā terrā & alias finitimas Ægypto regiōes id malū ꝓmebat. Quo
cōtigit, ut Iacob audita regię frumentationis fama, oēs pręter Beniamin filios ad triticum inde
coēmendū miſerit. Erat is ex eadē matre ortus q̄ & Ioſippus, oīmq́ꝫ Iſraēlis natorū q ſupererāt
minimus natu, ob id fortaſſe eſt à patre domi retētus. Camelū ſinguli aut iumētū ꝓ ſe agebāt.
Vbi uero in Ægyptū uenere, eos Ioſippus intuitꝰ cōtinuo agnouit. Placuit itaq́ꝫ nō prius eos
cōpellare, q̄ totius domus ſtatū ex ipſis cognouiſſet. Minacīť igiť in eos ut peregrinos hoīes, ac
parū notos inuectus, exploratū eos ueniſſe ait, nō frumentatū, fore ut ad unū ꝑ ſpeculatoribꝰ
uincirentur, quæſtioniq́ꝫ adhibiti tā diu torquerenť, donec tam longæ uiæ cauſa eſſet illis cru/
Rubenis uerba ad Ioſippum. ciatu expreſſa. Cęteris igitur nouo crimine, mox & periculo ſtupētibus, Rubē maximus natu,
Neq́ꝫ huc (inqt) ſpeculatū uenimus, neq́ꝫ aliud curaturi negociū tam ꝓcul domo ꝓfecti ſumꝰ:
ſed dira fames ꝙ malū oīa extrema cogit hoīes audere, terrā nobis adhuc ignotā adire coēgit.
Eſt nobis Iacob pater cognomēto Iſraēl, uir cananęoꝝ iuſtiſſimꝰ, ad quē quū nuꝑ frumētatio D
nis huiꝰ fama ꝑueniſſet, quoniā nulla leuādę peſtis aliūde dabať occaſio, eo ſane imperio ꝙ in
filios obtinet pať. uoluit nos huc ꝓficiſci, ut bona omniū uenia hic nobis uelut ex publico em
porio triticū emeremus, & ut frumētatio hęc aliquāto maior tutiorq́ꝫ eſſet, pať unū ex omī fi/
Oīa ad miſericordiā mouendā dicuntur liorum grege domi, dum hic frumētaremur, ſibi uoluit adeſſe, cæteros procul domo, ꝓcul pa/
trijs finibus huc frumētatū dimiſit. Vndecim eius filij ſumus, olim bis ſeni fuimꝰ, ac tū res no
ſtrę ſatis ꝓſperę fuerūt. Cęteꝝ uno (cui Ioſippo fuit nomē) abſumpto, domeſticę fortunę iā in
de i peius lapſę, haud qdē amplius in priſtinū reſtitui ſtatū potuerūt. Pater ſenio cōfectus in ꝑ
petuo mœrore eſt, cuius luctus ꝑpetuaq́ꝫ lamētatio non minus iā inde, ex quo unus ille perijt,
totā domū afficit, q̄ tū ſuauiſſimi fratris inopinatus caſus affeciſſet. Acceſſit his domeſticis ma
lis fames, q̄ adacti externa auxilia cogimur īplorare, & ꝙ adhuc magis miſerabile ſit, ex regio/
ne iā antea nobis ignota. Quapropter tuā uir optime regiāq́ꝫ fidē imploramus, ne nobis ſit
fraudi, ꝙ ex paulo remotiore terra auxiliū uitę imploremus, quum ſatis conſtet, multa animā
tium genera nō terras ſolum, ſed ignotas mundi plagas cum anni tempeſtatibus uitę cauſa ꝑ
mutare. Multa quidē & magna audēt aggredi mortales cæteris neceſſitatibus adacti, ſed mul/
to plura ac maiora fame & inedia compulſi. Ioſippus duoꝝ, qui ſibi longe chariſſimi erāt, ſalu
Miſerabilis querela te cognita (uehemēť enim ab initio dubitauerat, ne Beniamin aliq̄ fuiſſet caſu abſumptꝰ, quā
do cæteris uenientibus unus ex fratribus defuiſſet) tū uelut poſtridie cauſam cognituꝰ iubet
eos in cuſtodiā adduci. Lamētari inť ſe illi fortunā ſuā, actūq́ꝫ de ſalute oīm arbitrari, diuinaq́ꝫ
uoluntate id factū, ut in alienā terrā mitterenť, ubi fraterni ſanguinis meritas luerent pœnas.
Exprobrabat illis Ruben ſæuitiā impiamq́ꝫ in fratrē conſpirationē, qui neq́ꝫ ſe audire uoluiſ
ſent, neq́ꝫ parenti neq́ꝫ fratri pepeciſſent, ueniſſe tēpus quo cogitati parricidij, precijq́ꝫ ꝑ fratre
accepti meritum expēderent ſuppliciū. Iactabant illi hæc, gentilem linguam rati nulli hominū
in peregrina terra pręterq̄ ſibi notā. Ioſippus fratrū miſerabili lamentatione motus obortis ꝓ
nimia pietate lachrymis, haud multo poſt mādat eos cuſtodia educi. Quos ad ſuū tribunal ac
cerſitos inhu nc modum uadatus eſt, ut uno ex fratribus ſibi relicto, cęteri cū frumento domū
abirēt, atq́ꝫ in argumentum eoꝝ quæ dixiſſent, fratrem quē domi à ſe relictum prędicarent ad
ſuum

A ſuum cóſpectum adduceret. Eam rem argumẽto futurã uera an falſa eſſent, quę in tã longæ ꝓfectionis excuſationẽ attuliſſent, Illi etſi inuiti neceſſitate tamẽ coacti Simeonem dedere, alij frumẽtum mercati non ſine dolore & mœſtitia abeũt. Cæterũ priuſq; inde proficiſcerent̃ ſuũ cuiuſq; precium ꝓ tritico datũ Ioſippi iuſſu occulte omniũ eſt ſarcinis illatũ, nec prius animaduerſa res eſt, q̃ ſit domũ uentũ. Tũ uero ſtupor & admiratio ingens defixit oĩm aĩos ſecũ reputantiũ quo modo id accidere potuiſſet. Sed quũ multa aĩo occurrerẽt, nulla interim Ioſippi fratris ſubibat recordatio, quo credere ęquũ eſt, illũ, dũ hęc fierẽt, nõ multũ int̃ fratres uerſatũ. Etenĩ nõ uideo quõ fieri potuerit, ut qui ſępius in cõſpectũ uenerit, nõ aut uoce, aut oris liniamẽto ſit à ſuis agnitꝰ, aut cur ille minꝰ fratribus nobilis fuerit, q̃ fratres illi, niſi aliquis maiorẽ in puero q̃ in adultis credat mutationẽ fieri cõtigiſſe. Quãq; ꝑegrinꝰ habitus ad ꝑſonã diſſimulãdã haud paꝝ ꝓfuiſſe uideri poteſt. Nec Iſraël priꝰ expugnari potuit, ut filiũ quẽ p̃cipue amabat in Ægyptũ duci pateret̃, q̃ ad id neceſſitas cõpulit, fame iteꝝ urgẽte, duplici p̃tio filijs dato, ut ſi forte id, ꝙ domũ fuerat relatũ, reſtituere coacti eſſent, nõ deforet materia frumẽti iterũ coëmũdi. Tulerũt ſecũ Iſraëlis filij Balſamũ, Stactẽ, Terebinthũ, & alia munera, quoꝝ Ægyptꝰ indiga eſt, q̃ annonę prę̨fecto, ut in recipiẽdo fratre recẽtioreq; frumẽtatione placabiliorẽ haberent, dono darent. Vbi igit̃ eo uentũ eſt, primũ oĩm excuſant illi ſua inſcitiã, ꝙ ſiue caſu, ſiue aliena fraude euenerit, ignari, domũ pecuniã pro frumento datã ſecũ deportaſſent. Aiũt p̃terea ſe Beniamini fratrẽ, quemadmodũ iuſſi ab eo eſſent, adduxiſſe. Eumq; una cum donis, quę patris nomine attulerãt, ante tribunal ſtatuũt. Ibi Ioſippus ſubito affectu animi turbatꝰ, quũ lachrymis tẽperare nõ poſſet, in ſecretum uelut aliud curaturꝰ ſeſe ꝓripuit, ac nõ pauca animo uoluẽs, ad nouã artem animũ adiecit, qua Beniamin per ſpeciem iniecti criminis apđ ſe in Ægypto retineret. Inceſſerat p̃terea cupido explorãdi, eſſẽt ne in illũ fratres meliore q̃ in ſe fuiſſent animo, an iuuenem in diſcrimẽ adductũ, ꝓcul domo ſine p̃ſidio deſtituerẽt. Vt igitur cõmodius rem oẽm effingeret, fratres hoſpitaliter inuitatos cœnę adhibuit. Iam enĩ Simeone recepto abſolutaq; frumẽtatione haud multo poſt retro abituri erãt. Sed tantiſper, dũ apđ ſe diſcumbitur, occulte mãdat argenteũ poculũ in Beniaminis ſarcina includi, in eos deinde urbem egreſſos expeditos immittit equites, mirari illi primo aduẽtantiũ fremitũ, uerũ ubi in ſe impetũ fieri animaduertũt, nouitate rei perculſi ſuppliciter rogant, ne ſe prius iniuria afficiãt, q̃ uerbis demõſtraret̃ quod ipſi meriti eſſent, ꝙ ita hoſtilit̃ in ſe ruerẽt. Scire ſe nihil in quenq; deliquiſſe, quaꝓpt̃ uim ullã metui oporteret. Cõtra regij equites perfidos hoſpites exclamãt hoſpitaliſq; menſę cõpilatores, qui nuper pecuniã, tum demũ argentũ ex cõuiuio, cui adhibiti eſſent, furto ſubtraxiſſent, ſcituros haud multo poſt quid eos pati oporteat, qui tã perfide hoſpitalia iura lęſerint. Hęc illi circunſtrepũt, ſimulq; cameloꝝ diſiectas ſarcinas ꝑſcrutantur. Ibi poculo apud Beniamin reperto cæteris metu & pudore ſtupentibꝰ, eũ uelut ad ſuppliciũ retrahunt, ſequunt̃ reliqui fratres cũ mœrore & flebili ſilẽtio. Qui ubi ad Ioſippi conſpectũ uenere, & cũ lachrymis ad eius pedes prouoluti iacuerunt, Iudas ut uehementi erat ad dicẽdũ ingenio in hũc modũ uerba feciſſe traditur. Si aut natura, aut cõſuetudine, ita inter hoies comparatũ eſſet p̃fecte uir clariſſime, ut nihil ab ijs, qui in cęteros imperia & iudicia exercent, p̃ter leges & patrios ritus ſpectãdũ cenſeretur, nec aliter q̃ ab euentu delicta iudicanda forent, nullũ certe locũ nobis ad deprecãdũ hodie relictũ putaremꝰ. Verũ nemo unq; ita humanitatẽ exuit, ut clemẽtię, qua nullus magis homini conuenit affectus, omnino factus ſit immemor, ita fit ut in manifeſto etiã crimine, quia homo apud hoiem dicat, nemo fuerit unq; qui nõ ante ſuppliciũ, immo in ipſo etiã ſupplicio nõ aliquid ſperauerit. Veꝝ ſi unq; ſpes clemẽtię in miſerabili cauſa miſeris reis affuit, adeſt mihi hodie: adeſt & fratribꝰ uir mitiſſime, uel quia apđ te uiꝝ nõ ſolũ ſapiẽtem cœleſtiq; mente prędititũ puerilem culpã deprecamur, uel ꝙ natura quiſq; in proprijs q̃ in alienis ſit iniurijs exorabilior, nihilq; haberi ſoleat glorioſiꝰ pricipe, aut eo qui in alios impiũ obtineat, impune lęſo. Oportet igitur cũ cæteras uirtutes tuas, tũ clementiã ipſam, non dep̃hẽſum facinus, ꝙ nõ magis per ſe turpe & deteſtabile eſt, q̃ à noſtrę familię moribꝰ & fama alienũ, ſpectare, ſed flagitij autorẽ, qui ea ſit adhuc ætate, ut quid rectum, quid honeſtum ſit, haud omnino intelligat, omnia iura diuina & humana ignoſcunt ijs, qui quum à lege & æquitate aberrauerint, neſciant tamen ſe peccare, aut ſi ſciunt non intelligant cuiuſmodi ſit illud in quo

Pietas Ioſippi in fratres

Quæ munera Iacob in Aegiptum miſerit.

Ioſippi ars

B

Oratio Iudæ ad Ioſippum.

delinquitur. Conſiliũ enim non euentus conſtituit crimen. Hoc quoq; prudentiſſimus pater C
ſecutus, priore frumentatione cum nobiſcũ uenire non eſt paſſus, ratus temere tam uiridẽ ęta
tem omnis hoſpitalis iuris & officij adhuc rudem tam longæ peregrinationi cõmitti: Quanq;
ab æquitate tua ſuppliciter cõtendimus, ut identidem ſecũ iniecti criminis cõſideret rationem.
Nam quod ad nos attinet, nullo modo perſuaderi nobis poteſt, adoleſcentẽ rudẽ, timidũ, ni-
hil ambitioſum, nullius rei cupidũ. id ſcelus nõ ſolũ nõ perpetraſſe, ſed ne cogitaſſe quidẽ. Nec
illud confeſtim p̃iudicio dandum, q in eius ſarcina ſit poculum repertũ. Sic nuper nos quoq;
totius rei ignari, potuiſſemus in crimen deuocari qui nobiſcũ tritici p̃ciũ retro deportauimus.
Quod tantũ abeſt, ut noſtra fraude acciderit, ut ſub ipſum reditũ nihil prius curandũ duxeri-
mus, q̃ ut ea pecunię ſumma tibi ex fide repręſentaret. Quin uidendũ potius, quia pegre huc
profecti ſimus, & ob id indigenarũ iniurię obnoxij, ne eorũ ars ſit hęc, quibus noſtra hęc fru
mentatio ab initio fuerit inuiſa, iniq̃ aio ferant, te ſummum uirũ, dignitate & opib9 florẽtẽ,
comiter nimis & humãe ignotos hoies domeſtico cõuiuio accepiſſe, tibiq; familiari iũxiſſe ho
ſpitio. Quod ipſum quia ęgre eueniſſe ferũt, ad tuũ fauorẽ & ſtudiũ a nobis alienãdũ hãc oc-
culte calumniam nobis intẽderint. Sed quoquo modo res habet, p quicqd uerę pietatis ubiq;
eſt, tuam clementiã ſuppliciter oramus, ne tam crimẽ ſpectandũ putes, q̃ noſtrorũ pgenitorũ
uirtutes, totiuſq; familię noſtrę innocentiã. Fuit nobis pauus Habraamus homo (qd ſine in-
uidia liceat dicere) oĩm, qui unq; in terris fuerũt, iuſtiſſim9, quem in hac ipſa terra reges hoſpi-
tio olim dignati ſunt. Sapientiſſimi ſacerdotes ob egregiam rerũ diuinarũ humanarũq; ſapiẽ-
tiã ſummo ſtudio & honore coluẽrũt, qui pręclari geometrię inuenti ueſtris maioribus autor
fuit, q ob uetus hoſpitiũ & neceſſitudinẽ uicinaꝝ urbiũ Aſſyrios hoſtes ad Iordanẽ fluuiũ tu
multuoſe uictos pręda ſpoliauit, turpiſſimaq; fuga diſiecit, cum quo ob rẽ p̃clare geſtã duo tũ
reges hoſpitiũ iunxere: qui cœleſti oraculo monitus, filiũ p̃ hoſtia immolandũ diuinę arę ad-
mouit, mactaſſetq; uictimę loco, ut cœleſti pareret oraculo, niſi id fieri numẽ uetuiſſet. Is q tũc
altaribus admotus eſt nobis auus fuit, uir & ipſe pietate & innocẽtia inter ſuos inſigni, cætera D
dignus qui tali eſſet patre procreatus. Ex hoc Iſraël, qui nos genuit Cananęorũ iuſtiſſim9, hu
ius miſerabilis ſenectę miſerearis obſecro, q̃ lõgo alioq mœrore multiſq; lachrymis affecta, ob
unius amantiſſimi filij interitũ, quem puerũ adhuc, cæteꝝ præclara indole amiſit, ſi altero hoc
uitæ lumine fuerit orbata, haud dubie breui ſit uitam cũ morte mutatura. Sed melior eius cõ-
ditio, cuius dolor diuturnus eſſe nõ põt. Nos miſeri, nos afflicti, ſors noſtra lachrymabilis & lu
ctuoſa, qui lege à patre accepta, ut ſine hoc uno, quẽ flẽti & inuito abſtraxim9, nemo noſtꝝ in
patriã rediret, extorres, ignoti, & inopes, pcul domo, pcul liberis, pcul oĩbus, q̃ ſunt mortalib9
chariſſima, inopia p̃ſſi & egeſtate errabim9. Quare te p quicquid numinis in cœlo eſt, quicqd
religionis eſt in tota terra, per regiũ Pharaonis nomẽ, per geniũ tuũ piẽtiſſimũ oramus, flebili
terq; obteſtamur, ut hanc culpã ſi qua culpa in puero eſt, eam noſtroꝝ maiorũ iuſtitię ac pieta
ti, miſerabili parẽtis ſenectæ, noſtris lachrymis noſtris precibus cõdones, ueliſq; familiã unã p
te iteꝝ ſeruari, uel ſi ſtat ſentẽtia pueꝝ ad ſuppliciũ trahere, nos reliquos cũ eo, quando ita mo-
ri ſati9 ſit, q̃ ad exiliũ & erumnas ſeruari, ad unũ tollito. Verũ q̃quo modo te noſtrę lachrymę
affecerit, uix tantũ ſpei in illis repoſitũ habem9, quantũ in tua pietate & clemẽtia: qui duo affe
ctus tantũ inter alias uirtutes tuas eminẽt, quantũ tu ipſe inter cæteros mortales dignitate pol
les & potẽtia. Quũ hæc Iudas dixiſſet oẽs cũ fletu in illũ manus itẽderũt. Hic Ioſippus ſuoꝝ la
chrymis uictus, ſimulatã ad id tẽpus pſonã ferre ãplius nõ potuit, arbitriſq; è medio ſũmotis,
Satis, ĩquit, habeo q & patrẽ meũ uirũ optimũ adhuc in hũanis agere intelligo, & in Beniamĩ
fratrẽ meliore ſitis q̃ olim in me fuiſtis aio, q̃q; ne illud quidẽ uobis fraudi dãdum exiſtimo,
ſed ad diuinã refero puidẽtiã. Deus ille optim9 q humana diſponit, oĩaq; ſuo impio regit, ita
credo euenire uoluit, ut fratrẽ temere pderetis, (pdidiſtis enĩ quãtũ in uobis fuit) ut eſſet, qui in
ſummo uitę diſcrimine uos, patrẽ, uniuerſã domũ tueret. Agnoſcite nũc fratrẽ, quẽ ex Rachele
Iſraël pat̃ ueſter idẽ qui & me9 genuit, ego à negociatorib9, quib9 me uẽdidiſtis, in hanc terrã
adductus, ex ſeruo clarus, & p̃potens factus ſingulari, ut uidere eſt, inter Ægyptios polleo di-
gnitate, habeoq; ipſi Deo q̃ maximas poſſũ gratias, q ita aliquãdo euenire uoluit, ut un9 ex
tot fratrib9 perieri, ne tota domus uno tpe periret, permiſeritq; nos hoc potiſſimũ tẽpore opi
bus

Marginal notes: Apta deprecatio. (beside "ſpitio. Quod ipſum…"); Habraami laudes. (beside "tio olim dignati ſunt…"); Peroratio. (beside "les & potẽtia…").

A bus florere, q̄ & patrē meū uirū oīm hoīm q unq̄ fuerūt, quiq; hodie ſunt, optimū, & uos ſecū dum illū mihi chariſſimos, inedia pene cōfectos tempeſtiua ope iuuarē, ad quos ſubleuādos larga dei benignitate nobis cōceſſa eſt facultas. Cū ijs ille aſſurgens cunctos ordine cū lachrymis & mutua gratulatione eſt cōplexus. Nec tam inſperati gaudij rumor intra uni⁹ dom⁹ parietes ſe tenuit, ſed in regiā ſubito delatus Pharaoni nūciat undecim annonæ p̄fecti fratres ad eſſe uiros florenti ætate oēs. Eos Pharao in regiā acceſſitos familiarit̄ ob Ioſippū cōplexus eſt, ampliſq; munerib⁹ donatos à ſe dimiſit. Illi regijs muneribus largaq; frumētatiōe lęti, ſed inſpetato nūcio adhuc lętiores domū reuerſi, oīa, ut geſta erāt, patri ordine exponūt. Ille reduces filios patria pietate exoſculat⁹, ubi & Ioſippū, quē diu luxerat, pręter ſpem uiuere audiuit, ſupinis ad cœlū manib⁹ ubertim flens Deo optimo maximo gratulatur, hūc piū, hunc pijs ꝓpitiū prędicat, mox ad filios conuerſus hortari cœpit, multiſq; precib⁹ obteſtari, ut ſe cū tota domo in Ægyptum deportarent. Incredibile uidendi filij deſideriū ſenis animū inceſſerat, atq; eo magis cupiditas illa hęrebat animo, quo ſtudioſius ab eo id poſtulatū accepat. Magno igitur conſenſu Iſraëlis filij, quum ſenis impium ſecuti, tū famē declinaturi, haud quidē multo poſt q̄ domū uenerāt, cū p̄re, cōiugib⁹, ſexq; & ſexagita liberis ac tota domo, omniq; re pecuaria ex Cananęa terra in Ægyptū migrauere. Ioſipp⁹ uenientē p̄rem cū multis, q cū eo officij gr̄a obuiā ꝓceſſere, multa ueneratione excepit. Fama tenet ſub primū cōgreſſum præ nimio gaudio ſenem in cōplexibus filij, ſubita lętitia uelut ruina quadam pene exanimatū. Inde ſenex ad regē ꝑductus, familiariter ab eo appellatus, rogatuſq; ꝓfiteri longioris uitę quam adhuc agebat annos, trigeſimum ꝓfeſſus dicit̄ ſupra cēteſimum, teſtatus adhæc Iſaachum patrem ſuū & auum Habraamū multo ſeniores fuiſſe. Mirat⁹ uehemēt̄ Pharao eſt lōgiſſima uitę ſpatia in gēte. Sedes inde Ioſippo petēte ad Heliopoli q̄ ſunt & Ægyptiacæ Thebæ dictæ, Iſraëli & filijs datæ. Vbi ſoli opportunitatē nacti, gentili inſtituto pecus alere ꝑſeuerarunt. Fuit Iſraëlitaꝝ ꝓgenies in Aegypto longe deinceps tēpore. Vbi ſupra modū aucta, paulatim regū iniuria ſeruitio adacta eſt, iugoq; ſeruitij accepto oīa eoꝝ in pei⁹ abiere. Nili aggeribus cōſtruēdis alijſq; inſanis

B regū operibus adhibiti Iſraëlitę ſeruilit̄ operati. Longa fuit ea iniuria. Nec prius libertatis ſpes ulla genti affulſit, q̄ Moſis uiri ſummi ductu inde ſit populariter migratū. Sed aliq̄t poſt ætates id fieri cōtigit. Fuit annus ille, quo Iſraël & filij Aegyptij ſunt terrā ingreſſi, ter milleſim⁹ ab orbe cōdito quadringenteſim⁹ ſeptuageſimus ſecūdus, qui ducēteſim⁹ repromiſſionis fuit ac duodecim⁹, quo tēpore Baleus in Aſſyria regnauit, q nono eſt loco poſt Ninū rerū inter ſuos potit⁹. Apud Sicyonios Meſſap⁹. Eſt & Sparte ſub idē tēpus cōdita, à Sparto Phoronęi filio, ut Euſebius ꝓdidit. Secut⁹ haud magna temporis intercapedine hāc Iſraëlis in Aegyptum ꝓfectionē Athlas uir rerū cœleſtiū & aſtrorū ꝑitia clarus. Fuit is Promethei frater Iapeto & Aſia nympha genitus, à q̄ Mauritanię mōs eſt inſignis noīatus, & ante tēpora Claudij Cęſaris noſtris hominibus ignot⁹, huius demū principatu Romana arma ad ea loca peruenere, ac tū primum ſunt quędam circa montē Suetonij Paulini ductu diligēti⁹ explorata. Eius radices dēſis altiſq; repletæ ſyluis traduntur, incognito arborū genere, ſpectabili ꝓceritate, materia enodi uertex uel media ęſtate niuib⁹ cādens. Iuba q de terrę ratiōe nō pauca ſcripſit, Euphorbion ab eo qui primus herbam ipſam inuenit, nuncupatum in Athlante naſci autor eſt, ſucco contra uenena & ad uiſus claritatem longe efficaciſſimo. Propiora uero hæc, q̄ q̄ ab alijs de hoc ipſo ſunt memorię prodita, medijs eum arenis aſperum & ſqualētē, & qua ad oceanū uergat in cœlum uideri aſſurgere, cętera opacū ac nemoroſum ſcatebriſq; fontiū irriguū, ac qua Aphricam ſpectat, fructibus omniū generū ſua ſponte naſcentibus, incolarū neminē interdiu uideri, ſed locorū ſilentio & ſolitudine tacitam quandā animos propius accedentiū religionē ſubire, elato ſuper nubila uertice, atq; in lunaris circuli uicinia abeunte, Micare eundem noctu crebris ignib⁹, ægipanū ſatyroruq; laſciuia impleri, tybiarū ac fiſtulę cantu, cymbalorūq; ſonitu circūſtrepere. Ad quę credenda tantū abeſt, ut quempiam aſtringā, ut niſi hęc à celebratiſſimis eſſent ſcriptoribus prodita, non ſine cunctatione fuerim relatur⁹. Fuit ſcio, Athlas ab eo que dixim⁹, alius lōge diuerſus, Libyes ut aiunt filius, à quo uideri pōt monti nomē inditū. Cæteꝝ aſtrorū peritia priori aſſignatur, q Arcadię fuit incola, non Libyę. Sub id aūt tēpus, quo Athlas in humanis egit, ingēs uis mortaliū Indię fines egreſſa in ea terra conſedit, q̄ ſupra Aegyptū Aethio

Ioſippi & fratrū gratulatio.

Iſraëlis filij cum patre in Aegyptū proficiſcuntur.

Iſraëlis ætas.

Anni mūdi.

Sparte.

Athlas rex.

Athlas mōs

Satyri & ægipanes in Athlante.

pia eſt nuncupata. Cauſam ꝑfectionis illius à nullo traditā repio. Illud dixeri, nomē terrā ipſā dediſſe potius aduenæ genti ꝙ ꝙ ab ea acceperit, ut q Indi antea dicerent, iam inde Æthiopes ab ipſa terra quā ſemel inſediſſent, ſint nuncupati. Etenim quū duplex ſit omnino Æthiopia, altera ad orientē ſolem rubro & barbarico mari alluitur: ad ſeptētrionē Libyę & Ægypto cōtiguā: ad occaſum interiorem habet Libyā, ac reliqua parte, q̄ auſtro iacet obuerſa: altera iungit Æthiopię, q̄ maior eſt & auſtralior. Scio pleroſq; eoꝝ, q primā hominis originē, nō ad diuinā referūt ꝓuidentiā, ſed ſpōte ſua rati id animal è terra natum perſuaſum habuiſſe, mortaliū primos fuiſſe Æthiopes, coniectura uſos, ꝙ Æthiopicū ſolum ante oēs terras ſideris propinquitate intepeſcere cœpiſſet, quū terra eſſet ab initio uliginoſa, q̄ contigerit, ut ex prima illa humoris caloriſq; temperie ſit homo ipſe genitus, atq; eam terram, in qua naſci contigiſſet, libēti⁹ tenuerit ꝙ diuerſā ullam, quū omnia adhuc ignota eſſent, requiſiuerit. Credūtur ad hęc Æthiopes mortaliū oim ueriſſimi indigenæ, quoniā ubi terra frequētius coli cœpta eſt, retorridū illud ſolū neminē ad ſui cultum potuerit inuitare, & quod ad gētis uetuſtatē attinet, primū deorū cultum apud eos inſtitutum memorant, primaſq; ſacroꝝ cerimonias. Quā Homerus ꝑſuaſionem ſecutus poëtarum eminētiſſimus, Iouē & cœlicolas ad ſolēnes in eam terrā dapes ꝓfectos fabulat͛. Seruitutē Æthiopes nūꝙ expti dicunt͛. Semꝑ gēti libertas incolumis māſit. Cambyſes, qui Macrobios Æthiopas bello petere auſus eſt, amiſſo exercitu uitæ ꝑiculū adijt. Eam ſolam gentem Dionyſius & Hercules, quos terras oēs ꝑluſtraſſe fama eſt, intactā reliquere, aut quia ipſorū in deos pietatem ſint reueriti, aut (quod ꝓpius uero eſt) quia iexpugnabilis ſit uiſa. Adijciunt quidam Aegyptios, qui & ipſi de uetuſtate diu cum Scythis contenderūt, fuiſſe Aethiopum colonos, quoniā tota ferme Aegypt⁹ mare fuiſſet olim, ſed Nili inūdatione poſtea continens ſit facta, qui ex Aethiopia allapſus, ſecū uim limi ingentē deferat ꝑpetuaq; exaggeratione habitabilē fecerit terrā, q̄ ſtagno aut pelagi fluctibus fuerat ab initio immerſa. Quod deos ꝑterea reges exiſtimarent Aegyptij, haberentq; ſepulchrorum pręcipuā curā, ex Aethiopia credit͛ tranſlatiuū, ſic & ſtatuarum uſus, ſic & literarū, quib⁹ bifariam, ut illi, Aegyptus uſa eſt, ut quæ ſacræ dicerentur, ſacerdotibus duntaxat notæ eſſent. Alterū gen⁹ uulgo paruit. Fueruntq; literaꝝ figurę haud tales, ut ex illis ſyllabæ coaleſcerent, ſed animātibus extremiſq; hominū partib⁹, uarijſq; inſtrumētis, artificūq; in primis ꝑq̄ ſimiles. Talis imaginū ſcriptio uetuſtis quibuſdā ꝑegrinarū reꝝ monumētis adhuc Romę uiſit͛, ſinguliſq;, ut uidere eſt, ſua inerat figuræ ſignificatio, ut i accipitre celeritas, in crocodilo malū, cuſtodia in oculo, ſicq; alię in alijs, quo apparet non Phœnicū id fuiſſe inuentum, ut arbitrati ſunt quidā, ſed Æthiopū. Atq; idē in Aegyptū primo, mox hic, uñ Agenor ꝓfectus dicit͛, in Syriam trāſlatū. Ex ſacerdotib⁹, quē fanatico curſu circunferri uiderint, omnium ſanctiſſimum iudicant. Quem regem creauerint, uelut numen ſit, uulgo adorant. In quem is animaduerſum uolet, lictorem ſignum mortis habentem ad eum mittit, quo inſpecto, cōfeſtim quiſquis ille eſt, domū reuerſus ſibi mortē conſciſcit. Ferunt quendam per hęc morti deſtinatum quum de fuga agitare cœpiſſet priuſꝙ ſe ꝑiculo ſubtraxerit, zona à matre ſtrangulatum. Adeo ꝑſuaſum fuit genti nō licere mortē exilio cōmutare. Plures ſideris ꝓpinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegūt. Quidā, ſed pauci omnino, pecoꝝ ueſtiunt͛ pellibus. Alij ſubligacula capillis contexta mediū corpus induunt, pecuariam rem uulgo exercent, pecora puſilla admodū duri hirtiq; uelleris. Canes & ipſi nihilo maiores, cęterū aſperi & pugnaces. Milij, hordeiq; frequēs uſus: unde potū etiā cōficiūt. Cæteris carēt frugib⁹, pręter palmulas eaſq; perraras. Quidam herbis uictitāt tenuioribuſq; harūdinum radicibus, carnib⁹, lacte, caſeo, ueſcunt͛. Meroë fuit olim regni caput, clypei figurā ea inſula imitatur ad tria milia ſtadiorum cū Nilo ꝓtēſa. Accolunt paſtores eā qui paſſim uenantur, & agricolę aurifodinas habēt. Herodotus autor eſt, apđ Macrobios Aethiopas ęs pluris æſtimari q̄ aurum, cuius tam uilis ſit uſus ut Cambyſis Legati eo ꝓfecti, ſontes uiderit aureis catenis in cuſtodia uinctos, quidā ſiſamum, alij lothā ferūt: hebeno abundāt, & ſiliquaſtro. Elephantos uenāt͛, Leones habēt Pardalos & Dracones, q multiplici nexu implicitos Elephātes hauſtu ſanguinis conficiunt, arcubus utunt͛ quadricubitalib⁹ ligneis & peruſtis, quo armorum genere eius gentis rex conatus eſt Cambyſē à deſtinata expeditione deterrere. Inſtruunt͛ bello & mulieres, quarū pleręq; oris labium æneo traiectum habent circulo. Venerantur eorū quidam

Marginalia: Aethiopiæ ſitus. — Aethiopes primi mortalium — Aethiopum ritus. — Aethiopū libertas. — Vnde Aegyptus. — Qua literarum forma ſint Aethiopes uſi. — Aethiopū mores. — Exemplum iuſticiæ in fœmina. — Aethiopū uictus. — Aethiopū religio. — C — D

A quidam orientem ſolem,occidentē diris execrationibus inſectant̃.Mortuos nonnulli in ꝓfluē
tem deijciunt,alij fictilibus condunt dolijs,quidam etiam uitreis conditos domi in annū aſſer
uant,religioſeq́ꝫ interim colunt.Primitias offerunt. Sunt qui tradant regem ab his potiſſimū
declarari, qui forma & alēdoꝝ pecoꝝ peritia,roboreq́ꝫ & opibꝰ cęteros antecellat. Fuiſſeq́ꝫ ius
oli Mēphiticis ſacerdotibꝰ mortis ꝑ internūciū regi impandę alteriuſq́ꝫ in demortui locū,quē
libitum eſſet,conſtituendi.Deum alterum immortalem credere,cum qui rerū ſit princeps atq́ꝫ
uniuerſi conditor,mortalem alterum eumq́ꝫ incertum. Regem (ut antea eſt dictum)& eū qui
de ciuitate optime meritus ſit,ſecundum regem ut deum uenerant̃.Hodie ut ex ijs accepimꝰ q
in ea Æthiopia,quæ Ægypto eſt proxima,plures ſunt annos,uerſati, Chriſtiano ritu Deū tri/
num & unum colunt.Regem qui Preſtoianes dicitur,in ſecundis habent.Itali Indos hodie,ut
audio,appellant Æthiopas,qui ſupra Ægyptum colunt,profectionis,credo,illius non ignari,
de qua nunc loquimur,quum ꝓcul inde alioqui ad ortū recędat India.Conſulto adhuc quarū
dam gentium mores & ritus referre curę fuit,& cum his terraꝝ ſitus.Quę relatio ſemel inſtitu/
ta,ętſi toto mihi ope ſeruāda eſt(reddet enī res hiſtoriam multo iucundiorem, atq́ꝫ utiliorē co
gnitu)neſcio tñ quonāmō libētiꝰ id feci in ipſo reꝝ ſcribēdaꝝ exordio , ne in receſſu opis poſt
q́ꝫ uberior ſe nobis materia aperire inceperit,ab ipſa rerū dicēdaꝝ ſerie ſæpius abduceretur ſti/
lus,cuius nūc ne obliti uideamur,ad Iſraēlitas redeo.In qua gēte ſub id tempꝰ,quo Indi in Æ/
thiopiam profecti,Moſes dux & propheta ſūmus ex Amarame patre iā ſeptuagenario eſt na Moſes.
tus:cuiꝰ ductu Iudęi ex Ægypto digreſſi,ſuꝑbiſſimo Pharaonis liberati ſūt ſeruitio. Sed mirū
uideri poſſit,q̄ ad hunc locū omnes eius terrę reges iam inde ab Habraami tēporibus una ap
pellatione referātur,quum ſi unus interim fuiſſet,quemadmodū ex Herodoti lectione pōt in
telligi quem illi Pheronē dixerint,manifeſte appareat tot ætates ſuperęſſe nō potuiſſe.Cæte/
rum pręterq́ꝫ ꝙ Biblyaci libri,Euſebiꝰ,Ioſephus, Auguſtinus ſunt mihi in eo idonei autores,
Manethonis Ægyptij ſacerdotis cōmētarij ſcriptū habuere,Pharaonis appellationē oēs Ægy
B ptios reges tuliſſe olim,quū ſuū alioqui nomē eſſet ſingulis, qui mos & in Perſarū reges alia/
rūq́ꝫ gentiū poſtea ſit trāſlatꝰ, ut appellationē unā plures tulerit. q́ꝫ ſcriptores ſecuti oīa poſte
ris obſcuriora reddidere.Requirenti adhęc mihi appellationis huius cauſā, una potiſſimū cō/
iectura ſubibat animū, à Pharo inſula,q̄ Alexādrię obuerſa iacet,Pharaonis nomē regibꝰ ab
initio datū.Inſula uetuſtiſſima quam Proteū tenuiſſe Homerꝰ ſignificare uidet̃.Proteus Phe/ Oēs Aegy/
roni i regnū ſucceſſit,illi inquā q multas poſt Habraamū fuit ętates,atq́ꝫ eo Pharaone multo ptiorum re
recētior,q Habraamo fuit ęqualis.Suſpicari libet Pharōes ab Herodoto & alijs Gręcis appel ges Pharao
lari,quos Hebręi & quicunq́ꝫ Hebręos ſecuti ſunt Pharaones dicere maluerūt. Accidit igit̃,ut nes dicti.
prius q́ꝫ Moſes naſceretur Ægyptiacus ſacerdos,oraculó ne inſtructus aliquo,an ꝓphetico im Pharos. Proteus.
pulſus ſpiritu,incertū habeo,Pharaoni nūtiauerit, Hebraico ſanguine puerum naſciturū qui
multū regni opibus eſſet obfuturus.Permotus Pharao eiuſmodi oraculo,uel ut Biblyaci libri
tradunt,qa Hebræoꝝ gens multo numeroſior uideri cœperat,q́ꝫ ipſi regi & uniuerſę Ægypto Pharaonis
tutum crederet̃, nutriri uetuit omnem uirilem Iſraēlitarū ſtirpem , q̄ deinceps naſceret̃.Capi/ edictum.
tale futurū edicit,ſi quis marem tolleret,obſtetricibus adhæc indigenis dat̃ negociū,ut omnia
attente explorarent,ne in cuiuſq́ꝫ puerꝑio fieret fraus.Nemini erat dubiū totam Iudęoꝝ gen/
tem,quę adeo ad id tempus in Ægypto creuerat,ut ad ſexcēta uiroꝝ milia in ea cenſerent̃, ho
minis ętate interiturā,ſi omnis alterius ſexus ſoboles in ipſo uitę ingreſſu fuiſſet extincta.Suꝑ
uetus igit̃ turpeq́ꝫ ſeruitiū cura & dolor tacitus Iudæoꝝ animos uerſabat,lamentari ſecū iniq́ꝫ
totius gentis ſortem,cui ſuꝑ alias clades quibꝰ indigne p̄merent̃, crudeliſſimi regis impio oīs
ſpes ſucceſſionis adimeret̃.Oculos ad cœlum tollere,numenq́ꝫ ſuppliciter p̄cari,ne populū ue
rę pietati addictum,impij regis iniuria extingui pateret̃. Facere hæc uulgo alii,ſed Amaramis Amaramis.
uir in Iudęis iuſtitia inſigni omniū maxime,(ſic enim cōparatum eſt , ut p̄clara hominum in
genia non p̄ſentia ſolum,ſed futura etiā ꝓſpiciāt , ſintq́ꝫ eiuſmodi homines de cōmuni ſalute
p̄ter cęteros ſoliciti) His ille curis anxius cœleſti uoce uiſus eſt ſibi ꝑ quietē moneri,fore,ut po
tentiſſimum illud cœli numē,cuius imperium omnia ſequuntur, quod per tot rerū humana/
rum caſus Habraamum autorem gentis protexiſſet,quē ex inope & ignoto in Cananęa terra
locatum diuitem & clarum feciſſet,intempeſtiuo Sarrā donaſſet puerperio anum ſterilē & de

crepitam,qui deus Habraami filio,qui nepoti,qui ex nepote ꝓcreatis toties dexter uoléſq; af
fuiſſet,qui miranda eidem genti annuerit olim, & dederit incremẽta,idẽ breui ſuo eſſet popu
lo ducem daturus,qui ex ſuorum ceruicibus ſeruitutis iugũ excuteret, fractiſq; Pharaonis opi
bus,p omnes eſſet terras ſuum nomẽ ꝓpagaturus.His Amaramis bene ſperare iuſſus, ſimul
& illud diſcit,partem ſe mirãdę illius ſobolis futurum,daret modo operam procreationi,cæte
ris rebus fata ipſa uiam inuentura.Lętus illę nocturna ſpecie,rem cum Lochabetha cõiuge cõ

Moſis ortus.

municat. Conſtituunt itaq; inter ſe,ut celato mulieris utero, quantũ humana prouidẽtia ca
ueri poſſet,partum quoq; occultum haberent. Nec rei defuit euentus. Mulier inde puerũ eni
xa tris propemodum menſes ſecretiore parte domus aluit infantem.Inde metus utrunq; inceſ
ſit,ne ſi uagitu ſuo puer proderetur, quod credere erat aliquando futurum,ambo cũ tota do
mo ad ſupplicium traherentur,pueri uitã numinis ꝓuidentię permittunt,ſimulq; uiminea ci
ſta bitumine oblita icluſum,proxima Nili alluuione deponũt. Vehebatur ſecũdo fluuio fata
le onus haud procul à ripa,quum Themura regis filia,quæ tum forte cũ æqualibus multis cir
ca Nilum puellari laſciuia errabat,alueum conſpicata, ut eſt human⁹ anim⁹ ſcrutãdi auidus
ſiqua in occulto ſint,iubet ciſtulam apprehẽdi, puerumq; intuita, clamore circa illũ & plauſu
geſtiens iacentem oſculatur,inde indigenæ mulieris uberibus admotus eſt,q̃ ſponte ſua uel ac
cerſita potius(utrũq; enim ſcriptũ reperio)eo occurrerat.Repudiauit eã puer alimoniã ceu alie
na ubera faſtidiret,mox i alia atq; alia idẽ expta Themura,ãgebat aĩo uehemẽterq; dubitare,
ne longa infans inedia deficeret,conſiliũ inter æquales capit,q̃ uia imminẽti fato puerũ ſubtra
heret,ſuperuenit interea hęc agitãtib⁹ Maria Amaramis filia,quaſi diuerſum negociũ ſecuta:
cæterũ occulte à parentib⁹ ad id ſubmiſſa,ut totius rei exploraret exitũ.Tum puella,nimirum
inquit infans hic alterius gentis auerſatur alimenta:ꝙ in tribuli fœmina haud reor euenturũ.
Agite nũc ſi placet,idq; in muliere aliq̃ hebręa experiamini, ſiqdẽ cõiectura adducor haud in
epta,ut credã pueꝝ peregrini eſſe ſanguinis,metuq; à parentibus in ꝓfluentẽ deiectũ.Aſſenſa
his ẽ regia puella,eãq; ipſã ire iubet,fœminãq; ſui generis aliquã ad ſe uocare.Nũciat cõtinuo
illa parentibus quid acciderit,& quod ab regis filia haberet mandatũ.Aduolat eo mater quaſi
rerũ oĩm ignara,neq̃ ſuſpitio oriri poſſet,ſi filiã ſecuta ad reginã ueniſſet. Huius pectori infãs
adhibit⁹ cõfeſtim materna ubera inuadit.Lęta pueri affectu Themura,huic potiſſimũ q̃ for
tuna primo obtuliſſet,cũ deſtinat alendũ. Pro ſuo nutriri iubet,ĩpunitatẽ pollicita. Ipſe puer,

Vnde Moſes dictus.

q̃a ab Ægyptijs aqua Moys dicit̃,is uero eductus,ab ipſo rei euẽtu Moſis ille poſtea nomẽ tu
lit:atq; ita diuina prouidentia cõtigit,ut ex ea domo, uñ genti uniuerſę exitiũ ꝓpter hunc unũ
impendebat,ſit puero ſalus q̃ſita.Alebatur ille diligenti cura,cũ regię puellæ iuſſu,tum ſpe taci
ta parentũ,quã de eo iã inde ab nocturno illo oraculo imbiberãt: elucebatq; in eo adhuc pue

Septimus ab Habraamo Moſes

ro maius in dies futurę uirtutis lumẽ, utpote q̃ ab Habraamo ſeptim⁹ eſſet.Erat eni Amara
mis filius,quẽ Caathus genuit:Caathũ Leui,huius Iſraël fuit pat̃ Iſaacho nat⁹, atq; Habraę
nepos.Et iã triũ annorũ Moſes feſtiuo hilariq; aſpectu,oĩm in ſe oculos uerterat.Quib⁹ natu
rę dotibus Themura permota,eum in filiũ ſibi optat,eundẽ in complexib⁹ habet,fouet,oſcu
latur,ad patris conſpectũ trahit.& ut libero erat ingenio,paternę indulgentiæ ſecura.En,inq̃t,
pater tibi mihiq; deorum,ut credere par eſt,munere q̃ſitus eſt ſucceſſor.Tu nec filię uotis nec
fortunę q̃ſo beneficio repugnes.Annuit Pharao filię precib⁹,puerũq; gremio receptũ in futu
rę ſucceſſionis argumentum,an ludens potius parum compertũ habeo,paruo,quod ſatis con
ſtat,diademate inſigniuit:fatorũ credo ĩmemor,aut certe patria charitate uictus.Id inſigne pu

Diadema cõterit Moſes.

Recens fatorum admonitio.

er inter crepũdia arreptũ humi affligit:afflictũ pedibus conculcat. Acceperunt qui tũ circa re
gem ſteterant non ſine gemitu id omen:nec fatidicus ſacerdos,qui tũ forte aderat,tẽperare po
tuit:quin tum quoq; regem fatorũ admoneret,apertaq; p̃dicatione diceret,hũc uideri ſibi pue
rum,quẽ magnã aliquãdo cladẽ Ægypto allaturũ fata portenderet:Eum ut publicã peſtẽ di
rumq; exitiũ cauẽdũ prędicere,deorũ hoĩmq; fidẽ teſtari:certiſſimũ incẽdiũ Pharaoni,eiuſq;
regno ante oculos nutriri,dũ regię puellę nimis à patre ĩdulgeret.Hæc ille uociferat⁹,mouerat
non ſolũ alios,ſed & regẽ ipſum.Subibat adhęc animũ oraculi memoria. Qua territus haud
lõge aberat,qui puerũ e filię cõplexib⁹ arreptũ, ſuis iugulãdũ traderet:ſed plus oĩno ambiẽtis
filię gratia,aut(quod magis credo)fatorũ neceſſitas ualuit. Obuoluta illa genibus patris ætatẽ
excuſare,q̃ nihil adhuc ſaperet.Ad omen igit̃ eleuandũ carbones iubet puero accenſos offerri

ex ea

A ex ea re exploraturi, an nocitura etiã temere tractaret. Hic factũ memorãt: ut nõ ſine ꝑpetua lin guę clade, ex his aliquos repente hauſerit. Huiuſmodi caſibus eius infantia iactata ẽ. Verũ quũ iam per ætatẽ adoleuiſſet, eſſetq́ animi promptitudine, multaq́ ui corporis oibus cõſpicuꝰ, in genio adhęc ſupra ætatem longe prudentiſſimo, & ob hęc illi aulicus fauor conciliatus, ita acci dit: ut Æthiopes, qui tẽpeſtate illa mutuo rerum cõmercio Aegyptũ uulgo frequẽtabant, forte iniuria affecti (qualis ea fuerit, authores, quos ſeqmur, non tradunt) tumultuario bello uicinã terrã inuaſerint. Ægyptij & ipſi uim armis uindicaturi, incompoſito agmine ꝓdeũt illis obuiã: fuitq́ his prima pugna parũ ꝓſpera, multi prælio cęſi, reliqui turpi fuga dilapſi domũ ꝓ uictis trepide abierunt. Æthiopes uictoriã ſecuti Memphim uſq; Ægyptũ populati ſunt: & iam oẽs illorũ conatus eo tendere, ut Pharaonis regnũ funditus euerterẽt. Gentis igitur opibus in hũc modũ fractis, quia ſuis uiribus Ægyptus ſtare nõ poterat, ad diuinas ſortes (ut mox eſt gẽtis) cõfugit. Ex oraculo eſt relatũ Iudaici ſanguinis duce opus eẽ, ſi Ægyptij uellẽt rerũ ſuarũ ſtatũ in melius mutari. Quę uox ubi audita eſt, uniuerſũ uulgus, uelut ẽ cœlo noiatim Moſes poſce retur, copiarum imperium uni deſtinant: & rex à filia ducẽ ſibi in aperto regni diſcrimine cõce di poſtulat. Magno itaq; omniũ cõſenſu: totius beli adminiſtrãdi cura poteſtaſq́ uni ꝑmiſſa eſt. Lætari ſecum interea Iſraëlitæ, atq; in melioris formę ſpem erecti, rerum omnium euentum taciti expectabant. Moſes omnibus quæ ad bellũ neceſſaria erant cõparatis, in Æthiopas mo uit: quibꝰ ne ſuus acceſſus aliquo modo prẹſentiret, à ripa fluminis diuerſus ducere cõſtituit: Verum quia per loca ſerpentibus infeſta ductandus erat exercitus, uim Ibidum ingentẽ papy raceis inſtrumentis in arcatũ ſpeciem contextis induſit. Herodotus autor eſt, ex Arabia alatos ſerpẽtes ineũte ſtatim uere in Ægyptum uolare, quibus ad planitiei ingreſſum Ibides aues oc currant, paſſimq́ cõficiant, eſſeq́ ob id auẽ ipſam apd̃ Ægyptios in magna ueneratione. Ipſa fere nigra eſt: gruinis cruribus, roſtro maxime adunco, & hæc nigrarũ eſt Ibidũ ſpecies, q̃ cũ ſer pentibꝰ ingenito quodã odio decertant. Eſt & alterũ genus. Huiꝰ pedes humanis ſimiles, gra cile caput, cætera candidum, prẹter ceruicem, alarũq́ extrema, crura & facies cęteris haud diſſi B milis. Serpentibus figura Hydrorũ, alę nõ pennatę, ſed ut ueſpertilionũ glabrę. Aduerſus ho rũ incurſum Moſes ibidibꝰ uſus ad hoſtes incolumi exercitu peruenit. Mira uideri poſſunt q̃ Herodotus de ingenito auis huius odio in ſerpentes prodidit: quibꝰ ex Arabia in Ægyptũ uo lantibus ad ingreſſum planitiei infeſto occurrant uolatu, quibꝰ locis ingẽtes & citra fidẽ referẽ di uiſant̃ oſſium & ſpinarũ aceruí: qui nihil obſcure arguãt, alatorum ſerpentium uim ingentẽ hic eo conflictũ laniari. Sunt (q ad hoc attinet) inter uolucres quaſdam & animalia terreſtria inter ſe celebres inimicitiæ, quodam occulto naturę affectu: ſunt & rurſus amicitię. Diſſident, ſa tis cõſtat, Olores & Aquilæ: Coruus & Miluus: Aquilę & Trochilus, quoniã ſi credimꝰ rex ille dicatur auium. Pari odio bella inter ſe gerũt, Muſtela & cornix: Ichneumon & Veſpę: Anguis & Muſtela, Thoes & Leones. Rurſus amici inuicẽ: Pauones & Columbę, Turtures & Pſitaci, Cornix & Ardeolę. Sed hęc eo tẽdũt, ne cui parũ credibile uideatur q Ioſephus ſcribit, Moſen per infeſta ſerpẽtibus loca ductũrũ, Ibidũ ꝓſidio uſum, quarũ in id animal odiũ, Herodoti Pli nijq́ teſtimõio, ſit nulli ignobile. Moſes haud multo poſtq́ ad hoſtes uenit cũ his acie cõgreſ ſus, modico certamine ſupauit. Victor inde exercitꝰ Æthiopiæ fines ingreſſus, terore multaq́ hoſtiũ clade Æthiopiã ꝑuagat̃. Poſtremo ad Meroẽn ſũt caſtra admota. Id eni nomẽ illi poſt ea fuit, tunc aliud fuiſſe crediderim. Eſtq; à Cambyſis ſorore Mẽphis, ut quidam tradũt, ut alij ab uxore nũcupata. Sed tam hi q̃ illi à mẽdacij ſuſpitione uindicãtur. Habuit Cãbyſes ſoro res duas, quaꝝ utrãq; uxorẽ duxit. Sed altera Ægyptiaca expeditiõe illũ comitata eſt, ab eoq́ in Ægypto interfecta, cauſa ſuo loco explicabit̃. Eſt Meroẽ inſula oim, quas Nilus effecit, am plitudine maxima, Libyã uerſus uaſtis arenę cumulis circũſepta, qua in Arabiã iacet obuerſa p̃ ceps, & abrupta, ad meridiẽ Aſtabore, Aſtabodis, & Aſtaboſę fluuioꝝ occurſu ꝑfũdit̃, reliqua parte quæ ſeptentrionem & Boreã ſpectat, Nilo claudit̃. De eius magnitudine loco haud mul tum hinc diuerſo diximus. In ea inſula tum regia erat Æthiopum, & urbs prẹter locorũ natu ram, humano etiã ope munita, foſſę adhæc ad fluuioꝝ inundationem arcẽdam circa regiã du ctæ, oia Aegyptijs reddebant ịpeditiora. Fuit itaq́ obſidio illa oim ſpe difficilior. Moſes lõgio ris moræ impatiens, circa urbem crebro adequitãs, cuncta animo & oculis luſtrare, an ui aliqua

Bellum Aegyptijs infertur.

Moſes belli dux declaratur.

Ibidum uirtus.

Ibidis figura.

Inimicitiæ uariorum animaliũ.

Amicitiæ beluarum.

Meroẽ inſula

Memphis.

aut arte queat ad hoſtẽ penetrare. Verum enimuero amor illi obtulit, ſi Ioſephus qui hæc tradidit uerus eſt autor, quod neq; uires neq; bellica ſtudia antea potuerant. Tharbis regis filia il- C

Moſes proditione Meroẽ potitur

lũ circa muros uerſantẽ conſpicata, uiri forma & celebritate capta, per fidiſſimos ſeruos urbis proditionem pollicetur, ſi ſe legitimę ſit coniugis loco habiturus, nec Moſi diſplicuit conditio, quippe qui id bellum quoquo modo cupiebat ad exitum perduci. Fide igitur in id ꝙ petebat data, cõfeſtim urbe potitus eſt: qua recepta nuptias celebrat. Nec pulcherrima uictoria plus illi gloriæ apud Ægyptios peperit, q̃ obtrectationis & inuidiæ. Etenim domum reuerſus uarijs apud regem criminibus iactatus, quum cędis quoq; argueretur in Ægyptio homine perpetratæ, poſtq̃ capitalia de ſe conſilia apud regem moueri ſenſit, imminenti ſe periculo fuga q̃ occultiſſima ſubtraxit. Cęterũ ueritꝰ, ne dimiſſi eſſent, qui ſe à fuga retraherent, omnẽ hominũ occurſum uitabũdus per deſerta & deuia loca ad Madiam peruenit. Fuit id oppidũ in troglodytica ora ab Habraami filio dictũ, ut tradit Ioſephus. Mira ſunt quæ de Trogloditarum ritu Plinius ſcribit in hiſtoria. Excauare eos ſubterraneas ſpecus, quas pro domibus habeãt: unde & nomen genti inditũ uideri poſſit, ſerpentium carnibus uictitant, pro uoce ſtridor eſt illis, ob idq̃ omni ſermonis cõmercio carent. Quę ſi ita habeant, nõ uideo: quæ hoſpitij, matrimonij ue cum ea gente iungendi Moſi eſſe potuerit occaſio: niſi quis alios Troglodytarum mitiores alijs eſſe arbitretur. Cęterum qualiſcunq; fuit ritus gentis, quæ tum Moſem profugum excepit, ad puteum oppido propinquũ animo & corpore æger paululum ſediſſe traditur. Compulerant ſub id tempus eo ſorores ſeptem quæ patrio more oues paſcebant, ſuos greges. Idq̃ aliquanto tempeſtiuius fecerant, ut cęteros ꝑuenirent paſtores aquationis compendio, affuit nec multo poſt alia freq̃ues pecuariorũ manus, arcebaturq̃ infirmior ſexus à canalibꝰ, ſuoq̃ aquationis loco. Moſes rem indignam ratus, per contemptũ & iniuriam puellas ſuo cõmodo priuari, præſertim ꝙ officium maturaſſent, facto in paſtores impetu loco deturbat, atq; ita cõtigit: ut ſuos illæ per ocium greges potui admouerint. Ea res Moſen Ragueli earum patri ſub primum ad urbem acceſſum conciliauit. Erat is ſacerdos plurimaq̃ inter ſuos autoritate. Ex- D

Raguel.

cipit itaq; ille Moſen uenientem grato hoſpitio: excepto filiarũ unam matrimonio locat: mox in generum aſcito omne paſcendi pecoris uni ꝑmittit negociũ. Quo tp̃is ſpatio quũ forte Moſes circa Sinã montẽ, ſeu Orebũ, ut alij dicũt, ſoceri oues uerſaret: eſſetq̃ locus ueteribus accolis ſacer, quippe qui uulgo ꝑſuaſum haberet certũ ibi numen inhabitare: mirũ dicit illius oculis ꝓdigium oblatũ, uirentẽ rubum intuitus eſt: quẽ citra omnem folioꝝ frugumq̃ cladẽ innoxia cõprehenderat flãma. Cuius rei nouitate, quũ aliquãdiu Moſes defixꝰ ſtetiſſet: poſtremo explorandę rei ſtudio, quum ꝓpius acceſſiſſet, uox inde reddita eſt. Primoq̃ increpitus, ꝙ ad loca religione inacceſſa temere penetraſſet: inde bñ eſt ſperare iuſſus, qñ non ſine numine talia eueniret. Iret: & cœleſtis uocis imperiũ ſecutus oẽm Iudæorũ gentem, quæ in Ægypto eſſet, ſeruitio liberaret, atq; in eã terrã deduceret, quã Habraamꝰ gentis autor olim tenuiſſet. Moſes etſi ob ea, quæ uiderat, parũ liber erat religione, haud fruſtra ratus id ꝓdigiũ fieri, coram tamẽ excuſat: nũc gentis imbecillitatẽ, quę longo preſſa iaceret ſeruitio, nũc linguę ſegnitiẽ, cladẽq̃ à puero in Pharaonis conſpectu ſibi conflatam. Quid ſi quiſq̃ me roget, inquit, quo autore rem tantam ſim mouere auſus, haud quidem intelligo, quid tum demum me illi r̃ndere oporteat. Sum ego, ait uox illa, qui ſum, & ab eo qui ſit, te illuc reuerſum dixeris. Atq; ſecundã hæc quę audiuerat Moſes ab eodẽ oraculo iuſſus paſtoralem baculum abiicit, quem manibus habebat, ibi miraculum multo maius eſt factũ, confeſtim uirga in ſerpentem uerſa eſt. Qui tumidus uiolentuſq̃ linguas in Moſem uibrans ceruicem ex aduerſo tollit, mox ſpecie illa ultro remittente, baculus priſtinam recepit formã. Manus adhęc ſinu exerta, uelut lepra quadam obduci uiſa eſt. Poſtremo aqua puteo hauſta humiq̃ effuſa in cruorẽ uerſa eſt. Quibus ille prodigiis motus certuſq̃ tantis cœptis haud numen defuturum, à Raguele in Ægyptũ, iam Pharaone in cuius aula educatus fuerat extincto, reuerſus eſt.

Moſis exilium.

Troglodytæ.

Rubus Moſis

Prodigiũ

Enneadis

A FLOREBAT per id tempus ocio & diuitijs Ægyptus, quę quo magis afflue- Reditus Moſis in Aegiptum.
bat, eo inſolentior erat gentis luxuria, maiorq; mortaliū contemptus. Mala
enim prauaq; ingenia, quo meliore ſunt fortuna, eo inclemētius exercēt im-
periū in eos, q̊s iniurię hn̄t opportunos. Premere illi media rerū quiete, cru- Regū Aegyptiorum inſaniæ.
deliterq; uexare Hebraici ſanguinis uiros. Nullum erat regiæ inſaniæ opus,
cui non illi ſeruilit̃ admouerent̃. Nulli regū unq; inſanis extructionibꝰ ſuas Mines.
uanius opes ꝓfuderūt q̃ Aegyptij. Mines qui primꝰ omniū in ea terra rex fuit, ad centū ſtadia Mœria.
humo congeſta in montium anguſtias coniecit Nilū, ut nō ſuo ſed alieno flueret arbitrio. Idē Pyramis.
& Memphin urbem condidit. Mœris q pluribus interiectis ætatibus poſt illum regnauit, ſta-
gnum effodit tam enormi uaſtitate, ut Nilo ſenis menſibus epoto uix ſit capacitate nimia ex-
pletū. Huius miraculi pyramides illæ medio ſtagno extantes cœloq; ſurrectæ, cæterū uſq; adeo
in profunda uada demiſſe, ut partē operis multo maximam ambitioſe ſubſtrahant ſpectan-
tium oculis. Sed maior Cheopis inſania: qui centum milia operariorū decennio uel uno ope-
re exercuit, huius Pyramis illa quinum ſtadiorum altitudine, alteraq; ſepulcri nomine erecta
octogenum iugerum quaq; uerſum, pari celſitudine. Pyramidis unius inſcriptio teſtata eſt in
apio, alijs & cepis ad operantium alimoniam emundis mille & ſexcenta regi talenta, opꝰ unū
decoxiſſe. Herodotus autor eſt, hunc ipſum Cheopem pecuniæ defectu filiam proſtituiſſe: q̃
ut à patre iuſſa eſt, à ſingulis quos admiſit lapidem unum exegit ad deſtinatū opꝰ idoneū. Ex
qua materia meretricio quæſtu quæſita, pyramis extructa ſit quaq; uerſum pedes trecentenos
habēs ac ſexagenos. Quid domꝰ illa uno lapide exciſa laborioſeq; aſportata? Quid alia alioꝝ
opera q̃ uanū gentis arguūt ſtudiū? Sed alij id laudi & immortalitatis ſpei dederunt. Pharao
q Iſraëlitas exercuit, odio & ſæuitiæ indulſit, q ne gēs ipſa ab opere & erumna aliquādo reſpi-
raret, aliqua de induſtria ichoabat, ut miſerā gentē aſſiduo labore torqueret. Eteni poſtea q̃ Iu-
B daicę opes in Aegypto coaleſcere cœperūt, maioraq; in dies incremēta ſentire uiſa ſunt, fortu-
na gentis ſuſpectior eſt indigenis facta, ſucceſſus inuidiā peperit, ſuſpitio odiū & iniuriā. Ob-
ſtiterūt duobꝰ grauiſſimis Aegyptiorū affectibus Ioſippi, q̃diu uixit, merita: eoq; ſublata cōti-
nuo totā gentē grauis adorta eſt ſeruitꝰ, tenuitq; ea maloꝝ uis uſq; ad ꝓnepotes, q Moſis du-
ctu & auſpicijs ſeruitute liberati ſunt. De q̊ inſtituēdꝰ erat nūc ſermo: niſi priuſq; ex Aegypto
egrediamur, de regionis ſitu moribuſq; & ritu gētis pauca eſſent explicāda. Tota eiꝰ terrę por-
tio, quā à Cercaſoꝝ urbe Nilꝰ dextra lęuaq; ſuo āplexu ad mare uſq; determinat, Canopico Aegipti ſitus.
oſtio ab Aphrica: ab Aſia, Peluſiaco, fuit olim Aegyptꝰ nominata, atq; ob eam rē à pleriſq; in-
ter inſulas relata ē: ita ſe Nilo ſcindēte, ut triquetrā terrę deliniet figurā. Quo cōtingit, ut à Grę-
cæ literę ſimilitudine ſit à pleriſq; Delta cognominata. Recentiores eā ad ortū ſolis terrā adiece- Delta.
re q̃ à Nilo ad Erithręū uſq; ſinū ꝓtenditur: & ad occaſū haud parua terrę intercapedo antiq̃s
finibus acceſſit. Arabię itaq; & Erithręo mari inde iūgitur: hinc Cyrenæ reſiduęq; Aphricę in-
hæret parti, ad ſeptētrionē pelago alluit̃, q̃ ab ipſa terra Ægyptiū appellat̃, à ceruice & hume-
ris Æthiopię eſt inſerta. Si ab Ægypto Danai fratre noīnari cōtigit, Moſis ætate Aërię illi no-
mē fuiſſe crediderim. Sic ab initio dictā autores quidā tradunt. Herodotus Tebas nominatā
exiſtimat, quia oli ea pars ſolū coletur, q̃ ſuo circuitu ſex milia ſtadiorū, & amplius cōtinet, re-
liquam aquę obtinerēt. Ægyptij ante Pſammetici regis tempora, ſe mortaliū uetuſtiſſimos ar- Primus ſermo qui ſit.
bitrati ſunt. Ille pręter argumēta à me rebus Scythicis relata, nouo cōmento inueterati erroris
gentem coarguit. Cepit eum cupido explorandi qui hominum primi extitiſſent, quiue ſermo
homini peculiaris eſſet à natura datus. Infātes duos iā inde à ſuo ortu in ſtabulo iuſſit à paſto- Pueri ſilentio nutriti.
ribus nutriri, qui caprarum uberibus ambos admouerent, iuſſi nullam interim uocē emittere,
ſed ſilentium tantiſper tenere, dum puerorum explerent̃ deſideria, mox clauſos in ſolitudine
relinqui. Poſt bimatum igitur paſtori ſtabulū recludenti, ambo porrectis manibus ꝓcidentes
Beccus clamāt. Tenuit paſtor indictum ſilentiū. Sed quū illi id uerbum ſępius iterarent, rem
paſtores renunciāt. Mādat ille pueros ſilentio ad ſe deferri. Ac quum id per ſe poſtea exploraſ-
ſet, ſciſcitatus eſt cuius gētis uox illa eſſet, & quid potiſſimū ſignificaret. Cōſtitit Phrygas bec-
cum panem appellare. Atq; iam inde Aegyptij eo argumēto uicti, uetuſtatis palmā Phrygibꝰ
con-

Pueri à mutis nutricibus educati.

conceſſere. Hęc ſe Herodotus Memphi à Vulcani ſacerdotibus cognouiſſe prodidit. Aliȷ quibꝰ C haud grauate accedo, à mutis nutricibus infantes educatos memorãt. Cæterum quo modo res acta ẽ, ſatis cõſtat Ægyptios tali cõiectura uictos, uana de ſe opinari deſiȷſſe. Scio ego fuiſſe qui crederẽt Ægyptios Aethiopũ eſſe Colonos, qui mortalium uetuſtiſſimi habẽtur, ut proximo eſt uolumine demonſtratum: unde pertinax illa Aegyptiorũ de uetuſtate ſua orta uideri

Aegyptiȷ primi deos commenti.

poteſt opinio, quã neqꝫ Trogus tradit, neqꝫ Herodotus, quod ſciam. Aegyptiȷ olim primi, XII. deorum nomina primo cõmenti ſunt, manifeſto ſuæ uanitatis argumento, ac iȷdem primi (ut quidam tradunt) aras & ſimulacra: delubraqꝫ ſtatuiſſe credũtur, animaliaqꝫ in ſaxis figuraſſe: quæ omnia plane arguunt eos ab Athiopibus eſſe oriundos, qui horũ omnium fuerunt au-

Menes.

tores, ut tradit Diodorus. Memorãt pręterea apud ſe mortalium primũ Menem nomine regnũ tenuiſſe, cui omnis Aegyptus præter Thebaicam plagam paluſtrem ſeruiuerit, atqꝫ eorũ quę ſunt ſupra ſtagnum Mœrios, nihil ea tempeſtate fuiſſe. Stagnũ ſeptem dierũ nauigatione aduerſo Nilo à mari nauigat. Habet itaqꝫ iterni maris ora tria milia & ſexcẽta ſtadia, à mari rurſus ad urbem Elephantinam regionis cõfinium ſtadiorum paulominus ſeptem milia, ut Herodotus colligit, maior pars terrę huius acquiſita, & mari olim adẽpta oblimatione flumi-

Terræ partitio ſecũdũ Iones.

nis. Iones quum totã terram in tres potiſſimũ partes diuiderent, Europam, Aphricam, Aſiã, quartum terrę membrum Aegypti delta annumerare cõſueuerunt. Aliȷ Gręcorũ bipertito eã dimenſi, hanc Aegypti partem Aphricæ, quæ reliqua fuit Aſiæ tribuerunt. Cœlũ ipſi minime pluuiũm, ſed naturæ prouidentia, Nili de quo haud multo poſtea dicetur, inũdatio eam incolis reſarcit iniuriam. Sed ut cœlo & flumine Aegyptiȷ à cęteris mortalibꝰ ſunt pene diuerſi, ita

Aegyptiorum ritus.

eorum mores & inſtituta iȷs quibus alię utuntur gentes, magna, fuerũt ex parte contraria. Hic olim fœminę negociarit, cauponari, inſtitoriaqꝫ obire munera conſueuerũt. Viri intra domorũ parietes texere, hi onera capitibus geſtare, mulieres humeris, illæ ſtantes micturire, hi ſedentes, domi uulgo uentrẽ exonerare, in uiȷs comeſſari, mulierum nulla neqꝫ dei cuiuſq̃, neqꝫ deæ ſacerdotium habuit. Mares liberi gentili inſtituto parentes haud inuiti alebant, contra coge- D bantur filię etiam nolentes. Pleriqꝫ mortalium in funere deglabrant capita, barbã promittũt. Aegyptiȷ promittebant capillum, & barbam tondebant, panẽ pedibus, lutũ manibus ſubige-

Literæ & ueſtes Aegyptiæ. Circũciſio.

bant. Horum fuit, ut Gręci perſuaſum habuere, & qui ab ipſis oriundi ſunt, uirilia circuncidere, ſed propiora uero quę de ea re alio loco diximus. A dextera in ſiniſtram literas digerũt. Horum mares binis ueſtibus uti moris fuit, fœminas ſingulis bipertitus literarũ uſus: prophanꝰ hic, ille ſacer: ſed uterqꝫ, ut Diodoro perſuaſum eſt, ab Aethiopibus ſumptꝰ. Sacerdotes tertio quoqꝫ die corpora raſitare, ne quid ſordis quũ ſacra faciunt, intercurreret. Linea ferre ueſtimẽta, ſemper recens abluta, faſſi mũditiæ gratia ſe circunciſos eſſe, quia ſatius ſit mũdos eſſe q̃ decoros. Veſtem ſacerdotes lineam tãtum geſtare & calceos papytaceos. Fabam neqꝫ ab illis ſeri, neqꝫ alibi natã comedi, immundum id legumen uulgo haberi. Hoſtiaꝝ capita execrationibꝰ damnata, aut peregrinis negociatoribus uenditabãt ſacerdotes, aut ſi qui illa emer[illegible] non affuiſſent, in Nilum porriciebant: de quo illud uere dixerim ob mirificam ipſius naturam, unũ

Nili ortus ignotus.

omniũ fluuiorum eſſe in toto orbe maxime memorabilem. Eius ortũ Græci & Latini ſcriptores ignorari uulgo arbitrantur. Herodotus ne Aegyptiorum quidem aut Aphrorũ queq̃ à ſe repertum ſcribit, qui fateretur ſe id ſcire. Cęterum in Sai urbe ſacratum Mineruę pecuniarum ſcribam audiuiſſe ſe hęc eadem ſciſcitantem, qui duos eſſe montes diceret, inter Syenẽ urbem Thebaidis & Elephantinã: quoꝝ huic Crophi nomẽ eſſet, illi uero Mophi: ex eoqꝫ medio Nili fontes immenſæ altitudinis emanare, diuerſaqꝫ inde abire flumina: ad ſeptẽtrionẽ unũ, qui idem eſſet & Nilus, alteꝝ Aethiopiam uerſꝰ ad meridiẽ. Immẽſę altitudinis argumentũ fuiſſe qꝫ Pſammeticus Aegypti rex antiquiſſimus funibus multorũ miliũ paſſuum cõnexis, & in profundã abyſſum deiectis, ad imum uadũ non perueniſſet. Sed tantũ abfuit, ut eoꝝ quę dicerẽ-

Verus Nili ortus.

tur quicq̃ fecerit fidẽ, ut meram ſibi fabulam narrari crediderit Herodotus. Arbitratur tamen Nilum ex Aphrica fluere, ab eoqꝫ mediã ſecari pari fere tractu, quo & Europã ab Iſtro: Pliniꝰ Iubã ſecutus ex inferioris Mauritaniæ mõte haud procul oceano lacu protinꝰ ſtagnante, quẽ accolę Alidem uocent, in quo pręter cętera Nili argumenta, Siluri quoqꝫ in eo reperiant. Obſeruatumqꝫ quoties in Mauritania niues imbreſqꝫ eum ſatiauerint, Nilũ increſcere, qui iã in

de in-

A de indignatus per arenoſa fluere,ſub terra conditur aliquot dierum itinere:mox aliquãto ma-
iore lacu Cęſarienſis Mauritanię in Maſſeſſylũ gente erumpit,eiuſdẽ piſcis argumẽto:iterũqꝫ
arenis receptus conditur,xx.dierum ſolitudinibus: Verũ ubi Æthiopibus propinquat,quaſi
humanũ ſentiat cultum:proſilit fonte,Aphricãqꝫ ab Æthiopia dirimẽs,feris primo,mox po-
pulis frequens,ſyluarumqꝫ interim opifex medios Æthiopas ſecat:Aſtapu cognomine,quaſi Catadupi.
è tenebris fluẽs:paſſim inſulas ſuis diuortijs fabricatus:& in his Meroën, de qua affati ſupra.
receptis inde omnibus unũ in alueũ aquis,Nilus incipit nominari: etſi tum quoqꝫ Cyriſãthes
ꝑ aliquot milia paſſuũ ab accolis dicatur:inſuliſqꝫ idẽtidẽ impactus,ac nõ nihil iritatus,in mõ- Nili oſtio.
tium incidit anguſtias,unde uiolẽto curſu ad Æthiopũ locũ,qui Catadupi nominantur, per- Nili incre-
uolat.Hic ruere credit̃ nõ fluere inter occurſantes ſcopulos actus,mox in apertũ euadẽs omni menta.
domita uiolentia ac lenior factus,ſeptem nouiſſime oſtijs in Ægyptium mare euoluit̃, proxi-
mo Alexãdrię Canopico,Bolbitino,Sebenetico,Phanitico,Mendeſio, Tanico & Peluſiaco.
Adijciunt̃ his alia quatuor,ſed q̃ diximus ueriſſima putantur.Herodotus ꝓ Phanitico & Ta-
nico Bucolicũ memorat & Saiticum. Statis ad hęc omniũ annorum diebus magno auctu,cę-
terũ haud ſemꝑ eodẽ,per omnem ſpatiatus Ægyptũ,fœcũdus terrę innatat.Eius incremẽti ua-
rię produnt̃ cauſę.Eteſias uẽtos in cauſa eſſe ꝗdã arbitrati ſunt:qbꝰ ex arctoa mũdi plaga flã-
tibus,pelagi fluctu iu diuerſa oſtia impulſo,illa fluminis reſtagnatio ſequatur:ꝙ auſtrino fla
tu Tyberino fluuio accidere ſcio quibuſdã perſuaſum. Alij hymbribus aſcribunt,q in Æthio
pia circa ſolſtitiũ cadunt,eodem Etheſiarum ſpiritu nubila in meridiem depellente. Quidã li-
quefactis montiũ niuibꝰ: qui in ipſo ſunt Æthiopię receſſu,id accidere crediderũt, unde origi-
nem Nilus habere exiſtimat̃.Timęus ui ſideris perpẽdiculariter illi in emerſu iucubãtis, ſuſpẽ
di humorẽ arbitratꝰ eſt radijs ſolis ut in ſiticuloſa mundi parte auidius alimenta arripiẽtibus,
atqꝫ ita diffuſum amnẽ abundare.Sed quęcũqꝫ ſit cauſa,ſatis cõſtat,poſt ſolſtitiũ æſtiuale, pri
ma ſentiri incremẽta,Sole per Cancrum tranſeunte,mox largius per Leonẽ augeri,in uirgine
B reſidet ijſdem quibus creuit modis,in totum reuocatur intra ripas in libra,centeſimo(ut Hero
doto placet)die,ab eo quo primus ſentiri cœpit auctus. Iuſtum incremẽtum cubitorum.xvi.
Minores aquę nõ omnia rigant:ampliores tardius recedendo accolarum remorãtur commo-
da:in,xii.cubitis famem Ægyptus ſentit:in, xiii.etiamnum eſurit, xiiii.cubita hilaritatem Ioſippi
afferũt,xv.ſecuritatem:& quę optima inundatio eſt ſexdecim,delicias.Naturam fluminis hu- ſomnia.
ius Ioſippus cõtemplatus duplicis inſomnij ambages Pharaoni interꝑtatus eſt, q̃ diuinatio-
nis ratio ingentẽ illi peperit gloriam:patriqꝫ & fratribus occaſionẽ dedit ex Cananęa terra in
Ægyptũ migrãdi.Vnde eorum pronepotes Moſis(ut dicere inſtitueram)ductu egreſſi ſeſe in
libertatem uindicarunt,de qua re iam hinc dicere orſus eſſem, niſi cęterarum gentium pauca
memoratu non indigna,quæ in hęc tempora inciderunt,prius eſſent referenda. Nam & He- Hemon:
mon per id tempus primus omnium in Theſſalia regnauit:à quo terra ipſa eſt Hemonia nũ- Cecrops bi-
cupata,& Cecrops Athenis regnum obtinuit. Hunc quia primus in Attica maris & fœminæ formis.
iugale uinculum inuenit,uetus Gręcia(ut Trogus ſcribit)biformem fabulata eſt.Alij quia Æ-
gyptius genere fuerit,nec gẽtili tantũ,ſed & Attica quoqꝫ uteretur lingua, biformem ꝓdide-
runt.Euſebius in hęc tꝑa reiecit quę de Prometheo tradunt̃.Quę adeo fabuloſe uideo à ueteri
bus relata,ut in gremio uetuſtatis tutius iaceãt,q̃ ut in hiſtorię theatrũ ſine rubore ꝓdire poſ- Antæus.
ſint.Æqualis his eſt memoria eoꝝ quæ de Hercule & Antęo ꝓdunt̃,quæ nihilo relatu dignio Hercules.
ra putarẽ,niſi Plutarchus autor eſſet.Antęi cadauer ſeptuaginta cubitoꝝ in Tigenna Mauri-
tanię urbe à Sertorio,qui Hiſpanię imperiũ aliꝗt annos obtinuit,refoſſum,ſpectatãqꝫ portẽ-
toſam oſſiũ magnitudinẽ ijs qui cũ eo tunc erãt.Nec quũ Herculis in pręſentia mẽtionẽ facio,
Thebani illius factã intelligi uolo,ſed alterius potius uetuſtioris.Enĩ uero pleriqꝫ uiri illuſtres,
quod M.Tullius haud dubie demonſtrat,id nomen diuerſo tempore tulerũt. Ægyptij quoqꝫ
inter,xii.deos Herculem ab initio finxere,fuitqꝫ is unus ipſi genti ſua tẽpeſtate notus:quo ap
paret Gręcos id nomẽ ex Ægypto accepiſſe.Hęcqꝫ eo mihi uero ꝓpiora uidẽtur, ꝙ Alcmena
& Amphitryo(ut Herodotus prodit)etſi in Gręcia orti ſunt,ex Ægypto tamen fuerũt oriun-
di.Fama eſt(ut ad Cecropem & Athenarũ originẽ redeã) ſub id tẽpus oleam in arce illa quæ Olea nata
poſtea Palladi ſacra fuit,ſpõte enatã, nec multũ inde diuerſo loco fontis ſcaturiginẽ emicuiſ- Prodigia.

ſe:qui-

Athenis fa/cta.

ſe:quibus Cecrops cõmotus prodigijs ad Delphicũ oraculũ miſerit, reſpondit Pythia, oleã Mi C
neruę numẽ ſignificare: in cuius tutela ea arbor eſſet, uim ſcatentis aquę Neptumnũ eſſe in ci/
uiũ poteſtate, ab utrius nomine appellatũ uellẽt nouũ oppidũ. Atticoꝝ moris fuit olim ut pro
miſcue mulieres uiriq; inirent ſuffragia. Omni itaq; multitudine ad diſcuſſionẽ uocata, quum
mulieres Mineruę, uiri Neptumno diuerſis ſtudijs fauerẽt, ita euenit, ut tũ fœminæ plures nu/

Athenæ unde dictæ.

mero in Attica ciuitate repertę ſint q̃ uiri: ob eã rem à Minerua, quã Græci Athenam uocãt,
Athenis eſt nomẽ urbi inditũ. Cecrope adhuc regnũ tenẽte, diluuiũ in Theſſalia factũ memo
rãt. Imperabat & Deucalion Promethei filius ꝑ id tempus circa Parnaſum montẽ, unde fabu
landi materia ueteribus orta eſt, nauigio illũ cũ coniuge ad ea loca delatũ. Nõ poſſum nõ mi/
rari fuiſſe, qui in hos annos reponerẽt eã terrarũ cladẽ, quę ſub Phaëtõte accepta eſt, uelut ita
uenerit, ut tã uaria in natura reꝝ ſpectauerit humanũ genus momenta, ſine maiore ulla tẽpo
ris itercapedine, ut alibi terra Cataclyſmo ſit obruta, alibi ſubito flagrarit incẽdio. Sed hęc oĩa

Phaëton. Heridanus.

in eo ſunt uetuſtatis receſſu, ea fabulaꝝ adumbratione inuoluta, ut ſine fidei eleuatiõe tractari
nõ poſſint. Quod uero ad Phaëtontẽ attinet, quẽ uulgo aiũt Heridanũ uocatũ, oẽm de eius ca
ſu fabulã circa Padũ uarijs ornant argumẽtis: quo cõtigit, ut pleriq; fluuiũ quoq; ipſum Heri/
danũ opinati ſint, & in his Philoxenus, Nicãder & Euripides Poetę. Cæterũ tantũ abeſt, ut gra
uiſſimi reꝝ ſcriptores, uanæ huic opinioni temere acceſſerint: ut eorũ quidã nullibi terrarum
affirmare audeãt Heridanũ inueniri. Æſchylꝰ in Hiſpania fluere dixit Heridanũ. Theophra
ſtus Phaëtõtis oraculũ & delubꝝ ſtatuit in Æthiopia: ubi eũ perijſſe exiſtimat. Sed hęc ego ad
coarguẽda ea q̃ de Phaëtonte in fabulis tradũtur malo uideri à me dicta, q̃ ꝙ ita ꝑſuaſum ha
beã nullo modo accidere potuiſſe, ut alicubi terrarũ nimia, & iſueta quadã ęſtus inclemẽtia ꝑ
id tẽpus laboratũ, quo diuerſa terraꝝ parte Cataclyſmus regionẽ unã inundarit. Sed dũ alibi
terrarũ naturę uices in hũc modũ alternãt, aut certe nõ multo prius poſteáue q̃ reꝝ hęc uiciſſi

Moſis reditus in Aegyptum.

tudo cõtigit, Moſes ex Trogloditice reuerſus ab Arone fratre & alijs popularibꝰ ſumma acce/
ptus lætitia, primores occulte docet, qua ſpe, quáue fiducia in Ægyptũ redijſſet, q̃ numinis ad D

Oratio ad Pharaonẽ.

regẽ & ſuos haberet mandata, in q̃ reꝝ miracula circa Sinã montẽ incidiſſet. Fratre igit᷑ & alijs
paucis autoribꝰ ad Pharaonẽ ingreſſus in hunc modũ locutus dicitur. Si apđ eũ regem, Pha
rao regum clemẽtiſſime, in cuius demortui locũ merito ſucceſſiſti, eſſẽt mihi hodie uerba faciẽ
da: nec quis eſſem dicere opus eſſet, nec ſiquid ab eo fuerit impetrãdũ, magnopere id ad me cõ
tẽdi oportuiſſet. Etẽm haud parui refert: ſint ne mores, uita, ſtudiũ, meritaq; noſtra nota huic
à quo aliquid impetratũ uelis, an oĩo ignota: gratiá ne & autoritate ualeamus, an ludibrio &
odio ſimus. Sępe quidem uerba perſuadent: ſed autoritas ſępius, gratia ſępiſſime. Ego in illius
aula immo in gremio à teneris annis educatꝰ, ipſi regi charus, filię multo charior fui. Inde ubi
per ętatem adoleui, perpetuo in cunctos ſtudio & obſeruãtia tantum apud illos fauoris ꝓme/
rui, ut nõ ſolũ in priſtina erga me indulgẽtia permanſerit, ſed uelut regni ſucceſſorẽ clementiſ/
ſime fouerint. Accidit interea ut graue bellum ſit huic terræ ex Æthiopia ortũ, unaq; aduerſa
pugna ita ſint regni huius opes afflictę, ut hoſtes magnam Ægyptij partem populati de Mẽ/
phi regia occupãda cogitarent. Humanis igitur opibus diffiſi, hi qui tũ regnũ adminiſtrabãt
ad Deorum ſortes cõfugere: ne omnino ignari eſſent, qua potiſſimũ uia uictori hoſti irent ob
uiam. Hebraici ſanguinis duce opus eſſe reſpõſum his eſt, ſi periculoſo bello defungi uellent.
Tum magno oĩm cõſenſu dux ad hoſtẽ miſſus, incolumẽ ꝑ infeſta loca exercitũ in Æthiopiã
duxi effeciq; ut breui hoſtes ſentirẽt, cũ ipſo duce mutatã eſſe belli fortunã. Et q de alieno re/
gno euertẽdo nuper cõſilia captabãt, de ſuo retinẽdo ſolicitos eſſe coẽgi, uici illos ingẽti ꝑlio,
uictos in Meroën cõpuli: regiã urbem natura & opere munitiſſimã expugnaui: cũ ꝑſeuerãtia
tũ arte & cõſilio, quãdo locorũ iniquitate armis nõ potui. Expugnatã Pharaonis imperio ſub/
ieci. Inuiderunt mihi inclytã uictoriã qui tũ circa regem plus oĩo poterant q̃ poſſe debebant:
atq; ubi uictor à me exercitus eſt domũ reductus, cernerẽtq; nomen meũ in ore multorũ eſſe
(ut impatiens eſt omnis alienę felicitatis inuidia) haud prius me apud regem criminari deſtite
rũt, illiuſq; aduerſus me animũ irritare, quẽ uehemẽt᷑ mihi iratũ, ſalutiq; meę infeſtũ reddi/
dere. Ceſſi tunc ego, fateor, non ſceleris, nõ culpę ullius cõſciẽtia: ſed ne innocentiã calumniæ,
uirtutẽ ignauię, laudem inuidię opprimẽdã in aperta iniuria deſtituerẽ. Eoq; cõſilio abij, ut q̃
longiſſi/

A longiſſime ab ea terra reliquũ uitę agerẽ, in qua obtrectatoꝝ calumnia cadendũ mihi erat, niſi me imminenti periculo ſubtraxiſſem. Verum licet humanis conſilijs ire obuiã, diuinę uolũtati nõ licet. Deus ille optimus maximꝰ, quẽ ea pietate, q̃ mihi à maioribꝰ tradita eſt, colere & uenerari nunq̃ deſtiti, cum forte in Æthiopia Raguelis ſoceri mei, uiri inter ſuos religiõe & innocentia ſingulari, circa Orebũ pecus uerſarẽ, mira eſt ſpecie me ſeruũ affatꝰ. Nec uerendũ mihi eſt ne qs mendacij me, aut uanitatis arguat, quũ certo ſciã & tũ præſens numẽ affuiſſe, & quũ periclitari rẽ uolueris, tũ maxime affuturũ. Ibi ego eodẽ oraculo de Pharaonis exitu factꝰ certior, ut te adirẽ ſum ſuperne monitꝰ, ac corã præcipere iuſſus, ut Iſraëliticã gentẽ, quæ toto tuo regno idigna ſeruitute p̃mit̃, ſine maiore offẽſa Ægypti finibꝰ ſinas abire, ut poſtea q̃ in Sina monte ego & illi rem diuinam fecerimus, eam petamus terrã quã olim maiores noſtri tenuere. Et hęc ſunt iuſſa numinis. Cui ꝙ̃ tutũ ſit Pharao repugnare, tute haud multo poſt experieris niſi fueris dicto obediens. Quãq̃ ſi ne Deus qdẽ ullus his rebꝰ interſit, oporteret te Pharao meminiſſe, q̃ haud ambigo, qn fando tibi aliqn audita ſunt, ut Habraamꝰ ille noſtri generis princeps, olim in hac terra, & regis & ſacerdotũ hoſpitio ob ĩgẽtes animi uirtutes dignus iudicatꝰ multa ad hũanę uitę uſum Aegyptijs cõmoda contulerit, ut Ioſippus illius pronepos ſeptenos ſua ꝓuidẽtia annos Aegyptũ dira fame ſeruauerit. Et, quod ſine inuidia ſit dictum, nos quoq; graui bello nõ ſolũ huius regni fines tutati ſumus; ſed in Meroën uſq; lõge ꝓpagauimus. Hęc (ni fallor) tãti ſunt rex mitiſſime, ut ſi qs ęq̃ expẽdat lance, ſitq; animo minime ingrato, dignã iudicet eam gẽtem, quę taleis uiros procreauerit, de regibꝰ, deq; uniuerſa Aegypto benemeritos, ut nõ modo icolumis & ſine ignominia, ſed ampliſſimis etiã honoribus publice & priuatim aucta, in terrã ſibi ſuiſq; cœlitus promiſſam dimittatur. Nihil pręterea tã decet hũc q legitime impet Pharao, ꝙ̃ ut ſe gratia & beneuolẽtia, nõ terrore & armis muniat. Nihil magis piculoſum ꝙ̃ à deſperãtibus timeri. Qđ ſi nõ merito maiorũ, nõ uiuentiũ officia, nõ afflictę gẽtis miſerabilis fortuna mouet, ꝙ in Nili aggeribus muniẽdis iuuentus noſtra, in mõtiũ uenis ex

*Marginal notes:* Meritorum commemoratio. — Sententia.

B cidẽdis, luto ſubigẽdo iam multos annos ſeruiliter operat̃, at ſaltẽ illud moueat, ꝙ ipſum cœli numẽ ita uelit euenire, ut uniuerſa gẽs in antiquã libertatem reſtituat̃. Cui, iterũ dicã, Pharao niſi pareas, ſenties haud dubie nihil minꝰ ſalutare eſſe homini, ꝙ̃ diuinę uolũtati repugnare. Hæc ille quũ dixiſſet cerneretq; ſe ludibrio regi eẽ: nec ad diuini nois mẽtionẽ q̃cq̃ eũ moueri, qn populares ſuos ac totã gentẽ multo grauius ſolito uexari: ac ſi quid ab eoꝝ alq̃ minꝰ impigre nauaret̃, flagro per cõtumeliã admoneri. Moſes iterũ cũ fratre ad regẽ ingredit̃. Tũ ille cauillãti ſimilis, cupio, inquit, ſignis mihi demõſtrari, an numini (ut ais) ſit iſtđ cordi, ut tui Iſraëlitę ſeruitio uindicẽt̃. Hic Moſes ita opus eſſe ratus, uirgam quã ſecũ ad hoc ipſum tulerat: uel certe qua iã grandis natu pro adminiculo uteretur, corã rege in colubri ſpeciẽ explicat. Sacri libri per Aaronẽ iuſſu fratris id factũ memorãt. Vertit ea res Pharaonẽ, & q̃ circa illũ ſteterãt in admirationẽ. Inde ubi ea recepta, ſpecies illa oculis euanuit: tũ rex, aliquãto ĩfeſtior coortꝰ, magicę ſunt, inquit, ambages iſtę, ne noſtris quidẽ ſacerdotibus ignotę. Ex eoq; ordine paucis ad eã experiẽtiã dãdã accerſitis, quũ illi aliqd ab initio pręſtitiſſent, appareretq; Moſen & fratrẽ pro ludibrio in ora hoim abituros, proiecta iterũ uirga coluber ex ea factus, cæteros qui circũfuſę multitudinis oculis obuerſari putabant̃, deuorat. Nec ea res Moſi regẽ aliquo mõ ęquiore reddidit, quin multo magis etiã iratꝰ, grauiori Iudęos premit ſeruitio. Tũ Moſes & ipſe oraculo monitus, rege & populo ſpectãtibus iubet fratri Nilũ uirga percutere, Quo percuſſo cõfeſtim ſunt plures fluminis aquę in cruorẽ uerſę, quibꝰ mixta ſanie fluẽtibꝰ plures eſt dies ſiti laboratum. Eo prodigio adhuc magis Pharao iritatus omnia in Iudæos obſtinatius decernere. Tũ teterrimę clades alię ſup alias ſecutę. Vis primo ranarũ ingens nõ ſolũ agros ſed & domos ipſas infeſtiſſimo agmine inſedit. Quibus uulgo morientibꝰ teter peſtilẽſq; odor oẽm celi tractũ multa labe ĩfecit. Phthiriaſis inde tabida corpora corripuit, ut neq; balneis neq; medicamẽto ullo ab ea ſordiũ iniuria miſeri accolę defenderent̃. Secutꝰ infeſtiſſimꝰ muſcaꝝ ĩcurſus: ignoteq; antea beſtiaꝝ figurę, mõſtrifico aſpectu agreſtes territare. Quo metu omni cultu agri nudati ſunt. Vulgatus inde morbꝰ, corruptaq; lenta tabe corpora ſua ſponte ulceroſa fiũt. Deiecta cũ his & grãdo dę cœlo eſt, cũ tẽpeſtate fœdiſſima, ad id tẽpus ipſi terrę inexperta: quę ſata, fruges, arbores, omne pecus, miſerabili ſtrage cõſumpſit. Cęterũ quicqd cœleſtis illa clades reli

*Marginal notes:* Peroratio. — Miraculum in uirga Moſis. — Miraculum in aquarũ mutationę. — Aegypti clades.

quũ in agris fecit, locuſtarũ numerus ſupra q̃ credi poſſit ingẽs, miſerabili modo populatꝰ eſt. e
Obortę ad hæc tenebræ, uiſũ mortalibꝰ ademere. Huiuſmodi malis cõcuſſus regis animꝰ, nec
uictꝰ tamẽ, quũ aliquoties tãtiſper, dũ hæc uel illa remitteret clades, relaxãdi populi ſpem feciſ-
ſet Moſi, ſempq; periculo defunctus ſęuior ad iniuriã cõſurgeret, poſtremo minatꝰ ẽ ſe in eũ
capitaliter aĩaduerſurũ, ſi id poſtulare ultra tenderet. Hic res mirãda tradiť, nocte una oẽs ho-
minũ pecudũq; primogenti pcuſſi ad unũ periere. Tũ demũ fractis omniũ animis Ægyptioꝝ
principes à rege efflagitãt, ut miſſam faceret gentem, cuius cauſa tot Ægyptus cladibus fuiſſet
paucis diebus affecta. Hic abeundi poteſtate facta, migratũ ab uniuerſa gẽte ex Ægypto ẽ. Lõ-
ga cõſuetudo gentis effecit, ut abeuntes incredibile ſui indigenis reliquerint deſideriũ. Sexcen-
ta uirorũ milia qui arma ferre poterãt, pręter reliquã multitudinẽ quæ immẽſa fuit, Ægypti fi-
nibus egreſſa dicunť, Moſis ductu, mẽſe quẽ Xãticũ Macedones dixere, Ægyptij uero parmu-
dæorulum numerus. thi, Niſam Hebręi, q apud Romanos idẽ eſt qui & Aprilis, q̃q̃ nõ deſunt q ſcribãt ita Niſam
qui ex Ae- Hebraico iſtituto initiũ ſumpſiſſe, ut Martij mẽſis & Aprilis eſſet particeps. Fuit annus ille q̃n-
gypto egreſ- tus ac ducẽteſimus ab eo quo Iſraël cũ filijs in Ægyptũ uenit. Ab Habraami in eã terrã acceſſu
ſi ſunt. Anni mũdi. quadringenteſimus ac triceſimus. Ab orbe cõdito nonageſimꝰ ſupra ſexcẽteſimũ ac ter mille-
ſimũ, cum iã octogenarius eſſet Moſes. Diem egreſſionis huius ex Ægypto Iſraëlitę iam inde
Paſca. ſolẽnem habuere. Paſcaq; ab eo (ut Ioſephꝰ ſcribit) nominarũt, ꝙ nullũ ad ſe incõmodũ ꝑue-
niſſet ex ea clade, quã poſtremo Ægyptus paſſa eſt, ſed innoxius cõtigiſſet uniuerſæ gẽti eius
Myſticus agnus. periculi trãſcenſus. Sub ipſum ꝓfectionis tẽpus, myſticũ Iudęi agnũ iuſſi fuerãt imolare, ac ui-
ctimę cruore domorũ limina illinere, azimo ide pane ueſcẽtes cũ carnibꝰ aſſis & lactucis agre-
ſtibus ſuccincti lumbos, baculiſq; innixi epulati ſunt. Cœpit uitabũdus Moſes ꝑ iuia populũ
& deſerta loca ducere, ueritus ne ſi regẽ cõſilij pœnitere cœpiſſet, arreptis ſubito armis inermẽ
multitudinẽ perſequeretur, eãq; adeptus, aut fœde trucidaret, aut ꝙ paulo minꝰ calamitoſum
eſſet, ad ſeruitiũ retraheret. Solicitus igitur per auerſa itineribꝰ loca ac pene inacceſſa ductare,
donec triduo ad mare ſit uẽtũ. Nec Moſem fefellit opinio, etẽm poſtea q̃ Pharao à trepidatiõe D
& cęde illa nocturna paululũ reſpirauit, reputãs ſecũ animo quãtũ regni opibus adimereť, ſi tã-
ta uis hoĩm uno tpe, ſua indulgẽtia, aut inertia potius ex Ægypto ꝓficiſcereť, uelut ea quę acci-
Pharaonis exercitus. derãt, magica fraude facta eſſent, cũ ſubitario exercitu Iudęos eueſtigio inſequiť. Quinquagi-
ta equitũ milia; &, CC. peditũ Pharaoni affuiſſe dicũtur, eſtq; tã numeroſi exercitus autor Io-
ſephꝰ. Cęteꝝ nõ uideo unde tãta armatoꝝ uis paucis admodũ diebꝰ, ne horis dicã, regi adeſſe
potuerit. Propius igiť uero eſt, ꝙ ubi ꝑ ſpeculatores ad id miſſos cognouiſſet Pharao, Moſem
ad mare iter intẽdiſſe, nec ꝑ Arabicũ dorſum, qua iter multo breuius Iudæis in Cananęã terrã
patuiſſet, euaſurũ, ac ꝓpterea fore, ut mari & mõtibus incluſũ, ad oẽm iiuriã haberet opportu-
nũ, tumultuoſe copias armarit. Veꝝ ſiue ſubitaria fuerit ea expeditio, ſiue mature ꝓuiſa, nã ni-
hil ꝓhibet nos credere, iã inde à primis Hebræoꝝ motibꝰ copias in hũc uſum inſtrui cœpiſſe:
affuit nõ multo poſt Ægyptius, inſeſſiſq; mõtiũ anguſtijs inermẽ populũ circũſedit. Hęrebat
ſterili litore multitudo ingẽs, mari & mõtibus incluſa, ſine armis, ſine cõmeatu, oĩs bellici appa-
ratus inops, apparebatq; noctẽ unã q̃ ab iniuria hoſtem retardaſſet, morã occidioni facturã.
Iudæorum querelæ. Paſſim miſerabilis cõploratio orta eſt, exaudiri gemitus & querelæ hominũ uulgo fortunã, ex-
tremãq; gentis ſortem lamentãtiũ, deteſtariq; palam ſtultitiã ſuã, ꝙ unius cõſilium uel temeri-
tatem potius ſecuti, in apertũ uitę diſcrimẽ ſuã filiorũq; ſalutẽ cõieciſſent. Etẽm quid amentius
(inquiunt) fieri potuit, q̃ ut ex peccata amœniſſimaq; terra, ultro in deſerta ueniremus, qbꝰ in
locis, ut circũſeſſæ à uenatoribus ferę, aut fame, aut ferro periremus? Oderant itaq; aperte du-
cem cuncti, unũ omnes incuſant, unũ maloꝝ omniũ autorẽ prędicãt, uni quicquid paterentur
paſſuriue eſſent acceptũ referunt. Hanc populi perturbationem & metum, Moſes multis leua-
bat hortationibus, identidẽ admonens nõ oportere eos tã cito obliuiſci, quę pauciſſimis diebꝰ
pro eoꝝ ſalute diuinitus in Ægypto facta eſſent, nec in animũ inducerẽt miracula illa tã multa
& uaria ob id eſſe edita, ut deus optimꝰ maximus in eã terrã ſuũ traheret populũ, in qua labo-
re feſſũ, cõfectũ inedia, inermẽ, egenũ, inopẽ, impio traderet hoſti trucidãdũ. Quin bene ſpera-
rẽt, crederẽtq; cœli numẽ breui uiã ad ſalutẽ inuenturũ. Fore ut uel ipſa quę inſtaret nocte ma-
nifeſte ſentirẽt ſe dęo optimo curę eſſe. Hęc ille. Simulq; multitudinẽ iubet ſe ad iter expedire.

Inde

A Inde ſilētio noctis littus petit Moſes. Hic miraculū ingēs fieri cōtigit: Mari uirga ꝑcuſſo fluctibus in diuerſa abeūtibꝰ, patefactū repēte ē populo iter. Dux oīm primus uada ingreſſus, aqs hincinde in muroꝝ ſpeciē ſtātibus omnē ſecū traxit multitudinem, ante quartā noctis uigiliā Arabicū littus, ꝙ cōtra Æthiopico reſpondet, ſine aliquo maiore tumultu primū agmen occupat. Nec Iſraēlitarū ad mare ꝓgreſſus fefellit hoſtē. Cęterū uulgo credere Iudęos īpetū cepiſſe ſeſe pręcipitādi, ne capti ad ſupplicia & cruciatus retraherētur. Verū ubi aduerſum littus ab illis teneri eſt aīaduerſum, miraculo rei nō nihil ſtupore defixi ſteterunt Ægyptij: inde dolore & ira pręcipitante, q̃ cuiq; ꝓximū fuit, cū fremitu & clamore ad mare decurrunt, ut extremū moratoꝝ opprimerēt agmē. Mox uero nudū littꝰ intuiti, ſequēdi ſtudio temere & ipſi uada ingrediūtur. Et iā currus eqtibus mixti fugiētiū extrema carpere cœperāt ueſtigia: euaſiſſētq; hoſtes nō ſine Hebręoꝝ ꝑturbatione & ſtrage ingenti in aduerſum littus, niſi fluctus, q plures horas immoti ſteterāt, rege cum oībus copijs obruto, in ſe reflui coiuiſſēt. Miror Ioſephū, dū miraculo hęc facta ꝓbare cōtendit, inde argumētū ſumpſiſſe, ut diceret magni Alexādri militibus per Pāphiliū mare itidē terreſtre iter patuiſſe: ita inqt: Deus uoluit euenire, ut Macedones Perſaꝝ regnum euerterēt. Id neq; ſcriptoꝝ aliꝰ, ꝙ ſciam, prodidit: nec ſi ꝓditum ſit, uideo cur Perſis tū Deus iratior fuerit q̃ Macedonibus, qui nulla laceſſiti iniuria fuerāt humani generis ocia turbare adorti, Nec cur his magis ꝓpicius eſſe debuerit q̃ illis, quū utraq; gens dęmonibus ſeruiret, niſi forte id fuit in cauſa, ꝙ Perſica Iudęi arma quādoq; īfeſta experti eſſēt, cōtra Alexāder pacatus ac pene fautor uenerit Hieroſolymā. Nec multo maioris ē apd̄ me mometi Amaſini Strabonis opinio, q cum miraculi famā accepiſſet, pelagi naturæ aſcribere auſus, quaſi æſtuariū ibi maris eſſet, ubi numeroſi exercitꝰ aquis ſubito coēūtibus periclitari dicerentur. Legerat ille haud dubie fieri ibi contigiſſe, ꝙ tum uere contigit. Sed qui rem ipſam memorię prodiderūt, diuini operis ignari, uadoſum mare arbitrati ſunt, ꝙ undis in diuerſum abeūtibꝰ fieret aliquādo peruiū. Sed immēſę ibi copię, ut illi aiunt, deletæ ſunt, copięq; ipſę Ægyptiacę fuerūt, ꝙ

Mare Iudæis pāditur.

Pharaonis exercitus rubro mari obruitur.

B Ioſephus & Bibliaci libri nihil obſcure demōſtrāt: nec illa elementoꝝ uiciſſitudo fuit, ſed miraculum. Etenim ſi pelagi natura uaga ſit (ut illi opinātur) ſi peruia maris intercapedo uicibꝰ alternat: quid eſt ꝙ nunq̃ fando auditū eſt, aut proditū, ut æſtuariū illud priꝰ, aut poſtea mortaliū cuiq̃ patuerit, aut ſi patuit, quo pacto undaꝝ illa uiciſſitudo Moſi notior q̃ Pharaoni eſſe potuit: q circūq̃q; loca illa regno obtinebat: qppe q̃ ſi priꝰ fuiſſet explorata, neq; eā euadēdi occaſionē nō hoſtibꝰ p̃ripuiſſet, aut p̃ripere nō potuit, certe ſe ac ſuos in aptū uitæ diſcrimen nunq̃ cōieciſſet. Sed quæ tā ſera hæc fuit recurrētiū undaꝝ mora, quæ tranſitū tā ocioſum ꝑ tā multa ſtadia tot milibus hoīm dare potuerit: Ac ſic certe eſt, in nullis humana eſt natura cōtumacior q̃ in diuinis operibꝰ credēdis. Moſes & populꝰ uniuerſus manifeſto nūine ſeruati ſub lucem deo ſeruatori hymnū cecinere. Fama eſt ducē ipſum hexametro carmine, cuiꝰ apparatꝰ uetuſtiſſimus credit, tū primū diuinas laudes in pręſentē uſum fuiſſe cōplexū, mox ſpolijs hoſtiū lectis, quę pelagi ęſtus paſſim circa littora diſiecerat, lętū agmē ꝑ deſerta cœptū eſt traduci. Inde quū ꝑ arida & ſqualētia Moſes iter faceret, ſitis primo exercitū īuaſit: aquabātq; laborioſe ex ijs fontibꝰ quos lōge poſt ſe reliquerāt. Verū ubi lōge procul maritima eſt ora relicta, nec ſolitudines ipſę ullis irriguę eſſēt fontibꝰ, tū ſitibūda multitudo ducē incuſare, in eū probra, & maledicta iacere, qui cęco ductu per uaſtas & ignotas terras itineribus nō antea exploratis tātū traheret exercitū. Moſes hmōi querelis cōmotus, oraculi iuſſu, uirgā in fontē amariſſimi guſtꝰ in quē primū inciderāt, ꝓiecit: factaq; ē unda ipſa ex amara potabilis. Maratho nomē fōti ab aq̃ natura māſit. Vox Hebręa ē, amarūq; ſignificat. Ad Helim inde caſtra admota, locū, XII. fontibꝰ irriguū palmiſq; circūſeptum. Hinc profectus per iniquiorē terrę tractū oīmq; alimentorum expertem indignabundus iter populus fecit. Hic plurium dierum erroribus fatigatus in uaſta ſolitudine, quę inter Helim iacet & Sinā mōtē, omni ſpe uitæ abiecta, nō imperiū audiens amplius, nō ducis hortationes, deſedit. Indignantiū hic uoces paſſim audiri, ſatius fuiſſe ſe in Ægypto ſeruitio teneri, ubi nulla rerum inopia premerētur, ubi fumātibus carnium ollis omniūq; rerū affluētię aſſiderēt, ueniſſe ſe alieno ductu in deſerta mūdi, nō magis hominū q̃ ferarum ſolitudine dānata, iret bonus imperator, leuaretq;, ſi poſſet, miſerū populum ſiti & fame cōfectū, operęp̃ciū foret, ſi impetu ī eū facto illis ipſis locis lapidibꝰ coopertū, necarēt: ut fu

Hexametri carminis apparatus.

Marathum fons.

turis ducibꝰ eſſet documẽto, aut cautius ductãdi, aut ſi minus idonei ſint, ducatu & ĩperio abſti C
nendi. Hęc in uulgus iactari, nec à ui procul res erat, quum Moſes pacato ut erat aſpectu, & ad
promerẽdã gratiã natura cõparato, iratę ſe multitudini obiecit, cœtuꝗ in concionis modũ cir/
Oratio Mo/ cũfuſo, ita eſt populũ affatus: Si ĩ mea unius aĩa ſalus ueſtra uerteret Iſraëlitæ uiri, ut me uno
ſis ad po/ quoquo modo ſublato, uos liberiꝗ ueſtri cõfeſtim meliore eſſetis ſtatu futuri, ut prona fui in
pulum. uos ſemꝑ propẽſaꝗ pietate, libẽs hoc caput ꝓ oĩm ſalute deuouerẽ, mortiꝗ obijcerẽ, nec ma/
li aliq̃d tũ mihi accidere arbitrarer, quũ tã numeroſũ populũ ꝓpria uita redimerẽ. Sed miror
præſentiũ incõmodorum affectu, eam uos rerũ oĩm obliuionẽ cepiſſe, ut nec quid fugiatis me
mineritis, nec q̃d ſequamini ſatis cõſideretis. Migrarũt maiores noſtri in Ægyptũ honoris (ut
puto) & cõmodi cauſa: nõ ut turpiter ibi, aut ipſi, aut poſteri ſeruirẽt, obtinebat tum Ioſippus
ſecũdũ à rege in ea terra locũ, ac q̃diu ille uixit floruerũt maiores noſtri inter Ægyptios opibus
& gratia. Sed ut ſunt hominũ ſtudia, quę facile mutantur, eo uno ſublato, confeſtim in totam
gẽtem indigenarũ inuidia eſt coorta, ademptaꝗ primo per iniuriã illis libertas, qua nihil ẽ ho
mini in uita charius, lõgaꝗ malorũ cõſuetudo fecerat, ut nemo iã antiquã reſpiceret libertatẽ.
Quũ me nuper natũ diuina prouidẽtia regię aulę iniecit, inde adultũ ipſi gẽti imperio pręfecit,
ut eſſet unde exilij mihi materia oriretur. Peperit mihi Æthiopici belli uictoria inuidiam, inui
dia exiliũ. Hic ego curarũ oĩm expers quũ forte ad Orebũ mõtẽ ſoceri oues ĩpellerẽ, cœleſti iuſ/
ſus uoce in Ægyptũ ut caduceator ueni. Diuinũ Pharaoni bellũ indicturus, niſi uobis liberta/
tem reſtitueret. Quibus inde cladibus fuerit Ægyptus cõcuſſa, dum uos in libertatem aſſero,
Prodigio omnes credo meminiſtis. An putãdum eſt ſine numine fieri potuiſſe ut tot dies Nilus cruẽtus
rum cõme/ fluxerit, ꝙ locuſtæ ſint & ranę agros populatę, ꝙ tabificus morbus, ꝙ ſordida labes tã multos
moratio. paucis diebus confecerit, aut ꝙ nocte una omnes totius gentis multorũꝗ animaliũ primoge/
niti, fuerint ꝑcuſſi? nũc ſi hęc nõ diuinitꝰ facta arbitramini, tã impij eſtis, q̃ illi ipſi q̃ ea ſunt ma
la experti. Age uero & quũ Æthiopico littore armis undiꝗ & aquis clauſi ſederemꝰ, eſſetꝗ iã
hoſtile ferrũ iugulo admotũ, nũ aliud q̃ cœli numẽ nobis affuiſſe credẽdũ eſt, ꝙ patefactis re/ D
pente aquis per rubrum mare incolumes pedibus in pacatũ euaſimus? ꝙ ſuperbiſſimus rex q̃
extremũ premebat agmen, cum omni exercitu ſit medijs aquis obrutus? Et quem nuper hoſtẽ
tãtopere formidabamꝰ, diſiectus per littora iacuerit, iacẽſꝗ ſit a nobis ſpolijs exutus? Qui nõ
hæc diuinæ ꝓuidẽtię eſſe credit, dignus ſane fuerit, qui medijs fluctibꝰ cũ ipſo hoſte extiguere
Noẽ. tur. Perijſſet olim omnis gens ſi Senex ille humani generis reparator, nõ maiore fuiſſet fide q̃
uos hodie eſtis, q̃ multis ante annis q̃ Cataclyſmus terrã operuiſſet, cœleſti uoce monitꝰ arcã
ſedulo frabricauit. Nec Habraamus unicum filiũ arę admouiſſet, ſi eius fides ex tã leuibus mo
mẽtis q̃ ueſtra pependiſſet. Pudeat nunc profecto illius manes, ſi ſentiant progeniẽ ſuam liber
tatis oblitã, cuius cauſa ſolus ipſe ex Meſopotamia in Cananęã terrã demigrauit: pudeat Iſra/
ëlem q̃ ne diutiꝰ ſocero ſeruiret, ad iratũ fratrẽ redire maluit. Quid per deũ ſit, nõ uideo ꝙ pie/
tatis diuinorum operum obliti, nulla libertatis dulcedine, nullo amœniſſimæ terræ, quã maio/
res noſtri tenuerũt, deſiderio moti, oĩa pręſenti cõmodo metiamini, cœlo & hominibꝰ ingrati.
Abijcitis, proſternitis uoſmetipſos, deꝗ ſalute deſperatis, uelut ſerã, parũꝗ tẽpeſtiuã, ad hunc
diẽ diuinã opẽ fueritis experti. Quin agite, & tãtiſper precor durate, quoad ex cœlo ueniam, ue
ſtraꝗ impetrẽ deſideria. Spero equidem certiſſimũ illud cœli numẽ, q̃d toties maiores noſtri
pręſens experti ſunt, quod me ab exilio in Ægyptũ pro cõmuni libertate reuocatũ uobis ducẽ
obtulit, ꝙ his paucis diebꝰ, terra, mariꝗ p̃ſens, uolẽſꝗ noſtris eſt rebus opitulatũ, haud dubie
Peroratio. nobis in tali diſcrimine affuturũ, niſi forte q̃a ingrati illi ſumus, ꝑ impijs repudiauit. Hæc ille.
Simulꝗ ĩ ſecretũ abijt. Vñ haud multo poſt reuerſus iubet populũ bono aĩo eſſe, cœleſtẽ opẽ
Coturni/ ex improuiſo affuturã. Breuis inde mora fuit, quũ ĩclinãte die Coturnicũ uis ĩgẽs ex alto ĩ ea
cum mira loca delapſa eſt, uelut longiſſimo uolatu feſſę uolucres tabernaculis incidẽtes, ſine maiore aliꝗ
culum. aucupij labore ſe paſſim capiẽdas p̃buere. Leuauit id cibi genꝰ nõ corpora ſolũ fame deiecta,
ſed uulgi etiã animũ in ſpem maximam erexit. Nemo erat qui nõ iã aperte intelligeret ea nõ ſi
ne ꝓuidẽtia euenire. Lapſus deinde eſt ſub lucem, ꝙ Moſes futuꝝ p̃dixerat, ros q̃dã cœleſtis in
coriandri ſpeciẽ, guſtu ſuauiſſimus. Oppleuit is omnem circa caſtra planitiem. Cuius rei noui
tate attoniti aliquãdiu immoti intra tabernacula ſe Iſraëlitæ tenuerunt, aĩo reputãtes, q̃dnã rei
id eſſet. Ex q̃ ambigẽtiũ diſquiſitiõe rei nomẽ ẽ poſtea factũ, ut Hebraica uoce manna diceret.
Eo poſtea cibo Iudęi, XL. ſunt annos uſi quibus in deſerto fuerũt. Fuit roris illiꝰ natura (ut ſa/

A cręliteræ memorãt) ſupra q̃ dici poſſit mirifica,ac ſine dubio myſtica:etſi tam hæc q̃ alia quæ Mãnæ natura.
tempeſtate illa in deſerto diuinitus facta dicũtur, figura,ut inf oẽs cõſtare uideo,nõ caruerũt.
& in his memorabile illud,ꝙ media ſilice Aaronis baculo ꝑcuſſa,uberrim⁹ inde aquæ fõs ma
nauerit.Iam uero Hebræorum fama,Arabum deſertis uicina incolẽtiũ aures occuparat.mul/
tiq; reges multitudinem ueriti,ne ſuis finibus pellerentur,cõſternati ad arma cõcurrũt(conſtãs
fama erat eã gentẽ ex Ægypto ꝓfectã nouas ſibi ſedes q̃rere.)Plures itaq; cõſociatis uirib⁹,bel
lum in Hebræos inſtruũt.Tenebant hi terrã Arabicę petrę propinquã à ſeptẽtrione & occaſu
Syrię iſertã.Cui à frõte deſerta ꝓtẽdif Arabia,à meridie altera q̃ felix nominaf.Eſtq; pars hæc Arabiæ fines.
lõge memorabilis,& ad meridiẽ ꝑcipue extẽſa.Cęterũ q̃ maioribus euagaf ſpatijs,& à noſtro
cœlo lõgius remotis,eo gẽtis ipſius mores atq; ritus tardi⁹ ad noſtroꝝ notitiã ꝑuenere. Pleriq;
Arabũ Nomadę ſũt,uſuſq; cameloꝝ freq̃s,his pugnãt,ꝑculq; onera exportãt,lacte & carni
bus ueſcuntur:fluuius quẽ Nomadę accolũt,ramẽta habet auri,id non cõflãt artiũ inſcitia.De
bę & ipſi paſtores,colũt ĩdẽ & agros aliqua ex ꝑte,gens auri abũdãs,inf glebas temere iacẽtes
aureas pilas iuglandiũ magnitudine reperiunt,quibus lapillis affabre interiectis,monilia cõfi
ciunt,haud iniucunda aſpectu,ea collo & manib⁹ inducunt: uendũt aurũ finitimis triplo ęris
precio,argenti duplo,cũ auri contemptu,tũ eorũ deſiderio,q̃ cõmercio parant.Proximi his Sa
bęi Thure,Myrrha & Cinnamomo diuites,& in ora huius terrę Balſamũ naſci qdã ꝓdiderũt.
Habẽt & palmas odoratiſſimas,& Calamũ.Serpẽs inibi palmari lõgitudie,letalis ferè ei⁹ mor
ſus:in arboꝝ radicib⁹ cubãt,odor nimius rerũq; fragrantia ſtuporẽ ſenſib⁹ inducit,quẽ bitu/
minis ſuffitu,& hirci barba leuant:penes regẽ oĩs iudicãdi ratio.Sabęorũ pleriq; Agricolę.Aro
mata alij legũt.In Æthiopiã ob negocia nauigãt,nauigijs corio cõtectis.Cinamomũ & Caſiã
lignęę materię loco igni adhibẽt.Nec Gerrei his min⁹ opulẽti,quoꝝ fere ſupellex ex auro ẽ &
argẽto,ex his & ebore domorũ limina,tecta,parietes,conſtruũt.Gladio,Arcu,Lancea & Fun/
da in bello plurimũq; bipẽnib⁹ utunf.Ælij Galli ductu longe lateq; ſunt his terris Romana
B arma euagata.Gentis ritus & mores hi ſane memorãtur.Artes haud ab uno in aliũ trãſferũt, Ritus.
ſed in patrijs qſq; ꝑmanet inſtitutis.Qui maxim⁹ ẽ natu, is in totã gentẽ regnũ obtinet.Quę
poſſidẽf uniuerſę ſũt cognatiõi cõmunia.Vna oib⁹ uxor.Qui prim⁹ domũ ſubierit,poſito an
te ianuã ſcipione,cũ ea cõgreditur,cũ grandiore natu ꝑnoctat:Ita oẽs oĩm ſunt fratres.Coẽũt
cum matribus & ſororibus pecudũ ritu.Adulter capite plectif. Alterius ſanguinis congreſſus
ꝓ adulterio eſt.Domeſtici in uniuerſum legitimi habẽf.Hinc memorabile illud:etſi fœdũ rela Nota.
tu,tñ haud indignũ accidit.Regis filia elegãti erat forma,quindecimq; illi fratres:quorum ſin
guli unius amore miſere deperibãt,quũ unus poſt alium ad eã irrequieto acceſſu uẽtitarẽt,nec
puella una par eſſet tot robuſtiſſimoꝝ iuuenũ cõcubitibus,rem nouã cõmẽta dicif:baculos oc
culte cõparat fraternis ſimillimos:inde quũ eorũ unus ab ſe exierat, priuſq̃ alius adeſſet uirgã
ante fores ſtatuebat,ac paulo poſt aliũ,noua inſup arte adhibita,ne hũc ſtatueret q̃ ſimilis eẽt
huic quẽ is geſtaret cuius aduẽtũ expectabat.Accidit tñ aliqñ ut eorũ unus cęteros fratres in fo
ro conſpicatus,ad eã contẽderit.Qui domeſticum inſigne ante fores intuitus,fraudẽ ineſſe ra/
tus,adulterũq; à ſorore eo pretextu admiſſum in forũ ad patrẽ deuolat, filiã i adulteri cõplexi
bus eſſe trepide nũciat: ait ſe rẽ ex eo cõpertã habere,ꝙ quũ oẽs i foro fratres eſſent,ſororis tñ
forib⁹ baculus hęreret,tãq̃ fratrũ unus ad eã eſſet ingreſſus.Occurrit eo pater irarũ plenus,ſce
lus continuo uindicaturus.Verum nemine apud filia reperto,poſteaq̃ puellę cõmẽtũ audiuit,
tãtũ abfuit,ut in filiã ob eã cauſam acerbius quicq̃ ſtatuerit, ut laudata ſup ea re illi⁹ induſtria
indolẽ ſit i ea idẽtidẽ oſculatus.Cõuiuia ad hęc fere terdeni celebrãt,& in his muſicę artis duo
nõ imperiti,cõſanguinei ſibi inuicem miniſtrãt.Vrbes & oppida ſine mœnib⁹,pacate inter ſe
agũt,ſeſamino oleo utũtur, beatiſſima alioqui rerũ ubertate,ouium greges cãdidi uelleris,grã
diori ſtatura boues,equis oĩo carẽt,quoꝝ deſideriũ adimit camelorũ copia.Aurũ,argentum & Arabum diuitiæ.
plura aromatũ genera terrę peculiaria.Æs,ferrum,ueſtis,purpura,crocus,coſt⁹,& toreumata
aliũde aduehũtur.Defũctorũ corpora ſtercore abiectiora,regiũ cadauer ſterquilinijs ſepeliũt. Sepulturæ.
Nabatęi oĩm cõtinẽtiſſimi in q̃rẽdis opib⁹,mira gẽtis iduſtria, ſed in tuendis multo maior,q
rẽ domeſticã minuit publice mulctaf:cõtra honore afficif,qui patrimonium auxit.Hoꝝ regia
Petra oppidum in eodẽ Arabię tractu eſt,& Sina mons,quo Moſes ſacrorũ cauſa iter intẽde
rat.Ex hac terra crediderim tum primum Hebręis bellum exortum. Ioſeph⁹ Gobothe Petrã
urbem ipſam appellat.Perculerat Iudæoꝝ animos terribilis belli fama: quippe qui animo re/

putantesq̃ diſparia utrinq; eſſent oĩa, ſe multitudinẽ habere incõptã, inermẽ, bellorũ expertẽ C
oĩm rez indigã. Cõtra hoſtes copijs, armis, oĩq; bellico apparatu abũdare, ĩ ſolo patrio ꝓ ipſa
patria pugnaturos. Aliud nempe eſſe ſitim, inediam, æſtũ inerti ocio tolerare, aliud ĩ cõferta te
lorũ multitudine uerſari, ubi terrificę uoces, horrendi clamores, gemitus, ſuſpiria, circunſonent
aures, timere ſe uehemẽter, ne lux illa qua acie cum hoſte cõflixerint, ultima Iſraëlitis eſſet futu
ra. Hoc populi metu ad Moſem plato, ꝓ magno habuit negocio, priuſq̃ in pugnã iret̃ populũ
ꝓ cõcione adhortari: ad quẽ ita ille uerba feciſſe dicitur. Niſi exploratũ haberem Iſraëlitæ uiri,
uos iamptidẽ nõ ignorare, oĩbus q̃ adhuc geſſim⁹ manifeſtũ interfuiſſe numẽ, ſalutẽq; noſtrã
Oratio Moſis ad populum. deo optimo curæ eſſe, lõgior apd̃ uos hodie habẽda eſſet mihi oratio, ut ueſtros aĩos, quos ua
no nunc audio metu torpeſcere, ad ſtudiũ & cupiditatẽ pugnę erigerẽ, ſed quũ per tot labores
& diſcrimina uos liberoſq; ueſtros, uxores, & alia q̃ uobis chariſſima ſũt, manifeſta dei proui-
dentiã toties ſeruari cõtigerit, nõ uideo q̃ noua deſperatio tam repente ueſtrũ animum ſubire
debuerit, ut uos ipſos ita abijciatis, totiuſq; gentis fortunam muliebriter comploretis, tanq̃ no
ſtræ copiæ bello ſtratæ, his medijs iacerẽt cãpis. Quin animũ tollitis, in mẽtemq; reducitis, quę
ad hũc diem perpeſſi ſitis, q̃bus defuncti periculis, niſi forte deſperandum putatis cœli numẽ
ꝙ tot cladibus Ægyptum ꝓ ueſtra ſalute percuſſit, rubrũ mare peruiũ fecit, potẽtiſſimũ hoſtẽ
uobis calcandum dedit, cœleſti rore in deſerto pauit, dura ſilice aquã elicuit, idem illud molliſſi
morum hoĩm incomptã & indigeſtã aciem non poſſe nobis, uel nihil annitẽtibus, ſternẽdam
ſubijcere, Pudet me uiri Iſraëlitę, pigetq; ueſtrę incõſtãtię & leuitatis, q nõ niſi ex eo quod ad-
ſit, quodq; p̃ſẽs ſit,, ſpem & metũ metiamini, diuinorũ operũ ueſtrorũq; ſucceſſuũ obliti. Sed
cauendũ eſt ne dũ nimiũ humanis affectibus indulgetis, cœleſtia negligitis, numen quod pro
pitium ad hunc diẽ habuimus, iratum demũ experiamini. Cæterũ ꝙ ad futuri belli rationẽ at-
tinet, nihil adhuc quũ oĩa aĩo cõſidero, ĩ hoc hoſte reperio, ꝙ tãtopere formidari oporteat. Ge
nus eſt id hoĩm molle, longa pace, longo ocio ſolutũ, nulla rei militaris peritia, nulla laboz to-
lerantia: nõ uires, non audacia, non cõſilium ullũ, audetis uos huiuſmodi uiros, ac neſcio an ue D
rius fœminas dixerim, uobiſcũ conferre? qui tot laboribus, tot periculis aſſueti, fame, ſiti, æſtu,
oĩbuſq; malis pene enecti, oẽm Æthiopię & Arabiæ permẽſi eſtis uaſtitatẽ? Qui ſi ij eẽ uultis
qui certe debetis, non modo nõ uereor, ne nõ ſitis illis in acie pares, ſed affirmare etiã auſim fu-
turum, ut imbelles hoſtes ex umbra & ocio mulierũq; cõplexibus nuꝑ egreſſi, quũ primũ cor-
pora iſta retorrida in ꝓcinctu ſtare uiderint, ſubito pauore fugã circũſpectare incipiãt. Nec uos
moueat ꝙ meliorib⁹ ſint illi armis inſtructi, forti & inuicto aĩo opus eſt. Hic hoſtem petit, hic
in media acie intrepide uerſat̃, hic cuneos perfringit, fugat, ꝓſternit, huic uni cedũt oĩa, hunc ui
ctoria comitat̃, ſine armis pugnarunt ab initio mortales, pedibus, pugnis, dẽtibus cõtẽti, q̃q̃ ne
uos q̃dẽ nudi in aciẽ ꝓceditis, arma multifariã cõparata habemus, quæ nobis partim hoſtes al
tis fluctibus obruti dederunt, partim uos ipſi per ociũ fabricati eſtis, addo æquitatẽ & iuſtitiã:
quę ꝓ fortiſſimis ducibus à nobis in acie ſtabunt, etẽm cum neminem lęſerim⁹ iniuſto laceſſi-
mur bello, oblata eſt nobis non quęſita pugnandi materia. Cogimur, niſi ut oues uiliſſimę cũ
coniugibus & liberis iugulari uolumus, armis iniuriã ꝓpulſare, erit ſpero uel una uictoria alijs
gentibus documẽto, ut nulli hoĩm poſthac noſtris capitibus temere inſultent, ſed ſine bello, ſi
Epilogus cum peroratione. ne iniuria, nos in eã terrã quam cœleſte oraculũ ꝓmiſit, pacate tranſmittãt. Qd̃ ſi ꝓpitiũ ꝑ cæ-
tera fuimus numẽ experti, ſi numero, uiribus, patientia, labore, hoſtib⁹ meliores ſumus, ſi plus
uirtus & audacia q̃ arma in acie ualere ſolent, ſi ꝓ æquitate pugnamus, pro totius generis glo-
ria & celebritate, ſi pro terra nobis & poſteris repoſta: ſi ꝓ ocio & quiete, ſi deniq; ꝓ libertate &
uita ipſa qua nihil eſt homini charius, ite alacres in pugnã, certamq; ſpem quiſq; ſecum ferat,
Iſraëlitas tam p̃ſens in hoc certamine quod inſtat numen habituros, q̃ unq̃ aliâs p̃ſentiſſimũ
habuerũt. Hac ille uſus oratione, ſeorſum ſingularum tribuum prĩcipes hortatur: ut ſuorum
animos cõfirment, iuuentutẽ erudiant: ut ordines ſeruare, imperium audire diſcat. Inde Ieſum
Naue filium oĩm copiarum ducem cõſtituit: uirum impigrũ, manuq; & lĩgua promptũ. Is q̃a
iam hoſtes aduentare dicebãtur, præſidio circa liberos, & aliam imbellem multitudinẽ locato,
Ieſus Naue uincit. reliquum copiarum in aciem produxit. Moſes iam grauis annis ex eminẽti loco, pugnę ſpecta
tor conſiſtit. Ferociter aduerſę acies utriq; conflixere, fuitq; pugna diu anceps neutro fortuna
inclinante. Verũ ubi Moſes manũ ad cœlũ ſuſtulit confeſtim Hebręi hoſtem loco ſubmouere

cœperũt

A cœperũt: mox ubi dextra ſenio cõfecta acclinaſſet pulſi retro abiere: tũ ille iteꝝ ſublato brachio uiſus eſt ſuis animũ & uires adĳcere, quo remittente confeſtim Iſraëlitę pedem retulere. Id quũ ſępius fieri cõtigiſſet, Aaronẽ fratrẽ & ſororiũ, q̃ illi aderãt, ſuas utriq; ulnas iubet ſuſtinere, ne uiriũ defectu ſuis toties bellatorib⁹ laborandũ eſſet: tũ uero ãbabus manib⁹ in cœlũ ſublatis, ſucceſſu nihil ampli⁹ uariãte, fuſi fugatiq; ſunt hoſtes. Multi in acie occidione occiſi, ſed multo plures in fuga cecidiſſet, niſi noctis interuẽtu Hebręus uictoria à pſequẽdo hoſte abſtinuiſſet.

Pria Iudæorum uictoria.

Poſtero die Ieſum copiaꝝ ducẽ lectis ex hoſte ſpolĳs ut uiꝝ fortẽ Moſes ꝑ cõciõe laudauit: laudata ẽ ſimul uniuerſa multitudo, q̃ ſtrenue & cõſtãter ꝑ cõmuni ſalute dimicaſſet. Fuitq; uictoria illa eo lętior, q(quẽadmodũ Ioſeph⁹ ſcribit) in tãta hoſtiũ ſtrage Iudæoꝝ nemo eſt deſiderat⁹. Hic Moſes arã deo optĩo erexit, locũq; inſigniuit uictorię appellatiõe.

Arã Moſes ſtatuit.

Cõpoſito mox agmĩe ꝑfect⁹ ad Sinã mõtẽ ꝑuenit tertio mẽſe ab eo q̃ ex Ægypto Hebręi exiere. Hũc eẽ ait Ioſeph⁹ mõtẽ illũ, ubi circa rubꝝ mare (ut ei⁹ uerba ſeq̃r) tot miracl̃a fuerãt Moſi, quũ Raguelis oues paſceret, obuerſata: i qb⁹ locis Raguelẽ illi occurriſſe ait cũ nepotib⁹, & Sephora filia q̃ Moſi nupſerat, generũq; & exercitũ poſt mutuã gratulationẽ cõmeatu iuuiſſe.

Raguelis & Moſis congreſſus.

Quib⁹ ſuſpicari libet Troglodyticen à Ioſepho appellari nõ eã ſolũ terrę orã, q̃ Æthiopiæ finib⁹ cõtinet, ſed hãc quoq; litoralem Arabię partem, q̃ Sinę eſt monti ꝓpinquior. Qđ ex ueteribus ſcio quoſdã feciſſe, q omnẽ fere litoralẽ Erithręi maris tractum Troglodyticę aſſignãt. ut alĳ quidã Erithræum ſinũ in uniuerſum rubrũ dixere. Verũenimuero ubicũq; Moſes eſt cum ſocero cõgreſſus, huius cõſilio (quod ſatis conſtat) grauiſſimã dicundi iuris ꝓuinciã, quã ſolus ad id tẽp⁹ obiuerat, in alios trãſtulit, Tribunis & decurionibus in ſingulas trib⁹ ad hoc ipſum creatis. Vbi igitur ad Sinã ſunt caſtra admota, Moſes ſolus montem cõſcendit: è cœlo (ut ipſe inter ſuos prædicabat) poſtulaturus, quæ ad ociũ & quietẽ gentis pertinerent. Vetus erat indigenarũ opinio in eo mõte numẽ habitare: fueratq; ob id loc⁹ ueteri religiõe inacceſſus.

Sina mons ſacer.

Auxit uulgi opinionẽ ſubita tẽpeſtas, q̃ ſub illius eſt aſcenſum coorta. Nimbus cum ingenti fragore primo eſt mõtis

B uerticem complexus, inde imber ꝓcella mixtus, crebris fulminibus cœlo deiectis, hominũ mentes ſubito pauore defixit. Silentiũ & ſtupor oĩm animos occuparat, ſtetitq; populus ſine uoce aliquãdiu, religione & metu perculſus. Inde ubi cœli fragor, tẽpeſtaſq; illa remiſit, de ſalute ducis ſoliciti omnes, uiuerẽt ne, an tẽpeſtate illa eſſet extinctus anxĳ requirebãt. Erãt illi his curis occupati, quum Moſes (iam eñ toto cœlo diſſerenauerat) ad ima digreſſus lætũ ſe hilaremq; ſolicitę multitudini oſtendit.

Populi metus & ſolicitudo.

Hic circũfuſam populi cõciõnẽ affatus, Habemus, inq̃t, ꝓpitium numẽ, ut antea habuimus, uiri Iſraëlitę, id tam pręſens nuper mihi in mõte affuit, tam manifeſtum, q̃ locoꝝ nuſq̃ alibi: futuram nobis felicitatem annuit, futurũ nepotibus ſucceſſum, q̃ oĩa ut in poſterũ rata eſſe uelit, oportet nos ſumma ope niti, ne cœleſtiũ ſimus beneficioꝝ imemores. Quod ſatis rite fiet, ſi eoꝝ quæ pro noſtra ſalute Deus adhuc operatus eſt, gratã pſtabim⁹ memoriã. Cęterũ pietatis hui⁹ ueſtrę nullũ maius pſtari põt argumẽtũ, q̃ ſi pcepta q̃ illi mihi nup obſeruãda dedit, ſancte à uobis & religioſe fuerit cuſtodita.

Mandatorũ dei perſuaſio.

Nec quia nũc me cõcionantẽ cernitis, uos hominis uoce nõ diuino moneri oraculo arbitremini. Ille ſummus rerum omniũ opifex, q maieſtate ſumma, ineffabili poteſtate primũ è terræ limo hominẽ ſuſcitauit, qui Noë cũ tota domo ſeruauit diluuio, Cananęã Habraamo terram indulſit, Iſraëlẽ numeroſa ſtirpe inſigniuit, q tot nuper cladib⁹ cõcuſſit Ægyptũ, ut in libertatem uindicaremur: mare peruiũ fecit, uberrimos ex petra fontes elicuit, cœleſti rore nos aluit, per tã uaſtas ſolitudines incolumes ad ſacratiſſimũ hunc montem traduxit, ille idẽ ſummus rex ueſter, pcepta hęc, has leges p me uobis ꝓmulgari ipetrat, quas ꝑpetuo ſeruari uelit, ęternũq; cuſtodiri: ac ne qd hoꝝ fidẽ eleuet, fas erit oĩbus cœleſtẽ audire uocẽ.

Diuinarũ legum promulgatio.

Hęc ille, atq; una populum nouitate rei ſuſpẽſum ad oraculum traxit, ubi uox ex alto reddita ad oĩm aures ꝑueniſſe dicit, q̃ eadẽ illa cuſtodiri pceperit, q̃ per Moſem ſeruũ eſſent ꝓmulgata. Leges duabus tabulis cõſcriptas uenerabũdus accepit populus, fuerũtq; hęc capita.

Legũ capita

Vnũ deũ colito uerũ & æternum. Nullius aĩalis effigiẽ adorato. Dei uiui nomẽ haud fruſtra deierabis. Feſtos dies pie & rite obſerua. Parẽtes uenerare. Hominẽ ne occideris. Adulteriũ fuge. Furtũ ne feceris. Nil alienũ cõcupiueris. Nec falſum dixeris teſtimonium. His legibus ꝓpoſitis Moſes iterum montẽ aſcendit, ubi, XL eſt die commoratus. Fuit illius mora ab initio ſuſpecta: ac nõ multo poſtq̃ aſcẽderat, uulgo requiri cœptus eſt. Inde deſiderium ingens abſentis ducis animos inceſſit, q cum nuſq̃ appareret, uaria de eo orta eſt ſuſpi

 tio.

tio. Multi eum cœlo aſſumptū credere, alij feræ alicuius incurſu laniatum. Sed in uaria ſuſpi/ C
tione nemo erat, qui non eum pro extincto haberet. Continuo igitur (ut ſunt hominū inge/
nia in lapſum & ſtultitiam prona) uitulū ſibi aureum conflat delira multitudo. Conflatū in
publico ſtatuit, legeq́ꝫ antiquata diuinos huic honores decernit, & iam nouo ſacrorū ritu circa
id ſimulachrū operata, ſedulo Iudæi epulabātur, quū impia ſuperſtitione occupatis ſuperue/
nit Moſes. Docet is impie eos feciſſe, qui diuina lege abrogata, uitulinā effigiem, uelut numē
aliquod ineſſet, publicitus cōſecraſſent, ſed pœnitentia & expiatione opus eſſe: ut alienatum
numē propitiaretur. Iubet itaq́ꝫ tabernaculū deo optimo ſtatui ſacrariúq́ꝫ: ubi preces & pia uota
illi exoluerent. Quam uocē incredibilis populi fauor eſt ſecutus. Accenſi itaq́ꝫ ſtudio certatim
ad id opus munera congerunt: aurum, argentum, æs, purpuram, biſſum, & alia huiuſmodi ad
ornatum pertinentia. Ioſephus autor eſt ædificij longitudinem centenûm cubitum fuiſſe: am
plitudinem dimidio minorē, imitatumq́ꝫ id opus figurā uniuerſi, in qua ille explicāda eſt haud
mediocriter occupatus. Fabricata eſt & arca, in qua lapideas clauſerūt tabulas, q̄bus inciſę erāt
leges. Statuunt adhęc in tabernaculo menſam cū phialis aureis, candelabro & lucernis, ad nu
merum planetarū. Aureum thuribulum magni pōderis. Aurcam cratē. Coronas ex auro qua
tuor & uigiti. Diſponit̄ circū precioſa ueſtis uariaq́ꝫ ſupellex ad cęrimoniarū cultum quęſita.
In quo rerū apparatu eſt Moſes ſedulo naturæ opera imitatus. Sacerdotium Aaroni datū pu/
rificatumq́ꝫ eſt tabernaculū liquore ex myrrha, ireo, cinamomo, & calamo. Tabernaculi & eo/
rum, quę in eo mira ſunt arte conſtructa: duo p̄ter cæteros clari ad poſteros opifices fuere, Be/
ſeleel & Ooliab. Eſtq́ꝫ opus ipſum ſeptimo mēſe pfectū: & annus q̄ Hebręi ex Ægypto egreſſi
ſunt per hæc rerum diſcrimina eſt circumactus. Nono deinde menſe dedicatum eſt tabernacu
lum. Immolauitq́ꝫ Moſes in eius dedicatione taurū, arietem & hœdum. Inde cætera multitu
do ſacrificauit. Id uero cum certatim fieret, eſſetq́ꝫ ignis pręgrandis accenſus, duo Aaronis filij
ſubita correpti flāma prius extincti ſunt, q̄ ſubueniri potuerit. Eos pater & duo ſupſtites filij
Moſis iuſſu eximio funeris apparatu extulerūt. Populus uniuerſus defunctos lamentat⁹ eſt. D
Cæterum quia ſatis conſtat nullū genus hominum cęrimoniarum ſtudioſius, magiſq́ꝫ religio
ſum fuiſſe unq̄ q̄ tūc Iſraēlitę fuere, q̄ fuerit apud illos ſacrificandi ratio ab initio inſtituta, ope
ræpreciū duxi breuiter explicare. Et ut omnia quæ de his dici poſſunt, in arctum conferā: duo
bus ab initio ſacroꝝ generis Iudæi uſi ſunt. Quorum unum Holocauſtum dixere: idq́ꝫ primo
res gentis ppetrabant: qui erat ſiue boue, ſiue agno rem diuinam facturus, ſiue quid aliud im
molaſſet: annicula, maſculaq́ꝫ eſſe oportebat animalia aris adhibēda: altaris orā ſacerdos uicti
mali cruore pfundebat: inde hoſtiam membratim diſſectam ſuper aram concremabat. Alteꝝ
genus plebeiū, in quo maiora anniculis offerebant, cruoreq́ꝫ ſup arā diffuſo, renes, adeps, omē
ta imponebant̄ flammis, pectora & crura dextera ſacerdotibus dabant̄, quæ ſuperant intra bi
duum qui rem diuinam feciſſet, eſitabant. Inopia ſiqui p̄mebant̄, columbas offerre, aut turtu
res duas, quarū hęc in holocauſtū abibat, illā ſacerdotes ſortiebāt̄. Qui imprudēs deliquiſſet,
huic annicula agna erat aut hœdus piaculum. Qui occulti ſibi criminis fuiſſet cōſcius, ex p̄ſcri/
pto legis, cęſo ariete expiari oportuit, hoꝝ carnibus ueſcebant̄ ſacerdotes in templo. Tā publi/
cis q̄ priuatis ſacrificijs mūdiſſima farina adijci, in agno aſſarij mēſura, in ariete duoꝝ, in tauro
triū. Adhiberi & oleū q́ꝫ ſacris infundebat̄. Agnus mane & ueſperi publice immolari, ſabbatis
geminatę hoſtię aris admouebāt̄. Pricipio mēſis duo boues cū ſeptē āniculis agnis, ariete uno
& hœdo uno, piaculi noīe mactabāt̄. Septimo ineūte mēſe, taurū, arietē, & ſepteas agnas imo
labāt: & cū his hœdū piaculi cauſa. Adijciebāt binos hœdos, hoꝝ unus extra fines miſſus mul
titudinē expiabat, i ſuburbana alter delat⁹ loco puriſſimo cū totis uelleribꝰ cremabat̄. Pōtifex
taurū i id ſacrū, & in holocauſtū arietē dabat. Atq́ꝫ hic tū Iudęoꝝ fuit ſacroꝝ rit⁹. Scio fuiſſe &
alia illis ſacra ſtatis cęrimonijs ferijſue pmixta, quale fuit, xv mēſis die (quē Macedōes Hyper
ueretheum dixerūt) & uertente autūno tabernacula figere, Holocauſtoq́ꝫ ferijs tenentibus ſta
ta quotannis reddere: myrrhę, ſalicis, palmarū, & mali pſici ramos, qui hęc facerēt, geſtātibus,
Xantico menſe: unde principiū ſumebat annus, ſub plenilunij diem ſole arietē tranſeunte: q̄a
his diebus ex Ægypto egredi contigiſſet, myſtico agno faciebant. Inde Azimoꝝ feriæ Luna iti
dem plena paucis interiectis diebus celebres erāt gēti. Tauri duo, Aries unus, Agni ſeptē quo/
tidie p eos dies Holocauſto cremabantur. Adijciebat̄ hircus unus piaculi nomine. Secūda azi
morum primitię frugū cum olei aſſario dabantur, & frugum principijs, agnus in Holocauſtū.

Vitulum adorant.

Sacrorum apparatus.

Tabernaculi dedicatio

Sacrificiorū genera.

Sacrorū ritus.

Erant

A Erant & pentecoſtes ſtati dies. Aſarthan illi id tempus uocitabant.i. quinquageſimā:fermēta/
tos tū panes ex ſiccis alphitis offerebāt. Agnas duas i Holocauſtū,uitulos duos,arietes totidē
duoſq́ꝫ ꝓ piaculo hircos. Hęc Ioſephus,& alia haud quidem pauca de ueteri Iudęorum ritu in Sanguīe Iu/
hiſtoria ꝑdidit. Qđ uero ad Moſis inſtitutū attinet,ueſcendi ſanguinis uſu in uniuerſū popu/ dæi abſtinēt
lo interdixit, Lepra infectos,& quibus genitale ſemē ſpōte flueret,ciuitate expulit:& in his mu
lieres ſeptenis diebus quę menſtruę eſſent,octauo redirent,totidē dies aberant,qui funeſtā do
mū haberēt. Sacerdos duabus agnis pro eo facit,qui fluuiū ſeminis ꝑ quietē ſit paſſus. Ipſeq́ꝫ
prius frigidā aquā ingredit̃. Pari ratione expiatur,qui cū cōiuge parū legitimis dieb⁹ cōcubuit.
Puerpera, XL. dies tēplo arcebat̃,ſi marē fuiſſet enixa,ſi fœminā,octogita. Qui uxorē īpudicā
arbitraretur. hordeaceæ farinę aſſariū offerebat,mox ea ad templi poſtes conſtituta,in ſacerdo
tis uerba iurare cogebat̃,nihil lęſā à ſe pudicitiā. Si falleret,femore dextro diſiūcto uteroq́ꝫ pu
trefacto moreret̃:ſi caſte iuraret,decimo menſe puerū ſine uteri noxa eniteret̃,tū ſacerdos dei
in mēbrana nomē diluens phiala dat iuratę mulieri bibēdū. Adulterio, inceſto,ſodomiticęq́ꝫ
fœditati capitalem pœnā irrogauit. Vt ſacerdos manco debiliue corpore altaris aſcenſu ꝓhibe
ret̃,aleret̃ tamē ſacris oblationib⁹. Vt terra ſeptimo q̊q́ꝫ anno, ſiquādo Cananæā Iudęi obti/
nuiſſent,aratri eſſet imunis. Quæ tellus ſua ſponte ferret,quinq̄geſimo quoq́ꝫ anno tribulib⁹ Iobeleus
eſſent & extraneis cōmunia. Hūc Hebræi annū Iobeleum dixere,q quinquagenarius dici pōt. annus.
Id eni Iobel hebraice ualet,ut Euſebi⁹ ſcribit. Hoc ānoꝝ ſpatio uidēt̃ mihi Hebręi à Protopla
ſto tp̄a dimēſi:ut Gręci poſtea Olympiadibus,Romani luſtris. Quīquageſimo igit̃ q̊q́ꝫ anno
debitæ relaxabant̃ pecunię,& Moſis inſtituto libertate donabāt̃ ſerui,p̄dia q̄ uilius ueniſſent
antiquis poſſeſſoribus redhibebant̃. Et hæc ꝑ Moſem antiquitus īſtituta. Quæ unum in locū Numerus
contuliſſe,ut in rebus cęterarū gentiū fecimus,nihil à noſtro (ut reor) inſtituto fuit alienū. His Iudæorum.
circa Sinā geſtis luſtrato exercitu,ſexcenta & tria milia hoim reperta ſunt,qui arma ferre pote/
rant,ac ſupra eum numerū ſexcenti quinquaginta. Mota ſunt inde caſtra,tabernaculumq́ꝫ tra
B duci cœptū,cui⁹ miniſterio duo & uiginti hoim milia ex leuitica tribu ſunt adhibita. Hi ois al/ Leuitæ.
terius curę immunes,circa id unū operari. Hincq́ꝫ ſacroꝝ miniſtris nomē inditū,ut leuitę dicti
ſint,quicūq́ꝫ idē ſacroꝝ mun⁹ iam inde obiuere. Ventū eſt inde trinis caſtris ad loca nullis fon
tibus irrigua,cultuq́ꝫ aſperiora. Hic Moſes in nouū populi tumultū incidit,exaudiri palā uo Murmura/
ces iter & laborē detrectātiū. Multi etiā in ipſum ducē feroci⁹ inuecti,temere nimis ab eo factū tio.
criminari,ꝙ ex pacatiſſima terra populū in deſerta mūdi loca eduxiſſet,ut omnē Hebręoꝝ ſtir
pem in dānatis natura locis ſiti & inedia conficeret, recte ſibi conſulturos,ſi ducē ipſum cū ſua
ſtultitia è medio tollerēt,ac qua ꝓximū iter intenderet̃, in Ægyptū longo agmine retro abirēt.
Sæuiebatq́ꝫ ꝑ hęc multitudo,quū ſubitum incendiū caſtra corripuit. Et iam alia atq́ꝫ alia corri
piēs,eo uiolētus ignis euaſerat,ut manifeſte appareret humanis opib⁹ haud amplius iri poſſe Incēdiū ca/
obuiā. Tum Moſes,qui tot⁹ ex cœleſti auxilio pendebat,in preces uerſus,placata numinis ira ſtrenſe.
impetraſſe credit̃,ut clades illa ſine aliqua maiore populi ꝑnicie ſit extīcta. Sic quoq́ꝫ nō pauci
periere,fremere nihilo ſecius inſanū uulgus,ꝙ per inuia loca traheret̃,in q̄bus nihil præter cœ/
li rorē utile occurreret oculis. Cadebat Manna matutinis horis in corianori ſpeciē,coloris bde/ Manna.
lij. Id mola mortariōue cōtuſum in tortiles panes ſubigebāt,triticeis pene ſimiles. Subijt inde
nouū carnis deſideriū,quo ſtulta multitudo inclementius ſolito ducem inſectari, nec in tanta
ſolitudine ſpes erat ulla eius cupiditatis leuādę. Exaudiebantur amariſſimæ uoces ſeditionis & Coturni/
tumultus indices,quum ingēs coturnicū numerus ex improuiſo in caſtra deuolutus immode/ cū uis.
ratam uulgi appetentiā ſedauit. Moxq́ꝫ flagitiū pœna ſecuta eſt multis milibus hominū ſubi/
ta ui morbi intra paucos dies abſumptis. Māſit loco nomen ab ea clade ut ſepulchra dicerent̃.
Poſtremo motis ad Pharan caſtris locū ſolitudinis in Cananęę terrę cōfinio cōſederūt. Hinc
Moſis iuſſu duodecim ex ſingulis tribubus, ſinguli ad explorandū Cananæorū ſtatū ſunt di/ Moſes ex/
miſſi:q ab Ægypti finibus uſq́ꝫ ad libanū montem,urbibus & locis diligenter inſpectis,dura ploratores
& formidoloſa oīa retulere. Addituſq́ꝫ eſt huic metui alius terror,ꝙ qui ex ea exploratione re/ mittit.
dierant,affirmabāt obſeruaſſe ſe circa Hebronem genus hominū immani ſtatura,quanta gi/
gantes fuiſſe crederentur. Quę in populū temere uulgata,recentem Moſi conflarunt inuidiā.
Maledictis & ꝓbris multis eum palam carpere. Iret bon⁹ imperator,& pacatiſſimum populū
ex pacatiore terra uanis pollicitationibus abductū,quem fame,ſiti,æſtu,oīibuſq́ꝫ malis,quæ
mortales in primis uitare ſolent,in deſerto confeciſſet:tum demum hominum monſtris laniā

dum

dum obiiceret. Simulq́ꝫ cauillabundi inter ſe quęrere, eſſet ne hęc tellus illa beatiſſima, illud ſolum mellis & lactis fluminibus irriguũ, ſuę genti debitum? Iret dux uaniſſimus, & iam agros populo metari iciperet. Heu labores ſuos, heu pericula temere adita, heu miſerã fruſtrationẽ. Perget ne unus hic, inqunt, res noſtras ꝑditas funditus perdere? Parebit ne ſemper ſtultũ uulgus uſſius ſtultitię? quin imus: citatoq́ꝫ curſu Ægyptum quã breuiſſimũ eſt iter, repetimus? Tutius ſane multoq́ꝫ conducibilius, ſeruitutẽ in ocio ſeruire, q̃ per tot labores & diſcrimina, uanã libertatis umbrã, ſub uaniſſimo duce ſectari. Hęc illi fremere, nec res iam ꝓcul à ui aberat, quũ Ioſue Naue filius, in mediũ ꝓgreſſus (erat uiri huius autoritas haud mediocris inter ſuos iam inde, ex q̃ ad petrã eius ductu ꝓſpere fuerat dimicatũ.) Quis furor ẽ, inqt, uiri Iſraëlitę? Quę uos rabies agitat? Quę dira tumultuandi cupiditas? q nõ ducis clariſſimi pſentiam, non merita ampliſſima reſpicitis. Vel ſi hęc ſordeſcũt, nõ ſaltẽ ipm cœli numen ueremini: qđ in aduerſis rebus toties ꝓpiciũ habuiſtis. Sed propriũ multitudinis ẽ, ut uideo, nihil intelligere, nihil ratione metiri, temere aut odit, aut fauet. Nã quod ad pſentẽ motũ attinet, unũ quęro ſubita hęc inſania ueſtros aĩos inceſſit? Vnde hic furor ortus? q uos ꝑ ęqua & iniq̃ pcipitat. Miſiſtis nos i Cananęã terrã (ita eñ placuit uobis & Moſi, ut un⁹ ex iis eſſem, qbus publicũ id negociũ iniunxiſtis), LX. dierũ ſpatio oẽm hoſtilẽ luſtrauim⁹ regionẽ: urbes, agros, flumina, ſalt⁹, nemora, hominũ ritus, mores, arma explorauimus. Reuerſi inde faſſi ſumus (nã nõ erat cur uiſa augẽdo minuẽdóue qcq̃ mẽtiremur) habere eos oppida munitiſſima, & ipm gen⁹ hoĩnũ ualde ferox. Cęterũ nihil ẽ nobis oraculo ꝓmiſſum, qđ nõ terra ipſa nr̃is oculis repſentarit, & ne parũ uere hęc dici arbitremini: accipite, inqt, ei⁹ terrę fruges quas in argumẽtũ felicitatis uobis attulimus (erãt hę uuę cũ palmite deſectę, fici, punica mala) agite nunc, & uanos rumores ſecuti, beatiſſimam regionẽ ut ſterilem & deſertam refugite: ueſtrũ ducẽ, cœleſte oraculũ, ut uanũ & mendax contẽnite: q̄ ſiqua i uobis pietas eſſet: ſiqua eoꝝ q̃ facta ſunt, aut gratia, aut fides ꝓcidentes ſupinis manibus deo ſeruatori gratias ageretis: q turpi ſeruitio, q̄ nũc turpi⁹, ut uideo, deſideratis, in libertatẽ aſſertos ad hęc loca ꝑduxerit: unũ feliciſſimã terrã, ueſtris olim maiorib⁹, inde uobis ꝓmiſſam, intueri poſſitis: quã paulopoſt adepti ꝑ ociũ & feliciſſimam quietẽ, uos & poſteri habituri ſitis. Nec q̃ de idigenarũ ferocia ſunt à noſtris temere relata uos ꝑinde mouere debẽt: inuictũ eñ habem⁹ exercitũ, iuuentutẽ robuſtiſſimã, ac iãdudũ uincere aſſuetã, & (q̄ maxime eſt optabile) ꝓpiciũ numẽ: cuius ꝓuidẽtia mũdus regitur, cuius uirtutẽ & poteſtatẽ terrę & oĩa ſequũtur. Vnde fauor ille ſteterit, ſtet & uictoria neceſſe eſt. Vanę ſunt terrenę opes: uana & irrita hoĩm cõſilia, niſi fauor numinis dũ illa mouẽt interſit, aut poſtea q̃ moueri cœpta ſunt, pſens adſit. Lenita ꝑ hęc multitudinis ira, continuo ex oraculo relatum eſt: fore ut ingratus populus priuſq̃ quadrageſimus ab eo quo Ægypti ſeruitutẽ fugerãt circũactus eſſet annus, nũq̃ fatali terra potiret. Quę uox ubi primũ ad aures uulgi eſt delata: mœror ingens & ſtupor oĩm aĩos defixit. Sed ut eſt humana cupiditas ſemꝑ in uetitũ prona: iuito duce conata ẽ aliqñ multitudo terrę ſibi interdictę fines tranſcẽdere. Primiq́ꝫ Amalechitę ſunt bello petiti, qui ad arcendã iniuriã egreſſi in ipſis finibus hoſti occurrũt. Hic cruẽto utriq́ꝫ ꝓlio cõmiſſo cũ ingẽti ſtrage Iſraëlitę repulſi, turpi fuga i caſtra abierũt. Grauis inde ſeditio populũ adorta ẽ. Chore Iſauri filius hõ immodicus lingua, opibuſq́ꝫ, ut res tũ gẽris erãt, inter ſuos pcipue pollẽs, ob idq́ꝫ ualde popularis, inẽ paucos ptio ducẽ criminari adort⁹ eſt: q̄ uelut tyrãn⁹ bñficiũ populi ꝑ ſpeciẽ oraculi in Aaronẽ fratrẽ contuliſſet, cõſtituiſſetq́ꝫ eũ tabernaculi antiſtitẽ uelut noĩatim ad id miniſteriũ cœleſti eſſet uoce acceſſitus, ut familiarẽ numinis cõgreſſum mẽtit⁹, hoĩm mẽtibus religione occupatis, ſuo nutu & arbitrio oĩa diuina & humana teneret. Nec parum illi uiſum, q̄ ꝑpetuũ inẽ ſuos eſſet imperiũ adeptus, niſi ſcđm ab eo honorẽ, quẽ ultro occupauerit, ac neſcio an maiorẽ etiã, in fratre collocaſſet, recte uiros Iſraëlitas facturos, ſi uiri ſint, eaq́ꝫ libertate digni, ꝓ qua tot pericula adierint, ſi de honore utriq́ꝫ abrogãdo populũ ad diſqſitionẽ uocari iubeãt, ut nõ ſuo quiſq̃ arbitrio, ſed totius gentis ſuffragio, & diuinis & hũanis reb⁹ moderet. Accẽderat ille multorũ aĩos hmõi criminationib⁹, ultroq́ꝫ ſe illi adiũxerãt Dathas & Abyrus, qui & ipſi ęgre ferebant Aaronẽ ſibi dignitate ꝓlatũ. His autorib⁹ Chore ac pleriq́ꝫ cũ eo aſſidua inter ſuos obtrectatiõe oẽm pene multitudinẽ à Moſe & fratre alienatũt. Repertiq́ꝫ ſũt ducenti & qnquaginta, q cũ Aarone auderẽt ad populũ de dignitate certare. Facto itaq́ꝫ populi in Mo-

Ioſue cõcio ad populũ.

Chore Iſauri filius.

Dathas & Abyrus.

A in Moſem & fratrẽ impetu, multis utrũq; ꝓbris ꝑſcindunt. Illi ſubita aioꝝ mutatione perculſi:
quũ appareret infeſtã multitudinẽ nõ Dathan ſolũ & Abyrũ, ſed quẽlibet etiã coꝝ, q honorẽ
ambibant Aaroni p̃laturam: uix Moſes obtinere potuit, cœleſti oraculo, ꝙ falli nõ poſſet, res
tota ꝑmitteret. Monet ut poſtridie adeſſent oẽs q pontificatũ peterẽt, cũ thuribulis rem diui-
nam in conſpectu populi facturi: affuturus & Aaron in ordinẽ redactꝰ, cũ alijs thura adolitu-
rus. Tũ quẽ uiderint manifeſto aliquo inter agendũ ſigno à numine probari, iuberẽt bona ue
nia tabernaculo & cęrimonijs p̃eſſe. Placuit oraculi iudicio uti: edictũq; eſt om̃ibus ut frequẽ-
tes poſtridie adeſſent. Vbi poſtera dies illuxit: populus in expectationẽ erectus in ampliſſimę
concionis modũ ante tabernaculũ cõſtitit. Hic Moſes ſupinis manibus oraſſe dicitur: ut ſi unq̃
in his populũ fefelliſſet, quę ex oraculo deprompta prædicaret, ipſe ſecretorum omnium cõ-
ſcius, omniſq; humanę fraudis ultor Deus, ſe in conſpectũ populi cũ tota domo cœleſti igne
cremaret, maleq; diſperderet. Sin rite eſſent pieq; omnia à ſe relata, illorũ impietatem haud in
ultam ſineret, qui ſe mendacij coarguere conarentur. Res hic mira traditur, & quę niſi numen Cœleſtis
huiuſmodi rebus interfuiſſe credatur, uix apud poſteros ſit fidẽ habitura. Qui facturi ſacra ue ultio.
nerant, ut cũ Aarone de pontificatu contenderent, ubi thura adoleri cœpta ſunt, cœleſti flam-
ma cooperti ad unũ perierunt. Dathan, Abyrus, & Chores cũ tabernaculis & tota domo hor-
rẽdo terræ hiatu uiui abſorpti ſunt. Stetit diu populus miraculo rei, torpore & metu defixus.
Inde tot illuſtrium uirorũ triſti exitu, inſigniq; documento obſequentior factus, nõ modo nõ
ſæuire, ſed cõtumaciam ſuam & impietatem fateri. Cæterum q̃q̃ bona oim uenia Aaron priſti
na erat dignitate functurꝰ, ad oẽm inuidiã in poſterũ tollendã Moſes, XII. ex ſingulis tribubꝰ
ſingulos legit uiros, autoritate inter ſuos & inocẽtia iſignes. Totidẽ inde uirgas certis characte
ribus inſcriptas, ut cuiꝰ quęq; eſſent, fieret diſcrimẽ, tabernaculo iuſſit inferri. Erat in his & Aa-
ronis noĩe baculꝰ inſcriptꝰ. Sic em̃ placuit uolũtatẽ numinis ſciſcitari. Accidit hic quoq; res nõ
parũ mira, ut uirga q̃ Aaronis ſchema habuit, germinãs ramos cũ amigdalæ fructu nocte una Aaronis
B tulerit: q̃ res illi ſacerdotiũ ꝑpetuo oim ſilẽtio in poſterũ ſtabiliuit. Caſtra ſunt inde eodẽ loco uirga.
habita: dũ Moſes Leuiticis ſacroꝝ miniſterio aſcitis decimas, optimãq; Cananęi ſoli partẽ, ſi
quãdo terra ip̃a q̃ſita eſſet, deſtinauit: annuas adhęc frugũ primitias, cũ his oblationibus, quę
templo inferrentur. Quibus ſuffragio decretis populus ꝑ deſerta agi denuo cœptus eſt.

## ENNEADIS I. LIBER IIII.

MISERAT, dũ hęc fierent Moſes in Idumeam terram ad regem legatos, qui ab
eo poſtularẽt, ut in Cananęę intima ꝑ eiꝰ regni fines pacato exercitu liceret pe
netrare. Id legati nõ ſolũ negari ſibi: ſed bellũ etiã ſũma ope aduerſus totã gẽ-
tem inſtrui ab Idumeis retulere. Tum Moſes oraculo monitꝰ, ne cũ Idumeo
manũ cõſereret, in ſolitudies abijt. Nec ita multis inde diebꝰ iteriectis, Maria Mariæ in
eiꝰ ſoror uita deceſſit, anno (ut Ioſephus ſcribit) q̃dragеſimo q̃ populus in de- teritus.
ſertũ uenerat. Cui eo libẽtius accedo, quo minꝰ æquũ ſit credere Moſem tentaſſe ꝑ Idumeos
in Cananęã ducere, niſi ille annoꝝ circuitꝰ iam actus eſſet, quo fuerat Iſraẽlitis terra ip̃a oracu
lo iterdicta, ut nõ prius illius fines ingrederent: q̃ id temporis interuallũ intercurriſſet. Moſes
ſororẽ defunctã magnifico (ut tũ res erãt) funeris apparatu extulit, ea ad Sinam montem ſita
eſt. Purgato inde exercitu, quũ per uaſtas ſolitudines duceretur, in nouum ſitis diſcrimen inci
dit. Hic quoq; (ut in ſacris eſt libris proditum) ſaxo Aaronis uirga percuſſo, ſubita aquarũ ſca-
turigo & lapidis uena effuſa eſt, ſitiq; per hæc ſedata ad petram deinceps caſtra poſt uarios er
rores ſunt relata. Quibꝰ in locis Aaron & ipſe uitam cum morte commutauit, quum tris ac tri Aaronis in-
ginta ſupra centum eſſet natus annos. Moſes in Aaronis locum Eleazarũ eius filium ponti teritus.
ficẽ iſtituit. Inde ad Arnũ fluuiũ caſtra admota ſunt. Habet is ortũ in Arabię mõtibus, mox ꝑ Arnus.
ſolitudines nõ nihil euagatꝰ, Aſphaltidi ſtagno, cui & Iordanis, infũdit. Hinc ad Seonẽ Amor
reoꝝ regẽ legatos mittit, q idẽ ꝙ ab Idumeis antea poſtularẽt. Fuitq; hęc legatio nihilo priore
illa felicior. Cæteꝝ qa fatale tẽpus aderat Cananęę terrę potiũdę, oraculi monitu in Amorreũ
ire ꝑgit Moſes, q in armis eſſe ferebat, nec ꝓcul ab Arno metari caſtra. Magnis utriq; animis
circa eſt flumẽ cõcurſum, nec ab Amorreo diu imota ſtetit acies, q n haud multo poſtq̃ res geri
cœpta

cœpta eſt,ſolutis ordinib⁹ in fugã uertit̃. Cędit fugiẽtiũ terga Iudę⁹ uictor, nec ferro ſolũ,ſed C
miſſilib⁹ etiã telis. Cęterũ quũ plures funda uterent̃,fugientẽ hoſtẽ lapidib⁹ penè obruũt,ma/
ior in fuga cędes,q̃ in acie edita eſt. Multi mortales in ripa fluminis oppꝛſſi,& in his ut uictoria
ſpecioſior eẽt,rex ict⁹ cecidit. Caſtra oĩs opulẽtię plena ex hoſte capta ac direpta ſunt. Iſraëlitæ
uictorię curſum ſecuti,oẽm Amorreoꝝ gentẽ domuere. Colebãt hi terrã trib⁹ fluminib⁹ clau
ſam. Arno qua meridiẽ ſpectat,Iebocho,qua Boreã & arcton,quod reliquũ erat terrę ad occa
ſum Iordanis placide ꝓfundit. Iudęi uno proſpero prælio audaciores facti,bellũ in Moabitas
uertũt, Amorreorũ finitimos. Fama erat tenere eius gentis regnũ Ogem quendã ingenti ſta/
tura uirũ. Quę res fecit ut id bellũ nonnihil ab initio fuerit Iudęis formidoloſum,ſed neq; ullę
corporis uires,neq; opes regni fatali neceſſitati obſiſtere potuerũt. Arcano ꝑpetuoq; numinis
fauore fretus Moſes regẽ ꝑlio uictũ,ſuorum manu ꝓſtratum uidit, & cũ rege hoſtiles copias
paſſim cęde diſiectas. Moabitarum opibus una aduerſa pugna acciſis, XL. ualidęq; eius gẽtis ur
bes(alij, LX. fuiſſe tradũt)nullam maiorẽ uim belli expertę,ultro in deditionẽ uenere. Trãſtu/
lit inde bellũ Moſes in Madianos,atq; ad Hiericuntẽ metatus eſt. Tũ Balachus Sephoris fili⁹
finitimorũ clade cõſternatus: etſi oĩa ad bellũ ſtudio cõparauerat,humanis tamẽ opib⁹ diffi
ſus,ad Balaamum Beoris filium Euphratis accolã mittit, uirũ multa innocẽtia & pietate,& ob
creditam ſanctitatẽ inter ſuos longe uenerabilẽ. Qui ad eũ acceſſendũ uenerant: nunciant eſſe
regi ipſius opera in deuouẽdis hoſtiũ copijs uſum. Primo certus erat ſenex nolle ire, ꝙ nefas
duceret quenq̃ deuouere. Mox iterum acceſſitus ad Balachum inter multa prodigia,q̃ illi obi
ter euenere,ꝓfectus eſt. Hic tãtum abfuit,ut ad Iudęos deuouẽdos hortatione, aut minis à re/
ge compelli potuerit,ut diuino plenus ſpiritu futuros gentis ſucceſſus,grandiaq; incremẽta ſit
clare uaticinatus. Sed uenturos quandoq; ex Italia,q̃ Syrias opus uerterẽt,ꝙ ad Romanos ob
eã q̃ poſtea ſecuta ſunt,haud dubie alluſit. Quum enim inhonoratũ Balachus à ſe dimitteret,
tum ille ad regẽ & populũ cõuerſus,audi inquit rex,audite uiri Madianitæ. Cum inuicta gẽte
uobis res eſt,& cui deus haud dubię adſit,at ſiquis ſucceſſus uobis hoc bello cõtigerit (erit eñ D
oĩno aliquis) eũ uobis ueſtrarũ mulierũ pariet induſtria,q̃ hoſtes ab ritu patrio & religiõe ſuis
abducẽt illecebris. Nec uana fuit diuinatio. Enimuero ubi in conſpectu caſtra fuerunt,oberra
rentq; Madianæ puellæ ad id ipſum miſſæ,ante hoſtiũ munitiões,capti Iſraëlitæ iuuenes illa
rum forma in colloquiũ uenere. Quas ea demũ cõditione, fide in id data & accepta, à ſuis ab/
duxerunt,ut non tantũ patriũ uiuendi ritũ,ſed gentile etiã ſacrũ,q̃ diu una eſſent,ꝓcul abdica
rent. Cõmotus rei indignitate Moſes populũ ad concionẽ uocari iubet. Tũ oratione ſatis mi
ti uſus,in neminẽ unũ flagitij cõſciũ noĩatim eſt inuectus. Sed tãtũ ſe mirari dixit eſſe quoſdã
in Iudaicis caſtris,quę in dei optimi maximi tutela forent,quos tã dira ꝑegrini concubitus in/
ceſſerit libido,ut nõ patriũ morẽ,ſed nomẽ quod toties ꝓpiciũ habuiſſent,impie,ut ſic diceret̃,
abnegarint. At cohibẽdę ſunt,inq̃t,prauę uoluptates,quib⁹ nulla ẽ capitalior peſtis humano
generi data,ratioq; his obijciẽda,frenãdi malarum libidinum ſtimuli,identidẽq; uidendũ,ne
dum hi ꝓ legibus uoluptatem,ꝓ patrio ritu crapulã,& ꝓ legitimo concubitu illicitũ,ꝓ pietate
impietatẽ ſequerent̃,iratum cœli numẽ uniuerſi experiant̃. Eorumq; culpa fiat,ut res noſtrę,q̃
nunc ſatis lætę ſunt,retro fluere,& in peius abire incipiant. Moderatione op⁹ eſt. Imponãt illi
ſi pudor eſt, ſi pietatis & religionis cura, libidini ſuæ frenũ. Abſtineant illegitimo earum con/
greſſu,quas ſibi cõtra leges,cõtra patriũ morẽ adiunxere. Abijciant uetitos cibos,menſas inter
dictas,infandũ cõcubitũ,ne lęſo numine populus luat,quod pauci deliquerunt. Satis feliciter
peccat,cui citra pœnã relinquitur pœnitentię locus. Hæc ille. Nec ultra ſuccenſendũ ratus,po/
pulari magis q̃ imperatoria eſt uſus oratione, ueritus ne qua in caſtris noua ſeditio oriret̃: ſi id
flagitiũ ꝓ maieſtate uindicare eſſet auſus. Pleriq; clari nois uiri ſe ſceleri addixerant, quos miti,
& quaſi patria caſtigatione maluit ad officiũ reuocare,q̃ intẽpeſtiua animaduerſione in maius
aliquod facinus impellere. Verũ nec ſic quoq; defuit q in ducẽ ipſum cõtumaciter reclamaret,
Nõ eſſe cur amplius Moſes ꝑgeret diuinarũ legum ꝑtextu,quas ipſe ad libitũ finxiſſet,tyrãni/
dem exercere. Nã quod ad Madianarũ cõgreſſum attineret, nõ ſolũ nõ ſe negare id ꝙ crimini
det̃,ſed paratũ etiã eſſe ſe tueri factũ,atq; oſtẽdere,ſi op⁹ ſit,ꝓbabili exẽplo id fieri,quãdo ꝑ ua
rios deoꝝ cultus,explorando ueritas quę in occulto eſſet,facile depꝛhenderet̃,nec credere ſe im
pie

Margin notes: terra Amorreorum cædes. — Oges. — Moabitæ à Iudæis uincuntur. — Vſũ,id eſt, opus. — Balaami uaticinium. — Madianitidum illecebræ. — Moſis oratio. — Samariæ iactantia.

A pie aliq̄d fieri, ſi ꝑcreãdę ſobolis cauſa pegrini ſanguinis ſibi fœmina adiũgeret: quod & ipſe le/
gumlator, q tã acerbe in eum morẽ inuectus eſſet, & Habraam⁹ totius gentis autor, maiorũq́ꝫ
pleriqꝫ feciſſent. Hæc quũ Samarias Simeonitarũ longe princeps, q Madianã puellã nobili lo
co ortã domũ abduxerat, nõ minus impie, q̄ ferociter iactaſſet: appareretq́ꝫ omnia diuĩa & hu
mana per hæc cõfuſum iri, ſi ſic fieret: etſi nemo erat q ob diuitias hoĩs domeſticũq́ꝫ ſplẽdorẽ
iuſticiã apte tueret, pſtrinxit tñ tacitus dolor circũfuſæ multitudinis aĩm, timebatq́ꝫ in primis
ira numinis. Cęterũ multo maior eſt aĩorũ mot⁹ ſecut⁹: poſteaq̄ ille contẽptim ſeſe ẽ cõſpectu
populi ad puellę tabernaculũ ꝑripuit. Phines Eleazari fili⁹ oĩm unus id flagitiũ ferre non po/
tuit, q̃ſtricto ferro ad Samariã ingreſſ⁹ eũ ĩ Chorani Madianę cõplexib⁹ obtrũcat, mox irę
indulgẽs puellã q̃q́ꝫ trãsfigit. Biblyaci libri ꝑ Samaria & Choranio Zãbri & Cozbi hñt. Peri
erũt & alij pleriqꝫ ei⁹ ſceleris participes. Nec cęde ſolũ res expiata eſt, ſed teterrimus etiã mor/
bus in eoꝝ familias uulgat⁹. Ad, XIIII. milia hoĩm, uel (ut alij ſcribunt) quinqꝫ & uigĩti paucis
diebus interiere. Sub id tempus, quo ultio hęc ſecuta eſt, Moſes ex ſingulis tribubus, quæ erãt
duodecim numero, X milia lectoꝝ hoĩm Phinęę ductu ĩ Madianos miſit. Sacri libri, XII. milia
tantũ miſſa demõſtrãt. Sed quãtacũq́ꝫ fuit illa man⁹, ubi primũ in hoſtiũ cõſpectũ uenit, Ma/
dianis haud pugnã detrectãtibus, cõfeſtim pugna cõſerta eſt. Fuitq́ꝫ id certamẽ Iſraëlitis tã ꝓ/
ſperũ q̄ cũ Amorręis fuerat & Moabitis. Vis mortaliũ ſupra modũ ingẽs cęſa dicit. Auxit cla/
dem illã Arachus, qui cũ quatuor alijs regib⁹ acie occubuit. Exercuit Iudæus uictor crudeliter
uictoriã, oĩbus ꝑmiſcue p̃ter pueros & puellas, q maloꝝ dæmonũ cultũ nõdum ꝓ ætatẽ imbi/
berãt, interfectis. Nec tã in eo eſt iræ indultũ, q̄ ꝙ Moſes ita edixerat. Victor exercitus in caſtra
redijt opulenta p̃da onuſtus, ſexcentis, LXXV. milibus ouium in p̃dam actis, boum duob⁹ &
LXX. aſinoꝝ ſexaginta, puerorum puellarũq́ꝫ duob⁹ &, XXX. Quingẽteſima p̃dæ pars Elea/
zaro, & ſacerdotibus eſt data, leuitis q̃nquageſima. Q̃d reliquũ fuit militibus ceſſit. Sc̃dm hæc
Moſes omne Amorręũ ſolũ bello captum ternis Hebraicę gẽtis tribub⁹ id petẽtibus ea lege di
B uiſit: ut auxiliares copias ad reſiduũ belli mitterent, eſſentq́ꝫ cæteris tribubus auxilio, donec cũ
Cananęis eſſet debellatum. Inde cũ ad Iordanẽ copias admouiſſet, Ioſue uiro impigro populi
duce cõſtituto, omnẽ multitudinẽ ad cõcionẽ uocari iuſſit. Hic oĩa q̄ ad id tẽp⁹ ꝓ publica ſalu
te egiſſet, ad diuinã referens ꝓuidentiã, populũ ad Sinaicas leges ꝑpetuo ſeruandas uehemẽti
eſt oratione hortat⁹. Q̃d aũt ad futuri belli rationẽ attineret, ne uana ulla ꝑſuaſione, longóue
commercio ab uero pietatis cultu auerterent, quoſcũq́ꝫ hominũ iã inde armis ſubegiſſent, ad
unũ interficiẽdos cẽſuit: identidem teſtatus ꝑſpicue ſe uidere: ut ſi, quod nollet, ab eo cultu qui
rite pieq́ꝫ eſſet genti traditus, aliquando populus oberraſſet: tũ dirũ exitiũ omne Iſraëliticũ no/
men extingueret, nullãq́ꝫ in toto orbe terram fore, quã Iudæi nõ eſſent turpi ſeruitio repleturi.
Fugerent ꝓinde alterius gẽtis contagia, fundamentaq́ꝫ diuini & humani iuris, q̄ ad id tempus
conſtituta eſſent, ſancte cuſtodirent. Quod reliquũ erat: habetis, inq̃t, Ioſuẽ uirũ fortiſſimũ ad
res gerẽdas meis p̃ceptis imbutũ. Huius imperio parere expediet uniuerſę genti: quũ ob ipſius
eximiã in re bellica uirtutẽ, tum q̃a id numini cordi eſt, ut ex oraculo didici. Hoc duce terra to/
ties uobis ꝓmiſſa potiemini: in ea urbs una loco auſpicatiſſimo, quẽ prophetę uoce ſibi numẽ
optauerit colẽda uobis ẽ: ubi tẽplũ unũ auguſtiſſimũ, ara una, hic ter quotãnis ex oĩbus Iudeę
terrę finibus religionis mutuiq́ꝫ hoſpitij cauſa, frequens habebit conuentus, & hęc de cõmuni
gẽtis ſtatu. Dein nullã rat⁹ ciuitatẽ, ſine iuris & æquitatis cultu poſſe diuti⁹ cõſiſtere: ſuper, X.
illa legũ capita, duabus tabulis ad Sinã perlata, alias populo leges, ciuiliaq́ꝫ inſtituta, ſuprema
illa cõcione ſanxiſſe dicit. Nec eoꝝ adeo multa ſunt mihi hoc loco referẽda: cũ non pauca alio
q̃ fuerint. Cæterũ operæpreciũ eſt, hoꝝ meminiſſe, quũ ꝓpter uetuſtatẽ ipſam: q̄ plane arguit
recẽtiores legũlatores multa ex hoc fonte habuiſſe: tum ꝙ earũ legum uim & põdus cõſiderã
ti mihi ueriſſima eſſe uidentur, quę de ſublimi & p̃clara ipſius uiri eruditione uulgo ẽ opinio
recepta: fuiſſe eum nõ diuinarũ ſolũ, ſed humanaꝝ etiam rerum peritiſſimum. Pueri, inq̃t, ab
initio leges diſcãt, diſciplinã eñ cõtinẽt optimã. Qui dei nomen blaſphemia lęſerit, ꝑ diẽ ſuſpẽ
dito, inſepultumq́ꝫ abijcito. Ex meretricia pecunia ſacrũ nullum facito. Septeni in ſingulis ur/
bibus principes ſunto: q iuſtitia & prudentia cęteros antecellant. Duo cũ his Leuitici miniſtri
iudicanto. In re iudicãda ſi q̃d rectũ ſit parũ iudicibus liqueat: pontificis & ſenioꝝ arbitrio rem

Phineæ indoles.

Madianorũ cædes.

Moſis cõcio ad populũ.

Moſis uaticinium.

Moſis leges populo latæ

totam decernunto. Vnum teſtē ne recipito, ac ne duos quidē, niſi hoꝝ prius ſit ſpectata fides. C Tres rite teſtimoniũ dicũto. Sed neq; mulier teſtis eſto, neq; mancipiũ: in hoc fortuna, leuitas in illa merito ſuſpecta eſt. Ex arboribus cõſitis ante quartũ annũ nihil attingito. Tũc ex frugibus decimas dato, ꝓpinqui & hoſpites nõnihil ꝑcipiunto, ꝙ reliquũ fuerit agricolatoris eſto. Semina munda non cõmixta terrę cõdito, neq; eñ diſſimilliũ cõmunione gaudet natura. Viatorē ne frugib⁹ arcueris: quantũ uolet ex his legito, ſi lectas pſens uſus exigat, Si pudor obſtet ultro acceſſito. Quę turpē quæſtũ fecerit, alteriue nupſerit, uxorē ne ducito. Puellam ꝓ uirgine ductã, ſi corrupto ſit corpore reperta, flagitijq; cõuicta, lapidib⁹ obruũto, aut uiuã cremãto. Si qs uirginē alteri deſpõſam, nõ inuitã uitiauerit, utrunq; extremo ſupplicio efficies, ſi uis illata fuerit, iiurię autor pœnã luito. Quę ſine liberis uidua relicta eſt, fratri defũcti cõiugis nubito: ex eoq; mrĩmõio i ſucceſſionē gñis ꝓlē tollito: ſi eã ducere nolit, apd̃ ſeniores cãm dicito. Si cãm ꝓbauerit, cui uolet illa, nubẽdi facultas eſto. Luctũ in trigeſimum diē extẽdito: ſat eſt id tẽpus ſapienti ad lachrymas. Filiũ ſi parẽtib⁹ iniurius fuerit, extra urbē ſuſpẽdito. Hoſtē bello ꝓſtratum ne ſinito iſepultũ iacere. Si pign⁹ ab inope creditor acceperit, ante noctem reſtituito. Qui non ſoluendo apud eum cui debet, ſeruitutem ſeruito. Si contribulem emeris, emptus ſexto mox ãno liber eſto. Qui aurũ aut argẽtũ inuenerit, inuẽtũ palã prçcõis uoce facito, aberrãs pecus magiſtro gregis reducito, uel quoad exiſtat dñs cuſtodito. Qui in iudicio litigatorē ꝑcuſſerit, taliõis reus eſto. Si domũ relat⁹ expirauerit, ꝙ ꝑcuſſit innoxius eſto. Impẽſas & incõmoda ꝓpinquis rependito. Qui grauidã calce ꝑcuſſerit, ſi abortũ fecerit pecunia mulctato: ſi mors ſecuta fuerit abortum, parricidij reus eſto. Iſraëlitarũ nemo uenena cõficito, neq; cõfecta aliunde emito. Qui uenenum alicui miſcuerit, ſceleris cõuictus, id bibito. Qui oculum ꝑ iniuriã eruerit pari clade puniet̃. Si taur⁹ queq̃ ꝑemerit cornu, lapidib⁹ obruito, ei⁹ carnes ne attigito. Depoſitũ ut ſacrũ cuſtodito. Filius nõ luet pr̃is ſcelus, nec parẽtibus erit fraudi, ſiqd filius deliquerit.

*Domeſtica instituta.*

*Bellica inſtituta.*

Et hæc domi. Militiæ uero illa. Bellũ priuſq̃ intuleris res ꝑ legatos aut præcones repetito, ſi res nõ reddant̃, dũ uoles rite intuleris. Adminiſtrãdi belli ſumma penes hũc erit, qui ſtrenuitate & D prudẽtia alios anteibit. Militē ex omni multitudine fortiſſimũ legito. Si hoſtē obſidione preſſeris, frugiferas arbores ne lædito. Læſę, ſi uocē eñ habeãt, cõuiciũ fecerint populatori. Rebelles uictor ad unũ interficito. Cæteros cũ uiceris, tributarios aut uectigales facito. Neq; mulier belli tp̃e uirile attigerit inſtrumẽtum, neq; uir muliebre. His ille inſtitutis domi foriſq;, ſub id tp̃s quo uita deceſſit populũ inſtruxit. Adiecit & futurũ uaticiniũ hexametro carmĩe cõplexũ. Adhibuit & ꝑcationē ſolennē ꝓ eorũ ſucceſſu, ꝙ rite leges, & inſtituta ſancte cuſtodirent, contra diras imꝑcationes in præuaricatores. Poſtremo populũ ſacramẽto adegit, ut diuinas & humanas leges, q̃ ſemel latæ eſſent ꝑpetuo obſeruaret, nec ſiqs uiolare eſſet auſus, impune factũ pateret̃. Inde quũ iã ad extremũ uitę ueniſſet, Abarim montē aſcẽdit: ubi dũ Eleazaꝝ & Ioſuem alloquit̃, nimbus repente ei⁹ corpus operuit, nec inde Moſes ab ullo eſt in terris cõſpectus amplius. Extinctũ popul⁹ uniuerſus triginta dies patrio inſtituto luxit. Perijt annorũ cẽtũ & xx. anno ab Ægypti egreſſu q̃drageſimo, qui trigeſimus fuit ſupra ſeptingenteſimum ac ter milleſimũ ab mũdi origine. Et Moſis ꝓphetę ſummi exitus talis fuit, ꝙ dũ uagum ꝑ deſerta populũ traxit, Ægyptus unᵭ Iſraëlitas eduxerat, quũ ad id tp̃s Aëria dicta eſſet, ab regis nõie, Ægyptus eſt cœpta nominari. Fuit Ægyptus Beli filius, qui ſuperiorē Ægypti partē regia poteſtate aliq̃diu tenuit. Fama eſt hũc quinquaginta maſculæ ſtirpis liberos habuiſſe, qd̃ in barbaro hoĩe, quorũ propriũ fuit, ſiue ꝓcreationis, ſiue uoluptatis cauſa plurib⁹ mulierib⁹ miſceri, haud fabuloſum dixerim. Erat illi frater Danaus nõie cui par fuit natarũ numer⁹. Is à fratre qui plus poterat natorũ fiducia, ex Ægypto pulſus i Peloponeſum eſt oneraria naui delat⁹, ubi Gelanore à ſuis ꝑ id tẽpus eiecto, facile eſt Argiuorũ regno potitus. Ac tum primũ ferũt onerariã nauim in Græcia cõſpectã. Aqua etiam in uiſceribus terræ abſtruſa, puteis ab eo altius effoſſis, deprehendi cœpta eſt. Cætera quæ de patruelium cõnubio deq; parricidio puellarũ ſunt memoriæ ꝓdita, qm̃ fabulati ſunt figmẽto ꝓxima, ne hiſtoriæ fidem abrogent, cõſulto prætereo. Pari uerecundia adijciã, q̃ de Dardano Iouis & Electræ filio ueteres rerum ſcriptores memorãt. Etenĩ quum poſt diluuium, quod Arcadiã inundauit, humiliora eius terrę loca in paludes, & ſtagna abijſſent, colles & ardua montium mortales illi tenuere qui diluuio ſuperfuerant. Hinc procedenet

*Moſis interitus.*

*ANNI MVNDI.*

*Aëria.*

*Danaus. Aegyptus.*

A dēte tēpore. Dardanus & Iaſius, fratres profecti dicunt̄, qui quū ab Athlāte materno auo regnum accepiſſent, locorū ſterilitate cōpulſi Arcadia Diamanti relicta, quē Dardanus ex Chryſe Pallātis filia tulerat, ipſi cū Ideo altero Dardani filio, & numeroſa mortaliū manu, domo digreſſi, Samon inſulā Thraciç ꝓpinquā, à Mercurij & Cyllenidos Nymphę filio nūcupatā, tenuere. Hinc ꝗꝗ Dardan⁹ ſterilitate locorū, pelagiq; aſpitate pulſus, cū Iaſio fratre qui fulmīe ī ea īſula ict⁹ ꝑijt, ad Helleſpōtū deſcēdit, optauitq; ſibi ſedes ī ea terra, ꝗ poſtea Phrygia ē dicta. Ide⁹ Dardani fili⁹ cū ꝑte copiarū, Arcadū morē ſecut⁹, ī mōtib⁹ cōſedit. Qui ab ei⁹ noīe iā inde Idei ſūt noīati. His locis tēplo deorū m̄ri extructo, orgia, & Cereris ītia īſtituit. Diodorus autor ē à Dardano Cybele & Corybāto ſacra deoꝝ m̄ri in eā terrā delata, īpetrauit idē Dardan⁹ à Teucro ꝗ tū illis forte locis impitabat, ſoli areā, ubi ſibi & ſuis oppidū exędificaret, idq; à ſuo noīe Dardaniā dixit. Batheaq; Teucri filia Chryſe ſuꝑducta, Erichoniū genuit, quē mortaliū ferūt fortūatiſſimū fuiſſe, is ex Calliroē Scamādri filia Troē genuit, Tros Iliū, à ꝗ Iliū, ut Troas regio à Troē. Ilus Laomedōtē idē ꝓcreat, ꝗ fuit Priami pr̄. Hui⁹ regnū Gręci Agamēnonis ductu funditus euertēre. Sed hæc aliqt poſt ætates ſunt Dardani aduētū in Phrygiā ſecuta. Fuit Dardano æqualis Lacedęmō Iouis & Taygetę fili⁹, ꝗ urbē ī Peloponeſo cōdidit, ꝗ & ipa cōditoris ſui ē nomē adepta. Sūt ꝗ illū Semele nō Taygeta natū exiſtimēt. Eniuero his tꝑib⁹ cōuenire mihi uidet̄, ꝗ de Micenaꝝ origīe Strabo ꝓdidit, fuiſſe urbē ipſā à Perſeo cōditā, ꝗ ī Gorgonas ꝑ hæc tp̄a ꝓfectus dicitur. Id mulierū genus in Libya fuiſſe tradit̄ & (ut Diodorus ſcribit) haud multū ab Amazonum moribus abhorrens. Fuit ea gens (ut idē autor exiſtimat) in extremis terræ finibus ad occidētē ſita, inſtituto uitæ multū à cæteris mortalib⁹ diſſimili, primo tuēdæ uirginitatis ſtudio nōnihil bellicis reb⁹ exercitæ, poſt militiæ annos prolis gratia cōnubia celebrare. Pricipatū inter ſe fœminas obtinere, publicaq; obire munera, uiros cōtra muliebria domeſticaq; curare, prolē intra parietes alere. Fœminis mām̄as adurūt, ne rei bellicæ ſint īpedimēto. Inſulā, quā ea gēs coluit, ad extremū ait occaſum eſſe ſitā, Heſperamq; nominari, eāq;

Dardanus Iaſius.

Dardaniæ conditio.

Ilus.

Lacedæmonis cōditio.

Perſeus.

Gorgones.

B ī Tritonide palude eſſe, quæ ꝓxima ſit Oceano, & à flumine, ꝙ ſe in eam exonerat, nomē ſortitā. Sed parū uere uidet̄ mihi hæc memoriæ ꝓdidiſſe Dionyſius, ꝗ argonautica ſcripſit, & Diodorus eū ſecutus. Nam, ut alia omittā, hæc ꝗ de Tritone fluuio, & palude Tritonide illi ſcribūt omnino diuerſa ſunt ab ijs, ꝗ Herodot⁹ tradidit in hiſtorijs. Is in Aphricę ora circa Syrtes Tritonē ait amnē præterlabi, ꝗ in paludē uaſtā tritonidē influat, ubi & Phla ſit īſula celebris, ī ei⁹ breuia Iaſonē tempeſtate delatum Orpheus & Apollonius ſcribūt. Adijcit̄, quod à fabula nō multū diſtet, Tritonis monitu nauim argo inde demū reuulſam, niſi forte Regis id nomē fuit aut indigenæ cuiuſq;, ut quidā arbitrati ſunt. Enimuero loca hæc, ꝙ ſatis conſtat, non parū ab Oceano diſtāt. Cæterum (ꝙ ad bellica fœminarū ſtudia attinet) idē Herodotus autor eſt, Machlyes & Auſes circa Tritonidem habitare, quorū puellę Mineruali ſacro uelut in turmas diuiſę, fuſtibus ſeſe & lapidib⁹ inceſſant, faſſę ſe patrium morē ſeruare. Tum ſi quę uulnerib⁹ occubuerint, eas negari uirgines fuiſſe: ꝗ oīm optima fortiſſimaq; iudicata, ſed eā græco armorum apparatu, & criſta corinthia in currū ſublatam, circa paludē multo ſuorū fauore circūuehi. Calliphanes ſupra Naſamōas credidit Machlyes habitare. Androgynaſq; eſſe utriuſq; uidelicet naturę, uicibuſq; inter ſe coire. Qđ uix ſcribere eſſem auſus, ne mōſtra rerū conſectari uideremur, niſi Ariſtoteles autor grauiſſimus adieciſſet, dextrā his mammā uirilē eſſe, lęuam muliebrē. Inciderūt in Dardani ætatē, cuius mētio nuꝑ facta eſt, Buſiridis hoſpitia. Tradūt quidam ꝓpter Nilū fluuiū cū tyrānidem exercuiſſe. Alij duos in Ægypto celebres Buſirides fuiſſe memorāt, uetuſtiſſimū unū, qui à Mena Ægyptiorū regū uetuſtiſſimo ſecūdus ac quadrageſim⁹ in ea terra regnauerit. Iuniorē alterū, ꝗ poſt Menā quinquageſimus fuit. Is Solis urbē, ꝗ eadē eſt & Heliopolis, cōdidiſſe dicit̄. Græci Thebas eā urbē dixere. Qđ ſi uera ſunt quę ab illis traduntur, maiorē Buſiridē Thebas condidiſſe æquū ſit credere. Quādo ad Heliopolim qđ ſatis conſtat, Ioſippus & fratres, ꝗ aliquot ętates hęc tp̄a pręceſſerūt, ſedes habuiſſe dicantur, aut iunior igit̄ Buſiris fuit, qui crudelia exercuit hoſpitia, aut fateri oportet aliū ab utroq; diuerſum extitiſſe, qui in hæc tēpora inciderit. Sed hęc omnia uiciniora ſunt poētarum fabulis, ꝗ ut in hiſtoriæ ſcęnā tuto exire poſſint, nō magis dico, ꝗ ea, ꝗ de Dionyſio ſiue Baccho his tēporib⁹ interſecta traduntur. Hūc uini repertorē fuiſſe, totūq; circuiſſe orbē fama eſt. Idem ut fertur Ny/

De Tritonide diuerſa opinio.

Machlies.

Buſiris.

Dionyſius, qui & Bacchus. ſam ubem in India cõdidit. Primuſq; mortaliũ docuit uitem ſerere. Ob idq; oĩm gẽtiũ cõſenſu C
diuinos ſit honores adeptus. Qui à Gręcis cultus eſt: ex Ioue fuit & Semele natus nec illi eq̃lis
Bacchi plures. quẽ Ægyptij multo prius coluere. Herodotus Bacchi nomẽ ex Ægypto Græcos accepiſſe exi-
ſtimat. Cæterũ fuit alter uetuſtior Iouis & Proſerpinę filius (Sebaſim quidã nominant) is pri-
mus boues aratro iũxit, in cuius rei argumentũ, eius frontẽ cornibꝰ inſigniuit uetuſtas. Seme-
les filius ambobus iunior, uitęq; multo mollioris, quippe qui ĩ ſuis expeditionibus mulieꝝ cœ
tus habuerit: is comitatu, choris & ſaltationibꝰ nõ minꝰ celebri, q̃ armis, orbẽ luſtrauit. Huius
indica expeditio eſt, unde triennio reuerſus elephãto ſedens triũphauit. Mox Hiſpania ab eo
Libyaq; luſtrata, quibus terris nõ obſcura uetuſtiſſimę illius expeditiõis impreſſa ad poſteros
Erichthõius. mãſere ueſtigia. Sed hęc quoq; tã ꝓpinqua ſunt fabulis, ut nihil ad hiſtorię fidẽ ſit minus con
Triptolẽus ducibile, q̃ in hoc caligãti uetuſtatis receſſu lõgius immorari. Verũ enimuero gliſcẽte uita plu-
Ceres. res ea tẽpeſtate in terris extitere, q ad mortaliũ uſũ alij alia cõmẽti ſunt. Erichthoniꝰ q Athenis
quartꝰ à Cecrope regnauit, iũgẽdę q̃drigę modũ primꝰ Grecię monſtrauit. Triptolemuſq; lõ
ga naui ĩ Eleuſim Atticę delatus, locorũ accolis diſtribuit tritici ſemẽ. Ceres frumẽtũ ſua ſponte
ĩ agris ortũ uitę accõmodauit, mõſtrauitq; mortalibꝰ ſeruãdi ſemis rationẽ, terręq; iterũ cõdẽ-
di. Fuerat illa id iã ãtea cõmẽta, quũ ipſiꝰ filia ab Orcho Moloſſoꝝ rege ex Sicilia rapta ẽ. Qua
iniuria adactã, frumẽta ĩ uniꝰ iuidiã ſuccẽdiſſe fert. Inde uero ea repta, Triptolemo ſemẽ ultro
obtuliſſe, ut utiliſſimũ uitę iuẽtũ ĩplures uulgaret. Ægyptij Cererẽ eãdẽ eẽ arbitrãt quã ipi Iſi-
dẽ uocãt, primũq; tritici uſũ ſibi uẽdicãt. Siculi, qm̃ ipſa ſit terra Cereri ſacra, rei mortalib. gra-
tiſſimæ inuẽtũ ſuũ autumãt. Athenieſes, q exteris gẽtibus id munꝰ acceptũ referebãt (ingenue
enim fateri peregre id ad ſe delatũ.) Siculis eo nomine debere maluerũt q̃ Ægyptijs. Sunt qui
Ceres. & leges Cererẽ tuliſſe memorent, ut mortales æquitati aſſueſcerent. Hãc Veſta ſoror imitata,
Veſta. ædificãdaꝝ, ut uitã & ipſa aliquo mõ excoleret, domuũ cõmẽta eſt rationẽ, quod Diodorus in
Neptũnus. hiſtorijs tradidit. Neptũnus Saturno & Rhea genitus, nauigatiõe repta, primus claſſem inſti
tuit, & ob id à patre rei maritimæ præfectus. Enimuero maris imperiũ ob id meritum adeptus, D
id demũ cõſecutus eſt, ut uana poſteritas huic uelut deo cuidam, in cuius tutela mare eſſet, di-
uinos cõſtituerit honores. Acceſſit huic merito domandorũ equorũ ratio, quã eidem uni uita
Pluto. retulit acceptã, quo cõtigit, ut equeſtrẽ Neptunũ Gręci maritimumq; dixerint. Pluto, ne non
ipſe hoĩem aliquo modo iuuaret, funebrẽ apparatũ inſtituit, ſepulchraq; & iuſta mortuis cen
ſuit reddenda. Quæ cauſa fuit, ut in his qui ſub terra ſunt, imperiũ obtinere ſit creditus. Scio
fuiſſe qui id mortalibus perſuaſum crederent, ꝙ in paterni regni diuiſione fuerit ille occiduas
Iupiter. ſortitus terras, quas Gręci infernas dixere. Simili licentia prædicãt Ioui cœlum ſorte datũ, quia
omnis terra quę ad oriẽtẽ ſolem uergit ei ceſſerit. Sed neſcio an honeſtius fieret, ſi talia ſilẽtio
præteriremus. Verum quia hæc & alia huiuſcemodi multa à fide alioqui abhorrẽtia, uideo ab
illuſtribus rerum ſcriptoribus recepta, haud ſane intelligo, cur ꝓ falſis temere à nobis repudiẽ-
tur, aut indigna credant: quæ ſiqua poſſint, à fabulari ſchemate uindicentur. Et enim ſublata
creditæ diuinitatis opinione, quã illis uolumus in primis ademptam, nihil adhuc noſtra illis
hiſtoria tribuit, quod non facile euenire potuerit, niſi forte Cyrum regem à cane nutritum, &
ferã lupam urbis conditoribus ubera admouiſſe credere ęquum ſit, Iouem à parentibus expo
ſitum, capellæ uberibus adhibitum, circaq; uagientẽ puerum Curetum ſtrepitus & tympana
exaudita, ne occulta alimẽta quæ patri ſuſpecta erant proderentur, pro mẽdacio repudientur.
Quorum quædã fidei propiora tantum abeſt, ut, omnino non ſcribenda exiſtimẽ, ꝙ nõnulla
etiã, quæ ſunt haud dubie propinquiora fabulis, affirmare non auſim pro falſis ad poëtas re-
legãda, qualia de giganteo ſunt bello tradita, q̃d hominũ genus Moſes, Plinius & Plutarchus
celebrãt, uel ꝙ orbẽ terrarum uictor Iuppiter luſtrauarit, tyrãnos ſuſtulerit, uitam excoluerit,
ꝙ deniq; omnibus ſe gẽtibus admirabilẽ fecerit. Sunt hæc, quis nõ uidet: hominũ opera. Age
uero quid illius ſibi uolunt adulteria, ſtupra, inceſta, aliaq; ꝑ oĩa ſcriptorũ genera uulgata fla-
Mortalitatis argumẽta in Ioue. gitia: ſunt ne hęc diuinitatis argumenta an mortalitatis potius: hominiſq; diſſolutiſſimi: Q̃d
ſi talia euenire potuerunt, immo quũ omnino eſſe facta credant, nõ uideo cur omni fabularũ
uelamine procul excuſſo, in hiſtoriæ ſeriẽ citra infamiã uenire nõ poſſint. Sed quoquo modo
hęc habẽt, itegrũ, cuiq; erit, in alterutrã partẽ accipere, fidẽ eñi meã talibus obſtrigã nũq̃. Nũc
Iudaicarũ

A Iudaicarum rerũ explicatio ſtylũ ad ſe reuocat. Etenĩ Ioſue confeſtim poſt Moſis interitum in
Hiericuntem miſſis, qui gentis ſtatum, locorũq; naturã diligenter explorarent, ipſe haud ꝓcul
à Iordane fluuio caſtra fecit. Qui ad res hoſtium ex ꝓximo cognoſcendas miſſi fuerãt, in Raa
bæ Hiericuntiæ fœminæ pudicitia & fama parum integra, &(ut quidam tradũt) cauponariam Raaba me/
exercẽtis, domũ diuertere. Per diem inde quaſi uaria negocia ſecuti, mœnia, portas urbis, ſitum retrix.
arma, cæteraq; apud hoſtes per ocium inſpexere. Manauit ſubito rumor in regiã domũ ueniſ
ſe ignotæ gentis quoſdã, qui in urbe parũ negocioſe ꝑ diem uerſati eſſent, nimirũ illi ad Hieri
cuntiorũ res cognoſcẽdas miſſi ſint. Nihil ab re futurũ, ſi ꝓ exploratoribꝰ capti quęſtioni ad/
hiberẽt, torquerẽt urq; tamdiu, quoad ſuſpectiſſimi acceſſus cauſa ui eſſet illis expreſſa. Miſſi
ſunt itaq; ſub noctẽ à rege, ꝗ exploratores ad ſe traherẽt. Quod cũ trepide ad ſe iri Raaba ſen
ſiſſet, cerneretq; quantũ hoſpitibus periculũ à rege immineret ſub lini faſcibꝰ, ꝗ temere muro
inhęrebant ſubito occulit. Tum uelut eorũ omniũ q̃ parabant ignara, poſteaq; regij miniſtri
ad ſe ingreſſi ſũt, atq; aduenas hoies qui ꝑ diẽ in hoſpitio fuerãt, minaciter requiſiuere: Ignoti
(inquit illa) hodie quidã huc diuerſati ſunt, qui negociũ curaturi (ut ipi mihi dicebant) Hiericũ
tẽ uenere, ſed quũ iã propemodũ adueſperaſceret, uelut maturato opus fuerit, domo abierũt,
credere ſe cõtinuo urbe profectos. Res credita eſt. Miſſiq; ſunt cõtinuo expeditiſſimi iuuenes
uia q̃ ad Iordanẽ ducit, qui illos in urbẽ retraherẽt. Cæterum uano curſu ad altã noctem fati/
gati domũ negocio infecto reuerſi ſunt. Raaba ſedato tumultu, hoſpites edocet in quãto ſint
diſcrimie uerſati, credere ſe iã omĩ eos ꝑiculo defũctos, tm̃ publica uia abſtinerẽt, ꝑ deſerta & in
culta loca abeũdũ, noctuq; magis q̃ interdiu faciẽdũ iter. Precari adhęc illos idẽtideq; obteſtari,
ut nõ hoſpitij ſolũ, ſed meriti ẽt ſui i eoꝝ ſalute tuẽda uellẽt eẽ memores, ut ſi qñ uictores caſtra
ad urbẽ admouiſſent (ꝙ ita futuꝝ mẽs augurarẽt) hoſpitalis bñficij ſibi grãm repẽderẽt. Gra
tiã ſe illi p̃ſtaturos polliciti, ꝑ funẽ extra urbẽ demiſſi (nã ita forte euenerat ut Raabę domꝰ pu
blico eẽt muro cõtigua) occultis itineribꝰ icolumes i caſtra abierẽt. Per hos Ioſue certior factꝰ in
B quo res Cananęoꝝ ſtatu eſſẽt, q̃ oia pacata, q̃ ſegne ociũ, omniũq; rerũ negligẽtia, paucis ſuos Iordanis cõ
hortatus ad Iordanem caſtra promouit. Mirũ eſt quod hic fieri contigit, admota fluuio fœde ſtitit.
ris arca, amnis ꝗ ſua natura uiolẽtus minimiq; tranabilis fuit, undis in muri ſpeciẽ ſuꝑiore p̃te
ſtãtibus, ſiccũ populo uadũ prębuiſſe dicit. Tũ exercitu ꝑ ocium trãſmiſſo, mãdat Ioſue ex ſin/
gulis tribubꝰ ſingulos, lapidẽ unũ eorũ, qui pedibꝰ medio uado obiacerẽt, extra alueũ deferre
Ex eaq; materia, dux haud ꝓcul fluuiali ripa, Deo optimo arã cõſtituit, q̃ uadatiõis illius fuit
ad poſteros monumentum, Illud etiam miraculo datum, ꝙ ubi Cananęã terrã Iſraëlitæ ingreſ
ſi ſunt, manna haud amplius eſt illis è cœlo miſſum. Vbi igitur populus circa Iordanem cõſti
tit, oẽm uirilem ſtirpem in deſerto procreatam Ioſue, ut ſacra tradit hiſtoria, ad unũ circũcidit, Mãna deſijt
pauciſq; diebꝰ eodẽ loco ſtatiua habuit, dũ multitudo cõualeſceret. Inde ex Iordane ad Hiericũ Populus cir
tem populabũdus exercitꝰ eſt ductus. Hic cũ plures dies caſtra habuiſſet, hoſtiſq; ſe muris tue cũciditur.
retur: nec q̃q; pugnãdi copia fieret in aciem deſcenderet, numinis præſentia fretus Ioſue, man/
dat fœderis arcã mœnibꝰ circũferri. Mirabile & hoc q̃q; dictu, quicquid muroꝝ procul eſt ab
arca cõſpectum, nõ bellicis tormẽtis, nõ opera aliqua adhibita, ſpõte corruit, urbiſq; mœnibus
nudata, modico certamine capta eſt. Sęuitũ nihilo ſecius in oẽm ſexum & ętatẽ. Præter argen/
tũ & aurum cætera pręda corrupta eſt. Raaba ob fidũ hoſpitiũ cũ tota domo ſeruata cũ Iſraë/
litis habitauit. Hiericus capta ab imis eſt fũdamẽtis diruta, ut ne ueſtigium quidẽ ędificiorum Hiericũti ex
ſit ullũ in ea relictũ. Additę imprecatiões, ſiquis eodẽ poſtea loco ædificare eſſet auſus. Aurum cidium
omne & argentum oraculi monitu eſt ſacrario illatũ. Achanus Charmi filius regiã chlamydẽ Achari ſacri
auro contextam, medio tumultu adeptus, in occulto habuit: quũ cæteri multa fide & religione legium.
oẽm prædã in apertũ retuliſſent. Bibliaci libri coccineum palliũ trecẽtoſq; argẽti ſiclos cum au/
ri lamina prędę detractos demõſtrant. Nec inde multis interiectis diebꝰ, Ioſue triginta arma/
torum milia ad Adan urbem recipiendã miſit. Alij Hai pro Adan ſcripſere, triaq; hoĩm milia,
nec amplius ducis iuſſu in eã expeditionẽ profecta, quo fit, ut in tanta rerũ uariatione anceps
ſępe animus fluctuet, nec plane intelligat in utrã inclinet partẽ, præſertim i barbaris uocibꝰ ex
plicãdis, quas iuxta Græci Latiniq; citra oẽm uſũ habuere. Nos uero ne medię narratiõis cur/
ſus ob eã cauſam ſæpius abrumpatur, q̃ duarũ deinceps uerior, aut pluriũ ueriſſima uiſa fue/

 rit

Iudæorum clades.

rit cōtēti erimus opinione, Siue igiť tā exiguæ, ſiue maiores fuerunt copię illæ ꝙ ad Adan tum C
miſſę dicuntur, ſatis conſtat turpi fuga, cędecq; inſigni Iſraëlitas in caſtra reuerſos. Fregit ea cla/
des ſupra modū gētis aīos ꝓſperis rebus aſſuetos. Saccū induūt, ſedentcq; humi triſtitia & mœ
rore afflicti, flebiliter ꝗrentes eſſe ſe medio uictoriæ curſu fauore numinis deſtitutos, negātcq;
eo alienato ſucceſſum ullum rerū ſperari debere amplius. Vidēdū eſſe ne publica aliqua priua
tá ue offenſa popul⁹ cœleſtem irā experireť. Erat Ioſue in tā ſubita populi cōſternatione nō me
diocriter ſollicitus. Qui etſi palam ſuorū caſtigabat querelas, animus tamē haud erat religione
liber. Cœleſti igiť uoce monit⁹, cognouit ſacrilegium eſſe in caſtris perpetratū, expiandumcq;
id ſcelus eſſe, nec ferēdū, ut ex ſacris manubijs quicq; publica priuatá ue fraude furto ꝓphana
reť. Tributim primo, mox domeſticatī diligēter & nō ſine religione inquiſitū, poſtremo Acha

Acharus lapidibus obruitur.

nus ſiue Acharus (utrumcq; em̄ ſcriptū reperio) ſceleris conuictus, extra caſtra dira execratione
ꝓductus, lapidibus ē à populo cū liberis & tota domo obrutus. Tū uero dux religione liber ad
Adā ire ꝑgit: miſitcq; intēpeſta nocte ꝗ haud ꝓcul urbe in īſidijs ꝗ̄ occultiſſime ſederēt, ac quū
aduerſa ꝑte pplm̄ ad pugnā egreſſum ſenſiſſent, tū repēte qua proximū cuicq; eſſet urbē pręſi
dio nudatā inuaderent. Cōſedere illi (erāt enim ad quincq; milia lectorū hominum) inter Adā
& Bethauen. Ioſue ubi primum illuxit, cū robore copiarū ex edito loco in conſpectū hoſtiū ue
nit. Adanitę recēti uictoria feroces incōpoſito agmine ex oppido decurrūt. Ceſſit hoſtibus in
cōſulto ruentib⁹ Ioſue ſimulato metu, inde certamine iniecto oēs oppidanoꝝ uires in ſe uertit.

Adā capitur.

Nec ſtataria erat pugna, ſed ut ꝓcul ab urbe Cananęū abduceret, nūc aꝑte Ioſue moliri fugā
nūc ferocius reſiſtere. Interim qui in inſidijs erāt, qq; in hāc ipſam erāt occaſionē erecti, clamo
re diuerſa ꝑte ſublato celeri curſu ad urbē deferūť, ubi turbatis oībus muliebri pauore, puero
rūcq; ploratu, ſine certamine portas irrūpunt. Interim exauditus ex urbe clamor oppidanos ꝑ̄
ſenti certamine auertit. Quibus ſpōte cedētib⁹ inſtat dux ferociſſimus, fugiētiūcq; terga cædit.
Iā & qui urbem occuparāt, hoſtibus ad mœnia effuſo curſu tendētib⁹ ſeſe obijciūt. Sic amiſſa
urbe multis in medio cæſis, reliqui ꝑ agros cum metu & trepidatiōe diſpalati, quo quemcq; prę D
ceps tulit curſus, ī pacatū abiere. Cædes ī urbe ſub primā irruptionē ingēs ē edita, ut ꝓmiſcue
oīs ſex⁹ & ętatis ad duodecī milia cęſa dicanť. Regē captū Ioſue in crucē extulit. Inde corpus añ
urbē abiectum ingenti lapidum cumulo texit, omnia urbis ædificia, ut ad Hiericuntē, funditus
deleta. Duarū illuſtrium urbiū excidiū, cędeſcq; regū ꝑ oēm Palæſtinā terrā uulgatæ, metum &
terrorē ingentē uniuerſæ genti iniecere. Sed Gabaonitæ quo propiores erāt periculo, eo maio
re metu adacti, tumultuoſe ī mediū cōſultāt, qua potiſſimū ratione ſe imminēti ſubtraherēt ꝑi
culo. Nulla em̄ ī armis ſpes erat, In preces itaq; uerſi, mittunt ꝗ ſuppliciter ab ipſo duce pacem
poſtularēt. Ars quocq; cōſilio addita eſt, qui in Caſtra miſſi ſunt, mucida panis fruſta, & uinū in
utrib⁹ uapidū ſecū deferunt, calciamenta ad hæc obtrita inducunt pedibus, cæteracq; longioris

Gabaonitarum oratio

uię argumēta diligēter aſſimulāt. Vbi uero ad cōſpectū eſt ducis uētū, Veſtra, inqt eorū unus,
uirt⁹ Iſraëlitæ uiri, ueſtra inſignis fama effecit, ut iā inde ex quo Palæſtinæ terræ fines tranſcen
diſtis, etſi nr̄a cauſa nihil cum Cananęa cōiunctū haberet, eſſentcq; noſtra iura oīno ab illis di
uerſa, pro magno tamē negocio haberemus ꝑpetua pacis fœdera uobiſcū ſancire. Ad ꝙ ipm̄
impetrandū, etiā quum longiſſime adhuc ueſtra caſtra eſſe dicerenť, multorum dierū itinere
huc publico conſilio uenimus, nihil ueriti, quin ob cauſæ, ut diximus, & fortunæ diuerſitatem,
tū quia ad Cananęorū opes euertēdas res noſtræ eſſe potuerūt uobis nō inutiles, haud graua/
te nos in ueſtrā fidē & amicitiā reciperetis. Nuncq; oramus ſuppliciter & obteſtamur, ne ſpem
impetrandæ pacis, quā nobiſcum tulimus, irritā eſſe patiamini. Cū Cananęis uiri Iſraëlitæ uo
bis bellū eſt, nō cum ipſo humano genere, ꝗ̄cq; ſi ſic eſſet, nullum genus hoīum eſſe tā ferū cre
dimus, nullum tā iuſtitiæ & humanitatis expers, à quo ſi nulla ſit iniuria affectum, non facile
pacem & ueniā impetrari oporteat, malitcq; eum ſeruare, ꝗ ſuā fidē imploret, ꝗ̄ inhumane &
crudeliter perdere. Quod ipſum eo facilius à uobis uiri Iſraëlitæ impetrandum cenſemus, quo

Fœdus Gabaonitarum & Iudæorum.

ob uere pietatis cultum à cæde & ſæuitia longe magis ꝗ̄ reliquæ gentes abhorretis. Quum Ga
baonitæ in hunc modum uerba feciſſent, Ioſue & alij inhumanum rati, populum, à quo nulla
ipſi eſſent iniuria laceſſiti, quicq; cōſilia, & fortunā diſiunctas ab ea gente haberet, cum qua bel
lum gererent, ultro pacem & amicitiā petentē nō recipere, cōmuni conſenſu fœdus cum legatis
firmant

A firmāt iureiurando utrinqꝫ interpoſito, nō ſolum neutros alteris nocituros,ſed ſiqua aliunde
uis alterutris orta eſſet,ſocios ab omni iniuria defenſuros.Nouæ ſocietatis fama in omne Ca-
nanæum nomen diffuſa,uniuerſam in Gabaonitas gentem odijs armauit. Adonyſedechus Cananæorū
Hieroſolymorū rex,in cuius fide Gabaonitæ fuerāt,eā pręcęteris defectionē minime ferendā exercitus.
ratus,cum his copijs, quas in præſentē uſum belli inſtruxerat Gabaon tumultuoſe circūſedit.
Aderant inſuper illi ex Hebrone Ohas, Pharas ex Hieromotho,Tabitus Eglonis,& Iaphias
Lachius,reges. Erant cū his ad triginta armatorū milia & in his duo milia curruū.Gabaonitæ
confeſtim ad Iſraëlitas ſocios mittunt,qui doceant in quāto diſcrimine,ni properēt ſibi ſuppe-
tias uenire,res ſuę ſitę ſint.Maturato opꝯ eſſe,ſi ſocioꝝ ſaluti cōſultū uelint,Scire ſe nullā ſpem
ueniæ ab infeſtiſſimo hoſte ſperādā,ob ſeparata à reliqua gēte cōſilia, nec eas eſſe Gabaonita-
rū opes,q̄ tantā uim hoſtiū mœnibus hęrentē diutius ferre poſſint.Celerarent auxilia,ne ſi ſe
gnius ſubueniret̃,capta (ꝙ nollent) urbe mutatæ fidei Gabaonitæ ad unū crudeliſſimo hoſti
pœnas expenderēt.Poſt legatorū poſtulata, nemo erat,qui non æquū iudicaret laborantibus
ſocijs mature ſubueniendū.Cæterū ingēti numero hoſtiū territi,ambigere primo,qua fiducia
quibus uiribus,quo conſilio,ad hoſtem longe pōtentiſſimū accederent.Hæc uulgo iactare,ta
citaqꝫ metus cōfeſſione de induſtria rē trahere,quum Ioſue oraculo monitus dicitur,ut in ho-
ſtem cōfeſtim moueret,nec de euētu pugnę ambigeret,oīa prouidētia fieri.In poteſtate numi
nis uitā hoīm eſſe,& interitū: nec Iſraëlitis diuinā opē in tāto diſcrimine defuturā.Irēt modo,
ſpemqꝫ ſecum clariſſimæ uictorię ferrent.Nec q̄a hoſtiū opes inuictæ putarentur,deſperandā
ꝓpterea uictoriā eſſe.Qm̄ nihil ſit in humanis rebus tā ualidū aut tā munitū, ꝙ non fatorum
expugnet neceſſitas.His uocibus accenſus Ioſue,nihil moratus amplius,in hoſtē profectus ē.
Quin is deinceps caſtris,ad Gabaon cōſedit.Hic animis ſubito ad pugnam accēſis,ingenti eſt
clamore concurſum. Nec hoſtiū numerus Iſraëlitis ancipitē fecit uictoriam. Quin ſub primū
cōgreſſum terror ingēs hoſtibus iniectus,eos pręſenti certamīe auertit. Secuta inde apta trepi Iudæorū ui
B datio & fuga,qua innumeri mortales cæſi dicūt̃.Diſiectis incēſiſqꝫ curribꝯ, Iudęꝯ uictor fugiē ctoria.
tē hoſtē cū cæde & ſtrage lōgius inſequit̃.In ſacris libris ꝓditū reperio, ſtetiſſe aliquādiu eo die Sol ſtat.
ſolē in cœlo,quoad Iſraëlitę uictoria defungeret̃.Sed dū Ioſue hoſtiū terga p̄meret,urgeretqꝫ
fortunā ſemel inclinatā,ne Cananęꝯ à pauore & metu reſipiſcēs īſtaurare poſſet p̄liū,trepide
illi nūciat̃,q̄nqꝫ reges,q acie deceſſerāt,haud ꝓcul à Maceda urbe,ī altiorē ſpecū ſeſe illatebraſſe
miſit q ſpelūcę oſtiū lapidibꝯ obruerēt,locūqꝫ p̄ſidio ī ſuū aduētū obtinerēt.Nec ita m̄lto poſt
cæde fatigatꝯ ad regū latebrā diuertit. Quibus inde reuulſis ſuꝑbiſſimas eorū ceruices ſubiecit
Iſraëlitarū pedibꝯ calcādas.Mox ſtipitibꝯ affixos morte ignominioſa affecit.Corpora in eum Quinqꝫ re-
locū,quo fuerant fuga delati,abiecit,lapidibuſqꝫ obrui iuſſit.Inde in caſtra reuerſus,Gabaoni gū ſupliciū.
tas ad ſe uocatos grauiter īcrepuit,ꝙ uelut pp̄ls à Cananęa gente diuerſus, cū Iſraëlitis fœdus
ꝑcuſſiſſent.Iure potuiſſe ſe eorū exēplū ſecutū fraude agere, ac fœdꝯ ipſum pro irrito habere,
ꝙ cū Cananęo nullo ictū uoluiſſet unq̄.Sed bn̄ uertere eis,ꝙ Iudęoꝝ peculiare ſit nūq̄ numē Gabaon
ꝑ ꝙ ſemel iuraſſent,fallere.Manſurā itaqꝫ illis ratā cū Hebręo pp̄lo amicitiā.Cęterū ut monu iræ ignomi-
mentū eius rei aliq̄d extaret,notaturū ſe in pręſentia eos leui ignominia,quam ęquo aīo eſſent nia notan-
laturi,ſi ſecū reputarent,nulla minore aīaduerſione potuiſſe publicā eorū fraudem uindicari: tur.
Irēt & ſociali fœdere ſecū militaturi calonū lixarūqꝫ miniſteria Iſraëlitis exhiberent. Qui mos
diu inde tenuit,ut ſoli Gabaonitę,tā ad ſacrorū uſum,q̄ ad militū deſideria,ligna & pabula in
caſtra deportarēt.Nec Ioſue poſt clariſſimā uictoriā in ocio fuit, ſed ad hoſtiū loca recipienda
cōuerſus, Macedā ui cepit,inde Lebnā,rege utrobiqꝫ cū populo cæſis.Inde Lachim corona cin
xit,quo Hiras Gazeritarū rex cū ualido exercitu occurrit.Hunc quoqꝫ pręlio uictū Ioſue inter-
fecit,urbēqꝫ ui captā funditꝯ diruit.Inde Eglonē deleuit,cui Ebronis eſt excidiū cōtinuatū.Pa-
ri clade Dabirē urbē cū ſuo rege affecit.In mōtana deinceps loca conuerſus,Aſerothum expu-
gnat,in regē captū haud aliter q̄ in cęteros,q in poteſtatem redacti fuerāt,animaduertit.Mox
ꝓſpero uictorię curſu,à Cade ad Gazam uſqꝫ oēm regionem cędibꝯ & populatione impleuit.
Ita omī fere Cananęa terra domita,uictor exercitꝯ ad Galgalā,un̄ primo fuerat à Gabaonitis
accitꝯ,eſt cū lætitia reductꝯ.Nec ita multis interiectis diebꝯ,nouū Iſraëlitis ab eadē gēte ortū eſt
bellū:Labinꝯ Aſoritarū rex cū Ioabo Madianita & alijs q̄buſdā Cananęę tractū tenentibꝯ,&

ex ea quoq; pte,quæ ad meridiẽ uergit,qui circa Cenerothũ, & in littorali ora imperitabãt,iũ- C
ctis inter ſe armis bellũ in Iudæos reparat.In hũc hoſtilẽ apparatũ Ioſue oraculo iuſſus itrepi-
de,pfectus eſt,cõflixitq; ad Meronis aquas cũ inuicto alioqui exercitu.Fuitq; id quoq; prœliũ
ut cætera Iſraëlitis felix.Hoſtẽ fuſum fugatũq; ad Sidonẽ uſq;, cũ multa cæde Iſraëlita uictor
perſecutus eſt.Atq; hoc demũ bello,quod miror à Ioſepho ſilẽtio ptermiſſum,Iſraëlitæ defun-
cti omnem hoſtilẽ terrã,præter pauca oppida,quæ partim natura,partim humano opere mu-
nita ſine longa obſidione expugnari non poterant,ſuæ ditionis fecere.In ſacris libris un⁹& tri-
ginta reges noiatim referunt quos Ioſue bello ſuperauit,iã inde ex quo Iordanẽ ſicco uado tra-
iecit.Sed nõ adeo ſum⁹ rerũ humanarũ ignari,ut magnos reges, & quales ſunt hodie in terris
eos fuiſſe arbitremur;qppe q; late inter mortales imperẽt,q hoc noie nr̃a tẽpeſtate pollẽt,quũ
tota Canança terra,q̃ eadẽ eſt & Palęſtina, uix legitimi ſit uni⁹ regni capax,ſi cęteroꝝ regnoꝝ
q̃ hodie ſũt,imẽſos fines aio cõſiderem⁹.Quáobrẽ ęquius ſit credere,fuiſſe regulos eos,quorũ
ſinguli ſingulas haberent urbes,Subit & alia reputatio aim,qd ſit q; Hieroſolymorũ nomẽ p
ea tpa inCanança nõ ſit terra relatũ.In cuius urbis orgine referẽda qa ueriora ſunt,q̃ Ioſeph⁹
& Bibliaci libri tradũt,Strabo autor alioqui grauiſſim⁹ haud dubie eſt decept⁹,ratus Moſen,
quem falſo Ægyptiaci ſanguinis & Iſidis ſacerdotẽ dixit, urbẽ ipſam cõdidiſſe,quũ ſatis con-
ſtet,neq; Ægyptiacũ eũ,neq; Iſiacũ ſacerdotẽ fuiſſe:& q prius ex humanis deceſſerit,q̃ Palęſti-
næ ſint terræ fines Iſraëlitæ ingreſſi.Sed de loci conditione quanto uerius potero, loco magis
opportuno dicã,Ioſue igitur anno iã quinto Palæſtinæ expeditionis acto,cũ caſtra ad Sylonẽ
feciſſet,populũ ad cõcionem uocauit.Hic quũ ĩ medio ſtetiſſet ita multitudinẽ dicitur affatus:
Qđ manifeſto numinis fauore patres ueſtri,quinto & q̃dtrageſimo ab hinc anno, uetuſtã ſer-
uitutẽ ex Ægypto fugerint, p q̃ aperta rerũ miracula in deſertum uenerint nemo eſt ueſtrum
(reor)uiri Iſraëlitę,q nõ fando hæc,aut ex illis,dũ in humanis adhuc agerent,aut ex aliĳs,audi-
uerit.Quãq̃ ego,q reb⁹ ipſis nõ interfui ſolũ,ſed in quibuſdã etiã pſui,optim⁹ ſum teſtis,q̃ de-
xter uolẽſq; Deus nr̃is ubiq; uotis affuerit.Lõgũ eſſet referre,quibus tũ cladibus Ægyptũ cõ- D
cuſſam uidimus,quũ inde Moſis ductu egreſſi ſumus,q; ſtupẽda rerũ mutatione rubri maris
arenã,ut puluerem,calcauimus,infeſtiſſimũ hoſtẽ cum oĩni exercitu obrutũ uidimus,p littora
diſiectum ſpoliauim⁹. Ne dicã mãna cœlo demiſſũ in panẽ, uolucres in obſoniũ datas,aquã
in potum duro ſilice depromptam. Nota ſunt Moſis ducis clariſſimi cũ familiari numine col-
loquia,nota pdigia,quib⁹ Dathas & Abiros cũ domo uterq; ſua periere,cũ quibus tot ſenes
uno tpe ob ſacerdotĳ ambitũ ſunt,p cõcione abſumpti.Quid clariſſimas uictorias memorẽ,q̃
Moſis ductu circa Sinã prio,& mox trãs Iordanẽ nr̃ gẽti obtigere, q̃ pſens ubiq; numen ha-
buerim⁹:Sed,aut multũ opiniõe fallor,aut nũq̃De⁹nr̃is rebus pſentior affuit,q̃ pximo hoc
quiquennio,ex quo Iordanẽ trãſgreſſi ſumus:quo tpe oẽm Palęſtinã terrã iure belli noſtræ di-
tionis fecim⁹.Etenim ut numeroſos opulẽtoſq; exercit⁹ ſileã,quos pene inermes & quaſi ſolo
aſpectu fudim⁹,innumeras urbes direptas & incẽſas. Qñ unq̃ ulli gentiũ tot reges pſternere
eſt datũ,ut uix totidẽ in terris ſupſtites relictos ęquũ ſit iudicare?Sed hæc eo tendunt,ut aſſer-
tã libertatẽ,inoxios caſus, innoxia diſcrimina,tot pſpera bella,tot ſucceſſus,feraciſſimum hoc
amœniſſimumq; ſolum,liberos,fortunas, & quicquid rerum nobis in uita eſt, id totũ diuinæ
prouidentię acceptum referamus.Stultum ſane ſit credere,uel impiũ potius,populũ ueteri ſer-
uitio aſſuetũ,imbellẽ,profugũ,inopẽ,inermẽ,niſi præſẽs uolẽſq; deus affuiſſet,tot urbes ſubi-
gere potuiſſe,tot populos,tot reges,ſine uulnerib⁹,ſine cæde,ſine cruore, niſi q unius ſacrilegi
culpa uno eſt loco fuſus.Sed quo benignius indulgẽtiuſq; cœleſte numẽ adhuc nobiſcũ egit,
eo maiore ſimus execratione digni,niſi ppetuo cultu,religione,pietate efficere nitamur,ut ueri-
tatẽ hãc à maioribus per manus acceptam, legibuſq; & cęrimonĳs inſtructã,nõ ſolũ inoffen-
ſam teneamus,ſed auctã poſteris,ſanctioremq; traditã uelimus:qđ ipſum facile futurũ confi-
do,ſi à uana & inepta cæterarũ gentiũ ſuperſtitione pertinaciter abſtinuerimus,Si nõ pl⁹ apđ
uos muliebres illecebræ,intẽpeſtiuæ comeſſationes,ocioſa colloquia, auara cõmercia p uerita-
tis ſacramẽtum ualebũt.Aliquid certe Moſis prophetæ ſummi cœleſtis mens uidit,q moriens
idẽtidẽ monuit,ut oẽm Cananęoꝝ gentẽ tollerem⁹.Nõ eñi ita ille humanũ gen⁹ oderat,ut tã
crudeliter in uictos ſæuitũ uoluiſſet:ſed pietati, ueræq; religioni cautũ uoluit.Videbat ſenex
ille

Iudæi. Cananæa potiuntur.
Reges priſci.
Strabonis error.
Ioſue oratio ad populum.
Cur Moſes Cananæos occidi iuſſerit.

A ille fatidicus, uelut ea, q̃ oculis uident, non ſine offenſa populũ in his errorũ tenebris uerſatu-
rum, quibus hæ gentes, quæ Cananę̃ã tenebant terrã, premebantur. Cæterũ quando ita acci-
dit, ut nõ omnino ſit gens hæc ſublata, ſed alij locorũ natura freti expugnari nequiuerit, alij p
errorẽ ſint in amicitiã recepti, multi adhæc pueri puellæq́ꝫ, q nondũ altius uanã ſuperſtitionẽ
imbiberant, de induſtria ſeruati. Quãq̃ (ut eſt natura hoĩs ſemper in peius prona) haud dubiũ
ſit, quin & ipſi ubi per ætatem adoleuerint, ſi ſint etiam parentum manibus, uel uerius dæmo
nũ præſtigijs per quietem monendi, ad uanos deos, lapideaq́ꝫ ſimulacra reſpiciẽt. Vt enĩ feraꝝ
catuli è luſtris ſublati cicurent licet, tacito tamẽ naturę inſtinctu modico momẽto ad feritatẽ
recurrũt: ita homines alieno ritu, & à patrio longe diuerſo inſtituti, in gentile uitium, uelut ma
terno utero imbuti, aliquãdo irrũpãt neceſſe eſt. Sed quo maius ex hoc futuro cõmercio nobis
ac poſteris ĩminet erroris diſcrimẽ, eo impẽſius uos etiã atqꝫ etiã monẽdos duxi, neqd ĩ huma
nis tãti eſſe arbitremini, qđ ueſtrũ aĩm malorũ dęmonũ ſeruitio ſubijciat, cogatq́ꝫ ab luce & ue
ritate aberrare, quã maiores nr̃i ĩ cœlo, unĩ quęrẽda fuit, p innocẽtię cultũ ab initio dep̃hẽdere,
dep̃hẽſam pia religiõe colere pſeuerarũt: q̃ ſemel atqꝫ iterũ à pr̃ib⁹ in deſerto offẽſa, nũc publi-
ca clade ſeſe ulta ẽ, nũc ne ulciſceret multis p̃cib⁹ ægre exorari potuit. Cęterũ haud uos ignora
re arbitror, q̃ diras imp̃catiões huic Moſes ĩniũxerit, q à lege diuinoq́ꝫ ĩſtituto aliqñ aberraſſet.
q̃ dira exilia, quã inopiã, egeſtatẽ, ſeruitiũ, qꝫ demũ excidium uniuerſę gẽti futurũ prædixerit, ſi
alienos deos, aut uos ipſi, aut poſteri quãdoqꝫ ſecuti eſſetis. Cõtra uero quales ſucceſſus, quãtã
felicitatẽ, quæ incremẽta, ſi in antiqua pietate nihil demũ fuerit offenſum. In quo uirtutis offi-
cio an pperuo mãſuri ſitis, incertũ habeo. Vnũ ſcio, ſiue qꝫ à ueriſſimo ꝓpheta ea quãdoqꝫ fu-
tura audiui, ſeu qa De⁹ optim⁹ maxim⁹ me ut illũ, in hac parte, q̃ uẽtura ſint, nõ ignorare uo-
luit, nr̃am totiuſq́ꝫ poſteritatis, & ſalutẽ, & excidiũ, in hoc uno ſitã eſſe diſcrimine. Qđ quũ ita
ſit, utinã priuſq̃ uita egrediar, ad cui⁹ exitũ (ut uideo) pueni, aliquod futurę cõſtantiæ ſignũ in
uobis perſpiciã: quo certã ſpẽ mecũ perpetuæ meorũ ſalutis ferre poſſim. Nam & naturę & uo Peroratio.
B bis (ni fallor) abũde ſatiſfeci. Quum hæc ille ita peroraſſet, cõfeſtim ex tota cõcione redditus eſt
clamor, Nihil unq̃ populũ tam impiũ ſcelus admiſſurũ, Ictũ eſſe ſemel cũ deo fœdus, qꝫ tam ſi
bi, q̃ poſteris inuiolatum uelint manere, cupiãtq́ꝫ ſe arctiorib⁹ adhuc uinculis, ſi maiorib⁹ poſ Recens Iudæorũ iuſiurandum.
ſint, religioni aſtringi. Tũ Ioſue id petente omnes iterum in ipſius uerba iurarunt, nũq̃ per ſe
aut per alium paſſuros quippiã ex religionis præſcripto mutari, fraude, aut ambitiõe. Si falle-
rent, tum omnia mala illa, quæ Moſes præuaricãtibus futura uaticinatus eſſet, ſuis ſuorũq́ꝫ na
torum capitibus inciderent. Hoc recẽs fœdus literarum monumentis marmoreis tabulis inci-
ſum ſacrario inferendum Ioſue curauit. Inde ad populum cõuerſus, Iam tẽpus eſt, inquit, quã-
do religioni ſatis cautum eſt, ut lõgiſſimæ militiæ, eiuſdẽq́ꝫ proſperrimę pręmia feratis. En da-
bo, inquit, uiri Iſraëlitæ uobis decem uiros, ex ſingulis tribubus, quæ nondum agrum accepe-
re, ſingulos, qui bona fide uobis agrum perpetuo poſſidendum admetiantur. Creati igitur ex
omni multitudine, prudentia ſingulari & fide inſignes: hi ſeptem menſibus omnẽ regionem
bello quęſitã contemplari, quia ſoli natura non eadem ubiqꝫ eſt (etenim circa Hieroſolymã &
Hierecuntẽ mõtana fere eſt & ſterilis) haud æquis finibus eã diuiſere. Vbi ſterile fuit ſolum fi-
nes latius propagati, in ubertate cõtracti. Inde ad Sylonẽ reuerſi, ubi Ioſue erat, eoq́ꝫ pręſidẽte
ſingularum tribuum noĩa ſunt in ſortem coniecta. Iuditarum prima ſors excidit. Hi ſibi ſupe-
rioris Idumeę optarũt partẽ q̃ Hieroſolymã uſqꝫ ptendit, latitudo in ea uſqꝫ loca decurrere qui
bus olim Sodoma fuit, urbes in ea Aſcalon & Gaza fuere. Simeonij Idumeã q̃ ad Ægyptũ & Decẽ tribus Cananæam ſortiuntur.
dorſum Arabicũ uergit obtinuere. Beniaminij terrã à Iordane fluuio ad mare, ĩ ea Hieroſoly-
ma & Hiericus. Effraimitę à Iordane ad Gazara ſortiti ſunt loca. Iſacharij qua Carmel⁹ & Ta-
buri⁹ mõtes. Zabuloni circa Carmelũ & Geneſarã lacũ orã mari cõtiguã. Aſſerini oẽm terrã q̃
ad Sidonẽ uerſa eſt. Partẽ uero quæ ad ortũ uergit, & ad Damaſcũ urbẽ, & Galilęam ſuperio-
rẽ ad mõtẽ uſqꝫ Libanũ, & Iordanis ortũ Neptalimij habuere. Danetij cõualliũ loca ad occidẽ-
tem ſolẽ uerſa, à Bethoro ad mõtes qua Iudę trib⁹ fuerat terrã ſortita, Manaſſei dimidiata tri-
bu, nã reliqua gens trans Iordanẽ (Moſe adhuc in humanis agente), cum Gatinis & Rubenis
agrum acceperat. Quibus locis & Leuitis ſacro miniſterio addictis, decimæ fuerãt decretę. Nec
mirũ uideri oportet, ſi plura gentiũ reperiantur noĩa, q̃ Iſraëlis filij fuiſſent. Manaſſes enim &
Effraim

ſuffragatur eraſmus in argumẽ[nto] prioris ep[isto]lę pauli ad corinth[ios]: ar[duum] ingenii res eſt, ab his in quibus natus ſis, et quibus diu aſſueveris, in aliũ hominẽ tranſformari.

Palæſtinæ fi nes. Effraim Ioſippo, qui fuit Iſraëlis fili⁹, ꝓcreati, uterq; ſuã cõdidit gentẽ, unũ Manaſſei ſunt & Ef/ C
Syriæ ma/ gnitudo. fraimitæ. Et oĩs Canançа regio per hunc modum Iudæoꝝ tribubus diuiſa eſt. Nunc qñ id no
men toties à Ioſepho, & in ſacris libris repetitũ, paꝝ celebre apud Romanos & Grecos ſcripto
res eſſe uideo, ne obſcura uox in dubiũ trahat lectorẽ, de regiõis ſitu pauca ſubijciã. Fuit olim
Syria terrarũ maxima, Syruſq; Apollinis filius ei nomẽ dediſſe credit̃, ĩ plureis diſtĩcta partes
uarie appellata ẽ. Paleſtina, qua Arabiã cõtingit. Iudæa, Cęle. Phœnice, Damaſcena, & qua in
tus ad meridiẽ recedit Babylonia, eadẽ & Meſopotamia inter Tigrim & Euphratẽ, qua Tau/
rum trãſcendit, Sophene: citra uero Comagene, & ultra Armeniam Adiabene, peculiarit̃ Aſ/
ſyria olim dicta: & ubi Ciliciã attingit, Antiochia: q fines à Cilicia in Arabiã: CCCCLXX. milia
paſſuũ habuere, à Seleucia ad Zeugma iuxta Euphratẽ multo lati⁹ ſpatiãt̃. Cæteꝝ Paleſtina,
q̃ eadẽ eſt quæ & Iudęa (ut quibuſdã placuiſſe uideo) inter Cæloſiriã ſita eſt & Petream, ad oc/
caſum Ægyptiaco alluitur pelago, perfundit̃ & Iordane fluuio ad orientẽ ſolẽ. Hãc terram Bi/
bliaci libri & Ioſephus eos ſecut⁹. Cananęã appellant. Scio tamẽ quędã Phœniciæ loca, quaſi
Galilæa. indiſcretis tũ finibus, terra ipſa cũ Paleſtina cenſeret̃, Ioſue ductu ab Iſraëlitis iure belli capta.
Sed certi ueriq; ei⁹ ſoli fines hi fuerũt quos diximus. Tenuerũt & trans Iordanẽ Iſraëlitę terrã
Moſis ductu quæſitam, q̃ Palæſtinæ finibus excluditur. In Iudæa igitur Galilęa eſt Cœloſiriæ
Phœnicum uetuſtas. cõtigua. Galileę Samaria iungit̃, in cuius ora Aſcalõ, mox Idumea ſequit̃ in Caſiũ mõtẽ uerſa.
Sũt Idumei à Nabatæis orti, q domeſtica ſeditione domo pulſi, legũ & ſacroꝝ participes facti,
cũ Iudæis habitarunt. Enimuero multa de Syris in uniuerſum tradunt̃, ſed de Phœnicib⁹ quę
dã relatu digniora. Fuit gens ipſa in magna olim gloria literarũ inuentione. Horum Sidonij
Syderalis ſciẽtiæ & Arithmeticæ inuentores tradunt̃, ijdem mortalium primi certã nauigandi
Tyri nobili tas. rationẽ inuenere. Hinc quoq; primũ (ſi Poſſidoni⁹ uera tradit) de Atomis eſt dogma ortum.
Mochũ, qui Troiana præceſſit tpa, uanæ perſuaſionis autorẽ memorant. Horũ uitraria con/
flatio natura materiam prębente, caſu non conſilio reperta. Hic Tyrus olim ſeptingentos paſ/
ſus à littore diſcreta, mox magni Alexãdri operibus cõtinẽs facta, purpura & cõchyliõ nobilis D
nullibi terraꝝ gratior apparat⁹, ob idq; & à Romanis Tyrij ĩpi, & à regib⁹ libertate donati. Ve
Vbi Balſa/ mum. tus rei maritimę ſtudiũ, tã illuſtres, q̃ multę arguũt colonię. Inde Carthago illa ĩ Lybia Roma
Hiericus. ni ĩperij æmula, inde Leptis, Vtica, & extra terraꝝ cõfinia Gadis. Diues Iudęa celebriſq; balſa
mi ꝓuẽtu. naſcit̃ in Hierecũte regijs hortis. Eſt Hiericus cãpus undiq; mõtib⁹ leniter introrſũ
accliuis theatrali ſpecie ſeptus frequenti olim cultu & palmetis abũdans, eſt & bituminis ferax
Ioſue Interi tus. regio, quod in Syrbone lacu naſcitur. Plinius & Ptolemęus ab eius rei ꝓuentu Aſphaltitẽ uo/
cant, mira aquaꝝ natura, q̃ nullũ recipiat corpus. In ea Tauri & Cameli fluitare tradunt̃. Quæ
ANNI MVNDI. de ritu & morib⁹ Iudæorũ relatu digna credidi, ꝓximo uolumine abunde memorata ſunt. Io/
Bezechus. Rex. ſue Iſraëlitis in ea terra, q̃ iure belli q̃ſita erat, locatis, quũ iã annos decẽ ſupra centũ natus eẽt,
uita deceſſit, anno ſui ducatus ſexto & uigeſimo, Hebraicę libertatis aſſertæ ſexageſimo ſeptĩo,
ab mũdi exordio termilleſim⁹ fuit ann⁹ ac ſeptĩgẽteſim⁹ ſeptimuſq; & quĩquageſim⁹, ĩ Thãno
urbe Hieroſolymis ꝓpinqua ſitus eſt. Eleazarus pontifex & ipſe ſub id tp̃s fatali neceſſitati cõ
ceſſit. Tãti ducis interitus materiam Cananęorũ quibuſdam præbuit temere rebellandi. Ceze
chinorũ rex Bezechus, hõ ingẽti ſpũ, multaq; inter ſuos ferocia, Iſraëlitarũ fortunã cũ ipſo du/
ce extinctã ratus ſepultãq; iacere, cũ ualido exercitu domo ꝓfectus, Hebręoꝝ finitimos ſubito
bello adortus, gẽtis ocia ex improuiſo turbat. Huius conatib⁹ Iudas occurrit, cui Ioſue extĩcto,
magno oĩm cõſẽſu fuerat ĩperiũ demãdatũ. Is ut erat ĩpiger, & ad oẽ facin⁹ audax, cũ ſubitaria
tribulium ſuorum manu, & Simeoniæ gẽtis appẽdice, acie cũ hoſte cõgreſſus modico negocio
ſuperauit. Ad decẽ milia hoſtiũ cæſa dicunt̃, Bezecho qui uiuus in hoſtiũ poteſtatem uenit, pe
des & manus p̃cidit, Ferũt regẽ corpore fœde mutilato p̃dicare ſolitum, id ſupplicium ſe meri/
to expẽdiſſe, ꝙ ſeptuaginta olim reges à ſe bello uictos pari clade affeciſſet. Hieroſolymã dein
Hieroſoly/ mæ capiun/ tur. de admota ſunt caſtra, urbẽq; ui captã Hebręus uictor incẽdit, ac tũ demũ Hieroſolymę ab Iſ/
raëlitis captę. Tenuerũt tñ arcẽ Iebuſei uſq; ad Dauidis uictoriã. Ingẽs ĩ urbe cędes eſt edita, ſæ
uitũ ſine diſcrimine in oẽm ſexũ & ętatẽ. Ad Hebronẽ mox itũ, hũc quoq; paucis diebus expu
gnãt, inde Abirũ, Hormã, & ĩ maritima ora Aſcalonẽ, & Accatũ. Ioſephus Azotũ cũ Aſcalone
captũ ſcribit. Gazã & Accarũ capi nõ potuiſſe. Idẽ autor eſt hoſtes ĩmani ſtatura ꝑ id tẽpus ad
Hebro/

A Hebronē opp̄ſſos. Nec Hieroſolymis ferrū adeo in oēs euagatū ſcribit, ſed Bēiaminioꝝ auari
tia oppidanos tributarios factos. Q̄d exēplū cęterę trib⁹ imitatæ, oi iure belli abſtinēdo, ſibi &
poſteris incēdiū aluere. Promiſcuus gētis uſus uelut cōtagioſa q̄dā lues ſenſim Iſraëlitas infe Iudæorū corruptio.
cit, ut nō lōgo interiecto tēpore à uerę pietatis cultu alienati, merito iratū ſint numē exp̄ti. Cœ
pit primo ociū & rerū oim ſecuritas priſtinā ferociā paulatim abolere, ſubierunt inde libido &
auaritia, q̄ duo uitia haud multo poſt oē morū ueteriſq; diſciplinę ſtudiū euertere. Ex pijs im-
pij, ex audacib⁹ timidi, ex fortibus imbelles facti, cōtemptui & ludibrio indigenis eſſe cœperūt.
Diſcordia adhæc ingēti paucoꝝ libidine orta, multarū cladiū gēti p̄buit materiā. Etenim Leui-
ta quidā, Iuditę gētis puellā ſibi matrimonio deuixerat. Hęc ſiue domeſtico diſſidio, ſiue parē-
tū deſiderio à uiro forte digreſſa, in Bethleē ad patrios lares ſeſe cōtulit: inde haud multo poſt
à uiro repetita, q ad altā diē à ſocero dimiſſus quū domū uenire nō potuiſſet, Gabaā diuertit,
iā primis ſe tenebris intēdētib⁹. Diſtabat ab Hieroſolymis loc⁹ ad ſtad. L. Beniaminij oppidū
tenebāt. Hic ille à tribuli quodā ſuo, q tū forte Gabaę habitabat, hoſpitaliter eſt cū uxore acce-
pt⁹. Gabaanitę adulēſcētes puellā ſub noctē cōſpicati, allecti ei⁹ forma ad p̄egrinę fœminę ſtu Gabaanitarū flagitiū.
prū aīm adijciūt. Intēpeſta igiť nocte (neq; eīn hoſpitis, aut fortuna, aut ætas, libidini obſtitit)
in ſenis domum impetū faciūt, minaciterq; puellā ſibi dari ſuperbe depoſcūt, aut in ei⁹ cubicu
lū admitti, negare ille ſe hoſpitalē fidē p̄diturū, uehementerq; hoim audaciā incuſare. Verum
ubi illi poſtes remoliri adorti ſunt, in p̄ces uerſus orare, ne hoſpitalia iura tā turpi flagitio uio-
larēt, habere ſe filiā domi uirginē, eā libēti⁹ q̄ hoſpitē daturū. Reiecta cōditione temerarij adu-
leſcentes domū irrūpūt, tū uicta metu p̄tinacia inuitus inuitā ad ſtuprū rapi paſſus eſt: illa per
reliquum noctis turpiter uexata eſt, dū plures in una ſuā explere pergunt libidinē. Vbi dies il-
luxit, ęgra & pudoris plena ad hoſpitē reducta in p̄ximū cubiculū tanq̄ paululū quietura con-
ceſſit. Sed quū ad multā diē imota iacuiſſet, leuita nō tā alto ſomno q̄ mœrore & triſtitia proie
ctā iacere ratus, ut uerbis cōſolaret(ſciebat oēm ab ea culpā abeſſe) ad lectū acceſſit. Hic quum
B exanimē inueniſſet, indignā cōiugis mortē aliquādiu lamētatus, defūctę corpus iumēto impo Leuitæ facinus.
ſuit: inde quū domū ueniſſet, corp⁹ multifariā partit⁹, ſingulis tribub⁹ fruſtū unū publice detu
lit: Addidit & p̄ces ne patereť id flagitiū autorib⁹ ipune eſſe, fore ut nō multo poſt oia iura di-
uina & humana tollerenť, ſi muliebris pudicitia iuuenū libidinibus cōceſſura eſſet p̄dę. Q̄d ſi
eā iniuriā uelint inultā eſſe, monere idētidē, uiderent, ne diuina deinceps ira ab uniuerſa gente
uiolatę legis debitas exigeret pœnas. Monuit ſceleris atrocitas uniuerſam gētē, frequētesq; ad
Sylonē (ubi tabernaculū erat) cōuenere, hic q ſq; p̄ ſe infremere, eſſe in ultionē ſceleris uniuer-
ſam tribū abolēdā, ut unius gētis excidiū documēto eſſet poſteris, ne deinceps quiſq̄ talia aude-
ret p̄petrare. Nec autores deerāt oia p̄cipiti cōſilio agēda, niſi ex ſenioribus quidā cōſilio & au-
toritate pricipes obtinuiſſēt, ut legati publico noīe mitterētur, qui ſceleris autores ad ſuppliciū
depoſcerēt. Verū tātū abfuit ut Gabaanitę poſtulata fecerint, ut legati pene uiolati ſint. Tū rei Iudæorū diſcordia.
īdignitate cōmotę trib⁹, quadraginta milia hoim in Beniaminios armāt, ſacramētoq; oēs pri⁹
aſtricti ſunt, fore, ut nuſq̄ Iſraëlitarū quiſq̄ affinitatē cū ea tribu iungeret. Bēiaminij nihil coꝝ
q̄ fierent, ignorabāt, ipſi quoq; conſternati aīo ad arma decurrunt. Bis circa Gabaam paucis ē
diebus conflictū, totidēq; cū ſtrage fugatæ ſunt fœderatorum copiæ, quū quinq; tantū & uigī
ti hoim milia Beniaminij in armis haberent, ceciderāt duobus p̄lijs ad quadraginta fœdera Duplex fœderatorum clades.
torū milia. Tum uero partim ira acceptæ cladis, partim pudore accenſi, ne ſæpius infeliciter di-
micarent, artē uirib⁹ addunt. Miſſi ſilēti nocte, qui in inſidijs circa urbē occulte cōſiderēt. Inde
ubi primū illuxit reliquę in procinctu copię, acie dimicaturę cōſiſtunt. Nec Beniaminij duplici
p̄lio p̄feroces pugnā detrectant. Fœderati excompoſito manū conſerunt, certamineq; uix be- Beniaminij cæduntur.
ne iniecto, ut uicti pedē referre incipiūt, quibus ſponte cedētibus inſtant Beniaminij, eo minus
ſimulari fugā rati, quo ſępius, q terga uerterant, uicti eſſent: tū inſidiarū locū temere prætere-
ctos, coorti repēte ex inſidijs hoſtes, à tergo inuadūt. Iā uero & qui à fronte fugā ſimulauerāt,
& ipſi ferociter in pugnā redeunt. Suſtinēť hic pauci aduerſus tot milia præliū, maiorq; q̄ pro
dimicantiū numero ediť pugna, ſed ancipiti metu multitudineq; Gabaonitæ degrauati, quū
aliquādiu p̄lium traxiſſent, pręter ſexcētos qui ſibi per medios hoſtes uiam fecere, cæteri ſunt
ad unū obtruncati. Gabaa extēplo capta eſt, incēſaq; ac diruta, neq; ætas ulli, neq; ſexus p̄fuit.
Cędes

Cędes paſſim in oẽs euagata eſt,atq; eo cupidius,quo recẽtior dolor,nõ unius cladis circa mœ C
nia acceptæ,uictores ſtimulabat. Capta & alia Beniaminioꝝ oppida,nec uſpiã ab ira & odio
tẽperatũ.Hunc exitũ habuit imoderata paucorũ libido, q̃ in priuatam domum fuerat temere
graſſata.Sed quũ nemo ex nobiliſſima nuꝑ gente supereſſet,p̃ter ſexcentos,qui acie reuulſi in
aſpera montiũ abierãt,miſericordia(ut fit) ex teterrima illa clade orta eſt. Tacitus dolor Iſraëli/
tarum aios uerſabat.Nec defuerũt q toti gẽti inuidiã facerẽt,temeritatẽq; exprobrarẽt:q; pau/
corum culpa,in nobiliſſimę tribus ſibiq; cognatæ excidiũ cõiuraſſent.Pie & utiliter facturos,ſi
darẽt operã,ut q ſuꝑſtites eſſent,ſtudio reqſiti,ab exilio reuocarent̃,reuocatiq; uxorẽ ex qua/
cũq; libitũ eſſet tribu,ſibi legerẽt.Nemo erat,q cladẽ illã Beniaminijs q̊quo modo nõ cuꝑet re
ſarciri.Cęteꝝ ſatis cõſtabat ob iuſiurãdũ,cui ultro ſe aſtrinxerãt,fieri nõ poſſe:ut religione ĩco/
Decretum. lumi Iſraëlitę cũ ea gẽte ulla iũgerẽt cõnubia.Eo igit̃ eſt decurſũ,ut ad Sylonẽ ubi Hebręi cele/
bri cõuẽtu quotãnis mercatũ agebant,Beniaminij ab exilio reuocati uirgines raperẽt,q̃s fortu
na eoꝝ cuiq; obtuliſſet,nec ea uis raptoribꝰ eſſet fraudi,ꝑ q̃ fieret ut uirginũ parẽtes & neceſſa
rij,qa talis cõiugij nõ ipſi,ſed fortuna autor eſſet,religione ſoluerentur.Ita Beniaminioꝝ gens
pene ad interitũ ꝑducta,ſatis ꝓſpero cõſilio,ſed euẽtu ꝓſperiore,eſt breui reꝑata.Sub id tp̃s cõ
uulſo domeſtica diſcordia ſtatu gẽtis,Hebraicę opes ob mutua cõmercia nõ ſolũ Palęſtinis mi
nus formidabiles factę,ſed finitimis quoq; gẽtibꝰ cõtẽptui eſſe cœperũt. Curſatꝰ q i Meſopota
mia late regnũ obtinebat,cui Hebręoꝝ ſucceſſꝰ fuerãt ab initio ſuſpecti, ſeneſcentẽ populi for
tunã intuitꝰ,uulgoq; ꝓ militia & labore ociũ gẽti & deſidiã placere, remiſiſſeq; priſtinũ illũ gẽ
tis ardorẽ reiq; militaris ſtudiũ.Iſraëlitas,q trãs Iordanẽ icolebãt,ſubito bello adortꝰ,multipli
Varia Iudæorum fortuna trãs Iordanem. ci clade affectos ſibi uectigales fecit.Fuerũtq; res eiꝰ gẽtis i hoc ſtatu octo circiter annos,donec
Zenes Iuditarũ unꝰ uir ipiger,ꝓſpero ductu ita opes Aſſyriorũ fregit, ut nõ mõ tributi igno/
miniã ſuis ademerit,ſed Iſraëlitaꝝ etiã rerũ ex ꝑte ſtatũ ita ſtabiliuerit,ut neq; domeſticã ullã,
neq; externã in multos ãnos ꝑpeſſus ſit iiuriã:erãtq; Palęſtinę terrę ocia eadẽ fere,q̃ & moriẽs
Ioſue reliq̃rat.Sub cuius exitũ Agenor & Phœnix ex Ægyptiacis Thebis ꝓfecti, in ora Syriæ D
Phœnix. Cadmus. conſediſſe dicunt̃. Vbi circa Tyrũ & Sydonẽ poſtea ſunt rerũ potiti.Phœnix ipſi terrę nomen
dedit. Hinc Græci ſcriptores memorãt,Cadmũ ab Agenore patre miſſum ad Europã q̃rẽdã
in Bœotiã ueniſſe,ubi Thebæ ſint ab eo conditæ, in argumentũ,credo, antiquæ urbis quæ in
Ægypto fuit illi patria.Phœnices q cũ Cadmo in Græciã uenerunt,Gephyreiq; mox nũcupa
Vnde literæ in Græciam delatæ. ti aliquãdiu Bœotiã tenuere:inde procedẽte tẽpore expulſi,ĩ Atticã ſedes trãſtulerũt, Atheniẽ
ſibuſq; mixti ſunt.Hi cũ multas alias diſciplinas Græciæ ĩtulerũt,tũ uero literas q̃rũ uſus nul/
lus ad id tẽpus i ea terra fuerat.Iones q tẽpeſtate illa uicini locoꝝ accolę erãt,primo à Phœni/
cibus mutuo cõmercio eas didicere,& in utendo plane confeſſi ſũt,uocari eas Phœnices,q̃m à
Phœnicibus eſſent ĩ Græciã delatæ.Fuerũt in Iſmenij Apollinis tẽplo apud Bœotias Thebas
Tripodes,qbus eiuſmodi erãt literæ inciſæ,magna ex ꝑte ijs qbus Iones uſi ſunt ſimiles. Quo
apparet eos Græcoꝝ primos ab ea gente id munus accepiſſe: eſſeq; inuẽtũ ipſum nõ Gręcani
cũ,ſed Barbarũ. Verũ ſiquis altius,quæ de literarũ iuuẽtione tradunt̃,animo cõſideret: ueriſſi/
Literæ à quibus inuentæ. ma uidebunt̃,quę Diodorus in hiſtorijs prodidit.Æthiopas mortalium primos literas iueniſ
ſe,quas Ægyptij,qui eoꝝ coloni dicuntur,haud inepta cõiectura ſcd̃m illos in uſu habuiſſe ui
deri poſſũt,mox ab ijs,q ex Ægyptiacis Thebis in Syriæ orã migrauere in notiorẽ fuerit orbẽ
delatę,hinc à Cadmo in Gręcia,ad poſtremũ ex Gręciã,ab Euãdro in Italiã. Qd̃ uero ad Euro
pæ raptũ attinet,Cretenſes credunt̃ fuiſſe eius iniuriæ autores.Inter oẽs conſtat in eam inſulã
Europæ raptus. primo Europen delatã.Scribũt quidam puellã continuo ex Creta in Libyen deportatam,quę
uetus opinio apud Græcorũ quoſdã adeo inualuit,ut hęc terræ portio,quæ hinc linea à Gadi
tano freto ꝑ internũ mare,duoſq; Boſphoros ad Tanaim ꝑducta,ſeptẽtrionali inde oceano
terminat̃,uñ fuerit nomen adepta,ambigere uideant̃, tanq̃ ab Europa,quæ in diuerſas fuerit
terras auecta.nõ quiuerit nomen indipiſci. Qui eã in Cretã inſulã ueniſſe aiunt,hæc adijciũt.
Minos. Fuiſſe primo à Ioue cõpreſſã,Aſterio deinde cõnubio locatã,qbꝰ Minos,Sarpedõ, & Rhada
manthꝰ ꝓcreati ſint.Ephorꝰ alteriꝰ multo uetuſtioris Rhadamãthi eſt autor,q primꝰ eã inſu
lã legibus ciuilibuſq; inſtitutis ad maſuetiores uiuẽdi ritꝰ ꝑduxerit,hunc q; deinceps Minoem
imitatũ,q nouẽ annos Iouis antrũ freq̃uẽs coluit, legeſq; ꝑ ociũ meditatꝰ uelut ex oraculo de
prom/

A prŏptas inſulanis ꝓpoſuit. Cōſtās fama eſt Lycurgū, qui poſtea Lacedęmonijs leges ſcripſit, à Thalete muſico cū Creta inſula in leges à Rhadamātho & Minoë latas edoctū. Sed q̄n ad id uenim⁹, ut de legib⁹ priſcoq́ Cretenſiū uiuendi ritu diceremus, haud alienū fuerit, in ipſi⁹ inſulæ uetuſtate paululū īmorari. Philiſtides eā primo Aëriā nūcupatā tradidit, mox & Curetim. Sunt qui à cœli tēperie Macaron illi nomen fuiſſe exiſtimēt. Cretā à Creta Heſperidis filia Doſiades nominatā autor eſt: Anaximāder à rege Curetū. Extēdit̄ inſula inter ortū & occaſum. Hinc ad Boreā Ægæo & Cretico, inde ad auſtrū Libyco alluit̄ pelago, nuſq́ latitudinē quīq̄ginta miliū paſſuū excedēs, maximeq́ circa ſui mediū patet, q̄ parte mōs Ida oīm, qui in ea inſula ſunt, celeberrimus. Celſiſſimo is uertice aſſurgit, Apollodorus lōgitudinē duū miliū trecentūq́ ſtadiorū tradidit, circuitū quinq́ miliū, & ampli⁹. Artemidorus mille minus. Incultū genus hoīm à principio habuit, inde Rhadamāthi (ut proximo eſt loco Ephori teſtimonio demōſtratū) inſtitutis ad māſuetiores uitæ ritus ꝑductū. Secut⁹ inde Minos qui ęquitate & iuſtitia adhuc magis excoluit. Plato autor eſt Lacedęmonios & alias uetuſtiſſimas Gręciæ ciuitates hinc ſibi leges & inſtituta quæſiuiſſe. Optimū gētis ſtatū euertit primo tyrānicus dn̄atus, mox & Cilicū latrocinia, multa inibi fabularū argumēta, ut q̄ de Ioue, Minotauro, & Theſeo tradunt̄, de quib⁹ q̄ breuiſſime potero, ſuo loco dicā. Fuit gēs ab initio libertatis ſtudioſa, ea ſe poſſidere arbitrati, q̄ nō eſſet tyrānoꝝ libidinib⁹ expoſita. Fuit & cōcordię ꝑpetua cura, q̄ ſeditioni diuitiarū & auaritiæ alumnæ inimica eſt. Modice proinde antiquitus frugaliterq́ uitā agitare. Frequētabāt pueri cōuentus, q̄s greges nominabāt. Adultæ ætatis uiri publica inter ſe cōuiuia celebrare, arma reipu. cauſa tractare, ab ineūte ætate laboribus corpora exercere, maris æſtus & frigora perpeti, accliues ſemitas ſaltuſq́ curſu ſuꝑare, in Gymnaſijs pugnas ciere arcubus & ſagittis plurimū uti, in armis ſaltationē, quā Pyrrhicē nomināt, uulgo celebrare. Sagulū & militare calceū ſibi inducere, arma ꝓ̄cioſiſsimū mun⁹ credere, tātū adhæc rei maritimæ ſtudiū, ut in prouerbiū abierit, ſi quis q̄ noſſet ſe ſcire diſſimularet, Cretes, diceret̄, neſcit pelagus.

B Inter æquales cōnubia cōciliari, ex omniq́ iuuenū cœtu uirginibus ſibi ſpōſos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, q̄ ad domeſticā adminiſtrationē eſſent idoneæ. Dotis magnitudo fuit, ſi frater aderat patrimonij dimidiū. Pueri ex legibus lr̄as & cātilenas & muſicę artis q̄dā modulamia diſcebāt, ad uiroꝝ aſſita ꝑducti humi uilib⁹ tecti amiculis ſedebāt, illiſq́ pugnā cietibus miniſtrare, puerorū ualidiſſimus maximeq́ elatus ductabat gregē, ꝓ uiribus ſinguli plurimos aggregabāt æquales, ad uenatiōes egredi, curſu exercebant̄ corpa, ſtatis dieb⁹ pueroꝝ cœtus ad tybię & lyrę cātū inter ſe cōmitti ut in re bellica cōſueuere. Hęc ſūt q̄ de uetuſto ritu gētis relatu digna apd̄ ueteres reꝝ ſcriptores reperio. Quib⁹ illud adijcio: Huius gētis fuiſſe (ut quidā memorāt) lętos dies cādido notare calculo, triſtes atro & moleſtos, etſi plures hūc morē ad Thraces referūt. Nūc ordine referēda ſunt q̄ nō uno Græcię loco ꝑ id tēpus, q̄ hæc de Europa & Cadmo ſcripſim⁹, facta dicunt̄. Eſtq́ horū maxime ęqualis Euphires cōditio circa Achaicū Iſthmū. Vrbis autor Siſyphus, quē Theſeū q̄a finitimos accolas latrocinio infeſtaret, ſuſtuliſſe fama eſt. Nec his recētiora, q̄ de Thereo & Philomela Pādionis filia ſunt memoriæ ꝓdita, q̄cquid eoꝝ citra fabulare figmētū accidiſſe dicit̄, i Phocide id actū nō i Thracia Thucidides affirmat. Sed ea i lōgo uetuſtatis receſſu poſita adeo poëticis ſunt fabulis īplexa, ut nō ſine hiſtorię eleuatiōe tractari poſſint. Pari quidē cū ꝯ̄tatiōe referēda, q̄ de libero patre Semeles filio, & oī Cadmi ꝓgenie i hæc tēpora cōijciūt̄. In q̄ gn̄e nō deeſſem ſtylo, niſi futuꝝ ꝓſpicerē, i nulla īſtituti opis parte uberiorē obtrectare uolētibus paratū iri materiā, q̄ ſi ea uiderit à me recepta, q̄ poëticis ſint luſibus īſigniter inuſta. Cōtra malignus interp̄s, qui idē erit & obtrectator, eadē hæc q̄ ꝓ̄lata fuerit inſectaturus, ſi ſilentio ꝓ̄termiſſa ſint, haud dubie nobis calūniā intēdat, uelut eoꝝ q̄ ab initio polliciti fuimus, parū memores, aliqua in occulto iacere paſſi ſimus, q̄ incuria nobis aut iſcitia ꝓ̄terita uideant̄, adeo in utraq́ parte fides laboratura eſt. Cęterū nos mediā uiā ingreſſi, ea ſolū, q̄ à ſummis reꝝ ſcriptoribus uideo i hiſtorijs recepta, oī poetico uelamēto prius detracto, nuda in aptū referā, ut ea qualia ſint utroq́ uerſum liceat hæc noſtra legētibus æſtimare. Et ut ad Cadmi progeniē redeā, Linus & Amphion, qui Bacchi tp̄a ꝓ̄ceſſerūt, ſuo uterq́ fuit ſtudio ea tēpeſtate clarus, naturę rerū ille, hic muſicę deditus: de mūdo Linus & animantiū generatione deq́ ſolis & lu

Aëria Cretæ inſulæ ſitus.

Ritus & mores Cretēſiū

Cretes neſcit pelagus

Lapillis notantes dies. Ephire quæ & Corithus conditur.

Linus. Amphion.

Idæi dactyli næ curſu non pauca ſcripſiſſe tradit,muſicen Amphion primus oſtēdit, ſi Plinius uerus eſt C
autor:primus cytharę cantū adhibuit,etſi nō deſunt qui id Lino referūt acceptū.Dactyli Idęi & ipſi his tēporibus interiecti,ferrū in Creta inſula īuenerūt,quā terrā primi oīm tenuiſſe credunt. Quidā centū numero fuiſſe memorāt,Ephorus decē nec amplius,à quo plane numero nomē fuerit illis inditū.Eos ex Ida,quæ in Phrygia eſt cū Mygdono profectos meminerūt quidā,in Europā𝔮; tranſcēdiſſe.Vbi diuinādi periti cantū,initiatiōes,& myſteria docuerint. Adijciūt his,ꝙ non in Creta ſed circa Berecynthū Phrygiæ ferri naturā illi demōſtrauerint, ac pter iam dicta ignis & æris uſum, quapropter uetuſtas ut deos quoſdam ſit illos uenerata. Ferunt eoꝝ unū Herculē nominatū,qui olympicū agonē inſtituerit,ſimilitudine𝔮; nominis deinceps factū,ut Alcmenæ filius ſit credit⁹,eius rei autor.Sed dū illi Cretā tenuerunt,per id tēpus Pelops Tātali filius Argis regnū tenuit,à q̄ qcqd ſoli eſt intra Achaicū Iſthmū Ionium𝔮; pelagus Creticū & Ægæū,Pelopōneſus fuit nūcupata,quū Pelaſgia prius diceret. Quę de Triptolemo & eius inuētione prodidit uetuſtas,in hæc quo𝔮; tempora reijcit Philochorus.

## ENNEADIS PRIMAE LIBER V.

HÆc tum erant apud alias gētes reꝝ primordia, hæc uitæ incremēta,quū Iſraelitæ iā diu armis deſueti,in fœdā ſeruitutē inciderūt.Eglon Moabitaꝝ rex deſidiā gentis ſpeculatus,haud qdē ferendū ratus,iners hoīm genus tam ocioſe in alieno ſolo regnare,finitimos Hebręoꝝ accolas bello adortus, breui ſubegit.Nullū aīal magis eſt iniuriæ obnoxiū,ꝙ hō ignauiæ ac deſidiæ deditus.

Iudæorum ſeruitus.

Victis tributū īperat,regiā𝔮; in Hiericunte ſibi deſtinat.Tenuit plures annos ſeruitus illa.Nec iam ullus erat ampli⁹ antiquæ uirtutis in tota gente reſpectus,iuxta arma libertatē𝔮; aſpernari,nec pietatis cultus iā multis curæ erat.Tulerūt igit̄ ignominioſam ſeruitutem duodeuiginti annos tā patiēter,ut nihilo meliores antea bellatores fuiſſent, ꝙ tum ſerui fuere.Erāt𝔮; adhuc diutius ſeruitiū laturi,niſi uni⁹ opa res eſſet in antiquū ſtatū reſtituta. Erat Aiothus iuuenis īpiger,Eglonis aulæ aſſuetus,is inter Moabitas plurimū uerſari ſolitus, D
lōga𝔮; cōſuetudine iā regi notior factus,quoties libitū eſſet ut intimoꝝ unus regiū cubiculū ingredi,erat𝔮; maior huic fides apud regē,quo petulātius Iſraēlitas inceſſere,uanitatē𝔮; genti & inertiā uulgo exprobrare.Solus ita𝔮; ſolū in cubiculo adeptus,cōtinuo occaſionē arripit diu expectatā,per ſpeciē nocturnę uiſionis interpretādę,q̄ noīe fuerat tū forte ad regē accerſitus,proxime accedēs ſedētē ferro trāſfigit.Cōpoſito inde uultu foras egreſſus,poſt ſe cubiculi fores occludit,uelut quieti deditū regē reliquiſſet.Ad ſuos inde populares egreſſus, Eglonē edocet à ſe clādeſtine interēptū.Iā tēpus adeſſe quo Iſraelitæ ſe,ſi uiri ſint,facile ī libertatē reſtituāt.Hi ueteris fortunę admoniti,cōfeſtim arma induūt.Inde facto in regiā impetu regios ſatellites incautos obtruncāt.Pari audacia & milites adorti qui nihil minus ꝙ defectionē ullā populi expectabāt,partim inermes adhuc,partim arma capiētes momēto cōficiūt.Ad decem milia Moabitaꝝ cæſa,reliqui medio tumultu dilapſi,ad Iordanē cōſternato agmine contendunt,ut amne ſuperato in pacatū abirēt.Sed hi quo𝔮; in ripa fluminis pri⁹ ab hoſte infeſſa, ad unū oppſſi periere.Atq; ita unius opa, q̄d nemo ob ea quæ iactare erat ſolitus ſperaſſet, libertas eſt Iudæis reſtituta:q̄ adeo inde ſtabilita eſt,ut octoginta deinceps annos ſub iudicibus,quā adminiſtrationis formā non nihil antea delibauerāt,totius gētis ſtatus pacatiſſimus fuerit.

Aiothus Eglonē regē interficit. Iudæi libertatem recipiunt

Quo tpis interuallo facta dicunt̄ ea, q̄ de Orithyia Ericthei filia ad poſteros uetuſtas tradidit.Puellā regiā à Borea Aſtrei filio, qui Thracibus imperauit, ui raptā, cuius cōpreſſu mox nati ſint Calais & Zetus,qui adulta ætate cū Iaſone in Colchidē nauigarūt. His rebus interiecta eſt memorabilis illa Phryxi & Helles ex Bœotia profectio. Nouercali odio ambo in diſcrimen adducti,non ariete aureū uellus habēte(ut Heſiodus & Pherecides Laginū ſecuti prodidere)ſed naui,in qua fuit id animal tutelę loco figuratū,ad Helleſpontū primo delati. Hic Helle caſu quodā amiſſa,Phryxus in Colchidē ad Æetā regē profectus eſt.A quo agnitus quis eſſet,& qua cōpulſus neceſſitate domo profectus,Chalciopes filiæ nuptias impetrauit.Palæphatus ſcripſit Arietē Phryxi nutritiū fuiſſe,cuius opera ſit ille nouercalibus inſidijs cū ſorore ſubtractus.Scio in hos annos reijci à quibuſdā quæ de Pādionis filiabus & Tereo,

Orithyia. Zetus. Calais. Phryxus. Helle.

omni

A omni fabulaꝝ nube excuſſa, priore ſunt à me uolumine relata. Satis cõſtat nõ in Thracia ſed
Phocide oĩa illa olim eſſe facta, ubi Daulis Terei regia Delphis uicina fuerit. Vbi per ea tem/
pora, quibꝰ illa facta dicunt̃, prima oĩm Phœmonoe Pythia oraculo præfuit. Hexametri car/
minis inuẽtũ huic Græcia retulit acceptũ. Sed Moſes ob ea, q̃ alio loco diximus, à pleriſq; cre
ditus eſt autor. Profunda fuit & alta Delphis ſpelũca, unde fatidicus ille ſpũs uirginibus hau
ſtus, eas in furorẽ uerſas multis futurorũ implicabat ambagibus. Ephorus oraculi originẽ ad
Phœbũ retulit & Themidẽ, q humani gñis cõmodo cõſulturi, quũ ad mãſuetiorẽ uitã morta
les prouocarẽt, moreſq; ex omĩ parte uellẽt caſtigatũ iri, factũ eſt ut q buſdã inibi cõſulẽtibus,
ipſe corã dederit reſpõſum, q̃da ꝑ edicta mãdans, aliqua oĩno ꝓhibens, pleroſq; ne admittẽs
quidẽ, atq; in hũc maxime modũ iſtitutã religionẽ, ꝓcedente tp̃e augeri, illuſtrariq; cõtigiſſe.
Sed tã hoc fabuloſum uideri poteſt, q̃ illud q̊d idẽ autor ſubijcit, Apollinẽ Delphos forte ad/
euntẽ ad Panapeã Tityũ, q ibi tyrannidẽ exercebat, uiolentũ hoĩem, & in ꝓximos accolas fla/
gitioſum ꝑemiſſe, mox & de Pythonis ſæuitia factus certior ab ijs, q circa Parnaſſum incole/
bãt, ſagittis ſit hoĩem cõfigere adortus. In q̊ cõficiẽdo qm̃ Hyele Pęan fuerit à ſpectantiũ mul
titudine idẽtidẽ ſubclamatũ, mos inde mãſerit, ut uox illa fauẽtiũ, inter alia eius pugnæ argu/
mẽta ſit poſtea in Pythicis ſacris uſurpata. Apollinẽ id antrũ ingreſſum fatidicã inde mẽtem
habuiſſe aiũt, ambigẽtes interim q̊d fuerit numẽ in eo ſpecu clauſum. Sed quo ſolicitiꝰ uerũ
requirũt, eo lõgius fabulãdo à ueritate recedũt. Veꝝ aliquis ibi malus dęmon inhabitauit, qui
futuroꝝ nõ oĩno ignarus, humanũ genꝰ huiuſmodi ambagibꝰ ludificatus eſt. Illud uero ſatis
cõſtat nullũ ab initio templũ fuiſſe circa oraculũ, ſed ipſum dũtaxat antrꝝ unde ſortes redderẽ
tur. Alcmeonidę Atheniẽſes in exiliũ acti, templũ ibi primũ cõdidiſſe dicunt̃, loco ab Amphi
ctyonibꝰ, ſãctiſſimo Gręcię cõſilio, ad idip̃m ĩpetrato. Qđ ad fatidici miraculũ antri attinet,
perſuaſum pleriq; habuerũt, eũ terræ hiatũ nõ in media ſolũ Græcia, ſed orbis etiã terraꝝ eſ/
ſe umbilicũ. Eleuat tñ rei fidẽ Aquilaꝝ eo in loco cõgreſſus, quẽ in argumentũ rei fabuloſa cõ
B mẽta eſt uetuſtas. Sed q̊ Phœmonŏe celebrata eſt tp̃e, Sycio in Achaia regnũ ſortitus eſt: un/
de oppidũ poſtea in ea terra celebre tenuit nomẽ, quũ Mecona antea diceret̃ & adhuc antiqꝰ
Ægialus. Vetuſta inibi regũ ſedes, longaq; reꝝ ſeries, quoꝝ Ægialeus uetuſtiſſimꝰ tradit̃, q
Nino fuit regi æqualis. Id nõ oppido ſolũ, peninſulæ etiã quæ Ægialea eſt ab initio nuncu/
pata, nomẽ fuiſſe credit̃. Succeſſit illi Europs, q ex tribus terraꝝ partibꝰ uni nomẽ dediſſe ui/
deri poteſt, ſi uera ſunt q̃ Herodotus de Europa Agenoris filia tradidit. Sed dũ Sicyo in A/
chaia regnat, Tros, unde Troas regio eſt, per id tempus Dardaniã in Phrygia tenebat, ex hoc
Ilus, Aſſaracus, & Ganimedes geniti, quoꝝ natu maximus cãpeſtria Troadis ſortitus, urbem
de ſuo noĩe Iliũ cõdidit. Fuit Laomedon huius filius, Laomedontis Priamus, & Tithonus.
Hic bellãdi ſtudio in Æthiopiã uſq; ꝓgreſſus, ex Ida Mẽnonẽ filiũ genuit, qui Troianis dein
de tp̃ibus ab Achille eſt circa Iliũ interfectus. Priamus in Troade regnauit, cuius opes Græci
(ut ſuo poſtea loco memorabit̃) funditꝰ euerterũt, Dardanij ſub Aſſaraco fuere. Is Capim ge
nuit, Capis Anchiſen, ex Anchiſe Æneas fuit, de cuius in Italiã acceſſu lõgior deinceps cõſtitu
etur ſermo. Ganimedem Troę genitũ Tãtalus (ut Phanocles tradidit) ad ſtuprũ rapuit. Te/
nuit is primo regnũ in ea Aſiæ parte, q̃ poſtea Paphlagonia dicta eſt, ex qua iniuria graue eſt
bellũ inter reges ortũ. Fuerũt ſcio qui à Ioue id factũ exiſtimarẽt, eſtq; hæc fama uulgatior.
Sed & haud dubie fabuloſa quæ de Aquilæ raptu tradunt̃. Id propius uero eſt, ꝙ ſub eo ſi/
gno ſiue terreſtre id fuerit, ſiue nauale, ſit puer ꝑ iniuriã abductus. In hæc q̊q; tp̃a coincidũt,
q̃ de Tityo & Latona, de Hippodamiæ & Pelopis certamine circa Achaicũ Iſthmũ ſunt me/
moriæ prodita. Euſebius quẽ in relatione reꝝ, ob tẽpora q̃ mihi digerit, potiſſimũ ſequor, Cy
renen ſcribit per hęc tp̃a fuiſſe in Libya cõditã. Ea cõditio, cõſtet modo tẽporũ ratio, ſic habet.
Battus qui ab exili & balbutiẽti uoce fuit nomẽ adeptus (ut Therei eius populares & Cyre/
nenſes poſtea narrare ſoliti ſunt) delphico oraculo inſtructus cũ duabus Thereoꝝ biremibus
in Aphricã nauigauit. Eſt Thera inſula in Ægeo, olim Caliſta dicta. Primo igitur Plateã A/
phricæ adiacentẽ occupat Battus: ubi quũ parũ feliciter ageret uitã, biennio poſt è regione in/
ſulæ, locũ amœniſſimis collibus, atq; ab utraq; parte fluminibus irriguũ (Aziriſto fuit illi no/
men) tenuit. Hinc quoq; accolarũ ſuaſu in eum locũ, ubi poſtea fuit Cyrene, eſt migratũ. Hic

Origo Heroici carminis.

Oraculorũ origo.

Delphici tẽpli origo.

Ilij cõditio.

Ganimedis raptus.

Cyrenarum conditio.

circa fontẽ, ꝗ Apollinis eſſe ferebat̃, Zoan oppidũ cõdidere. Quidã Battũ punica uoce regẽ **C**
ſignificari arbitrati ſunt, ob idq; eũ Battũ ab oraculo, ſub primũ acceſſum appellatũ, ut qui in
Aphrica eſſet regnaturꝰ. Cæteꝝ ſub tertio deinceps Batto plurimi Grecoꝝ in eã terrã nauiga
**Bellerophõtis expeditio.** rũt, ut cũ Cyreneis habitarẽt. His cõnexa ẽ Belerophõtis in Lyciã expeditio, quã totã ueteres
poëtæ ĩpudẽtiſſimis reꝝ figmẽtis adũbrarũt, nã quod ad Pegaſum attinet, Palephatus nauim
eam tradidit fuiſſe, qua ille uectus eſt, non equũ. Nauigia quũ ex alto cernunt̃, ſi forte contin-
gat remis agi, ob celeritatẽ mobilesq; utrinq; remoꝝ ordines procul ſpectãtibus alatoꝝ p̃bẽt
**Nyſa. Bacchus.** animaliũ ſpeciẽ. Quidã in hos annos Nyſæ cõditionẽ retrahũt, quã Baccho Semeles filio, ꝗ
per hæc fuit tẽpora, Euſebius aſcribit. Nos quæ ex aliorũ autoritate de Baccho & Nyſa ſenti-
remus, haud multũ diuerſo loco diximus. Nũc unũ adijciã, fieri potuiſſe, ut Nyſa, quę in Ægy
pto eſt Arabiæ propinqua à Thebano illo, cuius mentio incidit, ſit cõdita, quibus Diodorus
locis ipſius Bacchi cõſtituit nutrimẽta, antro ſcilicet inter Phœnicẽ & Nilũ medio, ubi & uitis
uſum & uini ab eodẽ mortalibus monſtratũ memorãt. Sed uetuſtior (ut aiũt) altera urbs eo-
dem nomine apud Indos cũ monte, quẽ Miron uocant. Vox hæc quia femur ſignificat nihil
diſſidet ab ijs, quæ poëtæ de Thebano illo iuniore fabulãtur. Sed hęc in medio relinquimus.
Dinarchus, quod ad Semeles filiũ attinet, eũ in pugna occubuiſſe prodidit, eiusq; ſepulchrũ
Delphis ſecus aureũ Apollinẽ monſtrari ſolitũ. Muliebri ſpecie idcirco figurari placuiſſe Phi-
lochorus credidit, quia fœminaꝝ cœtus ſint eius militiã comitati. Et ut de tota Cadmi proge-
**Cadmi progenies.** nie tam breuiter q̃ uere dicã, ex Hermione genuit ille Semelẽ, quæ caſu fulminis ſubito abor-
tu Bacchũ dicit̃ enixa. Fuerũt Cadmo p̃ter Semelen, Ino & Authonoë, & Agaue. Hæc Echio
ni nupſit, cui Pentheũ peperit. Authonoë ex Ariſtæo Actæonem. Ino Melicertã & Learchũ
ex Athamãte, æque oẽs tam cõiugio q̃ partu infelices. Quod ad uirilẽ ſtirpẽ attinet, ex eodem
Cadmo Polydorus procreatus eſt. Hic ut Herodotus ait Labdacũ genuit. Labdacus Laiũ, q̃
eſt Oedipus natus. Cætera q̃ de ipſo gẽtis autore, & tota ſtirpe memorant̃, ita ſunt poëticis fi-
gmentis intexta, ut ſine hiſtoriæ rubore (q̊d alio ſum loco teſtatus) tractari non poſſint, haud **D**
**Amphionis cantus qualis.** minus q̃ ea quæ de Amphionis cantu ſunt memoriæ prodita. Propius igit̃ uero eſt, potuiſſe
eum ſermonis ſuauitate agreſte & ferũ genus hoĩm ad molliorẽ uitæ cultũ traducere, qua po-
**Canere pro eloqui.** tiſſimũ uia ingreſſi credunt̃ cæteri mortaliũ, qui ab initio ſoliuagũ genus hoĩm in unũ coëge-
re. Sed quod eloquentiæ fuit, idcirco muſicę datũ crediderim, quia canere olim ueteres eloqui
dixerunt, idq; uſqueadeo ueꝝ eſt, ut Homerus uitæ caſtigatorẽ, quẽ Agamemnon ad Troiã
profecturus uxori dedit, muſicæ artificẽ uocet. Tam hæc igit̃ uetuſtatis gremio conuoluta ia-
cent, q; quæ de Spartis & Cadmo poëtico ſunt ſermone tradita. Quẽ hoc demũ tempore nec
prius in Bœotia cõſediſſe quidã memorãt, quæ ſi uera ſint, recentiora ſunt habẽda q̃cunq; de
**Terrigenæ.** eius progenie proximo loco diximus. Quod uero in terrigenas ille uiros inciderit, Palæphatꝰ
circũiectarũ regionũ eos incolas fuiſſe arbitratus eſt, qui in Cadmũ ſubito cõſpiraſſent, atq; ic-
circo è terra erupiſſe crediti, Spartiq; nominati. Et res aliaꝝ gentiũ in hoc erant ſtatu, quũ Iſraë
litæ mutuo Palæſtinoꝝ cõmercio, ab eo pietatis cultu, quẽ à maioribus acceperãt, penè aliena
ti in calamitoſum bellũ incidere. Iabinus rex Aſſori, Palæſtini & ipſe generis, trecẽtis peditum
milibus, & decẽ equitũ ad bellũ paratis, uniuerſam gentẽ iamdudũ bello deſuetã, haud maio-
re ullo negocio armis ſubegit, ſubactæ tributũ imperat. Sunt qui tradãt non regem, ſed regis
**Iudæi uectigales fiunt.** legatũ cui Syſaræ fuit nomen, id bellũ Iudæis intuliſſe. Verũ cuiuſcunq; ductu uis illata eſt, ſa
tis cõſtat, decẽ circiter annos Iſraëlitas bello uictos. Palæſtinis tributũ pepẽdiſſe. Sed tũ quidẽ
(ac ſæpe alias) cõtigit ut Hebræi maiore aliqua clade preſſi, ab luxuria & idolorũ cultu ad pie-
tatẽ reſpexerint, è cœlo opẽ & auxiliũ implorãtes, numineq; propitiato publicæ priuatæq; res
eorũ meliore cœperint ſtatu eſſe. Ignominioſa igit̃ clade feſſi quũ precibus & fletu pręſentiũ
malorũ finẽ exoptarẽt, factus eſt eis ad libertatẽ gradus. Erat tum forte in Hebręis Delbora
mulier fatidica, Lapidothi uxor, qui tũ iudex erat, cõmorabaturq; illa plurimum ſub palma
quadã inter Rãmã & Bethelon. Cõſulebãt Iſraëlitę popularẽ ſuã ut futuroꝝ pręſciã, tũ uero
identidẽ p̃cari, ut cœleſtẽ irã, ſi fieri poſſet, populo placaret. Interiecto deinde tempore, hęc ua
tes ex oraculo retulit, Iret Barachꝰ Neptalimiusq;, decẽq; lectorũ hoĩm milia ſecũ ad Taboꝝ
montẽ traheret, ibiq; loci oportunitate fretus, Palęſtinũ hoſtem intrepide expectaret, fore ut

claram

A clarã inibi uictoriã adeptus uiã ſibi & ſuis ad libertatẽ faceret. Detrectabat eã expeditionẽ Barach⁹ ſuę gentis opibus diffiſus, q̃ multis cladib⁹ alijs ſup alias uehemẽter afflictæ, haud tuto opponi uidebant Palæſtinoꝝ uirib⁹, q̃ iam ſupra modũ inualuiſſent. Perſtabat igit in ſententia, & q̃q̃ uatis uoce identidẽ moneret, multiq́; è popularib⁹ circũfuſi, ut timidũ & inertẽ arguerent, nõ prius adduci potuit, ut delectũ haberet, q̃ Delbora ſe gerẽdis reb⁹ interfuturã ꝓmiſerit. Vbi itaq; ad Taboꝝ uentũ eſt, timorq́; Palæſtinã terrã ꝑuaſit, Iſraëlitas in armis eſſe, Syſaras cũ numeroſo exercitu eo profectus eſt, primis Iudæoꝝ motibus occurſur⁹. Erãt regię copię multo ualidiores, q̃ à tam paucis ſuſtineri poſſent, terrebatq́; ea res Iudęos uehemẽter. Tũ Delbora Barachũ hortata in pugnã ire iubet, habituꝝ eũ in acie ꝓpitiũ numẽ pollicet. Fit ꝓlium. Vtriq; acriter occurrũt, hi diuina, illi humana ope freti. Cæteꝝ uix bene cõſertę fuerãt manus, cũ ſubita procella tonitruis, & fragore cœli cõfeſtim orta, aduerſa ora hoſtiũ diuerberat. Secuta grãdo ingẽs, tantaq́; cœli itẽperies, ut Palęſtini p̃ nimio torpore tela tenere nõ poſſẽt, quũ null⁹ pene ſenſus huius rei ad Iudæos ꝑueniret, uel quia à tergo tẽpeſtas illa è cœlo deiecta eſſet, uel (q̃d magis credo) q̓ ita p̃ſens numẽ uoluit euenire. Eſtq́; res eo facili⁹ in prodigiũ uerſa, quo magis eiuſmodi tẽpeſtas à locoꝝ natura abhorrebat. Cœleſti itaq; ui potius, q̃ pugnãtiũ uirtute Palęſtinæ ſunt copię deletę. Multi in acie occubuerũt, ſed plures oĩno in fuga. Syſaras ubi res perditas uidit, in Aberis cuiuſdã Cynei domũ eſt fuga delatus. Is unus ex Cynea familia, quæ Hebraici erat ſanguinis, ab uniuerſa gẽte fortunas tẽpoꝝ nouitate diſſociauerat ſuas, agebat interim pacate cũ Palęſtinis, nec procul inde habitabat, ubi pugna cõmiſſa eſt. Erat illi uxor Iahel noĩe, q̃ fugiẽtẽ Syſarã cõſpicata Palęſtinũ hortat ducẽ, ut remiſſa fuga ad ſe diuertat, futuꝝ pollicet ut apud ſe ſine ꝑiculo lateret. Ille uictorẽ hoſtẽ ſibi à tergo iſtare ratus, labore & fuga feſſus, in huius domũ ſeſe repẽte illatebrat, obtulit mulier lac bibere uolẽti, mox ſtragulis coopertũ iubet bono aĩo eſſe, ac tuto q̃eſcere, daturã ſe operã, ut Iudæos ludificatos procul inde ablegaret. Syſaras nup ꝓlio egreſſus, curſuq́; fatigatus, auidiſſimo inſup la

B ctis hauſtu demulctus, haud multo poſt in quietẽ reſoluit, quẽ ubi Iahel dormientẽ ſenſit, ferreo clauo & malleo arreptis, uno uehemẽtiore ictu iacẽtis tp̃a trãſfixit, hoſtẽq́; ita peremptũ, Baracho ueniẽti oſtẽdit. Hoc Iahelis facinus Barachus cũ uniuerſo exercitu uehemẽter probauit. Ipſe uno ꝓlio proſpere defunctus, ſpei & animi plenus, ultra in Iabinũ caſtra mouet. Qui audita ſuoꝝ cęde ingẽti ſtudio & celeritate affectas opes reparat. Cũ hoc quoq; Iſraëlitæ ſub primũ acceſſum cõflixere. Fuitq́; pugnæ huius euẽtus tam proſper Iudæis, q̃ priore ꝓlio fuerat. Cõciditq́; rex medio ardore pugnæ, cuius morte clarior uictoria facta eſt. Sic uno regno duobus ꝓlijs euerſo, res Hebræoꝝ in priſtinũ ſunt ſtatũ reſtitutæ, ꝓfuitq́; Barachus ſummæ reꝝ annos quadraginta. In quã tẽpoꝝ intercapedinẽ Theſei & Herculis geſta aliqua ex parte inciderũt. Fuerũt illi & ætate æquales, & cõſanguinitatis uinculo inter ſe cõiunctiſſimi, ex duabus patruelibus (ut Plutarchus ſcribit) ſororibus nati. Alcmena Hercules Lyſidice filia, Theſeus ex Æthra Pithei, qui Pelopis & Hippodamiæ fuerunt. Sed Herculanoꝝ operũ æmulus Theſeus, & ob id fortaſſe aliquãto minor natu. Satis cõſtat pleroſq́; uiros uirtute & fortitudine inſignes Herculis olim nomẽ tuliſſe, q̃d Cicero haud obſcure demõſtrat. Quare haud inepte ſuſpicari uident mihi illi, qui opera, q̃ unius Thebani Herculis eſſe credunt, pluriũ qui id nomẽ habuere, fuiſſe exiſtimẽt, Quippe q̃ neq; ab uno Hercule, neq; tp̃e uno geſta ſint. Cæteꝝ Graij ſanguinis ſcriptores, genus hoĩm in ſuã laudẽ plus nimio ꝓpenſum, in unũ illũ qui Corinthi, ut quidã tradũt, natus eſt, Thebis nutritus, oẽm reꝝ geſtaꝝ gloriã cõtulerunt. Quo fit ut in paucis eoꝝ, quę de illo ſunt memorię prodita, ſcriptoribus fides cõſtare poſſe uideat. Enimuero q̃d ad ipſius ortũ attinet, inter plures cõuenire uideo, ex Danaẽ Acriſij filia & Ioue Perſeũ natũ, ex Perſeo & Andromeda Cephei Electrionẽ, qui ex Euridice Pelopis Alcmenã procreauit. Alij ex Lyſidice Pelopis (ut dixi) & Hippodamiæ filio genitã tradiderũt. Fuitq́; Pelops Tantali filius, Tantalus Iouis, hocq́; ſtirps ductu abneptis ſit Iouis Alcmena neceſſe eſt, altero uero uno adepto gradu proneptis, apparetq́; ex eo procul à uero abeſſe, q̃cquid de Iouis & Alcmenæ coitu uetuſtas fabulata eſt, tanq̃ Iupiter, qui in humanis egit, & quẽ, quia homo fuit, ſeneſcere oportuit, fataliq́; demũ neceſſitati ceſſit, cũ abnepte coire potuerit, aut ſi per ætatem (q̃d haud credere ſit, fieri potuiſſet, quanta in decrepito homine fuit ſalacitas, ut ex

Delboræ oraculum.

Barachus. Taborũ occupat.

Tonitru mirabile.

Iahelis facinus.

Iabinus prælio uincitur.

Theſeus & Hercules.

Hercules plures dicti

De Herculis ortu.

Iouẽ nõ eſſe Herculis patrem.

Creta inſula capularis ſenex Corinthū nauigauerit,ut ꝓnepotis filiā uitiaret? Æquū igit̄ cre/ C
dere eſt Amphitryonis eū fuiſſe filiū,aut certe ignobili adulterio natū. Cui opinioni eo libenti
us accedo,ꝙ infantē Herculē expoſitū fuiſſe cōſtat,locūq́ꝫ ubi id fieri contigit Herculeū dein/
Theleboicū .bellum. ceps cāpū appellatū. Nec ab illis diſſentio,qui eiꝰ ortū in Theleboici belli tp̄a reijciūt. Tenue/
rūt Theleboē q cū Thebanis bellū geſſere,Acarnaniæ orā,inſulasq́ꝫ illi proximas quæ & ipſę
ſunt Theleboides dictæ. In hos Amphitryo Argis Electrionis cæde pulſus,cū Thebis habita
Amphitryo ret,Creontis regis iuſſu exercitū duxit. Bellū erat his cū Creonte conflatū,ꝙ in Thebanū agrū
hoſtiliter impetū feciſſent,resq́ꝫ ab eis repetitæ,nec redditæ eſſent. Sunt qui tradant Alcmenā
ea cōditione Amphitryoni cōnubio pactā,ut puellæ fratres à Thelebois interfectos uindica/
ret,ſed q̄cunq́ꝫ fuit ſuſcepti belli cauſa,ſatis cōſtat Amphitryonē p̄ter Thebanos Locrenſium
auxilijs & Phocenſiū uſum cū Thelebois acie dimicaſſe,Pterelaq́ꝫ eoꝝ rege in pugna occiſo,
Herculis ty rocinium. ingentē ex his uictoriā reportaſſe. Hæc propiora uero ſunt,q̄ qua de duaꝝ noctiū cōtinuati/
one,deq́ꝫ uberibus,& nouercaliū mōſtro anguiū tradunt̄. Nec illa multū à fide abhorrēt,quæ
de eo adoleſcēte adhuc memorāt,ducē ſe æqualibus exhibuiſſe,ad Thebas ſeruitute liberan/
das. Pendebāt Thebani ea tēpeſtate Ergino Minyarū regi tributū. Id ille cū ſuperbe nimis à
Thebanis exigeret,autor ſuis popularibus fuit Hercules,tributi haud amplius mittendi,ut &
regis legati ob idipſum Thebas miſſi,cōtra ius gentiū pulſati urbe eijcerent̄. Erginus ad Cre/
ontē regem miſit,qui ab eo ſciſcitarent̄,publicō ne cōſilio uiolati eſſent,an priuato,q Thebas
ad tributū exigendū à ſe miſſi eſſent. Qđ ſi paucoꝝ ea iniuria fuiſſet,poſtulare ut autores ru/
pti fœderis ad ſuppliciū dederent̄. Creon Minyaꝝ opes extimeſcēs cēſebat Herculē,& q eius
culpæ participes eſſent,Minyis dedi, ſatius ratus paucoꝝ ſupplicio,q̄ totius patrię excidio id
facinus expiari. Et iam de dedēdo cœptū erat agi, quū ille iuuentutē ad capiēda arma hortatꝰ
facile perpulit,ut ſe ducē ſecuti uno agmine irent,patriāq́ꝫ à ſeruitute uindicarēt. Nulla tū pri
uatim erant Thebanis arma,ne quid noui moliri poſſet ciuitas. Igitur in templa diſcurrit̄,ut
inde ſacrata arma reuellerēt. Quibus tumultuoſe deprōptis,iuuētus aliquāto tumultuoſiꝰ ad D
bellū inſtruit̄. Properauit Erginus bellū occupare,ut priuſq́ꝫ Thebanoꝝ motus inualeſcerent,
Erginus & inchoatā defectionē opprimeret. Venientē Hercules cū ualida manu iuuenū inſeſſis locoꝝ an
Minyæ ab Hercule uin cuntur. guſtijs hoſtē ex improuiſo aggreſſus,leui certamine ſuperat,regēq́ꝫ medio prælio obtruncat.
Inde Minyaꝝ opibus una aduerſa pugna grauiter acciſis,uictor Orchomeniū Minyarum ca
Megara Herculi de/ ſpondetur. put euertit. Huius uictoriæ fama Gręciā peruagata reddidit nomē Herculis ex obſcuro clarū,
ex ignobili celebre. Creon adoleſcētis prudentiā,p̄maturāq́ꝫ uirtutē cōplexꝰ, Megarā ei filiam
Euriſtheus. deſpōdit. Inde oraculo inſtuctus Hercules,ut ad īmortalitatē nōis cōſequendā q̄cūq́ꝫ ab Eu/
riſtheo propoſita eſſent certamina,ea ītrepide capeſſeret. Erat is Steneli filius,Argisq́ꝫ regna/
bat,ut Diodorus ſcribit. Alij autores ſunt poſt Pelopē regnū ex Argis Mycenas ab eo trāſſla
tum,ibiq́ꝫ Euriſtheū regnaſſe. Cōtēpſit ab initio ferociſſimus iuuenis oraculi p̄ceptū,indignū
ratus,cū qui uiribus & fama longe alios anteiret,ignauiſſimi regū ſubijci imperio. Factū itaq́ꝫ
eſt ut in ſubitū inciderit furorē. A qua mentis ꝑturbatione poſteaq̄ reſipiſcere eſt datū, aliquā
diu publico cōgreſſu abſtinuit. Mox uero in priſtinā reſtitutus ualetudinē, irā ueritus numi
nis ad Euriſtheū ultro ſe cōtulit. Cuius ſecutus imperiū leonē immani ſtatura petijt, quē inter
Nemeæus leo. Cleonem & Phliuntē Argiui Arcadiciq́ꝫ agri loca ſtabulari rumor erat. Hic ſpecu quo belua
ſe ex uenatione & p̄da recipiebat,obicibus & mole obſtructo multa indagine uitabūdā feram
eo uſq́ꝫ eſt inſecutus,donec cū ea cōgreſſus arctiſſimo ſtrāgulauit nexu. Scio ego hæc, & quia
poētarū ſint libris inſerta,multorū opinione à fide laborare,tū ꝙ pluribus ſit perſuaſum. Ne/
męum Leonem & aprū Erimanthiū immanis efferatiq́ꝫ animi fuiſſe uiros: conſtat p̄terea in
Europa niſi inter Neſſum & Acheolū flumina leonē non generari,eſtq́ꝫ rei huius autor Pli/
nius,qui ſi uulgo etiā naſceret̄ à fide tamē abhorret ſolo hoīs cōgreſſu tale mōſtrum potuiſſe
Leonis capi te obtecti fragilitas. cōfici,niſi illud ſequat̄ aliquis,ꝙ id animal capite leuiter obducto,q̄uis p̄ualido & immani cor
pore,ſine ullo maiore conatu humi affligit̄,quæ occulta uis naturæ caſu poſtea dep̄henſa eſt,
ſæpiuſq́ꝫ Romę publicis uenationibꝰ ſpectatū,ut ferarū cōfectores pallio in aduerſum leonē
iniecto,belluā ſine ui ulla ut ouē unā molliſſimā ad terrā deiecerint. Sed utcūq́ꝫ hęc ſe habēt,
quæ de Nemęo Leone & Apro Erimanthio tradunt̄, neq́ꝫ pro ueris affirmare in animo eſt,
neq́ꝫ

A neq; pro falſis repudiare. Illud inter plures cõuenit, Herculẽ leonis exuuias (q̃d heroũ peculiare fuit) in cõfectæ belluæ argumentũ geſtare perſeueraſſe. Quæ uero de Lernęa Hydra memorãt, nõ opinione ſolũ, ſed autoritate etiã pro uanis refelluntᷣ, eſſe mõſtrãt lacũ eum Argiui Myceniq; agri, q̃d uſq; adeo uerũ eſt, ꝙ aliq̃ñ purgari cõtigerit, ut abierit res in prouerbiũ, etſi Plato uir ſummus eũ ſophiſtã fuiſſe opinatus ſit. Nihil p̃terea dubiũ eſt Centauros biformes falſo creditos, quippe qui uiri fuerint, Pelijq; Theſſaliæ mõtis accolę, à quibus primũ mõſtrata ſit ratio ex eq̃ dimicãdi, ſed accidiſſe aiũt; ut cũ forte circa Peneũ amnẽ ſedentes aq̃rent, haberentq; potantes equi ora fluctibus ĩmerſa, eam procul ſpectãtibus ſpeciẽ p̃buiſſent, quã in Cẽtauris poſtea figurãdis credula exp̃ſſit uetuſtas.

Hydra. Lernæa.

Cẽtaurorũ fabuloſa figuratio.

Fuit itaq; Hercules pugna illa memorabili aduerſus equites non mõſtra defunctus. Ferũt id bellũ temere pro Pholo centauro in eã gentẽ conflatũ. Accidit aliquãdo ut inſueto uini hauſtu, ſeu, ut quidam perhibẽt, ſolo odore, Centauri in ſubitã temulentiã uerſi, tumultuoſe in Pholũ, apud quẽ tum forte Hercules in hoſpitio erat, impetũ fecerint. Ille indignũ ratus hoſpitales ſedes mẽſasq; quib⁹ accubuerat, inpune ſe p̃ſente uiolari, Pholi antrũ infeſtius irrũpentes, primo foribus ſubmouit, inde ſagittis uſus, Daphnim, Argeũ, Amphiona, Hippotionem, Thereum, & alios pleroſq; fœda cæde proſtrauit.

Pholus.

Pholus poſt pugnã quũ ſagittas iacentiũ corporibus eximeret, unaq; manibus excidiſſet, fortuito caſu ictus perijt. Nec Lernęę Hydrę ueneno, ut in fabulis eſt, ſagittas Herculis fuiſſe illitas crediderim. Vetus Corinthiorum mos fuit, ubi Hercules eſt natus, uenena in hunc uſum cõficere. Pholus quo habitauerat loco eſt ſepultus, mõtiq; inter cæteros Hemoniæ illuſtres nomẽ ad poſteros dedit. Q̃d Stiphalidas aues æneæ tabulæ ſonitu abegerit, purgaueritq; aquarũ diriuio Augei aulã ſordibus oppletã, ingenij uerius q̃ roboris ſunt opera. Nec illa multũ fidei ſibi uẽdicãt, quæ de Æripede Cerua, & Cretẽſi tauro in fabulis traduntᷣ. Neq; enĩ eiuſmodi ſunt ut poſſint in hiſtoriarũ ſcæna honeſta collocari.

Stimphalides aues.

Taurus Cretenſis.

His ille certaminib⁹ funct⁹ Olympicũ Agonẽ inſtituit, ut diciᷣ. Id plures tradũt q̃ ꝙ antiquior eodẽ noĩe ali⁹ qui

B unus fuit ex Idęis dactylis, ludicri autor extiterit. Et ſi hoc q̃q; q̃d de Alcmenę filio memoraᷣ, uarie eſt ut uideo receptũ, ꝙ Troianis t̃pibus certaminis huius ſacri neq; corona fuerit ulla, ut quidã ſcribũt, neq; ludicrum. Quæ ſi uera ſint, pro falſis refelluntᷣ quæ Plinius, Plutarchus, & Diodorus de ea re memoriæ prodiderũt, ꝙ ſtadiũ inibi Thebanus Hercules præter Alpheũ ſit demẽſus, oleamq; longo poſt t̃pe eodẽ loco mõſtrari ſolitã, unde coronã ſibi ille decerpſerit, quippe qui primus omniũ eo agone uictor extiterit, non quia certamine fuerit quiſq; ab eo ſuperatus, ſed ꝙ nemo cũ illo ſit cõgredi auſus.

Diuerſæ de olympico agone opiniones.

Qui Iliacis tẽporibus olympiæ negant ſacrũ fuiſſe ullũ ſolẽne, Homeri teſtimonio utunᷣ, ꝙ nullã poëta ei⁹ rei mẽtiõne fecerit, tantum celerrimos equos ab Augea Eleorũ rege, quũ ad ludoꝝ p̃mia miſſi eſſent abactos dixit, q̃d ſi de Olympiacis accipiat aliquis dictũ, haud dubie fateri oporteat, certamen illud & eius p̃mia Troianũ bellũ p̃ceſſiſſe. Fuerũt qui ad Pyſeos, p̃pinquos accolas uetuſtæ rei originẽ referrent, ob idq; ſoli Pyſenſes Troianę fuerint expeditiõis ĩmunes, q̃ Olympio Ioui ſacri cẽſerenᷣ, cui id q̃nquẽnale cõſtitũ eſſet ludicrũ. Vnde id annorũ ſpatiũ eſt Olympias Grecis dictũ. Fuit intra Pyſeorũ fines Olympij Iouis templũ ſtadijs minus trecẽtis ab Elide, & ante templũ lucus agreſti ueſtitus olea, in quo ſtadiũ ludorũ cauſa, cõparatũ memorãt, id Alpheus amnis ex Arcadia decurrens p̃terfluit.

Olympias.

Attinet Triphylia ad Pyſeũ agrũ, unde & Triphilicũ Iouẽ dixerunt quidã. Tres olim gentes eã terrę portionẽ tenuere, unde & nomẽ fuit ſolo inditũ, Epei primo, inde Minyæ ſecuti, poſtremo Elei in eũ locũ ueniſſe dicunᷣ. Eſt inibi & Olympia, incertũ, loc⁹ ab Olympij Iouis tẽpli inſigni dictus, an Olympius ipſe Iuppiter à loco. Diodorus ſignificare uideᷣ à tutore quo puer ille uſus eſſet, id cognomẽ inditũ.

Triphylia.

Fuit eodẽ ĩ tẽplo memorabile Iouis ex ebore & auro ſimulacrũ Athenienſis Phydiæ opus, quod nemo unq̃ potuit imitari. Homericũ carmẽ pro typo artifici fuit. Sed quũ ex omni alioqui parte eſſet elegãs, in ſymmetria erratũ arbitrati ſunt quidã.

Iouis ſimulacrum.

Mirũ ad hæc, q̃d de Alpheo tradiᷣ, eum ex Triphylico littore ſubter mare in Siciliã fluere, hicq; ad Arethuſam Syracuſanũ fontẽ iterũ caput tollere, in mareq; dilabi priore nomine amiſſo, Fuitq; Pindarus in ea opinione, & ex noſtris Maro Pindarum, ut credo, ſecutus. Cæterũ ne poëtis oĩno abrogeᷣ fides, Timeus fuit eius rei autor, eo ut arbitror argumẽto adductus, ꝙ fama eſſet, poculũ Olympiæ in alpheũ caſu quodã deiectũ,

De Alpheo & Arethuſa

 in Are-

in Arethuſa extitiſſe. Obſeruatū p̄terea Olympiacis ſacris ob celebrē Gręcię in eū locū, cōuentū, ſordib⁹ in amnē delabētib⁹, ipm circa Syracuſas fonte turbidū fluere ſolitū. Sed ſatis conſtat Alpheū ipſum in pelagus euolui, nec ullū eſſe circa mare terrę hiatū, quo abſorpt⁹ ſubtermeare poſſit, neq; eo impetu pelag⁹ ingredit̄, ut potabiles aquas in Siciliā per tantā maris uaſtitatē ſecū ferre poſſit, q̄d uix de Rhodano, per Lemanū lacū ruente uerius q̄ labēte, perſuaſū uideo. Apparet itaq; fabuloſum id totū eſſe, q̄d de Alpheo uetuſtas credidit, uel ex eo maxime, q̄ Strabo autor grauiſſimus negat ullū circa mare eſſe ſpecū, p̄ quē demiſſus amnis, tā miraculoſos moliret̄ curſus. Illud in Alpheo memoratu dignū, q̄ eius aquæ albas tollere credunt̄ maculas & impetigines, unde & nomē amni datū uideri poteſt. Sequunt̄ cætera Herculis geſta, ſed adhuc cūctantius ob fabulæ propinquitatē referēda, quid ēm minus credibile dici poteſt, q̄ certatim eū eſſe à ſupis omni armoꝝ gn̄e inſtructū? niſi quis oīa q̄ ad uitę uſū q̄q; humanis ſint actib⁹ accōmodata, ad eos, q talia iuenere, cēſeat referēda. Q̄d p̄ Ioue circa Pallenē ſteterit gigāteo bello, p̄terea q̄ alio ſunt à nobis loco de gigātibus tradita, fuerunt qui interpretarent̄ id genus hoīm inter auxiliares copias Titanib⁹ aduerſus Iouē affuiſſe, qui pro ceriore ſtatura uiri, à Cretēſibus ſagittarijs q̄bus eſt eo bello Iupiter uſus, ad unū propemodū ſint ſagittis confixi. Nec Caucaſi mōtis iuga maiori caligine obducta crediderim, q̄ q̄ de Promethei uinculis inibi ab Hercule abruptis, deq; aquila ſagittis ab eodē deiecta, Diodorus & alij p̄didere, niſi intētiorē hoīs curā, perpetuāq; cœleſtia inueſtigādi ſollicitudinē ab eo leuatā interpretari oporteat. Cōſtans fama eſt, fuiſſe Herculē aſtrorū ſciētiæ haud iperitū, quo argumento apparet, q̄ plurimoꝝ heroū fuere, ad cū qui Alcmenæ fuit, uana pſuaſione referri. Vix crediderim fieri potuiſſe, ut is qui mōſtra rerū oībus ſit terris inſectatus, aſtroꝝ ſcientiæ tam ocioſe uacare potuerit, ut maior aliquis inde profectus ſit ſecutus. Satis cōſtat Atlantē à quo Hercules eā diſciplinā adeptus dicit̄, Perſeo æqualē fuiſſe, aut aliquāto natu maiorē. Perſeus Alcmenę fuit proauus, q̄ colligit̄ neq; ætate, neq; locoꝝ cōmercio cōtingete potuiſſe, ut Hercules fuerit ab eo inſtitutus, nec multo plus cōſtabūt tp̄a, ſi ad eū Atlantē, qui in Italia regnauit id referas, neq; ad Maiæ patrē, qui Arcadię fuit incola, ea inſtitutio referri poteſt, qui multū diuerſa fuit ætate. Veriora igit̄ uident̄ mihi ſecuti, qui Herculē à Lino edoctū credidere. Eſt prętereа Tyrida locus circa Biſtoniū Thraciæ ſtagnū Diomedis ſtabulo infamis, ubi uetus opinio tenet illū diro equaꝝ laniatu hoſpites cōficere ſolitū. Id quoq; mōſtrū Tyrāni nece ab Hercule expiatū fama eſt. Secundū hæc quę adhuc memorauimus, cū Iaſone ille in Colchidē nauigaturus Hylæ miniſterio priuatus, in Myſia deſedit. Cæteꝝ haud prius de ipſius rebus eſt hic dicendū, q̄ eius uetuſtiſſimæ nauigatiōis, q̄ res deinceps ab Hercule geſtas nōnihil p̄ceſſiſſe uidet̄, cauſam & rationē explicauero. Scio ego fuiſſe qui traderēt Iaſonē æmulatione rerū à Perſeo geſtaꝝ accēſum diu aīo agitaſſe, qua potiſſimū uia p̄clare alicuius rei fama ſuū nomē illuſtraret, materiāq; illi ab domeſtico odio inter ipſos lares ortā. Erat ei Pelias patruus, cui alta iuuenis indoles ab initio fuerit ſuſpecta. Atq; ob id ſollicitus aīo q̄rere, q̄ eū famæ decoriſq; parādi p̄textu, p̄cul domo poſſet ablegare, uū huic q p̄iculo obijciēdus erat aliq̄d nomē ſi nōre, ſpecie ſaltē q̄reret̄. Datus erat à patre Chironi inſtituēdus Iaſon, eaq; lege Peliæ fratri Iolchi imperio Æſon ceſſerat, ut tātiſper penes illū ſumma rei eſſet, q̄ad maturus regno filius in patriā reuerteret̄. Sed libido iperādi, q unus in hoīe plurimū dn̄at̄ affectus, quiq; humana & diuina ſæpe uertit iura, ſimul & deorū ſortes, quibus monitus erat, cauendū eſſe, uelut regni uitęq; certiſſimū exitiū, eū q altero ad ſe pede nudus ueniret, quali poſtea habitu Iaſon domū reuerſus Peliæ occurrit, q ad Enipeū amnē, quū torrētior ſolito flueret, uadādo luctatus alteꝝ impetu fluminis calceū amiſerat, ſenē ad inſidiandū iuueni impellebāt. Fuerūt qui crederēt eū ueritū ne Aeſon filij præſentia fretus, à ſe regnū repeteret, quo ſe metu ut maturius & ſine inuidia leuaret, Iaſoni ſatis per ſe ad laudē incitato, ut in Colchidē nauigaret autorem extitiſſe, quū diceret cōpertū ſe habere uim auri igentē in ea terra obſeruari, q̄d Theban⁹ Phryxus eo ſecū naui detuliſſet. Fuiſſe eū Athamātis filiū, qui Crethei, quo Aeſon pater eſſet genitus, fuit frater. Factuꝝ itaq; eū rem nō ſolū memorabilē, ſed cui ob æquitatē unà dij eſſent hoīeſq; fauturi, ſi auꝝ q̄ nō modo gētis, ſed familię q̄q; olim fuiſſet, ex terra procul repoſta ignotoq; hominū

De Rhodano.
De Alphei uirtute.
Gigātei bellirati o.
A quo Hercules edoctus.
Atlantis æuum.
De Diomedis cæde.
Iaſonis in Colchidem nauigatio.
Pelia
Chiron Iaſonē inſtituit.

A hominũ gñe repoſceret. Paratuꝝ ſe nauim noua forma, eaq; lõge expeditiſſima, quo tutiꝰ ce-
leriusq; eo ueniret. Nõ defuturos ex Graia iuuẽtute, q & ipi cupiditate glorię accẽſi, ultro ſint
nauim cõſcenſuri. Pergeret modo ipſe rei famã occupare. Cætera quæ ad negociũ pertinerẽt,
mature affutura. Aſſenſus eſt his Iaſon. Nauiſq; in ora Magneſiæ inſtructa, ad Pagaſas, ut Vbi nauis
Callimachus & Strabo arbitrati ſunt. Diſtat locus ſtad. uiginti ab Iolcho, ab req; loco nomẽ Argo con-
factũ prodidere quidã. Alij à fontiũ propinquitate credere maluerũt. Pindarus ad Demetria ſtructa.
dem urbẽ Pagaſis finitimã Argo nauim cõpactã ſcripſit. Ea longaꝝ nauiũ prima tradit̃ ma- Cur Argo
re ingeeſſa, atq; à celeritate nomẽ adepta. Sic ueterũ ſcriptoꝝ quidã & in his Diodorus memi nauis dicta.
nere. Apollonius ab Argo, qui eã fabricatꝰ eſt, credidit nominatã. Pherecides ab Argo Phry-
xi & Chalciopes filio. Sed ꝗcunq; fuit noĩs cauſa (nam ea oĩno ambigue tradit̃) magnus ob
noui operis famã (ut taliũ ignara erat uetuſtas) in tota Græcia factus eſt animoꝝ motus, uul-
gataq; nauigationis fama, multi uiri fortes laudis cupiditate accẽſi, alij Peliæ, cuius opes tum
amplę in Theſſalia erant, gratificaturi, ultro ſe Iaſoni comites obtulerũt. Sed quatuor & qua-
draginta ex omni flore hoĩm recepti, ꝗrũ clariſſimi Hercules, Telamon, Orpheus, & Peleꝰ, Argonau-
quẽ Achilles filius illuſtriorẽ fecit. Fuerint ne Heroes ipſi Minyę appellati, an alij circa Iolchõ tæ.
minus illuſtres uiri, ex qbus ſit remigiũ expletũ, merito dubitari poſſit. Apolloniꝰ Minyas cre Vnde Mi-
didit primores illos Gręciæ uiros, qui naui ſacra ſunt in Colchidẽ uecti, ab eo ꝙ circa Iolchũ nyæ nomi-
habitarẽt, eſſentq; ex nobiliſſimo filiaꝝ Minyi ſanguine procreati. Sed cũ idem autor, tũ Or nati.
pheus Heroas ipſos remigio admotos haud dubie demõſtrant, ꝗ argumẽto facile poteſt in-
telligi qua magnitudine fuerit Argo, ꝗ tã paucos cœpiſſet remiges, niſi aliqs multo plures his
mixtos fuiſſe exiſtimaret, q remigiũ expleuerint. Cæteꝝ nõ niſi illuſtriſſimũ queq; carmine ce
lebratũ. Herculi oĩm cõſenſu ſumma rei ab initio ꝑmiſſa eſt. Quidã autores ſunt imperiũ ab
eo repudiatũ Iaſonẽ obtinuiſſe. Ex Aphete (locus eſt haud procul à Pagaſis) Minyę ſoluerũt,
mox Aton mõtẽ & Samothraciã ꝑteruecti, graui tẽpeſtate iactati Sigæũ Troiæ ꝓmõtoriũ te
B nuere. Miror Diodoꝝ quẽ ĩ hac ꝑte ſeqmur, nullã de Minyaꝝ in Lẽnũ appulſu, mẽtionẽ fe
ciſſe. Orpheꝰ, Apolloniꝰ, & qcunq; argonautica ſcripſere, Iaſonẽ apud Hypſipylẽ ĩ hoſpitio Vnde di-
fuiſſe tradũt. Fuit hæc Thoãtis filia, quã fama eſt cũ popularibꝰ ſui ſexus ob ſuſpitionẽ pelli- greſſi Argo
catus in uiros cõiuraſſe, atq; nocte una mares oẽs ꝑter Thoantẽ, quẽ cede ſeruatũ medio tu- nautæ.
multu ꝓcul Lẽno filia ablegauit, occidione occiſos. Lẽnij uiri incõptis nauigijs uſi Thraciã in
greſſi multã ĩde ꝑdã & cũ ea uim fœminaꝝ ingentẽ abduxere: quas cũ uulgo ꝓ uxoribus ha
bituri dicerẽt, occupaſſetq; temere is rumor Lẽniadũ fœminaꝝ aures, uiros ĩ inſulã reuerſos
ex cõpoſito nocte una obtrũcarũt. Erat igit̃ tũ Lẽnos ĩ muliebri ĩperio, Hypſipyleq; late in ea
regnabat, quũ nauis Argo eſt illuc appulſa. Fama eſt paraſſe prĩo eas uim ĩ ignotos hoſpites. Lemniadũ
mox uero ſiue metu ſiue ꝓcreatiõis cupiditate, ꝑſſo ĩpetu ad naues ſciſcitatũ miſiſſe, q morta- facinus.
liũ eſſent, & qd ſecuti Lẽnũ petiſſent. His reſpõſum, Iaſonẽ Æſonis filiũ ueniſſe, cuiꝰ patruus
Pelias ĩ Theſſalia apud Iolchũ regnaret, eſſeq; cũ eo Graij ſanguinis lętiſſimos iuuenes, q in
Colchidẽ tẽdẽtes, curſu tẽpeſtate excuſſi, ea loco tenuiſſent. Tũ uero Hypſipyle áliæq; Lẽnia-
des cognito q uiri eſſent, & qd ſecuti illuc nauim appuliſſent, argonautas cũ ipſo duce hoſpi-
taliter ĩuitatos, ĩ urbẽ inducũt. Fuerũtq; Minyę ĩ hoſpitio plures dies. Eſtq; (ꝗd ſatis conſtat)
Hypſipyle grauida ab Iaſone relicta. Ex quo duos poſtea ſit uno ꝑtu filios enixa: Euneũ &
Thoãtẽ, q poſtea ad Thebas cũ Argiuis militaſſe tradũt. Veꝝ ſiue Lẽno ꝓfectꝰ, ſiue tẽpeſta-
te (ut dixi) iactatꝰ Sigęũ (ꝗd iter oẽs cõuenit) tenuit Iaſon. Nouæ hic fabulaꝝ tenebrę obten- Argo ad Si-
dũt̃, ꝗ hiſtoriã à libero curſu reꝝ ꝑplexitate remorẽt̃. Ferũt Heſionẽ Laomedõtẽ genitã ſub gæũ appel-
id tp̃s marinę belue ad piurij expiationẽ expoſitã, Herculis ĩteruẽtu ſeruatã, cui quũ inuictos litur.
eꝗs, ꝗs pro ea pactꝰ fuerat, Laomedõ abnegaſſet, ita accidiſſe aiũt, ut Iliũ ſit ab Hercule expu-
gnatũ. Cęteꝝ poſthabitis, ꝗ de puellę expoſitiõe obſcura memoria ad poſteros manarũt, ꝗ ĩ
utrã ꝑtẽ accipiẽda ſint, poẽtę uiderit, ueriora oĩno mihi uident̃, ꝗ de Ilio capto & Laomedõtis Iliũ ab Her-
morte plures tradiderũt, ꝗ ꝗ ĩ his ꝗq; neq; belli cã neq; rõ ſatis liq̃re põt ĩ tã lõgo uetuſtatis receſ cule expu-
ſu, Sũt q ꝓhibitũ hoſpitio Herculẽ dicãt regi ĩopinatũ bellũ ĩtuliſſe, alij abnegatę mercedis gnatur.
ira cõmotũ, Laomedõtẽ & Ilieſes bello ꝑſequẽdos cẽſuiſſe. Pleriq; ꝑdę cupiditate nobiliſſimo
rũq; eꝗꝝ fama ĩ Phrygiã eã nauigaſſe exiſtimãt. Sed ut hęc ĩ obſcuro ſũt, ita et Heſiõe: de ab
ducta

abducta, q̃ Thelamoni ceſſit, & ꝙ Ilieſes inter deos Herculẽ nõ fuerint uenerati, certiſſima rei C
q̊ q̊ mõ geſtę argumẽta uideri pñt. Cæterꝝ q̃n ĩ re tã ꝑplexa haud oĩno abſurdũ ſit opinione
uti, multo ueriora mihi uident̃ ſecuti illi, q in aliud tp̃s eã Herculis expeditionẽ reijciũt, q ſuo
nõ aliẽo ductu ad Iliũ nauigarit. Oportuit eñ Heſionẽ ĩ Põtũ abductã, ſi iter eũdũ Troia fu
iſſet capta q̊d, nẽo eoꝝ ꝓdidit q argonautica ſcripſerũt, nec ab Hercule ĩ Myſia relicto uideri
põt Iliũ euerſũ. Q d̉ ſi ita eẽt, nõ uideo q̊ merito Thelamõ Heſionẽ ſortiri potuerit, quẽ cõſtat
ĩ Colchidẽ ueniſſe. Nec oĩno his accedo, q aureo uellere capto põticũ mare, boſphoꝝ & ꝓpõ
tidẽ argonautas remẽſos, Herculis ductu, ſubito ut Iliũ adortos ſcribũt, quũ multo plures ꝓdi
derint Æetæ & Colchoꝝ metu, ne ad Boſphori fauces cũ ſuis opprimeret̃, Iaſonẽ nauigatiõe
lõge diuerſa in Theſſaliã reuerſum. Sed q̃ de Minyaꝝ reditu & Ilio capto Diodorꝰ alijq́ꝫ me
minerũt, ſuo erũt loco explicãda. Nũc cætera nauigatio exequẽda eſt, quã illi, q̊ꝝ nuꝑ mẽtio-
nem feci, ita ferè digerũt, ut dicãt Argo ex Sigæo digreſſam iterꝝ fœda tẽpeſtate iactatã, cæte-
riſq́ꝫ in manifeſto diſcrimine deſperãtibus, Orpheũ uoto Samothracibꝰ dijs nũcupato reme
diũ aduerſus ſæuientẽ ꝓcellã demõſtraſſe. Adijciũt miraculo, q̊d niſi cõſtaret id natura fieri, ꝓ
mẽdacio repudiaſſe, quũ Minyæ medio ꝑiculo tenerent̃, duplex lumẽ Caſtoris & Pollucis ca
pitibꝰ effulſiſſe, nec ita multo poſt pelagus ſæuire deſijſſe, & ob eã rẽ credita iuuenũ diuinita-
Caſtorei ignes. te ſubitos eiuſmodi ignes in mari Caſtoreos appellatos. Geminæ ſunt uelut fulguꝝ effigies,
q̃ alias nocturnis militũ uigilijs ĩ piloꝝ cuſpidibꝰ ſedere, alias ꝑ antẽnas cæteraſq́ꝫ nauiũ ꝑtes
uagæ, uocali q̊dã ſono uagari ſolitę. Graues, quũ ſolitarię uenere, mergẽteſq́ꝫ nauigia: Gemi-
nę & tũc q̄dẽ & ſemꝑ alias ſalutares, ꝓſperiq́ꝫ curſus nũciæ, ſuoq́ꝫ aduentu dirã illã & minacẽ,
quã eodẽ argumẽto Helenã dixere, fugare credunt̃. Res miraculi loco accepta, fecit ut Caſtor
& Pollux religioſe à nautis colerẽt̃, portuq́ꝫ ſoluturi Samothracibꝰ dijs, q̊s ego malos alioqui
Phineus. dęmões interꝑ̃tor, pro ſoluẽtiũ ſalute ſacra facerẽt. Ad Phineũ dein uentũ, de quo propiora
uero ſunt, q̃ Diodorus ſcribit, q̃ꝫ quæ Orpheus & Apolloniꝰ. Is duos ait filios Phineo fuiſſe
ex Cleopana Orithiæ & Boreæ filia, cui adhuc uiuẽti Phinẽꝰ Ideã Dardano Scythaꝝ rege D
ortã ſuꝑduxit uxorẽ. Adoleſcẽtes matris ſuaſu uim nouercæ intulerũt, ob idq́ꝫ à patre atroci
ſupplicio dãnati, ita forte accidit ut ſub id tẽpus q̊ Minyę eo nauim appulerũt, ambo pœnas
expẽſuri, ĩ ipſo littore deſtituti ad ſuppliciũ ſtarẽt. Verterũt illi rei atrocitate nouoꝝ hoſpitũ in
ſe oculos, coꝝ fidẽ flebiliter ĩplorãtes, ſimul Phinei cõtumeliã in Cleopanã matrẽ, & odiũ in
filios miſerabili cõploratiõe memorãtes. Orare itaq́ꝫ, ut uelut ꝑ̃ſentes dij, ꝑ̃peti appulſu, ſe in-
digno ſupplicio liberarẽt. Occurrit iterim Phineus, uetatq́ꝫ hoſpites quippiã mouere, nullũ
unq́ꝫ patrẽ de liberis ſuppliciũ ſumpſiſſe dictitãs, niſi filioꝝ ſcelus patriã charitatẽ ſuperaſſet.
Hic Minyę q̃ꝫ q̃ opẽ adoleſcẽtibus imploratã ꝑ̃ſtitã uoluiſſent, ꝑ̃ſentiã tñ regis ueriti, ne ꝑ̃te-
rea hoſpitale littus temere uiolarẽt, nihil ultra tẽdere ſunt auſi. Abſtinebãt itaq́ꝫ alij, quũ Ze-
Zethis. Calais. this & Calais Borcę filij, q cũ Minyis erãt, audito Cleopanę ſororis noĩe, & q̃ miſerabilis eſ-
Verum quibuſcunq; ille itineribus in Latium uenit (nam eo ueniſſe inter omnes ut uideo conſtat) Cacũ circa Tyberim in proximos accolas latrocinari ſolitũ, quia paucas ex hiberico armento boues abegiſſet, ſub Auentino interfecit. Sed ueriora Dionyſius ſecutus, præpotentem eum inter regionis accolas, ac uelut latronum ducem fuiſſe exiſtimat, q munitioribus locis, quibus ſe tenebat, fretus, finitimos accolas aſſidue infeſtaret: ac tum quoq; Herculem propinquo loco caſtra habentem intuitus, armentaq; in pabulum miſſa, ſubito incurſu prædam inde abegit, ob eamq; iniuriã ab Hercule munitiore arce incluſum, uiq; expugnatum, perijſſe. Capta deinceps caſtella & arces, quæ ſub illo fuerũt, Epioſq; & Pheneos, Arcades, alioſq; pleroſq; ex ipſius exercitu ad locorum pręſidium relictos. Fuit id Herculi peculiare, ut ex captis urbibus detractos homines inautoraret, inde ubi longiori militiæ aſſueti ſtrenue ſtipendia feciſſent, in quęſitas bello urbes ac terras, uelut in colonias ductos, alienis opib⁹ emeritos donaret. Poſt Caci interitũ uictor Hercules in colloquiũ cum Euãdro uenit. Cognituſq; quis eſſet, ab eo eſt in hoſpitiũ adductus. Tum Carmentę matris fœminæ fatidicæ recitato carmine, multo adhuc uenerabiliorem illũ apud ſuos reddidit, ipſe ad arã quæ poſtea maxima dicta eſt, opimam mactauit bouẽ, ſacrorũ ratione duabus gratijs familijs tradita, Potitijs & Pinarijs, quoꝝ nomina ab ipſo miniſterio facta uideri poſſunt. Diodor⁹ Pinariũ & Potitiũ

*Ara maxĩa Potitij & Pinarij.*

uiros

A uiros inter eos qui ſub Euādro erant illuſtreis fuiſſe ait, à quibus Hercules p̃cipuo fuerit hono
re affectus, atq; ob id utrunq; ſacris adhibitum. Scio fuiſſe ex uetuſtis rerum ſcriptoribus, q ex
Hercule & Lauinia Euandri filia crederēt Pallantē genitum. Ferūt & Latinū, qui Aboriginibꝰ Latinus &
imperauit, ortū ex eodē Hercule & Hyperboride puella: quā à patre obſidē acceptā intactāq; Pallas Her-
ad id tempus, quo in Italiam uenit, ſeruatā, tū demū in Latio cōpreſſam, p̃gnantē reddidiſſet, culis filij.
& quū iā uterū ferre cœpiſſet, Fauno cui Latinus ſucceſſit, matrimonio locarit. Per Latinū inde
Hercules ſecus orā inferi maris in Campaniā trāſijt. Nā in ea q̊q; parte Italię expeditionis illiꝰ
memorabilis ueſtigia quędam extiterūt. In Phlegręis campis q intra Cumas iacent & Neapo
lim, genꝰ hoim ferox nactus. Hos uel quia ꝓceriore eſſent ſtatura, q̃ cęteri mortales, maioreq;
corporis mole, ut Timęus credidit, uel ob ſcelera & graues iniurias, quibꝰ finitimos accolas p̃-
merent, gigantes uetuſtas appellauit. Hi quum ad eiꝰ acceſſum ꝓhibendum p̃lio inſtructi oc-
curriſſēt, una pugna, ceterū ꝑdifficili, ad unū ꝓpemodū deleti ſunt. A uetuſtiſſima Veſuuij mō
tis cōflagratione, nec ab Æthnea multum diſſimili, campos q̄bus pugnatū ē, Phlegręos noia Phlegræi
tos autores ſunt quidam. Extiterunt ueteris incendij ueſtigia multa & indubitata, mons inde campi.
eſt amœniſſime cultus, p̃ter cacumē, in quo ſterilis erat planities, & cineres i proſpectu habēs. Veſuuij in-
Cauernoſa interiā atra ſaxiſq; uelut incēdio exeſis. Color ad id talis, ut haud dubie appareret cendium.
uerticem montis, ut Æthnā olim arſiſſe, mox deficiēte materia reſtinctū. Cęterū Titi principa
tu, fuit is Veſpaſianus ut pater cognominatus, ſubito incendio idem iugū cum terra finitimo
rū clade in ignē abijt. Sunt q Nerue principatu id accidiſſe memorent, & in his Cęſarienſis Eu
ſebius. Poſt Phlegręā pugnā, Hercules int̃ Miſenū & Puteolos aggerē mille paſſuū pelago op
poſuit, i Auernū reſtagnāti, qua Hibericas p̄ ſe egit boues. Id opꝰ Octauiꝰ Cęſar multas poſt
ætates fluctibus pene exeſum inſtaurauit, xx. milibꝰ ſeruoꝝ manumiſſis, remo deſtinatis, opi
hiberno tempore admotis. Sunt q Agrippę eā inſtaurationē aſcribāt. Obiectu molis tutius ē
iam inde, cōmodiuſq; Lucrinus enauigatꝰ. Hūc Auerni ſtagnū excipit modico oſtio. Eſt id un Lucrinus.
B diq; arduo ſupercilio ſeptū quinq; ſtadioꝝ ambitu. Huius aquā, etſi alioq ꝑſpicuā, cœruleā ta Auernus.
men efficit uadi profunditas. Cōmodiſſimus ſit portus, niſi Lucrinus q oſtio pretendit̃ cōmo-
dius id pręſtet. Ad hæc loca Vlyſſem nauigaſſe pleriq; exiſtimant magicis ſacris operatuꝝ, ubi
defunctorū uaticinia, iferoſq; euocari ſolitos fama eſt, idq; eouſq; uetuſtas credidit, ut ex ꝓxi-
mo fonte, q fluuialibus ſcatens aqs in mare decurrit, tanq̃ ſtygia pœnaliq; unda uulgo abſti-
nerent. Crediti ſunt à quibuſdā Cimmerij his locis ſubterraneos ſpecus habitaſſe, cōmerciaq; Cimmerij.
inter eos profundiſſmis cauernis int̃ ſe peruijs fuiſſe, aduenas oraculoꝝ cauſa eo appulſos lo-
co abditiſſimo excipere ſolitos, uictūq; gēti ex metalloꝝ effoſſione, mercedeq; diuinationū q̃
ſitum. Propriūq; adhęc ipſius gētis, occulta latrocinia exercere, neq; ſolem unq̃ aſpicere, noctu
extra telluris hiatus egredi. Hęc Homerꝰ & Ephorꝰ uicino his loco natus prodidit, etſi ſcripto
rum admodū pauci his aſſentiunt̃. Iam uero illud oino fabuloſum, q̄d in Regino agro Her-
culi Cāpania & Lucanis digreſſo accidiſſe memorāt circa Alecē fluuiū, q Reginū à Locrēſi agrū
diſterminat. Ferūt illū uia feſſum, ac ſomno deditū, cicadis obſtrepuiſſe quietē interpellātibꝰ,
atq; ob id factū ut iā inde toto tractu id inſectū uolucre perpetuo obmutuerit. Sed locoꝝ ſitꝰ
i cauſa eē credit̃, ꝙ altera parte fluminis q̃ ad Reginū agrū attinet, mutę ſint cicadę, aduerſa, q̃
Locrenſiū, canorę, qm̃ latus hoc ſit apricū, illud umbroſum & roſidū, ob idq; madidis cicadaꝝ
alis, nulla earū motu uox ſtridula ſequatur. Ex extrema Italiæ ora Hercules in Siciliā tranſfre-
tauit, omniq; ora à Peloro ad Erycen peragrata, à Veneris & Butæ filio, qui tum in his regna-
bat locis nomē monti inditū, autores ſunt quidam. Ab hoc Eryce ad pugnā Hercules cōditio
ne prouocatus, ut uictus Hibericū armentū regi relinqueret, uictor regno uicti hoſpitis potire
tur, cęſtibus ferocem alioqui iuuenē, crudoq; certamini aſſuetū proſtrauit. Sunt q palæſtra eū Eryx ab
ſuperatū tradant. Hercules libera regione accolis conceſſa, ad Æthnā proceſſit, hic quū ea acce Hercule ſu-
piſſet, q̃ de Proſerpinę raptu locorum indigenę prædicabāt, rē ibi diuinā feciſſe tradit̃. Per me peratur.
diterranea inde loca boues prę ſe agēs Sicanos, q hoſtiliter illi obuiam proceſſere, eoꝝ ducibꝰ
cæſis fudit, fugauitq;. Fuerunt Sicani Hiſpanū genus hominū, q quū Latiū tenerēt, inde à Li-
guribꝰ pulſi, in Siciliā traiecerūt, inſulāq; humano cultui aptam ſortiti, Sicaniā à ſuo nomine Sicani ab
dixerunt, quū prius Trinacria, à triquetra figura, inde Trinacris dicta eſſet. Exit inſula in tris ue Hercule ui-
cuntur.

lut

Siciliæ forma. lut angulos,ſed ꝓmontoria uerius dicunt̃. Hoꝝ unũ,quod ſeptentrionem ſpectat,Peloꝝ uo- c
cant,Pachinum alterum ad brumalẽ ortũ obuerſum, Tertium Lilybęũ auſtro obnoxiũ. Poſt
Sicanos Siculi terram tenuerũt,à quibus eſt Sicilia nũcupata. Fuerũt hi quoqꝫ Italię incolę)ut
Dionyſius exiſtimat)qui quũ ab Oenotris primo,mox Aboriginibꝰ & Pelaſgis,ex Latio & ea
Italię parte,quę poſtea magna eſt Gręcia dicta,pellerentur,cum cõiugibus & liberis,ratibus ad
Varia de Sicanis & Siculis opinio. tempus conſtructis in Siciliã transfretarũt. Nec me pręterit fuiſſe qui Sicanos Siculi regis du-
ctu ex Hiſpania ꝓfectos crediderit,atqꝫ eo duce(quod & Maro ſignificare uidet̃)in Latio cõſe-
diſſe,mox inde Oenotroꝝ & Aboriginũ iniuria pulſos,inſulã de qua nunc habetur ſermo,oc
cupaſſe,eãqꝫ à regis nomine Siciliã,à ſe uero Sicaniã nominaſſe. Fuit tũ inſula magna ex par
te inculta,quum in eam Siculi uenerunt. Ab his tota ora, quæ ad occidentẽ ſolẽ uergit frequẽ-
tari primũ cœpta eſt. Ellanicus Lesbius bis claſſe ex Italia in eam iſulã migratũ tradidit,primo
ab Elymis,q ex Oenotroꝝ gente fuerint profecti,mox ab Auſonibꝰ Iapiges fugiẽtibꝰ,& à Si
culo regẽ cuius ductu in inſulam uenerant,& ipſi,& terra quã tenuerũt, ſint poſtea nomẽ ade
pti. Philiſtꝰ octogita annos ante Troianũ bellũ ſcripſit eo trãsfretatũ,ſed neqꝫ à Siculis Auſo
nibúſuę,aut Elymis,ſed à Liguꝝ gente,cuiꝰ dux Siculus fuerit, Itali filiꝰ,pulſoſqꝫ Ligures me
morant patrio ſolo ab umbris, uel (ut Thucydides ait) ab Oſcis. Idem autor eſt pluribus an-
nis id fieri cõtigiſſe poſt Troianũ bellũ. Ex qua ſcriptorũ uariatiõe parũ liquet, unde ſit nomẽ
inſulę datũ. Sed ut ea res in obſcuro eſt,ita ex ijs q̃ illi ſcribunt,perſpicue intelligi põt,Sicanos
Varij Siciliæ ſtatus. diuerſam à Siculis gentem fuiſſe,ut Italię hi fuerit cultores, Hiſpanię illi. Excoluerunt inde in-
ſulam lingua,moribus,ædificijs Græci Dores,qui procedẽte tempore eam magna ex parte te-
nuerunt. Phalaris Aſtipalenſis primus in Siculos tyrannidẽ exercuit. Secuti lõgo temporis in
teruallo duo Dionyſij,& mox Pyrrhus rex. Quã q̃ is breui tempore ſit rerũ in ea inſula potitꝰ,
quam quũ relinqueret,aperte inter ſuos teſtatus dicitur,nõ ignorare ſe qualẽ Romanis & Car
thaginẽſibus relinqueret palęſtram. Quod haud multo poſt tempore ẽ exitu probatũ,ut duo
potentiſſimi populi plures annos de ipſiꝰ inſulę poſſeſſione,pene ad internicionẽ inter ſe cer- d
tarint,multis interim cladibus citro ultroqꝫ illatis & acceptis,donec inſula magna ex parte Ro
manis ceſſit. Reliquũ ꝙ ad Syracuſarũ regnũ attinebat,Hiero ſub id tempꝰ tenuit, homo po
puli Romani amiciſſimus. Nouiſſimus omniũ Hieronymꝰ Hieronis nepos Syracuſano ẽ re
gno potitus. Is in Leontinis paucorũ coniuratiõe oppreſſus. Tota inde iſula Syracuſis captis
medio ſecũdi belli punici ardore ſub Romani imperij umbra quieuit. Quãta uetus Syracuſa
norum fuerit potentia,uel ex eo poteſt intelligi,ꝙ cum Carthaginenſibus multa ſecunda ꝓlia
fecere,nõnunq̃ etiã de inſulę poſſeſſione uario inter utroſqꝫ ſit euẽtu bellatũ. Immẽſus ad hęc
Siciliæ ubertas. Athenienſium exercitus circa Syracuſas deletꝰ eſt. Vbertas inſulę nihilo Italica iferior, frumẽ
to autem croco & melle p̄ſtantior. Enimuero populi Romani horreũ Sicilia eſt olim dicta. Pe
cora,pelles,lanæ,alięqꝫ diuitiæ affatim,ut Italię,cui agnata fuit olim,cæterũ terræmotu auulſa
Siciliæ ſitus & ambitus. (ut uetus eſt opinio) Tyrrheno hinc pelago,inde Ionio admiſſis,inſula facta ẽ. Ad ortũ Ionio
ſiculoqꝫ alluit pelago. Ab Auſtro & Hiberno occaſu Libyco, reliqua ſui parte Tyrrheno. Cir
cuitum Poſſidonius quatuor miliũ ſtadioꝝ, & quadringenũ ꝓdidit. Ex Romanis ſcriptotibꝰ
Aetnæ natura. Agrippa aliquanto minore ambitu opinatus eſt. Montiũ in ea eminentiſſimꝰ (ut Polybiꝰ ſcri
bit) Ætna,de cuius ignifera natura uulgo nota ſunt,q̃ à ueteribus ſunt memorię prodita,euo
mere illius uerticem flammaꝝ globos,& quod oĩm maxime mirũ ſit materia indeficiẽte, q̃ tot
ſeculis par incendio fuerit. Niualis alioqui crateris ora hibernis menſibus,egeſtuſqꝫ niuibꝰ &
pruinis obtegitur cinis. Variatur loci facies, nunc in imum igni collabente,nunc ſciſſa emicãte
flamma. Igniti interdũ fluũt riui,nũc flammę fumo & caligine obductę,nõnunq̃ ardẽteis eru
ctat lapides. Reperti ſunt qui explorãdæ rei cauſa ſummũ iugum cõſcendere ſint auſi,hicqꝫ ue
lut parentem inibi aream ſtadioꝝ circiter, xx. ambitu ſe uidiſſe teſtati ſunt,cineroſo quodã in
muri ſpeciẽ ſupercilio incluſam , media planitie nebuloſum uideri tumulum. Nec defuerũt,q
crateris labrum tranſgreſſi, per ipſam aream paululũ ꝓceſſerint,cæterũ altioris cineris feruore
Empedoclis fatum. trepide retro flexerint ueſtigia. Scio famam tenuiſſe Agrigentinũ Empedoclem miraculi cau-
ſam exploraturũ his locis perijſſe,altero ex ferreis calceis,q̃s in hũc uſum ſibi induxerat,haud
longius à crateris ſupercilio reperto. Nec minora ipſius inſulę aquarũ q̃ igniũ miracula,qualia
circa

A circa Pelorum uiſuntur, nunc in abruptũ barathrũ abeunte freto, nũc cũ impetu & colliſorum fluctuum fragore ſupina facie reſiliẽte mari, quę uiolenta alternatio materiã prębuit ueteribꝰ poëtis, ea q̃ de Scylla & Charybdi ſunt in fabulis tradita emẽtiẽdi. Ex his terris, perq; has maris anguſtias Hercules in Italiã reuerſus. Laciniũ à q̃ poſtea ꝓmõtorio Crotoni ꝓpinquo inditũ eſt nomẽ, iterfecit. Cauſa cędis inde orta ẽ, ꝙ ille ex hibericis bobꝰ aliq̊t furto abegiſſet. Nec ita multo poſt Hercules in Græciã abijt. Subijciunt his, qui res ab eo geſtas ſcripſere, Cerberꝝ ex inferis abductum, Theſeũq; reuocatũ ad ſuperos. Poſtremo heſperidũ poma ad Euriſtheum delata, quoꝝ ut uerius potuit in rebus Libycis mentio facta eſt. Vnum ꝙ ad eam attinet expeditionẽ hoc demũ loco retuliſſe, nihil eſt ab hiſtoria alienũ, Herculem ob filias Atlãti reſtitutas, aſtrorum ſcientiã ab eo p̄miũ tuliſſe, cui rei quoniã intẽtius deinceps operã dediſſet, Cœlum humeris ſuſtinuiſſe à poëtis tradit̃. Nunc quando ita contigit, ut nuper de Theſeo mẽtionẽ fecerimus, ne multũ prępoſtere, q̃ de eo ſunt memorię ꝓdite, dicant̃: Herculis opibꝰ, quoꝝ fuit ille æmulus eo pene ordine, quo facta uideri poſſunt, ipſius geſta interijciã. Fuerũt hi int̃ ſe pene æq̃les, ut ex duabus patruelibꝰ nati. Marer Herculis Alcmena ex Lyſicide orta ẽ, Æthra ex Pitheo, q̃ Theſeum peperit. Pitheũ, & Lyſicidẽ Pelops & Hippodamia genuere. Fama ẽ Ægeũ qui ab Erictheo adoptatus Athenieſiũ princeps fuit, quũ forte Delphis ab oraculo reuerteret̃, apud Pitheũ, qui magnã Trœzeniorum urbem incolebat, in hoſpitio fuiſſe, ab eoq; ipulſum, ut cũ Æthra filia coiret, quo cõſilio incertũ. Satis cõſtat cõtra oraculi iuſſa Ægeũ cũ Æthra coiuiſſe, q̊ monitus fuerat, ne prius cũ aliq̃ cõgrederet̃, q̃ Athenas ueniſſet. Cæteꝝ Æthra grauida ex eo facta, ꝓfecturꝰ inde Ægeus enſẽ & calceos ſub cauo lapide reliq̃t, puellæq; mãdaſſe fert̃, ut ſi uirilis ſtirpis infãs naſceret̃, ubi ꝑ ætatẽ adoleuiſſet, Athenas ad ſe cũ paternis exuuijs mitteret, atq; ita factũ, ut puer ex ea natꝰ, ob eiuſmodi depoſitionẽ Theſei ſit nomẽ ſortitꝰ. Is iã ætate adultus geſtoꝝ Herculis fama accenſus, quia per id tp̃s, quo ille apud Omphalen in Syria fuit, multa uelut monſtra hoĩm in terra Gręcia inualuerant, etſi uiridi adhuc ætate, eã tñ

Scylla & Charybdis.
Lacinius latro.
Vnde Aſtrologiam ſit Hercules adeptus.
Aegeus cũ Aethra coit
Theſeus unde prima Theſei geſta.

B mortaliũ iniuriã uindicare eſt adortꝰ. Corynetã itaq; hoĩm ferũ latrocinioq; in obuios graſſãtẽ, cui ab uſu clauæ fuerat nomẽ inditũ, circa Epidaurũ ſibi obuiũ primo cõgreſſu Theſeus obtrũcat. Huius inde exuuijs inſtructus Sinidem (fuerat is quoq; multis pernicioſus) ad Iſthmũ peremit: ex cuius filia poſtmodũ cõpreſſa Menalippũ tulit. Plutarchus autor eſt: Crõmoniã ſuem Phęã noĩe mõſtrũ haud cõtẽptibile, ab eo occiſã: de qua ſit integrũ cuiq; credere ut uolet. Ego ijs libentius accedo, qui Phęam capitalẽ fuiſſe fœminã interpretãt̃, longeq; intẽperantẽ, q̃ circa Crõmionẽ habitauerit: ſitq; à uita & moribꝰ Scrofę cognomẽ adepta. Hoc q̊q; hoĩs mõſtro peropportune ſublato Scyronẽ in Megarẽſi agro ex eminẽti petra p̄cipitẽ dedit: à cuiꝰ caſu Scyronia ſũt deinceps ſaxa nũcupata. Propius ẽ hoc uero: q̃, ꝙ aiũt, ui mortales coactos ſibi pedes abluere inopinato calcis ictu ĩ ſubiectũ mare deturbare ſolitũ. Megarẽſes multũ diuq; huic famę obſtitiſſe dicunt̃, Scyronẽ neq; latronẽ fuiſſe memorãtes: neq; cuiq̃ iniuriũ, ſed iuſtitię & ęquitatis amãtiſſimũ: cuiꝰ filia Endeis Aeaco nupſerit: ex qua Thelamõ Peleus ſint poſtea geniti. Negabãt p̄terea hũc ip̃m à Theſeo, quũ primũ Athenas profectꝰ eſt, peremptũ: ſed quũ ille Eleuſim à Megarẽſibus recepit: quibꝰ locis Cercyonẽ Arcadẽ palęſtra ſuperauerit: ac ſuperatũ extinxerit. Mox in Hermiona ultra Eleuſinẽ Procuſtẽ eodem genere mortis ſuſtulit: quo ipſe plurimos affecerat. Secundũ hęc q̃ diximus: ad Cęphiſum amnẽ ꝓgreſſus, à Pytalidarũ gente expiatus, Athenas eſt ingreſſus, ubi quũ publica oĩa & priuate grauiter turbata offendiſſet, Medeã ſub primũ acceſſũ domũ atq; urbe expulit: cuiꝰ fraude nõdũ agnitꝰ pene perijt. Perſuaſerat illa Ægeo, quẽ muliebribꝰ illecebris totũ ſibi deuixerat: ut nouũ hoſpitẽ, tanq̃ ab eo capitales inſidię iminerent, ueneno tolleret. Eratq; iam exitiali menſæ admotꝰ Theſeꝰ: quũ paterno cultro per ſpeciẽ miniſterij exerto Ægeus iam grandis natu ſenſit filiũ adeſſe, q̊ agnito cõfeſtim Ægei iuſſu uenenũ eſt è menſa ſublatũ: filiũq; ſenex cõplexus cõciõe aduocata eũ i ciuiũ conſpectũ dedit. Medea Theſeũ pertimeſcens Ægei opa & auxilio in Syriã nauigauit. Id ſimilius uero eſt, q̃ ꝙ alio loco diximus: ante Theſei aduentum eã Athenis exceſſiſſe: p̄ſertim quũ ad id tẽpus nihil tale de eo merita eſſet: cur illiꝰ acceſſum plus ęquo formidare debuiſſet. Theſeus patri ſucceſſor conſtitutus, inuitus in ciuilẽ diſcordiã incidit. Erat tum Athenis Pallãtidarũ familia illuſtris: q̃ ab initio ægre tulerat ad Ægeũ, quẽ Ericthẽꝰ ſibi adoptauerat: rei Attice

Coryneta.
Sinis.
Rhæa.
Scyron.
Scyronia ſaxa.
Pelei mater
Procuſtes.
Theſeus uenit.

tic aſummā deuolutā. Cæterū futurū rati, ut poſt illiꝰ obitū: quoniā ſine liberis eēt (nulla enim C
ad id tp̄s de Theſeo fama erat) ciuium principatus ad ſe ſponte deuoluerēt: ſine aliquo maio/
re metu eū paſſi fuerant ad id tp̄s regnare. Verū ubi ſpe ſucceſſionis, quā diu aluerāt, ſenſere ſe
priuatū iri, ad res nouas cōſurgūt, Theſeoq́ unde maior metꝰ iminebat, capitales inſtruūt inſi
Pallantidæ Athenis eij/ciuntur. dias. Tū uero coꝝ q̄ parabat̄ īdicio ad Theſeū delato, ſubito cōcurſu hoſtiū cōſilia diſcuſſit, fra
ctiſq́ Pallātidarū opibꝰ, materiā nactus ppl'o gratificādi ad Marathoniū Taurū opprimēdū,
q Tetrapolitanis magna intulerat detrimēta, eſt ꝓfectus. Eū captū perq́ medias Athenas ante
oculos ciuium traductū, Delphico Apollini imolauit. Vix ego auſꝰ eſſem hęc, q̄ de Tauro tra
Taurus Marathoni us. duntꝑ ueris referre, niſi Plutarchꝰ ſcriptor alioqui grauiſſimꝰ expeditiōis huiꝰ eēt autor. Nec
eni apparet q̄ tāta in Taurū feritas cadere potuerit, ut finitimis eſſet populis plus æquo formi
dabilis, adeo ut ꝓpiꝰ ſit uero credere, uirū aliquē eo fuiſſe noīe, q circa Marathonē uicinos acco
las infeſtaret. Sed hęc lectoribus ex ſuo cuiq́ ingenio relinquo ęſtimanda. Certior fama eſt ac
multo uero ꝓpior, ſub id tp̄s, q̄ hęc ſunt ad Marathonē geſta, legatos ex Creta īſula a Minoe
ueniſſe ad tributū ab Athenieſibus exigēdū. Fuit Minos (ut Diodorus ſcribit) Iouis nepos, pri
Duo Mi/noes. mi Minois filiꝰ, q ex Europa & Ioue ut Rhadamāthꝰ & Sarpedon ꝓcreatꝰ eſt, atq́ ab Aſterio
Cretēſiū rege, cui Europa poſtea matrimōio ceſſit, cū fratribꝰ adoptatꝰ, in regniq́ ſucceſſionē
aſcitꝰ. Is rerū deinceps potitꝰ, Itonē Lictij filiā uxorē duxit: ex qua mox Licaſtus eſt illi ortꝰ. Inde
Corybāti filia Ida noīe in cōiugē ducta, ſecūdū Minoē ꝓcreauit, q Gręcoꝝ primꝰ, ſtructa claſ/
ſe, maris ē impio potitꝰ. Is Paſiphaēn uxorē habuit: ex qua Deucalionē, Crateū, Androgeū, &
Ariadnen tulit. Nec mihi excidit, qd de Europa alij ſcripſerint: & in his Herodotꝰ, cuiꝰ eſt opi
Minos Atticā bello pe/tit. nio alio a nobis loco relata. Sed qbuſcūq́ primꝰ ille Minos eſt parētibꝰ natus, inualuit opinio
Androgeū eiꝰ nepotē dolo in Attica extinctū: quapropter Minos iunior q Androgeū genuit,
Athenieſes graui bello petierit. Hi magnas primo clades expti, q̄les ſcilicet res bellicæ ijs affer/
re ſolēt, q hoſtiū ſūt iiurię obnoxij: ſed multo adhuc maiores ira numinis perpeſſi. Iā eīm agro
rū ſterilitas & grauis peſtilētia Atticā terrā uaſtauerat. Oraculo moniti Athenieſes placādum D
Minoēm eſſe, caduceatoribus in Cretā miſſis, ab eo pacē his cōditionibꝰ impetrarūt: ut nono
quoq́ anno tributi noīe ſeptē pueros īdigenas, totidēq́ uirgines in Cretā mitteret. Euripides
Quid Labyrinthus in Creta. & cęteri poetę pueros in inſulā delatos a Minotauro laniari ſolitos ſcribūt. Plutarchꝰ id a Cre
tēſibus negari ꝓdidit, fuiſſe affirmātibus Labyrinthū carcerē, q nihil aliud habuerit incōmo/
Quot Labyrinthi & ubi di, q̄ ꝙ in eo incluſi, ob multas loci ambages effugere nō poſſent. Nec Creta ſolū id ędificij ha
buit (ut Herodotꝰ, & apd̄ nos Plinius ſcribūt) ſed & in Ægypto tale fuit opus apud Heracleo/
polim, ꝙ oīm uetuſtiſſimū diceret, qbuſdā opꝰ ip̄m ad Peteſucū regē ſiue Tithoē referētibꝰ:
alijs in quibꝰ eſt Herodotus pluriū regū non uniꝰ id opus eſſe arbitrātibus: quorū nouiſſimꝰ
Pſamueticꝰ aliqd ſit circa illud opatꝰ. Demoteles regiā Motherudis fuiſſe tradidit. Lycias Mœ
ridis ſepulchrū, plures id in honorē Solis extructū credidere Ex Ægyptiaco illo Dędalus exem
plar ſumpſiſſe uideri pōt, qui Labyrinthū hunc, de quo loquimur, in Creta fabricatꝰ eſt: ſed
(ut Plinius tradidit) cēteſimā dūtaxat illius partē imitatꝰ. Tota fere loci ratio itinerū ambages
occurſuſq́ ac recurſus habuit, nō ut in pauimētis, puerorū ue ludicris cāpeſtribꝰ uidemus, bre
ui lacinia milia aliquot paſſuū interdū habēte ob multiplices recurſus: ſed crebris foribꝰ indi/
tis ad fallēdos occurſus, redeūdūq́ in errores eoſdē. Fuit & in Lēno inſula tertius Labyrinthꝰ.
Cluſini La/byrinthi de/ſcriptio. Oīm tñ recētiſſimus fuit in Italia a Porſena rege Ethrurię iuxta Cluſiū cōſtructus: in cuius ap/
paratu explicādo Plinius Varronē ſecutus, lōgius immorat̄. Ex illorū uerbis ſatis intelligi pōt,
fuiſſe id opꝰ ex quadrato lapide, ſingula latera pedū lata tricenū, alta quīq̄genū: inq́ baſi qua/
drata intus Labyrinthū inextricabilē, q̄ ſi qs ſine lini glomere adiret, exitū inuenire nō poſſet.
Supra pyramides quinq́, in ſingulis angulis ſingulas, atq́ in medio unā centenū pedū ac quin/
quagenū, ita faſtigiatas, ut i ſummo orbis ęneus eſſet, & pegaſus unꝰ impoſitus: ex quibꝰ cate
nis excepta pēderēt tintinabula, q̄ uēto agitata pacutos ſonitus cierēt. Sup ip̄m orbē quatuor
alias pyramides fuiſſe impoſitas, cētenū pedū ſingulas, & in his pyramidē adhuc aliā, cuiꝰ cel
ſitudinē, ut rē parum credibilē, Marcus Varro referre nō ſit auſus. Et huiuſmodi inſanæ opeꝝ
Minois ſe/cūdi geſtū. ſtructurę regnū fuere: quorū uita in oſtentatione ſita eſt. Cæterū alioꝝ alia. Cretenſe autē illud
eius ne Minois fuerit q Iouis fuit filius, an alterius ex quo Androgeus eſt natus, haud pro cer/
to poſue/

A to poſuerim. Inclinat tamē animus, ut iunioris fuiſſe credā, quo tp̄e Dędalus multa celebrita/
te claruit. Is igit̄ in Androgei filij memoriā Gymnicū inſtituit certamē, puerosq́; ab Athenien
ſibus acceptos p̄mia uictoribus propoſuit, qui tantiſper dū ludi ſpectarent̄, in labyrintho aſ/
ſeruari cōſueuerūt. Vicerat priore agone uir īpiger quidā (Tauro illi nomē fuiſſe aiūt) qui ob
militaria decora, multa apud Minoē gratia polleret. Rumor erat ob formę p̄ſtantiā Paſipha/
en illius cōſuetudine teneri. Multa in Atticos pueros, quos primo agone p̄mij loco fuerat ad/
eptus, per dedec⁹ & cōtumeliā, perpetraſſe dicit̄. Ariſtoteles in Bottięis rebus explicādis autor Bottiæi.
eſt, pueros ex Attica in Cretā miſſos, qui inter ſeruitia haberent̄, factū eſſe, ut quū Cretenſes
uetuſtioris uoti dānati hominū primitias Delphos mitterēt, Athenięſes Cretenſiū filijs per/
mixtos unà inde emigraſſe, primoq́; Iapigiā in Italia tenuiſſe; mox hinc p̄fectos in Thraciam
cōſediſſe, Bottiæosq́; nūcupatos, argumētoq́; rei ita geſtæ fuiſſe, ꝙ uirgines Atticæ ſacro quo/
dam perpetrato canere ſolitæ eſſent, eamus Athenas. Nec Heſiodus Minoēm, ſi tam ſęu⁹ ex/
titiſſet, regno digniſſimū iudicaſſet, nec Homer⁹ Iouis diſcipulū feciſſet, neq; neceſſariū. Qui/
bus teſtimonijs apparet, fabuloſa eſſe quę de puerorū laniatu cæteri poetæ prodiderūt. Quū
igit̄ tertij tributi inſtaret tēpus, ueniſſentq́;, ut diximus, ad hoc ipſum legati Athenas, tum ali/
quanto maior in Ægęū inuidia à ciuibus orta eſt. Exaudiri uoces querentiū indignātiūq́;, ne/
fariū uideri Ægęū, qui malorū omniū origo fuiſſet, Athenis regnare, nec ipſum ſolum, ſed &
peregrinū hominē in ſucceſſionē regni inductū, ſe uero liberis, quibus nihil ſoleat eſſe morta
libus chari⁹, per cōtemptū & ignominiā priuari, q̄ dictu nefāda Athenienſes minime fuiſſent
laturi, ſi ſuæ originis, ſi Cecropis, ſi aliorū fortiſſimoꝝ regū, qui in ea urbe ante illū regnaſſent,
memores aliquo modo eſſent. Huiuſmodi q̄relæ ad Ægęū delatæ Theſeū perpulerunt, ut ex/
tra ſortē ſe Minoi dandū obtulerit. Fuit ea animi elatio cæteris admirationi, extollereq́; uno Theſeus uolēs deditur
ore omnes illius fortitudinē, popularemq́; ingeniū. Cōtra Ægeus orare filiū, obteſtariq́; ne ul/ Cretenſibus
tro ſe periculo offerret, ſatis habituros ciues, ſi eius nomē in ſortē deiectū uiderint, filiūq́; Æ/
B gei, qui ciuitatis ſit princeps in ordinē redactū. Pateret̄ ſuū nomen in ſortē uenire, ut ſi pereū
dum fuerit, omnē orbitatis ſuæ inuidiā in fortunā rejceret. Neq; patria maieſtas, neq; preces,
lachrymęue ullæ iuuenē flectere potuerūt, quin publicæ charitati, potius q̄ priuatæ ſatisfactū
uellet. Alij itaq; cū eo ſorte dati ſunt. Hellanicus Minoēn ſolitū ſcripſit per ſe quos uellet deli/
gere, Theſeumq́; nominatim ſibi dari poſtulaſſe. Tū Theſeus priuſq̄ nauim cōſcenderet, pa/
trem hortatus dicit̄, ne uitā & ſalutē ſuā pro deplorata haberet, quin certā ſpem aleret, futuꝝ,
ut aut ingenio, aut ui corporis omnē periculi magnitudinē exuperaret, demeretq́; eam ſibi ſu/
iſq́; ciuibus inſignē cōtumeliā. His ille cōfirmatus, & in ſpem aliquā futuri ſucceſſus erectus,
quū in luctus & mœroris argumentū nigra uela nautis ab initio dediſſet, quibus in Cretā cū
filio nauigarent, ſubiecit & albū, quo ſi fortuna aliqua meliore uſus eſſet Theſeus, in Atticam
renauigarēt. Simonides poeta id puniceū fuiſſe tradidit. Theſeus, & ij qui cū eo ſorte dati ſunt
tacita quadā ciuitatis ſpe fore ut unius uirtute non ſolū qui cū eo irent, ſed qui in inſulā iā an/ Theſeus ex Attica pro/
tea miſſi fuerant, parentibus incolumes reſtituerent̄, nauim cōſcendūt. Armaſyadas Phereci⁹ ficiſcitur.
fuit eius rector (ut Simonides memoriæ prodidit) Athenienſibus nondū mare tractantibus.
Philochorus Nauſitheū quendā Salaminiū dixit. Fama eſt Theſeū Delphis prius ſacrificaſ/
ſe, ibiq́; oraculo edoctū Veneris auxilio omnia proſpere euētura, ea circa littus propitiata in
altū abijt. Hic ſatis uulgata ſunt, q̄ de Labyrintho & Minotauri cęde ueteres poetę fabulant̄.
Philochorus multo ueriora ſecutus Taurū prodidit uirū fuiſſe ualido corpore, multaq́; fero/
cia, & in certaminibus uincere aſſuetū, qui quū morū inſolētia, tum credito cū Paſiphaē adul/ Taurus
terio, multa apud regē inſulanosq́; flagrabat inuidia. Neq; in eo qui inſtabat agone erat qui Cretenſis.
cum Tauro cōgredi auderet: deſiderabat̄ idcirco aliquis qui hominē in medio ſtantē, inſolen/
terq́; nimis parē ſibi dari q̄rentē, ex uictoriæ poſſeſſione deturbaret. Petenti itaq; Theſeo id
certamē, facile eſt cōceſſum, ut in ſtadiū deſcēderet. Ad nouū hunc peregrini hoīs cōgreſſum,
magnus animorū motus eſt ſecutus, Fauere plurimi huic, quē nuper oderāt, & quē p̄miū cer/
taminis propoſitū uiderāt, eundē hunc ex inuidioſo hoīe præmiū ferre maluiſſent. Atq; ita
ſanè accidit, ut Tauro certamine ſuperato, facile ſit ex alijs uictoria ſecuta. Hic Ariadna, quæ Taurus à Theſeo pro
patrio more intererat ſpectaculo, Theſeū ſtantē cōſpicata, uirtute ſimul formaq́; corporis ca/ ſternitur.

C

pta,totũ hominẽ tacitis perluſtrat oculis,optatq; uni nubere. Et iam tota in unũ uerſa erat regia puella, quũ Minos tali uictoria gauiſus,ut maiore adhuc ignominia Taurũ notaret,ultro obſides Theſeo reſtituit,tributũq; Athenienſibus in perpetuũ remiſit. Clidemus Dædali ex Creta effugiũ nauigationis cauſam Theſeo in inſulã p̄buiſſe ſcripſit,quẽ Minos ſecutus quũ in Siciliã diuertiſſet,ibi ſit morbo cõſumptus. Quidã Dædalũ non Athenas,ſed in Siciliã naui delatũ prodiderũt.

Dædali fuga.

Alij in Italia,atq; in Phlegræis cãpis circa Cumas cõſediſſe. Sed qui Athenas ueniſſe aiunt,ita rẽ digerũt,ut dicant à Deucalione Minois filio Dædalũ ad ſuppliciũ minaci denunciatione requiſitũ,qui ſi nõ dederet̃,fore ut pueros qui in Creta eſſent,pater interficeret,ac tum Theſeũ ab Atheniẽſibus impetraſſe,ut claſſe q̃ occultiſſime inſtructa liceret ſibi,Dædali dedendi prætextu in Cretã nauigare,atq; ubi eo uentũ ſit,Theſeum Gnoſum repente adortũ tumultuario prælio ante Labyrinthi fores cõtracto Deucalionẽ interfeciſſe,Ariadnãq; domeſtica clade cõſternatã,fœdere cũ Theſeo inito,pueros ultro reſtituiſſe,remiſſoq; in perpetuũ tributo,cum Atheniẽſibus amicitiã & fœdus iunxiſſe. Nec de ipſius poſtea caſu certa aliqua memoriæ prodita crediderũt. Ego haud grauate illorũ opinioni accedo, qui Ariadnam Theſei amore captã,ex inſula cũ eo nauigaſſe affirmant,nec Dędalũ eius conſilij fuiſſe expertẽ,quẽ,quoniã Athenienſis eſſet,ſuorũ populariũ rebus innixus fauiſſe credere par eſſe,nec p̄ter hanc unã ulla maior alia prodit̃ cauſa,ab ijs quos ſequor,cur Minos cui ille fuerat gratiſſimus,ad ſuppliciũ hoĩem per tam longa maria requiſiuerit. Sunt tamẽ qui ob adulterium Paſiphaë cõciliatũ,regi inuiſum fuiſſe autumẽt,ſed ſiue hæc ſiue illa, quod magis credo,cauſa fuit,conſtans fama eſt Dædalũ primo in Siciliã nauigaſſe,nauigio furtim illi à regina dato,ac tum Minoẽm cum perſecutũ ad Cocalũ regem delatum,à quo hoſpitaliter acceptus,in Dædali gratiã,qui ob excellens ingeniũ in magna apud regẽ & Siculos erat admiratione,thermarũ ſit uapore necatus. Corpus inde Cretẽſibus redditũ,ſubitæ mortis prætextus fuit,ꝙ dum forte lauaret̃ impudenter in feruidã aquã lapſus,repente exanimatus eſſet. Multa Dædali monumẽta circa Cocali regnũ & reliquã Siciliã ad poſteros mãſere, quibꝰ haud D

Dædali in Siciliam acceſſus.

dubiũ faciũt,nihil fabuloſum eſſe,quod de illius in eam inſulã acceſſu quidã tradidere. Sed utcunq; hæc ſe habẽt,Ariadna Theſeũ ſecuta,ab eo,ut plures tradũt, in Naxo inſula relicta eſt,quũ Aeglen quandã amare cœpiſſet,ut Heſiodi carmẽ demõſtrat. Hunc,ait ille, inſanus amor domuit Panotheidos Aeglæ. Ex eius enĩ poëſi id carmẽ Piſiſtratũ ſũpſiſſe credidit Megarenſis Nereus. Qui eam in Naxo relictã ſcribũt,nupſiſſe aiunt Ariadnã Onaro qui ſacerdos fuit Bacchi,unde uideri poſſunt poëtæ fabulãdi materiã ſumpſiſſe,qui eam à Baccho raptam cœloq; illatã prodidere. Naxi ſcriptores duas fuiſſe Ariadnas tradidiſſe dicunt̃, quarũ hæc Baccho Naxio nupſerit,unde Staphylus ſit ortus,Theſeo altera iunior,cuius ſepulchrũ in eadẽ inſula uiſeret̃,ubi à Theſeo relicta eſſet,cui honores annui redderent̃,luctu & mœrore pleni,cõtra maiori illi quę Baccho iuncta eſt,ſacra per luxũ & lætitiã fierẽt,manifeſto argumẽto eorũ,q̃ de duabus Ariadnis Naxij ꝑſuaſum habuiſſent. Ion Chius ex Ariadna & The

Oenopio & Staphylus.

ſeo Oenopionẽ & Staphylũ genitos opinatꝰ eſt,q̊ apparet Ariadnã Theſei cõnubio nõ temere exceſſiſſe. Peon Amathuſiꝰ & ipſe propria q̃dã,& oĩno ab alijs diuerſa de Ariadnes exitu,literaꝝ monumẽtis tradidit,Theſeũ ui tẽpeſtatis in Cyprũ inſulã delatũ,ibiq; Ariadnã graui

Ariadnæ mors.

dam,& aduerſa ualetudine & maritima iactatiõe affectã,ab eo relictã,quæ haud multo poſt Theſei digreſſum,ſoluta partu uita deceſſerit. Fuiſſe apud Amathuſios locũ, in q̊ Ariadnes ſepulchrũ mõſtraret̃. Sed q̊quo modo illa perijt,ſiquidẽ in tãta ſcriptorũ uarietate nihil temere auſim pro certo ponere,ĩter plures tñ,ut uideo,cõſtat Theſeũ & q cũ eo in Cretã profecti

Aegæi interitus. Aegæum mare.

ſunt,ĩcolumeis Athenas ueniſſe,ſed nimia (ut fit lætitia occupatos, Ægæi mãdata nõ obtinuiſſe,q̊ cũ ex alto eiſdẽ uelis qbus inde ſoluerãt ĩ terrã curſum tenuiſſent,amiſſi ducis ſpeciẽ p̃buere,atq; ita accidiſſe,ut ſenex de filij ſalute ſollicitꝰ,procul nigra cõſpicatꝰ uela,actũ de eius uita arbitratꝰ ex eminẽti ſpecula,in ſubiectos pelagi fluctus ſeſe p̃cipitẽ dederit. Sũt q nomẽ ab eiuſmodi caſu mari deinceps datũ exiſtimẽt. Sed ueriora mihi tradere uident̃,q ſcopulum eſſe aiunt circa Tenũ & Chiũ,cuius forma procul nauigãtibus caprinã præ ſe ferat ſpeciẽ,unde circũiecto ſit pelago nomẽ datũ. Domeſticus Theſei luctus effecit,quo minus publica lætitia ſentiret̃,multis tñ gratulationibꝰ magnaq; uirtutis admiratione ab oĩbus eſt ciuibus acce-

ptus

ptus. Primũ igit̃ q̃ magnificẽtiſſime potuit, patrẽ funerauit. Apollini dein munera q̃ in Cretã nauigatur⁹ uouerat, Delphos miſit. Multa p̃terea uictoriæ illius argumẽta p̃ ludos & ſolẽnia q̃dã ſacroꝝ ſunt diu poſtea Athenis repſentata. Nauis q̃ ille eſt ĩ Cretã delatus, eadẽq; ĩcolumis Athenas rediĳt, q̃ triginta remoꝝ fuiſſe tradit̃, ad Demetrĳ uſq; Phalerei tp̃a, ut geſtæ rei monumẽto eſſet, publice dicit̃ aſſeruata, noua corruptis parĩb⁹ materia artificũ cura et ſtudio aſſidue ſubiecta. Theſeus ciuitatis adminiſtratiõe poſt reditũ recepta, egregiũ eſt p̃ ſe op⁹ adortus. Quũ ad id tp̃s Atticæ terræ ĩdigenæ uicatim agerẽt, domb⁹ temere diſpoſitis, eſſetq; illis non modo nõ rei publicę, ſed ne ciuitatis q̃dẽ forma ulla, quã ipſi locoꝝ accolæ p̃ter regem noſſent, uni⁹ tñ ĩperio parere aſſueti, cætera q̃bus mortales iter ſe cõciliari ſolẽt, uulgo aſpernati, hãc incõditã turbã ut unis mœnib⁹ aliq̃n incluſam, morib⁹ cæteriſq; ciuilibus diſciplinis cõmodi⁹ ĩſtrueret, q̃d aĩo agitaret Theſeus uicanoꝝ primorib⁹ ap̃it, nec tñ q̃ inde cõmoda expectãda eſſet demõſtrat, ſed pollicet̃ etiã fore, ut quũ oẽs unũ in locũ cõueniſſent, tum regia p̃tãte depoſita, ſeſe in ordinẽ redigeret, redactuſq; ciuilis iuris & æq̃tatis ſuis ciuibus fieret autor. Perpulit ea res Atticę terrę prĩcipes, ut ex uetuſtis ſedib⁹ Athenas demigrarẽt, huc ignobilis multitudo ex uicis agreſtes lares certatim trãsferũt, multi libertatis nomẽ ſecuti, alĳ ſpe nouæ fortunæ impulſi, q̃dã etiã metu, ne ſi in agris eſſe p̃ſeuerarẽt, inuiti aliq̃n cogerent̃ urbẽ incolere, atq; ita ut p̃egrini in ciuitate iã inſtituta ſordeſcerẽt. Cõfirmatus interim Theſeus Delphico oraculo, unde carmẽ allatũ ſignificabat fore, ut ea q̃ſq; ciuitas late rerũ potiret̃. Vt igit̃ ciuiũ animi citi⁹ coaleſcerẽt, cõe oĩbus prytaneũ ſenatũq; cõſtituit, ad hæc Mineruæ ſolẽne ſacrũ adiecit, & unũ uelut ſtatũ diẽ in memoriã ciuitatis unũ in locũ traductæ. Hæc Metœcia. i. aduẽtitia, illud Panathenęũ dixere. Et hęc prima fuit liberæ ciuitatis forma, quã Theſeus ĩ Attica cõſtituit. Idq; Athenaꝝ urbis impio quondã claręſed doctrinaꝝ ſtudĳs p̃ oĩbus, q̃ unq̃ in terris fuerũt, maxime memorabilis origo tradit̃, quũ nomẽ illi & arx ad id tp̃s cõtigiſſet. Eſt & nũmoꝝ uſus ab eodẽ inductus, quos bouis figura p̃cuſſit. Dubiũ fuerit, an id argumentũ tauri ad Marathonẽ domiti, an ad Cretẽſis athletæ nomẽ, quẽ Gymnico certamine uicit, uoluerit alluſum, an q̃a id aĩal ſit agroꝝ cultui in primis utile. Ciuitate in hũc modũ cõſtituta, exemplũ, ut credit̃, Herculis ſecutus, q̃ Olympici agonis autor fuit, ſacrũ Neptuno circa Corinthiacũ Iſthmũ certamẽ iſtituit. Iſthmia à loco noĩauit. Quib⁹ in locis haud multũ antea idem colũnã ſtatuerat, q̃ Ionię, q̃ eadẽ fuit & Attica, & Peloponeſi fuit cõfiniũ. Plutarch⁹ ĩ Melicertæ honorẽ eũ Agonẽ inſtitutũ arbitratur, quũ illud noctu ageret, initiationiſq; poti⁹ q̃ ſpectaculi ſpeciẽ haberet, p̃pius uero eſſe opinat̃, q̃d alĳ in Scyronis memoriã iſtitutũ credidere, à q̃ Theſeus ob arctiſſimũ cõſanguinitatis uinculũ fuerit cæde expiat⁹. Fuit Scyron, ut illi meminerũt, Enichoæ ſororis Ethræ filius. Nõ deſunt q̃ Simnis memorię id datũ exiſtimẽt. Adeo in re uetuſtiſſima facile uariãt ſcriptores. His in Attica geſtis, Theſeũ in Pontũ cũ Hercule ad Amazonas debellãdas Diodorus & Trogus nauigaſſe tradunt, atq; Antiopã, uel (ut Clidemo & alĳs placet) Hippolytẽ p̃mĳ loco ei datã. Pherecides, Hellanic⁹, & Herodot⁹ poſt Herculẽ ad Themiſcyrã Theſeũ nauigaſſe ferũt, captiuãq; inde Amazonẽ abduxiſſe. Quę eo mihi uero p̃piora uident̃, q̃ ex Herculis comitatu nemo ali⁹ eſt forte Amazonẽ adept⁹. Et q̃ Amazones ipſæ haud multo inde tp̃e ĩteriecto Atheniẽſib⁹ noĩatim bellũ intulere. Bion dolo credidit Amazonẽ à Theſeo ſublatã, quã cũ mulierib⁹ ad ſe miſſam, ut nauim cõſcẽderet, ſit hortatus. Q̃d̃ cũ puella ĩpudẽs feciſſet, ſublatis inde armamẽtis, cũ ea in altũ nauigaſſet. Cęterũ, utcũq; res geſta ẽ, Amazones (q̃d ĩter plures cõuenit, cũ p̃ Cimeriũ Boſphoꝝ, q̃ ẽ ad oſtium Męotidis in pontũ defluẽtis, ĩ Europã trãſgreſſæ, Scythaꝝ opib⁹ ſuas pri⁹ firmaſſe tradũtur, mox p̃ Thraciã tumultuoſe in Atticę terrę fines deſcẽdiſſe. Hellanic⁹ multa & uaria circa Athenas eius expeditiõis argumẽta ad poſteros mãſiſſe tradidit. Theſeus igit̃ (erat eñ Hercules per id tp̃s Libycis reb⁹ occupat⁹ (ut Diodorus ſignificare uidet̃) ſuis fretus uiribus in Amazonas p̃ſpere pugnauit. Fuit res una magno adiumẽto ad uictoriã, q̃ illę ſeditiõe in caſtris orta, aliquãto ãtea (ut eſt alio loco ſignificatũ) fuerãt ab Scythaꝝ auxilĳs deſtitutę. Nec Athenienſibus ĩcruẽta uictoria obtigit. Antiope, ſiue Hippolyte poti⁹ ea fuit, fortiter p̃ Theſeo & Atheniẽſibus dimicãs, p̃lio occubuit. Alĳ Antiopã ob linguæ cõmerciũ cũ Amazonib⁹ finiẽdi belli autorẽ extitiſſe aiunt, eiuſq; arbitrio pacẽ cũ gẽte cõpoſitã, locũq; ſecus Theſei phanũ ab

*Theſeus ciuitatẽ inſtituit.*

*Athenæ cõſtituuntur.*

*Nũmus percuſſus à Theſeo.*

*Iſthmiaci ludi.*

*Scyron.*

*Altera Amazonici belli opinio.*

icti fœderis ratione Orchomoſij iã inde nomẽ tenuiſſe,& alteꝝ Amazoniũ dictũ Clidem⁹ tradidit,ꝙ ſiniſtrũ ibi Amazonũ cornu medio certamine icͥnaſſet. Amazones poſt Atticũ bellũ ſeſe in Scythiã receperũt. Hæ ne igiẗ fuerint, an ille poti⁹ q̃ ad Thermodoontẽ captæ, Graijs uictorib⁹ in naui inſidiatæ ſunt, ſeqꝫ in libertatẽ aſſeruerũt, à qbus Sarmatarũ gens (ut eſt ſupra ſignificatũ, cõdita eſt, haud quidẽ affirmare auſim. Qđ ad eaꝝ aũt in Atticã terrã acceſſũ attinet, p̃ter alia q̃ circa Athenas rei geſtæ monumẽta, q̃ multas poſt ætates perdurarũt ĩ Megarenſi agro, Theſſalia, & Cherſoneſo Thracia qua illæ aut quũ bellũ intulere, aut pacatis rebus abeũtes paſſim metatæ ſunt, altiſſima q̃dã ſuæ memoriæ ĩpreſſere ueſtigia. Qui Theſeida ſcripſit, Antiopæ cõſilio credidit bellũ Theſeo ob Phedrã ſupductã ab Amazonib⁹ illatũ. Sed maior cõſtantiorqꝫ eſt fama eoꝝ, q̃ de ipſius belli ratiõe ſupra memorauimus. Plures ad hæc autores ſunt, q Hippolitũ ex Antiope natũ affirmẽt. Pindar⁹ Demophoontẽ credidit. Amazoneqꝫ defuncta, Phędrã puero nouercã ſupductã infeliciſſimo utriuſqꝫ euẽtu. Enimuero quę de illoꝝ miſerabili caſu ſunt literarũ monumẽtis edita, cõuenit hiſtoriarũ ſcriptorib⁹ cũ Tragicis. Fuit Phędra nõ Minois filia, ſed neptis ex Deucalione orta, q ortus ex Minois filijs fuiſſe tradiẗ, q̃ poſt Atticã ciuitatẽ à Theſeo cõditã, ut quidã ſcribũt, nupſit. Ego ob ea q̃ ſupra ſcripſim⁹ aliquãto prius crediderim ſupductã. Ex qua Athamas & Demophoon ſunt ꝓcreati. Hippolitũ Theſeus, quẽ ex Amazone tulerat, Trœzenẽ miſerat nutriendũ, q quũ adoleſcere cœpit ad myſteria, in Atticã ꝓfectus, ubi primũ in cõſpectum uenit, cœptus eſt ꝑdite à Phędra adamari. Inde cũ Theſeo ad Pitheũ in Trœzenem ꝓfecta, Hippolyti cõcubitũ petijt, à quo p̃ter opinionẽ repulſa, irarũ plena cũ Theſeo Athenas reuertiẗ, hic multa de priuigni audacia & temeritate q̃ſta, ſe inceſti ab eo interpellatã quũ Trœzene eſſet, abſentẽ falſo criminaẗ. Atrocitate criminis cõſternatus Theſeus, per internũciũ Hippolyto ſignificari iubet, reſciuiſſe patrẽ, quas, loci opportunitatẽ nact⁹, nouercæ inſidias tetẽdiſſet. Vehebaẗ tum forte curru Hippolytus, qui mulieris artẽ, ſceluſqꝫ agnoſcẽs, factã apud patrẽ ab ea fidẽ ratus, doloris magnitudine turbatus, quũ iam minus ſibi ac min⁹ cõſtaret, habenæqꝫ manibus excidiſſent, equis ſubito caſu cõſternatis, diſtractus interijt. Hippolyti morte Athenas nũciata, Phędra & ipſa ſibi mortẽ cõſciuit. Fuerũt ex ueteribus rerũ ſcriptoribus, qui ſecundũ hanc duplicẽ cladẽ Theſeũ Athenis eiectũ crederẽt. Qđ idcirco pro falſo refelliẗ, quia Theſeus ab Hercule uinculis liberatus Athenas uenit, ac tum demũ in eã exilij cladẽ incidit. Plutarch⁹ autor eſt, ſcripſiſſe quoſdã cũ Iaſone in Colchidẽ eũ nauigaſſe, & Meleagro affuiſſe in Calydonio apro cõficiendo, ob idqꝫ uetus ꝓuerbiũ inoluiſſe, ut nõ ſine Theſeo diceret, quũ ꝑclarũ aliq̃d facinus uirtute hoĩm cõfectũ intelligi uellet, pleriqꝫ etiã eũ alterũ Herculẽ appellarẽt. Argiui quoqꝫ ab eo adiuti dicunẗ in recipiẽdis eoꝝ corporibus, qui ad Thebas ſub Adraſto perierũt. Pyritho⁹ ad hæc qui in Lapithis regnabat, Theſei fama & celebritate impulſus experiri ſtatuit, an is tãtus eſſet, quantũ toti⁹ Gręcię ad ſe rumor detuliſſet. Igiẗ Theſei boues, q̃ in Marathonis ſaltu cuſtodiebanẗ, per latrocinij ſpeciẽ abegit. Quæ res trepide Athenas nũciata, Theſeũ cõtinuo ad iniuriã ulciſcẽdã Marathonẽ exciuit, nec Pyrithous eius declinauit occurſum. Hic ambo ſe uterqꝫ alteꝝ ſub primũ cõgreſſũ intuiti, formęqꝫ deĩde p̃ſtãtiã & magnitudinẽ animi mirati, poſt mutuã appellationẽ dextrã iũgunt, amicitiãqꝫ inter ſe firmãt, Pyrithoo cognitionẽ & iudiciũ de bobus per iniuriã abactis ipſi Theſeo permittẽte, cui ille non ſolũ rei æſtimationem oẽm remiſit, ſed ad amicitiã tũ primũ initã, perpetuo colẽdã eſt hortat⁹, qua iureiurãdo ſancita, Pyrithous Theſeũ in Lapithas multa comitate ꝑtraxit. Hic hoſpitalib⁹ mẽſis cũ Cẽtauris adhibitus, factũ eſt, ut illi in multũ uini proueċti. Deidamiã Pyrithoi cõiugẽ aliaſqꝫ Lapithaꝝ mulieres petulãtius attrectare ſint auſi, conatiqꝫ ad ſtuprũ rapere. Id flagitiũ Lapithis iniquo animo ferẽtibus, cõfeſtim media regia tumultuariũ certamẽ oriẗ. Pulſi ſunt itaqꝫ iniurię autores præcipua Theſei opa, ac cũ multa cæde diſiecti. Nec ita multo poſt à Lapithis bello petiti proprijs ſunt finib⁹ eiecti. Herodotus cõflato cũ Cẽtauris bello, auxilio Theſeũ ſuperueniſſe ſcribit, ac tum primũ Herculẽ ab eo uiſum, fuiſſeqꝫ cõgreſſum ipm utriqꝫ honori & uoluptati. Maior oĩno fama eſt Theſeũ ab eo uinculis liberatũ. Quę aũt cauſa eũ in id diſcrimẽ adduxerit, hæc tradiẗ. Qđ Theſeus poſt amicitiã cũ Pyrithoo initã, quũ iam q̃nquagenari⁹ eſſet, Helenã, ut Hellanicus ꝓdidit, ex Sparta uno dũtaxat Pyrithoo adiut⁹ ad ſtuprũ rapuit. Quidã ab Ida

Marginal notes: Cur bellum ab Amazonibus Atticæ illatum. — Phædra Hippolytũ criminatur. — Hippolyti & Phædræ interitus. — Non ſine Theſeo. — Congreſſus Theſei & Pyrithoi. — Lapitharũ bellum. — Congreſſus Herculis & Theſei.

C — D

A ab Ida & Lynceo raptā crediderūt,ſed apud eū depoſitā. Plutarchus Spartā ambos ueniſſe Helenæ raptus.
ſcribit, ibiq; Helenā choꝝ quē Orthiā uocāt,in Dianæ tēplo exercētē intuitos,ui raptā in At/
ticā aſportaſſe,pactoſq; inter ſe eſſe,ut uter eā ſortiret,is eſſet alteri auxilio ad nouā cōiugē ra/
pto cōparādā. Theſe⁹ puellā ſortitus,qa nondū uiro matura eſſet,apud Ethrā matrē occulte
Aphidnis reliq̃t,pegre inde cū Pyrithoo in Moloſſos pfect⁹ Aidonei regis filiā rapere conati
ſunt,cui pater Proſerpinę nomē dederat ab eo,credo,ꝙ mater Cereris fuiſſet nomē ſortita.Is Pyrithoi interitus.
ubi Pyrithoū ut raptorē adeſſe ſenſit,cani quē īmani ſtatura horrēdoq; aſpectū in regia ale/ Theſei carcer.
bat,laniādū obiecit(ferūt & illi Cerberi nomē fuiſſe)Theſeū cuſtodiri iuſſit tantiſp, dū de eo
aliud ſtatueret. In hoc erat ille diſcrimine,Athenis iterim Mneſte⁹ Ornei fili⁹,nepoſq; Erich/
thei populari adminiſtratiōi infenſus ciuitatis ocia noua ſeditiōe turbare eſt adort⁹.Sed ma/
iores aliquāto bellorū mot⁹ à Tyndaridis Helenę fratribus inſtare. Hi Atticos fines pacate in
greſſi ab Athenięſibus primo petūt,ut ſoror à Theſeo rapta ſibi reſtitueret,ipſm iniuriæ auto
rem,ſi uera ſibi dicerent,iā meritas ſuoꝝ ſceleꝝ luiſſe pœnas. His reſpōſum eſt, neq; puellam
Athenis eſſe,neq; Athenięſiū quēpiā ſcire q̃ terrarū fuerit abducta. Tū illi ad irā & ultionem
uerſi,quū ingentē urbi terrorē inieciſſent,Academ⁹ q unus oīm eā Aphidnis apud Æthram Academus.
latere non ignorabat,ne ciuitas maius aliq̃d adiret diſcrimē,rē ad Caſtorē & Pollucē defert,
quapropter & uiuo illi honores ab Tyndaridis ſunt habiti,& lōge deinceps tp̃e q̃ties Lacedę/
monij Atticos fines hoſtiliter inuaſere,ab Academia ob uni⁹ memoriā oē ius belli abſtinue/ Academia.
rūt.Erat is locus haud pcul Athenis,quē Dicæarchus ab Academo,q ſub Tyndaridis milita/
uit,noīatū exiſtimauit. Caſtor & Pollux Aphidnas bello adorti oppidū ui capiūt diripiūtq;,
ſororēq; receptā cū Æthra Theſei matre hoſtilit abducta Spartā remittūt. Athenięſes ſubito
terrore belli pculſi Mneſtei ſuaſu Tyndaridas ītra mœnia accipiūt,Theſeū ut pdonē nefariū
hoſtē iudicāt. Caſtor & Pollux myſterijs initiati,ut Hercules à Pileo, ſic ipſi ab Aphidno quo Caſtor.
dam adoptati,tā demēter & pacate oīa circa Athenas geſſere,ut diuinos ſint honores ab A/ Pollux.
B thenięſibus adepti,dictiq; Anaces,uel qa Græci belli ceſſationē Anochā dicūt,aut à cura ci/ Anaces.
uitatis ab oī iīuria ſeruatæ. Sūt q ab aſtrorū aſcēſu id illis nomē datū arbitrati ſint. Fuerāt hæc
Tyndaridæ in Attica adepti,atq; iā abūde ulti erāt domeſticā iniuriā, quū Theſeus Herculis
interuētu liberat. Is eoꝝ inſci⁹,q̃ Theſeo & Pyrithoo accidiſſent,quū forte apud Aidonaū in
hoſpitio eſſet,īcidiſſetq; iterim de illis ſermo,deq; eoꝝ latrocinio,Pyrithoūq; à ſe occiſū Ai/
doneus pdicaret, Theſeū uictū adhuc eſſe,audito uiri fortis ſuiq; neceſſarij caſu,indoluit ue Theſei liberatio.
hemēter Hercules,petijtq; ab Aidoneo,ut meritū hoīs ſuppliciū ſibi remitteret. Id rex quum
haud grauate pſtitiſſet, ſolut⁹ eſt uinculis Theſeus,& ab Hercule ī patriā reſtitut⁹. Qui ſerua
toris ſui haud īmemor,oīa tēpla q ſuo noīe fuerāt iā antea Athenis cōſtructa,pter pauca Her
culi(ut Philochorus ſcribit)cōſecrauit. Curā deinceps publicā p amicos recipere adort⁹,Mne/
ſteo & alijs aduerſæ factionis cōtra annitētib⁹ urbe excedere coact⁹ eſt,liberis in Chalcidē ad
Elpenorē Calchodootis filiū pmiſſis,ipſe ad Lycomedē Scyrioꝝ regē diuertit,cuius inſidijs ui
ta priuatus eſt,ex ingēti,ut dicit,rupe pcipitat⁹,aut qa tāti uiri pſentiā ferre nō potuit,aut cer/
te ut Mneſteo & alijs aduerſę factiōis uiris,qbus ille formidini uiuēs erat,gratificaret. Sūt qui Theſei mors.
p errorē,dū forte ī ſecreto deābularet,īopinato lapſu pcipitatū dicāt,eoq; caſu exanimatū. Et
hæc de Theſeo q̃ ueriſſime potui. Hercules q illi uincula exemerat,quū iā p ea q̃ dixim⁹; im/
mortale eſſet nomē cōſecut⁹,Delphico oraculo monit⁹,ut ī Lydiā colonos mitteret, oēs libe/
ros q̃s ex Theſpiadib⁹ tulerat,cū Iolao ī Coloniā trāſcripſit. Q̄d Athenis q̃nquaginta fuerit Theſpij ſoboles.
Theſpio filię,quas ille haud ex uni⁹ mulieris cōcubitu habuerit,Diodor⁹ eſt autor. Cæteꝝ q̃
de his ille & eaꝝ cōceptu pdidit,nō multū à fabulis diſtare merito credunt. Nec eo inficias He
radidaꝝ gentē diu(ut alio deīceps loco dicet) ī Lydia regnū tenuiſſe,ſed tā numeroſā pgeniē,
q̃nquagīta nāq; ab eo tradunt in Coloniā miſſi,neq; ipſe p certo poſuerim,neq; temere aſſer
ta facile fidē īueniāt. Multa ad hæc de Iolai errorib⁹ ſunt memoriæ pdita,nauigaſſe cū ī Sar/ Errores Iolai.
diniā autores ſūt qdā eiuſq; iſulę ptē quā tenuit,cultu & morib⁹ illi⁹ opa exculta,urbe de ſuo
noīe his locis cōdita, ad quā ædificijs exornandā,Dędalū ex Sicilia ferūt ab eo accerſitū. Nec
ita lōgo īteriecto tp̃e ex Sardinia ī Siciliā Iolaus trāſijt,ubi ob Herculis memoriā hoſpitabili/
ter à Sicanis eſt accept⁹. Multiq; iterim ex ei⁹ comitatu locoꝝ amœnitate pellecti cum Sicanis

habitare maluerūt, q̃ cū eo in Græciā reuerti. Hercules (ut de eiꝰ rebus dicere ꝑgā) quū Mega/
ra dimiſſa Iolen Euryti Oechaliæ regis filiā ſibi uxorē popoſciſſet, qa pater de ea re cōſulturū C
ſe oraculū dixerat, nō morā illā, ſed repulſam īterp̃tatꝰ, Euryti boues ex Oechaliæ finibꝰ abc/
git. Ad quas Iphiclus repetēdas à patre Tirynthē miſſus, ex eminēti turre eſt Herculis iuſſu p̃
Iphicli cæ/ cipitatꝰ. Ob eā cędē in grauiſſimū īcidiſſe morbū credit. Et q̄q̄ de more expiatꝰ, quū nihilomi/
des. nus lāgueret, oraculo (ut tūc erāt mortaliū animi uana ſup̃ſtitione īpliciti) monitꝰ dicit, fore ut
nō priꝰ clade illa defungeret, q̃ iuſto uēditus foret p̃cio, eaq́ꝫ pecunia Iphicli liberis ꝓ paterna
cęde repēſa eſſet. Oraculi p̃cepto uſus Hercules, ut priſtinā recipet ualetudinē ſeſe uenalē p̃bu
Venditur it, ſeruiuitq́ꝫ diu ignotus Omphale uirgini, Iardanes eorū reginæ q Męonij olim mox Lydij
Hercules. ſunt nūcupati filiæ. Sed dū ſeruitutē ſeruiuit, Latrones Cercopas noīatos Lydiæ finibꝰ inſe/
Quæ in Ly/ ſtos partim ꝑemit, partim Omphale uinctos ad ſuppliciū tradidit. Opp̃ſſit & Syleū, qui mor
dia Hercu/
les geſſerit. tales ꝑegre exceptos ſeruili oꝑe inuitos adigebat. Itonas inde opp̃ſſit & ipſos latrocinio infa/
mes, eorū urbe funditus euerſa. His p̃clare geſtis, tū demū agnitꝰ cōfeſtim libertate donatꝰ ē,
Omphaleq́ꝫ ex eo facta grauida Lāmonē filiū peperit, quū ipſe ſeruꝰ aliquāto antea ex ſerua
Cleolaū extuliſſet. Poſt hęc ex Aſia ī Pelopōneſum reuerſꝰ, Augeā ob mercedē purgatæ au/
læ nō redditā magis bello ꝑculit, q̃ afflixit. Vna nāqꝫ & ea pleui pugna cū Eliēſibus cōmiſſa, ī/
fecta re ad Olenū diuertit. Cuiꝰ Hippolytā filiā Anaxio nuptā, quū forte publico cōuiuio ab
Eurytiōe Cētauro raperet, raptore fœde ī īterfecto, puellā p̃ſenti iīuria uīdicauit. Hinc Tiryn/
thē reuerſus, ab Euriſteo ī crimē deuocatꝰ, tanq̄ ipſiꝰ capiti īmineret, iuſſus urbe diſcedere, cū
Alcmena matre, & Iolao in Pheneū Arcadię cōceſſit. Nec ita multo poſt quū reſciuiſſet ex Eli
de pōpā in Iſthmū Neptuno mitti, cuiꝰ Eurytus Augeæ dux eſſet, eū apud Cleonē ſine ullo
Euryti cæ/ maiore certamīe opp̃ſſit. Quo ſublato Eliēſes bello repetiti ſunt, q breui poſt Augea ī pugna
des. amiſſo pacē petiere. Hercules regnū Phileo Augeæ regis à ſe ꝑempti filio habēdū ꝑmiſit. Fue
rat is pulſꝰ à patre, ꝙ arbiter ab eo & Hercule factꝰ, ꝓmiū illi reddēdū cēſuiſſet. Secūdū hęc q̃
ſunt ī Elide geſta, Hercules Hippocoōta ex Sparta deiecit ob Lycimnij Pheneoꝝ regis hoſpi D
tis ſui necē ab Hippocoōtis filio perempti. Durū ancepſq́ꝫ fuit illi cū Hippocoōte & liberis p̃/
Hercules liū, qbus unà cū patre cadētibꝰ, Tyndaꝝ Caſtoris & Pollucis patrē captę urbi Hercules regē ī/
Tyndarū re
gem conſti/ poſuit, quū priuatꝰ antea fuiſſet. Nec ea uictoria fuit Herculi īcruēta, pleriſq́ꝫ uiris inſignibus,
tuit. Herculiq́ꝫ neceſſitate cōiūctis ī pugna amiſſis, ipſe ī Arcadiā ex Laconia reuerſus, apud Aleū
regē hoſpitabiliter diuerſatꝰ, Augen eiꝰ filiā uitiatā p̃gnātē reliqt. Quę poſt Herculis digreſſū
Caſus Au/ utero ꝑdita, nautis à patre, ut eā alto mari mergerēt, tradita eſt. Sed tātiſper dū ad mare ducit
ges puellæ. doloribꝰ repēte obortis, quū ꝑ ſpeciē curādi corporis paululū uia diuertiſſet, pueꝝ enixa inter
folia dēſaq́ꝫ uirgulta occulit. Inde ad mare ꝑducta p̃ter ſpē ſeruata eſt. Ii qbꝰ ꝑdēdę fluctibus
filię negociū Aleus dederat, regiæ puellæ fortunā miſerati eā ꝑdere nō ſuſtinuerūt, ſed Cari/
bus īde ſoluētibꝰ ī alias ꝓcul terras aſportādā tradūt. Paſtores īterim quū ī ea forte loca, quibꝰ
īfans nuꝑ erat editꝰ, armēta ī paſcua cōpuliſſent, pueꝝ cōſpicati, ad ſtabula deferūt. Fama eſt
Telephi ca/ ceruā iacēti illi ubera p̃buiſſe. Ipſe īter paſtores educatꝰ, Telephꝰ eſt dictꝰ. Quę uox nihil ſane
ſus. eſt ab argumēto fabulę diuerſa. Is aūt adultꝰ cū Delphos ad oraculū ueniſſet, de matre cōſul/
turꝰ, ī Myſiā nauigare eſt iuſſus: ad Teuthrātē itaqꝫ ꝓfectus, q ꝑ id tp̄s in ea terra regnabat,
ſtanter ad ea q̃ de Helena q̃rebātur reſpondentē, grauiſſimis Proteus uerbis increpuit, Deos hoieſq; teſtatus niſi hoſpitalia iura obſtarent, nullā neq; patriæ, neq; parentis rationē ſe fuiſſe habiturū, quo minus meritū de eo ſumeret ſupplicıū, ut atrociſſima unius pœna documento eſſet mortalib⁹, ne latrocinio illicitos ſibi quęrerent amores. Cæterū nolle ipſius quem merito odiſſet exēplum imitari, ꝑmiſſurū ſe hoſpitij cauſa, ut incolumis inde claſſem abduceret: Iret, & aliena cōiuge, & rebus quas illa ſecū extulit apud ſe relictis, cōfeſtim tota Ægypto excederet. Quod niſi cōtinuo faceſſeret, tā ducē ipſum ſe q̃ comites ꝓ hoſtibus habituꝝ. Atq; ita ait eueniſſe, ut q̃diu ad Troiā bellatū eſt, Helena fuerit apud Proteū. Hęc Herodotus ex Ægyptiorū ꝑ̄dicatione, de Helenę in eam terram appulſu. Homerus quoq; Helenā poſteaq̃ in Græciā reuerſa eſt ꝑ̄dicantem inducit Nepenthe illud ꝙ Telemacho ꝓpinabat, à Thonis cōiuge dono accepiſſe, quādo terra Ægyptus plurima eiuſmodi mixta, partim bona, partim mala ferret medicamenta. Idem autor Alexandrū Sidonem ueniſſe ait, quę ab Ægypto non multū diſtat, celebratq; Sidoniarū opus puellarū, quas ille lata ſulcās maria Iliū aduexiſſet. Sed his multū diuerſa ſunt quę Dion ſcribit. Is Ilienſibus perſuadere conatus eſt, ne Ilium quidē à Græcis exciſum, nec Helenā Menelao unq̃ nupſiſſe, ſed Paridi, quā quū multi ex terra Gręcia ꝓcarētur, & cū his Menelaus Agamēnonis frater, cū quo Clytęmneſtra Helenę ſoror nupta erat, indignitate rei, ꝙ ꝑegrinus homo Gręciæ primoribus prælatus in matrimonio eſſet, Atridarū impulſu Græci Priamo bellū intulerint. Eoq; fidē huic opinioni fieri, ꝙ Caſtor & Pollux fratres Helenę, qui eius connubij autores fuiſſent, ad Troiam non militauerint. Ita igitur Dion rem dirigit, ut Helenæ cōnubiū à Gręcis ꝑ legatos dicat repetitū, qua non reddita, q̄m legitime Paridi nupſiſſet, ex tota fere Græcia bellū ſit Phrygiæ illatū. Primoq; ad Troiam appulſu Proteſilaū, q oim prim⁹ in litt⁹ euadere conatus eſſet, ab hoſtibus interfectum: mox Graios littore depulſos in Cherroneſum retro nauigaſſe: atq; ita ex ꝓximo, latrocinantiū more poti⁹ q̃ bellantiū, maritima q̄dam Troianorū oppida populatos, poſtremo Iliacū litt⁹ ab his noctu repetitū, ac D tū priuſq̃ ex urbe occurri potuiſſet, uallū nauibus obiectū. Multos inde, ut ille ait, bellorū caſ⁹ utriq; ſunt experti. Sed Gręcorū res multo deterior, q̃ poſt multa pericula & labores terra & aq̄s exhauſtos nihil ꝑ̄ter littus foſſa & uallo munitū, in Phrygia tenerēt. Eſt ad hęc in ſumma reꝝ oim difficultate, ſeditione nōnunq̃ laboratū, ut ægre Neſtoris Vlyſſiſq; autoritas uulgus à nauibus reuocarit, quū populariter in Græciā abeundū cenſerent. Acre deinceps prælium eſt, ut Dion ait, ſecutum: Græciq; ad naues cū multa ſunt ſtrage ab Hectore compulſi, multo maiorem cladem accepturi, niſi rem pene afflictā Achilles ſuo mare reſtituiſſet. Is Phryges trās Simoēnta ꝑſecutus, & cum Hectore cōgreſſus grauiter ictus cōcidit. Cuius corpus quominus eo hoſtis potiret̃, ęgre duo Aiaces tenuerūt. Adeo Dion ab Homero oīa diuerſa ꝓdidit, fabuloſa haud uno loco eſſe teſtatus, q̃ ille de ſingulari Paridis & Menelai pugna fuit carmine cōplex⁹, de Aiacis & Hectoris prælio, Diomedis & Ænęę, & in uniuerſum q̄cunq; de Patroclo cecinit. Achille igit̃ extincto, nocte q̃ ꝓxime ſecuta eſt, Græci fortiſſimi ducis interitu, magnaq; ſuorū cæde ꝑculſi, in Cherroneſum retro abierunt, eoꝝ caſtris Troēs potiti, magnā inibi ꝑ̄dam diripiunt. Tabernacula incēdunt, uallū diruūt. Erātq; Ilienſiū res in hoc ſucceſſu, quū Amazones ex Pōto, & ex Æthiopia Memnon ſuppetias Priamo uenerūt: & Gręci Pyrrho ex Scyro iſula accerſito, & Philoctete ex Lemno ſuas opes firmāt. Inſtauratoq; exercitu Iliū ex Cherroneſo repetūt. Tū maiores, ut Dion ait, cōflictus ſecuti, Antilochuſq; & Aiax ab Hectore i pugna interfecti. Paris à Philoctete ſagitta ictus, & Pētheſilea à Neoptolemo telo trāſfixa mortē occubuerunt, Atq; ita opib⁹ utrinq; fœda clade acciſis, quū multo maior hominū & rerum iactura eſſet à Gręcis facta q̃ à Phrygibus, fœdus utrinq; ictū, ut Gręci pro ea pecunia quā Priamus ſibi dari poſtulabat, ob bellū iniuria à Græcis illatum, Mineruæ Iliacę opus memorabile relinquerēt. Vnde ſumpta eſt poētis materia, ut Troiā equo captā memoriæ prodiderint. Ea moles hoc habuit: ACHIVI MINERVAE ILIADI SACRVM. Plinius, arietē bellicam machinam Troianū equum fuiſſe exiſtimat, cuius inuentor fuit Epeus. In fœdere eſt diſcerte poſitum, ut Gręci Priami genere Phrygiam obtinēte nūquàm bello Aſiam repeterent, neq; Troiani Peloponeſum aut Bœotiam, aut Creten, aut Ithacam Phthiàm ue, aut Eubœam inuaderēt.

Fœde

Helena Menalao nō nupſit ut quidā ſcribunt.

Proteſilaus interficitur.

Hector Achillem interficit.

Amazones Priamo ſub ueniunt.

Machina Troiani equi.

A Fœdereqꝫ in has conditiones icto, Græci ob rē male geſtā, ſeditione primo agitati, diuerſi do-
mum cōceſſerunt. Cæterū alij alios caſus experti, omnes fere ad unū ſunt pɔlicitati. Tempeſta- Infelix Græcorū exitus
te quidam abſumpti. Nōnulli ut Agamemnon domeſtica fraude perierunt. Plures domo ꝑ Menelaus
cōtemptum excluſi, exilio ſolū uerterunt, & in his Diomedes & Menelaus, qui quū in Aegy- in Aegyptū delatus.
ptū nauigaſſet, omnia memorare ſit ſolitus eius gentis ſacerdotibus, quæ Græci ad Troiā per- Aneæ nauigatio.
peſſi eſſent, eadem ab illis per manus ad poſteros tradita. Ex quibꝰ hęc Pruſienſis Dion ſe di-
diciſſe teſtatus eſt. Priamus (ut idem autor ſcribit) feliciter cōſenuit. Helenaqꝫ poſt Paridis in-
teritū Deiphobo nupſit. Nec multo poſt, quū iā Hector regnū à patre accepiſſet, nec Aeneas
quieturus uideretur, niſi in partē regni receptꝰ, quod magnis Priami pollicitationibus fortiter
Troiam defendiſſet, autor illi fuit, ut ſua pecunia & claſſe auctus quo uellet Coloniam depor-
taret. Sic Helenus & multi hoc ipſum ſecuti, alij alio nauigarunt. Et hęc Dion multo longiore
ꝙ̄ nos fecimus ſermone executus: ut qui ſit in Homeri mendacijs refutandis uehemēter occu-
patus. Verū neqꝫ huius, neqꝫ alterius cuiuſꝗ̄ fides maioris apud me erit unꝗ̄ momēti, ꝙ̄ Phry- Dares Phrygius.
gij Daretis: cuius hiſtoriā non tantum probauit Nepos Cornelius, ſed Criſpo etiā Salluſtio
in Romana hiſtoria plurimorū iudicio haud dubie principi, cognoſcendā tradidit. Is Helenā Verus Helenæ raptus.
ſcribit Menelai cōnubio ui abductā à Paride, quē Priamus pater ad hoc ipſum in Græciā mi-
ſiſſet, ut quando Heſione per legatos repetita à Telamone non redderet, aliquo Gręcos incō-
modo afficeret: eratqꝫ tum forte Menelaus in Pylum ad Neſtorē profectus. Erat & Helena ui-
ro abſente in Citheris inſula, ꝙ̄ Paridis uidēdi cupida in eius conſpectū uenit, ibi uterqꝫ alte-
rius forma capti templū Apollinis & Dianę ſubierunt ſacroꝝ cauſa, unde nocte quæ proxime
ſecuta eſt eam in nauim receptā Paris auexit. Sunt & aliquot cū ea mulieres ex ipſius comita-
tu ad naues abductæ. Spoliatoqꝫ Apollinis templo in Phrygiam proſpera nauigatione eſt re-
uerſus. Coniurat tota Græcia ob eā iniuriam in Priamū & filios. Septuaginta circiter uiri illu-
ſtres Agamemnonis ductu, cui ab initio delatū fuit imperiū, cum mille & amplius nauibus ad
B Troiam ex Aulide ꝓfecti ſunt. Vbi naues Tenedum tenuere, Diomedes & Vlyſſes Iliū ad res
repetendas ire ſunt iuſſi. Interea Achilles Myſiā populatus eſt, & Teutras ꝗ in ea terra regnū Teutras
obtinebat ꝑlio uictus, grauiterqꝫ fauciꝰ Achillis manu occubuiſſet, niſi eū Telephus, qui cum Teuthras.
Achille erat, clypeo protexiſſet. Fuerat Teuthras ab Hercule Telephi patre in regno conſtitu- Telephus.
tus, quo contigit, ut à Teuthrate non modo ſit hoſpitio acceptus, ſed ad regni etiam ſucceſſio-
nē admiſſus. Nec mihi excidit quid ſupra de Telepho ſcripſerim, quid ue ab alijs de eius uul-
nere fuerit memoriæ proditum, ſed Daretis hæc ſunt. Sub idem fere tp̄s quo Achilles ex My-
ſia cū ꝑda Tenedū reuerſus eſt, Diomedes & Vlyſſes ex Ilio nūciant Helenā non reddi, Etiā
Græci erāt ex inſula trāſmiſſuri, quū Palamedes ex Eubœa ſuperuenit cum xxx. nauibus, do- Palamedis
cuitqꝫ multo tutius Græcis futurū, ſi noctu Troianū littus occuparēt. Cæterum ſiue noſtri ſiue conſilium.
interdiu claſſis eo appulſa eſt, acri prælio ſunt Greci ab Ilienſibus in littore excepti. Occubuitqꝫ
in ipſo cōgreſſu Proteſilaus, qui omniū ferociſſime in aduerſum hoſtē irruperat. Mox cruenta
cædes ſecuta eſt, multiſqꝫ utrinqꝫ amiſſis, protacta ē in plures horas anceps dimicatio. Ad po-
ſtremū impreſſione ab Achille facta, Troiani cum multa cæde in urbē compelluntur. Ac tum
demū Græci in terram egreſſi, per ociū naues & caſtra muniunt. Poſtridie Hector in pugnam
egreſſus, Patroclū interficit: iacentiqꝫ exuuias derrahit, inde Merionē haud multo poſt ad ter- Patrocli & Merionis
ram deiectū, quū ſpoliare eſſet adortus: à Mneſteo graue uulnus in femore accepit. Sed non cædes.
adeo eſt plaga una retardatus, quin ad naues uſqꝫ Græcos egit, intuliſſetqꝫ ignem nauibus, ni-
ſi Aiax Telamonius collato pede illius impetū fregiſſet. Ibi duo fortiſſimi duces inter ſe agni-
ti. Erat Aiax ex Heſione Priami ſorore natus, ut plures dicunt, nam non deſunt, qui (ut alio lo- Aiax.
co demonſtraui) Teucrū uelint, donaruntqꝫ ſe inuicē militaribꝰ donis, diremptoqꝫ prælio in-
duciæ initæ ſunt, ut qui in acie occubuerant, per ociū ſepelirentur. Interim nonnihil inter Grę-
cos ſeditione laboratum. Cenſebat Palamedes eſſe imperium Agamemnoni abrogandū, ſi- Seditio inter Græcos.
biqꝫ tribuendū, quandoquidē multa cōmentus eſſet ad præſentis belli uſum, modū egredien-
di in hoſticū, caſtroꝝ munitiōes, teſſerā militarē, circuitionē uigiliarū, & cū his inſtruēdi exerci-
tus rationē: Eſtqꝫ per hæc biduo ceſſatū, niſi forte rectius bienniū pro biduo legatur apud Da-
retē. Agamemnon (quod ſatis conſtat) exeuntibus inducijs, cum Achille, Diomede, & Mene-

 lao,

Pugna acris.

lao, ſuos in aciem eduxit. Cōtra Hector & Æneas ex aduerſo aciē inſtruūt. Cōfligitur totis ui- C
ribus, caduntqꝫ utrinqꝫ multi uiri fortes. Sed multo acrius eſt ſequēti die pugnatū, quo pręlio
Paris Menelai femur trāſfixit ſagitta. Oppreſſuſqꝫ eſſet in ueſtigio Alexander hoſtibus pene
circūuentus, niſi obiectu clypei Æneas illum protexiſſet, ſed nox accenſum diremit prælīu, ani
miſqꝫ per hæc ad pugnā iritatis, octoginta circiter dies aſſidue eſt acie dimicatū, innumeriqꝫ in
terim uiri ab utraqꝫ ꝑte occubuerūt. Pacti ſunt inde in tris annos inducias. Triennio circūacto

Induciæ trium annorū

opibus utrinqꝫ auctis, Hector & Troilus primi ſuos in pugnā educunt. Occurrūt his Agamē-
non, Diomedes, & Menelaus. Huius diei pugnę, quę tam his q̃ illis cruēta fuit, adeo animi in-
caluerūt dimicādi ſtudio, ut, xxx. deinceps dies ſit hinc inde in aciē deſcenſum. Sed quū aliquā-
to plures ex Troianis cecidiſſent, ſex menſum induciæ ſunt Ilienſibꝰ datę. Vario poſthæc mar
te eſt ſæpius conflictū. Hector interim uir fortiſſimus cum Achille congreſſus, eius femur con

Hectoris caſus.

ſauciat, ipſe contra ab Achille letaliter percuſſus occubuit. Eoqꝫ cadēte Troiani in fugam uerſi
cum fœdiſſima ſuorū ſtrage in urbē compelluntur. Duobus inde mēſibus eos induciæ tenue-
rūt. Quo tēpore Priamus magnifice Hectorem uulnerauit, ludoſqꝫ in eius memoriā ad ſepul-
chrum inſtituit. In caſtris iterū mota inter Græcos ſeditione, abrogatū eſt Agamemnoni im-
periū, ſumma rei multitudinis ſuffragio in Palamedē collata, nec eā mutationē imperij Achil-
les ꝓbauit. Poſt inducias utrinqꝫ eſt in aciē deſcēſum, primoqꝫ cōflictu Sarpedon Lycius Tle-
polemū Rhodiū & Tereū Admeti filiū obtrūcat. Secuti ide multi uarijqꝫ conatꝰ. Circumacto

Polyxena ab Achille adamatur.

interim āno ab Hectoris interitu, quū Hecube & filiæ īferias ad eiꝰ tumulū ferrēt, quē illi extra
urbē Priamus extruxerat, Achilles, q tū forte mœnibꝰ obequitabat, Polyxenam intuitus, con
tinuo eius forma captus, oculos & animū in uirgine defixit. Fuit Polyxena (ſi uera Phrygius
Dares ꝓdidit) cādido colore, ꝓcera ſtatura, & longo teretiqꝫ collo, oculis uenuſtis, forma adeo
eleganti, ut omnes quæ ea ætate fuerunt, longe anteiret puellas. Achilles amoris impatiens ſer
uum Phrygij ſanguinis ad Hecubem mittit, qui uirginē ſibi in uxorem depoſceret, ita fore pol
licitus, ut ipſe Theſſaliqꝫ continuo ſeceſſionē facerent. Nec dubium quin ſe abeunte cōfeſtim D
Troia obſidione ſolueretur. Defert Hecube rem ad Priamū, qui factum ita probaturus uide-
batur, ſi poſt affinitatem uniuerſus exercitus abiret, alioqui non uideri ſibi cauſam filiæ cuiqꝫ
iūgendæ integro adhuc bello. Res citro ultroqꝫ per internuncios iactata, Achillem ab omni
armoꝝ ſtudio auerterat. Is iam antea Palamedis imperiū perteſus, ſoluēdi belli autor erat. Pa-

Deiphobus Sarpedon Palamedes occumbūt.

lamedes ad pugnā egreſſus Deiphobū obtrūcat, mox & Sarpedonē, quē ita in ſuos graſſantē
Paris intuitus ſagitta transfixit, eoqꝫ uulnere degrauatū, Troiani facto agmine telis obruunt.
Palamede cadēte Græci in fugā uertunť. Fit cædes teterrima, aguntqꝫ diſpalatū hoſtē Troiani
ad naues, his flāmas inijciūt. Aiax quia Achilles pręlio abſtinebat, unꝰ claſſem tutatꝰ eſt. Poſt
Palamedis interitū Agamemnoni iteꝝ ſumma rei permittiť. Is Achillē q totus Polyxenæ nu-
ptijs imminebat, & ob eā rē pugna ꝑtinaciter abſtinebat, ꝑ Vlyſſem, Diomedē, & Neſtorem
obteſtatur, ne Gręcorū res in aperto diſcrimine deſtituat. Multis agit p̄cibus, ut Palamede iā
è medio ſublato, ſua uelit cauſa pugnā capeſſere. Sed neqꝫ Agamēnonis p̄cibꝰ neqꝫ triū uiroꝝ
illuſtriū pręſentia ferox iuuenis flecti potuit, ut ad arma reſpiceret. Tum uero grauiſſimi fuere
cōflictus, duobuſqꝫ certaminibus Troili pręcipua enituit uirtus, q Diomede & Agamemnone
uulneratis, Gręcoꝝ phalāges iterū ad naues cōpulit. Ceſſatū inde ab armis ꝑ aliquot induciaꝝ
dies. Quo tꝑe Achilles precibꝰ exoratꝰ, alieno ductu ſuos in aciē miſit, cōſertoqꝫ utrinqꝫ pręlio
Troilꝰ Myrmidones præ ſe agit ad naues cum ſtrage multa. Interceſſerunt his belli feriæ, qbꝰ

Achillis uulnus. Troili caſus

exeuntibꝰ, quū Troilus ſupra modū in Græcos ſęuiret, Achillē rei indignitate motū, in prælīu
traxit: medioqꝫ certamine ſauciat. Cęterum dū Achilles curať, Graiorū acies ſæpius fundiť, im-
pellitur, præceps ad littꝰ agiť. Poſtremo Troilum curru media pugna excuſſum, ab Achiuiſqꝫ
circunuentū, Achilles iā à uulnere ualidior factus, interimit. Quē iacētē ſpoliare adortꝰ, à Mē-
none uulnerať. Hecuba in recentē luctū ob Troili mortem deuoluta, Achillē q temere ad ar-
ma recurrerat, ſpe connubij in Timbręi Apollinis phanum ad colloquium traxit, ubi Paride

Achilles & Antilochus interficiuntur.

alijſqꝫ opportune ad inſidias diſpoſitis, Æaciden incautū & cum eo Antilochum, qui comes
illi uenerat, ſuis trucidādos obiecit. Poſt Achillis cædem, Neoptolemus filius ex Scyro eſt ac-
cerſitus. Ad cuius acceſſum paterna ſunt arma iuueni data, quę ultro Aiaci delata pertinaciter
recuſa-

A recuſauerat. Inſtauratur itaq; bellũ, pugnaq; rurſus placet, primoq; cõgreſſu Pentheſilea Amazonum ductrix Pyrrhũ uulnerat, mox ipſa ab eodẽ ſaucia cõcidit. Ad Amazonis caſum metus ingẽs Troianos inceſſit, fœdaq; fuga ſecuta ẽ. Tũ demũ fractis Ilienſiũ opib⁹, Æneas Antenor & Polydamas Priamo petẽdę pacis autores fiunt, quib⁹ multa cum ignominia reiectis, Rex etſi iã grãdis natu, cum Amphimacho bellũ inſtaurat. Interim Æneas & Antenor pacti cum Agamẽnone, & Graijs ſuã incolumitatẽ, ꝑ eã portã, q̃ equinã habuit effigiem, ſiue caput dũtaxat illud fuit: hoſtẽ noctu in urbẽ induxere. Pyrrhus in regiã ab Antenore duct⁹ Priamũ obtrũcat. Polyxena apđ Æneã nõ nihil latuit: qua repta parum abfuit, qn illi publica ſit fides uiolata. Iuſſuſq; eſt cõfeſtim urbe excedere. Puella Pyrrhi iuſſu ad Achillis eſt ſepulchrum iugulata. Heleno & Caſſandrę, q ſemꝑ pacis reddendeq; Helenæ autores fuerãt, cõſenſu oĩm libertas reſtituta eſt. Eſt & his, q cũ Andromacha ꝑditis rebus in Thraciã Cherſoneſum cõceſſerãt. Et hæc Dares, q̃ oĩa eo ſum uerboſius ſecut⁹, quo uero mihi ꝓpiora uiſa ſunt ijs, q̃ cæteri rerum ſcriptores de bello ad Troiã geſto, ꝓpemodum fabulati ſunt. Qđ uero ad Ilij excidiũ attinet, pręter Gręcos, quoꝝ optimi qq; id ꝓ cõfeſſo tradunt, Liui⁹, & q in Romana hiſtoria celebre ſunt nomẽ adepti, haud dubie fatent̃, Ilio à Græcis exciſo, Æneã in Italiã ueniſſe. De cuius digreſſu ex Troia, memorabiliq; in Latiũ appulſu, mox paulo dicã q̃ ueriſſime potero. Fuit hic annus, quo Ilium eſt à Gręcis Agamẽnonis ductu exciſum, quater milleſim⁹ ab orbe cõdito ac circiter duodetrigeſim⁹. (Neq; eñ ad uiuum reſeco tp̃a) à Nino rege q Aſſyrioꝝ regnũ cõdidit ſext⁹ & octingẽteſim⁹. Ab Habraami ortu quartus & uigeſim⁹ ſupra octingẽteſimũ: à Moſis natiuitate trecẽteſim⁹ octauus: p̃ceſſit primã Olympiadẽ annos ſex & q̃dringentos. Tenebat tũ regnũ in Aſſyria Tautanes, q ſext⁹ & uigeſim⁹ rex fuit à Nino. Apud Sycionios Poliphides. In Ægypto Thuoris. Apđ Hebræos Labdõ. Athenis Mneſteus, etſi hũc ad Troiã perijſſe à qbuſdã ſit ꝓditum, Alij in Melo mortẽ obiuiſſe aiunt, quum ex Troia reuerteretur cui Demophon ſucceſſit. Regnatumq; erat Athenis ad id tp̃s, à Cecrope ad Troię excidiũ an-
B nos tercentũ ſeptuaginta quinq;. In Latio Latinus rex Fauni filius, uel (ut diligẽtiores ſcribũt) Herculis, ꝑ id tempus regnum obtinebat. Troia igitur capta q in Ilio fuerant, magna ex parte nocturna ſunt cæde cõſumpti, plurimi tñ mortales ſilentio noctis urbe dilapſi, in pacatũ abierunt, q uarijs deinceps errorib⁹ certas ſibi ſedes q̃ſiuere. Horum Æneas & Antenor maxime inſignes, cum ob nobilitatẽ generis p̃cipuãq; animi uirtutẽ, qua Troia icolumi iter ſuos principes fuere, tũ ꝙ ambo clariſſimaꝝ urbiũ autores extiterẽt. De his duplex eſt fama à Gręcis ſcriptorib⁹ celebrata. Aiũt ex his qdã Achiuos capto Ilio, oĩe ius belli ab his duob⁹ abſtinuiſſe: & qa Gręcos hoſpitio excepiſſent, q ad repetẽdã Helenã eo uenerãt, & ꝙ illi⁹ reddẽdæ ſoli oĩm ab initio autores extitiſſent. Alij quoꝝ opinionẽ ſupra retuli, ob id ſeruatos meminerũt, ꝙ Iliũ Graijs ꝓdidiſſent. Mneucerates Xanthius Æneæ cãm ꝑdendæ Troiæ fuiſſe tradidit, quòd ab Alexãdro ſolẽni ſacro fuerit eiectus, atq; ob id Ilio tradito Achiuorũ unũ fieri cõtigiſſe. Dionyſius capto inquit Ilio ſiue equo (ut Homer⁹ autor eſt) ſiue Antenoridarum ꝓditione, quo apparet neutrũ ꝓditionis infamia cauiſſe. Verũ quoquomodo Troia capta eſt, Dionyſius autor grauiſſimus (niſi qs malit poëtas audire) partẽ ciuiũ & auxiliariũ non paruã noctu in ſomnis ait oppreſſam, Æneã cũ Iliẽſiũ manu, & ijs, q ex Dardano & Ophrynio aderãt, hoſtib⁹ adhuc inferiora urbis tenẽtib⁹, in arcẽ cõfugiſſe, in ea ſacra erãt & pecuniarũ uis ingens. Inde Æneas multitudine fretus hoſtes arcẽ ſubeũtes primo repulit. Inde ubi urbe ex oĩ pte capta diutius ſe locũ tueri nõ poſſe uidit, ad ſacra & cõgeſtã Gazã in tutũ aſportãdã aĩm applicat, oẽm itaq; imbellẽ multitudinẽ & cętera, q̃ ad fugã impedimẽto eſſe poterãt, pte arcis ab hoſtib⁹ auerſa, ſilẽtio ad Idã præmittit, & cũ his ex robore iuuentutis plurimos, q abeuntibus ſubſidio forent, ipſe cũ lectiſſima uiroꝝ manu hoſtẽ interim circa arcẽ nocturno p̃lio fatigat. Cæterũ Neoptolemo cũ ſuis ui muꝝ arcis ſubeũte, cęteriſq; Graiorum principib⁹ ſumma ope in ſummũ euadere nitẽtibus, Æneas & q cũ eo erant, priuſq̃ molimina arcis ab hoſtib⁹ refringerent̃, uia quæ maxime ab eorũ ſenſu fuit auerſa, & ad mõtes ꝓpinqua, digreſſi ſuos ad mõtes cõſecuti ſunt. Dionyſius autor eſt Anchiſam cũ Creuſa & liberis ab Ænea curru in tutũ trãſlatos, uerũ ubi poſtea Creuſa extĩcta ſit, aut quo caſu, neq; ille neq; eoꝝ quos ſeqmur tradidit qſq̃. Nec poëtis temere accedo, q negant eã fuiſſe cõiugis fugæ comitẽ. Dũ igit̃ Gręci ſunt prædæ intenti, affatim

Pentheſilea interficitur.

Proditur Iliũ Græcis.

ANNI MVNDI. Temporũ ſupputatio

Aeneas. Antenor.

Aeneæ diſceſſus ex Ilio.

Aeneæ conſilium.

fatim eſt tẽporis Æneæ datũ ad munitiſſima Idæ loca occupanda, ſupuenerũt illuc nec multo C
poſt ex Dardano ꝓfugi: q incenſæ urbis flãmam per noctẽ conſpicati, rati ꝙ erat, urbẽ à Græ/
cis captã: relicto oppido, trepida fuga ad montes delati, in ſuorũ populariũ agmẽ inciderũt. Ex
Ophrynio quoqꝫ & alijs circũiectis urbibꝰ pari cõſternatione m̃lti mortales exacti, ſeſe Æneæ
adiunxerũt. Fuit ab initio perſuaſum ijs, q cum ipſo duce erãt: fore ut Gręcis domũ abeũtibus
Iliũ incolerẽt, ſed multũ illi ſunt ſpe ſua decepti, regiã namqꝫ urbẽ Achiui aliaqꝫ illi propinqua
loca hoſtiliter populati, ad eos quoqꝫ expugnãdos, q mõtana inſederant loca, animũ adijciũt.
Verũ non ignari q iniquiora oia ſibi reſiduo bello futura eſſent, ꝙ nõ ultima deſperatio ſolũ
Quæ acciderint poſt captũ Iliũ. quæ ad oia extrema audẽda impellit humanos animos, ſed aſperitas quoqꝫ montiũ domãda
eſſet, caduceatorẽ mittũt, q Æneã & cũ eo oẽm extorrẽ multitudinẽ hortaret̃, ne nouo ſeſe im/
plicarẽt bello, ne Troianũ nomẽ ad internicionẽ deductũ irẽt, quin patria & rebꝰ amiſſis ꝓprię
ſaluti cõſulerent, amplexarent̃ occaſionẽ impetrandæ pacis, quã ſi bellandi pertinacia præter/
Aeneæ pactio cũ Achiuis. mitterẽt, fore, ut non multo poſt neglectam fruſtra deſiderarent. Secundum hæc Æneam cũ
Achiuis in colloquium ueniſſe aiũt, & in has cõditiones pacis deſcẽſum, ut ipſe cũ extorri mul/
titudine & rebꝰ, quas ſecũ Ilio capto extuliſſet, Troiano agro excederet, Achiui tutam illi naui/
gationẽ per oẽs Graiorũ terras exhiberẽt. Atqꝫ fide in hæc data & accepta Phrygia profecturꝰ
Aeneas, Aſcaniũ, ut quidã autores ſunt, natorũ maximũ cũ profugoꝝ parte, qui Phryges oẽs
fuere, in Daſcylitem agrũ, ubi lacus eſt Aſcanius, ipſis locorũ accolis id petentibus miſit. Fuiſſe
ibi Aſcanius dicit̃ donec Scamãdrus Hectoris filius, & fratres ab Neoptolemo dimiſſi uel (ut
alij tradunt) Heleni ſubſidio auitũ regnũ recuperarunt, cũ hiſqꝫ ſumma ope adiutis Aſcaniũ
Ilium repetiſſe. Et hæc quidẽ de eo ſunt tradita. Aeneas cum cęteris filijs (nam ꝙ Sophocles fa
cit, illum portis exeuntẽ, humeriſqꝫ patrẽ habentẽ, poëticum eſt figmentũ) claſſe ad tẽpus in/
Cherroneſus. ſtructa primũ in Traciã breui traiectu uenit. Inde ſecundũ Cherroneſum, quæ Pallene dicta
Errores Aeneæ. eſt, Troiani ꝑteruecti à Cruſis barbaris hoſpitio accepti, in ea terra hyemarunt, ſtatueruntqꝫ
ibi tẽplum Veneris. Inde ex Pallene profecti in Delum ſunt delati, ex Delo in Cythera, quæ D
Peloponneſo adiacent, ex Cytheris in Zacynthum, hinc in Ambracio ſinu ſtationem habue/
re, ubi Ambrax Dexameni filius nepos Herculis per id tempus regnum obtinebat. Anchiſes
Ambraciæ orã claſſe præteruectus Butroti portum tenuit, Aeneas cum robuſtiſſimis iuuenũ
Helenus. bidui itinere Dodonen ad oraculum perueniſſe fertur, atqꝫ his locis Helenus ab eo repertus,
apud quẽ dux ipſe & comites in hoſpitio fuerũt, cõſulto de ſenibꝰ oraculo, ſacratiſqꝫ deo mu/
Patro. neribus, q̃ multas poſt ætates durauere, claſſem aſſecuti Ionio emenſo eam Italiæ orã primo te
nuerũt, quæ olim magna eſt Græcia appellata. Fama eſt claſſis gubernatore uſum Aeneã Pa/
trone quodã Thurio, multoſqꝫ ex Epiro nauigationis illius ultro ſe comites illi adiũxiſſe, quo
rũ pleriqꝫ Italia cõſpecta domũ ſint reuerſi. Patro cum Aenea eſſe perſeuerauit, qui poſtea ha
bitaſſe fertur in Alontio Siciliæ. Troianorum qui ex Aeneæ comitatu fuerunt, quidã Iapigias
arces tenuerũt, alij Atheneũ, q primꝰ in Italia Aeneæ locꝰ occurrit, Plures uero cũ ipo duce Au
ſonij maris orã emẽſi, ad Siculũ uſqꝫ fretũ ꝑuenere. Hic dubiũ cõſilio an ui pelagi, curſu excuſ
ſi eã Siciliæ partẽ præteruecti ſunt, q̃ Drepana noiat̃. Quibꝰ terris in eos inciderũt, qui cũ He/
Vnde Aegeſtus oriundus. lymo & Aegeſto aliq̃to prius ex Troade ꝓfecti, circa Criniſum fluuiũ poſuerant ſibi ſedes, cõ
ceſſo à Sicanis agro in Aegeſti gratiã, q in ea inſula forte quadã fuerat à puero educatus. Ma/
ternũ huiꝰ auũ, genere & opibꝰ prępotentẽ Laomedon ob diſſidiũ quoddã cũ omi uirili ſtirpe
occiderat, filias necare parũ decoꝝ duxit, ſed q̃ id fœdũ arbitrari, tã rebꝰ ſuis formidoloſum cre
dere puellas ipſas ſuorũ popularium cuiq̃ nubere, Negociatoribꝰ igitur Ilio ꝓfecturis dat pro/
cul inde aſportandas. Vehebant̃ forte naui una extorres uirgines, & adoleſcẽs q̃dam Phrygij
ſanguinis. Is unius amore captꝰ eã poſt ſuũ in Siciliã appulſum duxit uxorẽ, ex qua Aegeſtũ tu
lit, q parentibus uita functis Priami tẽporibus reditum in patriã impetrauit. Mox uero capto
Aduentus Aeneæ in ſiciliam. Ilio iterũ in Siciliã cũ Helymo nauigauit, atqꝫ aliquãto priꝰ, q̃ eo ſit Aeneas claſſe delatꝰ, ſedes
(ut dixi) ſibi & ſuis i ea terra fixerat. Hęc Dionyſiꝰ cui nihil grauate accedo. Diuerſa ſunt oino
meoqꝫ iudicio fabuloſa, q̃ de eo latinoꝝ quidã ſecuti ſunt. Aegeſto igit̃ & Helymo Aeneas oc
currens, poſt mutuã graculationem hoſpitaliter appellatus, nõ nihil eiſdẽ eſt terris immoratꝰ,
fuitqꝫ interim ambobꝰ autor, ut urbes duas uterqꝫ ſibi unã cõderẽt. Earũ una Aegeſta eſt di/
cta, He/

A. cta,Helyma altera,utraq; à cõditoris nõie nomẽ adepta, qui populi,ut aliquãto citius coaleſce
rẽt ex ea multitudine q̃ ſecũ nauib⁹ uehebat Æneas,in utraq; urbẽ colonos aſcripſit. Mox ex
Sicilia Tyrrhenũ nauigãs primum Italię portum tenuit,qui ab ipſius gubernatore ibi extĩcto
Palinurus eſt dict⁹,ſimili caſu eſt & Leucoſia nũcupata à muliere Troiana Æneæ pneceſſaria. Palinurus.
Miſen⁹ in Opicis à uiro in eodẽ comitatu perilluſtri ibi defuncto nomẽ eſt adept⁹. Poſtremo Miſenus.
in agrũ Laurẽtẽ Troiani egreſſi,quatuor à mari ſtadia uallũ muniũt.Loc⁹ ẽ Troia dicta,& hęc Troia Ita-
de Ænec in Italiã aduẽtu q̃ ueriſſime potui:haud ignar⁹ q̃ ab his diuerſa de eo poëticis ſint fi- liæ.
gmẽtis uulgata.Sed diligẽtiſſimi rerũ ſcriptores,p ueriſſimis uidentur hęc ſecuti. Extiterũt ple-
riſq; locis certiſſima nauigatiõis illius argumẽta,urbes,donaria tẽplis affixa.Sed in tanto uetu
ſtatis receſſu non potuerũt non aliq̃d uariare ſcriptores,partim ueri ignoratione, partim ut &
ipſi noua aliqua afferre uiderent̃,p quę eorũ in inquirendo cõmendaret̃ induſtria. Neq; enĩ de
fuerũt,q memoriæ pderẽt,nõ Æneã Anchiſæ filiũ,ſed aliũ quẽdã ab eo diuerſum in Italiã ue-
niſſe.Alij Aſcaniũ Ænec filiũ.Quidã Æneam ipſum ueniſſe aiũt,ſed locatis in Latio copijs in
Phrygiã remeaſſe,ab eoq; regnũ p manus Aſcanio traditũ.Decepti fortaſſe Homerico carmi-
ne,quo à Neptuno pdicit̃ futurũ,ut Æneas & poſteri inter Troianos regnaturi eſſent.Impita
bit ait Teucris Æneia uirtus, & nati natorũ & q naſcent̃ ab illis.Quaſi uero non idem in Latio
alibiue,pcul ab Ilio euenire potuerit,ubi Troianorũ cõuẽtus aliq̃s futur⁹ eſſet,ut ille inter ſuos
uel in ignota terra regnũ obtineret.Pari pene cõiectura alij cũ in Italiã ueniſſe inficiati ſunt,q̃d
plurib⁹ locis eius nõie ſepulchra,pcul Italia oſtẽderent̃: ignari credo unũ olim fuiſſe locũ quo
Heroum corpora ſepelirentur, Cæterũ puetuſtũ uidetur eiuſmodi monumẽta ijs conſtrui cõ-
ſueſſe,à quib⁹ populi,q id præſtarẽt,quoquo modo fuiſſẽt beneficio affecti.Q̃d in Ænea eue
niſſe,haud dubie apparet,q & i Phrygia Aſcaniũ filiũ Daſylitẽſibus ducẽ reliq̃t,in Pallena ur
bem cõdidit ſui nõis,in Arcadia filiã matrimonio locauit, condendarũ in Sicilia urbium autor
ſuis hoſpitib⁹ fuit.Horũ uero nihil in Latio apud Numicũ fuit, ubi ſitus eſſe dicit̃,quo itelligi Aeneæ ſe-
B poteſt,quũ nõ uno loco oſtenderet̃ eius uiri ſepulchrũ,id ueriſſimũ oĩm credi oportere,q̃d ſu- pulchrum.
pra id flumẽ fuit olim.Eſt & alia nõ minor cõiectura,quia ultra Latij fines nulla Aenec monu
menta ſint relicta.Q̃d Phryges in Lauentem agrũ delati,haud ulterius ſint euagati oraculo a-
ſcribũt,q futurũ monſtraret,ut ibi ſtabiles mãſuraſq; ſedes haberent,ubi fame adacti menſas
abſumere cogerentur,quod nõ multo poſt ipſum appulſum contigiſſe memorant, ut panice-
os orbes carnibus ſubiectos ex diſcũbentibus quidam panis inopia cõſumpſerint, atq; tũc ab Troiani mẽ
uno atq; altero exclamatũ defunctos eſſe ſe iã fatali errore,quãdo eiuſmodi menſas à ueſcenti ſas cõedũt.
bus conſumi contigiſſet,eaq; uocem fauore & aſſenſu à circunſtãtibus exceptam.Sunt qui ex
Anec filijs unũ oraculi mentionẽ intuliſſe dicãt.Nec illud ſatis cõſtat,ubi id reſponſum Troia
ni acceperint. Sunt q Dodoneũ fuiſſe arbitrent̃,alij in Erythris Idæ tugurio,quod Sybilla in-
colebat puella fatidica atq; inde indigena, iuſſos aiũt Troas profugos ad occidentem ſolẽ na-
uigare,donec in eum uentũ eſſet locum,quo menſas panis defectu conſumere adigerentur.Id
ubi accidiſſet,ſcirent iã adeſſe tempus finiendi erroris.ſeq; fatalem terram attigiſſe.Haud mi-
hi excidit,q poëta de Harpyiarũ oraculo ad id pertinẽte fuerit carmĩe cõplexus. Sed nos poë- Harpyiæ.
tas(ut nõ uno ſum loco teſtat⁹)nõ ſeq̃mur.Fama eſt,pdigioſum Scrophæ occurſum auguriũ
Troianis feciſſe,ex eo cõdendæ urbis ſit locus illis demõſtratus, eam pręgnantẽ fuiſſe aiunt al- Scrophæ
taribuſq; admotã ſacrificantiũ manibus excuſſam,inde quatuor & uiginti ſtadia procul à ma augurium.
ri,puo tumulo cõſediſſe, loco natura ſane horrido ac pdifficili. Aeneas oraculi memor,cũ pau
cis,q forte aderant,ſcrophã emin⁹ eſt ſecutus,ne ueſtigio inſtans fatali uia auerteret. Tum ue-
ro naturã loci cõtẽplat⁹,quũ nihil in eo pſpiceret,quod ad ſui cultum inuitaret,conſilij anceps
angebat̃,nec in aĩm inducere poterat,tã importunas ſedes fato demonſtrari.Eratq; iãdudũ in
re una deliberanda occupatus,deberet ne illic eſſe,an longi⁹ adhuc iret, quum ex pximo luco
uox ſine autore reddita eſt,q̃ Troianos illic iubebat pmanere.Pergerẽt modo ędificare,cętera
ſatis pmitterent. Alij autores ſunt deorũ penatiũ effigiẽ hic Aenec p q̃etẽ obuerſatã,quib⁹ iuſ-
ſus ſit locũ cõmunire,ſed quæcũq; oraculi ſpecies ea fuit.cõſtans fama eſt,Scropham poſtridie Oſtentum
cũ numeroſo fœtu quẽ noctu enixa fuerat reptã,fidẽ oraculo feciſſe.Trãſlatis igit̃ in eũ locũ ca Scropha.
ſtris Troes rapta undiq; ad ędificandũ materia,tumulũ muniũt.Hic priuſq̃ ea,q̃ deiceps ſecu-
ta ſunt,

Latíj fines. ta ſunt,exequar,pauca de Latíj uetuſtate ſunt à nobis hoc loco explicãda.Id ſoli ſpatiũ ueteres C
Latiũ ab initio dixere,ꝙ intra Tyberinã ripã & Circeios à mari ad montes modicis finibus in
cludebaṫ.Quo fortaſſe argumẽto adducti quidã Latiũ ob id nũcupatũ arbitrati ſunt, ꝙ inter
mõtes lateret. Vulgatior opinio eſt ab eo,ꝙ Saturnꝰ regno pulſus ĩ ea terra latuiſſet,nomẽ ĩpi
Latíj ĩcolæ. terrę datũ. Hanc ſoli intercapedinẽ Siculi Barbari locoꝛ ĩdigenę(ut q̃dam ſcribũt)ab initio te
nuerunt. Alíj Siculos Ligurũ gentẽ fuiſſe arbitrati ſunt,quos Aborigines Oenotrorũ ꝓgenies
uetuſtis ſedibꝰ expulerũt. Hi terrã deinceps ipſam uſq; ad Troianoꝛ aduẽtũ tenuerũt. Quãq;
alię quædã gẽtes alíjs caſibꝰ huc delatæ ab Aboriginibus ipſis in partẽ ſoli fuerint receptę,Pe
laſgi primo,mox Arcades,ĩde Epíj,& Pheneatę,q Herculis comites fuere. Propagati ĩde fines
& ad Litim fluuiũ promoti. Quo cõtigit ut alíj ab alíjs tradanṫ Latíj incolę. Plinius(ꝙ miror)
poſt Aborigines,Pelaſgos,Arcades,Siculos inter Latíj incolas retulit,quũ oĩm uetuſtiſſimi hi
Latini fuerint,ſi uera Græci ſcriptores in hac parte tradũt. Idem autor circa uetus cõfiniũ Aruncos &
Rutulos Siculis ſubiecit,ultra Circeios,Volſcos, Oſcos,& Auſones. Nec illud oĩno conuenit,
quo primum tẽpore ueteres regiõis accolę Latini cœpti dici ſint. Ab Latino Albanorũ rege no
men gẽti datum autores ſunt quidam,ſed multo plures à Lauiniæ patre,q Troianos hoſpitio
excepit. Orpheus id nomẽ uetuſtius eſſe haud dubie demõſtrat,q in Argonauticis ad Latino
rum fines nauim Argo delatã eſt carmine teſtatus,quo apparet ab ipſa terra nomẽ gẽti non à
regibus datum. Fuit ille ex Argonautis unꝰ,quoꝛ filíj poſtea ad Troiam militarunt. Præterq̃
igiṫ ꝙ terra ipſa nobiliſſimis eſt fluminibus irrigua,præſertim Liri Tyberiq;,quibus ad ſeptẽ
trionẽ & meridiẽ terminaṫ,oĩm frugum pręſtãtia præcipuaq; ubertate nulli eſt terrarum poſt
Laus Po. Ro. Reges Latíj. habẽda,fortiſſimaꝛ etiã gẽtium oĩmq; uirtutũ genitrix manifeſtõ Po.Ro.argumẽto,q tantũ
oĩni genere uirtutis cæteris gẽtibꝰ p̃ſtitit,q̃tum ĩperíj magnitudine. Antiquiſſimã hoĩum me
moria Ianus Saturnuſq; in ea terra regnũ tenuere:His Picꝰ ſucceſſit,Pico Faunus,Fauno La
tinꝰ,in cuiꝰ tp̃a Troianorũ incidit appulſus. Hi igiṫ reꝛ oĩm inopia adacti, quum nõ ea ſolum
q̃ ad urbẽ muniendã attinebat ex agris aſportarẽt,ſed prædã etiã ex ꝓximo agerẽt,Latinꝰ Rex D
cum Aboriginibus ad uindicandã armis iniuriã ex improuiſo affuit. Quidã ſcribunt bello ꝙ
illi cum Rutulis erat,omiſſo,oẽm uim armorum ĩ aduenas ab ipſo rege ſubito cõuerſam. Ve
Congreſſus Aeneæ & la tini. rum ſiue domo, ſiue ex hoſtico mouerit,fama eſt, Latinũ prælio uictum pro nõ paruo nego
cio habuiſſe,Æneã pace primo,mox affinitate ſibi adiũgere. Eſt & alter ſermo nõnihil ab eo
diuerſus. Quum diuerſę acies in cõſpectu ſtarẽt,Latinũ regẽ gentis fiducia & armoꝛ ſpecie ni
hil ab ea,qua Græci uterenṫ,diſſimili ꝑculſum pugna abſtinuiſſe. Enĩuero temerarium cenſe
bat prius in diſcrimẽ pugnæ deſcendere,q̃ exploratum haberet,cum quibus mortalium res ſi
bi futura eſſet. Credere præterea nõ nihil ad uictoriã pertinere,ſi à tumultu & trepidatione ex
Iungitur Latinns Aeneæ. ercitũ reficeret,priuſq̃ in p̃lium ireṫ. Interim uero cum paucis primorũ in medium progreſſꝰ,
aduenarũ Ducẽ ad colloqum uocat. Ibiq; Latinꝰ edoctus,q ſnã uir eẽt Æneas & unꝭ ꝓfectꝰ,q d
ue querẽs in ea loca exiuiſſet,multũ nobilitate generis,fortunaq; gẽtis,ſed plus oĩno ipſius du
cis indole aĩoq; tã bello q̃ paci cõparato cõmotus,ad pacẽ cũ eo iũgendã animũ adiecit. Apud
quoſdã reperio aciẽ utrinq; immotã ꝑ diẽ ſtetiſſe,inde noctis interuẽtu caſtra eodẽ loco à Lati
no cõmunita,conſilio in pugnã poſtridie reuertẽdi. Sed ꝑ quietẽ fuiſſe genio loci monitũ bello
abſtinẽdũ,expedire ipſi regi & Aborginibꝰ,aduenaꝛ Ducẽ cõpellare,hoſpitio & omni neceſſi
tudine ſibi adiũgere. Eaq; nocturna ſpecie Latinũ mutato cõſilio,ubi prima luce ĩ ꝓcinctu ſte
tere acies,Æneã amicis uerbis cõpellaſſe,fideq; data & acceptã ĩ hoſpitiũ adducto,apud pena
Locatur Lauinia Aeneæ. tes deos,ut domeſticũ fœdus publico adiũgereṫ Lauiniã filiã deſpõdiſſe. Ea affinitas certã Tro
ianis ſpẽ fecit erroris finiẽdi. Sudio itaq; oppidũ cõdũt, id Æneas ab uxoris nõie Lauiniũ uo
cat. Ex nouo cõnubio breui infans uirilis eſt ſtirpis ortus , pueroq; à parẽtibus Aſcaníj nomẽ
datũ. Nec ita multo poſt Aborigines & Troiani à Turno Rutulorũ rege,cui Lauiniæ cõnubiũ
ante Æneę aduẽtum pactũ fuerat, bello ſunt petiti. Ferebat ille iniquo aĩo aduenã hoĩem ſibi
in affinitate prælatũ. Vtriuſq; gentis ocia ſubito bello perturbat. Vincuntur primo congreſſu
Latini interitus. Rutuli,ſed ea uictoria ob Latinũ acie amiſſum parũ fuit Aboriginibꝰ lęta. Turnus domeſticis
opibꝰ uno aduerſo prælio fractis,ad Mezẽtiũ Hetruſcorũ regẽ cõfugit:is iã ab initio nouæ ur
bis origine offenſus, & ꝙ rem Troianã plus nimio auctã uidebat,q̃ ſibi & cęteris accolis tutũ
crederetur,

A crederetur, nihil grauate cũ Rutulis ſocia iuxit arma. Huiuſmodi belli terrore pculſus Æneas, ut Aboriginum ſtudia ad maiora rerum pericula ſibi cõciliaret, arctiuſq́ inter ſe utriuſq́ gentis animi coaleſcerẽt, tã hoĩes ſui generis, q̃ ueteres Latij accolas uno iubet noĩe Latinos uocari.

Latinorum nomen.

Quę res fecit ut Aborigines iã inde neq́ fide in regẽ, neq́ charitate fuerint Troianis inferiores. Æneas cũ per hæc res ſuas firmiores reddidiſſet, et ſi Hetruſcorũ tũ opes florẽtiſſimæ erant actã ualidæ, ut à ſupero ad inferũ mare longe lateq́ polleret, duarũ tñ gentiũ concordia fretus ſuos in aciẽ ducit. Hãc quoq́ pugnã pſpere Latini depugnarũt. Sed uictoria nihilo q̃ antea lętior ob Ænee interitũ: Incertũ hũana ui an caſu preceps actus, in Numico amne periſſe credit̃.

Aeneæ interitus.

Ibi certe ſitus eſt, eũq́ indigetẽ Iouẽ pximi accolę dixerũt. Auitũ paternũq́ regnu puero Aſcanio recenti patris memoria, matriſq́ prudẽtia, & inter ſuos autoritate, ad puberẽ uſq́ ætatem mãſit incolume. Nã Hetruſcorũ opes adeo una aduerſa pugna cõciderãt, ut p ſe uix ſtare poſſent, nõ mõ alienas laceſſere. Interim Aſcanius, dubiũ hic, an alter maior Creuſa mr̃e nat⁹, Albã cõdidit. Sed ſiue q i Latio nat⁹ eſt, ſiue ille, q pr̃nę fugę fuit comes, autor extitit, inter oẽs cõſtat, affluẽte Lauinij multitudine Aſcanij ductu coloniã poſt aliquot ãnos i Albanũ mõtẽ ductã, urbẽq́ inibi lõgo mõtis dorſo ualide munitã, Albãq́ lõgã noĩatã, ab albę ſuis augurio, ſituq́ i lõgũ porrecto.

Albæ conditio.

Hęc ferme Liui⁹ Romanarũ rerũ autor grauiſſim⁹. Dionyſi⁹ diuerſã ab eo famã ſecut⁹ fœdus ait iter Troianos & Latinos, poſtq̃ in colloquiũ ab ducib⁹ uẽtũ eſt, his cõditionib⁹ ictũ, ut agrũ Troiani à Latino rege acciperẽt, xxx, ſtadia circũquaq́ ab eo loco, quem munire cœperãt, ipſi regẽ aduerſus Rutulos, cũ qbus tũ bellũ erat, enixe iuuarent nec tantũ in pñtia, ſed ſi qd etiã Latinis ortũ aliũde poſtea bellũ eſſet, cũ auxiliarib⁹ copijs ut ſocij adeſſent. In hæcq́ obſidib⁹ utriq́ datis aliqdiu in Rutulos pſpere bellatũ, lateq́ agro hoſtiũ populato cũ ſuis copijs ad nouã ſeſe urbẽ Æneã recepiſſe, eãq́ iã magna ex pte cõfectã, Æneas in Latini grãm ab ei⁹ filiæ noĩe urbem Lauiniũ appellauit.

Vnde Lauinium.

Et ſi ex Græcis ſcriptoribus quidã, à Selonij Deliorũ regis filia id nomẽ urbi datũ arbitrati ſint, & ipſa Lauinia dicta, qa fatidica eſſet, à pr̃e

B precib⁹ ĩpetrata cũ Troianis in Italiã nauigarit. Sed q̃ de urbis noĩe Romani ſcriptores tradũt ppiora mihi uero uidẽt̃, ut Lauiniũ ſit dictũ ab Latini filia, q̃ urbe iã ppemodũ abſoluta Æneæ matrimõio ceſſit. Regiã affinitatẽ priuatę ſunt neceſſitudines ſecutę, mutua cõnubia leges & ſacra utrinq́ gentis cõſociata, & ut omnia in unum coaleſcerẽt, una appellatione Latini oẽs noĩati.

Aborigines & Troiani Latini dicuntur.

Cõflauit interim noua affinitas, Ænee & ſocero inuidiã, Turnuſq́ iuuenis ferociſſim⁹ (erat is Amatæ q̃ regi nupta erat cõſobrin⁹ frater) feſtinatũ filiæ cõnubium, generiq́ ignobilitatem parentibus exprobrando, cõuiciũ facere, queritareq́ ira acceſus (nã ignotum ſibi hominẽ prælatũ indigne ferebat) nouarũ rerũ occaſionẽ, ut nouo Latinũ bello implicaret, ut Æneã, quem infenſe oderat, Latij finib⁹ expelleret. Nec belli cauſa diu eſt deſiderata. Rutulis qui per id tempus à rege defecerant, nouũ Ducẽ quærẽtibus, Amata Lauiniæ mater, q̃ ab initio Ænee nuptias fuerat auerſata, Turnum ad res nouas, qp ſua ſponte ille facturus erat, impellit: à Latino igit̃ ad Rutulos defecit. Nec tã unius uiri iactura regis animũ affecit, q̃ qp copiarũ ptẽ haud cõtẽnendã ille ſecũ traxerat. Repetunt̃ nihilominus acri bello Rutuli ab Latino & Ænea, breuiq́ Turno cadente ingẽti prelio uincuntur. Nec Latinis incruẽta fuit uictoria, Quippe qui & ipſi regem amiſerũt. Fuitq́ annus ille quo hoc euẽtu cũ Rutulus eſt pugnatũ quart⁹ ab eo quo Troiani in Latiũ uenerãt. Triennio deinde poſtea bellũ eſt à Rutulis reparatũ Mezẽtio & Hetruſcis in ſocios aſcitis. Tũ haud pcul à Lauinio acri plio cõmiſſo, fortunaq́ adhuc neutro inclinãte, acies noctis interuẽtu dirimunt̃, fuitq́ pugna diei hui⁹ extremũ Æneæ humanorum operum. Incertum quo caſu fuerit abſumpt⁹. Nulli mortaliũ in terris eſt uiſus ampli⁹.

Aeneæ interitus.

Multis pſuaſum fuit pximo fluuio ſubmerſum, ubi poſtea illi tẽplum ẽ conditũ cũ huiuſmodi inſcriptione, PATRI DIVO TERRESTRI, QVI FLVVII NVMICI VNDAS GVBERNAT. Fuerunt qui crederent templũ ipſum aliquanto antea ab Ænea in patris Anchiſæ memoriam conſtitutum, qui per annum antequàm hęc gererentur uita in Latio deceſſerat. Subijcit Dionyſius, poſt Æneæ interitum Euryleon eius filium, qui Aſcanius mutato nomine ſit dictus, ſeptimo ferme anno ab Ilij excidio Latinorũ regnũ accepiſſe: affluentibuſq́ Hetruſco copijs intra Lauinij mœnia aliqdiu poſt pr̃is interitũ obſidionẽ tuliſſe.

Aſcanius Euryleon.

Inde pacis cõditionib⁹ fruſtra tẽtatis, cum pter multa toleratu indigna quę à ſuperbiſſimo hoſte imperarent̃, uinum

quoq́

quoq;,ꝗ tūcūq; Latinꝰ ager ferret tributi noīe poſceret,autorē ſuis Aſcaniū fuiſſe,ut oīa prius C
extrema experiri uellēt,ꝗ pacē tā ignominioſis cōditionibꝰ acciperēt,Irēt ſecū in hoſtē,eſſentq;
ſimꝰ memores,fortes & generoſos uiros,aut honeſte uiuere oportere,aut honeſte mortē occū
bere.Statuiſſe ſe experiri an Rutili,q toties p̄ris ſui ductu fuſi fugatiq; eſſēt,quiq; imbelli He

**Latinorum uictoria in Hetruſcos.**

truſcorū multitudine freti, tunc tā ſupbe Latino nomini inſultarēt, fortiores eſſent i bello,aut
feliciores facti,an cū ipſo Duce Latinorū fortuna mutata eēt, ac cū his illū noctu hoſtiū caſtra
repēte inuaſiſſe,Lauſoq; Mezētij filio cum ſtationarijs cæſo,priꝰ uallū irrupiſſe,ꝗ ad eos, qui
i planitie tēdebāt,peruniſſet tumultꝰ.Mox flāma cōſpecta,terribiliq; clamore ad aures delato,
nocturna fuga,ſine ſignis,ſine īperio,diſiectas hoſtiū copias,multos qdē prīo tumultu opp̄ſ-
ſos,plures in fuga cæſos,alios locorum ignaros in anfractꝰ, & abruptas crepidines præcipita-
tos.Tū uero Mezētiꝰ,q cum pte copiaꝝ ex nocturna illa trepidatione ſe i editiorē locū recepe-
rat,audito filij interitu,exercituq; magna ex pte amiſſo,caduceatorē Lauiniū ad petēdā pacem
mittit,q Aſcanio autore,identidē inter ſuos prædicante parce utendum eſſe fortuna, Mezen
tio & Hetruſcis data eſt.In Latio iā inde oīa pacata fuiſſe tradūt, trigeſimoq; deinceps āno Al-

**Albæ conditio.**

bā ab Aſcanio cōditā,eo cōſilio & euētu,ꝙ à Liuio & alijs res,pdita mēoriȩ eſt.Hȩcq; de Ænȩ
in Italiā aduentu,& rebꝰ ab eo geſtis duplici fama feruntur. Antenor & ipſe pari clade,patria

**Antenor.**

pulſus Illyrici lateris orā præteruectꝰ in Euganēis conſedit,atq; ea gente cum ſuis ſedibus pul-
ſa Patauiū cōdidit.Fuerūt eiꝰ comites Heneti ex Paphlagonia,pfecti, uñ poſtea regio ingēs ꝗ
inter Adriā iacet & alpes,nomē eſt adepta,nihilo minoribꝰ auſpicijs ꝗ Troiani q cū Ænea ue
nerant in Italiā delati.Inde Romani oriundi,hinc Veneti.uterq; populꝰ ad ſplēdorē & gloriā

**Patauiū. Veneti. Romanorum & Venetorū origo.**

natus.Felix ille magnitudine impij & reꝝ geſtarū glia.Hic diuturnitate iperādi, & iuris æqua-
tiōe.Sed ppli utriuſq; origo,ſuo tā hæc,ꝗ illa loco explicabit̄.Græcoꝝ quoq; quorundam poſt
Ilium euerſum haud obſcura fuert̄ exilia.Diomedis in Italiā acceſſum iſulȩ ipi terræ adiacētes
ab eoq; noīatȩ haud dubiȩ demōſtrāt,& in Apulia Arpi ab eo cōditi tradunt̄.Maiora adhuc,

**Græcorū errores. Diomedis & Vlyſſis.**

pluraq; erroꝝ Vlyſſis teſtimonia;ſed illa ſupra ꝙ tuto tractari poſſint, fabulari ſunt hiſtoriæ D
cōiūcta:ut ꝗ de Scylla & Sirenibꝰ tradunt̄, quaꝝ has meretriciū feciſſe ꝗſtū,illā hoſpites ſpo-
liare ſolitā Palæphatꝰ eſt interpretatus.Petilia in Brutijs Philoctetæ tradit̄, & Idomenei Cre-
tēſis loca quædā in Salētinis.Fuit & Cypria Salamis Teucri opus,& circa Nili oſtiū Canobū,
Menelai illuc ſiue caſu,ſiue conſilio appulſi certū apud poſteros extitit argumentū. Cæterum
ſub id tempus quo Æneas Troia profugus uenit in Latiū, iudicariæ rei ſumma primariumq;

**Sacerdotiū Iudæorum.**

ſacerdotiū erat penes Helium in Palæſtina,ut Ioſephꝰ ſcribit. Erat is ex Aaronis familia. Mā
ſerat ſacerdotiū aliꝗdiu in Eleazari ſtirpe,quā dignitatem maior Helius multo hoc uetuſtior,
penes quē tunc erat ſacrorum ſumma,ab Ithamaro Aaronis filio pgnatꝰ, primus familiæ di-
gnitatē recuperauit.Is per manus ſacerdotiū Phineȩ tradidit,Phinees Helio,Helius Abiezero,
Abiezerus Bozio,Bozius Ozio,Ozius minori Helio.Huic duo filij erant Ofinius & Phinees
uiri effrenata libidine auaritiaq; inexplebili.Quippe q neq; matronarum ſacra adeuntiū pu-

**Filiorū Helij flagitia.**

dicitiā tutam eē cuiꝗ ſinerēt, neq; donariorum quicꝗ tam ſanctum eſſe,quod ſacrilegȩ manꝰ
non prophanarent.Conuerterant populi oculos in ſe duorum fratrū ſcelera: ſed patris auto-
ritas,ſummaq; poteſtas obſtabat,nec erat qui tātæ inuidiæ auderet ſe uindicē offerre.Tacitus
igit̄ tantorum ſcelerum exitum,diuināq; ultionem expectabat populus.Quæ quo tardior eſ-

**Samuel propheta.**

ſet,eo atrociorem futuram arbitrari. Prædixitq; id futurū Samuel fatidici ſpiritꝰ adoleſcēs ali-
quāto antea.Fuit is Helcanæ Leuitici generis & Annæ filius, q quum materno uoto apud ta-
bernaculum ſub Helio cōmoraretur,miraq; in adoleſcēte probitas,uitȩq; auſteritas eſſet, nō-
nunꝗ per quietē ſe uocari arbitratus,ad Pōtificem occurrerat, quaſi ad miniſteriū aliquod ac-
cerſeretur.Id quū ſæpiꝰ accidiſſet,iuſſus eſt ab Helio ſciſcitari,quis is eſſet qui ſe toties uocaret,
Iam Pontificis animus ob ea,quæ toties acciderant, haud liber omnino erat religiōe,tum de-
mū cœleſtē eam uocem eſſe compertū eſt.Eodemq; nocturno reſpōſo iuſſus eſt Samuel He-
lio nūciare,ingentem Hebræo nomini ob ſcelera,quæ circa tabernaculū patrarent̄,cladē inſta-
re.Cunctantius ille hæc ad Pontificē detulit.Sed qa diuina ſe uoce moueri arbitrabatur,detu-

**Vincuntur Iudæi à Philiſtæis.**

lit tñ.Nec ea res ſenē in filios minꝰ indulgētē reddidit,aut iuuenū pdita ingenia i melius muta
uit.Bellum interim à Philiſtȩis ortū gētis ocia perturbat,Iſraēlitȩ & ipſi arma comparant. Ad
Aphecū

A Aphecũ primo eſt dimicatũ, ceciderũtq; ea acie ad tria Hebræoꝝ milia, cæteri in caſtra trepida
ſunt fuga cõpulſi. Nec ita multis interiectis diebus de ſumma rerũ dimicaturi, arcã fœderis ex
Sylone in caſtra deferũt, remediũ in extremis rebus à maioribus quæſitũ. Sed oĩs religio ad/
uerſo numine inutilis & uana eſt. Triginta milibus Iudęorũ una acie ĩterfectis, arca capta eſt
inter hoſtilia ſpolia. Ioſephus Palæſtinos uocat, q̊s ſacri libri Philiſtęos. Ego nõ uideo q̄d mi/
nus apte dici poſſit, q̃ Iudæos, qui in Palęſtina erãt, à Palæſtinis uictos dicere, niſi ipſos terræ
indigenas, qui ab initio extirpari nõ potuerũt, ille Palęſtinos uocet. Fama aduerſæ pugnę ad
Sylonẽ perlata, non minorẽ attulit luctũ, q̃ ſi eo ipſo p̃lio om̃e Iudaicũ nomẽ interijſſet. Au/
gebat atrocitatẽ cladis ſacri fœderis iactura. Vulgo p̃dicare ueniſſe tp̃s, q̊ uetuſto pietatis pi/
gnore numiniſq; fauore ad hoſtes trãſlato, oĩs Iſraëlis ꝓgenies cũ ipſo noĩe extingueret. Hic
luctus aĩos occuparat, paſſimq; lamẽtationes & plãctus exaudiri. Helius haud oraculi igna/
rus, ubi multo maiorẽ cladẽ uidit acceptã, q̃ ipſe aĩo cõcipere potuiſſet, florẽtiſſimas copias u/
no p̃lio deletas, duos filios occidione occiſos, hoſtes arca fœderis potitos, quũ nihil iam ſuper/
eſſet, cur lõgior uita ꝓferri deberet amplius, uolũtate numinis ſolio excuſſus mortẽ obijt, quũ
octauũ uitæ ac nonageſimũ annũ ageret, p̃fuiſſetq; ſummæ rerũ annos circiter quadragita.
Iunioris Phinees uxor & ipſa eo die filiũ enixa perijt. Infantẽ Iocabothũ, q̃ uox apud eã gen
tem gloriũ ſignificat, ab infeliciſſimo illius pugnæ euẽtu nominarũt. Philiſtæi arcã in Azo/
tum urbẽ delatã, quũ in ſpeciẽ Trophęi, in Dagonis tẽplo (hunc em̃ ut deũ tota gens uenera/
bat) ſtatuiſſent, miraculo eueniſſe aiunt, ut poſtridie Dagonis ſtatua ſub arca quaſi ſupplex
reperta ſit. Quæ in priſtinã baſim reſtituta, iterũ ſequẽti die eodẽ ſit loco inuenta, q̊d quũ ter/
tio ſępiuſq; eueniſſet, ſtupor maxim⁹, tacituſq; ſuæ uanitatis pudor oĩm aĩos defixit, Perſta/
re tñ cum gentis odio, tum uana patriæ ſuperſtitionis perſuaſiõe rem diuinã ludibrio habe/
re. Etem̃ nullũ aĩal eſt ipſo hoĩe cõtumacius. Grauiſſima igit̃ uis morbi ciuitatem adorta eſt.
Primũ ſoluta aluo, dyſenterico cruciatu humana corpa torq̄bant̃. Inde uẽtris ꝓfluuio exina/
B nita miſerabili tabe cõficiebant̃. Deuaſtabãt ad id paſſim mures Azotenũ agrũ, q̊d malũ nõ
minus graue arboribus ſegetibuſq; acceſſerat, q̃ humanis corporib⁹ lues illa domeſtica. Quũ
igit̃ neq; modũ neq; finẽ maloꝝ ullũ inueniret, ad duplicẽ cladẽ auertendã, Aſcalonitis ſigni/
cant captiuã arcã ſe ad eos, ſi uelint, tranſlaturos, ut & ipſi eximiæ uictoriæ, cuius participes fu
iſſent, tropheũ monumẽtũq; clariſſimũ penes ſe haberẽt. Nec ea grauate Aſcalonitæ ſuſcepe/
runt. Sed neq; his res melius uertit, q̃ Azotenis. Iactati Aſcalonitæ multis cladibus ad uicinos
tranſmiſere. Sic fœderis arca per hoſtiũ ciuitates nuſq; meliore euẽtu eorũ, qui haberẽt, aliq;/
diu in certa ſede tranſlata eſt, poſtremo metus & religio gentis animos inceſſit, cõſiliaq; mo/
tã ſunt arcæ Iſraëlitis reſtituẽdę, fremere ciuitatũ principes, impiũq; arbitrari, ſimulq; calami/
toſum uniuerſæ genti & exitiale, ꝙ multas iam clades publicas & priuatas experti, in re ſacra
per iniuriã retinẽda perſeuerarẽt. Poſſe homini ab homine reſiſti, deo non poſſe, in cuius po/
teſtate ſint omnia. Magno hæc aſſenſu audiri. Et iam uulgo ablegandã eam fremere, ſed qua
ratione id fieret, parũ ijs qui aderãt, liq̄re poterat. Tum impiè quidã orationẽ exorſus, ſuorum
metũ ut uanũ arguere, multitudinẽq; caſtigare, qui hebraicæ uanitatis inſtrumẽtũ, q̊d homi/
num manus fabrefecerint, ipſaq; uetuſtas magna ex parte cõſumpſerit, cœleſtiũ cuiq; ira cor
di eſſe crederẽt, ut innoxios populos, q eam p̃lio captã haberẽt, multiplici clade duxerit perdẽ
dos. Q̄d ſi quis deorũ, uel unicus ille, quẽ gens ipſa ſibi ab initio effinxit, eius ſacrarij curã ha/
buiſſet, potuiſſet rem ipſam uel media acie ab omni iniuria uindicare, nec pati ſacrificulã gen/
tem p̃lio ſuperari, ut eſſent qui pro ſacrario ipſo dimicarẽt. Sed ſi circa eã ſtratę eſſent delctęq;
hoſtiũ copiæ, ſi ipſa uexata primo, mox om̃i p̃ſidio deſtituta, ſuorũ cruore ꝓphanata, ꝓpha/
nis manibus diſiecta, ſi cũ cætera p̃da à uictore exercitu urbibus illata, cõtemptimq; in publi/
co deſtituta. Quid eſt q̊d aliquis dubitaret, tã ludibrio rem ipſam eſſe ſuperis, q̃ gens quæ ua/
nitatis inſtrumentũ illud cõmenta eſſet, cæteris eſſet mortalib⁹? Sed hic, inquit aliquis, q̄d gra
uiſſimæ huiuſmodi clades alia ſup aliã ſibi uolũt, q̃ tot populos his paucis mẽſibus cũ hoĩm
frugũq; pernicie ſunt peruagatæ? Ego, ſi nunq; antea huiuſmodi mala Palęſtinã terrã attigiſ
ſent, aut pro cõperto haberem⁹, arca Iudæis reddita perpetuo ceſſura, cenſerem pro miraculo
rem habẽdã, eſſemq; autor publici ſceleris expiãdi, oĩaq; adhibẽda, quib⁹ tot populi religiõe

*Arca fœde/ ris bello a/ mittitur.*

*Helius ſa/ cerdos ſo/ lio lapſus moritur.*

*Philiſtæi plagis per/ cutiuntur.*

*Impia Phili ſtæi homi/ nis concio.*

ſoluerent,ſed ſi clades iſtæ publicæ,& agreſtes ſtatæ quodamodo ſunt,& cum tēpeſtatibus re C
currētes,maioreſq́; peſtilētiæ morbiq́; domi foriſq́; Philiſtæas urbes ſępius uaſtarūt,ſi huma
na oĩa,ita ſunt his caſibus obnoxia,ut facilius timeri q̄ȝ declinari poſſint. Quid naturæ opa,&
quæ nulli ignota ſunt,in ꝑdigiū & miracula uertitis? Verū enīuero tantū abeſt,ut arcā ipſam
aliquo modo reddendā cenſeā,q̄ȝ ſi uera ſint etiā q̄ iſti aniliter fingūt,prius hæc nobis incōmo
da ꝑferēda putē, q̄ȝ hoſtibus ea ratione gratificandū. Sed ſi uana res eſt,& nulli cœleſtiū curæ:
quia nulla ſit ſuperū ira ex eo extimeſcēda,reddendā nullo modo dixerim. Si frugi & ſacra,
quia hoſtibus utilis eſſe poſſit,multominus cēſeo reſtituēdā. Et ut oēs intelligāt, nos infandā
gentē hoſtiliter odiſſe,eoꝝ numē penes nos uel iratū eſſe malim,q̄ȝ propitiandū illis reſtitue-
re. Res in hunc modū uarie iactata eſt. Neq́; erat cui placeret quicq̄ fieri, q̄d inuiſæ gentis fa-
mæ rebuſuē expediret. Erantq́; interea animi hoīm nihilo liberiores,ob ea q̄ cōtra metū reli-
gionis fuerāt diſputata. Tenuit igit̄ cōſultatio illa plures dies. Poſtremo eo decurſū eſt, ut ex-
piationib⁹ quibuſdā numē placarēt,q́nq́; urbiū aurea ſimulacra cōflarent, Azoti, Aſcalonis,
Gazæ, Gethi, & Acharonis, hę eñ ꝑcipue tunc erant Philiſtæoꝝ urbes, totidēq́; annos & mu
res aureos. Hiſq́; ſuper arcā pro ipſarū ciuitatū incolumitate locatis, ſacrariū in currū extollūt,
huic boues iūgit nuperrime enixas,ut fœtuū deſiderio celerius ex publico abirent. Thenſam
in quadriuio ſtatuūt,ut quaqua uerſum impetus cœpiſſet,integrū eſſet abire,q̄ ſi in Iſraëlitaꝝ
fines abiiſſent,tum aperte iudicarēt certū eſſe numen,atq́; idipm pollēs,cui hebraica ſacra cu-
ræ eſſent,ſeq́; ob id ſacrilegiū meritas expendiſſe pœnas crederēt,ſin diuerſæ ab illis abiiſſent,
pro cōperto habituri uanā eſſe totius gentis ꝑſuaſionē,uanū metū,qui multoꝝ animos inceſ-
ſiſſet,nec peſtis,q̄ nobiliſſimas urbes ad id tp̄s populata eſſet,ex arce occupatiōe iraue numi-
nis eſſet illata,ſed aëris intēperie corruptoq́; cœli tractu orta. His in hūc modū cōparatis, Phi
liſtæoꝝ principes totius rei euentū expectātes,haud procul inde ſiletio cōſtitere. Mirū hic acci-
diſſe aiunt,q̄d diuina prouidētia factū nemo niſi impius inficiabit̄. Boues à nullo actæ, certo
impetu in proximū Iuditaꝝ uicū q̄ lōgiſſime à fœtibus auerſæ cōceſſerūt. Bethſamo fuit loco
nomē. Erat tū anni æſtas,paſſimq́; Iſraëlitæ maturas ſegetes demetebāt. Hi procul boues à
nullo actas intuiti,propius accedūt cognoſcēdi ſtudio quid rei eſſet. Mox fœderis arcā intuiti,
miraculo defixi,aliquādiu ſilentiū tenuere. Inſperato inde gaudio nimiaq́; lætitia obortis la-
chrymis,uenerabūdi currū quaſi cœlo demiſſum excipiūt. Fama receptæ arcæ cōfeſtim ꝑ oēs
Iudææ fines euagat̄. Bethſamitani hic,ubi ſacrariū receperāt,boues ipſas deo immolant,mul
taq́; hilaritate epulant̄. Palæſtinorū munera uelut prophana ſupra ſaxū eodē ſtatuunt loco.
Ipſi q̄a temere arcā attrectaſſent,q̄a non eſſent miniſterio initiati,graui ſunt peſtilētia uexati,
donec ſacrariū in Cariacthiarim urbē deportandū curarūt. Vbi in Leuitę domo, xx. deinceps
annos eſt religioſe aſſeruatū. Tādiu inde fuit apud Cariacthiaritas quū Philiſtæi ſeptē mēſes
habuiſſēt. Erāt igit̄ Iſraëlitæ,ut ſi q̄ñ alias,ob eas clades quas adierāt,diuinis rebus uehemēter
addicti. Nullus eñ populus fuit unq́;,aut in ſecūdis cōtumacior,aut in aduerſis obſequētior.
Adiuuabatq́; hūc animoꝝ affectū Samuelis innocēs uita,futurorūq́; diuinatio. Qui tempus
ueniſſe ratus,quo populū non ſolū ad religionē,ſed ad libertatē etiā repetendā hortaret̄, con
cione aduocata in hūc modū eſt ſuos affatus: Si cū arca fœderis uiri Iſraëlitæ pax reddita no-
bis eſſet & libertas,ſupuacuū fuiſſet me hodie ex hoc loco uerba facere,q̄ñ neq́; religionis ad-
monēdi eratis,quippe q̄ multo,ut uideo,maiori uobis curæ eſt hoc tēpore q̄ aliquādo ante fu
erit,neq́; pacis & ocii,ſi pace & ocio,q̄d libero eſſet homine dignū,frui liceret. Sed quū neutrū
adſit,indieſq́; Philiſtæū hoſtē grauiorē,magiſq́; noſtræ libertati infeſtū experiamur,non ui-
deo quid minus nos deceat,q̄ in hoc perpetuo luctu,muliebriq́; lamētatione diutius uerſari.
Satis ſuperq́; lachrymis indulſimus,& tum maxime quū uno die omne ferè noſtræ iuuētutis
robur ad Aphecū una acie amiſimus. Quū uictor hoſtis,nō ſolū ſpolia,ſed certiſſimum quoq́;
religionis pignus,ipſumq́;, ut ſic dicā, numē,in quo totius gentis noſtræ ſpes oīs ab initio fuit
ſita,ſecū extulit. Tum quia nihil reliquū erat,in quo ſpei qcq́; repoſitū eſſet(apparebat eñ do
meſticū & familiæ numen,cuius fauore ſemper ſtetimus,à nobis alienatū)nemo uos lamēta-
ri uetuit. Licuit tum omnibus libere ſuū dolorē effundere. Nunc oīa dei benignitate muta-
ta. Primo ira numinis primores Philiſtæoꝝ ciuitates ob manifeſtum ſacrilegiū domi foriſq́;
multiplici

Philiſtæorū donaria ad placandum numen.

Vaccarū ductu Arca fœderis reſtituitur.

Arca locatur in Cariacthiarim.

Oratio Samuelis ad ſuos.

A multiplici ſunt clade uaſtatæ. Agris dire populatis, pniciosiſſimus morb⁹ ingentē in urbibus fecit uaſtitatē. Omnis militaris ætas cōſumpta eſt. Siqui adhuc ſuperſunt, ęgra corpora trahētes pro defunctis habēdi ſunt. Et has dudū pœnas exegit numen à ſacrilego hoſte, q̄d nc nō ſemper ſui eſſet populi memor, Philiſtæis inuitis apprimeq; dolētibus, ad nos ſpōte rediJt, ut per ipſius pſentiā intelligeremus, mitigatā eſſe cœleſtem in nos iram. Satis pœnaꝝ duab⁹ cladibus expenſum, defunctos eſſe iam Hebręos publico periculo, exauditas populi pces, oīa in melius mutata, oporterecꝗ; ob id in meliori ſpe eſſe, nec diffidere, qn reducto numine oīa ſint proſpere euētura. Atq; quū ita ſit, nolo uos uiri Iſraelitæ tam inepte delirare, ut expectandum putetis cœleſti uoce (etſi maioribus noſtris, ut fuit illoꝝ pietas, qnq; accidiſſe pditū eſt) ad arma & ultionē excitemur, aut humi iacētes manu attollamur. Non ea uiuit hodie pietate, ut tam familiare numen ſperare poſſimus. Satis proſpera oīa deſpōdet, qn̄ nobiſcū mauult eſſe. Nullus deo propitio niſi ſua culpa diu multis iacuit. Ite igit̄, & ſi uiri eſtis, ſi digni qui Moſis & aliorū, qui pro libertate tot pericula adierūt, uera progenies credi poſſitis, ſi demū ij, quibus deus optimus pſens propitiuſq; adeſſe uelit, libertatē qua nihil homini uideri debet pulchrius, quā olim amiſſam maiores noſtri tanta indole recuperarūt, ab ſuperbiſſimo hoſte repetitę. Nam q̄d ad uictoriā attinet, nihil reor facilius euentuꝝ, q̄ ut eos uincamus, quos numinis fauor afflictos, multiplicicq; clade proſtratos, ac per hoc penè uictos, & ultioni obnoxios obtulit. Haud dubiū eſt, quin hoſtis ſua natura imbellis, multiplici clade fractus, & ob ea quæ euenerunt, animo perculſus, quū primū in cōſpectu ſteterit, uinci poſſit. Quācq; ſpero futurū, ut ne pſentiā quidē noſtrā laturus ſit. Ite inquā, ac ſi quid aliquādo ponderis, aut fidei in ijs q̄ diceremus, fuiſtis experti, certā uobis proponite uictoriā, de qua uos ambigere minime oportet, uel q̄a meo ductu, q̄ uos nulla adhuc diuinatiōe fefelli, res gerēda eſt, uel q̄d oīno pl⁹ eſt, quia ꝓpitiū ſiq̄n aliâs, maximecq; amicū habem⁹ cœleſte numē. Mouit Samuelis oratio multitudinem. Sed nihil æque ac uiri autoritas, ob creditā ſanctitatē fatidicā naturā ad arma perpulit.

B Frequētes igit̄ Maſphaton urbē cōuenere. Natura ſitus dedit loco nomen. Idem Hebręa uox ſonat, quod deorſum ſpectans. Hic Samuel, ieiunio ſuis indicto, ſtatuit hoſtē expectare. Nā Philiſtęi audito Iſraelitarū tumultu, rati q̄d erat, gentē ad defectiōnē ſpectare, ad primos ipſorum motus opprimēdos cōfeſtim affuere, qui cum ad Maſphaton caſtra feciſſent, minaciſſimecq; arma intenderēt, perculſi Iſraelitæ Samuelē intueri, mœſti ab eo ſciſcitant̄, quid opus ſit facto, circūſederi inermes ab armato hoſte, nemini non liq̄re cladē oīno ingentem eſſe adeundam, nec in aciē temere deſcendendū, niſi quis nuda ſuorū corpora, irato hoſti ferrumcq; tenēti obijcienda duxerit, quod paulominus ſtultū ſit, q̄ fuit prius tumultuari cœpiſſe, q̄ oīa eſſent ad bellū cōparata. Metus igit̄ & deſperatio in ore oīm eminebat. Samuel circūire multitudinem, hortariq; ſingulos, ut bono eſſent animo, fore, ut ſine ſuorū noxa paulopoſt Philiſtęorum copias cerneret in ſubiectis cāpis proſtratas, per q̄ ſatis apparebat nullā eum in humanis rebus ſpem repoſitā habere, ſed cœleſte auxiliū percepiſſe animo. Inter ſpem igit̄ & metū ſolliciti tantæ rei exitū Iſraelitæ expectabant, quū Philiſtęis in ꝓcinctu ſtantibus, laceſſentibuſcq; cum cōuicio hoſtem, muroſq; urbis inuaſuros ſe, niſi in ęquū deſcēderent minitantibus, terra primo horrende mota eſt, in patentecq; hiatū ſubſedit. Fœda inde tonitrua fulguracq; Philiſtęorum animos & ora perſtringūt. Secuta inde procella ingens cum uentorū turbine, quæ tanta ui afflauit aciem, ut huc & illuc rotati milites, atq; in præceps acti, ſine imperio, ſine ordinibus attoniti, exuticq; armis, neq; prælij, neq; fugæ cōpotes paſſim diſijcerettur. Tum uero Samuel: ite, inquit, iam Philiſtęū cædi obnoxiū habetis. Dabunt ipſi hoſtes arma, cumulatā illi acceptæ ad Aphecū cladis uicē rependite. Non tulerūt Iſraelitarū eruptionē Philiſtæi ſua ſpōte turbati. Sed paſſim diffugientes ſuis armis, que temere abiecerāt, cum multa ſtrage agunt̄. Ad Correū uſcq; cædes protracta eſt. Hic fugiendi Philiſtęis, Hebręiſcq; ſequēdi fuit finis. Saxumcq; Samuel ibi ſtatuit, ut in poſterū extaret uictoriæ illius monumentū aliquot. Secutus deinceps hoſtiū ueſtigia, multis inſuper cladibus Philiſtęos affecit. Quoꝝ opibus ſupra modum acciſis, omnē terrā à Gethanis finibus bello Iudæis ademptā, quæ ad Accaronem uſcq; longe latecq; patebat, uictor recepit. Philiſtæi poſt cladem ad Maſphaton acceptam diu nihil mouere ſunt auſi. Veteribus igit̄ cultoribus in receptos nuper agros reductis, reſtitutacq; uniuerſa

Locus à fauore numinis.

Locus ab hoſtiū calamitare. Peroratio.

Maſphaton

Hebræorū querelæ.

Miraculoſa tempeſtas.

Iudæorum ſucceſſus.

uerſa gente in libertatẽ, fecit Samuel oĩbus poteſtatẽ in ſua cuiqꝫ ciuitate,uel in peculiari foro C
de quibꝰ cõtrouerſia eſſet,inuicẽ diſceptãdi, quoꝝ ſiqua eſſent,q̃ per alios cõponi nõ poſſet,
ipſe q̃tannis ꝑ totius gẽtis cõuentus de his ſemel iudicabat. Quæ iudicãdi ratio,q̃diu per æta/
tẽ licuit,ab eo ſeruata eſt. Inde ſenio cõfectus Ioheli & Abiæ filijs id munus iniũxit, partitaq́ꝫ
prouincia,quo leuior utriqꝫ ſua eſſet iuriſdictio,mãdat ut in Bethlehẽ unus,alter Berſabeę iu
diciariã exerceret poteſtatẽ. Sed hi diuerſam à patre uiã ingreſſi,nõ ſolũ iudicia uenditabant,

Samuelis filij à patre degenerãt.

ſed ſuã quoqꝫ libidinẽ ab aliena pudicitia paꝝ cuſtodiebãt. Ea diſtrictus iniuria populꝰ,haud
iuuenes aperte criminari,ne patris aures offenderet,uiri ſumma pietate & innocẽtia. Cæterũ
in eo ſilentio nemo erat,qui non nouã optaret regiminis formã. Cõferentibus igit̃ inter ſe cõ
ſilia Hebręoꝝ principibꝰ,eo eſt decurſum,ut creãdi regis mẽtio inferret̃,penes quẽ eſſet pacis
& armoꝝ poteſtas. Qđ ut aliquãto auſpicatius fieret,cenſent Samuelẽ eius rei nõ ſolũ autorẽ

Prima mentio creandi regis.

faciendũ,ſed poſtulandũ etiam ab eo,ut ipſe qui cæteros prudẽtia & ſanctitate anteiret, unũ
ex omni Iſraëlitarũ numero legeret,cui uniuerſa gens domi,militięq́ꝫ pareret. Ad Ramathã
igit̃ urbẽ,ubi ille erat,principes totius gentis frequẽtes cõuenere. Quibus auditis miratus dicit̃
ſenex,q̃ tam ſubita regis habẽdi cupiditas populoꝝ animos inceſſiſſet. Scire ſe prĩo aſpectu
rẽ ſpecioſam regnũ uideri,perſuaſumq́ꝫ multis fuiſſe,nihil melius in humanis eſſe uiri unius
qui optimus eſſet ĩperio,atqꝫ ob id ipm̃ fortaſſe mortales ab initio regiũ nomẽ,ut optimũ, ur

Samuelis ſententia de regno.

bibus induxiſſe. Fœdiſſimus tñ eius rei euẽtus,multiſq́ꝫ pernicioſus humanas gentes ſui erro
ris admonuit,ꝙ non modo non tutũ ſit hoĩbus regẽ habere,ſed uehementer etiam calamito
ſum,quũ nihil aliud ſit uelle fortunis & capite periclitari,q̃ oĩm quæ in uita ſunt, unius arbi/
trio & poteſtati permittere. Viderent ne dum libertas tanta indole à maioribus quæſita, pro
qua Iſraëlitæ toties dimicaſſent,ipſiq́ꝫ haud multis ante annis diuina magis q̃ humana ope
à Philiſtæis receptam haberent,ſordeſcere cœpiſſet,in perpetuã ſeruitutẽ inciderent. Et quia
ea conſultatio maior oĩno eſſet,q̃ ut hoĩs ingenio tam facile expediri poſſet,quippe cũ futuro
rum nulla certa ſit mortalibus ſciẽtia,recte facturos,ſi tantiſper noui regis creationẽ differri pa D
terent̃,donec à ſe aliquo modo,q̃ de ea re eſſet numinis uolũtas exploraret̃. Cõceſſum eſt id il
li haud grauate. Tum ferunt intempeſta nocte ſeni de ſumma rei ſollicito manifeſtũ numen
aſtitiſſe,ordineq́ꝫ p̃dixiſſe cuncta publica & priuata mala,quæ Iſraëlitæ ſub regibꝰ eſſent adi/
turi atqꝫ cũ his iuſſus ea populo proponere. Qui ſi ſentẽtia deijci non poſſet,tũ regẽ genti cũ
inſtitueret,quẽ non temere ſibi,ſed cœli prouidẽtia oblatũ arbitraret̃. Hæc ex oraculo in pub/
licũ relata,quũ haud aliter multitudinis ſtudio inflãmaſſent ad regẽ petẽdũ,q̃ ſi proſpera oĩa

Saulus primus Iudæorum rex.

nunciarentur,cõſtituto ad id q̃d petebat̃ die,Saulũ Ciſſi filiũ Beniaminitam tribulem, qui à
patre ad aſinos,qui forte grege aberrarãt,perquirẽdos miſſus,ad ipſum ſenem diuinationis
fama diuerterat,primum Samuel Iſraëlitarum regem inunxit.

## ENNEADIS PRIMAE LIBER VIII.

HEbræorum regnum his,quibus diximus,auſpicijs eſt in Palæſtina ortũ. Sed
ut eſt rerum humanarũ uiciſſitudo quędã,ita cõtigit,ut ſub id tẽpus, quo re/
gnũ hoc,de quo loquor,eſt in Syria cõſtitutũ,aut certe non multo prius, in
ea parte Europæ,q̃ Apie primo, mox Pelaſgia,nouiſſime Pelopõneſus eſt
dicta,Sycioniorũ regnũ eſſe deſiuerit, quum annos duos & ſexaginta ſupra

Sycioniũ regnũ deſtituitur.

octingentos eſſet illic regnatũ. Zeuxippus ſextus ac uigeſimus ab Ægialeo,
qui id regnũ condidit, omniũ poſtremus ibi eſt rerũ potitus,& in Italia Aſcanius Albæ condi

Aſcanius. Syluius.

tor Syluio Æneæ poſthumo fratri moriens Albanũ regnũ tradidit, quum Iulus, quem ad id
tempus procrearat,pupillari adhuc eſſet ætate. Fama eſt prægnantẽ Lauiniã poſt Æneæ inte

Lauinia.

ritum,quũ totius rei ſumma ad Aſcaniũ deuoluta eſſet,ueritam nequid apud priuignum ſi/
bi nouercale nomen officeret,ad Tyrrheũ ſe regij pecoris magiſtrũ, quem patri fidiſſimũ no/

Tyrrheus.

uerat,contuliſſe,ab eoq́ꝫ & tempore partus,& poſt ipſum puerperiũ in occulto habitam. Atqꝫ
ita accidiſſe,ut puer in ſyluis editus Siluij ſit nomen ſortitus. Eam quum Aborigenes tumul/
tuoſe requirerent,maiorq́ꝫ indies inuidia Aſcanio ex publico illo indigenarum deſiderio ori/
retur,nec res procul à defectione eſſet,Tyrrheus maturum iam tempus adeſſe ratus,Lauiniæ
in publicum producendæ, rem omnem fecit palam ſuis popularibus,ſicq́ꝫ iam indeuſqꝫ ad

Albæ

A Albæ conditionem concordi animo Lauinia & Aſcanius una regnum tenuerunt. Fuiſſe illa
dicitur, apud priuignum materna ueneratione. Dionyſius autor eſt nihil ab Aſcanio de re/
gno in morte conſtitutũ, eoq; defuncto ambigi cœptum, uter, Iulus eius filius, an Syluius re/
gnum capeſſeret. Populus dicitur altercationem de ea re ortam ſuo arbitratu finiuiſſe, ut pe/
nes Syluium, qui præter ſplendorem patris auita maternaq; memoria plurimum fauoris con
ciliabat, regij faſtigij nomen & maieſtas foret. Idem fauor adeo ad poſteros ualuit, ut cæteri re
ges, qui longa deinceps ſerie Albæ regnarunt, Syluij cognomen tulerint. Iulo & ipſi ſacrorũ
poteſtas eſt quædam tributa, qua Iulia gens iam inde uſq; ad ſtirpis interitũ functa eſt. Scio Syluij reges Iulia gens.
ex Romanis ſcriptoribus nonnullos perſuaſum habuiſſe, puerum qui ex Lauinia & Ænea
ſit primo loco natus, Aſcanij nomen tuliſſe, ex eoq; dubitatum ſit, is ne Albam condiderit,
qui in Latio eſt natus, an alius maior ex Creuſa genitus, qui paternæ fuit fugæ comes. Ego
etſi in re tam uetuſta nihil temere affirmare auſim, ipſa tamen nominis ratio efficit, ut propi/
ora uero credã, q̃ Dionyſius de ea re prodidit, niſi aliquis in alterius Aſcanij memoriã, quem
in Phrygia à patre relictum autores ſunt quidam, nomen id puero inditum exiſtimet. Eſt em̃
alioqui uox ipſa Phrygia. Sed plures omnino tradunt Aſcanium paterni exilij comitẽ in Ita/
liam ueniſſe. At quocunq; ille natus eſt loco, ac quacunq; matre, omnibus conuenire uideo,
rem Albanam ab Aſcanio, qui annos duodequadraginta regnauerat, per manus Syluio tra
ditam, à quo Syluij deinceps reges ſint nominati. Per hæc tempora Lacedæmone regnari cœ
ptum Euſebius demonſtrat, primumq; Euriſteum fuiſſe, qui regium ſit ibi nomen adeptus. Primus Lacedæmoniorum rex.
Nec de eo poteſt intelligi, cui duodecim ſtipendia exoluit Hercules, quoniam ſi recte idem au
tor colligit, Herculis interitus Lacedæmonij regni principiũ circiter nonaginta præceſſit an/
nos. Hæc primo regni dignitas ſuffragio ne populi, an ui & opibus fuerit ab initio quęſita, pa
rum cõpertum habeo. Verum enimuero uidentur mihi Lacedæmonij præter cæteras gentes
legitimam quadã regni formam, eamq; ipſam parum ciuibus formidoloſam à principio in/
B ſtituiſſe. Quod quum ex alijs, tum ex eo maxime colligitur, ꝙ in funebri regum laudatione
ſemper nouiſſimum ut omnium optimum publicitus, ut Herodotus ſcribit, laudarunt, & ꝙ
qui recentiſſime creati eſſent, ciues quicunq; publice priuatimuè deberent aliquid, alieno leua
bant ære. Lege præterea qui rex eſſet primus in expeditionem exibat, omniũ ultimus domũ
reuertebatur. Quibus haud dubie demonſtrat, nullum in terris populum liberiora iura ſub
regibus tenuiſſe unquam, cui futuro leges ſcripſerit. Sed de Laconico ciuitatis ritu plura ſunt
alio à nobis loco explicanda. Primo Peloponneſiacũ bellum in hæc tempora idem autor con
ijcit. Sed cur ab ea gente fuerit illud Athenienſibus illatum, obſcure nimis Trogus poſuit, ue/
teres tantum ſcribit offenſas inter utranq; gentem interceſſiſſe, ſed quales ille fuerint, haud di
ſerte ponunt. In quo illud non ab re fuerit demonſtraſſe, Trogum ſcribere à Doriẽſibus At/
ticæ terræ bellum illatum, quos eoſdem eſſe, qui & Peloponnenſes interpretat. Quæ nomi/
nis uariatio ne quempiam legentibus pariat errorem, breuiter eſt à nobis enarranda. Satis Aeoles qui fuerint.
conſtat fuiſſe olim, quicunq; intra Iſthmum habitarunt, Aeoles nominatos, mox uero intra
extraq;, præter Athenienſes cum Megarenſibus, & ipſos Parnaſi accolas Dorienſes, cæteras Dores.
Peloponneſo circumiectas gentes in Aeolici nominis appellationem abijſſe. Mox uero Do/
res Heraclidas in Peloponneſum ſecuti, in ea terra eſſe perſeuerarunt. Contigitq; ex perpe/
tuo eius gentis cum Aeolibus incolatu, ut duæ gentes procedente tempore in unam coalue/
rint. Id rei argumento eſt, ꝙ præter Arcades, quibus rara cum cæteris Peloponnenſibus fue/
re cõmercia, quicunq; intra Iſthmum poſtea habitarunt, indifferenter ſunt utraq; lingua uſi,
atq; ob eam rem nunc Aeoles, nunc Dorienſes dicti. Contra in Ionica, quæ eadem fuit & At/
tica, euenit. Nam quum ab initio Iones Attici uocarent, ob colonias inde in Aſiam miſſas, ac/
cidit, ut qui in antiquis ſedibus manſere, Attice loqui ſint dicti, cæteri in colonias tranſcripti Io Attici. Iones.
nice. Nec eo inficias (nam in re tam uetuſta quis pro certo audeat tale aliquid affirmare?) fie/
ri potuiſſe, quod ad belli ipſius rationem attinet, ut Dorienſes cum Peloponnenſibus aduer
ſus Athenas militarint. Quo ſit factum, ut à rerum ſcriptoribus modo gens hæc, modo illa
bellum intuliſſe dicatur. Sed quicunq; belli illius prætextus fuit, ac cuiuſcunq; ductu arma
ſunt Athenienſibus illata, illud inter omnes cõuenit, monitos oraculo Dorienſes fuiſſe, po/

tituros eos uictoria, ſi Athenienſiũ regem non interficerent. Erat tum rex Athenis Codrus. Is C
quũ forte inueſtigaſſet quale hoſtes oraculũ Delphis accepiſſent, ſciretq́ꝫ futuꝝ, ut hoſtis eo
bello uoti cõpos fieret, niſi ipſe mortẽ occũberet, patriã, cui prima poſt deũ humanæ gẽtes de/
bent officia, ſua morte tuendã arbitratus, militari habitu amictus, ne ſi nobilem ſe obtuliſſet,
uiuus in poteſtatẽ ab hoſte redigeret̃, ſarmentis ſeruilẽ in modũ onuſtus, hoſtiũ caſtra ingre/
dit̃. Ibi gregario à milite, quẽ in remorantiũ turba moto de induſtria iurgio uulnerauit, ferro
Codri regis interitus. eſt cõfoſſus. Regis cæde patefacta Dorienſes ſine p̃lio Athenas obſidione leuarũt. Sic Athe/
nienſes periculoſo ſunt bello uolũtario regis interitu ſeruati. Is nouiſſimus à Cecrope Athe/
nis regnauit, habuitq́ꝫ id regnũ à primo exordio ad exitũ annos quadringẽtos atqꝫ ſupra hos
ſeptẽ & octoginta, ſi recte tempora Euſebius colligit. Pleriqꝫ Homeri ortũ in id tempus inci/
diſſe autumant, de quo tam uaria à ueteribus tradunt̃, ut cui potiſſimum accedas, haud facile
decerni poſſit. Crates ante Heraclidarũ deſcenſum Homerũ genitum tradidit, qui fuit anno
Homeri ortus. quarto circiter & ſeptuageſimo poſt Ilij excidiũ. Eratoſthenes centeſimo anno poſt captũ Ili/
um. Philochorus centeſimo atqꝫ octogeſimo. Apollodorus Atheniẽſis quadrageſimo ſupra
centeſimũ. Alij circa primã Olympiadẽ, quã quadringẽteſimo fermè anno poſt Troiæ excidi/
um celebratã, autores ſunt quidam. Saſſius in primo annaliũ annos c. & lx. poſtq́ꝫ ad Troiã
eſt bellatũ. Cornelius nepos totidẽ annos ante Romã conditã. Miror & illud in dubiũ trahi à
quibuſdã, fuerit ne is eadem qua & Heſiodus tẽpeſtate, an diuerſo ab eo tẽpore uixerit. Ego
ut utrum hic an ille maior natu fuerit, affirmare non auſim, ita pro certo poſuerim ambos ea/
dem tempeſtate genitos, ſi Plutarchus uerus eſt autor, qui eos ex duobus fratribus procrea/
tos tradidit. Nec quæ patria illi fuerit, ſatis (ut uideo) cõſtitit, Smyrnęi, Rhodij, Salaminij, Ar/
Homeri laudes. giui, Chij, Colophonij, & Athenienſes, uaria illũ contentione ſibi uendicare perſeuerarunt.
Sed quocunq́ꝫ fuit loco natus, quacunqꝫ ætate, omniũ (quod ſatis conuenit) poëtarum fuit e/
minentiſſimus, cunctarumq́ꝫ eloquentiæ partium origo. Crediderũt quidam magni ingenij
eſſe illius uirtutes, quoniã nulli imitabiles eſſent intellectu & ratione ſequi. Vellem tam felix D
ingenium in ueritatis lucem non in tenebras illorũ temporũ incidiſſe, quam ſi ex Ariſteo illo
Proconneſio, quo p̃ceptore uſus dicitur, aut alio haurire quoquo modo potuiſſet, nemo mor
talium eam utilius tractaſſet. Amazones & Cimmerij per hæc tempora uarijs incurſibus Aſi
am infeſtaſſe tradunt̃. Nec quatenus illorum motus proceſſerint eius rei autores expediunt.
Saulus rex. In hoc erant res aliarum gentiũ ſtatu, quum in Iudæa Saulus regiũ eſt nomen adeptus. Qui
iam inde, ex quo inunctus eſt (ea enim uelut initiatio regiæ dignitatis fuit ab Samuele oracu/
li iuſſu inſtituta) optare non deſtitit dari ſibi occaſionem regij nominis inter Hebræos ob no
Naas rex. uitatem adhuc cõtemptibilis, pręclaro aliquo facinore illuſtrandi. Quæ haud multo poſtq́ꝫ
rex fuerat declaratus, tam iuſta q̃ꝫ neceſſaria illi oblata eſt, Naas Hammonitarũ rex Iſraëli/
tas, qui trans Iordanem accolebant, ſubito bello adortus, non ſolũ uictos ſuo imperio ſub/
egit, ſed ut ſubactis omnẽ rebellandi materiã in perpetuũ adimeret, tam bello captos, q̃ꝫ in fi/
Oculorum priuatio. dem receptos dextro oculo priuauit, ut ea corporis clade affecti, minus utiles deinceps bello
redderent̃, quoniã ſcutũ cõmode amplius tractare non poſſent. Gerendarũ rerũ ſerie tractus.
Naas pari terrore belli in Galadinos Iabitas mouit, qui finitimorũ clade exterriti, ſeptem dieꝝ
inducias his conditionibus impetrarũt, ut de ſumma rei cõſulere liceret, peterentq́ꝫ à ſuis au/
xilia. Quæ ſi impetrata forent, non daret̃ ſibi fraudi, ſi adhuc in armis eſſe mallent, ſin minus,
deditionẽ facerẽt, q̃q̃ amariſſima ab hoſte cõditione propoſita, ut quo modo recepti eſſent,
altero lumine priuarent̃. Iabitarũ legati ad Saulum regẽ miſſi, ubi ad conſpectũ eius uenerũt
reuerſus ille ex ruſtico, ut dicit̃, opere, tum forte domũ ſe recipiebat, quo apparet q̃ humilis ab
Verba legatorum ad Saulũ regẽ. initio fuerit in ea gente regia maieſtas, q̃q̃ apud Romanos clariſſimi quoqꝫ imperatores fue/
rint ab aratro accerſiti. Perfuſi lachrymis legati ſuppliciter poſtulãt, ut afflictæ Iabitarũ fortu/
næ mature opem ferat, ſalutem nobiliſſimæ ciuitatis in paucorũ dierũ diſcrimen deiectã eſſe,
aut corpora crudeliſſimo hoſti mutilanda tradi oportere, aut caput ferro obijciendũ, quorum
utrũ miſerius foret, nondum ijs, qui ea paſſuri eſſent, ſatis liqueret. Orare proinde ne pateret̃
cognatã gentẽ ab immaniſſimo hoſte ueluti pecora laniari, iam ſatis ſuperq́ꝫ malorũ exhau/
ſtum, multos Hebraici ſanguinis populos, præterq̃ q̄ alterius oculi clade eorũ uiri deformati
eſſent,

A eſſent,miſerabili ſeruitute preſſos iacere. Videndũ ne ſi cõſanguineæ gẽtis curæ nulla ſit,atro/
ci incendio,quo alij conflagraſſent,ipſi paulopoſt correpti arderent. Si inualeſcenti malo ſe/
gnius iretur obuiam,fore ut Iordanem fluuium hoſtis tranſgreſſus, citeriores terras,& quæ
pacatiſſimæ ſibi uiderentur,ferro & igni popularentur. Maturato opus eſſe,ne propius peſtis
illa ſerperet. Magna eſſe in cæteris rebus temporum momenta,ſed in bellis maxima. Hæc il/
li. Saulus partim fortuna gentis motus,partim periculo,quod cæteris Iudęorum gentibus ab
Hammonitis imminere putabatur,ſi illorum opes nimiũ creuiſſent,Iabitas bono iubet eſſe
animo,irent,urbemq́ in ſuum aduentum tueri pergerent,fore,ut intra triduum cernerent o/
mnem metum & terrorem in hoſtem conuerſum. Relinquerent ſibi modo ducem,quem per
uiarum cõpendia copiæ ſequerentur. Cætera mature ſe curaturum. Cum his illi dimiſſi ſunt. Atrox Sau/
Ipſe aratorijs bobus,quos tum forte habuit,ſuffraginum neruos ſuccidit, propoſito edicto li edictum.
fore,ut quicunq́ ſibi ad Iordanem eo die non preſto adeſſet,eadem à ſe qua boues illi clade
afficerentur. Pœnæ metu ex urbe & agris militari ætate excita ad CCC.& XXX.milia arma
torum circa regem uno die cõuenere. Amne ſub noctẽ ſuperato, pleno gradu eſt ad hoſtem
maturatum. Poſtero die ſub ſolis ortum,quum iam Hammonitarum caſtra in proſpectu eſ/
ſent,Saulus ita copias partitus eſt,ut Hammonitas (fuerunt hi Arabes) uno tempore tribus
adoriretur locis. Hoſtes etſi in re ſubita nihil tamen conſternati & ipſi quoq́ in aciem proce/
dunt. Fit prælium,quo Iſraëlitarum res ab initio animis & multitudine fuit ſupior. Haud igi/
tur magno certamine uincunt Hãmonitæ,ingens cædes in acie edita,ſed in fuga aliquãto ma
ior. Saulus non cõtentus acie uiciſſe,nec ꝙ interfecto rege hoſtes apertã fugam feciſſent,cõfe/
ſtim in eam gentẽ p̃ſenti clade perculſam,uictorẽ exercitũ ducit. Hic Hãmonitarũ rebus ferro
& igni acciſis,Iſraëlita arma longe lateq́ per hoſticũ cũ præda & populatione circũegit Sau/
lus,quibus proſpere geſtis onuſtũ præda exercitũ domum reduxit. Maior certe & ipſe factus,
magiſq́ cõſpicuus q̃ antea fuerat. Secundũ hanc uictoriam conuentu in Galgalam uniuer/
B ſo genti indicto,Saulus iterum eſt à Samuele Iudæorũ rex inunctus. Enimuero multis uana Saulus ite/
uiſa fuerat prior ea declaratio,fuiſſentq́ fortaſſe poſt uictoriam & illi ad ſupplicium requiſiti, rum inungi
qui regem ludibrio habuerant,niſi Saulus nondum ſtabilito regno ſeditionẽ metuiſſet. Se/ tur.
cundo hæc cærimonia regiũ nomen non ſolum firmius reddidit,ſed inſignius quoq́ auguſti
uſq́ Saulo futuriſq́ regibus fecit. Nam Moſes,Ioſue,& alij, qui ad id tempus exercitum du/
ctauerãt, nõ reges,ſed duces fuere. Saulus tribus milibus militũ ex om̃i iuuẽtute lectis,duo mi
lia penes ſe p̃ſidij loco habuit,tertiã partẽ cũ filio Ionatha miſit in Gabaã, ut ſuis popularibꝰ
p̃ſidio eſſent. Philiſtæi qui urbẽ ipſam cum Iudæis incolebãt,arma illis ademerant. Qui cũ re
ge erant,haud procul Galgalis ſibi caſtra fecerant,q̊d ubi Philiſtæis eſt nunciatũ, copias ſtu/
dio cõtrahunt. Miror tantã armorũ procellam aduerſus exiguam armatorũ manũ exciri con/
tigiſſe. Ioſephus autor eſt CCC.peditũ milia & ſexaginta equitum in Philiſtęis caſtris fuiſſe, Nouũ Phili/
& cũ his curruũ triginta milia. Sed credibile eſt id bellũ q̊d maturius erãt illaturi hoſtes,iã an ſtæorũ bel/
tea inſtrui cœpiſſe,aut certe(nam in ſimilibus libera eſt cõiectura)ob regẽ nuper Iſraëlitis crea lum.
tum de ſumma rei apparebat certamen futurũ,atq́ ob id accidiſſe, ut tantũ uiriũ una in unũ
cõtulerit,quãtũ ad id tẽpus nunq́ aliâs feciſſet. Nec Saulus in tanto rerũ motu deſedit. Quin
& ipſe ad ornandũ bellum cõuerſus,undiq́ auxilia contrahit. Sed Philiſtæi,qui priores belli
partes occuparãt,omniũ opinione celerius tumultuoſe circa urbem magnã conſederant. Qui
bus copijs inſpectis tanto ſunt terrore perculſi,qui erant circa regem,ut eorum pleriq́ altiores
ſpecus metu ſubierint,alij trans Iordanẽ occulta fuga ſeſe proripuerint. Hunc ſuorũ metum
quũ Saulus maiorem eſſe cerneret,q̃ pro autoritate ſiſti poſſet,mittit qui celeri curſu Samue/
li nunciarent,in quo diſcrimine Iſraëlitica res eſſet. Actũ dicerent non modo de regno,ſed de
totius gentis ſtatu,niſi diuino res ſemel inclinata præſidio ſiſteretur. Oratus itaq́ primo q̊q́ Samuel à
tẽpore ſuis adeſſet,quãdo omnis amoliendi belli ſpes eſſet in ipſius aduentu ſibi & alijs repo/ Saulo acce/
ſita. Quantũ igit̃ per ætatẽ locorumq́ diſtantiã liceret maturaret laborantibus ſubuenire. Nã ſitur.
q̊d ad ipſius acceſſum attineret,perſuaſum ſibi & omnibus eſſe,cũ Samuele p̃ſens propitiũq́
Hebræis cœli numen affuturũ, nec de ſua cõſtantia & fide dubitaret,cõſtitutũ habere ſe, aut
ui aut armis Iſraëliticũ nomen in ſuo ſtatu retinere,aut ſi id minus præſtari contingat, citius

 mortem

mortem occũbere, q̃ turpiter ſeruire, Samuel trepidiſſimis excitus nuncijs, regem ſuorum uer C
bis hortat̃, ut hoſti in aduẽtum ſuum reſiſteret. Adnixurũ ſe, ut ſupra ætatis uires intra pau/
cos dies adeſſet, unaq́ de ſumma rei in caſtris ambo cõſultarent, pararet modo hoſtias, quas
in aciẽ deſcẽſuri imolarent. Cõparat ſtudio Saulus, q̃ ad ſacrificiũ pertinebãt. Sed quũ omniũ

Samuelis ira.

ſpe tardius Samuel ueniret, hoſtias aræ admouit, ſacroq́ uix bene perpetrato allatum eſt Sa/
muelẽ adeſſe, à quo ille obuiam progreſſus increpitus dicit̃, q ſe non expectato, rem diuinam
facere maturaſſet, nec cũ cuperet ſatisfacere, ac multa excuſaret rex ſenem flectere potuit am/
plius, quominus (ut erat turbatus) recta qua uenerat retro abierit. Saulus conſilij anceps, cũ fi/
lio & ſexcentis, hiſq́ magna ex parte inermibus in Galgala ſe recepit. Philiſtæi ubi pſidio ho/
ſtem deceſſiſſe audiuere, tripertito Hebrço fines ingreſſi, omnia terroris & populationis cõ/
plet. Et iam pars una hoſtiũ ante regis oculos libere uagabat̃, is cũ filio Ionatha & Achia, qui

Ionathæ facinus.

ſacerdos erant, ex editiore loco agro populationẽ non ſine dolore & lachrymis ſpectare. Io/
nathas regis filius doloris ĩpatiens, uno dũtaxat comite ſpeculatorio amictus habitu, hoſtium
caſtra noctu ingredit̃, quę munitiſſimo erant loco ſita, & ob id fortaſſe nullo maiore pręſidio
ſtationeue nocturna retenta, eã occaſionẽ ferox iuuenis nactus, hoſtes paſſim ſomno & quie
ti deditos ferro adorit̃, tetrã cædem tacite in iacẽtes graſſatus, per multã noctẽ perpetrauit, q̃/
ad moriẽtiũ gemitus tumultũ excitauit. Tum uero creditũ caſtra ab hoſte teneri, ſimulq́ prę/
ceps fuga exorta eſt. Ruebãt impediti tenebris per æqua & iniqua cũ pernicie multa Philiſtęi.
Quo trepidatiõe Saulus per exploratores cognita, ſimul ac filiũ abeſſe ſenſit, ratus (quod cer
te erat) illũ hoſtiũ caſtra ingreſſum, capi arma iubet, ſubitoq́ incurſu fugã & terrorem nouo

Iudæorũ uictoria.

clamore auget. Paſſim igit̃ diſpalati uſq́ ad lucẽ cæſi ſunt Philiſtæi. Nec poſteaq́ lux affuit,
ab his eſt perſequẽdis ceſſatũ. Rex ueritus ne Philiſtæus à uano illo noctis terrore aliquo mo
do reſpiraret: diris execrationibus eo capita deuouit, qui à pſequendo hoſte deſiſterent, aut
q̃diu lux teneret, cibũ ullũ caperent. Quod patris edictũ Ionathas per inſcitiã traſgreſſus eſt,
quippe qui in examen apũ uago curſu delatus, mellis fauum cupide hauſit. Saulus poſtridie D
deo aram cõſtituit, ad quam uictimas pro uictoria ĩmolaret. Primũq́ Achibotus ſacerdos iuſ
ſus eſt numẽ explorare, an feliciter euenire uellet, q ad hoſtiũ caſtra diripienda rex ducere in
animo haberet uictorẽ exercitũ. Negare ille reſponſum ullũ dari, quod nunq̃ niſi irato numi/
ne ferè eueniret. Erant ſuſpenſi animi oĩm. Cæte uulgo ſuſpicari ex militibus aliquẽ contra
heſternã execrationẽ aliquid temere cõmiſiſſe. Vna cuncti in eũ inquirẽdũ cenſere, ac de ſon/
te ſuppliciũ ſumendũ, Saulus ut ſæuo crudoq́ erat ingenio, ne filio quidẽ ſuo parſurus uide/
bat̃, ſi filius ſe piaculo aſtrinxiſſet. Operępreciũ eſt audire, quãta tum eius gentis fuerit religio

Indoles in Ionatha.

atq́ erga cœli numen obſequiũ. Dicit̃ Ionathas ſponte faſſus, ſe paternæ execrationis inſciũ,
fauo mellis inediã leuaſſe. Sed q̃q̃, inquit, rei ignoratio ſatis excuſari poſſet, paratũ eſſe ſe ni/
hilo min⁹ uitã p populi ĩcolumitate effundere. Satis ſe in uita habere q patrẽ uirũ fortiſſimũ
& regẽ, & bis hoſtiũ uictorẽ uiderit, & q heſterno die ſuo ductu feliciter geſta res eſſet, perſua/
ſum habere ſe, tum maxime expedire homini è uita migrare, quũ per uirtutẽ ea ſit adeptus, q/
bus nõ tam honeſta mors, q̃ ſemp ſpecioſa eſt, q̃ hoĩm inuidia metuenda eſſet. Nec Saulus
q̃q̃ filiũ cerneret alta indole pditũ, minus propterea ſæuire, cęte ut res oĩbus documẽto eſſet,
ne regiũ imperiũ religionemue in poſterũ negligeret, Ionatham arę admotũ pater pro hoſtia

Exercitus charitas in Ionatham.

iugulari imperat. Tum uero multitudo, q̃ locũ corona cinxerat (nam ad x. hoĩm milia in ca/
ſtra cõfluxerant, poſteaq̃ ad Galgala Saulus uenerat) ſublato clamore haud laturos ſe uoci/
ferant̃, eum per quẽ graui bello liberati eſſent, quãdo per inſcitiã deliquiſſe cõſtaret, uita peri/
clitari. Scire ſe mortaliũ delicta, conſilio non euẽtu æſtimari ſolere, imploraturos ſe polliciti p
ea culpa ſi qua ſit à numine ueniã, uel ſi ĩpetrari nõ poſſit, pœnas pro eo, qui ſit de cõmuni ſa/
lute meritus, libenter expẽſuros. Tale fuit tũ in unũ Ionathã totius exercitus ſtudiũ. Piaculari/
bus hoſtijs aræ adhibitis, ubi rite litatũ eſt, Saulus caſtris hoſtiũ direptis uictorẽ exercitũ do/
mũ reduxit. Ioſephus autor eſt eo bello ad lx. hoſtiũ milia occidione occiſa. Subegit inde Sau/
lus Hãmonitas Moabitaſq́ gentes (ut tum hominũ res erant) opulentiſſimas, uicit & Idumę
os, eorũq́ reges tributarios fecit. Et iam Iſraëlita res lõge lateq́ pollebant, quũ Samuel ite/
rum cum rege congreſſus docet, ſupereſſe adhuc integrũ Iſraëlitis bellum, quod nefas ſit non
totis

A totis uiribus exequi. Nullã gentẽ Moſi in Palęſtinã ueniẽti infeſtiorẽ fuiſſe q̃ Amalechitas, q̃ Iudæos ſuis finibus non ſolũ arcuiſſent, ſed opportunitatẽ nacti, affeciſſent etiã teterrima clade. Ob eamq́ rem Moſen poſteros ad ultionẽ aſtrinxiſſe, mandaſſeq́ oẽm gẽtis memoriã, ſiqñ ulciſcendi occaſio data eſſet, abolendã. Cæterũ nunq̃ uideri maiorẽ à deo optimo occaſionẽ genti datã q̃ tunc, quũ Iſraëlitarũ opes eo auctæ eſſent, ut nulla tam ualida gens foret, q̃ par illi futura crederet̃. Impiæ proinde eum facturũ, niſi tam inſignẽ iniuriã ab una gente maioribus illatã, cuius ultio diuina magis uolũtate q̃ humano cõſilio, in ſua tẽpora dilata uideri poſſet, pio iuſtoq́ bello perſequeret̃. Nec uerendũ eſſe, ne non oĩa proſpere ceſſura eſſent, q̃ nõ minus pie q̃ iuſte gerẽda ſint. Et q̃d ad uictoriã attineret, ſiqua ſibi futuroꝝ ꝓuidẽtia eſſet, q̃ tota ex pietate pẽderet, haud dubitare ſe quin p̃ſens numẽ uolenſq́, gerẽdis reb⁹ eſſet affuturũ. Hæc Samuelis denũciatio bellicoſa natura regẽ facile ꝓpulit, ut in Amalechitas cõtinuo moueret. Copijs igit̃ inſtructis per occulta ab initio loca duxit, ut incautũ hoſtẽ adortus cõmodius opprimeret. Multi mortales ĩprouiſo acceſſu ꝑ agros uagi, ac nihil minus q̃ bellũ expectantes, capti cæſiq́ ſunt. Inde hoſticus ager ferro & igni uaſtatus, nouiſſime urbes, & caſtella opibus & cuniculis captæ, exciſæq́ ſunt. Neq́ ſexus neq́ ætas ullũ in cæde fecit diſcrimẽ, oẽs ad unũ p̃ter Agagũ regem interfecti. Ab huius cæde ob eximiã corporis pulchritudinẽ Saulus ferrũ abſtinuit. Samuel captũ pecus perdendũ cum ipſis uiris cẽſebat. Cæterũ rex ſiue prędæ cupiditate captus, ſiue ut militibus gratificaret̃, quadrupedũ uim ingentẽ domũ abduxit. Nulla unq́ lætior uictoria Hebræis cõtigiſſet (nam à Canobico Nili oſtio uſq́ ad Erithræũ ſinum perpetuo uictoriæ curſu omnia Saulus armis ſubegerat) niſi dira quædam mandatorum obliuio ipſius animũ cepiſſet. Qui quoniã Amalechitarũ regem ſeruaſſet, quũ tota alioqui gens perdenda eſſet, captiuumq́ gentis pecus auertiſſet, prophetæ prædicatione cognouit, quia parũ rite numinis mandata ſeruaſſet; fore, ut ipſe non multo poſt regia dignitate priuaretur. Miror Ioſephũ tradidiſſe à Canobico oſtio ad Erithręũ mare omnia Saulis ductu à B Iudæis ſubacta, quũ Canobicũ oſtiũ omniũ Nili oſtiorum ſit ultimum Libyam uerſus. Q̃d ſi ſic res quoq́ geſta eſſet, non Arabes ſolũ, ſed Ægyptios quoq́ qui ad mare ſunt Amalechitas appellatos accipi oporteret. Etſi tẽpeſtate illa, pars quæ nunc Ægypti maritima eſt, magna ex parte (q̃d alio eſt loco memoratũ) ſub aquis fuit. Multo itaq́ uero propius illud, ut ad Peluſiacũ oſtiũ, q̃d Arabię oĩm ꝓpinquiſſimũ eſt, inſignis alioqui, uictoria nec ulterius ꝓceſſerit, p̃ſertim quũ in Amalechitas ſit bellatũ, nõ in Ægyptios. Saulus cœleſtibus minis exterritus, primo factũ excuſare conatus eſt, inde ab Samuele cõtẽdit, ut non prius à ſe abſcedat, q̃ id ſcelus ſciret expiatũ. Id quũ ille facturũ negaſſet, ſciebat eñ litari nõ poſſe, iam retro abire cœperat, quũ p̃cibus primo, inde ui ſenẽ Saulus remorari adortus, reluctantis palliũ temere diſcerpſit. Tũ ille in regẽ cõuerſus: Sic tua, inq̃t, nõ multo poſt lacerabit̃ dignitas. Cæteꝝ q̃ grauiora ille denũciabat, eo maiorib⁹ rex p̃cibus cõtendebat, ne ſe cõſilij incertũ, malorũq́ expectatione cõfuſum deſtitueret. Rogare obteſtariq́ ut ſineret ſe exorari, imitareturq́ in eo cœleſtis numinis, cui gratiſſimus eſſet naturã, ne pœnitẽtiã auerſaret̃. Fateri ſe peccaſſe, ſed facti uehementer pœnitere. Nullũ ſe expiationis genus nõ aris adhibituꝝ, ut uenia ĩpetraret̃. Hęc ſeni pudorẽ ĩpoſuerũt ulterius tendẽdi, unaq́ cum rege Galgalã conceſſit. Vbi prophetæ iuſſu Agagus rex occiſus eſt. Inde peracto ſacro, quũ diuerſi abijſſent, Saulus Gabaã reuerſus eſt, Propheta in Ramathã urbẽ, qui haud multis interiectis diebus, oraculo monit⁹ in Bethlehẽ uenit: Dauidẽq́ Ieſſe ortũ regẽ inunxit. Fuit Ieſſes Obedis fili⁹ ex Booſo & Ruthe geniti, q̃ apparet innocentiã, & pietatẽ in humanis, non opes & nobilitatẽ à ſuperis probari. Iuſtitiam amat cœli numẽ, perpetuiſq́ auget incremẽtis. Quę quo humiliore ſuſcitat̃ loco, eo ſublimiore collocat̃. Ignobili auo natus, diadema geſſit, nõ malis artibus, ſed cœli ꝓuidẽtia q̃ſitũ. Nec ipſe tantũ regio inſigni potitus eſt, ſed filio deinceps, &, xx. ab eo procreatis lõga ſerie geſtandum tradidit. Et q̃d ad diuinã attinet prouidẽtiã, paſcebat tum oues Dauid foris, quũ Samuel ad Ieſſem uenit, eius fratres, qui tũ patri aderãt ſacrificio admoti ſunt, unuſq́ poſt aliũ à ꝓpheta repudiati. Cæteris itaq́ reiectis Dauid in urbẽ acceſſitur, quẽ Samuel cõfeſtim regia cęrimonia iunxit. Fert̃ Dauid flauo colore fuiſſe, neq́ ingrato aſpectu, pſalterij & hymnoꝝ peritiſſimus, qua Saulus fama impulſus, qm̃ iam inde, ex quo iram numinis incurrerat, malorum dæmonum

Samuel cõtra Amalechitas.

Amalechitæ bello petuntur.

Saulus oraculo corripitur.

Agagus rex occiditur.

Dauid inungitur rex.

dæmonũ incurſu exterrebat̃, edoctus hymnicis cantilenis poſſe terrores illos leuari, adoleſcẽtẽ ad ſe uocari iuſſit, oĩm adhuc q̃ acta fuerãt, ignarus. Miror nullã inſidiaꝝ ſuſpitionẽ incidiſſe, ꝙ neq; pater regis ĩperiũ expauerit. Sed quacunq; ſpe ille fretus, nihil (q̃d ſatis conſtat) Dauid cũctatus ad regẽ profect⁹ eſt, cuius indolẽ animiq; prõptitudinẽ Saulus miratus, militia inauctoratũ, multis militaribus donis inſigniuit. Subſedit inde Dauid apud regẽ, q̃d per nũcios ut bona uenia adoleſcentẽ penes ſe habere liceret, à patre ĩpetrauit. Nec multo poſt Philiſtæi rebellarũt, ingẽtiq; armoꝝ apparatu Iſraëlitarũ fines inuaſerũt. Nec rex multũ in mora fuit, ſed impigre primis hoſtiũ motib⁹ cũ ualido exercitu occurrit. Fecerãt illi caſtra inter Sochonẽ & Azechã, Iſraëlitæ iugũ mõtis occupãt, hoſtiũ capitib⁹ ĩminẽs. Philiſtæi ſitus iniq̃tate aĩaduerſa caſtra in tutiorẽ locũ haud ꝓcul inde trãsferũt, Dirimebat bina caſtra tumulus q̃dam, hunc Philiſtæi generis uir quidã ĩmani ſtatura (Goliadi fuit illi nomẽ) inſigni armoꝝ habitu, cũ pluribus occupat. Ioſephus niſi paꝝ integre id in eo legit̃, autor eſt, ſeptenũ pedũ Philiſtæũ quadrãte minus fuiſſe, q̃ proceritas ne noſtra quidẽ tẽpeſtate ſit in aliquo cõſpicua. Veriora itaq; mihi uident̃, q̃ in Bibliacis libris tradunt̃, ſenũ cubitoꝝ & palmi fuiſſe eius ſtaturã, q̃ denos quadrãte minus habuerit pedes, quũ aliquãto proceriore Oreſtes fuerit, ſi uera ſunt, q̃ Herodotus de eo memoriæ ꝓdidit. Sed q̃cunq; fuit hoĩs magnitudo (fuit eñ oĩno eximia) loricã quinũ miliũ ſiclorũ induit. Ferrũ q̃d fuit haſtæ ꝑfixũ, Siclos appẽdiſſe tradit̃ ſexcentos, id eſt, drachmas mille & ducẽtas. Cõſpicuo igit̃ ille loco cõſtitutus, horrẽde inclamat, Iſraëlitarũ fortiſſimũ ſibi occurrere poſtulat. Parũ prudẽter Philiſtæos Iudæoſq; facturos, ſi cũ duorũ ꝑlio periculo defungi poſſint, de ſumma rerũ totis uiribus, non ſine alterius partis pernicie malint dimicare. Paratũ ſe eſſe ea cõditione in pugnã deſcẽdere, ut ſi uictus ſit, cedant perpetuo Philiſtæi Iſraëlitis de regno. Sin cõtra qui ſecũ cõgreſſus eſſet uinci cõtigiſſet, ſeruitutis iugũ (ſicq̃ aliâs) Iudæi acciperẽt. Tenuit ea prouocatio plures dies, non ſine Hebræorũ rubore, qui tacita cõfeſſione ſe eo gñe pugnæ uictos fateri. Dauid interim tribus fratribus circa regem cõmorantibus ex militiæ uacatione dabat apud patrem rei pecuariæ operam. Quum igitur bellum una prouocatione ſtaret, ita forte accidit, ut iuſſu patris ille cibaria fratribus in caſtra tulerit. Qui quũ inter ſuos ibi uerſaret̃, ecce interim Goliad ex ſolita ſtatiõe cõſpectus Iſraëlitarũ fortiſſimũ de more prouocat. Ad cuius uocẽ quũ mœſtũ ſilentiũ teneret̃ Dauid eam gentis contumeliã haud ferendã ratus, apud fratres primo faſſus eſt, cœpiſſe ſe impetũ aduerſus monſtrũ illud hoĩs dimicãdi, qua uoce à ſuis grauiter increpita, cæterũ quũ nihil familiari illa ꝑdicatione ꝑter ſtultitiæ & temeritatis notam lucrificaret, palã inter æquales iactare auſus eſt, quid animo agitaret. Quæ audax profeſſio ad regẽ delata, etſi ætas, quæ adhuc infirma erat, nihil de ſe arduũ ſperari ſinebat, adoleſcentẽ tñ ad ſe Saulus accerſit. Erat eñ, ut dixi, iam antea ei notus. Hic laudata ab eo indole, quũ uideret̃ rex nolle tanti diſcriminis certamen infirmæ adhuc ætati permittere, multa Dauid de diuina ꝓuidẽtia prius locutus, q̃ quo libitũ eſſet, ſuo uictoriam nutu inclinaret, perículoſa dein certamina, quæ penè puer cum uiolentiſſimis beſtijs obiuiſſet, ordine explicat. Leonẽ, inquit, rex inclyte adhuc penè puer, quia agnum ex illius ore eripuiſſem, in me ſæuientem cauda arreptum, humi primo afflixi, inde multa ui cõpreſſum ac debilitatum extinxi. Pari periculo urſum ineuitabili occurſu, haud minore aĩo q̃ leonẽ proſtraui. In quibus mõſtris cõficiendis, haud ambigo, niſi cœli numẽ propitium habuiſſem, tam arduis certaminibus me imparẽ futuꝝ fuiſſe. Cæteꝝ tam beſtia eſt hic, q nos prouocat, q̃ illæ quas ego domui, fuere. In quo ꝑter effigiem nihil cerno, quod hominis dici poſſit. Pietatis expers, ueriq; numinis cõtemptor. Ad quẽ perdendũ non ſolum me ratio hortatur, ꝙ nolim hanc detrectatæ pugnæ notã noſtrę genti perpetuo inuſtã, ſed etiam religiõis ultio, quæ iamdudum animo ſuccIamat, tollendã eſſe impiã ex terris beluam, quæ ne cœlum quidem, cui conuicium facit, mereatur intueri. Miratus rex adoleſcentis ferociam, ſimulq; pręmaturam in eo oſculatus prudentiam, omnia ad diuinam prouidentiã referens, facit illi dimicandi poteſtatẽ. Dauid repudiatis armis, quæ rex ad certamen exeunti obtulit, funda & ſparo inſtructus, in hoſtem uadit. Conuerterat id certamen duorum exercitum in ſe oculos. Qui quo minus æquis inter ſe uiribus congreſſuri uidebantur, eo minus bona ſpe Iſraëlitæ erant. Diſpar inde animorum affectus. Exultabant lætitia Philiſtæi, certamq; recuperandi

Goliadis magnitudo

Goliadis prouocatio

Dauid pugnam ſibi depoſcit.

regni

A regni uulgo ſpem fouebant. Ibat Goliad in pugnam magna mole corporis robur ſpirans, armis inſigniter inſtructus, tam certaminū cupidus ꝗ̄ peritus. Cōtra tyrunculus & infirmo adhuc corpore rei bellicæ ignarus, & quod ꝑter cætera Iudęos exanimabat, inermis, nihil in pugnam niſi ferociā ferēs, ut temeritas uerius appellari poſſet, ꝙ audacia. Et iam ambo in cōſpectu erant, Goliad uenientē hoſtē intuitus, uelut ad canis abiegatū fuſte duntaxat inſtructum horrendē intonat. Nec Dauid imane corpus clamorēue exhorruit, ſed futuræ dimicationi intentus, ſubita fundæ excuſſione lapidē in aduerſum hoſtē imittit, qui in mediā frontē uiolenter incidens, Goliadis caput ad cerebrū uſq; aperuit. Ad quē ictum, quū ille magno corporis & armoꝝ fragore cōcidiſſet, ingēs lætitia ex metu, qui nuꝑ oīm animos defixerat Iſraëliticis caſtris orit᷑. Cōtra trepidatio ingēs Philiſtæos cœpit, qui pactorū īmemores ſine imperio, ſine ſignis effuſa fuga paſſim diffugiūt. In hoſtē ſua ſponte turbatū Saulus ſuos ex ſuperiore loco demittit. Quē apertis campis Hebræus uictor aſſecut⁹, cū fœda ſtrage ad Aſcalonis uſq; mœnia ꝓcipitē egit, xxx. Philiſtæoꝝ milia eo die cęſa tradūt᷑, ac penè totidē uulnerata. Dauid Goliadis caput haſtæ affixum in trophæi ſpeciem ante ſacrā aram ſtatuit. Inde rex inter puellares cantus innumeraſq; acclamationes, ob nouā uictoriā eſt domū reuerſus, ſed quū multo maiore oīm ſtudio fauoreq;, & in primis mulierū Dauid acciperet, cōuerteretq; ille in ſe, quacunq; iret, ob Goliadē ſingulari pugna proſtratū, multudinis oculos, tacita primo inuidia ſubijt regis animū. Adoleſcentis deinde uigorē præmaturamq; uirtutē ſecum reputans, quæ parare ſolent gradū mortalibus ad faſtigiū dignitatis, eius ſucceſſus cœpit ſuſpectos habere. Verum quia aut perdendus erat, aut per ſpeciē militiæ longe ablegandus, tutius conſilium honeſtiuſq; uiſum, eum ad reſiduum belli conficiendum mittere, eaq; potiſſimum illi loca deſtinare, in quibus haud dubie caſurus putaretur. Interim uero factus certior, filiam illius amore deperire, uehementerq; adoleſcentis connubiū ſibi optare, puellæ nuptias Dauidi ea conditione defert, ſi ducenta Philiſtæorū capita ante regium ſolium ſtatuiſſet. Ita demum futurum

B credere, ut regiæ puellæ potiundæ ſtudio, dū auide nimis & ob id incaute in cædem rueret, ſubita aliqua ui mortē occūberet. Neq; Dauid eſt conditionē & imperium aſpernatus, quin ad bellum profectus, paucis diebus cum ijs, qui dati fuerant (ſunt qui eum millenariū tradant à rege conſtitutum) Philiſtæum ad pugnā progreſſum fœde trucidauit. Vnoq; prælio proſpere defunctus, relatis hoſtiū capitibus, Micholis regiæ puellæ cōnubio eſt potitus. Nec noua affinitas ſocerum genero, nec uictoria benemerito duci regem pacatiorem reddidit. Sed uitæ regnoq; timens Saulus in diem occulta perdendi adoleſcentis agitare conſilia. Sed fatū mutari non potuit, ſiquidem Saulus diu animo fluctuatus, poſtremo eo decurrit, ut perpetrandæ cædis miniſterium Ionathæ filio delegauerit. Qui cum noua neceſſitudine, tum uirtutum ſtudio, quibus iuuenis iuuenem mirabatur, magnum nefas ratus, hunc qui de publica Hebræorum ſalute ſemel atq; iterum optime meritus eſſet, quem pater ob egregiam uirtutem ſibi generum aſſciuiſſet, neci tradere, quod à patre de Dauide mandatum haberet, cum eo communicat, hortaturq;, ut capitales inſidias, quæ in poſterū diem pararent᷑, occulte declinet, daturum ſe interim operam, ut patris cubiculum per ſpeciē ſalutationis ingreſſus experiat᷑ an illius animum à conſilio cædis reuocare poſſit. Atq; cum his ab eo digreſſus, poſteaq; ad regem uenit, in hunc modum eſt ille patrem affatus: Scio pater te non ignorare haud alio delicti genere maiores noſtros, & ꝙdiu in deſerto fuerūt, & poſtꝗ̄ Palæſtina terra potiti ſunt, in euidentiorē iram numinis incurriſſe, grauioreſq; expendiſſe pœnas, ꝙ quū cœleſtis beneficij immemores publice aut priuatim ingrati extitiſſent. Quo apparet nihil eo uitio eſſe apud deum optimū deteſtabilius, qui uelut ꝓſentia nouit omīa quicq; æqua lance hoīm oꝑa expendit, expenſa iuſte uindicat. Nec īmerito, extinguit eñi ingratitudo non ſolū iuſtitiæ fontē, ſed omnē etiam humanæ uitæ ſocietatē. Veꝝ quo fœdius id maioreq; eſt ultione dignū, eo longius abs te pater, omniq; regia domo abeſſe oportere arbitror, qui quantū felicitate & fortuna cæteris mortalibus antecellis, tantum æquitate ꝓſtare debes, & innocentia. Nec quæ dicam eo tēdūt, ut tuæ ſim uoluntati obuiam iturus. Natorum eſt patris imperium audire, ſed ut audire ita etiam conſiderare qualia ſint quæ à patre filijs imperent᷑. Scio ego uel à prudentioribus uitia ea interdum iniri conſilia, uel quum ira aliuſué animi affectus plus æquo mento agitat, quæ ſi ad

Dauid Goliadem ſternit.

Saulus Dauidi inuidet.

Saulus genero inſidiatur.

Oratio Ionathæ ad patrem.

ſi ad exitũ perducantᷣ,in autoris haud dubie caput cũ pernicie redũdent,etẽm haud unus eſt
humanæ mẽtis affectus,quibꝰ perturbata ratione nequeãt homines quid rectũ ſit, quidue u/ C
tile intelligere. Verũ enimuero hæc tam multa,eo tẽdunt,ut iterũ ac ſæpius pater tecũ conſide
res,quale fuerit tuum heſternũ illud de cæde generi tui imperiũ,quo nullum (pietas mea,in te
pater faciat,ut aperte quę ſentio ,dicã ) eſſe poteſt iniquius,nullum à tua dignitate magis alie
num,ſi quod ſuſpicari fas eſt,felicitas adoleſcẽtis altaꝗ indoles tibi tuoꝗ regno ſuſpecta eſt.
Etenim tantũ abeſt,ut illũ hoc nomine periclitari oporteat,ut ob hæc eadẽ illius ſalus tibi &
alijs multo cõmendatior eſſe debeat. Quãꝗ quid attinet hominis aut uirtutẽ aut fœlicitatem
cõmendare,quæ duo niſi tibi opportune affuiſſent,non regno tantũ, ſed uita quoqꝫ iam an/
tea periclitatus eſſes. Huius hymnici cantus te à dæmonũ incurſu ſeruarũt. Hic mentẽ ſimili
cauſa concuſſam,miſereꝗ æſtuantẽ in priſtinũ ſtatũ reſtituit,ſuaꝗ ſede collocauit. Age nunc
Cõuerſio qualẽ ille non tibi ſolũ ſed Iſraëlitis oĩbus ademit ignominiã,ꝗ turpe ſeruitutis iugũ (erat eñ
iam oculis admotũ) ſua uirtute diſcuſſit. Inſultabat capitibꝰ noſtris immanis hoſtis, multaꝗ
probra in te,& in uniuerſam gentẽ iacere,exprobrare alta uoce nobis ignauiã,cladẽ & interi/
Repetitio tum minitari. Quis ergo unus oĩm communi cõtumeliæ ſeſe oppoſuit? Dauid. Quis audaci
cũ diſiuncto cõgreſſu imanẽ ꝓſtrauit hoſtẽ? Dauid. Quis Philiſtęũ tibi trucidandũ dedit? Dauid. Quis de
mũ ad tuũ ſoliũ ducenta hoſtiũ capita cõſtituit? Dauid. Et in hunc qui te diro morbo ſerua/
uit,hoſtẽ ſuſtulit,Philiſtęũ proſtrauit,tuũ regnũ ſtabiliuit,qui ob eximiã indolẽ gener eſt tibi
Antitheton nuper aſcitus,ſęuire potes pater? de huius cæde & interitu cogitare? Flexerũt malos dęmones
huius cãtus,te quẽ à morte ſeruarũt,flectere non poterũt? Strauit hic inuictũ hoſtẽ, ut ipſe à
ſuis ſterneretᷣ. Peperit Hebraico nomini ociũ & quietẽ,ut ipſe inter ſuos tutus eſſe non poſſet.
Duxit filiã in uxorẽ tuã, ut uelut hoſtia aris admoueretᷣ, genialẽ thorũ ſuo imbueret cruore?
Me miſerũ, ꝗ ingratitudo hæc? Quæ perfidia? Qđ ſcelus? Quare te per omnia iura, q̃ natos
parẽtibꝰ obſtingũt,oro pater atqꝫ obteſtor,ne regiã domũ tam infanda cæde polluas,neqꝫ te
progenieꝗ tuã inexpiabili flagitio aſtringas. Magnũ ſcelus,magna ultio ſequatᷣ neceſſe eſt. D
Sententia. Quę quo tardior eſt,eo eſſe ſolet grauior. Nec te moueat q̃ſo,ꝙ ille ob egregiã indolẽ ſit ho/
minibus chariſſimus,ꝙ ſucceſſus ipſi maiores ſunt,q̃ ab hoĩe eiꝰ ætatis merito expectari poſ
ſint. Nulli hæc magis q̃ mihi ſuſpecta eſſe deberẽt,qui à ſucceſſionis ſpe non procul abſum, ti
bi regni ſedes ſtabilita eſt, q̃ ne non tibi incolumis ſit ſemper futura,non eſt cur dubites. Me/
um eſt id proſpicere,meũ cauere,ne tanta ſpe paterno regno deijciar. Sed ſatis mihi perſuaſũ
eſt,in diuina poteſtate eſſe regnorũ iura,illius prouidẽtia hæc mortalibus dari,eiuſdẽ poteſta/
te adimi. Qđ ſi numini cordi eſt,ut hic quẽ ſuſpectũ tibi uideo,regnet,nulla humana cõſilia
tanti ſint,ut fatũ inhibere poſſint. Quare mitte quęſo huiuſmodi cõſternationẽ. Noli in ſcelꝰ
prorũpere,teꝗ & tuos inexpiabili cæde cõtaminare. Quin,ut ab initio feciſti,iuuenẽ cõplexꝰ,
omnibus modis orna,beneficẽtia & charitate foue,ut filiũ tuere. Ad q̊d ipm te non mediocri/
ter hortantᷣ filiæ p̃ces & lachrymæ,q̃ ſi tantũ periculi ſciret ſponſo,cuius cupidiſſima eſt,immi
nere,in luctu eſſet & lamẽtatiõe,hicꝗ nunc mecũ ante tuos pedes obuoluta,cũ fletu & eiula/
tu iaceret,ſuppliciterꝗ oraret,ne ſe dulciſſimo cõnubio priuares,dimidiũꝗ uitę adimeres,aut
ſi oĩno eũ perdere placeret,in ſe quoqꝫ pari atrocitate ſæuires,dulciorẽ ſibi fore mortẽ cum illo
cõiunctã,q̃ uitã ſuauiſſimo matrimonio fraudatã. Nec illa ſolũ à te pater id p̃cibus contendit,
uerũ tuũ regnũ,tua dignitas,ſalus,liberi,omnis fortuna regia tibi hoĩs ſalutẽ cõmendat,te mo
net,orat,obteſtatᷣ,ut hunc non modo incolumẽ per te eſſe ſinas,ſed patria etiã charitate foue/
as,ornes,extollas,tibiꝗ omnibꝰ neceſſitudinibus & officijs adiũgere pergas. Qđ ſi feceris, ꝓ
eo deſpõdere auſim tuã ſalutẽ & dignitatẽ ſecundũ eos,quos genuiſti,libẽtius defenſurũ eſſe
Peroratio. nemĩnẽ. Hæc Ionathæ uerba adeo regẽ mouiſſe dicuntᷣ,ut cõtinuo priore conſilio repudiato,
Noua de Philiſtæis uictoria. iureiurãdo affirmauerit,oĩa per ſe genero tuta deinceps futura. Daturũ ad id ſe operam, ut
breui ille cognoſceret ęque ac filiũ à ſe amari. Per Ionathã igitᷣ Dauid ſocero recõciliatꝰ,haud
multis interiectis diebus aduerſus Philiſtęos cũ nouo exercitu mittitᷣ. Cõſtans fama erat eam
gentẽ in armis eſſe,fuitꝗ expeditio illa haud minus proſpera q̃ prior fuerat. Victis hoſtibus
Dauid in ingẽti erat celebritate,recrudeſcere ob hoc ipſum regis odiũ & inuidia in generũ, q
duo affectus iamdudũ male diſſimulati,p̃cipitẽ agebãt ſenis animũ. accidit interim ut recẽti
dæmonũ

A dæmonũ incurſu exagitatus,ſubito ſit ad eũ Dauid accerſitus. Qui ante regẽ cõſtitutus, dum circa æſtũ mẽtis,dirãq; exagitationẽ cantu operaŕ,parũ abfuit,q̃n lãcea quã tũ rex manu tene bat,ſit iuuenis trãsfixus. Cõcidiſſet haud dubie ad ſubitũ ictũ,niſi ille in hoc ipm non minus intẽtus,q̃ in eã operã q̃ interim p̃ſtabaŕ,contortã in ſe haſtã agilitate corporis declinaſſet. Tũ uero periculi magnitudine perculſus,ex regia ſe occulte ad uxorẽ proripuit,cuius opa (nã miſſi erant qui eius limina inſiderẽt,ne noctu dilabi poſſet) auerſa ædiũ parte,per feneſtrã dimiſſus ad Samuelẽ profectus eſt. Ad quẽ de regis perfidia & iexpiabili in ſe odio q̃ſtus,iuſſus eſt bono aĩo eſſe. Scire ſe ipſius uitã deo curæ eſſe. Cæterũ ne in Rhamata ambo rege opprimereŕ,hinc profecti in Gelboã cõtendũt. Nec multo poſt Saulus eo miſit,q Dauidẽ ad ſe traherent. Hi qui ad id miſſi fuerant,ubi ad Samuelis cõſpectũ uenere,diuino afflati ſpiritu,mãdatorum regis obliti,propheticæ meditationi uacarũt,apud Samuelẽ deſidentes. Mera hæc miracula ſunt,ſed quia Bibliacis libris,& à Ioſepho in hiſtorijs relata reperio,impie facerẽ,ſi pro uanis ſilẽtio prçterirẽ. Ferunt & qui ſecundo loco miſſi ſunt,quiq; deinceps tertio,eorũ q̃ iniũcta à rege eſſent,oblitos diuinationi incubuiſſe. Tum Saulus irarũ plenus,eo cum numeroſo comitatu ex iprouiſo occurrit,ubi poſt Samuelẽ inſpectum phanatico furore correptus, abiectis ueſtibus nudus toto eſt die cantũ meditatus. Dauid interim ratus nihilo in ſe regẽ pacatiorem futurũ,cõſilio cum Ionatha prius cõmunicato,ne per ſpeciẽ cõuiuij cũ ſocero cõgredi cogereŕ,in arctioreq; locũ cõiectus magis eſſet iniuriæ obnoxius, ſecretũ extra urbem Ionathæ non ignotũ petijt,tantiſper ibi cõmoraturus,quoad per eũ exploratũ haberet,quo rex in ſe demum eſſet animo. Poſtridie igiŕ inito cõuiuio ubi Saulus generũ abeſſe ſenſit, cur Dauid nõ adeſſet percunctaŕ. Tum Ionathas (ita eñ inter eos cõuenerat) à Tribulibus,inquit,ſuis ad ſolenne ſacrũ uocatus,meo permiſſu hinc profectus eſt. Tum rex abſentẽ execratus, Ionatham intẽpeſtiui cõmeatus autorẽ cõuicio aggrediŕ,nunc ſpurciſſimç fœminæ filiũ,nũc patris proditorem appellãs,inde ira ardens pauca ſubijcere uolentẽ transfixiſſet haſta,niſi amicorũ q adeB. rant ſubita cõſternatione perculſum protexiſſent. Triclinio itaq; egreſſus uno dũtaxat comite,lẽta deambulatione,quaſi corpus exerceret,ad Dauidis latebrã progreſſus,famulo paulu lum poſt ſe relicto,cũ eo in colloquiũ uenit,oĩa quç in cõuiuio acciderãt,explicat, atq; ſimul edocet,quantũ illi à rege inſtaret periculi,hortaŕ ut fuga ſibi ſalutẽ quçrat. Nam q̃d ad ſe attineret,negat ſpẽ reliquã ullã eſſe paterni animi amplius leniendi, quũ iam aperte apud eũ in ſuſpitionẽ ueniſſet. Cũ lachrymis igiŕ uterq; ab altero digreſſi,Ionathas in urbẽ redijt,Dauid ad Abimalechẽ ſacerdotẽ celeri eſt curſu delatus. Fuit ab Abimalecho illius acceſſus primo ſuſpectus,q̃ ſine ullo comitatu tam longũ eſſet iter ingreſſus. Dauid quaſi ita facto opus eſſet, occultũ regis negociũ aſſimulat,ſed quũ arma ſibi popoſciſſet,nec apud Abimalechũ ulla eſſent,eius monitu Goliadis lanceam,quã poſt uictoriã Nobeæ, ubi ille ſacerdotiũ adminiſtra bat,Dauid ſolenni more dedicarat,ex ſacro ſuſtulit,pariq; feſtinatione ab eo digreſſus,Philiſtæorũ fines trãſcẽdit. Agnitus inde ĩ Getha urbe ad regeq; perductus,niſi ſe furere ſimulaſſet,haud dubie regis iuſſu ad ſuppliciũ perductus eſſet. Inde igiŕ pro ſtulto & amente ĩpune dimiſſus,in Iuditarũ terrã reuerſus,ſpelũcam,quæ haud multũ ab Odolla oppido aberat,aliquãdiu inhabitauit, eo fratres de eius ſtatu per occultũ nunciũ certiores facti cũ quadringẽtis neceſſariorũ uenere. Qua hoĩm manu frçtus Dauid in Moabitanos trãſijt,ab regeq; eius gẽtis ĩpetrauit,ut ſe & ſuos tãdiu p̃ſidio & ope tuendos ſuſcipeŕ,q̃ad tẽpeſtas illa,qua indigne p̃meret,remitteret. Nec diu in Moabitis deinceps fuit,q̃n Gadis prophetæ uoce Iudæã repetere iuſſus,p̃ſidiaria ſuorũ cohorte ſeptus,quacũq; iter faceret,uertebat in ſe ora hoĩm. Effecitq; ipſa rei nouitas,ut res ſubito ad regẽ ſit delata. Apparuit primo nouarũ rerũ ſtudio cum armis inſtructũ,Iudææ urbes circuire. Rex metu ſimul & ira percitus,pro militũ concione pronunciauit,cõpertũ habere ſe filiũ Ieſſe,nequiſſimũ ſeruũ ad hoſtes deſciuiſſe,nouandarumq; rerũ ſtudio nõnullos ad arma cõuocaſſe,& iam latronũ more per occulta regni loca, non ſine populoꝝ motu,euagari. Mirari ſe qua fiducia ille fret⁹ in ſe hoſtilia moliret́. Cçteꝝ q̃ñ qua ui Ionathç filio,q cũ illo ſenſerit,occurri oporteat priuata eſſet cõſultatio, quo alij in ſe aĩo eſſet, id ſe periclitaturũ eſt præfatus,an tam perditus ſit aliquis & ingratus, qui ſuoꝝ in uniuerſam gentem meritorũ immemor,illum mallet q̃ ſe regnare. Etenim inquit Dauidis conatus eo

Saulus Dauidi inſidiatur.

Saulus nudus ſalit.

Sauli ira in Ionatham.

Dauid in exiliũ agitur.

Dauid pro ſtulto habetur.

Ferox Sauli denũciatio in Dauidem

haud dubie tendũt, ut aperto latrocinio, ſi fraude non poſſit, regnũ occupet. Quare & orare C
uos & obteſtari cogor, ne me regẽ de Hebraico noĩe optime meritũ, qui Iſraëliticã gentem lon
go ſeruitio preſſam, in antiquã libertatẽ non tantũ reſtitui, ſed feci etiam, ut alijs quoq; genti/
bus imperaret, quiq́; plures pene uictorias ex hoſte reportaui, ꝗ̃ annos regnauerim, ab teme/
rario adoleſcẽte, & alijs perpaucis latrũculis cogitati ſceleris ſocijs, manifeſto latrocinio uexari
patiamini. Nec uereor, inquit, quin temerarij illi motus breui diſcutiãt, modo uos qui adeſtis,
in fide & officio eſſe uelitis, nec regiũ nomen ĩpune ab aliquo læſum iri arbitremini. Ite igitur,
inquit, & ſi quẽ nefarij illius cõſilij cõſciũ nacti eritis, cõfeſtim ad me nomẽ delatũ uelitis. Sem/
per quidẽ hoſtis formidoloſus, ſed tum maxime, quũ domeſticus eſt & familiaris. Quũ ad ea
ex tota concione nulla uox eſſet reddita, Doechus natione Syrus (regios is mulos agebat)
in Nobea urbe Dauidẽ ſolũ uidiſſe profeſſus eſt, in Abimalechi domo diuerſantem, armis
ab eo inſtructũ, haud multo poſt urbe exceſſiſſe. Enimuero furere tum rex, multaq́; Abima/
lecho minari, quem haud multo poſt à ſe accerſitũ, ꝗꝗ oẽm p̃ſens inuidiã ſuſtineret, quũ di/
ceret rerũ oĩm ignoratione accidiſſe, ꝙ ille hoſpitio apud ſe fuiſſet, Dauidẽ ut ductorẽ & gene/
rũ regis, non ut hoſtẽ à ſe acceptũ, arma p̃terea quæ ipſe dedicaſſet, ex ſacrario, nec iubẽte ſe, nec
quia fieri non poterat, aduerſum tendẽte, ab eodẽ refixa, apparebat, ſi ex æquo certatũ eſſet,
nihil Abimalecho ex ea re mali accidere debuiſſe. Verũ enimuero rege nihilo ſecius ſæuiente,

Abimalechus à Saulo interficitur.

Abimalechus eſt ad ſuppliciũ ductus. Nec ob eam noxã in eũ dũtaxat eſt ſæuitũ, ſed trecenti
cũ eo extremo ſunt ſupplicio affecti. Nobeã adhæc urbẽ pari ſæuitia incẽdit, ciuibus oĩs ætatis
& ſexus ferro deditis. Sed in nulla re fuit clades illa memorabilior, ꝗ̃ ꝙ in quinq; & octoginta

Saulus Nobeam incendit.

(ut Bibliaci libri demõſtrant) ſapientia & diuinatione illuſtres Abimalechi cauſa eſt animad/
uerſum. Abiathar⁹ eius filius unus ex tanta cæde ſeruatus ad Dauidẽ cõfugit. Qui quũ ex eo

LXXXV. uatum cædes.

cognouiſſet, quæ circa Nobeã crudeliter Saulus egiſſet, in Abimalechi caſum & urbis excidiũ
familiariter lachrymas dedit. Abiatharũ deinde hortat̃, ut ſecũ eſſe uelit. Nec ita multo poſt
trepide affert̃ Ceitas Hebræos à Philiſtæis uexari, eorũq́; agrũ magna ex parte ferro & igni D
fœdatũ. Tum Dauid oraculo monitus, ut cũ ea manu quã circa ſe habuit in Philiſtæos cõten
deret, inopinato acceſſu hoſtẽ opp̃ſſit. Fuit aliquãdiu Ceilæ Dauid, eratq́; interim ille Ceili/
tis mirifice charus, ut is cuius eſſent interuẽtu p̃ſenti metu ſeruati. Ea res certã ſpem regi fecit
hoĩs in ſuã poteſtatẽ redigẽdi, Ceilãq́; cũ ſubitario exercitu profectus, incautũ opp̃ſſiſſet, niſi
Dauid de eius aduẽtu factus certior, aliquãto prius urbe cũ ſuis exceſſiſſet, incertũ metu ne in
tra mœnia dep̃henſus, fame aut alia ui ab rege fatigaret̃, an ne Ceilitas nuper à ſe bello ſerua
tos nouo implicaret periculo. Ceila digreſſus Dauid Zyphim ſe cõtulit, ubi cũ Ionatha ſecre

Ionathæ & Dauidis fœdus.

to in colloquiũ uenit. Ibi ambo inter ſe fœdus ſanxerũt, ut uterq; pro alterius ſalute, quoad ui
uerent, non minus ꝗ̃ pro ſua laborarẽt, Nec multo poſtꝗ̃ hic fuit Dauid, Zyphei Nobeano/
rum excidio territi, ſecreto regi nunciant, Dauidẽ intra ſuos fines uerſari, paratos eſſe ſe, ſi co/
pias admoueret, inſeſſis locorũ anguſtijs eũ cum tota cohorte circũuentũ illi tradere. Laudati
à Saulo Zyphei iuſſiq́; præſentis in ſe fidei & ſtudij gratiã uel cumulatiſſimã expectare, ipſe
paucis diebus ſe affuturũ pollicet̃. Et ne qua mora rei impedimẽto eſſet, quominus caperet̃, ex
peditiſſimos milites p̃mittit, qui Zypheorũ ductu oĩa prius explorarẽt, hoſtẽq́; adepti aut ca/
perent, aut ſi minus id poſſent, circũuentũ, quoad ipſe cũ maioribus copijs adeſſet, diſtinerẽt.

Saulus Dauidem obſidet.

Dauid ſuſpicatus (q̊d erat) peti ſe Zypheorũ inſidijs, relictis locorũ anguſtijs, quas inſederat,
in petrã tranſijt. Eſt is locus in Maonis deſerto. Saulus fugientẽ inſecutus, eo prope uentum
erat, ut hoſtẽ legitima obſidione clauſum teneret, quũ trepide affert̃, Philiſtæos Iudęorũ fines
ingreſſos, late agrũ ferro & igni uaſtare. His Saulus nuncijs excitus, cõfeſtim copias ex petra
adduxit. Dauid obſidione ſolutus, Engaddinas inſedit fauces, tenebatq́; ſe tuto loco, quũ rex
pulſis hoſtibus cum tribus armatorũ milibus Engaddũ petijt, ut Dauidẽ opprimeret. Tende/
batq́; huc rex pleno gradu, quũ curandi corporis deſiderio ſpeluncã uiæ proximã ſubijt. Hic
in apertũ uitæ diſcrimen incidit, nã quũ maior omnino in ea pateret receſſus, ꝗ̃ fronte promit
teret̃, in abditiſſimã eius partẽ Dauid audito regis acceſſu, cũ tota ſe cohorte dimiſerat. Ex o/
paco itaq; regem in ſpeluncæ parte ſolum conſpicatus, monituſq́; à ſuis, ut hominẽ infenſiſſi/
mum ſubito incurſu obtruncaret, negauit ſe id facturũ, quoniã nefas eſſet inunctũ regem, &

ob id

Dauidis pietas in Saulū

A &ob id ſacroſanctū interficere. Satis habuit infeſtiſſimo regi oſtēdere, potuiſſe ſe per occaſionem ipſius cædē perpetrare, ſi ita libitū eſſet. Veſtis laciniā deſecuit, inde abeuntē regē ex ſpeluncæ ore reuocatū admonuiſſe fert, factā nuper & uitæ & mortis eius ſibi poteſtatē, cæterum incolumē maluiſſe ſe eū dimittere, q̄ uita priuare, haud obſcuro argumēto ſuæ in regē obſeruantiæ. Atq; eiuſmodi beneficio Saulus in p̄ſens mitigatus, ſine alio conatu inde deceſſit, data & accepta fide, ut nullæ unq̄ iam inde inſidiæ à rege Dauidi tēderent, nec Dauid, ſi ad regnū aliq̄n perueniſſet, unq̄ ob paternas inimicitias regis progeniē ultione ulla iſectaret. Hæc Bibliaci libri habēt. Hæc & Ioſephus, [redacted]. Sub id tēpus, quo hæc geſta ſunt, Samuel propheta uita deceſſit, quē Iudæi patrio more diu circa ſepulchrū lamentati ſunt. Ramathæ, ubi plurimū uitæ egit, ſitus eſt. Præfuit populo annos duodecim ſolus, poſteaq̄ Saulus inunctus eſt, duodeuiginti. Dauid poſt regis diſceſſum Maſphanorū montiū fauces cū ſuis inſedit. Nec multo interiecto tēpore Abigailē fœminā pudicitia & prudētia ſingulari Nabali Maonitæ uiro inter ſuos populares ditiſſimo prius nuptā, duxit uxorē. Edixerat Dauid ſuis, ut nequis in Nabalis greges & armēta quæ in proximo ſaltu paſcebant, lactis aut carnis deſiderio graſſaret, q̄q̄ pari moderatione & in alios uterent. Cæterū tēporis interuallo miſit ad Nabalē, qui iura humanitatis neſcio quid

Samuelis interitus.

B ad uitæ uſum ab eo precario peteret. Nabal homo duro & agreſti ingenio non ſolū non poſtulata fecit, ſed in Dauidis quoq; fortunā cauillatus, an ex fugitiui hoīs comitatu eſſent illi, qui ad ſe ueniſſent, quæſiuit, qua Dauid contumelia iritatus, poſtridie ad illius ſtabula cum CCC. profectus affeciſſet, haud dubie res Nabalis inſigni aliqua clade, niſi uxor uerita (q̄d erat) eam uerborū intemperiē haud uiro gratuitā fore, Dauidi uenieti cū multis muneribus occurriſſet, & ad pedes obuoluta ſuppliciter ultionē deprecata eſſet, multū diuq; obteſtata, ne pergeret porro ire, iuſtamq; irā in ſtultū hoīem cū miſeræ cōiugis luctu & mœrore diffundere, iam ex ipſa appellatione nominis apparere, qua homo eſſet amentia, ſi ad ſtabula perueniretur, cū temulēto uiro multaq; (quod dicere pudeat) crapula ſepulto, rem ei futurā p̄dicere, q̄n remitteret potius eam ſibi offenſam, q̄ uel ob id ipſum omniū infeliciſſima iudicāda eſſet fœmina, ꝙ tali eſſet uiro cōiuncta. Et ſi ſe dignā putaret, à qua munera accipiēda eſſent, identidē orare, ne ea quæ ipſa ſecū attuliſſet repudiaret. In quibus non rem, quæ ſane ſit tenuit inſpiceret, ſed dantis animū, qui munera q̄uis īmodica ſatis apud gratos hoīes ualeat cōmēdare. Addidit & lachrymas, quæ uel in paruis affectibus p̄ſto mulieribus adſunt. Quibus Dauid motus acceptis muneribus pacatus retro abijt, mulieris prudētiam īmodice miratus, & ꝙ de ſalute uiri tam ſollicita eſſet pudiciſſimā haud inepte iudicans. Quare non multis inde interiectis diebus, quū Nabal uita deceſſiſſet, pro magno habuit negocio, eam ſibi matrimonio adiungere. Micholem quæ illius prius nupſerat, Saulus poſt apertas diſcordias alterius cōnubio locauerat. Sub idem nuptiarū tēpus Dauid regijs eſt armis repetitus. Quæ crebra animi mutatio haud dubie demōſtrat incōſtanti regē ingenio fuiſſe, & in omnes nimios affectus præcipiti. Et iam regia caſtra in proximo erant, quū Dauid noctu ſpeculatorio habitu, uno dūtaxat comite, hoſtiū uallum latenter transgreſſus ad regiū tabernaculū peruenit. Hic cuſtodibus ſomno preſſis regis lanceā & urceum aquæ, qui forte quieſcētis capiti erat admotus tabernaculo extulit, ut per ea Saulus non ignoraret, ſe iterū Dauidis beneficio ſeruatū. Imminebat mons Saulinis caſtris, cuius iugū Dauid hoſtiū munitiones egreſſus, per noctē occupat. Indeq; alta uoce caſtrorū præfectū nomine inclamans, ſomno excitauit. Tum roganti illi quiſnam hominum eſſet, qui ſilenti nocte ſe nominatim appellaſſet, Dauid ego ſum, inquit, qui ad regis ta-

Abigalis prudentia.

Dauid Abigalem ducit uxorem.

Dauid Saulo iterum parcit.

bernaculũ omnibus circa dormiẽtibus nuper penetraui, potuiſſemq;, ſi ita libitũ eſſet, regem C
obtrũcare, ſed eum ſeruare malui. Habeo, inquit, ſpolia quę tabernaculo extuli, lanceã regis, & potoriũ urceũ. Quæ ſiquando à me repetita fuerint, libenter reſtituã. Atq; cum his digreſſus ad ſuos, dum adhuc nox teneret, reuerſus eſt. Tumultuatũ ob hæc cõfeſtim eſt in regijs caſtris magnitudineq; periculi perculſi, hoſtes ſtationarijs militibus obſtrepũt, ſuppliciumq; & necẽ denũciant, quoniã quantũ in eis eſſet, ea nox regi omniũ ultima fuiſſet. Cæterũ rex non tam militaris culpę q̃ hoſtilis demẽtiæ memor, ſine cuiuſq; ſupplicio inter ſuos faſſus eſt ſe iterum Dauidis beneficio uiuere. Nimis, inquit, ingratus [redacted] propemodũ impius, ſi in priſtino mihi odio perſeuerandũ putẽ. Omnia per me pacata iam inde erunt huic, cui uel [redacted] uel diuina potius prouidẽtia toties mei ſit capitis poteſtas facta. Hæcq; locutus uaſa iubet [redacted] retroq; unde uenerat, cũ omnibus copijs abijt. Dauid quũ regis animũ [redacted] tutius ſibi fore ratus in [redacted] ſexcẽtis quos tum forte circa ſe habuit, ad [redacted] cõceſſit. A quo Sicelechũ [redacted] dono accepit. [redacted] deinceps [redacted] Dauid, incredibili ſtudio celebrare perſeuerauit. Fuerat iam ibi meſes quatuor [redacted] interim bellum à Philiſtæis in Hebræos cõparari auditũ eſt, ſtudioq; undiq; auxiliares copiæ accerſebant. Iam & Achus qui in [redacted] cõparabat. Ad q̃d ut aliquãto inſtructior accederet, nihil à p̃ſenti expeditione alienũ duxit Dauidica cohortem cũ ipſo duce ſecũ ad bellũ trahere. Nec Dauid id Acho grauate preſtitit, cui ob recens in ſe beneficiũ nihil denegatũ uolebat. Erat eñ ſuorũ temporũ nouitate, non ſolũ in fidẽ ab eo acceptus, ſed in partẽ etiam agri cũ ſuis rceeptus. Raro aliâs tantis opibus Philiſtæi bellũ in Iudæos cõpararunt. Saulus & ipſe audito hoſtiũ apparatu, q̃ diligẽtiſſime potuit, ſuas mature partes firmauit. Erantq; iam in propinquo hoſtes, quorũ copias ex eminẽtiore ſpecula contẽplatus, quũ præter ſpẽ multo maiores illi uiſæ eſſent, q̃ ut tuto cũ his in acie cõgredi poſſet, incertus utrũ de ſumma rerũ p̃lio decerneret, an bellũ potius trahendũ ſibi eſſet, humani cõſilij anceps ad diuinã opem cõfugit, iubetq; ſacerdotes numinis uoluntatẽ ſciſcitari, quibus negantibus ullũ è cœlo fauorẽ adeſſe, maiore adhuc metu perculſus Saulus uehementer ſuſpicari cœpit, ne parũ proſpere id à ſe motũ eſſet bellũ, atq; ob eam rem clades Hebræis aliqua ingens eo eſſet loco adeunda. His ille terroribus agitatus in Endorem urbẽ proximã, cũ duobus comitibus ignoto habitu ad anũ quandã ſe cõtulit. Cõſtans fama erat eam magicis carminibus animas ad colloquiũ excire, & ex his, quæ futura eſſent, cognoſcere. Ægre ab ea impetrari potuit, ut ob regis edictũ artis experiẽtiam daret ullã. Verũ iureiurando cõfirmata omnia in occulto futura (haud eñ gnara erat cui nauãda eſſet opera) iuſſaq; ſi fieri poſſet, ut Samuelis animã eliceret, faſſa eſt ſe ignorare quis Samuel fuiſſet. Cæteꝝ uix bene motũ erat carmẽ, quũ imago q̃dam uerẽda, & quæ (ut ipſa p̃dicabat) quandã habuit diuinitatis ſpeciẽ, ex improuiſo affuit. Tũ ne rogat⁹ quidẽ ſe Samuelẽ eſſe faſſus eſt, qui imperio numinis eo occurrere iuſſus eſſet, ut regi nũciet fore, ut poſtridie ipſe cum liberis acie uictus caderet, domeſticũq; regnũ cũ uita finiendũ. Tali oraculo perculſus Saulus cõcidit, diuq; ſine uoce ſemianimis iacuit. Inde comitũ p̃cibus & anus hortatione alleuatus, cũ partim dolore, partim ieiunio q̃d per diem tolerarat pedibus cõſiſtere non poſſet, dicit̃ anus uitulũ unum, quẽ domi ſaginauerat, occidiſſe, ut dignis tanto hoſpite epulis cœnã inſtrueret. Iam eñ haud latebat amplius anũ, quis eſſet is, qui ad ſe ignoto habitu cõſulturus uenerat. Fuit illud cõſtantię exemplũ in muliere rarum, & ob id fortaſſe multũ memorabile, quæ etſi certo ſciebat regi & liberis exitiũ imminere, non tam mutatæ fortunæ, q̃ regiæ perſonæ, quæ adhuc in eo erat, habuit rationẽ. Sed quãta fuit ea humanitas & fides, tanta uel maior in rege ipſo animi fortitudo & cõſtantia. Haud eñ uideo quis regũ unq̃ eo animo fuerit, ut in ea caſtra redire eſſet auſus, uel potius in eam aciẽ deſcendere, in qua ſe & liberos caſuros oraculo cõpertũ haberet. Sed maluit fortiſſimus rex cum tota ſtirpe interire, q̃ florẽtiſſimas copias hoſti trucidandas relinquere. Cæterũ dum Saulus de belli exitu primo eſt ſollicitus, mox in Endorem cõtendit. Dauidica cohors in Philiſtęis caſtris conſpecta in ſuſpitionẽ uenit, monituſq; Achus parũ ex dignitate gentis patrioq; inſtituto fieri, q̃ penes ſe Iudæos auxiliares haberet, qui etſi rransfugæ eſſent, haud propterea ob inueteratũ gentis odiũ Philiſtæis uellent quicq̃ domi militiæue proſpere euenire, quippe qui ſi

occaſio

Philiſtæi in Hebræos bellũ comparant.

D

Saulus ſagã cõſulit anũ.

Samuelis umbra Saulo interitũ uaticinatur

Mulieris cõſtantia.

A occaſio detur, parati ſint potius Philiſtæorū fortunā euertere, ꝙ̃ pręſidio ullo incolumē retine
re. Quæ quū non minus fortaſſe uere ꝙ̃ inuidioſe dicerent, mutato cōſilio Achus, Dauidem
Dauidica cohors à Philiſtæis dimittitur.
quaſi ad præſidiū regni retroire iubet, ſatis dictitans habere ſe ꝙ ad nauandā foris operam ſi/
bi præſto affuiſſet. Cæterū tantiſper dum ille domo abſuit, Amalechitæ Gethei agri fines in
greſſi, in Sicelechū uicum impetū fecere, direptiſꝙ & incenſis domibus omnē imbellem turbā
Duarū Dauidis uxorū captiuitas.
hoſtiliter inde aſportarunt, & cum his duas Dauidis cōiuges, Achinoen quā ante regis filiam
uxorē duxerat, ex urbe Ehiſare, & Abigailē, quæ Nabalis fuerat. Tam improuiſo malo cōfu/
ſus Dauid, & quod maiori adhuc dolori erat, cum ob acceptā cladē ſe in magna apud ſuos in
uidia eſſe intelligeret, cōſilij inops Abiatharū ſacerdotē iubet numinis uoluntatē ſciſcitari, in/
ſtandum ne eſſet hoſtibus, an alio cōmigrandū. Ex oraculo relatū, carpenda protinus eſſe A/
malechitarū ueſtigia. Tum correptis armis irarū pleni in abeuntē hoſtem eueſtigio tendunt,
David Amalechitas inſectatur.
alius aliū hortať, ut adderent gradū, nec pati id latrocinū diutius eſſe hoſtibus inultū. Et iam
præcipiti curſu ad Boſorē torrentē uenerant. Hic quidā ęgre trahens membra repertus eſt, ro
gatuſꝙ quiſnam hominū eſſet, quoué caſu ſic æger in uaſta ſolitudine erraret, ab Amalechi/
tis reſpōdit, qui nuper Getheū agrum incurſarunt, quia in ſubitū languorē incidi, his ſum lo/
cis relictus, agmen em̄ aſſequi non potui, iam tertiū diem cibi inopia morboꝙ confectus. Pla
cuit hominē non ſolū ſeruare, ſed cibo etiam reficere, ut locorū ignari, ducē ad perſequendos
hoſtes haberent. Repetito deinde curſu Amalechitas aſſecuti, quos prioris diei crapula onera
tos, & nihil minus interea, ꝙ̃ hoſtē expectantes adorti, præter quadringētos, qui camelorū ce/
leritate in pacatū incolumes abierūt, ad unū reliquos obtruncāt, à prima diei hora ad ueſperā
cædes diſtracta eſt. Captiui cum omni pręda recepti. Negare milites, qui hoſtes ſecuti fuerāt,
eorum rationem in diuidēda præda eſſe habendam, qui in caſtris remāſiſſent. Contra tende
Amalechitarum cædes.
re illi, qui fermè cc. erant, nec paſſuri uidebanť, quādo uelut præſidio in caſtris fuiſſent ſe præ/
da fraudatū iri. Et iam res non procul à ſeditione aberat, quū Dauid pronunciauit prędā ex
Lex militaris.
B æquo diuidendā, quoniā qui caſtra obtinuiſſent, & ipſi militare obiuiſſent munus. Manſitꝙ
iam inde mos ille in gente, ut quicquid eſſet expeditione quæſitū, æqua ſorte cum ſtationarijs
militibus diuideret. Sub id tempus, quo Dauid recepta pręda eſt Sicelechū reuerſus (ſunt q
Gelboe mons.
eodem die dicant) Saulus ad Gelboem montē à Philiſtæis uictus cum Ionatha Aminadabo
Saulus cum filiis interficitur.
& Melchio filijs mortē occubuit. Incredibili cōſtantia diciť adnixus, ut fatalem neceſſitatē uir/
tute ſuperaret, nulla ſummi ducis ſtrenuiꝙ militis opera p̃termiſſa in reparanda acie p̃lioꝙ
ſiqua omiſſum eſſet, fortiter inſtaurando. Cæterū hoſtiū multitudine ſuperāte, qua cruentiſſi
mum fuit pręliū multis uulneribus prius acceptis, pugnā ferociter ciēs occubuit. [redacted] Cæſæ ſunt cum eo omnes Hebræorū co/
piæ, pręter paucos, qui teterrimā cædem fuga euaſerunt. Fama aduerſæ pugnæ effecit, ut qui/
cunꝙ trans Iordanē incolebant, mœnibus urbiū diffiſi, cum cōiugibus & liberis in deſerta mō
tium trepide cōceſſerint. Philiſtæi præſenti uictoria elati, cadaueribus inſultātes, regis & nato/
rum corpora ſpolijs exuta Bethſanæ in eminētiſſima murorū parte patibulo ſuſpendunt. Ea
urbs Scythopolis poſtea dicta eſt. Arma quæ Saulus tulerat, Aſrothi publice ſunt in templo
cōſecrata. Iabeni iniquo animo ferentes Iſraëlitarū regem cum liberis inſepultū pendere, no/
ctis ſilentio Bethſanæ mœnibus inſinuati, corpora inde furto ſublata Iaben detulerūt, quæ
more patrio cum fletu & lamentatione loco Galaaditanæ terræ optimo, quem ſegetē uocatū
tradunt, ſeptem dierū ieiunio ciuibus omnis ætatis & ſexus indicto funerarūt. Regnauit Sau
Saulus & filij ubi ſepulti.
lus annos circiter xx. Perijt biennio q̃ Samuel uita defunctus eſt omnia quæ ille euentura p̃/
dixerat, miſerabili exitu expertus. Aduerſæ pugnæ nuncius non fama ſolū eſt ad Dauidē per
latus, ſed regiæ exuuiæ ſunt ipſius oculis admotæ. Quibus uiſis ille in luctum & mœrorē uer/
ſus, ueſtes ſibi præ nimio dolore lacerauit. Sed nullus æque ac Ionathæ eſt interitu affectus,
quem ſibi amiciſſimū ſuorū temporū nouitate fuerat in omnibus expertus. Regis memoriā
tanta pietate eſt proſecutus, ut Amalechitā, qui gloriabať ſe regem ſua manu interfeciſſe, corā
David Sauli deplorat interitum.
cōfodi iuſſerit. Edidit epicœdion & Ionathæ laudes, omnia carmine cōplexus. Hac ille fuit in

hoſtem pietate. Inde de ſumma rei ſollicitus, haud diutius in Philiſtæis commoratus oraculi iuſſu cum uxoribus & tota cohorte in Hebronem tranſijt. Vbi à Iuditarũ tribu rex conſalutatus, miro omniũ cõſenſu regni adminiſtrationẽ recepit. Abner interim homo impiger, & qui poſt regem primas ſibi partes in regijs caſtris uendicare erat ſolitus, cum parte copiarum Iordanem tranſgreſſus autor extitit, ut cæteræ Iſraëlitarũ tribus Hisboſethum extincti regis filium ſuperſtitem regem ſalutarint. Ad hos motus cõprimendos, priuſq̃ Abneris opes inualeſcerent, Ioabus Seruia Dauidis ſorore natus, cum exercitu haud cõtemptibili eſt miſſus. Qui cum Abnere circa Gabaam prælio cõgreſſus, multa cæde ſuperauit. Ferunt in Dauidico exercitu fuiſſe Aſahelem Ioabi fratrem uirum tanta pedũ celeritate, ut perniciosiſſimos equos curſu fatigaret. Hic corporis agilitate ſuorũ agmen p̃greſſus, fugientiũ terga acrius infeſtare. Pugnabat forte ultimo loco Abner, omneq́ꝫ hoſtiũ impetũ, ut ſedatiore gradu ſui in tutum abirent, fortiter ſuſtinebat, ſæpiuſq́ꝫ Aſahelem ferocius inuectũ monuit, ut parcius inſtaret, uideretq́ꝫ ne parũ ſibi tuta eſſet iuuenilis illa celeritas, aduerſus haſtã ualidius intortam. Quæ quũ cõtemptim ille audiret, iuueniliterq́ꝫ inſultaret, Abner incautũ trãsfixit. Videre milites cadentem, ſubitoq́ꝫ uiri caſu perculſi, ab hoſtiũ inſectatione quieuere. Sed neq́ꝫ ſtratus ille Ioabum fratrem à curſu remoratus eſt, quin ſi qui cõſtiterant, eos repetito curſu hoſtiũ terga iubet ſecum ferire, nec prius deſtitit, q̃ noctis interuentu eo loco, ubi fuerat dep̃henſus, coactus ſit caſtra cõmunire. Id ſpatiũ Abneri datum Iordanis per ociũ uadandi, pacateq́ꝫ in caſtra ad Hiſboſethum cũ his qui aderant, abeundi. Per hæc Hebręorũ opes uelut in duas factiones ſciſſę, diu inter ſe inteſtino bello, alterniſq́ꝫ cladibus cõflixere, Iordaniſq́ꝫ uelut arbiter confiniumq́ꝫ duorũ regnorum factus. Nec ita longo interiecto tẽpore, Abner à rege alienatus, pro magno habuit negocio Dauidis animũ ſibi uel magna aliqua mercede conciliare. Cauſa mutati ſtudij hæc traditꝰ, ꝙ Hisboſethus multo iniquiore animo q̃ hominis merita poſtularent, Abnerem cõſuetudine Reſphæ paternæ olim pellicis teneri patiebatꝰ, parumq́ꝫ familiariter ob eam rem hoĩem accipere ſolebat. Nec ille dolorẽ ſuum tacitũ tulit, minatus fore, ut breui Hisboſetus maiora ſui regni momẽta in Abnere, q̃ in ſe ipſo fuiſſe intelligeret. Per fideliſſimos igitur nũcios à Dauide petijt, ne q̃ ad id tẽpus pro Hisboſetho geſſiſſet, ſibi in futurũ fraudi eſſent, paratũ eſſe ſe non ſine magno regni emolumẽto ad eum trãſire, modo in eo futurus eſſet militiæ honore, quo ſe Saulus prior, mox Hisboſethus dignati eſſent. Daturũ ſe operã, ut om̃es trans Iordanẽ populi breui à rege alienarentꝰ. Nec de militũ ſtudio dubitari oportere, quippe qui multo cupidius ſe q̃ Hisboſethũ audirẽt. In hæc fide data & accepta primo autor extitit, utꝰ Michol regis ſoror repoſcẽti Dauidi, quoniã bellica mercede puellæ nuptias ſibi ille q̃ſiuiſſet, à uiro cui tum locata eſſet, abduceretꝰ, prioriq́ꝫ reſtitueretꝰ uiro. Qđ haud grauate Hisboſethus fecit. Et ſi autores, quos ſequimur, nõ dicunt, apparet tamẽ Abnerem per eas nuptias Dauidi populorũ aĩos cõciliare uoluiſſe, quia proximũ ab hęrede uideretꝰ regiæ filiæ cõnubio potiri, ob paternã memoriã, q̃ oĩbus æque grata eſſet. His geſtis Abner occulta habuit cõſilia cũ primoribus ciuitatũ, ut regnũ huic, qui à propheta rex inunctus eſſet, reſtitueretꝰ. Impie à ſe & alijs fieri, qui aduerſo numine regnũ puero ſtabilire conarentꝰ. Diuinæ uoluntati cedendũ eſſe, cui neq́ꝫ humana cõſilia, atq́ꝫ opes ullæ tuto obſiſterẽt. Hæc cõcionabũdꝰ ille, non in urbibus ſolum, ſed in caſtris quoq́ꝫ tempeſtiue differẽdo, ciuitatũ ſtudia militaremq́ꝫ fauorẽ à regẽ alienauit. Et iam omnia ad defectionẽ ſpectabant, quũ ipſe, ut in ea quæ promitterentꝰ, coram fidem daret & acciperet, ignoto habitu Hebrõnẽ ad Dauidẽ uenit. Vbi omnibus inter ſe compoſitis, multiſq́ꝫ pollicitationibus à rege oneratus, retro abibat. Tum Ioabus ueritus, ne ille ſibi militiæ p̃fecturã eriperet, apud Dauidẽ, poſtq̃ inde digreſſus eſt, uirũ inſimulare eſt adortꝰ, haud fidem illi temere habendã eſſe dictitans. Nulla, inquit, Abneris cõſilia eſſe poſſunt, quæ non eadẽ ſint tibi Dauid pernicioſa. Vide proinde, ne tam ſubita animi mutatio certũ aliq̃d tibi tuoq́ꝫ regno pariat excidiũ. Hæc ille. Sed nec regẽ latuit, q̃ criminatio illa tẽderet. Nullum enim uitiũ minus obſcure lędit q̃ inuidia. Quũ igiꝰ appareret ea uerba parũ fidem feciſſe, Ioabus à Dauide egreſſus celerrimos iuuenes mittit, qui Abnerem iuſſu regis ex itinere reuocarent. Iam xx. ſtadia ab urbe erat ille emẽſus, qñ eſt ad Dauidẽ redire iuſſus. Abner nihil mali ſuſpicans retro ſtatim flexit iter, eum uenientẽ circa portã urbis Ioabus excipit, per ſpeciem colloquij

Hisboſethus rex appellatur.

Aſahel interficitur.

Hebræorũ regnũ ſcinditur.

Abner ab Hisboſetho alienatur.

Abneris cõſilia in Hisboſethum.

Abner à Ioabo interficitur.

colloquij in ſecretũ abductũ cum Abyſao fratre incautũ obtruncat, manifeſtæq́ʒ cædis reus
A fraternæ mortis ultionẽ ſceleri p̃tendit. Sed occupati ſemel honoris ambitio malaq́ʒ cupido
ad id flagitiũ hominẽ impulit. Abneris cædem adeo rex iniquo animo tulit, ut publice teſta/
tus ſit, neqʒ ſe patratę cędis cõſciũ fuiſſe, neqʒ illius autores impune à ſe id ſcelus laturos. Quos
ad pœnã cum tota domo requiſiuiſſet, niſi illorũ potentiam, quę plus æquo apud milites uale
bat, fuiſſet ueritus. Quod potuit igitᷣ q̃ magnificẽtiſſimo funeris apparatu corpus extulit. Et
Abner uir fortiſſimus hoc quidẽ modo oppreſſus eſt. Hisboſethus, quẽ ob mutuas cum illo **Hisboſethi**
offenſas uarie hoĩs mortẽ tuliſſe crediderim, potius q̃ maiorẽ (ut quidã ſcribũt) inde dolorem **cædes.**
ceperit, domeſticis & ipſe inſidijs haud multo poſt exceptus perijt. Recchabus & Banas Rem
nonis filij irati eam cædem mire Dauidi placiturã, meridiantẽ regem adorti ſine ullo maiore
tumultu domi interfecere. Perſuaſum ab initio habuere, eius cædis autores nullius muneris
genus gratius Dauidi futurũ, q̃ illius caput, qui niſi ſublatus eſſet, apparebat Iſraëlitarũ regnũ **Pia Dauidis**
nullo modo illi ſtabilitũ iri. Verũ longe aliter euenit. Nam Dauid pernecceſſarij hominis capi **oratio.**
te inſpecto, quod percuſſores ad eũ detulerãt, autores cædis multis eſt execrationibus inſecta/
tus, ꝙ ſe tam ambitioſo ingenio iudicaſſent, ut regnãdi cupiditate tantũ ſcelus probare potu/
iſſet, præſertim cum ipſi & cæteri mortales ex eo intelligere potuiſſent, q̃ inuiſi apud ſe eſſent,
uel hoſtiũ interfectores, ꝙ poſteaq̃ Saulus media acie obtrũcatus eſſet, quẽ ſemper infeſtũ ha
buiſſet, qui eius ad ſe caput detuliſſet, quia ſe regẽ peremiſſe gloriaretᷣ, ſuo fuerit iuſſu interfe/
ctus. Qđ ſi ĩmitiſſimi regis mortẽ tam cupide eſſet ultus, qualẽ ſe eſſe oporteret in eo ulciſcen/
do, à quo nunq̃ uerbo aut facto fuiſſet lęſus, cuius amantiſſimã ſororẽ haberet uxorẽ? Irent
igitᷣ meritaſq́ʒ, ꝙ regiũ corpus uiolaſſent, luerent pœnas, eſſentq́ʒ cæteris mortalibus documẽ
to, ne regio ſanguine ſe temere inquinarẽt. Dixit Dauid, amboſq́ʒ ad ſuppliciũ duci impera/
uit. Regiũ caput Abneris ſepulchro iuſto funere eſt illatũ. Hisboſethi cęde per Iudęã uulgata
ex oĩbus Iſraëlitarũ tribubus principes in Hebronẽ cõuenere, magnoq́ʒ oĩm cõſenſu regnum
B eſt Dauidi confirmatũ, mox cætera multitudo affuit. Ioſephus autor eſt ad ccc. duoq́ʒ deui/
ginti armatorũ milia circa regem recenſa fuiſſe, qui eius imperata facturi ſponte in unũ cõue/
nerant. Triduũ per feſtas epulas, mutuaq́ʒ cõuiuia exactũ. Inde tantã uim hoĩm Dauid intui
tus, ut ab aliquo egregio facinore regnũ auſpicaretᷣ, Hieroſolymã urbẽ (ut tum res hominũ e/
rant) opulentiſſimam, tam graui q̃ inopinato eſt bello adortus.

# ENNEADIS PRIMAE LIBER IX.

CLariſſima urbiũ orientis Hieroſolyma quos habuerit cõditores, parũ ut ui/ **Hieroſoly/**
deo conſtat, inter eos quos ſequimur. Strabo, quem in Venetis rebus placu **mæ cõditio**
it imitari, Moſen & gentis ducem & urbis conditorẽ credidit. Cæterũ neqʒ **dubia.**
ille, qui fuerit Moſes omnino nouit; neqʒ ſi is fuiſſet, quem ipſe ait, ad eum
Hieroſolymorũ origo eſſet referenda, ſi ſuæ gentis uetuſtatẽ Ioſephus non
ignorauit. Nam neqʒ Ægyptius fuit Moſes, ut Strabo eſt opinatus, neqʒ Iſi
dis ſacerdos, ſed Palæſtina terra oriundus, unde & cęteri Iſraëlitę, licet in Ægypto ortus, duxq́ʒ
Iudaicæ gentis, qui ut eam longo ſeruitio eximeret, per rubrũ mare & Arabiæ deſerta ad Ior/
danem uſqʒ fluuiũ traduxit. Sed fluuio nondũ ſuperato, quod alterius ductu poſtea fieri con
tigit, Moſes uita defunctus eſt. Quibus haud dubie demonſtratᷣ, nullam in Palæſtina urbẽ à
Moſe condi potuiſſe, in quã ipſe nunq̃ uenerit, ac ne eo quidem uiuo iure belli fuerit Iudæo/
rum facta. Nec, ut uideo, ad ipſius ſucceſſores urbis ædificatio referri poteſt, ſi uera ſunt, q̃ Io/
ſephus ſcribit. Is autor eſt, q̊d & diuinæ tradũt literæ, Palæſtinos, q & Chananęi dicuntᷣ, id op **Palæſtini**
pidũ tenuiſſe, per id tẽpus, quo cis Iordanẽ ea gens uetuſtis eſt ſedibꝰ à Iudęis pulſa. Quę nõ **qui ſint.**
prius in Iudęoꝝ poteſtatẽ uenerit, q̃ Dauidis regis ductu q̃ntodecimo anno ac q̃ngẽteſimo, **Hieroſoly/ma unde di/cta.**
ab ipſo Iſraëlitarũ in eã terrã igreſſu expugnari cõtigit. Solymã urbẽ appellatã ab initio idem
autor credidit. Poſtea uero q̃ Dauid arcẽ cũ urbe iũxit, ac circũquaqʒ cõmuniuit, Hieroſolyma
dici cœpta eſt, ꝙ Hieron Hebręi munitionẽ uocẽt. Scio fuiſſe q ad Solynos ex Lycia ꝓfectos
loci originẽ referãt. Verũ quicunqʒ fuerint primi cõditores (nam rei fama, quantũ ex eis quos
uidimus colligo, in obſcuro eſt) ſatis conſtat petroſo loco, minimeq́ʒ inuidioſo id oppidum

eſſe ſitum,affatimq́ intra mœnia irriguo,arido foris & ſiticuloſo. Ac quę unq ab initio fuit C
forma,eam Dauid oppugnare adortus,imas eius partes pręter omniũ opinionẽ primo impe
tu cepit.Tenebant tunc urbẽ ipſam Iebuſei Palęſtini,qui maiori oppidi parte amiſſa, in arcẽ
cõfugere.Erat illa ab urbe modico interuallo diſcreta,ſituq́ & opere ualide munita.Huius ex

Hieroſolyma capitur.

pugnatio quum perdifficilis uiderenť, ad milites cõcitandos edictũ propoſuit Dauid, ut qui o-
mnium primus arcis munitiones trãſcendiſſet,is militiæ p̃fecturã adipiſcereť. Quo p̃mio ac-
cenſi animi,tanto ardore in aduerſum montẽ eſt itum,ut q̃q̃ undiq uitæ pericula oculis ob-
uerſarenť,multiq́ interim ſuperne icti caderẽt,momẽto tamẽ tẽporis arx ſit capta.Saraias Io
abi filius primus omniũ murorũ faſtigiũ aſcendit,ob eamq́ rem pręfecturæ p̃miũ tulit. Vrbẽ
Dauid adeptus,regiam ſedem cõſtituit,quũ annos circiter ſeptẽ Hebrone regnaſſet. Nec ita
multo poſt Hyramus Tyriorũ rex eius ſocietatẽ per legatos petijt.Qua inita grandẽ illi ex ce-
dro materiã Hieroſolymã ad ædificandũ miſit,& cum eo opifices lectiſſimos, quibus Dauid

Dauid arcẽ urbi iungit.

uſus ſibi regiam cõſtruxit,inde ad muniendũ urbẽ cõuerſus,uniuerſam mœnibus cinxit, per-
petuiſq́ munitionibus cũ arce coniũxit.Nec iam obſcura erant Dauidici regni incrementa.
Quæ cum omnino maiora eſſent,q̃ ut uicinis accolis tuta crederenť,multę circuniectę gentes
ad Iſraëlitarũ opes euertendas,quas indies magis aduerſus ſe creſcere arbitrabanť, communi
conſilio bello inſtruunt.In quo ornando tanta celeritate omnia acta ſunt,ut pene prius illi in

Dauid hoſtes fugat.

regiæ urbis conſpectu metati ſint,quã nouiſſe crederenť.Dauid oraculi iuſſu cum his copijs
quas tum forte circa ſe habuit,in Gigantea ualle (id nomen fuit loco urbi propinquo) hoſtẽ
adortus,fuſum fugatumq́ caſtris exuit.Sed maior omnino fuga fuit q̃ cædes. Nec multo
poſt copijs triplo maioribus eodem loco hoſtes caſtra faciunt. Fuitq́ his reparatum bellum
nihilo proſperius.Inſedit Dauid oraculo monitus ſyluam,quæ ſecundũ hoſtium caſtra fuit,
nec prius in eos conſurgere eſt iuſſus,q̃ ſubito uentorũ afflatu arbores cõcuſſæ eſſent. Id ille
oraculũ ſecutus,ubi repente ſylua uentorum impulſu inhorruit,cum ingenti clamore in Palę
ſtinos coortus,haud maiore q̃ antea labore caſtris exutos ad Gazathenã uſq, quæ in confi- D
nio fuit,multa cæde diſpalatos perſecutus eſt.Duo ſecunda prælia omnes circũ gẽtes & regna
Dauidi pacatiora reddiderũt.Ipſe interea haud religionis oblitus uniuerſum pro cõcione po-

Dauidis cõcio ad populum.

pulum ita alloquiť,ut diceret:Nihil ſibi mirũ uideri,ꝙ Saulus uir alioqui fortiſſimus cum ſua
progenie uno fuiſſet prælio extinctus,quippe qui iam inde ex quo rerũ in Iudęa potitus eſſet,
uel religionis contemptu,uel negligentia potius paſſus eſſet pignus antiquæ pietatis,certiſſi
mumq́ argumentum numinis cum ſuis maiorib⁹ familiariter uerſati,arcam fœderis,humi-
li & ſordido loco,ſine cultu,ſine ueneratione,neglectã iacere.Perſuaſum ſibi eſſe quicquid re-
rum Iſraëlitæ ad id tẽpus domi foriſq́ adepti eſſent,id dei maximi uoluntate & fauore q̃ſitũ,
ac q̃diu illi in officio pietatis permãſiſſent,oĩa ipſi genti proſpera fuiſſe.Cõtra uero nunc gra
uioribus eſſe caſibus afflictos,q̃ quũ ſacrorũ cultũ ueramq́ pietatẽ cõtempſiſſent.Statuiſſe id
circo urbẽ,quã regni caput regiamq́ ſedẽ fieri placuiſſet,non armis ſolũ, ſed numinis p̃ſidio
cõmunire,q̃ñ ſatis certũ haberet fruſtra humanis opibus cuſtodiri ciuitatẽ, cui non numinis
p̃ſentia p̃ſideret.Cęterũ haud uidere ſe quid preſentius induci poſſit,ꝙ arcã,q̃ teſtis eſſet fœ-
deris à ſuis maioribus in deſerto initi.Irent igiť & quod ſibi poſteriſq́ bene uerteret,ex Chari

Arca Hieroſolymis deportatur.

acthiari urbe ſacrariũ ſecũ Hieroſolymã deportarẽt.Fuerat arca iam inde,ex quo miraculo eã
Iudæi receperant,apud Aminadabũ uirũ multa pietate.Inde per leuitas & ſacerdotes ad hoc
ipſum ex tota Iudæa accerſitos,religioſe ſublata eſt,ſeptẽ Choris in hũc uſum cõſtitutis cum

Dauid ab uxore carpitur.

cantu & p̃cibus ordine p̃euntibus.Rex circa currũ q̊ ſacrariũ uehebať frequẽs aderat, ſolenne
ad Citharã tripudiũ cum plauſu agens,adeo religioni intentus,ut ab Michole ſit uxore ei po

Dauidis pium reſponſum.

ſtea exprobratũ,ꝙ parũ decore inter ſacerdotes & famulos qui circa aderãt, uerenda corporis
nudaſſet,dum ſolẽni ſaltationi nimiũ ſtuderet. Cui reſpondẽs ille nihil turpe dixit euenire po
tuiſſe,in his q̃ ad rem diuinã attinerẽt.Nec credere ſe non ſemp honeſte fieri,q̃ pietati & reli-
ligioni darenť per quã ipſius patri & Iſraëlitis omnibus fuiſſet dignitate p̃latus. Idcirco canta
turum ſe,atq eadem de cauſa,quoties opus ſit,libẽter ſaltaturũ.Nec quia,aut uxori,aut famu
lis,ea ridicula uideanť,propterea ſe minus pietatis munia obiturũ.Arcam Dauid extra urbẽ
primo locari iuſſit tacita quadam religione inductus, ꝙ inter uehendum Ozas homo haud

ignobilis,

A ignobilis,dū forte circa currū nimis frequēs uerſaret̃,arcāq; cōtigiſſet,repēte exaīatus eſſet.Ve
ritus ob hoc,ne ſi ea urbe temere inferret̃,aliquā ipſe numinis iram incurreret,qñ prophanæ
dexteræ miniſteriū nullū pateret̃.Procedēte deinde tēpore,quū ea res Obidæ ruri uitā agenti,
apud quē depoſita eſt,feliciter ceſſiſſet,eam in urbē inducere cogitauit.Quæ ut ſanctius aſſer
uaret̃,cōſiliū cepit templi deo optimo cōſtruendi.Quod ut opere & donariis eſſet ꝗ opulētiſſi
mum,totis regni uiribus materiā cōparabat.Cæterū cōſilio deſtitit oraculo monitus, futurū
id opus,ut piū ita numini gratū,haud tamē placere ab eo conſtitutū iri,quia humana ſe cęde
ob bella,quę ad id tēpus obiuerat,polluiſſet,rectius magiſq; pie filiū, qui poſt eū regnaturus
eſſet,id templū extructurū dedicaturūq;.Accepit id oraculū Dauid per Nathan, qui cum Ga
tha & Aſapha prophetica diuinatione claris tēpeſtate illa illuſtratus eſt.Cōſtruendi igit̃ tem
pli cura depoſita,ne ocio & deſidia militaris ætas,corrūperet̃, edoctus adhæc uerbis Nathæ,
oportere proximos Iudææ accolas armis ſubigi,ut ſucceſſoribus pacatius regnum traderet̃,ul
tro Dauid Philiſtæis bellū intulit. Quibus uictis in Moabitas tranſiit.Hi auſi acie dimicare
duabus exercitus partibus uno ꝓlio amiſſis pacē ſuppliciter petiere. Inde Sophenē ingreſſus
(ſic eīm appellat̃ pars Syriæ Meſopotamiæ obuerſa)Adrazarū regē ingenti prælio ſuperauit.
Ferunt ea pugna ad quinq; & uiginti hoſtiū milia occidione occiſa. Nec ita multo poſt Ada/
dus Damaſcenorū rex audita aduerſa Adrazari pugna,cum ualido exercitu ad eum profect⁹
eſt,ad reparandū bellū perpulit.Tum uero iunctis copiis ſecus Euphratē nihilo meliore euē/
tu ꝙ antea cum Iſraëlitis congreſſi,uiginti milibus hoīm amiſſis acie exceſſere. Apud quoſdā
reperio haud uno prælio cum Adado debellatū,ſed uario euentu ſæpius fuiſſe dimicatū. Ve
rum nouiſſimo prælio quod ad Euphratē ſit cōmiſſum,Damaſcenorū opes acciſas. Quibus
ualide profligatis Dauid caſtra Damaſcū admouit.Atq; oībus qui ea parte Syriā incolūt,
tributū imperat.Aurea Adadi arma,arcumq; & pharetrā uictor Dauid in Hieroſolymā re/
uerſus deo optimo dedicat.Repetit⁹ inde bello eſt Adrazarus,Bachiaq; & Machonea urbes
B ex eo captę,utrobiq; ingens præda q̃ſita,& in ea argenti & auri,immēſum pondus:ęris quoq;
uis tanta,ut argenti ꝑcium auriq; ſuperarit,ſatis cōſtat ex ea materia uas illud inſigne confla/
tum,quod mare fuit à capacitate(ut arbitror)appellatū,pulcherrimoſq; cantharos,quos ante
templū(ut ſuo explicabit̃ loco)Salomon dedicauit.Thous Emathenorū rex Adrazari clade
territus,filiū Adarā ad Dauidē cum ampliſſimis muneribus miſit.Is clariſſimā regi uictoriā,
primo patris nomine gratulatus,rogauit,ut dona quę ſecū ab illo attuliſſet regiæ ſuppellecti/
lis inſtrumēta benigne acciperet.Erāt ea uaſa aurea & in his argētea & ærea quędā antiq; ope/
ris.Sūma deinceps eorū,quæ poſtulaturus uenerat,hæc fuit,ut Thoū regē Dauid ſibi in ſoci/
um & amicū aſciſceret.Et munera accepta ſunt,& Ematheni cū rege in ſocietatē recepti. Atq;
hæc Dauid una felici expeditione geſſit.Nec minus proſpere in Idumea per Abiſaim Ioabi
fratrē,interea aut certe non multo poſt res geſta eſt,duodeuiginti milibus hoſtiū in ꝓlio cęſis.
Bibliaci libri in Salinarū ualle cædē hanc Dauidis ductu editam ſignificare uident̃. Finitimis
igit̃ rebus regibus ac populis circūiectis,partim bello domitis,partim in fœdus & amicitiā rece
ptis,ad res domi cōponendas cōuerſus Abiatharū Abimalechi filiū ſacerdotū principē crea/
uit.Rerū geſtarū cōmentarios ſcribēdos Ioſaphato Achiludis filio dedit,ſacrorū ſcribam cōſti
tuit Saraiam,Militiæ præfectū Ioabum,etſi alio Saraiam loco præfecto cōſtitutū ſignificare
uident̃ ii,quos ſequimur,quia primus muros hoſtiū traſcēdiſſet,filios circa ſe ꝑſidio eſſe uolu/
it,eratq; Dauid in his maxime occupatus,quū iudicio cōperit Ionathæ filiū eſſe in Lodabaro
urbe,in quē locū ſub id tēpus quo auus & pater una acie uicti occubuerūt,fuerat à nutrice de/
latus,excuſſuſq; media illa trepidatione è mulierculæ manibus crus fregiſſet,claudūſq; ob eā
cladem eſſet factus.Meritorū Ionathæ patris in ſe haud immemor,Dauid puerū ad ſe accer/
ſitum,patria charitate cōplectit̃,oīa,quæ patris auiq; antea fuiſſent,libere poſſidere permi
tit.Adiecit & dignationē ꝑſenti liberalitati ampliſſimā,ut regio is cōuiuio perpetuo accūberet.
In hoc Iudaicæ res erant ſtatu,quū Ammonitarū iniuria iuſto in ſe bello Iſraëlitas armauit.
Eius gentis rex per id tempus uita deceſſerat,regno adoleſcenti filio per manus tradito. Ad
hunc legatos Dauid miſit,qui dicerent,Iſraëlitarū regem dolenter amici regis interitum audi/
uiſſe.Sed quia eum hominē natū non ignoraret,non tam illius caſum ſibi dolendū cenſere,

ꝗ uiri

Dauid pro/hibetur tē/plū cōdere.

Hebraicæ uictoriæ curſus.

Vaſa ærea ante tem/plum dedi/cata.

Dauidis in/ſtituta.

Gratitudi/nis exem/plum in Da/uide.

ꝙ uiri amiciſſimi memoriã pietate & officio colendã. Qđ ſuũ ſtudiũ ne filio parũ perſpectũ ſe C ſet, pro magno negocio habuiſſe ſe mittere, qui cũ illo ueterẽ pacẽ nouo fœdere renouarent, adoleſcẽtemꝙ ut ĩ paterno ſtudio pſtaret hortaret. Quæ res nõ magis ad totius gẽtis ociũ & quietẽ, q̃ ad regni incolumitatẽ ptineret. Ad ea q̃ legati dixerãt, ĩprudẽs adoleſcẽs nihil rñdit. Cæteꝝ inſtructus ab ijs, quos ſecretiori cõſilio admouerat, ſub legatoꝝ perſona ſuarũ rerũ exploratores ad ſe miſſos inclamat, ut quũ per ociũ oĩa cognouerint, facilior ipſoꝝ regi in Ammonitas fieret acceſſus. Iure igiť ſe pro hoſtibus eos habere poſſe, ſed cũ ignominia tantũ dimiſſurũ. Hæc ille, barbæꝙ dimidiũ ſingulis tonderi iuſſit, ueſtibuſꝙ dimidiatis ſeminudos ad Dauidẽ remiſit. Mox iure gentiũ uiolato, qa apparebat Iudaica arma, niſi regis morte pricipũuẽ ea expiraret iniuria, haud multo poſt motum iri, undiꝙ Ammonitæ partim fœdere, partim ſtipẽdio matura cõtrahũt auxilia. Nã & ad Syrũ Meſopotamiæ regẽ mille talẽta miſſa fuiſſe cõſtat, ut cũ uiginti milibus armatorũ auxilia ferret. Miſſum & ad Maccheorũ regem ſtipendiũ, & ad Biſtoũ duces fortiſſimos, qui & ipſi in partes belli uenirẽt. Ioabus in Ammonitas à Dauide eſt miſſus. Tẽdebãt auxiliares copiæ remotius ab urbe in loco cui Curio fuit nomẽ, Ammonitæ ante portas urbis caſtra fecerãt, Iſraẽlitæ in medio cõſedere. Et iam omnia ad pugnã ſpectabãt, Ioabus Abiſaẽ fratrẽ cũ parte copiatũ Ammonitis in urbẽ uerſis obiecit, ipſe in ſtipẽdiarios regis mouit, ea parte, qua plus uiriũ ſtetit, acrius eſt cõcurſum, fuitꝙ pugna diu anceps neutra acie pulſa. Demũ eo, unde ius ſtetit, uictoria inclinauit. Fuſi ſunt, fugatiꝙ reges, ac multa cũ ſtrage diſiectæ eorũ copiæ. Ammonitæ & qui ipſi minus obſtinatis animis in acie ſteterãt, ob paratũ effugiũ cõſpecta ſuorũ fuga, præcipiti curſu urbẽ repetunt. Ioabus duplici pͣlio uictor, hoſtibuſꝙ intra mœnia cõpulſis, parta gloria contentus, uictor exercitum in Iudæã reduxit. Nec multo poſt Ammonitæ bellum reparant, Aſſyriorũ rege Adadezero mercede conducto, qui LXXX. milibus peditũ & equitibus mille fretus, cum Ammonitis caſtra contulit. Dauid haud ignarus eorũ, quæ apud hoſtes fierent, ipſe quoꝙ copias ad bellum cõtrahit. Et quia cum ualidiore exercitu, ac prope inuicto res futura erat, bello intereſ D ſe uoluit. Eius igiť ductu & auſpicijs trans Iordanẽ, ubi hoſtis obuius fuit, magno prœlio utranꝙ gentẽ ſuperauit XL. milia peditũ & quingenti equites ex hoſtibus deſiderati ſunt, & quod pclarum apud omnes gentes ſemper fuit, ut dux duci media acie occurreret, Sobachũ Aſſyrij exercitus ſecũdũ regẽ lõge celeberrimũ Dauid lętali uulnere proſtrauit. Tũ demũ magnæ acceſſiones factæ ſunt Iſraẽlitarũ rebus una inſigni uictoria. Nam ubi in Meſopotamiã allatum eſt Adadezerũ ingenti prœlio uictũ, dimidio copiarum uel una acie amiſſo, multi, qui trans Euphratẽ incolebant, in Dauidis fidẽ cõceſſere, munera ampliſſima dona regi traſmiſerunt. Et iam hyems appetebat, cũ uictor exercitus in hyberna eſt dimiſſus. Rex ipſe Hieroſolymã cõceſſit. Sub initiũ ueris iuſſu regis Ioabus in Ammonitas eſt profectus, uniuerſam gẽtem debellaturus. Interim Dauid uir alioqui indyta iuſtitia in fœdũ libidinis crimen incidit, atꝙ hoc ipſum eo fœdius habitũ, quo innocẽtior fuerat ad id tẽpus ipſius uita, maiorꝙ inter ſuos autoritas. Mala libido non adulteriũ tantũ perpetrandi, ſed & parricidij fuit illi cauſa, q̃ aperte intelligi poteſt, nullã capitaliorẽ peſtẽ uoluptate homini à natura datã. Quæ mortaliũ mentẽ non ſolũ ſuo ſtatu moueat, diuerſumꝙ à ratiõe trahat, ſed ad fœdiora etiã q̃ ipſa in ſe habeat ſæpe ĩpellat ſcelera. Inambulabat forte rex ſolus in regiæ domus cœnaculo, die in ueſperũ inclinãte, quũ in mulierẽ excellẽti forma ſe incaute lauãtẽ cõiecit oculos. Berſabeæ fuit illi nomẽ, cuius pulchritudĩe captus, accerſitã ad ſe, cupideꝙ cõpſſam prægnantẽ haud multo poſt reddidit. Verita illa, ne adulterij cõuicta (nã marit⁹ p id tp̃s cũ Ioabo militabat) patria lege puniret, ex q̃ uterũ ſe geſtare ſenſit, regẽ rogare nõ deſtitit, ut famæ ſuæ uitæꝙ piculo, iret obuiã. Rex & ipſe id crimẽ celari cupiebat, Vriã cũ quo Berſabea nupta erat, ex caſtris ad ſe uenire iubet, eũ à Ioabo dimiſſum, poſtꝙ in urbẽ uenit, rex familiari uultu accepit, ac cœnę parte donatũ, domũ abire iubet, fore ut poſtridie cognoſceret, ad quid eſſet ex caſtris accerſit⁹. Interim quia certo ſciret amãtiſſimæ cõiugis eũ deſiderio teneri, iret & hylarẽ optatamꝙ cum ea noctẽ ageret. Vrias militaris diſciplinæ memor, ſiue patrati adulterij ſuſpitione ductus, inter ſtationarios milites pernoctauit. Quod factũ poſteaꝙ rex cõpertũ habuit, ab eo ſecubit⁹ cauſam requiris. Sic matura cõparatũ eſt, ut qui taciti alicuius culpæ ſunt ſibi cõſcij, oĩa in peius

interptentur

Ammonitæ Dauidis legatos uiolant.

Ammonitæ & auxiliares Prælio uincuntur.

Dauid Ammonitis & Aſſyrijs uictis ducem Aſſyriũ proſternit.

Berſabea Vriæ.

A interp̄tent̃, Reſpōdiſſe dicit̃ haud ſtrenui militis eſſe, cæteris circa ſigna excubātibus in mulie/ Vriæ milita
ris cōplexibus iacere. Rex diuerſum ab eo, q̄d gerebat̃, negociū aſſimulās poſtero die ait ſe illū re exemplū
ad ducē remiſſurū. Interim dat operā ut ſuper cœnā Vriā largiore potu inuitatū, ubi iam pla/
ne uino incaluiſſet, in uxoris cōplexus à ſe dimitteret. Sed ille nihilo ſecius q̄ priore nocte an/
te regiā ianuā in ſtatione perſeuerauit. Huius cōſtantia fuerit ne regi ſuſpecta, haud facile di/
xerim, ſatis cōſtat per literas Ioabo mandatū, ut Vriā per tumultuariæ pugnæ ſpeciē hoſtibus
perdendū obijceret. Quæ ille iuſſa executus, hominē manu promptū ferocīq; ingenio cū pau
cis in hoſtē immiſit. Quibus poſt certamē ſub urbis mœnibus iniectū ducis iuſſu ex improui/
ſo ſubductis, Vrias hoſtibus circūuentus, mortē occubuit. Nec multi deinceps dies interceſſe/ Vriæ interi tus.
runt inter Vriæ caſum & feſtinatas Berſabeæ & regis nuptias. Quæ poſt maternos menſes a/ Berſabea Dauidi iun gitur.
pud illū enixa eſt filiū. Tum Nathan, cui cōmercio numinis p̄cipua inerat futurorū ſciētia, ad
regē ingreſſus, huiuſmodi loquēdi ſchemate uſus dicit̃: Priuatus homo nuper graui eſt, inqt,
rex à diuite quodā iniuria affectus. Plurimi ſunt huic ouiū & caprarū greges, ſunt & boum &
armēta. Pauper uxorē & liberos multa inopia ſuſtinens, ouiculā habuit unā, familiæ delicias.
Factū eſt ut quū uterq; alteri in p̄ximo habitaret, paraturuſq; hoſpiti lautiorē cœnā diues eſ/
ſet, ne quid ex ſuis ſeptis eximeret̃, pauperis agnā furto occidi iuſſerit, ex eaq; conuiuiū ſtrux/
it. Flagitiū ingens, Dauid exclamat, inſigniq; animaduerſione dignū, primū, inquit, oim, ino/
pi quadruplū deberi cēſeo, diuitē deinde extremo ſupplicio afficiendū. Tum propheta in re/ Nathan Da uidi ſuppli ciū uaticina tur.
gem ſedato uultu cōuerſus: recte inquit iudicas, atq; iſta ratione tu quoq; rex inclyte iſto maio
riq;, ſi maius ullū īueniri poteſt, dignus es ſupplicio. Nec tibi perſuadeas Berſabeæ adulteriū
& uiri parricidiū cœleſte numen latere. Ira inquit, numinis, quā in te merito concitaſti, iādudū
etſi domeſtici dedecoris ignarus plecteris, alienā uxorē cōcupiſti, cōcupitæ cōgreſſu flagitioſe
potitus es. Iam & natorū unus tibi capitales molit̃ inſidias, tuūq; cubile nefaria libidine pollu
et, eoq; tendit, ut te ſublato regnū occupet. Tali oraculo p̄culſus Dauid, in grandē luctum &
B mœrorē incidit. Iam ap̄te ſcelus fateri ſuū, lachrymiſq; & miſerabili cōploratione ueniā p̄cari.
Agere porro ille facti pœnitentiā, quū prophetæ reſpōſo factus eſt certior, mitigatā p̄cib⁹ irā
numinis. Fore ut capitalibus inſidijs petitus, grauiterq; uexat⁹, neq; uita priuaret̃, neq; regno.
His ille cōfirmatus, ſpē ſubita cōſternatione abiectā recepit. Nec ita multo poſt infans ex Ber/
ſabeæ illegitimo cōcubitu natus, q̄d futurū Nathan p̄dixerat, extinctus eſt. Priore ſobole fa/ Salomonis ortus.
to ſublata Berſabea iterū grauida facta puerū peperit, quē Dauid prophetę monitu Salomo
nem appellauit. Ioabus dū rex domi huiuſmodi iactat̃ oraculis, Ammonitis lōga obſidione,
oīmq; rerū inopia fractis haud procul aberat, quin Rabatheſes inedia & ſiti cōfecti portas pa
tefacerent. Id quū Ioabū non lateret, regi ſignificauit, uictoriā in manibus eſſe, honorificū re/
gio nomini futurū, ſi clariſſimæ urbis excidio intereſſet, unde egregia uictoriæ laus illi q̄renda Ammonita
ſit. Probauit Ioabi in ſe ſtudiū Dauid, Rabathāq; cōtinuo adæquitauit. Sub cuius acceſſum rū excidiū.
urbs dedita, hoſtiliter direpta eſt. Præda ibi opulenta parta, & in ea Ammonitarū regū coro/ Dauidis co rona.
na talenti pondo gēmarū uarietate diſtincta. Ea Dauid corona perpetuo iā inde uſus eſt. Cæ Dauidis
terę Ammonitarū urbes ui captæ pari ſunt clade affectæ. Florebatq; per hæc Dauidis regnū promiſcua
quū ipſe fauore numinis deſtitutus in acerbiſſimos luctus incidit, regia domo tragicis ſceleri/ ſoboles.
bus cōuulſa. Erāt regi uno t̄pe filij q̄ plurimi. Ammon ex Achione matre natus: Eliab ab A/
bigale: ex Maacha Toliani regis filia, Abſalon: Adonias quē Agita peperit, Habital quē Se/
pharia: Ietras quem Ægla, qui ferè illi omnes nati ſunt priuſq̄ regno potitus eſſet. Mox ex ux
oribus & cōcubinis Amnam procreauit, Ellunebā, Nathā, Salomonē, Iebarū, Helibeū, Falā/
nam, Phimnā, & Heliaphū. Et hos oēs quidē uirilis ſtirpis. Suſtulit & liberos alterius ſexus,
quarū Thamare ex eadem qua Abſalon matre edita pulcherrima fuit facie. Virginis hui⁹ cō
ſtuprandæ Ammonē mala libido cepit. Erat is oīm filiorū natu maximus, qui ut cōmodius
puella potiret̃, ſimulata ægritudine uelut graui morbo uictus decubuit. Impetrato deinceps
à patre puellæ miniſterio ſolitudinē in cubiculo nactus, uirgini uim itulit. Puella ī colluctatio
ne multū diuq; uexata, quū lamētabūda ſe domū reciperet, in Abſalonē fratrē incidit. Hic illa
fletus cauſam req̄rēti, q̄ ab Ammone fratre paſſa eſſet multis cum lachrymis expoſuit. Vetat
Abſalon ſororem amplius uocē emittere, domeſticū dedecus ſilentio tegendū dictitans, ne id
flagitium

Ammon Abſalonis cõſilio interficitur.

flagitium in uulgi fabulam abiret. Ipſe dolore ad tempus diſſimulato biennio poſt in Baſſo- C
re urbe Ammoni percuſſores ſubornat, q. illũ incautũ frequenti cõuiuio multis uulneribus
cõfoderũt. Eam cædem Abſalon idcirco procul domo perpetrandã cenſuit, ne patris oculos
domeſtico parricidio fœdaret, cõtulitq; ſe Abſalon Geſſur ad maternũ auũ, uirũ opibus flo-
rentem. Sed haud longo interiecto tẽpore Ioabo aunitẽte permiſſu patris Hieroſolymam re-
dijt. Nec Dauid illũ cõtinuo reuerſum uidere ſuſtinuit, ueritus (ut credere par eſt) ne ad primũ
cõgreſſum Ammonis memoria ſubiret animũ, dolorq; recrudeſceret, aut certe rem ipſam alijs

Abſalonis cæſaries.

documẽto eſſe uoluit, ne ſe domeſtica cæde temere polluerent. Erat interim ille nihilo minore
inter ſuos ueneratione aut gratia, quã pulchritudo corporis ei conciliabat. Nam procera fuit
Abſalon ſtatura, forma eleganti & ad promerendã gratiã naturæ beneficio comparata. Mira
ſunt q̃ Ioſephus de eius cæſarie in hiſtorijs prodidit, tantã illius magnitudinẽ fuiſſe, ut ducen-
tis ſiclis appenderet̃, qui quinas ut idem ſcribit cõficiant libras. Omniũ igit̃ ſpe tardius ad pa-
trem admiſſus per internũcios & corã ab Ioabo Abſalon poſcebat, ut ſibi ad patrem aditum
impetraret. Quã operã quũ parũ nauiter ille p̃ſtitiſſet, Ioabi agrũ Abſalon maturis iam meſſi-
bus incendit, Qua Ioabus iniuria cõmotus ad Abſalonẽ egreſſus, ab eo cũ multa querela q̃-
ſiſſe dicit̃, qua ſua culpa in ſegetes agroſq; ſuos hoſtiliter graſſatus eſſet. Cui ita occurſum fe-
runt, uoluiſſe ſe eum iniuria ad colloquiũ trahere, quẽ p̃cibus non potuiſſet. Cæteꝝ uterq; ab
altero digreſſi, Ioabus ubi ad regem uenit enixe dedit operã, ut cum filio in gratiã rediret. Ab-

Abſalon Patris regnũ ambit.

ſalon in integrũ reſtitutus, ad patris regnũ occupandũ animũ adiecit. Primo militaris exercita-
tionis p̃textu in equis & curribus cõparandis, multũ ſtudij adhibuit, inde occulto patris decre-
ta infamare, criminari & iudicia apud litigatores, ut iniqua, & per gratiã prolata, iniuſte ab eo
factũ dictitãs, ꝙ fortunas ciuiũ uiris parũ prudẽtibus credidiſſet. Si in ſuo arbitrio ſit regnum
iudicia & inſtituta in melius mutaturũ. His ille uocibus multorũ in ſe oculos tanq; in unicum
malorũ omniũ refugiũ uerterat, & iam numerus ingens mortaliũ eum haud dubie, ſi libera
fuiſſent ſuffragia, regnare uoluiſſet. Quæ ſtudia malis artibus cõparata, poſtq; ſatis ad rẽ au- D
dẽdam eſſe arbitratus eſt, regẽ adijt, habere ſe in aĩo inquit, ſi ipſius permiſſu liceat in Hebro-
nem proficiſci, ut ſacra quæ pro ſui reſtitutione uouiſſet, iamprídẽ dãnatꝰ uoti exolueret. Da-

Abſalon rex creatur.

uid oĩm quæ pararent̃ ignarus, haud grauate fecit illi eundi poteſtatẽ. Multi ex omni Iudæa
mortales eo cõfluxerunt, accerſiti ad id ſacrũ, an officij cauſa ſua ipſi ſponte uenerint, parũ cõ-
pertum habeo. In hoc hoĩm cõuentu mentione noui regis creandi à paucis, qui nefarij eius
cõſilij participes fuere, ex cõpoſito orta, leui momẽto ĩpulſa multitudo Abſalonem regnare
iuſſit. Dauid audita filij defectione, reputans animo non ſolũ regnũ tam audaci incœpto, ſed
uitam quoq; ſuã à filio per ſcelus & flagitiũ peti, ſapientis eſſe uiri ratus & tẽpori & neceſſitati
parere, Hieroſolymis nudis calcibus egreſſus per Oliueti montẽ ſexcẽtis fideliſſimis ſtipatus,
quorũ opera iam inde ex quo regnare cœperat, libens fuerat uſus, aliaq; ciuiũ multitudine exi-
lio deuota, ad Iordanẽ fluuiũ iter intenderat. Et iam ad Chorã locum uentũ erat, ubi multis
cõuiciantiũ probris proſcindi cœptus eſt, & à Semeio quodam lapidibus petitus. Fuerat huic
Saulus rex perneceſſarius, à reſiduo itaq; odio illius multo acerbius q̃ cæteri feciſſent, eſt is in
Dauidẽ inuectus, nunc ſanguinariũ hoĩem, nunc ſcelerũ autorẽ appellat. Fuiſſent ex his, q re-
gis latera ſtipabãt, ulti Semeianã illam uerborũ intemperiẽ, niſi Dauid ab oĩ iniuria abſti-

Abſalon Hieroſolymam occupat.

nuiſſet, affirmans tẽporũ eſſe rationẽ in primis habendã. Abſalon ubi Hieroſolymam uenit,
Architophelis ſuaſu (quo hoĩe in occupando regno fuerat in primis uſus) ut oẽm recõciliatio-
nis ſpem cũ patre ſuſpẽſis populorũ animis adimeret, ad decẽ eius cõcubinas ingreſſus, pater-
num lectũ deteſtabili cõcubitu polluit. Inde cõſultari cœptũ de Dauide opprimẽdo, Achito-
phele petente ut ſibi X. milia armatorũ darent̃, fore, ut his copijs uſus, paucis diebus aut ſe-
nem in urbem captũ adduceret, aut ſi capiendi non daret̃ occaſio, ꝙ in aciẽ nollet deſcẽdere,
ad mortẽ aliquo modo cõpelleret. Hærebat regi Chuſius, quẽ magnis pollicitationibus one-
ratum Dauid Hieroſolymis reliquerat, ut ſimulata defectione, per eum, quæ ibi agerent̃, co-
gnoſceret. Hunc ab initio profeſſum ſe libẽter ibi futurũ ubi cœli numen, regni columen ca-
putq; eſſe uoluiſſet, tẽpeſtiua ſatisfactione cõplexus Abſalon ſecretioribus cõſilijs admouit.
Rogatus itaq; & ipſe ſententiã, quia magnũ putabat Dauidi periculum imminere, ſi prius q̃

ſuas

A ſuas alicubi opes firmaſſet, inopinato hoſtiũ acceſſu fuiſſet p̄uentꝰ: Achitophelis ſententiam ut ſubitā & p̄cipitē refutauit, teſtatus maiorē eẽ in Dauide rei militaris peritiā, q̃ ut à tā paucis ſupari poſſet. Quin ex toto regno potiꝰ inuictũ armaret exercitũ, quē ipſe in callidũ hoſtē duceret. Fore, ut ubicũqꝫ eũ dep̄hendiſſet, corona & uallo clauderet, atqꝫ ita multis difficultatibus circũſeſſum, aut deditũ caperet, aut fame & ſiti cõfectũ ad mortē cõpelleret. Probauit Abſalon id cõſiliũ. Ille uero ꝑ Sadochũ & Abiatharũ ſacerdotes ꝗ filios promptiſſimos iuuenes occulte circa urbē ad hoc ipm paratos habuerũt, mãdat id Dauidi nunciandũ. Parũ abfuit, quin illi ab regis equitibꝰ, ad eos ꝓcul urbe cõſpectos retrahendũ miſſis, fuerint itercepti. Agreſtis muliercule opa, q̃ in puteũ ambos demiſit, dũ equites curſu p̄teruehũtur ſeruati ſunt. Mox repetito curſu ad Dauidē mãdata ꝑferũt, quē in citeriore adhuc ripa amnis ſedentē adepti, oia que à parẽtibus occulte ꝑ ancillā acceperãt, ordine exponũt. Ea ubi nũciata ſunt, Dauid haud amplius cũctandũ ratus, trans Iordanē uado ſuperat. Achitophel indigne ferēs Chuſiũ ſibi apd̄ regē in ſentētia prælatũ, ratus ad hæc futurũ, ut Dauid Abſalonis deſidia omni periculo defunctꝰ, haud multo poſt regnũ recuparet, ac tũ omẽs qui Abſalonis cœptis ab initio fauiſſent, extrema oia pati cogerent, iumẽto ſedēs Gilonē ſe contulit, hicqꝫ eorũ metu, q̃ ſibi impendere arbitrabatur, laqueo uitam finiuit. Abſalon copijs ex omni cis Iordanē Iudæa contractis, in patrē hoſtiliter mouit. Dauid & ipſe fluuio ſupato in Galaaditas delatus à Bergileo, Sypha, Machiro, & alijs eiꝰ gẽtis lõge principibꝰ cõmeatu & armis adiutus, uenientē hoſtē nihil expauit, quin tripertito illũ aggredi adortꝰ, partē copiarũ unã Ioabo dedit, alterã Abiſai eius fratri, quæ reliqua fuit Etheo Gethenſi uiro impigro data. Ipſe ne hoſti occurreret, duces & oēs, qui præſidij cauſa illi apparebãt, monẽdo hortãdoqꝫ ut pugna abſtineret, ęgre obtinuerũt, tutius fore affirmantes, quocũqꝫ euentu dimicaretur, eũ in tuto eſſe. Nam ſi (qꝫ euenire nollẽt) parũ ꝓſpere cõflixiſſent, incolumi rege apparebat facile bellũ poſſe inſtaurari, Qui ſi fuiſſet extinctꝰ, nulla reliqua ſpes extorribꝰ melioris fortunæ eſſet amplius. Præfecerat copijs Abſalon Amaſam

B Ioabi cõſobrinũ. Hic Saruia erat natus, ille Abigea duabus Dauidis ſororibus. Ioſephꝰ autor eſt Dauidē ducibus ad pugnam exeuntibus ſollicite p̄cepiſſe, ut Abſaloni in prælio parcerent, darentqꝫ operam, quantũ in ipſis eſſet, ut is extra periculũ haberetur, haud obſcuro patrię pietatis in filios argumẽto, quo intelligi poteſt nunqꝫ tam grauiter à liberis delinqui, quin ad flectendos parentũ animos, nõ illis locũ paterna relinquat pietas. Ioabus ita ſuos ad p̄liũ inſtruxit, ut ſyluã à tergo haberẽt: ob id (credere par eſt) ne inſignis ſuorũ paucitas nimis fieret cõſpicua, adderetur qꝫ ob id hoſtibꝰ animꝰ ad ſe & ſuos circũueniendũ, aut certe ad inſidias is locus eſt cõmodior uiſus. Nec Abſalon cũctantius in Ioabũ aciẽ explicuit, raro alias inter Hebræos tãto animorũ ardore ẽ dimicatũ. Regnũ uictorię prẽmiũ in medio erat: his amiſſum recupare uolentibꝰ, nitẽtibus illis ne ſemel occupatũ amitterẽt. Horrere ad hæc multi p̄ſentis belli exitũ, incerti quatenus uictor exercere ſtatuiſſet uictoriã: ita inter ſpem & metũ aliquãdiu dimicatũ. Cęterũ militaris rei peritia longuſqꝫ bellãdi uſus Ioabo gradũ ad uictoriã fecit, Abſaloni acie pulſi in proximas ſyluas effuſa fuga cõpulſi ſunt, compulſos urgẽt regij duces, paſſimqꝫ cum multa cæde diſpalatos agunt, multi in fuga capti, ſed multo plures cæſi, ad xx. milia hoim deſiderata dicuntur. Abſalon ubi res ꝑditas uidit, regiã mulã aſcendens fugam molitus eſt. Hic diuina potius ꝓuidentia q̃ casu accidiſſe crediderim, ut per compendia ſyluarũ fugiens, comantibus capillis aurę impulſu huc & illuc temere diſiectis, ramoqꝫ paulo eminentiore tenacius afflictis, quadrupede ſuo impetu longius euecta, tenaci comarũ nodo ſublimis pepẽderit. Eum ex arbore luctantē gregariꝰ miles intuitus, inopinatũ hoſtis caſum Ioabo nunciat, ad quē perimendũ quũ is, ꝗ nunciarat, neqꝫ p̄cio neqꝫ imperio cõpelli poſſet (ſciebat em̃ lõge aliter à patre mandatũ) dux eo progreſſus iaculo ſuſpenſum transfigit, Iſqꝫ fuit Abſaloni exitus: qui dũ patrē regio ſolio deturbatũ ad interitũ perſequitur: tã infeliciter perijt, q̃ impie tale fuerat facinus adortus. Moabini milites, quos ſuo curſu dux ad locũ cędis traxerat, in ſubiectam foueam Abſalonis corpus demiſere, tanta ui lapidũ ſuperiniecta, ut iuſti tumuli ea coaceruatio præbuerit ſpeciẽ. Chuſius Abſalonis interitũ nunciauit patri, quũ de uictoria nonnihil antea reſciuiſſet: quo nuncio perculſus adeo dolenter ſe humi afflixit, ut nullo grauiore caſu potuerit amplius, nunc pugnis ſibi tundẽs pectora, nunc capillũ ſibi & barbam uellens, extincti nomẽ flebiliter

m inuocat,

Achitophelis & Chuſij conſilia ſibi cõtrario.

Achitophelis infelix exitus.

Dauidis copiæ.

Paternæ pietatis exemplum in Dauide.

Duæ Iudæorum acies.

Abſalon interficitur.

Dauidis pietas ĩ Abſalonem extinctum.

inuocat. Deformata certe erat tã ſpecioſe uictoriç celebritas, niſi Ioabus occurriſſet identidem C
eũ admonẽs, uideret ne hoſtẽ lugẽdo eos qui in fide mãſerant ex amicis hoſtes faceret, cupere milites operã à ſe fortiter nauatã à rege, pro cui⁹ regno & uita dimicaſſent, publice ꝓbari, non hoſtiũ interitũ lugeri. Quib⁹ ſi uincere cõtigiſſet, nemo, inqt, eoꝝ, q ꝓ te hodie, Dauid, ſteterũt, ſuperuicturus fuiſſet. Quin illud potius ſubeat animũ, aut te cũ tota domo, cũ amicis & neceſſarijs oibus cadere potuiſſe, aut Abſalonẽ, qui uictor hęc oia per ſcelus fuit crudeliter ꝑditur⁹. Ambo ſtare nullo mõ potuiſſetis. Quod ſi illũ i tã nefario incepto tibi ſupſtitẽ optabas, ſatius fuiſſet bello & auxilijs reiectis teipm inermẽ crudeliſſimo hoſti cũ omnib⁹ tuis trucidãdũ obijcere. Hæc ille nõ tempeſtiue magis q̃ uere locut⁹, à luctu & dolore facile reuocauit. In publicũq; ꝓgreſſus Dauid uictorem exercitũ ad ſe uenientem, multis laudibus, mutuaq; cõgratulatione excepit. Abſalonis morte inter ſuos uulgata, qui pugnæ ſupfuerũt metu cõſternati, i urbes q̃ſq; ſuas diuerſi abierũt. Nec multo poſt propoſito regis edicto, ꝙ ea res nulli eoꝝ, q Abſalonis ꝑtes ſecuti eſſent, foret fraudi, cõceſſa inſup Amaſę militię p̃fectura, p oim tribuũ legatos Dauid in regnũ reſtitutus eſt. Pons Iordani eſt impoſit⁹, quo uenieñti illi lęta multitudo ſe obuiã effudit. Hic Semeius qui ꝓbro & maledictis Dauidẽ ab initio inceſſerat, ad eius pedes prouolutus ueniã impetrauit. Occurrit & Memphibus ſqualore cooptus apud regẽ falſo inſimulatus, q̃d res nouas molitur⁹ Hieroſolymã Dauide eiecto cõceſſiſſet, uerũ poſteaq; regem docuit fuiſſe ſe in ſordib⁹ & luctu, q̃diu de regno inter patrẽ eſſet & filiũ diſceptatũ, dimidiũ bonoꝝ q̃ Dauid Sibę, à quo falſo fuerat ille defectionis iſimulat⁹, habẽda dederat, reſtitui uelle ſe pronũciauit. Ad quã uocẽ Memphibus, & hoc tibi inqt rex acceptũ refero: Sibas totũ habeat. Sat enim ſuperq; mecũ ꝑclare actũ arbitror, ꝙ te patrẽ & regẽ in priſtinã uideo dignitatẽ reſtitutũ. Per fauſtas itaq; uoces & fauores popli rex Galgala ingreſſus in nouã incidit ſeditionẽ, reliqs tribubus Iuditas icuſantib⁹, ꝙ ambitioſe nimis ad Iordanẽ uſq; regi obuiã ꝓceſſiſſent, illi⁹ fauorẽ & gratiam in aliorũ inuidiam occupaturi. Aduerſus hæc paſſim ſibi obiecta Iuditę ita occurrere, nihil cuiq̃ mirũ uideri oportere, ſi in regẽ tribulẽ ſuũ prę cęteris officioſi uideri uoluiſſent. Q̃d D
officiũ ſi p̃termiſſum à ſe eſſet, merito accuſandi ſint, ponere ſe in nõ mediocri gloria, quod hominẽ ſui corporis late regnãtem uiderẽt. Hęc magis uere q̃ tẽpeſtiue in uulgus iactata ingentẽ irarũ æſtũ exciuere. Nactuſq; hãc ſeditionis cauſam Sibas quidam Bochari filius Beniaminæ tribus: Ergo, inqt, Iuditarũ Dauid radix eſt nõ Iſraëlitarũ, ꝓuidendũ eſt, inquit, ne alij ſine rege ſint. Vix hęc illi exciderãt, quũ ſigno repẽte dato cęteri ſine iperio abeũtib⁹ Dauid, cũ hominibus ſuę trib⁹ Hieroſolymã proceſſit, ſollicitudinis & curarũ plen⁹. Nec multis inde dieb⁹ interiectis, priuſq̃ nouę defectionis uires inualeſceret: Amaſam ad nouũ exercitũ cõtrahendũ mittit, & quũ id quoq; ſerũ uideret, Ioabũ cũ his copijs, quæ ad manus erãt, ad nouos defectionis motus opprimẽdos pręmittit. Proceſſerat Amaſas ad Lucabaonẽ uicũ quadraginta ſtadia ab urbe, ubi Ioab⁹ eũ ad ſe uenientẽ ferro incautũ traiecit. Nemini dubiũ fuit id Ioabũ facin⁹ perpetraſſe, ꝙ ueritus eſſet ne militũ præfectura à ſe in illũ Dauidis iuſſu trãſferretur. Fuit recens hoc Ioabo parricidiũ multo maiori inuidię, q̃ oli fuerat, quũ pari ęmulatione Abnerẽ opp̃ſſit: nã in illo fraternę mortis ultio p̃tẽſa eſt, ꝙ in ꝓpinq & neceſſarij hois cęde euenire nõ potuit. Nec Ioabus ſecundũ eã cędẽ Lucabaoni ſedit, ſed cõfeſtim in Sibam defectionis autorẽ cũ oibus copijs ꝓfect⁹, in Abelmachã urbẽ metu cõpulit, cõpulſum uallo & militũ corona cingit. Ceperat metus ingens Abelmachitas, poſtq̃ arcta p̃mi obſidione cœperũt. Nec in manifeſto ciuitatis diſcrimine liquebat, q̃d potiſſimũ fieri oporteret, ut ſe p̃ſenti periculo ſubtraherent. Hominẽ publicę fidei creditũ ſua ſponte proditũ nolebãt, nec à Ioabo adhuc fuerat ad ſupplicũ requiſitus. Tũ mulier integra fama, indoleq; minime uulgari, uiã ad ſalutẽ inuenit, ẽ muro hęc Ioabũ ad colloquiũ elicuit: quẽ in ꝓximo ſtantẽ ita dicit affata, Perſuaſum oibus, arbitror Ioabe uir fortiſſime, Reges & duces idcirco ab initio Iſraëlitas habere uoluiſſe, ut publicę ſaluti, totiuſq; gentis incolumitati conſulerent omneq; externarũ gentiũ iniuriã à ſuis ꝓpulſarẽt, non ut in ſuas tribus populoſq; nihil mali meritos ad libitũ ſęuirent. At nunc, ut uideo, ad id uenim⁹, ut ſi Deo placet, nulla noſtra publicã priuataue culpa ꝓ hoſtibus habeamur, etenim qua p deũ ueteri aut recenti noxa nos Abelmachitę meriti ſumus, ut ita hoſtiliter à uobis oppugnemur? q̃d miſera hęc ciuitas aduerſus religionẽ cõmiſit? ut nõ ſolũ in bonorũ oim ſed in uitæ

Dauid à luctu reuocatur.

Dauid in regnum reſtituitur.

Noua ſeditio contra Dauidem.

Ioabus Amaſam interimit.

Mulier è muro alloquitur Ioabũ.

A uitę quoq; diſcrimē uenirēmꝰ? Liceat ſaltē dicere, quo noſtro facto, q̄ñ ab oī culpa lōge abſumus, hoc triſte excidiū nobis impēdeat, ut (ꝙ in malis aliquod ſolamē ſit) nō deſit in quem tāti mali inuidiā cōferre poſſimꝰ. Ad ea Ioabus, Sibeiana, inquit, ceruix totius ciuitatis luet exitiū, cū eius morte omni ꝑiculo Abelmachitę defungemini. Illius uitā petimꝰ: ille nefariç huiꝰ defectionis autor ad pœnas depoſcitur. Sit unus cęteris documento nihil regū maieſtate læſa eſſe uſpiam priuato homini tutū. Apparuit uno hoīe ſublato, atq;, eo pene oībꝰ ad id tēpus ignoto periculū ꝙ oculis erāt oīm admotū propulſatū iri. Tum illa Ioabum rogat, tantiſper ab oppugnanda urbe abſiſtere, quoad referri ad populū de ea re poſſet. Habere ſe ꝓ cōperto, ſi ciues edocti ſint, in quo uertatur totius rei diſcrimē, cōfeſtim ſuis rebus cōſulturos. Tantū illa ꝑcata eſt, ſimulq; è muris in publicū aduolat, ubi circumfuſam multitudinē docuit, unam oībus ad ſalutē patere uiam, ſi fugitiuū hoīem unū dederēt, quē ob ea q̄ in regē molitus diceretur, ſi procul eſſet, ſtudio ad ſupplicīū requiri oporteret. Credere ſe nullū caput magis execrabile iuſtiuſque morti deuouēdum, quàm huiꝰ qui poteſtatē numinis prouidētia, prophetę miniſterio ſacratā, nō magis temere q̄ impie inceſſere eſſet auſus. Irent, & ſi crederent impijs omnia infeſta eſſe diuina & humana, deuotū morti caput inermes tenenti arma dederent. Stultū uideri ac nefariū, ſi dū alterius noxam tueare, te periculo obijcias. His impulſa multitudo Sibam continuo obtrūcat. Caput eius è muris in hoſtiū conſpectū eſt proiectū. Quo uiſo Ioabus cōfeſtim iubet milites uaſa colligere ſolutaq; obſidione Hieroſolymā ad regem reuerſus eſt. Iſraëlitarū regno iterū Dauidi ſtabilito dira fames Iudæam inuaſit. Sicca torridaq; anni intemperies omnifariā fruges conſumpſerat, res in religionē uerſa, regem impulit, ut ſacerdotes & ꝓphetas iuſſerit aduertere, ne ira numinis ea prouenirēt. Reſponſum ab his eſt, iniuriā, quā Saulus rex Tabaonitis contra maiorū fœdus intuliſſet, luendam eſſe, nec eā cœli inclementiā prius remiſſuram, quàm nefariū ſcelus publice uindicaretur. Gabaonitis ad ſe acceſſitis ſciſcitatus rex eſt, quid facto opus eſſet, ut ſibi ob iniuriam, quam ipſis Saulꝰ rex intuliſſet, ſatisfactū putarent.

*Mulieris ſuaſu Siba interficitur.*

B Tū illi, ſi ex eius progenie qui cladis illius autor fuiſſet, ſeptena ſibi corpora dederentur. Dauidis igitur iuſſu ſeptem ex ea familia dediti ſunt, quos illi in ultionem cladis ab autore gentis acceptę crudeliter necarunt. Nec ita multo poſt Philiſtęi, qui neq; bellum neq; pacem ferre poterant, ſubito rebellantes regia in ſe arma exciuerunt. Cæterū modico negocio uictos, Dauid perſequendi cupidus longius in hoſtes euectus uitæ diſcrimen adijt. Achimon uel (ut bibliaci libri habēt) Ieſbidenobus homo immani ſtatura pręgrādē uibrans haſtam, in regē fecit īpetū. Feciſſetq; ſe uoti compotē, niſi uenientē Abyſais Ioabi frater intrepide excepiſſet, exceptū proſpero magis q̄ cauto congreſſu telo cōfeciſſet. Dauidis periculo Iſraëlitę commoti decretū tulerunt, ne qui rex eſſet, ad bellū exiret amplius. Philiſtęi acie fuſi & in Gazā urbem compulſi, de reparando bello noua cōſilia agitabāt. Sed tā proſpere q̄ ſæpe aliàs Iſraëlitis in eā gentē haud multo poſt bellatū reperio, Sobochiq; in eo bello eſt uirtus ī primis illuſtrata, ob pleroſq; immani magnitudine uiros ab eo in acie confectos. Eiuſmodi hoīes ab enormi ꝓceritate corporis ex Gigantum genere ſunt uulgo crediti. Parē laudē ꝓximo bello, quod haud longo interiecto tēpore eſt cum ea gente geſtū, Ephan regis perneceſſarius eſt cōſecutus. Sāmaę Ionathas filius ob ꝓſperā pugnā in Philiſtęū, ſex cubitorū magnitudine, ſenos manibꝰ articulos, totidēq; pedibꝰ habentē, & ipſe in pręcipua fuit deinceps apd̄ regē populareſq; ſuos gloria. Dauid oībus circa gētibus pacatis religionis ſtudia cōplexus, hymnos trimetros edidit, & cū his pētametros uerſus plurimos, qui ſabbatis feſtiſq; diebꝰ ſacris ſolēnibus canerent. Verba carminibꝰ cōplexa diſerte quędā in ſacris libris legunt. Adiecit his Decachordem Citharā & Nabla, xij. uocū. Cymbala ad hęc ærea grādia quidē & lata. Placuit ad hæc oēm Iſraëlitarū gētē cēſeri, Ioabo & ſcribis negocio dato. Nouem mēſiū ſpatio res acta eſt, ac pręter Beniaminā tribū & Leuiticā, quas numerari nō cōtigit: in cętero corpora undecies cētū milia uirorū, qui arma ferre poterāt, cenſa dicunt. Quē numerū ut parū credibilē cunctātius poſuiſſem, niſi Ioſephū autorē cum ſacris libris haberē, cęterū quia in agēdo cenſu Moſis inſtitutū fuerat ꝑtermiſſum, ꝙ nō uiritim Deo ſiclū obtuliſſet populus, expiādū id propheta proclamat, magnaq; clade populi luendū: quę uel fame publica, uel hoſtiū uictoria, aut certe peſtilētia eēt adeunda. Dauid peſtilentiā ne ipſe extra periculi aleā foret, optaſſe dicitur. Quo factū ſit ut pauciſſimis diei uniꝰ horis ſeptuaginta

*Septem ex Sauli familia à Gabaonitis necantur.*

*Immanis ſtatura. Philiſtæi.*

*Rex ne ſit in prælio.*

*Gigantes.*

*Philiſtæus mōſtroſus*

*Pſalmi Dauid.*

*Muſica inſtrumenta.*

*Iudæorum numerus.*

*Piaculum.*

*Peſtilentia populi.*

ginta hoīm milia cōſumpta dicatur. Qua ſuorū pernicie Dauid cōſternatus ſaccū induit: ieiu- C
niū agens multis lachrymis humi ſedēs ueniam eſt à deo precatus. Eaq́ demū impetrata iuſſ⁹
Ara. eſt oraculo ī area Ornę Iebuſei altare cōſtituere, ibiq́ uictimas immolare. Vetus opinio tenet
Apparatus futuri templi. hic loci Iſaachū olim ab Abraamo patre diuinę araę ꝑ hoſtia admotū. Salomō eodē loco poſt-
ea templū erexit, quod ut magnificētiſſimo erigeretur apparatu, decem milia talēta auri, centū
argenti ſepoſita, Dauid habuiſſe dicitur, ferri prætera, æris & uaſorū ad ornatū templi immen-
ſum pondus, octoginta hominū milia lapidicinę admota, & ad materiā omīfariā apportādā
multitudo nihilo minor. Id opus ſecundū religionem Dauid Salomoni filio, quē ſibi ſucceſſo
rem, nō ſolum humano iudicio, ſed oraculo etiam deſtinarat, in primis demādaſſe dicit̄. Eſtq́
ille prius rex ꝙ pater uita decederet declaratus. Etenim Dauid iam ſenio defectus, ac tam morti
propinquus ut medicoꝝ monitu ad effœtū uirib⁹ corpus calfaciendū uirgunculę cōplexu no-
ctu foueretur, cōperiſſetq́ Adoniā filiū quarto loco natū, celebrioris conuiuij ſpecie, cū pleriſq́
cōſilia de occupando regno agitaſſe, cuius conſpirationis ne Ioabus quidē eſſet expers, Natha
Salomon rex creatur nis ꝓphetæ uerbis monitus, ut filio proſpiceret, quē numinis prouidētia ſciret regnaturū, impē
ſiſſimis ad hæc Berſabeę matris precib⁹ cum fletu mixtis perpulſ⁹, Salomonem regia ſedentē
mula ſtationarijſq́ militibus ſeptū ad fontē extra urbem per Nathanē ductū ex improuiſo re
gem īungi iuſſit, inde per urbem circūuectum regē populo ſalutādū dedit. Qua ſubita decla
ratione perturbatus Adonias, & qui cum eo erāt ab incœpto deſtiterunt. Dauid populo ad cō
cionem uocato, quū uis mortaliū ingens adeſſet, trib⁹ & uigiti milib⁹ hominū à trigeſimo ad
quinquageſimū annū conſtruendi templi curam delegauit, iudicum & ſcribarū ſex milia con-
ſtituit, par huic numerus additus eorum, qui pſalmos & hymnos canerent. Ex Moſis inde ꝓ-
Conſtitutio ſacrorū & ciuilium ordinum. genie lecti, qui ſacris theſauris præeſſent. Ex leuitarum numero ſacerdotes, & ſacrorū miniſtri.
Eſt & exercitus in duodecim partes diuiſus, quarū ſingulæ tribus quatuor & uiginti armato-
rū milia habuere. Singulis partibus ſui cēturiones, ſuiq́ tribuni aſcripti. Statuit Dauid & alia
quædam circa urbis totiuſq́ Iudaicę rei ſtatū. Quibus ex ſentētia confectis, principes tribuū, D
Dauidis oratio ad ſuos. iudices, ſcribas, & omnes, qui in exercitu ductabāt ordinem, ad cōcionem uocat. Vbi ita uerba
feciſſe dicitur. Quæ noſtra ſint in religione augenda regnoq́ adminiſtrādo cōſilia, nefas duxi
uos ignorare Iſraëlitę uiri, quos haud idignos iudicaui, ut utriq́ rei adminiſtrādæ à me potiſ-
ſimū pręficeremini. Cæterū, quod ad diuina attinet, merito aliquis mirabit̄, quid ſit, ꝙ in am-
pliſſimo extruēdi templi apparatu tam diu fuerim occupatus, eximij tamē operis huius uel ſal
tem inchoati laudem mecum ferre noluerim. Deſinat ſane id mirari quiſquis ſciuerit non meā
magis ꝙ numinis uolūtatem principijs obſtitiſſe, parabam ego iam antea magnificētiſſimi tē
pli fundamēta iacere, quū ꝓphetę uoce ſum monitus, uelle cœli numen ſibi in terris auguſtū tē
plū ędificari, ſed rei autorē diſplicere. Quippe q ob bella multa & uaria, ꝙ iuuenis geſſiſſet, im-
puris eſſet manib⁹ tā piū opus inchoaturus. Filius ſucceſſor regni, qui nulla eſſet cæde pollut⁹
multo melius poneret, quiq́ in ꝑpetuo ocio paceq́ ubiq́ parta, eēt in Iudęa regnatur⁹. Ceſſi
ergo diuinę uolūtati. Verū ꝗꝗ parū ea laus ad me ꝑtineret, uiſus ſum mihi tñ pie facere, ꝙ oia
ad clariſſimū opus cōficiendū ſtudio & diligentia cōparaui. Et ne omnino parū actū arbitremi
ni, haud uos ignorare uolo decē milia auri talenta, decies amplius argenti pręter aliā omīfariā
reꝝ materiā, à nobis hoc nōie ſepoſitā. Volūtate igit̄ & ſtudio opus eſt, ut ꝙ nos deſtinauim⁹,
uos, quibus id permiſſum eſt, ad exitū perducatis. Sed de tēplo hactenus, haud uereor, ne nō
ſemꝑ pietas potius ꝙ deſidia ſit uobis curæ futura. Reliquū de quo ad uos uerba factur⁹ ueni,
ipſa ē noui regis declaratio. Enīuero licet plures ſint nobis uirilis ſtirpis liberi, mirabit̄ aliqs, qd
ſit, ꝙ Salomon mihi pręcęteris tātarū fuerit opū ſucceſſor cōſtitut⁹, quū & alij fortaſſe nihilo
min⁹ digni eſſent, in qbus ꝓclare id decus tutoq́ locari potuiſſet. Sed uos tam hoc ꝙ ipſam tē
Oraculo Dauid monitus Salomonem ſucceſſorē conſtituit. pli ędificationē diuinę uolūtati aſcribite, Ille ſummus opifex rerū oīm, qui mira ſapiētia huma
na diſponit, oraculi uoce hūc mihi hęredē nōiatim dedit & ſucceſſorē. Cui nō parere tā uanū ir
ritūq́ ſit ꝙ impiū. Sic Iudas natoꝝ Iſraëlis etſi nō maxim⁹ natu, in maxia tñ fuit gloria, oimq́
prīceps habitus: ſic ego fratribus uolūtate numinis pręlat⁹. Nec tñ aut illi apud fratres, aut mi-
hi dignitas illa inuidię fuit, pari pietate cū huius fratres, tū uos alios Iſraëlitæ uiri, nouo regi di
uina uolūtate ad faſtidiū regię dignitatis ꝓducto parere oportebit. Neq́ in eo ętatē aut merita
aut

A aut uires,ſed dei optimi prouidētiā ītuemini.Nihil.n. nō rite ſit,quod deo ſit auſpice.Fallūtur
ſæpe hoīm iudicia,diuina falli nō poſſunt.Quicqd ille uoluit euenire,id optimū,ꝑpetuū,māſu
rūq; ſit neceſſe ē.Supeſt igit̃,ne uana ulla ꝑſuaſione,regniue cupiditate, pacē hāc diuina ope Peroratio.
noſtraq; induſtria uniuerſæ gēti q̃ſitā,turbari patiamini. Quin ille bene imperādo,uos iuſtis
impijs parēdo date opā, ut Iſraëliticę res tātū ſanctitate & religione ī hoc ocio augeant̃, quātū
bellica uirtute gloria & opibꝰ,meo aliorūq; ductu ad hūc diē creuere.Quū hęc ille magno oīm
aſſenſu peroraſſet,cōmentariū cū figuratione templi,omnēq; ędificij rationē Salomoni tradi
dit,idētidem eū hortatus,ut omībus ad opus cōparatis,magnitudinē rei diligētia & induſtria
ęquaret.Hoc regis ſtudiū,alterū priuatę pietatis ē ſecutū.Multi ſua ſpōte multa ad id opꝰ mu Priuata munera ad uſū templi.
nera obtulere.Auri tria milia talēta,ferriq; & æris multo plura,ſtateres x.milia,ꝓcioſi ad hæc
lapides in eūdē uſum oblati.Laudata ē à rege priuata ſuorū munificētia,oīaq; eiꝰ iuſſu diligē-
ter cōſcripta & aſſeruata.Iuſſus ibi uniuerſus cœtꝰ ob ea q̃ ad id tēpus ſuo ductu feliciter eue-
nerāt,humi proſtratꝰ uocē ad cœlū tollere,Deoq; optimo maximo ſupplicit̃ gratulari. Poſtri
die mille uitulos immolauit,mille arietes,mille agnos,eſtq; populꝰ eo die hilare epulatꝰ.Salo-
mon iterū inūctus,ſolioq; paterno collocatꝰ,pro rege cœpit oīa adminiſtrare.Dauid ipe iā grā Dauidis exitus.
dis natu,haud mlto poſt q̃ hęc geſta ſūt,ex humanis deceſſit.Pietatis & iuſtitiæ cultu filio idē
tidē cōmēdato mādaſſe tradit̃,ut ex Ioabo,quū poſſet,ob duplex parricidiū pœnas exigeret,ꝙ
ſcelꝰ iccirco ſe rege impune tuliſſet,qa ob nimias opes,quas ille ꝓſpera ſibi militia firmauerat,
tuto ad ſupplicium repoſcere nequiuiſſet.Miret̃ aliqs ꝙ & Semei,à quo uerbis nouitate ſuoꝝ tē
porū fuerat laceſſitꝰ,ultionē quoq; delegaſſet,cui circa Iordanē ſuppliciter ſatiſfaciēti ignouiſ-
ſet.Cæteꝝ uideri pōt pręſagiū potiꝰ id fuiſſe eorū,q̃ euētura erāt.Perijt anno uitæ ſeptuageſi-
mo,quū interim annos quadraginta regnū tenuiſſet,quoꝝ ſeptē ī Hebrone regnauit,reliquū
tēpus Hieroſolymis egit.Salomon filius defunctū magnificētiſſimo extulit funere.Fuit hic an
nus quo Dauid uita deceſſit,quartꝰ & ſexageſimꝰ ſupra cēteſimū ac quater milleſimū ab orbe ANNI
B cōdito,ꝓceſſit idē humanę ſalutis exordiū annos mille & trigita quiq;, quo plane tpe regnauit MVNDI.
Eupales in Aſſyria q trigeſimꝰ fuit à Nino,Codrus Athenis,cui Medon filiꝰ ſucceſſit.Agis &
Archiſtratꝰ eius ſucceſſor Lacedęmone,& ī Latio Latinus Syluius,quartꝰ ab Aſcanio,q Albā
cōdidit.In Phlegręis quoq; Italię cāpis,ꝑ id tēpꝰ à Cumeis & Chalcidēſibꝰ ex Eubœa ꝓfectis,
Hippoclis & Megaſthenis ductu Cumę littorali loco cōditę. Fama eſt duces ipſos inter ſe pa- Cumæ.
ctos,ut gēs altera urbi nomē daret,alteri Colonia diceret̃, atq; ita eueniſſe aiūt,ut à Cumeis
ſit locꝰ nomē ſortitꝰ:Chalcidēſiū credita ſit Colonia.Dauidici quoq; regni tpe Iones ex Attica
in Aſiā migraſſe tradunt̃ Androcli ductu,q fuit Codri filiꝰ, ex terra Attica profecti Epheſum
(ut Pherecydes ꝓdidit)cōdiderūt,ibiq; Ionū regia ab initio cōſtituta. Quidā Epheſum multo
antiquiorē credidere,ut inſtauratio illa fuerit nō cōditio.Cęterū neq; urbs una ī ea ora ab Ioni
bꝰ cōdita eſt:neq; unius ductu ad ea loca,aut ſemel ex Gręcia demigratū.Nā & Miletos Nelei Epheſus.
genere Pylij opus credit̃.Fama eſt Neſtorē Meſſeniū & ex Pylijs multos cū Melantho Codri
patre Athenas conceſſiſſe,totāq; hāc gentē cū Ionibus in Colianiā miſſam . Cydrelus eiuſdē
Codri filius uerū nothꝰ Myuntē in eadem terra cōdidit.Andropompus Lebedū.Andremon
Pylius Colophonē.Epytus Nelei filius Prienen.Teū Nauclus idem Codri nothus, q̃q̃ Atha Ionicarum urbium cōditores.
mas prius loco originē dediſſet,quapropter Anacreon loci indigena eam Athamātida nuncu
pauit.Erythras Gnopꝰ ex Bœotia.Phoceam Athenięſes Philogenis ductu. Clazomenas Pa
ralus,Chium Egertius,Samū Tymbrion,ac deinde Patrocles: hæcq; fuerunt Ionum in Aſia
ciuitates, quo contigit , ut & terra ipſa ſit poſtea Ionia dicta,cuius exttema ora ob peninſulas
multifariā occurſantes mille &,DCC.ambitu ſtadiorū patet,cū recta linea,q̃ ab Epheſo Smyr-
nā decurrit,CCC.ſit &,XX.ſtadiorū nec amplius,& alibi minor adhuc tractꝰ, ab uno Caricoꝝ
montiū Poſidio ſumente terra initium , in Phocæāq; & Hermionicę oræ terminū decurrente. Vbi philoſophiæ incunabula.
In hoc breui terrę ambitu philoſophiæ incunabula & ortus extitere. Iude ſublimia hoīm inge
nia,cœlū & oīa naturę opera ſcrutari auſa,quoꝝ memoria,ſuo cuiuſq; loco ē nobis reponēda.
Iā uero & Carthago Romani imperij ęmula,ꝑ hæc tempora in Libya eſt à Tyrijs cōdita,ſi re- Carthago conditur.
cte tēpora digerit Euſebiꝰ.De huius urbis origine ob loci claritudinē altius aliquāto eſt nobis
hiſtoria repetēda.Tyrij (ut Trogus credidit)à Phœnicibus oriundi,antiquis ſedibus terrarum

motũ cõcuſſis, patrio ſolo profecti, primo Aſſyrium ſtagnum, mox & littus mari proximũ te/ C
Sidon.
nuerũt, condita ibi urbe, quã à piſcium ubertate Sidonem dixere. Sidon piſcis Phœnicum lin/
gua eſt. Poſt multos deinceps annos ab Aſcalonitarum rege Sidonij expugnati, nauibꝰ Tyrũ
appulſi, nouam ibi urbem, ſub id tempus quo Troia à Grȩcis eſt capta cõdiderunt. Varia dein
de fortuna ciuitas iactata eſt. Diu Tyrij Perſicis armis uexati, ſuam tamen libertatem tenuere.
Et ſi bellorũ magnitudine opibus exhauſti, pacate tñ agere, ociacꝫ fouere haud pœnitenda:
eratcꝫ ingẽs ipſa ob ea, quȩ geſſerat, fama inter finitimos nihil obſcura, quũ inopinata ſeruo/
Serui Tyrios opprimunt.
rum cõſpiratio ciuitatem oppreſſit. Cuncti liberȩ fortunȩ uiri ad unum cum uirili ſtirpe perie
re, ſerui oppido potiti, uxores & filias eorũ quos perdiderãt, ſibi matrimonio iungũt. Duo ex
omni ciuiũ numero, ſenex cũ filio admodũ puero, ob mite clemenſcꝫ imperiũ, ſerui opa occul
te ſeruati ſunt. Hos ille quũ ab nouȩ ciuitatis oculis ſepoſuiſſet, ita accidit, ut quũ primũ conſi/
lia de creãdo rege moueri cœpta ſunt, is qui mitis fuit in dominos, ad Stratonẽ (id ſeni nomẽ
fuit) totam rem detulerit. Comparatũ erat inter ſeruos, ut qui eorum poſtridie naſcentẽ ſolem
primus cõſpicatus eſſet, tanꝗ ſuperis gratiſſimus rex conſalutaretur. Monet hominẽ de ſe me
Senis conſilium.
ritum Straton: inſtruitcꝫ ut quum cæteri in ortum oculos intẽdiſſent, ipſe cõtrario ſtatu muro
rum faſtigia quȩ aliquãto prius ab ſole feriũtur proſpiceret, id ſenis conſiliũ ſecutus ille, primũ
ſolis radiũ repẽte à tergo demõſtrauit, cæteris in admirationem uerſis ac ſciſcitãtibus, cuius ho/
minis id eſſet cõmentũ, nam ſeruile ut crederent, nõ poterãt in animũ inducere, coactꝰ autorẽ
prodere, de hero à ſe ſeruato cõfeſſus eſt. Tum uerò apparuit quãtũ libera ingenia ſeruilibꝰ p̃/
Tyri regnũ ingenuis reſtitutum.
ſtarent prudentia. Vita itacꝫ Stratoni & filio cõceſſa, quadam deorum prouidentia ſibi ſenem
ſeruatum rati, regem conſtituũt. Poſt cuius exitũ filius regnauit. A quo longo deinceps ordi/
Alexandri ultio in Tyriorum ſeruos.
ne eſt poſteris regnũ traditũ. Id nefariũ ſeruorũ ſcelus multis mortalibus exẽplo fuit, ut dome
ſticas cauerẽt inſidias. Alexander Macedo, qui Tyrũ longa obſidione cepit, nõ tam præſentẽ
temporis iacturam, ꝗ nefariȩ cædis memoriam pertȩſus, uelut antiquȩ Tyriorũ iniuriȩ ultor, q
cũcꝫ bello ſuperfuere crucibus, quod ſeruile fuit ſupplicium, ad unũ affixit, Stratonis tãtum ꝓ D
genie ſeruata, cui gẽti eiuſdem iuſſu ſumma ẽ regni, ut antea permiſſa. Inſulanos ut innoxios
attribuit, ut ſeruili ſtirpe ſublata noua ciuitas ex ingenuis conderetur. Cæterũ ante ſeruilem cõ
ſpirationem proximo loco relatã, quũ Tyrij opibus & multitudine abundarẽt, miſſa in Libyã
Vtica conditur.
iuuentute Vticam cõdiderunt. Eodem tempore aut certe nõ multo poſt Pigmalion à patre re
Eliſa.
gnũ ꝑ manus accepit. Fuit huic ſoror Eliſa, ꝗ Sichȩo auũculo (erat is homo prȩdiues atcꝫ Her/
culis ſacerdos) uirgo nupſit. Fuit id ſacerdotiũ ſecundꝰ à rege honos. Sichȩus qui haud ignarꝰ
erat ſolere diuitias eſſe exitio habentibꝰ apd̃ tyrannos, quicquid auri habuit, quicquid argen/
ti, humi cõdidit. Id factum incertis rumoribꝰ iactabatur, etſi incertis, multoꝝ tamẽ in ore erat
Sichæus à Pigmalione interficitur.
fabula. Ea fama impulſus Pigmalion ſpe potiũdi auri oĩmis humani iuris oblitus Sichȩũ auũ
culũ inſidijs exceptũ obtrũcat. Dido, nã & hoc illi poſtea nomẽ fuit, dolore male diſſimulato,
fratrem primo auerſata aperte oderat: mox ubi ſe quocꝫ inter domeſticas inſidias deſtitutã ni
hilo tutiorẽ fore cernebat, pacatiore uultu fratrẽ appellat, ac uelut in dies magis uiri memoria
obſoleſceret dolorẽ cautiꝰ ſupprimit, occultãcꝫ interim molitur fugã. Quȩ ut tutior ſibi cõtin/
geret, fratrẽ noua arte aggredit᷑. Conſiliũ ait ſe cepiſſe in fratris regiam migrandi, ut relictis Si
chæi penatibus ubi illius imagines & alia uiri monumẽta ſȩpius occurrerẽt, defuncti memoria
animo faciliꝰ excideret. Audijt ille ſororis uerba nõ inuitꝰ, cõfiſus aurũ ꝙ Sichȩus antea poſſe
Eliſæ cõſiliũ callidiſſimũ
diſſet, cũ ea ad ſe uẽtuꝝ. Eliſa miniſtros migratiõis à fratre miſſos ĩ naues cũ ipſis opibꝰ ĩponit,
ꝓuectacꝫ in altũ cõpellit eos grãdiora ꝗdã uelut pecuniȩ inuolucra ĩ mare deijcere. Tũ plorãs
ipſa uirũcꝫ flebili uoce inuocãs p̃cat᷑, ut ſuas opes debitas haberet iferias, ꝗ exitij cauſa extitiſ/
ſent. Tũ uero ad miniſtros cõuerſa: Scio, inqt, mihi à fratre inſidias uitæcꝫ periculũ imminere.
Vos uidete an extrema omnia pati uelitis, qui Sichȩi opes, quarũ cauſa nefariũ ille cõmiſit par
ricidiũ, tyrãni auaritiȩ ſubtraxiſtis. Supplicij metu ꝑ hȩc iniecto fugȩ comites eos ſibi Eliſa ad
iunxit. Affuerãt eadẽ nocte illi ex nobiliſſimo ordine ꝗplurimi, qui regis ſæuitiã auerſati de fu
Eliſæ fuga.
ga iã antea cũ ea cõſilia cõtulerant. Primo igit᷑ curſu in Cyprũ delati, ubi Iouis ſacerdos oraculi
monitu cũ uxore & liberis ſeſe Eliſȩ comitẽ obtulit. Ea uero conditione, ut ſibi & poſteris ſacer/
dotij honos ꝑpetuus maneret. Sacerdotis poſtulatio ꝓ haud dubio omine eſt ab Eliſa & alijs
accepta,

A accepta, inde ex inſula in altū abituri, octoginta indigenas puellas, quę patrio more quęſtū cor
pore faciebāt circa littus, ui corripi iuſſit, quib⁹ celeriter in nauē impoſitis præcipit cōtinuo pe/
dē fieri. Credibile eſt uoluiſſe eā, ſiquādo urbē cōdere cœpiſſet, ut procreandę ſoboli paratū ha
beret ſeminariū. Et uet⁹ & Cypricū fuit uirgines, priusq̃ nuberēt, proſtitui, ut quæſtu corporis Cypriæ uirgines.
dotalem ſibi quęrerēt pecuniā. Pygmalion ſubito belli apparatu ſororē perſecutur⁹ maternis
precibus deorūq; minis uictus incœpto deſtitit. Canere ad hęc uates haud impune eū laturꝫ ſi
urbis, quę oib⁹ terris celebris futura eſſet, originē conaretur interpellare, Dido ex Cypro Liby Dido in Libyam defertur.
cū littus tenuit. Vbi merciū cōmercio quū locorū accolas ad ſe alliceret, facile impetrauit, ut tā/
tum ſoli ſibi & ſuis mercaretur, quantū corio poſſet bouis in urbē cōplecti. Cæterū eo tenuiſſi/
mas in partes diſſecto, maiorē omnino areā eſt cōplexa, q̃ ab initio poſcere uiſa eſſet. Loco ipſi
poſtea ab re Byrſę fuit nomen. Confluere deinde eo maior indies accolarū turba, dū plures lu Byrſa.
cri ſtudio uęnalia hoſpitibus deferūt. Vticenſes & ipſi audito Tyriæ claſſis appulſu legatos cū
muneribus mittūt, qui proſperū cōſanguineę genti gratularētur acceſſum, quiq; ad noua mœ
nia iis locis, quibus primū cōſediſſent, ſtatuenda hortarētur. Iam & Aphros ipſos aduenas de
tinēdi cupido ceperat. Miro igitur omniū cōſenſu (etenim inſtar erat urbis effectū,) Carthago
cōditur, annuo uectigali indigenis pro urbis area cōſtituto. Hic terra iaciendis fundamētis pri Oſtentum Pœnis oblatum.
mū aperta bubulum caput dicitur repertū. Quod auſpicium quum omnino diſplicuiſſet (eſt
enim id animal etſi operoſum perpetuo tamē ſeruitio ſubiectū) haud multū inde diuerſo loco Carthago conditur.
terrā moliētibus equi caput dicitur oblatum. Quo apparuit bellicę rei ſtudiis celebrem urbem
futuram. Hic tum uelut auſpiciatorem locum nacti, ædificare incipiunt, breuiq; mortalium fre
quentia adeo ciuitas creuit, ut neq; Eliſam neq; comites præſentis fortunę pœniteret. Florebāt
aſſiduis ſucceſſibus Tyriæ opes, quū Iarbas Mauruſiorum rex Pœnorum principibus ad ſe ac Iarbas rex.
cerſitis Eliſam ſub belli denunciatione, niſi nuptię impetrarentur, ſibi uxorem depoſcit. Legati
id reginæ nunciare ueriti (ſciebāt enim eā ab omni connubio abhorrere) punico cum ea inge/
B nio egere, ut dicerēt poſcere Iarbam, qui ſe & Aphros māſuetiores mores perdoceret, ſed nemi
nem inueniri, qui ad Barbaros ferarum ritu uiuētes trāſmitti uelit. Tum ab regina caſtigati, q
pro ſalute patrię, cui omnia deberētur, aſperiorem uitæ cultum, Barbarorumq; cōmercium la
turos ſe negarēt: Abs te igitur, illi inquiunt, hoc patrię præſtandum ē Dido, tu nominatim ab
Iarba nō ſerua, ſed cōiunx depoſceris, cui niſi ſatisfactum ſit, haud dubiū eſt, quin breui te tu/
amq; urbem graui bello uideas afflictā. His illa difficultatibus circumuēta Sichęi nomē inuo
cat cum lachrymis: ituramq; ſe profeſſa eſt, quo ſua nouęq; urbis fata traherēt. Spatio deinde
ad nuptias cōparādas ſumpto, cōſtitutaq; in parte urbis pyra, uelut Sichęi manes in nouo cō/
nubio exoratura, daturaq; ob id illi iferias, eodē loco hoſtias cędit. Inde gladium dextra, tenēs
pyram cōſcēdit, populumq; intuita ituram ſe ad uirum, ut fuerat ab initio pollicita, dixit. Hęc/ Eliſæ interitus.
que palā locuta ſe gladio trāſfixit. Quādiu Carthago incolumis māſit, p dea culta ē. Hęc Tro/
gus. Cæterū non deſunt, qui à Carchedone urbem ipſam conditam exiſtimēt. Appianus Ale
xandrinus Eliſę comitem Carchedonem fuiſſe tradidit. Trogus præterea Carthaginis origi/
nem multo recentiorem arbitrari uidetur. Quippe quæ annos ſeptuaginta nec amplius urbis
Romæ originem præceſſerit. Sed ſiue in hæc tempora ſiue in illa quæ Euſebius poſuit, cōditio
ipſa cōferenda eſt, ſatis conſtat urbem nobiliſſimā huiuſmodi initia habuiſſe. Nunc ad res Pa
læſtinas reuertitur ſtilus, quas Salomon poſt patris interitū, à iuſta ultione adminiſtrare exor/ Salomonis ultio.
ſus, Adoniam primo qui uiuo adhuc patre de occupādo regno cogitauerat, interfecit, Baiana
regii præſidii prefecto in eum immiſſo. Inde & Ioabum duplicis parricidii reum ad arā quo ſe
contulerat obtruncari iuſſit. Abiatharo ſacerdoti, qui cum Adonia conſpirarat, ob uetus (cre/
do) meritum ueniam dedit. Is in Abſalonia defectione in Dauidicis partibus fuerat, uerū ne
recens noxa inulta eſſet, ſacerdotio priuatum perpetuo exilio relegauit, Sadocho in ei⁹ locum
ſubbrogato. Semeium ea conditione Hieroſolymis eſſe iuſſit, ut torrentē Cedron nō trāſcen/
deret. Qui triennio poſt quàm Gethum iniuſſu regis proficiſci auſus eſſet, capitali eſt ſuppli/
cio affectus. Pius alioqui fuit Salomon clementiæq; haud uulgaris. Ab his igitur actionibus
ad religionē cōuerſus, urbe p̃ſidio cōmunita in Hebronē pfectus mille oues ad arā, q̃ ibi fuit, Salomonis ſomnium.
immolat, nocte deiceps, q̃ pxime ſecuta eſt, per quietē pręſentia numinis moneri ſibi uiſus eſt,

ut à ſe peteret, quę in humanis maxime optāda arbitraret. Ferūt rectā mentē, ſanūcꝫ i decernē C
do iudiciū à deo precatū. Quod nō modo ſe impetrare ſibi uiſ⁹ ſit, ſed affluētiſſimas etiā opes
inſuper ꝓmiſſas, ꝑpetuūcꝫ humanarū rerū̄ ſucceſſum. Quibus ille ſomno excuſſ⁹ manifeſta ſa
piētię p̄ſagio numē in primis ueneratus, Hieroſolymā reuerſus paucis diebus adeptæ nuꝑ ſa/
piētię ꝑpſo experiētiā dedit. Veniſſe ad eū dicunt mulieres duę pari ignobilitate, ſed prolis fe/
licitate diſpari. Nā quū i eodē domicilio agerēt, eſſetcꝫ utracꝫ eodē tp̄e marē enixa, ita forte ac/
cidit, ut altera altius ſomno degrauata, hęrētē uberib⁹ filiū ſomnolēto extinxerit incubitu. Me
tu igit̃ ſupplicij, an alēdi cupiditate incertū, alteri ꝙ ſatis cōſtat, quā in ꝓximo cubantē dormi/
Duarū mulierū lis. re ſenſerat, furto filiū adimit, extinctū quieſcētis lateri leniter acclinat. Vbi uero dies illuxit, de/
p̄hēſa fraude uociferari hęc, filiūcꝫ ſibi furto ſublatū arguere. Cōſtāt̃ illa factū negare, ac una
conuiciū illi facere, ꝙ impudēs fœmina puero negligent̃ necato, aliena clade uellet orbitatē, in
quā ſua ſocordia incidiſſet, euitare. Mutuo igit̃ ſe cōuicio iceſſentes magnacꝫ uociferatione ad
regis tribunal cōſtitutę. poſteaq̄ utracꝫ ſatis cōſtanter cauſam dixit, eſſetcꝫ ob id iudiciū conie/
Salomonis iudicium. ctura anceps, ſtabat circūfuſa multitudo i p̄ſentis iudicij euentū ſuſpēſis animis erecta. Tū rex
ex ſpiculatorib⁹ uni mādat, ut puerū i duas diſſecet partes, utracꝫ dimidiū habitura. Viſum eſt
hoc iudiciū tū primū pręceps & temerariū, elicuitcꝫ tacitū riſum populo, uerū reclamante illa
cui īfans fuerat ſubtract⁹, malle ſe uiuū puerū alteri addici, q̄ ſibi dimidiatū reddi, necꝫ interim
quę puerū furto ſubtraxerat matri, decretū nutu aūt uoce detrectaret, cēſuit rex huic infantē re
ſtitui, quā manifeſto charitatis argumēto matrē iudicauit, ꝙ infantē uiuere maluiſſet, q̄ in alte
rius inuidiā peremptū iri. Vertit id iudiciū populū in ſtuporem, magnacꝫ ex eo ſapiētiæ fama
Salomonis monumenta. regi cōciliata eſt. Nec res iudicaria rantū cœleſtē illius mentē oſtendere, ſed oīes philoſophiæ
partes ab eodem copioſe pertractatę. Enīuero gentilia cantica quincꝫ milibus carminū ē cōple
xus. Similitudines q̄s Gręco uerbo parabolas uocāt, miro ſentētiarū pondere cōſcripſit. Diſſe
ruit ad hęc de herbis, plātis, arborib⁹, de uolucribus, piſcibus, & animātibus, quę terrā incolūt.
Nihil pene fuit i toto opere naturę, de quo nō diſerte & accurate, quū op⁹ eſſet, diſputaret. Cō/ D
mētus eſt & rationē uagorū dęmonū carminibus quibuſdam cogēdorū. Ioſephus autor eſt ui/
diſſe ſe Eleazarū quēdam Hebraicę gētis hominē, ad eius ſcientię experientiā dandā Veſpaſia
no & filijs præſentibus frequenticꝫ militū corona, corpora quędā dęmonib⁹ inſeſſa, immūdis
ſpiritib⁹ eiectis liberaſſe. Subijcit, qa res maior uiſa eſt, q̄ ut temere credi poſſet, & curatiōis ra/
tionem. Admotus eſt, inquit, narib⁹ eius, qui malo genio uehebatur, annulus incluſam habēs
ſub gemma radicem ab ipſo rege in hunc uſum demonſtratam. Cuius odore offenſ⁹ ille cōſe
ſtim inde excluſus eſt. Adhibuit pręterea carmē ne infeſtū nuper corp⁹ ab eo repeteretur, quæ
res ut notior uidentib⁹ foret, calicem aquę appoſitum ab erumpente ſpiritu Eleazar⁹ ſubuerti
iuſſit. Qđ quū ille p̄cepta feciſſet, ſecuta ſit icredibilis admiratio, fideſcꝫ arti maior habita. Nul/
Salomonis opes. lus unq̄ in Iudęa tā longe latecꝫ q̄ is imperauit. Ab Euphrate in Syriū mare & Ægyptiū pro/
moti ſunt regni fines. Quę res facit, ut magis credibilia uideātur, quæ ad eius equorū & curruū
numero ſunt memorię prodita, habuiſſe eum, niſi forte in numero ſit erratū, biiugum equorū
pręſepia quadraginta milia, expeditorum ad pugnam XII. milia. Eo uſcꝫ ad id temp⁹ Hebrai
ci regni opes creuerāt. Erant circa Hieroſolymā omnia pacata, latecꝫ, ut dixi, Palęſtina res pol/
lebat, quū Salomon mandatorū patris haud immemor, templū ab illo deſtinatū fundare cō/
ſtituit. Ad quod opus celerius expediendū, lignorum materiā in Libano monte mature cęden
dam curauit. Nec tam operarij deerāt, q̄ lignariæ fabricæ periti, qui ne lōgius quærendi eſſent.
Batus. Hyras Sidoniorum rex per literas à Salomone requiſitus optimos artifices pręſtitit. Cui q̄diu
Templi ædificatio. opus tenuit, ex Iudęa quotānis choros tritici, XX. milia dono miſit Salomon, totitēcꝫ Batorū
olei. Erat ea menſura duûm & ſeptuaginta ſextariorum capax, XXX. hominū mila cupreſſis
cedriſcꝫ cędendis affabrecꝫ dolādis ſunt à rege in Libanū deſtinata, ita multitudine diuiſa, ut
per uices operarētur, ut quarto quocꝫ menſe in orbē ad opus reuocarētur. Erat & alius maior
numerus lapicidarū octoginta miliū, nec multo pauciores his, exciſos exactoſcꝫ lapides & aliā
omnifariam materiā cōtrahebāt. Templū ipſum quarto ex quo Salomon anno regnare cœ/
ANNI MVNDI. pit eſt inchoatum. Fuit is ab eo quo populus ex Ægypto egreſſus eſt, quingenteſimus ſecun/
dus, à diluuio quadringenteſimus ſupra milleſimum, à mundi creatione centeſimus ſecund⁹,
ac qua/

A acquatet milleſimus. Latitudo tẽpli uicenũ cubitũ fuiſſe traditur: ſexagenũ longitudo: altitu-
do fornice diſticta centenũ ac uicenum. Inferioris ſtructurę materia ex candẽti ſaxo. Veſtibuli Templi for
longitudo pari menſura cum faſtigio templi. Amplitudo denum cubitorũ. Cellę uicenæ huic mia & appa-
moli circuniectę peruio inter ſe uſu, & in his alię ſuperimpoſitę. Tectorũ ferè materia ex cedro, ratus.
Cedrinę trabes, cedrina concameratio, auroq́; illita: parietes interiori parte eadẽ materia & au-
ro texit. Perſtrigere fulgor undiq́; occurrẽs intuentiũ oculos. Eſt & cedrus (quãdo de ea ſępius Cedrus.
uno loco eſt dicẽdum) arbor Phœnicię familiaris, ſed quę minor dicitur. Eſt altera maior, quæ
& ipſa in duo diſtinguitur genera: q̄ floret infelix eſt, fructifera nunq̄ ſe ueſtit floribꝰ. Durũ &
acutũ foliũ, & fructus myrti magnitudine. Ex ipſa arbore reſina fluit laudatiſſima: ineſtq́; ma-
terię ęternitas, atq́; ea de cauſa deorũ ſimulacra inde factitari ſolita. Cedrinus fuit Apollo ille
Soſianus ex Seleucia adductus. Eſt & alia tẽpli diuiſio ſecuta, ut ſanctior locꝰ à reliq̄ tẽpli cor-
pore muro diſtingueretur. Ibi ianuę ex cedro uarie ſculptę & uela prętẽſa purpura, cocco, byſſo
molliſſima, florum uariatione intexta. Duo cherubicę formę alati genij intus ex puro auro, q Cherubici
num cubitũ altitudo, alis ita occurſantibꝰ, ut quũ uterq; ab altero aliquot cubita diſtarẽt, pene genij.
contigui uiderentur, earũq́; obiectu arcam fœderis obtegerẽt. Pauimentũ petalis aureis inſtra
tum, Ianuę uicenum cubitũ altitudine, & ipſę auro coruſcantes, & ut rem totã in arctum con-
feram, nihil intꝰ fuit, nihil extra, ꝙ nõ puro auro fulgeret. Statuit & columnas duas ęneas an
te ueſtibulum duodeuicenũ cubitum celſitudine, ambituq́; duodenũ, epiſtylia fuſilia, inq́; li
liorum ſpeciem figurata, Hyras Tyrius Iudæo tamen patre ortus cõflauit. Fudit & uas æneũ
tantę magnitudinis, ut ab re ſit mare nominatũ. Diametri longitudo denũ cubitorũ, latꝰ fuſile Vas mare
digitorũ quatuor, opus hemiſpherij ſpeciem imitatũ, denis explicabatur coronis, circũſtabãt dictum.
craterẽ uituli, xij. quatuor diuerſas mundi plagas terni ſingulas proſpectãtes: eo ſtatu à crate-
re auerſi, ut in extremis clunibus tota moles recumberet. Fuit æneum illud trium miliũ Batoꝝ
capax. Quę Bati fuerit menſura, loco haud multũ diuerſo eſt ſignificatũ. Additi & canthari x. Canthari
B pari opere & materia, quorũ baſes quatuor erãt columnis impoſitę, animalia uarie figurata ꝑ decem.
baſibꝰ fuere. Deni ad hęc canthari, ſinguli quadragenis tenebãtur choris, quaternũ cubitũ alti
tudine, quinos dextera templi parte ad meridiem ſuis ſtatuere baſibus, læuũ latus ꝙ ſeptẽtrio
nem ſpectat, totidẽ habuit cantharos, paribus inter ſe ſpatijs digeſtos. Nec ſpecies in his ſolũ
quæſita eſt, ſed uſus quoq;, ut ſacerdotibus templum ſubituris lauacrum exhiberent, canthari Altare.
aquam ad abluẽda hoſtiarũ interanea funderent. Fuit & altare æreum denũ pedũ altitudine: Menſæ.
longitudine duplo maiore. Multũ ad hęc mẽſaꝝ, & in his una aurea, phialę, & pateræ aureæ x. Phialæ.
milia. Argenteę quadruplo maiore numero. Candelabra decem milia, & turibulorũ uis ingẽs, Pateræ. Cãdelabra.
atq; hęc ex auro argẽtoue fabrefacta, atq; uno tẽpore dedicata. Sacerdotũ ſtolę ex byſſo textę Turibula.
& zonę purpureę incredibili numero: leuiticæ ſtolæ, tubæ, & nabla ad hymnorum cantũ ex ele Stolæ. Zonæ.
ctro tam copioſe relata, numerum diſerte ponere ſit rubori. Circa templum in prophano au Tubæ.
la cum multiplici porticu conſtructa, qua populus conſiſteret, quum ſacrorum cauſa frequen- Nabla.
tiſſimus adeſſet. Septem annorum ſpatio ſpe omniũ celerius eſt opꝰ ad exitum perductũ. Eo
dem arca fœderis continuo eſt illata, atq; inter duos genios (ut abũde eſt ſupra demonſtratũ)
locata. Ferũt miraculo datum, ꝙ nebula leuiter effuſa proſpectum omniũ, quę in templo erãt,
ſubito pręripuerit, ut uix in proximo ſtantes alius alium intuerẽtur. Multi perſuaſum habue
runt cœli numẽ pręſens uolenſq́; ſolenni dedicationi affuiſſe. Salomon ante ſoliũ ſtãs in hũc
modum pręfatus dicitur. Tuum eſt, inquit: cœlum ſupreme deus, tua eſt terra, aquá, aër, ignis,
& omnia quæ cœli circunflexu teguntur, ſcimus equidem, libenterq́; fatemur, uniuerſum hoc Templi de
tuę maieſtatis eſſe domicilium, quę etſi tanta ſit, quę neq; his, neq; ullis capiatur finibus, hoc ta dicatio.
men templum breuioribus ſpatijs circũſcriptum, quod tuo nomine erigendũ curaui, tibi pie
pureq́; perpetuum dedico, ubi tuus populus, miniſtri tui, preces tibi & uota perſoluãt, tuumq́;
numen rite propitient. Tu pater & rex omniũ maxime præſens quęſo adſis, uolenſq́; piũ hoc
munus rite ſecũdes, qui etſi ubiq́; ſis, hunc tamen orationis locũ ſæpius inuiſas oro, atq́; p̄ſen
tius inhabites, uelisq́; curã hãc & cultum religiõis tuo populo interruptũ manere, regni opus,
& iura augeri. Et ſi pręſenti pietate aliquid meremur, da nũc cunctis pater clemẽtiſſime, da po-
ſteris mẽtem, ut pie tibi riteq́; ſeruire cupiãt. Scio ego, nec fallor tam diu tuũ numen noſtris re
bus

bus affuturũ,q̄ pietas hęc gẽtis uetuſq; religionis ritus publica priuataq; cura manſerit immo C
Holocauſtũ Salomonis.
tus.Quũ ille hęc dixiſſet,poſtratus in faciem numen ueneratꝰ eſt:inde in pedes erectꝰ, plures
hoſtias multa ueneratione obtulit. Tũ quoq; multorũ oculis mira ſpecies circa aram eſt obla-
ta.Flamma cœlo leuiter delapſa totũ lambenti ſimilis pererrauit holocauſtũ,quo uiſu populus
commotus,præſens numen adeſſe ratus,in terram adorans procubuit. Peracto deinde ſacro
epulata eſt uniuerſa gens circa templum,celebrataq; ibi loci quatuordecim dies Schœnophe-
Regia Salomonis
gia,quę ſtata gentis ſacra in eos forte dies inciderant. Secũdum templi dedicatonem erexit Sa
lomon ſibi & ſuis regiã,ſumptu & apparatu incredibili, quam candenti ſaxo ab imis partibus
eductam triplici intus materia cedro,argento,& auro excoluit. Id opꝰ tredecim annorũ ſpatio
abſoluit.In hoc quoq; opere cõficiundo uehementer Hyræ regis eſt liberalitate adiutus:nec ce
Hyra rex.
dro tantum,ſed auro quoq; & argento ad hoc ipſum Hieroſolymam miſſo. Qua amici regis
munificentia Salomon prouocatus,præter largam tritici,olei,& uini annonam, quã Sidoniis
ex ſuo regno medio temporis ſpatio tranſmiſit,uiginti Galilęę terre urbes Hyrę dono obtulit
Tyro finitimas.Quibus ob ſterilem ſitum repudiatis ab re poſtea terrę ipſi nomen datum, ut
Gabalon ſit dicta:quod ſit Phœnicum lingua diſplicere.Autores fuerunt mutuę huius amici-
tiæ Menander in Sidoniorũ uetuſtate,& Dion in hiſtoriis.Addidit Salomon & turres Hye-
roſolymorũ mœnibus per interualla.Condidit & urbes aliquot pręclaras,Aſotum,Magedo-
nem,& Zazarum:à Pharaone poſtea Ægyptiorũ rege,cuius filiam uxorem duxit,in Palęſti-
næ finibus exciſam,quã dotis nomine receptã,ob bellorũ opportunitatem reſtituit, ualideq;
Pharaones quare
cõmuniuit.Pharaones Ioſephus idcirco dictos arbitratur, quia uox hæc apud Ægyptios regẽ
ſignificet:idq; in cauſa fuiſſe exiſtimat,ꝙ Herodotus Ægyptiacę uetuſtatis ſcriptor diligentiſ-
ſimus,poſt Menem,qui Memphim cõdidit,trecentos triginta reges in Ægypto longa ſerie re-
gnaſſe dixerit,propriis interim nominibus ſuppreſſis,uelut abſurdũ ratus unum nomen per-
petuo referre.Cęterum Nicaulę nomen poſt tam longum interuallum ab eo repetitũ,quoniã
mulier uirilis appellationis uocem indipiſci nequiuerit:Pharaonis autem appellationẽ in eo q D
Salomonis fuit ſocer,deſiiſſe idem opinatus eſt.Nos quam de origine nominis ſententiã ha-
beremus alio teſtati ſumus loco,ſed cõiectura fuit illa,nõ ratio.Statuit Salomon & alias urbes
magis locorum amœnitatem,q̄ uſum ſecutus:& in his unã in ſuperioris Syrię ſolitudinibꝰ lo
Thadamurus. Palmyra.
co puteis & fontibus irriguo,ipſi Thadamurũ dixit,Gręci ſcriptores poſtea Palmyrã nomina
runt.Secundũ hęc Salomon Cananęos Libani mõtis incolas,qui ad id tempus nõ paruerãt,
bello adortus ad Amathũ uſq; urbem armis domuit,ſubactoſq; ſeruitio adegit,ut ex ea gente
nec aliũde longo tẽpore mancipia ſint in Iudęã accerſita. Nouiſſime in Erithręi ſinus ora locũ
quem Gaberum dixere haud procul ab Hellena,urbe, quę Beronice ẽ poſtea dicta,claſſem cõ
Indicũ commercium.
ſtruxit,naualis fabricę opificibus ex Tyro accerſitis.Comparandarũ nauiũ cauſa illi fuit,ut ad
Indicũ mare penetrarent negociatores à ſe cum ſuis diſpenſatoribus ad coẽmẽdas gemmas &
aurũ miſſi cccc.& amplius auri talẽta prima nauigatione,quę quatuor fuit annorũ, in Iudęam
Saba regina.
ſunt relata.Huiuſmodi nauigationis cõmercio Salomonis fama ad Sabam Æthiopię reginã
fœminã ſtudiis ſapientię deditam delata,incenſa mulier uidendi regis cupiditate,cuius laudes
cõſtanti oĩm prędicatione celebraretur,cum ampliſſimis muneribus magnoq; comitatu Hie-
roſolymã uenit,Excepit uenientem Salomon regali apparatu.Inde plures dies mutuo cõgreſ
ſu multas & uarias quęſtiones ſciſcitãdi gratia regi proponere perſeuerauit. Sed quales illę fue
rint autores quos ſequimur,nõ tradunt.Satis conſtat ad omnia ſapiẽtiſſime occurſum,ſtupẽ-
temq; reginã Salomonis fortunam laudaſſe,ꝙ non ſolũ ad eorũ faſtigiũ,quę cæteri mortales
mirẽtur,perueniſſet:ſed eam quoq; ſapientiam,cuius ne hominis quidem mens ſit capax,eẽt.
unus omniũ cõſecutꝰ,obtulit inde Saba auri & aromatũ uim ingentẽ regi, & cum his immẽſi
pretii gemmas.Ioſephus autor eſt pleroſq; ueterũ perſuaſum habuiſſe Balſami arboris ſurcu
lũ ab eadẽ regina tũ primũ in Syriã delatũ,quod pro falſo refellitur,ſi Plinius uerus eſt autor,
uni omniũ terrarũ Iudęę balſamũ cõceſſum. Vrbem deinceps regina per ocium cõtemplata ẽ,
pręcipueq; templũ,attentiſſimũq; ſacrorũ cultum demirata. Abeuntẽ Salomon multis,& am
plis muneribus ornatam dimiſit.Niſi libri & Ioſephus hæc traderent, uix mihi perſuaderi po
tuiſſet,ut Sabam ex Æthiopia potius q̄ ex Arabia profectam exiſtimarẽ,quũ ob id ꝙ ex Eri-
thræo

A thręo ſinu in Indiam nauigãtibus felicis Arabiæ latus potiſſimũ eremigatur,tũ ꝙ reginę no/
men in ea uideri poteſt terra quæſitũ,in qua Saba urbs eſt & Sabęi populi.Ex indico igitur cõ
mercio pręter aurum,elephanti,ſimię,paui in Syriam ſunt delati: quod omniũ chariſſimũ re/
gi fuit pineũ lignũ diuerſa omnino facie ab eo quod noſtrũ gignit cœlũ , nitore inſigni,candi/
doq́ꝫ colore,ex qua materia Citharę ſunt,& nabla ad ſacrorũ uſum fabrefacta. Eadẽ nauiga/
tio in cauſa fuit,ut breui Salomon ſit auri ditiſſimus factus.Quo quũ iã abunde potiretur,du Salomonis
cẽtas aureas haſtas &, ccc.ex eadẽ materia ſcuta confecit.Quibus eam regiæ domus partẽ exor diuitiæ.
nauit,quã ſyluã Libani à materię apparatu nominarat, Multi quidẽ reges fama & ſplendore
nominis eius impulſi immẽſa per legatos munera Hieroſolymam miſere.Quo factum,ut di/
uitijs ſupra modũ affluentibꝰ(ut eſt humana mens in proſperis minus ſui compos q in aduer
ſis)primo religionis negligentia illi orta eſt,mox & contemptus , quem peregrinarũ cõiugum, Salomonis
concubinarũq́ꝫ aſſidua conſuetudo peperit. Fama eſt magnorũ regũ illuſtriũq́ꝫ uirorũ filias, præuari/
dcc.numero ſibi matrimonio iũxiſſe:nec propterea minore libidine in pellicatu hęſit,ccc.in tã catio.
celebri connubio illi cõcubinę fuiſſe tradunt,atqꝫ ita muliebres illecebrę eius animũ ab ea pie/
tate,q̃ à patre hæreditariã acceperat,alienarunt,ut ne externos q̄dẽ deos,dũ nimis ijs,quarũ a/
more tenebatur indulgeret, colere recuſauerit.His ille fauore numinis deſtitutus, per prophe/
tã factus ẽ certior,fore , ut breui ꝑpetuus ille felicitatis curſus interpolaretur, turbatoq́ꝫ gentis
ſtatu reliquũ uitæ ĩ cura & ſollicitudine trãſigeret,filioq́ꝫ ubi ipſe uita deceſſiſſet imperiũ maio
re ex parte abrogaretur.His uocibus ille admonitꝰ cõſciuſq́ꝫ ſibi eoꝝ q̃ cõtra leges & religionẽ
egiſſet(nã in eo quoqꝫ haud mediocriter fuerat gentile inſtitutũ offenſum,ꝙ peregrinaꝝ gen/
tiũ ſectatus eſſet nuptias)uehementer exterritus,haud multo poſt nouis ſollicitari cœpit defe/
ctionibus.Adatus primi motus autor fuit.Erat is regia ſtirpe natꝰ,&ex Idumea profugus,quũ Adatus.
Ioabus eam terrã Dauidis auſpicijs deuaſtauit. Is in Ægyptũ ad Pharaonẽ delatus prompti/ Salomõ de/
tudine animi,cæteriſq́ꝫ uirtutibus illi inſinuatus, nobiliſſimã fœminã duxerat uxorẽ,cuius ſo/ fectionibus
B ror Pharaoni nupſerat.Is Dauidis & Ioabi morte nunciata,nouandaꝝ reꝝ cupidus,cõmeatũ ſollicitatur.
à rege petijt.Sed diu non impetrauit.Nouiſſime dimiſſus quũ in Palęſtinã ueniſſet,omniaq́ꝫ
regijs p̃ſidijs ſibi ad res nouas obſepta cerneret,p̃ſenti conſilio deſtitutus, in Syriã trãſijt.Hic
cũ Rhaa quodã Adrazari,q in Sophene regnabat,fugitiuo iunctus,latronũq́ꝫ manu ſeptus,
Syrię fines hoſtiliter ingreſſus,breui eiꝰ terræ regnũ annis obtinuit. Vnde ꝑ occaſionẽ Iudææ
fines irrũpens Salomoni adhuc in humanis agẽti , haud modicã regni partẽ infeſtã reddidit.
Sed maior omnino motus à domeſtica defectione ortus,Hieroboas Nabathi filius prophetę Hieroboas
oraculo fretus plures tribus ſollicitare ẽ auſus,ad regnũ Salomoni abrogandũ.Is à patre puer res nouas
relictus,ob egregiã indolẽ indulgenter apud Salomonẽ primo habitus,mox murorũ ſtructu molitur.
ræ eſt p̃fectus.In quo munere obeundo,quũ haud modicã iduſtriæ experientiã edidiſſet (qua
lis enim quiſqꝫ ſit,magnaꝝ rerũ adminiſtratio demonſtrat) Salomon uirtutẽ in homine com
plexus,præfecturã ampliſſimã in tribũ unã ei decreuerat,cui ad capeſſendũ honorem egreſſo
Achias propheta ex Sylone ueniẽti occurrit , eumq́ꝫ poſt mutuã ſalutationẽ ex publico in ſe/ Achiæ ora/
cretũ abductũ,huiuſmodi ſchemate in ſpem regni maximã erexit.Scidit ille ſibi palliũ in duo/ culum.
decim partes,inde data Hieroboæ optione,ut ex eo numero decẽ quas uellet eligeret,futurum
denunciat:quia Salomon grauiter deliquiſſet,ut breui eius regnũ nõ aliter q̃ palliũ illud pluri
fariã ſcinderetur , quarum duæ duntaxat eius filio relinquerentur ob eximiã Dauidis pietatẽ.
Cæterum imperium ei numinis prouidentia ceſſurũ. His ferox iuuenis fretus,quũ primũ ad
exercitum uenit,res nouas haud obſcure moliri cœpit:conatus eo multitudinem impellere,ut
imperio Salomoni abrogato in ſe rei ſummã transferrent. Sed fatale tempus nondũ aderat.
Noua hæc conſilia ad regẽ delata,ingentẽ ei curã iniecerunt autoris tentatæ defectionis oppri
mendi.Hieroboas haud ignarus ſe in Iudæa tutum eſſe nõ poſſe amplius , in Ægyptũ ad Se/
ſachum regem tranſfugit:nec longo deinde tempore interiecto Salomon uita deceſſit, quum
iam nonagenarius eſſet,quadrageſimo ſui regni anno. Potiti rerũ ſunt cum eo Laoſtenes in Salomonis
Aſſyria,apud Lacedæmonios Labores,in Latio Alba Syluij Aneę filius,qui ſexto ab Aſcanio interitus.
loco regnauit:Agialus Corinthi,& Athenis Agatꝰ,Sadocho,Achia,& Salomite in Iudæa ꝓ/ Temporũ
phetica diuinatione claris.Sunt qui Homerũ & Heſiodũ in hæc tempora conferant.Thraces ſupputatio
quoqꝫ

quocꝫ tempeſtate longe latecꝫ internum mare(ut ſępe alias)per id tempus tenuerunt. C

FINIS ENNEADIS PRIMAE.

# MARCI ANTONII COCCII SABEL- LICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

## ENNEADIS SECVNDAE PRAEFATIO.

Conuen/tus Iſraë/litarum.

MVLTVM diucꝫ in umbra uetuſtatis ꝑ ignotos, & ambiguos receſ
ſus ueritatẽ indagaui, quæ (bibliacis libris duntaxat exceptis quibꝰ
ob res ſacras quas illi continent, uulgo aſtipulanť humanæ gẽtes)
tam perplexo ſinuoſocꝫ fabulatũ latebat inuolucro, ut ad eam in/
dipiſcendã, non ſolerti ſolũ indagine opus ab initio fuerit, ſed au/
daci etiam conatu, ut ex poëtarũ ſcænis demũ reuulſa, in hiſtoria/
rum luce, mediacꝫ cauea, omni habitu & perſona detracta tuto lo
caretur. Quod dũ enixe facio, accidit mihi quod & illi, qui atra tem
peſtate ignoto mari deprehenſus, ubi necꝫ ſideribus uti poteſt, necꝫ terræ uſpiam occurũt, ne
quid locorũ ignoratione offendat, oĩs circa ſe fluctus conto & funiculis ſcrutatur. Sic ipſe dũ te/
naciſſimo poëtarũ cõplexu hiſtoriã aſſerturus (etẽĩ omni uerborũ ornatu illis remiſſo, nudã
ab eis ueritatẽ repoſcebã, qualẽ eos ab initio occupaſſe iudicare par ſit) cũ m̃ necꝫ dux mihi ullꝰ,
necꝫ ueteris hiſtorię autor aliquis, cuius præſidio aduocationeue fretus, cũ illis audacius manũ
con ſererẽ, ꝓpria ui nixus, eo uſcꝫ rem ſemel motã ſtudio & cõſtantia peregi, ut pręter pauciſſi
ma, q̃ hiſtorię fama incolumi tractari non potuerũt, cætera uelut poſtliminio recepta in priſti
nũ ſint à me ſtatũ reſtituta, ita ut om̃i fabularũ caligine excuſſa, tuto ac ſine rubore ordinẽ re/
cipiãt. Quę uero deinceps ſcripturus ſum, eo quidẽ magis ſimili moleſtia carebũt, ꝙ ea ipſa ab D
grauiſſimis rerũ ſcriptoribꝰ ſunt fere memorię prodita: quoꝝ ueſtigiis in ſiſtẽs multo rectius,
pleniuſcꝫ exequar inſtitutũ hunc laborẽ. Addo his temporũ rationẽ, quã magis ꝑſpicuam, &
ob id relatu faciliorẽ reddet mihi noua apđ Gręcos Olympiadũ inſtitutio: q̃ incidet, ni fallor,
in primã ſecundæ huius Enneadis partẽ. Sequenť haud longo interuallo Romanorũ geſta à
pluribus tã uere q̃ copioſe tractata, q̃ ſua magnitudine rebus aliarũ gentiũ ꝑpetuo quodã ne/
xu coherẽtia, nullo maiore ſunt negocio in ordinẽ redigẽda, quibus ego uelut nouis fretus au
xiliis, tãto alacrius ea q̃ ſequunť aggrediar, quanto p̃teriti incõmodi nõ immemor, ſecundum
hunc operis laborẽ cũctantius adiiſſem, ſi quę deinceps ſcribenda ſunt, nihilo iis quę ſcripſimꝰ
eſſent relatu faciliora. Cęterum tantiſper dum res cęterarũ gentium pandere ſe ultro incipiẽt,
nihil erit ab inſtituto opere alienum in Hebraicis commorari.

## ENNEADIS II. LIBER I.

POST Salomonis regis interitũ, cõuentus eſt uniuerſæ genti ad Sycimin ur/
bem indictus, ubi populus libero ſuffragio diceret, quẽ uellet in duodecim
tribus regnũ obtinere. Nec dubiũ erat quin Roboam q eo uenerat, ob aui/
tã recentemcꝫ patris memoriã, multo libentius q̃ nouum aliquẽ hominem
dicturę eſſent regem. Cæterũ nõ idoneo tempore ſe in ſuorũ poſtulata du/
rum & difficilẽ prębuit. Petitũ publico erat nomine, ut aliquid de ſeruitio, ꝙ
ſub eius patre populus pergraue tulerat, Roboas remitteret: daretcꝫ operã ut facili, modera/
tacꝫ adminiſtratione eſſet oĩbus q̃ chariſſimus, oportere eos q legitime regnarẽt amari à ſuis,
non metui. Nullũ regnorũ præſidiũ firmius eẽ populoꝝ charitate & beneuolẽtia. Nemo erat
qui nõ hęc ut poſtulata fuerant Roboam cõceſſurũ arbitraretur: q̃ etſi ne rata quidẽ habiturꝰ
eſſet, q̃ ab initio ꝓmitteret, ad cõciliandã tamẽ benignitatis & clemẽtię famã, nihil cuiq̃ hoĩm
nedũ uniuerſę genti eo tẽpore negatũ uellet. Verũ lõge aliter euenit; nam quũ triduũ petiiſſet
ad deliberandũ qđ ſe populo p̃ſtare oporteret, cõfeſtim uox illa parũ popularis auertit hoĩm
Roboæ cõſultatio ſtudia à pręſenti rerũ ſtatu. Ipſe ſenioribus conſilio adhibitis domeſtice cõſultare cœpit, an qđ

tam

A tam impudenter multitudo peteret, operæpreciũ eſſet id cõcedi. Nemo fuit ex maioribus na‑
tu, qui non cẽſuerit, ad ſtudiũ & fauorẽ populi in noua adminiſtratione cõciliandũ, ultro oĩa
multitudini deferenda, ferocius iuniores & reges æquales qui ſecundũ illos cõſilio fuerant ad‑
moti, identidem clamitare, uociferariq́ laſciuire ocio & regũ indulgẽtia populũ, iret & ſe Salo
monis filiũ oſtenderet, Dauidis nepotẽ, quorũ hic regnũ ille religionẽ uniuerſæ genti ſtabiliſ‑
ſet, q Iſraëlitarũ opes nomenq́ regium lõge lateq́ uirtute bellica & ſapientia inſigni illuſtraſ‑ Peſſimũ iuuenũ cõſiliũ
ſent. Denunciandũ ſtultæ & temerariæ multitudini, non rem cũ puero ei futurã, cui tam inſo‑
lenter uelut leges p̄ſcribere auſa eſſet, ſed cũ fortiſſimo rege, & qui in regia fortuna natus, non
ignoraret, quibus artibus eſſet multitudo cõpeſcenda, & q̃d ad inuictũ animũ cõſtantiãq́ ſuã
attineret, uelle eos nõ ignorare, plus uni ſuo digito roboris ineſſe, q̃ paternis lũbis lateribuſq́
fuiſſet, nõ eſſe, p̃inde cur à ſe indulgentiorẽ, q̃ ſub illo expti eſſent, expectarẽt adminiſtrationẽ,
quin ſatis ſuperq́ habituros, ſi in futuro rege non aliquid acerbius offenderint. Quapropter
Salomonis regimẽ, à cuius memoria tãtopere abhorrerẽt, q̃d ut immite & graue ambitioſe i‑ Stolidũ Roboæ reſponſum.
ſectarent, ad unũ ſint deſideraturi. Ferox iuuenis, quũ q̃d optimũ erat, maximeq́ tẽpori acco
modatũ repudiaſſet populũ triduo poſt, in hanc unã expectationẽ erectũ, tam triſti denuncia
tione ita affecit, ut tẽperare animi nequiuerint, quin à magna parte cõcionis ſit reclamatũ, ni‑
hil ſibi futurũ amplius cum Dauidis progenie, haberet ipſe aras, quas pater poſuiſſet, non de
futurũ, qui inter Iſraëlitas legitime uellet imperare. Tẽtauit Roboas ſæuientẽ multitudinem
per Adoram quendã, cuius opera in tributis exigendis p̄cipue utebat̃, ad officiũ & concordiã
reuocare, quod non modo non obtinuit, ſed Adoras lenibus uerbis populi iram caſtigare ad
ortus, cõfeſtim ſit lapidibus obrutus. Cuius caſu territus Roboas, in currũ trepide ſublatus, ir Iſraelitarũ regnum ſcinditur.
requieto curſu Hieroſolymã petijt, ubi Beniaminij tantũ & Iuditæ eum regem dixere, cæteræ Anni mundi.
tribus magno omniũ conſenſu Hieroboæ, qui ſub Salomonis exitũ fauore principum fuerat
ex Ægypto reuocatus, regnũ detulere, atq́ ita factũ ut duo iam inde in Iudæa reges fuerint,
B atq́ ex una quæ fuerat, ſint uelut duæ Iſraëlitarũ gẽtes factæ. Quæ gentis diuiſio incidit ĩ qua
termilleſimũ ac ducenteſimũ quintũ mũdanæ originis annũ. Roboas delectu ex duabus ſuis
tribubus accuratiſſime habito, ad centũ octoginta, milia hoĩm inſtruxit ad bellũ, ui regnũ ex
Hieroboa repetiturꝰ. Fuiſſetq́ id bellũ haud dubie cruentũ (nihilo em̃ minoribus erat odijs q̃
uiribus gerendũ) cæterũ oraculo Roboas per Rameũ prophetã monitus abſtinendum bello
eſſe, eam populi defectionẽ ad diuinã prouidentiã referri oportere, neq́ ei, neq́ hoĩm cuiquã
cuilicere diuinę uolũtati repugnare, his ille deſtinato bello abſtinuit. Hieroboas qui Sycimen
ſi cõuentu rex fuerat creatꝰ, quũ forte Scenopegia ſtatũ gentis ſacrũ inſtarent, ueritus ne po‑
pulus religionis cauſa Hieroſolymã frequẽs adiret, ibiq́ plurimũ dierũ cõmercio à ſe alienare
tur, duo uitulina ſpecie ſimulachra ex auro cõflauit. Horũ unũ Bethele loco celebri, circa Da Vituli aurei Hieroboæ.
nem, alterũ publice dedicauit, multitudineq́ ad cõcionẽ uocata, ita de pietate & religione diſ‑ Oratio Hieroboæ.
ſeruit: Scio uos non ignorare uiri Iſraëlitę, deũ cuius prouidẽtia oĩa regunt̃, ubiq́ recte propi‑
tiari, nullũq́ in terris eſſe locũ, in quo ille non adſit pie operãtibus, ſolẽnes preces & uota exau
diat, quod quũ ita ſit, non eſt cur ueſtrũ quiſq̃ Schenopegiorum cauſa, quorũ ſacrum inſtat,
Hieroſolymã proficiſci uelit. Homines templũ illud ſtatuerũt, nõ cœlites hoĩs uoce dedicari
cõtigit, en & homo ipſe (quod dicere mihi liceat) non minus fortaſſe pius q̃ ille fuit, nec minus
innocẽs, ne q̃d hoc noĩe ab hoibus noſtri regni deſideret̃, pro uno, q̃d Hieroſolymis eſt, duo
uelut tẽpla uobis cõſtitui, aurea uituli effigie utrobiq́ dedicata, ad quas uelut aras quaſdã deo
optimo ſacra populus perſoluat. Adijciã ſacrorũ miniſtros Leuitas & ſacẽrdotes, ne quid ad
cultũ religionis uobis deſit. Hic illi uitulũ deo mactabũt, & arietẽ unũ, quod Aaron pontificũ
primus feciſſe dicit̃, atq́ ita uobis poſthac tam incolumis q̃ antea manebit ſacrorũ ritus. Cęte
ris totius gẽtis cõmodis, eius quẽ inter uos legitime regnare uoluiſtis, induſtria & diligẽtia de‑
ſeruiet. His uerbis Hieroboas ſimul & autoritate qua pollebat, traxit ſtultã multitudinẽ in ſen
tentiã, hinc miſerę genti ſenſim à uera religione auerſæ, oĩm malorũ quæ poſtea ſecuta ſunt,
caput & origo extitit. Inſtantibus igit̃ Scenopegijs, Hieroboas Bethlehẽ urbem cõceſſit, ubi
ara ante uitulũ dedicata, ipſe pontifex ad id creatus cum ſacerdotibus ſacra inchoaturꝰ aſtitit, Iadanis prophetæ denunciatio.
erantq́ iam hoſtię altari admotæ, quũ Iadan propheta, quaſi numinis caduceator affuit. Is re

n gem corã

gem coram affatus, primo ſacra inhibet prophano ritu inchoari, quibus niſi abſiſtat, fore obnunciat, ut ex Dauidico genere aliquis ſacerdotes ad aras ipſas qñq; crudeliter obtruncet, impiorumq; oſſa ſuper ipſum impiũ cõburat. Quam oraculi ſpeciem ne uanã arbitrarent̃, adijcit fore, ut mox ara illa ſponte ſua in duas ſcinderet̃ partes, ut quicquid eſſet illi cõgeſtũ fœde humi diffunderet̃, nec oraculo fides defuit, quin repente miraculũ eſt oculis oblatũ, ara in partes duas abrupta, omnemq; ſacrorũ apparatũ uelut deo ingratũ diſcuſſit. Secuta & alia admiratio, Regis dextera quã in prophetã uiolẽter intẽderat, ſubito lãguore obtorpuit, tabeſcereq; cœperat, quũ Iadam p̃cibus regis fatigatus, priſtinam illi ualetudinem ab numine ĩpetrauit, mox comiter inuitatus, ab regis & aliorũ conuiuio uelut prophano abhorrens pertinaciſſime abſtinuit. Et iam Hieroſolymã uerſus unde uenerat, iter intẽderat, quũ homo quidã grandis natu, qui & ipſe ob creditã diuinationẽ in ſumma erat apud regem ueneratione. Tenebat ſe is in priuato, cæterũ nunciantibus filijs quæ ſub Iadanis aduentu facta eſſent miracula, & q̃ feſtinato Iadan urbe exceſſiſſet, cõfeſtim mandat ſibi aſinũ clitella inſterni, in quem ſublatus pleno gradu in abeuntẽ ire pergit, eumq; nec procul urbe aſſecutus, ſub ilice arbore quieſcentem inuenit, hic quũ uterq; alterũ ſalutaſſet, mirari ſe dixit Bethelcius ſenex, ꝙ homo propheta ad prophetã non diuertiſſet, cæterũ oraculi iuſſu properaſſe ſe eum ab inſtituto itinere reuocare, ut hoſpitali menſę admoueret. Credidit Iadam, atq; una in urbẽ reuerſus Bethelej hoſpitis domiciliũ ſubijt, hic hoſpitali menſę admotus, ſenis fraudẽ continuo ſenſiſſe dicitur, ſubitoq; numinis afflatu fore prędicẽs ut paulopoſt, quoniã quæ agere iuſſus eſſet, parũ rite peregiſſet, iter eundũ à leone laniaret̃. Haud dubie apparet ad eleuandã Iadamis fidẽ Betheleium ſenem in urbẽ eum retraxiſſe, ut ſi à ſe decipi cõtigiſſet, aſſertæ diuinationis apud regẽ coargueret. Cæterũ ita numini placuiſſe credere par eſt, ut Hieroboas rex & alij p̃ſenti metu leuati ſuæ impietatis aliquãdo meritas luerent pœnas, diſcerptũ à leone Iadanẽ Bethelej hoſpitis filij iuſſu patris ſepeliuerunt, ipſe ſenex ad eum metũ diſcutiendũ, qui regem & alios ob ea quæ acciderant inceſſerat (ficta em̃ diuinatione magna ex parte prauã religionem induxerat) regem adijt. Ad quẽ multa de Iadanis fide cauillatus, & à ſe eum deceptũ, & inde à belua laceratũ denũciat, nec ꝓdigij loco duci oportere, ꝙ aut ara in duas partes ſciſſa eſſet, aut ipſi dextera debilitata, laſſitudinẽ eam fuiſſe ex nimia uictimarũ attrectatione, aram rudi adhuc materia nimiũ rerũ onus ferre nequiuiſſe. His ille regis animũ etſi religione & metu iamdudũ occupatũ, pronum tamen ad ſuperſtitionẽ, facile perpulit, ut nihil de nouo ritu amplius mutaret. Roboas interim omni, ut dixi, recuperandi regni actione depoſita, ut ſuarũ partiũ opes firmiores redderet, plures cõdidit intra ſuos fines urbes, Bethelem, Icam, Tecos, Bethſuram, Sochum, Odollam, Nipam, Mereſam, Zipham, Adoram, Iachim uero Zetheram, Hellũ, Nebronemq; inſtaurauit. Multiq; mortales interim antiquæ pietatis deſiderio, ab Hieroboa Hieroſolymã perfugerũt. Quo factũ, ut triẽnio, quo Roboas moderatius regnauit, ſupra modum res eius regni creuerint. Sed præſens rerũ ſucceſſus, & effrenata libido, ipſum quoq; ut patrẽ à uera pietate & iuſtitia diuerſum abripuerunt. Deuinxit is ſibi duodeuiginti fœminas matrimonio, & in his Macham, Abſalone genitã, ex qua illi Abias natus eſt, nec tam uario cõnubio contentus, pellicibus eſt triginta uſus, quo factũ ut uirilis ſtirpis filios octo & uiginti extulerit, filias ſexaginta. Sed ſic ferè cõparatũ eſt ubiq;, ut quales ſunt principum mores, tales ſint & eorũ qui ab illis regunt̃. Roboæ uita malis libidinibus profligata, mox cum eo cætera multitudo in omne nefas & ſcelus abijt, neq; pietas, neq; rectũ cuiq; curæ eſſe amplius, libidine & luxuria laſciuire, ſed quo impudẽtius in omne flagitiũ ruebat ciuitas, eo celerius ſecuta eſt ultio. Seſachus Ægyptiorũ rex, cum lx. milibus equitũ, peditũ quadringentis, curribus ad bellũ inſtructis mille & amplius, Roboæ regnũ ingreſſus, primo occurſu urbes Hieroſolymæ circuniectas ui cepit, regiæ inde urbi copias admouit. Tum rex & alij fauore numinis deſtituti, quũ aliquãdiu obſidionẽ tuliſſent, demũ fracti animo, omniq; ſpe futuri ſucceſſus abiecta, certis cõditionibus hoſtẽ intra muros accipiunt. Tum Seſachus fœdera aſpernatus, omnibus ſacris theſauris templũ ſpoliat, regiaq; domui clypeos & haſtas aureas adimit. Miror Ioſephum huncdixiſſe, quem Herodotus Seſoſtrem appellat, quum ille ſi recte tempora ab ijs quos ſequimur digerunt̃, aliquot ætates Roboæ regnũ pręceſſiſſet, uerũ quiſquis Seſachus fuit, ac

Iadanis prophetæ denũciatio.

Hieroboæ manus tabeſcit.

Iadan propheta à leone laniatur.

Cõditio plurimarũ urbium.

Roboæ uita infelix.

Diripitur tẽplum & regia ab Aegyptijs.

C

D

A it,ac quocunq; tēpore,nam id pro certo haud ponere auſim. Roboas ut faciē cladis illius domeſticæ reſarciret,pro aureis haſtis & clypeis pari numero ære facta repoſuit. Vixit īde plures annos homo omnibus ingratus. Perijt annos natus octo & quinquaginta,quū ſeptēdecim regnaſſet,multoq; maiore parte tēporis iniurijs & īfamię obnoxius. Potiti ſunt rerū cū eo Therſippus Athenis,in Achaia Primas quartus Corinthiorū rex,in Latio Atys Syluius,qui ſeptimus Albæ ab Aſcanio regnauit,Lacedæmone Beriſthus,Pirinthiades in Aſſyria, qui trigeſimus ſecūdus rex fuit à Nino. Incidit Iſraelitici regni diuiſio,quę à Roboæ temeritate,ut ſupra eſt à nobis demōſtratū,profecta eſt,niſi quis hanc quoq; ut cætera ad diuinā referat prouidentiam;in eū annū qui ſupra quatermilleſimū quintus fuit ab urbe cōdito,ac ducēteſimus. Abias Roboæ ſucceſſit;hunc paterni regni opibus Ægyptiaco bello fractis, & ætate nondū ſtudijs bellicis ſatis matura,ſibi iniuriæ opportunū ratus Hieroboas haud multo poſtq̄ pater uita deceſſit,terribili bellorū apparatu eſt adortus,ſuæ impietatis furię hominē agebant in om̄e ſcelus præcipitē,quippe qui præter Iadanis minaciſſimū reſponſum per Achiam quoq; prophetā,ad quem uxorē ignoto habitu de ſalute filij grauiter ægrotantis Silonem ſciſcitatū miſerat,reſponſum inde erat,fore,quoniā à ueri dei cultu deflexiſſet, ut grauiſſima ultio omnē eius progeniē ſequeret. His terrificis prophetarū dictis,non modo ille non aliquid ex præſenti impietate remiſit,ſed tam graui etiam q̄ nefario bello Iudaicū nomen implicuit. Si licet rerum ſcriptoribus in his quæ dicunt ſuam aliquādo coniecturā interponere,uidet mihi Hieroboas non tam religionis aut gentis odio(ut Ioſephus exiſtimat)arma induiſſe,q̄ ut Abia paterna ſede depulſo,diuiſum nuper regnū iterum ſi uictoria ſecuta eſſet in unum coaleſceret, ſed quācunq; ille inferendi belli habuit cauſam,ad Ammorreorū montē cum octoginta milibus hominū tumultuoſe cōſcendit, Nec Abias qui ſuper ætatē ſapere creditus eſt, in re tam trepida deſedit,quin delectu accuratiſſime ex duobus tribubus habito, cum lx. milibus bellatorum illi obuiā progreſſus,haud procul ab hoſte caſtra fecit,& iam acies pugnādi ſtudio in

Anni mūdi.

Hieroboæ cōtumacia.

Hieroboas Abiæ bellū.

B procinctu ſtabant,quū Abias ex edito quodam loco manu & uoce ſilentiū dum pauca loqueretur ab hoſte petijt. Quod ubi illi datū eſt,ſic inter utranq; aciem ſtans locutus dicit: Nemo eſt,inquit, ueſtrum uiri Iſtaëlitæ,qui non aliquādo audiuerit regnū in omne Hebraicum nomen Dauidi noſtræ familiæ autori,à deo per prophetā conceſſum,nec ipſi ſolū,ſed ijs quoq; qui ab illo procreati eſſent,in multas ætates incolume manſurū,nec in animum inducere poſſum, uos alieno furore ab antiqua religione ita alienatos,ut non adhuc perſuaſum habeatis, nihil magis incaſſum mortales laborare,q̄ diuinæ obſiſtere uoluntati,q̄ quo melius uobis q̄ cæteris gētibus nota eſt,eo magis magiſq; miror,ecquænā obliuio,ne amentia dicā,uos uiri Iſraëlitæ qui religioni & iuſtitiæ ſemper conſultū uoluiſtis,eo die cepit,quo Roboæ Salomonis filio, Dauidis nepoti regnū abrogaſtis,nec uideo cur pauca uerba quæ non tam naturę uitio, q̄ ferocioris ætatis,uel quorundā potius æqualiū ſtulta perſuaſione exciderant,maioris apud uos momēti eſſe debuiſſent,q̄ aut patris eius,aut aui in uniuerſam gentem meritū. Sed fuerit eſto improuidi uiri intempeſtiua actio oīm malorū cauſa,nihil Dauidis ſanctitas,nihil Salomonis ſapiētia ſit apud uos merita,dicite quæſo quæ dira mētis caligo, quæ rerū oīm obliuio animos ſubijt,ut impiū regem ſecuti,pro religione ſuperſtitionē,pro pietate impiū cultū, pro uero & ſingulari deo,in cuius tutela maiores noſtri ſemper fuere,dæmones ſequeremini? O infelicē diem,ô Sycimin execrabilē,tuq; crudelis Hieroboa,qui in tenebras inextricabiles decem nobiliſſimas tribus cōieciſti,quas tanta indole in libertatē aſſertas Moſes ad uerū religionis cultū traduxit. Sed quid ego Iſraëlitæ uiri,magis ueſtrā q̄ omniū fortunā q̄ror? Aut quem potius q̄ te accuſem impie Hieroboa? qui non contentus Iſraëlis progeniē à uero cultu alienaſſe,uitulos pro deo colēdos poſuiſſe,uanos lucos,uanaſq; aras dæmonibus cōſecraſſe, auguſtiſſimū dei templū,aram pientiſſimā oraculo erectam,rite dedicatā,Arcam fœderis, miniſtros Leuitas nefario bello petijſti,eo(qs ignorat?)cōſilio,ut q̄cquid ueri cult⁹ uereq; pietatis in terris ſuperſit,id prius ciuili cruore prophana,tum penitus extinguas? Sed ſcelerum furiæ Hieroboā agunt Iſraëlitæ uiri,uos quęſo pietatē reſpicite,uos dirū nefas inhibete,nec q̄a plures numero adeſtis,in eo ſpem uictoriæ reponite,quaſi nunq̄ fando auditū ſit quoties maiores noſtri præſidio numinis adiuti,pauci inermes ingētiſſimos profligarūt exercitus, hinc pietas, inde

Abiæ oratio ad hoſtes.

tas inde iuſtitia noſtrã muniũt aciẽ, his ducibus cõflicturi ſumus, harũ ductu dimicaturi, uos C
Peroratio. in q̃ numina ituri ſitis, dũ licet aduertite, in om̃i re tarda pœnitẽtia eſt, ſed in bello tardiſſima.
Videbat̃ Abias huiuſmodi uerbis motũ oĩno aliquẽ apud hoſtes facturus, quũ cõſpecti ſũt,
q ab Hieroboa miſſi fuerãt, ut Abiã à ſuis excluſum interciperẽt, q̃ res ab Abianis p̃uiſa, con
feſtim ijs materiã p̃buit cũ hoſte cõcurrẽdi. Primoꝗ ſacerdotibꝰ tubis canẽtibus pugnã capeſ
ſunt, mota inde cætera acies, nec diu ancipiti eſt euẽtu dimicatũ. Hieroboæ copiæ metu ſolutæ
Abiæ uicto/ria. fugaꝗ diſiectæ ingentẽ Abiæ uictoriã reliq̃re. Quinquagita Hieroboanoꝝ milia eo die deſi/
derata dicunt̃. Abias haud p̃ſenti uictoria cõtentus, in hoſticũ tranſijt, ibi urbes plures ui ca/
ptas diripuit, & in his Betuliã, quã cũ circũiecta regione p̃ſidio retinuit. Hieroboæ rebus uno
p̃lio, ſed eo calamitoſiſſimo fractis, Abias Samariã iam inde ſuis habuit armis obnoxiã, eius
Abiæ mors. uita oĩno breuis, triẽnio q̊ regnare cœpit, ex humanis deceſſit, octo & triginta filijs promiſcuæ
prolis ſup̃ſtitibus relictis. Quã cõiectura adducor Abiã haud tã iuuenẽ fuiſſe, q̃ Ioſephus ſcri
Hieroboæ mors. bit, quũ à patre regnũ accepit. Aſas quẽ ille ex Macha genuit, in regnũ ſucceſſit. Cuius altero
regni anno Hieroboas perijt. Nadab eius filius diræ ſup̃ſtitionis ritũ cõplexus, tam impie ꝗ
pater res Samariæ adminiſtrauit. Nec felicius q̃ ille Palæſtinis bellũ intulit. Premebat ille Ge/
bethum urbẽ graui obſidione, quũ Baaſæ hoſpitis fraude altero ſui regni anno perijt. Baaſa
Baaſa. quidẽ rerũ potitus, oẽm Hieroboæ p̃geniẽ (q̊d ille in humanis adhuc agens ex oraculo futurũ
cognouerat, crudeliter extinxit. Melior alteriꝰ regni ſors fuit, cuiꝰ opes Aſę ductu, & auſpicijs,
domi pietate, foris rebus p̃ſpere geſtis maiorẽ in modũ augeri cõtigit, ęque ille religionis, belli
cæꝗ laudis ſtudioſus, q etſi nihil ex ipſo ſacrorũ ritu ueteriꝗ cęrimonia eximi p̃termittiuẽ pa
teret̃, q̃ tñ ad rem bellicã attinebãt, pari ſtudio ſucceſſuꝗ adminiſtrauit. Ioſephus autor eſt ha
buiſſe illũ in armis bellatorũ quingẽta l. milia, quorũ pars maxima ſcuto uterent̃, cætera mul/
Aſæ potẽtia titudo partim haſtati, partim ſagittarij. His Aſas uiribus fretus ad Moriſam Iuditarũ urbem
cũ Zara Æthiopiæ rege, q cũ cc. milibus peditũ, decẽ equitũ, uel ut diuinæ literæ habẽt, cũ deci
es centũ milibus bellatorũ, & ccc. curribus Palæſtinæ fines ingreſſus, ad ea uſꝗ loca uictor pe/ D
netrauerat, intrepide cõflixit, cauſam illati ab Æthiopibus belli nullã autores, q̊s ſeq̃mur tra/
Aſa Aethiopem prælio ſuperat. dunt. Tantũ memorãt Æthiopẽ ingenti p̃lio uictũ in Geratidẽ regionem uſꝗ ab uictore Aſa
uictricibuſꝗ copijs cũ multa cæde actũ, ingens p̃da parta, argẽti & auri uis maxima in hoſtiũ
caſtris reperta, capti adhęc cameli q̃plurimi, exercitus cũ opulẽta p̃da domũ reductus, ad cul/
tum religionis Azariæ monitu aliquãto etiã intẽtius reuocatus. Baaſa q neꝗ Hieroboa, neꝗ
Hieroboæ filio impietate & ſæuitia inferior fuit, nec Gimonis p̃dicatione melior factus, Ra/
mathã urbẽ xl. ſtad. ab Hieroſolymis cepit, captãꝗ ad deſtinatũ hoſtẽ bello laceſſendũ uali/
Irriti Baaſæ conatus. do p̃ſidio firmauit. Nec Aſas hos Baaſæ motus clauſis ſpectabat oculis (haud em̃ dubiũ erat
quorſum ea uis tẽderet) miſit cõfeſtim legatos cũ magno auri & argenti põdere ad Benedabũ
Damaſcenũ regẽ, qui antiquo fœdere cũ eo renouato, ad Baaſæ fines bello inceſſendos horta
rent̃, q̊d ille cũ nihil grauate feciſſet, trepidiſſimis nũcijs Baaſas reuocatus (afferebat̃ em̃ Da/
maſcenis armis regni fines uaſtari, & iã urbes in his nõnullas captas, & incẽſas eſſe) Ramathi/
na munitione abſtinuit. Eo igit̃ digreſſo, Aſas loci opportunitatẽ haud aſpernatus inchoatũ
Baaſæ cædes. ab hoſte opus ad exitũ perduxit, Gabaa & Maſpha haud procul inde cõſtitutis. Quieuit iam
inde Baaſas, ſed nihilo tutior in ocio fuit. Creon domeſticis inſidijs exceptũ obtrũcat. Helan
filius eſt illi ſurrogatus. Hũc eo biennio q̊ regnare cœperat Zamarias equitũ p̃fectus, quũ a/
pud diſpenſatorẽ ſuũ cœnaret, paucis in eũ equitibus immiſſis, ĩprouiſo opp̃ſſit, ac ne quid ad
Samaritanorum ſeditio. occupandũ regnũ ſibi more fieret, poſt regis cædẽ oẽs ex Baaſæ domo ad unũ ſuſtulit, q̊d fu/
turũ Gimon propheta Baaſæ multo antea fuerat uaticinatus. Helanis cæde ad exercitũ plato,
ingens militũ aĩos indignatio cœpit, Amariꝗ duce ſibi cõſtituto ulciſcendi ſceleris ſtudio, con
feſtim motis caſtris in Zamariã regiæ cædis autorẽ tendũt. Erat tum ille Therſæ, qua ſub pri/
mum copiarũ acceſſum uiolẽter capta, Zamarias ne uiuus in militũ poteſtatẽ ueniret, ſeip̃m
cũ regia domo cõcremauit, quũ ſeptẽ duntaxat dies regiũ nomen obtinuiſſet. Hic ſeditione in
ter milites orta, quũ alij Themanem, alij Amarin regnare uellẽt. Themane militari ſeditione
Amaris rex interfecto, Amaris eſt rex cõſalutatus, qui duodecim deinceps annos rerũ eſt Samariæ potitꝰ.
Fuit is nihilo in populũ mitior q̃ cæteri fuiſſent, ſed pietati & religioni multo infeſtior. Aba/

A bus ei filius ſucceſſit, qui paterna ſecutus ueſtigia, ſupra odiū pietatis, oībus probris ſe regiūꝗ; — Ababus.
nomen cōtaminauit. Diuerſo ab his rerū curſu omnia interim Hieroſolymis florere, quietior
rerū ſtat⁹, & ob Aſæ māſuetiſſimā adminiſtrationē pietatiſꝗ; cultū multo felicior. Sed dū hæc
in Iudæa fiunt, in Latio Capys octauus ab Aſcanio Albæ regnū tenuit. Sunt, q̊d miror, qui — Capys.
Capuæ, quę ſuper Vulturnū amnē ſita eſt, hunc autorē arbitrent᷑, quū multo plures eum qui — Capuæ conditor.
fuit Æneæ comes autumēt. Liuius & Strabo à cāpeſtribus locis quibus ſita eſt, urbē appella-
tam ſignificare uident᷑. Vulturnūꝗ; ab initio dictā. Hetruſcorū id oppidū non Albanorū alte
riuſué gentis fuiſſe Alicarnarſeus Dionyſi⁹, in ijs q̃ uarie ſunt de urbis origine prodita, uulga
tum fuiſſe ait ſermonē, Æneæ filios poſt eius interitū inter ſe Latinorū regnū partitos, Aſcani-
umꝗ; Albā & alia quędā oppida cōdidiſſe, Romā uero Capuā quā à proaui noīe ſic appella-
uerit, & alterā ab eo conditā quā Anchiſen ab auo, tertiā à patre Æneā urbē, quē poſtea locū
Ianiculū dixerint, nouiſſime Romā ipſam à ſe denominaſſe. Cęterū Trāquill⁹ (q̊d ad Capuę
nomen attinet) autor eſt, paucos ante menſes q̃ dictator Cæſar ſit in curia interfectus, tabulā
æneā ueteri monumēto circa Capuā repertā, in quo dicebat᷑ Capys eius urbis cōditor ſepul- — Capys uaticinium.
tus, literis & uerbis Græcis ita cōſcriptā, quādo oſſa Capys detecta eſſent, fore, ut ab Iulo pro-
gnatus, manu cōſanguineorū necaret᷑. Quæ ſi uera ſunt, qui nomē ipſum à cāpeſtri loco factū
exiſtimant, in manifeſto fuiſſe errore uideri poſſunt. Capys igit᷑ Albanū regnū Capeto tradi
dit, quo ſanè tēpore Lacedæmone rex erat Ageſilaus. Fuit & alius eodē noīe aliquot poſt æta
tes longe illuſtrior, cuius geſta ſuo à nobis loco poſtea reddenda ſunt. Phorbas per id quoꝗ;
tēpus Athenis eſt rerū potitus, Corinthi Bacis, in Aſſyria Orphateus tertius à Nino & trige-
ſimus, in Ægypto Neſphercheres. In Iudæa Aſas altero & quadrageſimo ſui regni anno uita
deceſſit. Ioſaphat ex eo natus, regnū à patre per manus accepit, quū haud multū antea Acha — Achabus rex.
bus Samarię regnare cœpiſſet. Is Iezabelē Ionabalis Tyriorū regis filiā duxit uxorē, cui⁹ ſua-
ſu eo inſaniæ proceſſit, ut ſuper uitulorū cultum, quem à maioribus acceperat, alienos etiā de- — Iezabel.
B os complexus, paſſus ſit intra ſui regni fines lucos illis & aras cum ſacerdotibus conſtitui, & in
his Baalis templum quē Sidonij peculiariter colebāt. Ad hunc igit᷑ Helias ex Thesbite Galaa — Baal. Helias.
tidis terræ oppido uenit, à quo eſt monitus, fore, ut ob præſentē impietatē, ſideris ardore, lon-
gaꝗ; cœli intemperie, toto eius regno fruges cum oībus animātibus abſumerent᷑. Quibus ille
minis quū nihil ab impio inſtituto abſiſteret, Propheta Sareptam urbem haud procul à Si- — Viduæ filius.
done contendit, ut q̃ longiſſime ab Achabi ſcelere abeſſet. Hic cibo à uidua muliere refectus,
eius filium haud multopoſt morbo extinctū ad uitam reuocauit. Mox in grauiſſima cœli in-
temperie Helias à rege requiſitus, repertuſꝗ; in Carmelo monte, Achabo & multis mortali-
bus uidentibus ad coarguendā alieni ritus ſtultitiam dei maximi aræ admotā, ſine igni in ho-
locauſti ſpeciē totam cœleſti flamma ad tempus delapſa concremauit. Populus rei miraculo
perculſus, ſacerdotes quos alienis dijs Achabus & uxor ſacrarant, trucidauit. Tum uero impię — Heliæ fuga.
Iezabelis iræ in Heliam exarſere, cuius imperio ad ſuppliciū requiſitus, ſeſe ille è medio prori-
puit, Berſabeamꝗ; petijt (in Iuditarū finibus ea urbs ſita fuit) inde per deuia & ignotos ſaltus
ad Sinam montē ſolus pertendit, inibi quū aliquādiu profundā ſpeluncam incoluiſſet, cœle-
ſti uoce iuſſus eſt in Samariam redire. Ibiꝗ; Hieum Manſi filiū futurū regem inūgeret, & He-
liſeum Abeli indigenam ſibi prophetā ſubrogaret. Ferūt in eum arantem pallio ab Helia in
iecto, confeſtim ex ignaro & agreſti diuino ſpiritu afflatum. Ipſe uero poſteaq̃ numinis impe
rium peregit, haud multū deinceps in humanis uerſatus, Heliſeo uidente in cœlū eſt aſſum- — Heliæ exitus.
ptus. Sed priuſꝗ; hæc in eo euenerint cum Achabo rege iterū cōgreſſum ſignificare uidetur
Ioſephus, à quo monitus ſit futurū, ut ipſe cum tota progenie nō multopoſt graues eſſet pœ-
nas expenſurus, ob Nabothi cædem, quē Iezabel uxor ſub falſo crimine populo necandum
obieciſſet, ut eius prędijs potiret᷑. Tali oraculo Achabus conſternatus ſaccū induit, humiꝗ; mi — Achab ſaccum induit.
ſerabili modo afflictus, ueniā precari, qui cum aliq̃diu in hoc luctu & merore fuiſſet, iterū pro
phetę uoce eſt iuſſus bene ſperare, nec ignorare meritā cædis ultionem ad poſteros, non ad ſe
peruenturā. His ille leuatus, haud multo interiecto tēpore, difficili eſt bello ab Adado Syriæ
& Damaſci rege petitus. Cauſam illati belli non reperio, tantū Ioſephus ſcribit legatos ex Sy — Adadus Samariā depopulatur.
ria ad Achabū ueniſſe, uxorem & omnē regiam ſupellectilem ſibi dari poſtulantes, polliciti

 fore

ſore,ut ſi ea impetrata forent,cõfeſtim ex Samariæ finibus Adadus excederet.Premebať iam C
dudũ Achabus graui obſidione,ut ſe igiť & ſuos præſenti bello leuaret,reſpondit ſe imperata
facturũ.Poſtridie uero quũ ijdem legati affuiſſent,peterentq́; fieri ſibi poteſtatẽ ſecreta oĩa
perſcrutãdi,ut ex fide repræſentarenť,oĩa quæ dedita eſſent,cõmotus ĩpudẽtioribus poſtu/
latis Achabus,eos ex urbe eiecit,populũ ad cõcionẽ uocauit,hic quę inſolẽs hoſtis per legatos
Achabi concio. dari petijſſet,expoſuit,& quæ ipſe pro ſuorũ incolumitate dare ab initio non abnuiſſet. Cæte
rum redijſſe ad ſe eoſdem legatos,qui ad hoc miſſi eſſent,ut totã regiam ad libitũ cõpilarent,
quoniã ſi ita deus uelit,ſtatutũ habeat Syrus Samariæ regem,quẽ improuiſis belli terroribus
obnoxiũ ſibi fecerit,non uxoribus modo,regiaq́; gaza multare,ſed nudũ etiam ſtatuere. At
ne non oĩa me pro ueſtra ſalute uelle arbitremini,uitã propriam,nedum opes (modo ſenti
am uos ita uelle)paratus ſum pro meorũ incolumitate effundere.Ibo ego,ac( ſi ita uobis cor/
di eſt)non regiã ſolum illi patefaciã,ſed nudus in caſtra egreſſus crudeliſſimo hoſti iugulum
aperiendũ dabo,ſcio & fateor nihil magis regem decere, q̃ ſuo ſanguine ( ſi ſanguine opus
ſit)populum ſeruare.Sed uos hic corã q̊d in hac re mihi ſit agendũ dicite,quæſo, nam q̊d ad
me attinet,nulla eſt fortuna tam miſerabilis,nulla tam triſtis & horrida,quã pro meorũ ſalute
non ſim ultro libenſq́; ſubiturus. Cõmotus tam populari oratione ſuperbiſq́; hoſtiũ poſtu/
latis populus,omnia prius ſibi ferenda exclamat,q̃ cõditiones pacis tam ignominioſæ accipe/
ret,pergeret modo rex urbẽ tueri,cõſideret ſe futurũ,ut uel deus,uel mortales ipſi aliquẽ cala/
mitoſo bello exitũ inuenirent. Cõuerſis igiť ab oĩ pacis ſtudio ad arma,ſuperuenit prophe
ta,uictoriã per iuuenes principũ portendi demõſtrans.Achabus etſi minaciſſima hoſtiũ de/
nunciatione admonebať,ne temere pergeret uim pati uelle,quũ tam numeroſo cingereť exer
Adadus profligatur citu,ut ſi ſinguli terræ glebulã mœnibus admoueant,momẽto tẽporis uideat murorũ faſtigia
aduerſis aggeribus æquari,prophetæ tamen uocibus ſuorumq́; cõſenſu fretus,centũ & trigin
neqꝫ ſi uellent ſcirent amplius priuatim uiuere, eſſentq́ꝫ ex omni parte patrię dediti, ꝙ uel uniꝰ
uox declarauit optime (Paridetes is dictus) qui cũ in trecentorũ numerũ ſuffragio nõ recipere/
tur, hilari fronte domũ repetens dixiſſe fertur, gaudere ſe plurimũ, ꝙ trecentos uiros patria ha
beret, ꝗ publico iudicio ſe meliores eſſent. Suffragandi ratio ut cætera ab alijs gentibꝰ diuerſa,
Suffragia laconum. pauci ad hoc ipm̃ delecti cõclaue comitio ꝓpinquũ ſubibãt, uñ ipſi neqꝫ quẽpiã uiderẽt, neqꝫ
ab ullo uiderent̃, tũ uero ut primo alterõue loco cõpetitoꝝ nomina ſortito educta eſſent, quã/
tus uocũ aſſenſus ad ſingula nomina ortꝰ eſſet, diligent̃ attendebant, ac quoto quiſq́ꝫ clamor
loco maior minórue eſſet ad ipſoꝝ aures redditus, tabella ꝑnotare, ex qua in publicũ miſſa ꝑ
cipiebatur, cui competitorum plures eſſent uoces ſuffragatę. Primus ad hęc Lycurgus om̃i ſu/
perſtitione ſublata ꝑmiſit caduera in urbe ſepeliri, tũ etiã circa tẽpla ſortiri monumẽta, nec uiri
aut fœminę nomẽ licebat cuiꝗ̃ ſepulchro inſcribere, niſi eorũ ꝗ fortiter in bello perijſſent, lugẽ
di tempꝰ undecim erat diebꝰ finitum. Nec ciuibus peregrinari ꝑmiſſum, ne alienos mores ur/
bi importarent. Quin & peregre eo delati, niſi qui reipublicę utiles eſſent, urbe excludebantur.
Thucydides eſt autor, ne quid Laconicæ diſciplinæ peregrinæ gentes inbiberẽt, quod ſatis in/
humane haud immerito aliꝗs dixerit. Plutarchus ꝙ propius uero eſt, ne mutuo cõgreſſu no/
ui ſermones ĩ urbe orirẽt̃, & ex his noua iudicia, diſſonęq́ꝫ uolũtates, ꝗ̃ ſunt publicæ ꝑniciosiſ/
ſimę. Et hęc in Laconica ciuitate inſtituenda Lycurgus, ꝗ ſcđm hęc Lacedęmone ꝓfecturus, ue
lut Delphos petiturꝰ ut oraculũ ſciſcitaret̃, an rite illa apđ Spartiatas à ſe edita cẽſeret numẽ, ſa
tiſue ad ciuitatis felicitatẽ ꝑtinẽtia, oẽm cũ regibꝰ multitudinẽ iuramẽto adegit, ne ꝗđ ãte ſuũ
redituũ

A reditũ,ex ijs q̃ ad id tempus ſanxiſſet mutari pateretur,mox filiũ & neceſſarios cõplexus, quũ Delphis rem diuinã feciſſet, ne iuſiurandũ ciuitati remitteret Cyrrhæ ſibi mortẽ conſciuit. Timæus & Ariſtoxenus eum in Creta inſula defunctum prodiderunt. *Licurgi exitus.*

# ENNEADIS II. LIBER II.

AMBITIOSE Nimis ne impie dicam feciſſe uideri poterã,ſi dũ omniũ gentiũ illuſtriũq́ꝫ uirorũ geſta colligo tradoq́ꝫ monumẽtis literaꝝ,ea q̃ de⁹ optimus maxim⁹,ad cui⁹ ꝓuidentiã oĩa merito referuntur,ꝑ uiros pietate inſignes opatus eſt miracula,quia taliũ ratiõẽ humana infirmitas non capiat, ſiantq́ꝫ ob id multis q ſapiẽtiores uideri uolũt parũ ꝓbabilia,diſſimulẽ,quaſi uero illa digniora ſint relatu,q̃ Herodotus,Liuius,Dionyſius & cęteri reꝝ ſcriptores olim ſecuti ſunt portẽta,cũ haud dubie maloꝝ dęmonũ illæ inſidiæ eſſent,cũ hęc q̃ ab ſummo & ſingulari deo ꝑfecta intelligunt̃,quẽ humani generis cõſenſus tã uere q̃ pie pollentẽ optimũ maximũq́ꝫ cõfitetur. Nec me magis Polybij q hęc in hiſtoria nõ probat, q̃ multorũ qui idẽ factitarũt,mouet autoritas,q̃q̃ hũc ipſum merito rideas,q ſuę ipſius cenſurę oblitus,aut certe hiſtoriæ neceſſitate ductus, in dęmonica illa ſuorũ tempoꝝ uanitate delirijſq́ꝫ ſit inſigniter occupatus. Sed quid hoc attinet præfari,quũ ex ſcriptorib⁹ haud infimi ordinis extiterint,q de huiuſmodi rebus in parte operis unũ atq́ꝫ alterũ caput inſcripſerint. Sequar itaq́ꝫ & ipſe meum inſtitutum,prophetaꝝ diuinationes manifeſtaq́ꝫ dei opera,in Ioſephi hiſtoria, & in ſacris libris tradita per partes relaturus,quale prædictionis genus in Heliſeo extitiſſe memorant,qui quum iam ſenio confectus eſſet morboq́ꝫ grauatus,ut nõ multo poſt uita migraturus putaretur,Ioas qui Samariæ regnum à Ioachane patre acceperat,ad eum ingreſſus,quũ ſuam regniq́ꝫ ſui fortunam familiariter quereretur,quod Heliſei tutelam ſibi fatali neceſſitate ademptum iri cerneret,ubertimq́ꝫ interim fleret,eum flentem propheta paucis cõſolatus, primo humanæ legi nec fas eſſe,nec poſſe iri obuiam oſtendit,natum ſe ea conditione,ut quandoq́ꝫ è uita egrederetur: inde ꝑcipit ibi coram ab eo arcũ intendi ac ſe ſpectante ſagittas emitti, mirantibus cęteris quorſum illius iuſſa tenderent,poſt tertiũ iactũ Ioas deſtitit,tum quieſcenti regi Heliſeus,ſi ſępius,inquit,arcum tetẽdiſſes,omne Syrium nomẽ ꝑ te deleri potuit: nunc ſic habeto,breui fore,ut ex ea gente ſis ſagittarũ,quas miſiſti,numero uictorias æquaturus,recipieſq́ꝫ ab hoſte ter uicto q̃cquid ille tuo olim patri bello ademit. Hęc ille. Nec ita multo poſt uita deceſſit. Ioas defunctũ honorificẽtiſſime extulit,& illud haud relatu indignũ,q̃ in eius ſepulchro eueniſſe proditũ eſt: homo quidam à latronibus interfect⁹ temereq́ꝫ ut ſcelus lateret, in eius deiectus tumulũ,ſepulti corporis cõtactu,cõtinuo eſt ad uitã reuocat⁹. Ioas in ſpem certę uictorię erect⁹ Syriũ bellũ iã inde ab Heliſei morte aĩo meditat⁹,cognito Azahelis regis exitu filiũ eius ſubita ui adortus,triplici prælio uicit,uictũq́ꝫ intra Syrię fines cõiecit,ex eoq́ꝫ ter uicto quicq̃d ex Samarię regno Azahel occuparat,per ociũ recepit. Amaſias q Ioa patre defuncto Hieroſolymis regnauit(ſic enim accidit ut duo eodẽ nomine reges utrobiq́ꝫ in Iudęa rerũ uno tempore potiti eſſent)à paternæ cædis ultione regnũ auſpicatus, oĩes cõſpirationis olim in eum initæ ad pœnã requiſitos capitali ſupplicio affecit,horũ liberos incolumes ꝓſtitit,Moſaicę legis haud immemor,qua diſerte cautũ erat,ne patris ſcelera filius lueret. Accuratiſſimũ inde habuit delectũ,trecentiſq́ꝫ hoĩm milibus ad bellũ conſcriptis,& ut præſens armorũ apparatus terribilior eſſet hoſti,centum milia ex Samaritano regno ſtipendio cõduxit, etſi poſtea eorũ opa Amaſias nõ eſt uſus,ſtipẽdio illis remiſſo,propheta,q regi aderat,admonente,ut ab impio Samaritanoꝝ cõmercio & ſocietate ſuos abſtineret. Externis igit̃ auxilijs repudiatis, cũ domeſtico exercitu in Moabitas Idumęos & Gabaonitas mouit,ingreſſuſq́ꝫ hoſtiũ fines cum his acie conflixit,cruentoq́ꝫ ꝓlio uicit,ex uictis decem milia cecidere,totidem ferme capta. Inde late per hoſticum effuſus,ingentẽ prędam adeptus,ad Petram in Arabia caſtra fecit,& iam in apto uictoriæ curſu erat Amaſia,quũ ſtipẽdiarię Samaritanoꝝ copiæ graui ſe ignominia affectas ratæ,q̃ uelut parũ idonei milites ac per hoc indigni qui Iuditarũ in caſtris militarẽt,dimiſſi eſſent,in Amaſiani regni fines ꝓſidio nudatos,facto ĩpetu cæde & rapinis uſq́ꝫ Bethorõ oĩa turbauere. Nec uictoria Amaſię feliciter ceſſit,q ꝓſenti reꝝ ſucceſſu elatus ad patris ingenium,

*Polybij calumnia.*

B *Heliſei diuinatio.*

*Heliſei mors.*

*Mortui ſuſcitatio.*

*Amaſias ad bellum proficiſcitur.*

*Samaritani Iudæos infeſtant.*

& mores recurrit,captiuos deos quos ex Malachitana uictoria reportarat,religioſe eſt comple- C
xus.Redamare in eum propheta ac præter impietatẽ dementię quoq; factũ redarguere,quod
eos deos coleret q neq; cultores ſuos neq; ſeipſos tueri potuiſſent,iniquo ille aio eiuſmodi uo-
ces ferre,pſtare tamen in ſuſcepta uanitate.Affuit itaq; ut ſæpe aliâs ſceleris ultio,ad quam ac-
celerandã,ipſe ſibi uiam inuenit, Amalechitana uictoria elatus ad Ioam Samariæ Regem ſcri
bit,eſſe ſibi in animo omne Iudaicum nomen,qđ maiorũ culpa in duo regna abijſſet, in unũ
corpus,ut antea,unire uelle:itaq; & iubere,ut cũ ipſis tribubꝰ antiquo ſeſe imperio ſubijceret.
Quod ſi minus impigre iuſſa faceret,ſciret ſe nõ multo poſt utriuſq; regni uindicem affuturũ.
Cęterum tantum abfuit,ut minaciſſima Amaſię denunciatio Ioam aliquo modo mouerit,ut
De carduo & cedro. per literas regem ipſum ſuæ infirmitatis admonendũ duxerit.Libanitani cardui fabula tempe
ſtiue literis inſerta,qui ſuę humilitatis immemor cum cedro affinitatem iũgere eſſet auſus, cui
dum ſedulo ſtuderet,ſubito quadrupedis impetu ſit ꝓculcatus.Inſtruxit ille nihilo ſecius bellũ
quẽ uenientẽ intrepide Ioas excepit,ſed prelio uix bene inito inopinatus timor Amaſię mili-
tes cepit,ſecuta deinceps turpis fuga,rex ſuorum pſidio nudatus in hoſtiũ poteſtatẽ uenit,tum
uictor Ioas capto extrema ſupplicia minitans,niſi ſe intra regię urbis mœnia duceret,admotis
Hieroſolymã caſtris,dirutaq; murorũ parte trecentoꝝ cubitum ſpatio, triũphanti ſimilis Sa-
maritanus Rex urbẽ ingreſſus,ante ciuitatis oculos Amaſiam prę ſe captũ egit.Templo dein-
ceps ſacris theſauris ſpoliato,regiaq; magis direpta q̃ expilata, mœſtam & deformatam urbẽ
Amaſiæ interitus. mœſtiſſimo reliquit regi.Amaſias quũ uitã ob ignominiã & cladem acceptã indecore egiſſet,
anno ſui regni undetrigeſimo domeſtica cõiuratione perijt,in cuius locum Ozias filius ſucceſ-
ſit.Fuit Amaſias ab Dauid undecimus,inciditq; clades illa in annũ eius regni quartũdecimũ,
Temporũ ſupputatio q à Dauidis interitu alter à quadrageſimo ac ducenteſimo fuit annus:potiti ſunt cũ eo regno,
Teledus Lacedęmone,Athenis Pheredus,Ariſtomedes Corinthi,Albę in Latio Romulꝰ ali
quãdiu,& poſt eũ Auentinꝰ Romuli filius,q uni ex collibus,qbus poſtea Roma cõdita ẽ,no-
men dedit.Senſecor in Ægypto Serapis pater,q deinceps,ꝓ deo eſt in ea terra cultus, ut Euſe- D
bius ſcribit.Oſorthonq; ei ſucceſſit.Cyprijq; per id tempus maris imperiũ obtinuere. Quidã
Ioæ mors. terũ ſcriptores his temporibus aiunt Carthaginẽ conditam.Nec Ioas,ut ad res Syrias reuertat
ſtilus,Hieroſolymitanę uictoriæ ſacrilegæq; rapinæ diu ſuperſtes fuit,ſed uiolati tẽpli uix an-
no circumacto uita deceſſit,regno Hieroboæ filio per manus tradito:is quicquid terræ Hebræi
ab initio ad Hemathon uſq;,qua pte Iudęa ad aquilonem ſpectat,poſſederant,& ad meridiẽ,
Ionas propheta. ad Aſphaltidem uſq; lacũ,à Syris locorũ accolis bello uictis recepit.Prędixerat id futuꝝ Ionas
homo ut cũ multa diuinatione clarus,ita ad poſteros ob ea,q̃ in illo eueniſſe dicuntur, præci-
pua admiratione.Sacri libri & Ioſephus quẽ plurimũ in Hebraica uetuſtate ſequimur,cœleſti
aiunt uoce eum aliquando iuſſum in Ninum urbem proficiſci, ibiq; aperta prędicatione po-
pulo ſignificare futurũ,ut breui Aſſyrij imperiũ amitteret, ueritũq; ne ea uox in ſe hoim odia
uerteret,periculumq; uitæ afferret,longe diuerſum iter ingreſſum Ioppẽ maritimam urbẽ ue-
niſſe,nauiq; inde auectum in Ciliciam curſum intendiſſe, poſtea uero quàm altũ tenuit adeo
fœda eſt tẽpeſtate iactatus,ut nõ procul abeſſet quin maris magnitudine nauis uicta,fluctibꝰ
obrueret:nautæ in religionem uerſi,ex uectoribꝰ aliquẽ eſſe aiunt, qui infeſtũ habeat numẽ,
quiq; ſecũ occulto aliquo ſcelere cæteros in apertum uitæ trahat diſcrimẽ. Iam enim ſatis pſua
ſum erat omnibus,tantã uim maris ſine cœleſti ira cieri nõ potuiſſe,quũ nulli flarẽt uẽti.Tum
ſiue ſorte ſiue ipſo id petẽte,Ionas à nautis in ſubiectos fluctꝰ deturbat,exceptuſq; uaſtiſſimo
Cetus Ionæ. Ceti hiatu in eiꝰ aluo triduo fuiſſe tradit, ꝙ ſi quis ab eiuſmodi miraculis numinis prouidẽtiã
ſeiungat,merã ſibi fabulam narrari arbitret:ſed ita cordi fuiſſe illi credere par eſt, in cuius po-
teſtate præſidioq; ſunt oĩa.Scio ego Theologicæ diſciplinæ autores grauiſſimos, id myſtice
factum interpretari,ut figura illa fuerit, eorum quæ poſtea in Chriſto dei filio euenerunt qui
triduo in gremio fuit terræ,qđ ſuo poſtea loco explicabitur,ut Ionas in beluæ utero. Cęterum
ubicũq; ille(nã in Euxinum quidam aiunt delatum)eſt terris redditus,diuinæ non ignarus ꝓ
uidentię q̃ ęque terris mariq; polleat,iuſſa,q̃ nuper incaſſum detrectarat,præpropere faceſſit.
Oziæ geſta. Fuerunt Hieroboæ res geſtæ magnificæ & amplæ, uerum quæ Ozias(ſunt q Azariã uocent)
in altera Iudęę parte geſſit,nihilo minore fama feruntur.Philiſtæis bellũ is primo intulit, Ge-
thumq;

A thumq́; & Ianniam urbes de ea gente cepit,captas diripuit,direptas muris nudauit,inde bella
bellis ſerendo,in Arabes Ægypto finitimos arma tranſtulit. Hic uictor lateq́; euagatꝰ in Eri/
thręi ſinus ora oppidũ ſumma ope cõmuniuit,ualidoq́; pręſidio firmauit, pari ſucceſſu Am/
monitas ſubegit,ſubactiſq́; tributum imperauit. Sicq́; regni finibus Ægypto tenꝰ propaga/
tis,Hieroſolymam reuerſus,urbis mœnia uetuſtate priorũq́; regũ incuria collapſa, ualide in/
ſtaurauit. Conſtituit & aquæductus,& munitiones pleraſq; Arabũ montibus oppoſitas. Ha/
buit interim ſub ſignis florentiſſimas copias. CCCLXXX. hominum millia in eius caſtris fuiſ/
ſe dicuntur,omnium armorum generibus optime inſtructa. Nec quum rei bellicę ſtudio tene
retur,agrorum eſt cultum aſpernatus,uarieq́; in eo delectatus dicit̃,pręcipueq́; plantarũ ſatio
ne. Sed tantam bonorũ affluentiam uanus deorũ cultus funeſtauit. Perpetuus felicitatis cur/
ſus à uera pietate eũ auertit. In nulla fortuna minus homo ſibi conſtat ꝗ in ea, quę proſperri/
ma ſit. Magnę itaq; illi cũ Azaria Pontifice & uniuerſo ſacerdotum ordine de ſacrorum ritu in
tẽplo altercationes fuere. Suntq́; ꝓdigia interim tetra & obſcœna eius oculis obuerſata,demũ
ore totoq́; corpore lepra infecto,coactus eſt patrio more,medio excedere, nec ꝓ rege deinceps
multa egit, ſed filio ad adminiſtrationẽ admoto,priuatam uitam inſtituit. Per hæc tp̄a Phœni Ozias lepra inficitur.
ces ſeptimo maris imperiũ tenuere,quũ Aziphron interĩ Athenis princeps eſſet, cui Theſpieꝰ Temporũ
breui ſucceſſit,in Ægypto Tachelotis,Egemon Corinthi,Albæ Auentinus,qui tertiuſdecimꝰ ſupputatio
ab Aſcanio fuit,cuiꝰ mẽtio in priorẽ temporum relationem incidit. Tonoſcon in Aſſyria rex
erat,quẽ Græci & Latini ſcriptores Sardanapalum uocant:fuit hic ſextus à Nino & trigeſimꝰ,
poſtremus eorũ,qui in ea terra imperium habuere,mollis corruptaq́; uita,uel fatum potiꝰ re/
gni in cauſa fuit,ut orta à Medis defectione,plures uno tempore populi imperiũ detrectarint,
atq; ita regnũ multa indole quæſitum,maiore quadam auctum,perdita unius hominis luxu
ria,ſupremaq́; deſidia eſt euerſum. Abierat ille,omnis humanæ uicis,& rerũ uolubilitatis obli Sardanapali uita.
tus,in tantam uitę mollitiem,ut iã grandis natu puellari more corpꝰ fuco componeret, mulie
B bri ſtola molliter amiciret̃,ſuauiſſimos interim potus,ciboſq́; per omnia elementa exquiſitiſſi
mos,ne ſua libidinibus,quibꝰ erat immerſus,deeſſent alimenta, ſollicita cõmentus indagine.
Per quæ eo uentũ erat,ut alterno concubitu muliebria etiam pateretur, pudore uſqueadeo ꝓ
fligato, ut poſt mortem,qua nihil egit in uita pulchrius,eo, ut creditur uolente, hęc ſint eius ſe
pulchro ĩſcripta. HAEC HABEO QVAE COMEDI, ET QVAE CVM AMORE ET VOLVPTA/
TE PERCEPI. Cicero ita carmen digerit. Hęc habui quæ edi,quæq; exaturata libido Hauſit, Sardanapali titulus.
at illa iacent,multa & præclara relicta. Cæterum quia nemo tam perditis moribus fuit unquã,
qui non aliquando mentem ad honeſtatis ſpeciem reflexerit,in eo Sardanapalus uerecunde
agere,ꝙ eam uitæ turpitudinem à populorum conſpectu remouerat, nec in apertum prodire
unquàm,nec interim pati quenquàm,præter cubiculares eunuchos,ad ſe uenire. Repertus ta
men unus Arbaces(alij Arbacũ uocãt) homo prompto ſagaciq́; ingenio, qui Eunuchi mini/
ſterio ad eius præſentiam admiſſus. Erat is earum copiarum caput,quas Medi ad Nini urbem
regiam ueteri inſtituto quotannis mittebant. Erat & Beleſus Babylonici præſidij præfectꝰ,atq;
è numero ſapientum,quos Magos illi uocant,unus. Mutuo itaq; colloquio Arbaci familiaris Beleſi præfecti cõſilium
factus: hic aſtrorũ peritia fretus,Medo ſuadere cœpit, ut mentem & animum ad occupandum
regnũ adijceret,futurum pollicitus ut nõ multo poſt fieret uoti compos. His ille uocibus uelut
certo quodã impulſus oraculo,dat operã ut Eunucho aurea phiala corrupto, per ſpeciem ne/
gocij ad regem admitteret̃,ꝙ nulli antea,aut certe raro cuiq̃ fuerat conceſſum. Tum uero regis Arbacis facinus.
uita ex proximo inſpecta,magiſq́; ex omni parte q̃ ferret rumor contaminata,cõfert Arbaces
cum Beleſo conſiliũ,ut uterq; in patriam poſt annuã militiam reuerſus, ſuos ad defectionem
perpelleret. Miſſione igitur ad tempus impetrata,diuerſi abeunt. Interim & ꝑ fideliſſimos nũ
cios Arabiæ p̃fectũ,muneribus conciliatum,magnis pollicitationibus in conſiliorũ ſocium ac Arbacis & ſociorum
cipiũt. Anno igitur exacto cum copiæ de more conſcriberẽtur,quod à minore Nino,ut à prin/ motus.
cipio dixi,ad populos in fide continendos fuerat inſtitutum,Arbaces & coniurationis ſocij cũ
quadringentis milibus hominum in unum caſtra conferunt,tum uero ſumma imperij Arba
ci delata,haud in occulto amplius defectionem habuere. Quo nũcio perculſus Sardanapalus
latebras primo circũſpicere,inde ſubita animi fluctuatione ad arma reuocatus, ex ijs gẽtibus

Sardana palus Arbacem fugat.

quæ adhuc in fide erãt, tumultuariũ haberi impat delectũ. Appropinquantibꝰ itaq; hoſtibꝰ, C Rex cũ ſuo exercitu ſtadia ſeptuagita à Nini urbe, dimicaturꝰ occurrit, Hicq; cõmiſſo ꝓlio, Arbaces, & q cũ eo erãt acie uicti ad mõtes redigunť, fuerũtq; inde Sardanapalo duo alia cũ hoſtibus ſecunda ꝓlia, & iã in certa ſpe uictoriç erat, quũ ducẽtis propoſitis talentis, qui Beleſi aut Arabacis caput ad ſe deferret, nemo repertus ẽ, q eos uiolare ſuſtinuerit, tãto in regem odio omnium animi exarſerãt. Egerat interim triplici pugna uictos hoſtes Sardanapalꝰ ad Babylonicos

Beleſus aſtrorũ peritus.

uſq; mõtes, reſq; ꝓpemodũ ad fugã ſpectabat: ſuſtinere tamẽ rem apte inclinatã Beleſus, atq; aſtrorũ obſeruatione uictoriã toties uictis polliceri. Rogare igiť ut ſuç arti cã morã daret, aſtra & deos oĩa ſecunda portẽdere. His hortationibꝰ duces & alij, loca q̃ ſemel occuparant obtinere ꝑſeuerarunt. Interim ingẽtes Bactrianorũ copię q̃ à Rege fuerant acceſſitę dictæ ſunt appropinquare. Viſum eſt Arbaci clam prodire illis obuiã, ducesq; ad colloquiũ uocatos, aut perſuadẽdo in ſocietatẽ belli trahere, aut ſi minꝰ id queat, priuſq̃ regijs copijs iungerenť armoꝝ ui ad id ipſum cõpellere. Sardanapalꝰ oĩm, q̃ interim apd̃ hoſtes parabanť, ignarus (tot enim ſecundis ꝓlijs elatus, ad uoluptatẽ, q̃ quoquo mõ intermiſſa, ualidiꝰ q̃ rudis & inexperta cedẽtibus incũbit, uelut ex longo interuallo cupide animũ reflexerat) hilare conuiuať, uinũq; militibꝰ diſtribuit. Hac hoſtiũ negligẽtia ꝑ transfugam ad Medum delata, mutato conſilio regia

Vincitur Sardana palus.

caſtra iuadit, hic ſtructi paratiq; ad cędẽ, milites inermes, uinoq; & ciboꝝ crapula ſepultos, more pecoꝝ ſternũt. Pauor ingens, & fuga totis caſtris orta, ſemiſomnes clamoſa trepidatiõe agit ſine duce, ſine imperio, alij in ferrũ ruere, alij per aduerſa caſtrorũ qua fugã inclinaſſent ꝑ plana & abrupta abeunt ꝓcipites. Rex caſtris exutus, cũ ijs, q nocturnę cędi ſupfuere, in urbẽ cõpulſus eſt, cuius animus multis iã ante delitijs corruptꝰ, ita ad primã cladẽ eãq; magis ſua ne-

Sardana palus ſe deſidiæ reddidit. Strages.

gligentia, q̃ hoſtiũ uirtute acceptã cõcidit, ut copiaꝝ, quę ſuperant, iperio Salameno uxoris fratri dato, ipſe tuẽdę urbis ꝓtextu, priſtinæ luxurię latebras cupide inuiſerit. Cęterũ aduerſę res, q̃ aliæ ſup alias paucis diebus acciderũt, breuiorẽ illi uoluptatẽ fecere. Nã & Salamenus haud multo poſt circa regiã urbẽ bis acie uictꝰ cõcidit, quo ſublato Aſſyrij fœdiſſima fuga ad flumẽ D prçcipites aguntur, paucis in urbem trepide refugiẽtibus, cętera multitudo flumine interclusa, miſerabili modo perijt. Tanta ibi cædes edita, ut Euphrates toto die cruentꝰ fluxerit, hæc Diodorus. Herodotus cuius autoritas plus omnino apd̃ me ualet, ſignificare uideť Tigrim fluuiũ nõ Euphratẽ Ninũ urbẽ alluere. Ingẽs adhęc defectio ſecuta, plures gẽtes ubi regiã fortunã palã inclinare ſenſerũt, ultro ad Medũ defecere. Rex ipſe i manifeſto diſcrimine cõſtitutꝰ, tris uirilis ſtirpis liberos, & duas cũ his filias uirgies i Paphlagoniã ad Cottũ ꝓfectoꝝ fidiſſimũ miſit, cũ magno auri põdere ut ſi domꝰ regia excidiũ paſſa eẽt, poſſent ꝓ ueteri fortuna apud hoſpitẽ in honore eſſe. Inde auxilia ab his q adhuc in fide erãt undiq; acceſſit, q̃uis lõgã obſidionẽ laturus uetuſto oraculo fretus, quo reſponſum erat, Ninũ urbẽ capi nõ poſſe, niſi fluuiꝰ illi hoſtis fieret. Murorũ igiť faſtigio (neq; enim arietes, aliá ue bellica machinamenta ad diſturbãda mœnia in uſu adhuc erãt) armorũ omnifariã multitudine, retũq; oĩm copia, quæ regi ſuperabat, obſidio biẽnio diſtracta eſt. Tũ uero fluuius aſſiduis imbribꝰ ultra modũ auctus, quũ nõ paruã urbis inundaſſet partẽ, eamq; ad uiginti ſtadia perpetua murorũ ruina enudaſſet, ratꝰ

Sardana pali exitus.

Sardanapalus fatale tempus adeſſe, ne uiuus in hoſtiũ poteſtatẽ ueniret, pyrã in regia ingentẽ ſtruxit, auro huc argentoq; & oĩ ꝓcioſa ueſte cõgeſtis, uxoribus adhęc, eunuchis, & quicũq; illi chariſſimi fuerãt, ſubiecta face incẽdit, ſeq; in cenſę uiuũ deiecit. Morte regis nũciata confeſtim Medus urbẽ qua muri prociderant inuadit: quã nullo certamine ingreſſus, Rex conſalutatꝰ ẽ.

Anni mũdi.

Fuit hic annus, quo Aſſyriorum eſt regnũ exciſum, quatermilleſimꝰ ab orbe condito trecẽteſimus atq; octogeſimusprimꝰ: ꝓceſſit humanę ſalutis primordiũ octingẽtos ãnos ac duosdeuiginti. Herodotus ſignificare uidetur, poſt Aſſyriorum regnũ à Medis euerſum, multo deiceps tẽpore nullũ fuiſſe Regem, ſingulas ciuitates populari imperio uſas, abſq; regibꝰ fuiſſe, demũ Ciaxarem inſignẽ iuſtitiæ uirũ à Medis regem conſtitutũ, eumq; cæteris gentibus in ſocietatẽ allectis, omniũ conſenſu late imperiũ obtinuiſſe, cuiꝰ deinceps poſteri ſint rerũ potiti ad Aſtyagem uſq;, quẽ Cyrus Perſęq; regno & uita ſpoliarunt. Idẽ autor eſt anno ſecundo decimęſeptimæ olympiadis Ciaxarẽ regem in Medis creatũ, quo apparet centũ & amplius annos ab Aſſyriorum regno euerſo ad Medũ inchoatũ interfuiſſe. Cteſias Gnidius ex regũ annalibꝰ aliter

texuit

A texuit hiſtoriã. Vixit is annos ſeptẽdecim apud Cyrum, eo bello captus, ꝙ ille aduerſus Artaxerxem fratrẽ geſſit. Ex regiis igitur annalibus, qbus Perſaꝝ res geſtę ordine cõtinebant͛, ille in hiſtoriis ꝓdidit, Regno Aſſyriorũ uerſo cõfeſtim Medos imꝑio potitos, Arbacẽq; à quo Sardanapalus uictus ẽ, eius gentis primum imperii nomẽ tuliſſe, ab eo Mandanã filiũ regnũ accepiſſe, cui Sarſomones poſtea ſucceſſerit, huic Artecarmis, mox Arbianes, poſt hũc Ariſthe⁹ q cũ Caduſiis grauiſſima geſſit bella, unde mutua utriuſq; gẽtis odia ad poſteros durauere, Ariſtheo Arthapis, poſt hunc Artibanus regnauit, quẽ Aſtibaras eſt ſecut⁹, is cũ Sacis biẽnio bellauit, ob Parthos, q à Medis ad eã gentẽ defecerant. Erat tum Tarina Sacarum regina quę bellicis ſtudiis magnũ poſt ſe nomẽ reliquit, poſt Aſtibaram Apãdas rerũ potitus: is Aſtiais quẽ uicit Cyrus fuit pater, quiq; Medoꝝ ultimus imperauit: ſed hæc ſeruata rerum ſerię ſuo meli⁹ explicabuntur loco.

*Ciaxares Medorum rex.*

*Medorum Reges.*

Cęterũ ne longior poſtea de Medis ſit nobis ſermo inſtituẽdus, pauca de terrę ſitu & moribus gentis ſunt hic nũc ſubiicienda. Iacet Media longe fuſa à Zagri trãſitu, q Medica porta dicitur, ad Caſpias portas ſtadiorũ quatuor miliũ & ãplius lõgitudine. Parthia ab ortu finit͛, q parte Coſſei latrocinio infames ardua tenẽt loca, hñt à ſeptentrione Caduſios cũ qua gẽte mutua odio diu Medi, ut dixi, exercuere. Appolloniatide quã ueteres Sitacenã dixere ab auſtro claudit͛. Trapiis & Armenioꝝ qbuſdã ad occaſũ.

*Mediæ ſitus*

A Medo nomẽ illi datũ plures credere, q fuit Medeę filius. Sũt q Medũ quũ ĩ ea terra regnaret, id materno noĩ tribuiſſe exiſtimarẽt. Fama eſt Iaſonẽ poſt diuortiũ cum Medea in gratiã rediiſſe, & ex Gręcia in Pontũ cum ualido exercitu ſecum Medea adducta nauigaſſe, tũ eius interuentu Ætam graui bello leuatũ, inde ĩ Armenios arma ab eo trãſlata, mox & in Medos, domitiſq; late gẽtibus Iaſonẽ in iis terris imperaſſe. Fuiſſe rei geſtæ monumentũ haud obſcurũ, ꝙ præter gentiũ & terrarũ noĩa, quarũ hanc ab Armeno Iaſonis comite Theſſalici generis uiro, illã à Medea, ſiue Medo eius filio nominari contigit. Medea etiã ueſtis in ea gẽte fuit, & Iaſonius mons, aliaq; permulta q ueteri huic opinioni haud dubie aſtipulant͛. Nec ſum immemor q de Medeæ & Iaſonis exitu alio

*Medeæ & Iaſonis geſta.*

B ſum loco ſecut⁹, ex Diodoro illa, recẽtiora ex Trogo mutuat⁹. Sagittãdi eqtandiq; ſtudiũ gẽti ꝑcipuũ ac pene peculiare. Peruetuſta & regũ ueneratio. Tiara pileus, & manicatæ ueſtes ab his ad Perſas cũ imperio fluxere. Propriũ Medorũ regũ fuit plures uxores ducere, mox & in priuatos tranſlatũ, ut min⁹ ſeptẽ habere nõ liceret. Pulchrũ & fœminę multos habere uiros, pauciores quinq; calamitatẽ arbitrari. Sterilis regio qua ad ſeptẽtrionẽ obuerſa ẽ, quo fit ut ex malis in hũc uſum exiccatis ac cõtuſis maſſã cõficiant, ex toſtis Amygdalis panẽ, ex hęrbaꝝ radicibus uinũ. Ferinis carnib⁹ plurimũ uictitãt.

*Medorum mores.*

Et hęc de Medis qbus Arbaces peperit, ut dixim⁹, imperiũ. Ille ut de eo adhuc pauca dicã, poſt Sardanapali interitũ uictoriã adeptus, quũ bellorũ ſociis ſua cuiq; redderet ꝓmia, Beleſum ꝑ quẽ fuerat omnia cõſecutus, Babylonis præfectũ declarauit. Is poſt captã Nini urbẽ ab regis Eunucho doctus ubi uis auri ingens lateret, q Sardanapali fuerat, occulte id refoſſũ, ut ſolus poſſideret, ab Arbace petiit, ut Sardanapali cineres Babylonẽ liceret ſecũ deferre, uouiſſe ſe medio belli tẽpore, quũ fortuna adhuc anceps eẽt, ut ſiquando Aſſyrioꝝ regia capta & incenſa, ſe illius cineres Babylonẽ trãſlatuꝝ, ibiq; monumẽtũ regni Aſſyriorum ab Arbace ſe adiutore exciſi poſteris tradituꝝ. Nec id grauate ẽ impetratum, nam pręterq ꝙ Beleſo nihil ob recentem meritorũ memoriã negare eſſet auſus, nulla ſuſpitio inciderat, ut regia combuſta, ex uetere regũ gaza quicq ſupereſſet. Paratis igit͛ nauib⁹, ut fluuio cineres ſubueherẽt͛, auroq; in eas occulte impoſito, res certo ad Arbacẽ indicio delata ẽ, qua fraude cõperta iudices ex principibus caſtrorũ Beleſo dedit, qui peculatus iudicarent, iudices eum furti conuictũ capitali ſupplicio damnarunt.

*Beleſus Babylonis præfectus.*

*Beleſi fraus.*

Sed tantum abfuit, ut Arbaces illi quicq mali fecerit, ut capitali pœna remiſſa, regium etiam aurũ cũ decreto antea honore habere iuſſerit, Babylonemq; lętũ dimiſerit, ꝓ concione faſſus, maiora eſſe Beleſi erga ſe merita, q ut pro tã ꝑua offenſa illi iraſci debuerit. Cõciliauit ea res Arbaci, nõ ſolũ clemẽtię famã, ſed in noua adhuc adminiſtratiõe liberalitatis opinionẽ, qua neq; utilior uirt⁹, neq; decẽtior ĩ ſummo principe eſſe põt.

*Gratus Arbacis animus in Beleſum.*

Libet hic & par eſt, qñ Beleſi cauſa in Magorum mentionẽ incidimus, pauca de illorũ ſapiẽtia & inſtituto iis q adhuc diximus, ſubtexere. Fuerũt apud Babylonios Magi, ꝙ & in Ægypto ſacerdotes ad deorũ cultũ inſtituti, hi per omnem uitam philoſophari, aſtrorũ peritiã tenere, nũc auguriis, nũc carminibus ſacris, mala hominibus auertere, bono afficere, Augu-

*Magorum inſtituta.*

ria in-

ria in ſomnia prodigiaq́ꝫ fida interpretatione explanare. Nec foris inſtituebant̃ ut Græci, ſed à C
parentibus diſciplinam uelut hęreditariã ſortiti, pueri domeſtice diſcebant, qua perpetua cura.
facilis ſequebat̃ profect⁹, una cõſtãſq́ꝫ dicẽdi ratio, nõ uaria & anceps, qualis apd̃ Græcos, ubi
q̃ eã tradere cõſueuerũt, uaria de pricipijs, & reꝝ cauſis, atq; inter ſe repugnãtia diſſerebãt. Sed
hi Mundũ cõmuni aſſenſu æternũ opinati, neq; principiũ habuiſſe, neq; finem habiturũ, uni
uerſorũ ordinem & ornatũ diuina prouidentia cõſtare. Cœleſtia corpora nõ ſua ſpõte, fortui-
tóue motu, ſed lege quadã certoq́ꝫ numinis iudicio moueri. Aſtrorũ curſum uetuſta obſerua
tione pſcrutari, multa ex illorũ inſpectione mortalib⁹ futura uaticinari. Maximã uim planetis
tribuere, p̃ſertim huic quẽ noſtri Saturnũ uocãt, clariſſimũ Solem omniũ arbitrari, & cui præci
pua adeſſet uirtus, Martẽ, Venerẽ, Mercurium & Iouem pręcæterís obſeruare, quoniam uelut
proprium curſum ſortiti futura oſtenderẽt, tanq̃ deorũ interpretes. Quod ipſum uſque adeo
Magorũ ſcientia.
perſuaſum habuerũt, ut quatuor illa aſtra uno nomine Mercurios appellarent. Ventis p̃terea
imbrib⁹, æſtu, cometis, ſolis, & lunę defectu, terrę hiatu, multis deniq; ſignis, ſalubria ſimul ac
pnicioſa p̃dicere. Imaginari adhęc alia ſidera illis ſubiecta, & ex his q̃dam noſtro hemiſphęrio,
alia ſubterraneo uagari, alternoq́ꝫ ſinguloꝝ ortu & occaſu, q̃ apud ſuperos fierent, quaq́ꝫ apd̃
inferos ſignificari. Pari adhęc cũ Ægyptijs errore, duodecim ſibi deos finxerũt, quorũ ſingulis
menſem unũ, & unum in Zodiaco ſignum tribuere. Multa quidem regibus uentura uaticina
bant, ut Alexandro uictoriã cũ Dario dimicaturo, Nicanori deinceps Seleuco, & alijs Alexan
dri ſucceſſoribus. Mox & Romanis Cęſaribus nõ pauca, quoꝝ euentus nõ caruit fide. Nume
rant p̃terea ſidera quatuor & uiginti extra zodiacũ, ad Boreã, xii. reliqua notium polũ uerſus,
horum quę appareant ad uiuos pertinere arbitrati, cætera ad eos, qui uita defuncti eſſent. Hæc
illi & alias rerum ambages offuderunt mortaliũ oculis, ut quæ de annorũ obſeruatione memi
nerũt quadraginta tria annorũ milia à prima ſuarũ reꝝ memoria, ad Alexandri aſcenſum col
ligentes, q́ꝫ impudẽti quidẽ mendacio aſſerebãt, niſi aliqs eã annorũ rõnem menſtruã interp-
tetur, qualis apd̃ Ægyptios fuit, ut ſupra ẽ à nobis ſignificatũ. Sed ad Arbacem redeo, q̃ poſt D
Arbaces Ninũ urbẽ diruit.
uictoriam rebus in Aſſyria ſtrenue conſtitutis, Ninũ urbem diruit, ciuibus incolumitate con-
ceſſa, quicquid ex omĩ p̃da reliquũ fuit, in Hecbatanam Medię contulit, huncq́ꝫ exitum habu
it Aſſyriorũ regnũ, q́ꝫ à Nino ad Sardanapalũ, longiſſima regũ ſerie annos mille, ut Diodorus
Aſſyriorũ regni finis
ſcribit, & quadringentos habuit. Euſebius Beli tẽpora cõplexus (fuit & is in Aſſyria rex, maio-
réq́ꝫ Ninũ p̃ceſſit) annos q̃nq; ſupra mille & trecentos colligit. Nec de regũ numero, ut uideo,
int̃ ſcriptores cõuenit. Quidã à Nino ad Sardanapalũ q̃nq; & triginta in ea terra regnaſſe p-
diderunt: alij triginta nec amplius poſuere. Sed quantacũq; fuit illa regũ ſeries, ſatis cõſtat exci
Regnorũ collatio.
dium imperij illius in ea tẽpora & annos incidiſſe, q̃bus Theſpius Ariphronis fili⁹ Athenis re
rum potiebatur. Corinthi Egemon, Albę in latio Auentin⁹, cuius ſupra bis mentio facta ẽ. In
Ægypto Tachelotis. Heliſeo in Iudęa, Iona & Amote ꝓphetica diuinatione claris, quũ Hiero
boas interi Samarię, Ozias Hieroſolymis regnũ obtinerẽt. Succeſſitq́ꝫ haud m̃lto poſt Hiero
boę Zacharias fili⁹, q̃ ſexto ab eo mẽſe, quo regnare cœperat, domeſticis exceptus inſidijs, Sel
Sellus.
li cuiuſdã opa perijt. Sellus, uelũt regnũ patricidij ſibi p̃mium ꝓpoſuiſſet, regis appellationẽ te
nere occupat, cęterũ haud multis inde interiectis diebus à Manaene copiarũ p̃fecto q̃ audita
regis ſui cęde, cũ haud modico exercitu, ex Tharſo occurrerat, uictus p̃lio interficitur, tum Ma
naen rex creatur, huic quũ cęteri impio paruiſſent Thabraini ſoli omniũ uenĩẽti portas clauſe
re, id ille iniquo animo ferens: Thabrain urbẽ infeſta oppugnatione aggreditur, quã cũ breui
Phioialus
cepiſſet hoſtiliter diripuit, & ut unius ciuitatis excidiũ alijs documento eſſet, ne q̃d tale in ſe au
derent, in oẽm ſexum & ætatẽ ferrũ immiſit. Phioialus huic bellũ intulit, q̃ poſt Sardanapalũ
nouũ imperiũ, q́ꝫ nullũ utiq; erat amplius, ſed in Medicos reges contumax quandã regni ſpeciẽ
obtinuit. Hęc Ioſeph⁹. Ego Arbacem & cęteros reges q̃ eum ſecuti ſunt, ꝓ p̃fectos crediderim
Aſſyriã adminiſtraſſe, nec ullo mõ paſſuros fuiſſe, Sardanapalo interfecto quẽpiã regis nomẽ
in ea terra obtinere. At ſiue reges, ut ab illo dicunt̃, ſiue illi potius pręfecti fuerũt, multæ ex Aſ-
ſyria clades Iudaicę genti haud uno tempore ſunt illorũ ductu illatę. Cauſam belli huius apd̃
Iudæorũ clades.
Ioſephũ non reperio. Manaen quum Aſſyrij Tharſum uſq; p̃dabundi p̃ceſſiſſent, ſuis uirib⁹
Manaen.
diffiſus pacẽ p̃cio redemit, pactus in pręſens mille argenti talẽta, ac totidẽ ſingulis deinceps an
nis in

A nis in ſtipendiũ danda. Miretur fortaſſe aliquis (ut tenues tũc erant gentiũ opes) tantã argenti
ſummã unã Iudeę partẽ in ꝑpetuũ paciſci potuiſſe, ſed Ioſephus & bibliaci libri id habẽt. Ad
ijciũt adhęc ꝙ adhuc magis mirũ uideri poſſit, Manaęnem pollicitũ auxiliares copias Aſſyrio
mittere, q̃bus ille aduerſꝰ Medos uteretꝰ. Nec Manaen diu ſupſtes fuit, fato Samaria defunctꝰ
Phaceię filio regnũ tradidit. Is eo biẽnio q̊ regnare cœperat domeſtica cõiuratione eſt oppreſ
ſꝰ, à Phaceia, q eodẽ erat quo & Rex nomine. Tenuit regnũ parricidio q̃ſitũ Phaceias, ſed mi
nꝰ in eo adminiſtrãdo felix, q̃ i occupãdo fuerat, Phalaſſeris ductu Aſſyrij nouo Iſraẽlitas bel
lo adorti oẽm Galaaditẽ terrã populatiõe uaſtarũt, trãs Iordanẽ quoq; longe lateq; regiõe ua
ſtata, plurimi mortales ſunt in prędã abducti. Incidit in hæc tempora, Procæ regnũ, qui quar
tuſdecimꝰ Albę ab Aſcanio regnauit. Eratq; rex interim Corinthi Alexãder. Alcmenes Lace
dęmone. Athenis Agamneſtor. Oſorthon in Ægypto, quẽ Euſebiꝰ ſcribit ab indigenis Hercu
lem cognominatũ. Macedonia Cranaus (per id enim tempus ortum eſt eius terrę regnum) de
cuius origine haud alienũ ſit ab hiſtoria nunc primũ quum in eius mẽtionem incidimꝰ breui
ter dicere. Fuit regio ipſa olim modicis deſcripta finibꝰ, & ab Emathionis noĩe, cuiꝰ prima i ipſis
locis uirtutis expimenta, ut Trogus ait, extiterũt Emathia nominata. Pelaſgi una gens illi ea tẽ
peſtate fuit, Bœotiaq; regio dicta. Sunt q à Macedone Oſyridis filio arbitrẽtꝰ Macedoniã dei
ceps nominatã, in regione Pœoniæ, quæ Macedonię deinde portio fuit, ut quidã tradũt. Apia
nus Pœoniã à Gręcis nominatã exiſtimat, q̃ Pãnonia deinceps dicta ẽ, in Pœonia Telegonꝰ
Aſtriopei qui ad Troiã militauit pater regnaſſe dicitur, in diuerſa regionis ora Europus & ipſe
regnum tenuit. Interiecto deinde tempore Cranaus, cuius nuꝑ mentionẽ feci, regni nomẽ ſta
biliuit. Is oraculi iuſſu cũ Græcorum multitudine in eam terram uenit, ubi cadentis imbris ſtre
pitu denſaq; caligine Capras ad oppidũ fugiẽtes ſecutus, Edyſſam urbẽ improuiſo acceſſu oc
cupauit. Tũ oraculi memor quo iuſſus fuerat capris ducibus ſibi regnũ quæritare, urbẽ ipſam
Ægeã ſiue Æglen nominauit, caprasq; in prima acie quoties in pugnã diſcenſum ẽ, habere ꝑ
B ſeuerauit. Midamane itaq; & alijs, qui in his tum locis regnabant, finibꝰ eius terrę pulſis, unꝰ
in oĩm locum ſucceſſit, tum demũ populis ſoliꝰ impio aſſueſcere coactis, legitimi regni formã
& quaſi Macedonię corpꝰ deliniauit, eo uſq; rebꝰ auctis, ut regiæ fortunę, neq; Cranaũ ipſũ,
neq; poſteros iam inde pœnituerit. Perdicas poſt eũ in ea terra regnauit, poſt quẽ lõga regũ ſe
ries, quorum ſuo loco nomina reponẽda ſunt, ad Alexandrum uſq; qui orientẽ domuit & ab
eo ad Perſen, qui ultimꝰ in ea terra rex fuit, ordinem ſecuta eſt. Eius regiõis fines eo uſq; ꝓmo
ti ſunt, ut centũ quinquaginta ſit complexa populos ab Ionio ad Ægeum extẽſa. A' ſeptẽtrio
ne Dalmatię latꝰ habet, Myſiam ſuperiorẽ, & Thracię partem. Ab occaſu Ionio pelago alluitꝰ,
à Dyrachio ab Elydnũ fluuiũ, & Epiroticas gentes, quę à meridie regionẽ attingunt. Inde iux
ta Achaiam per Pindum & Oetam montes linea deducta, qua orientẽ ſolẽ ſpectat, à Neſo flu
uio ad Maliacum ſinũ Ægęo perfunditꝰ fluctu. Quod inde ſupra eſt, Thracię ꝑs obtinet. Sed
dũ Cranaus Macedonici regni iacit fundamenta, in Palęſtina Iudęa Oſeas Beeri filius, duode
cim ꝓphetarũ primus diuinatione claruit. Cui pene ęqualis fuit Iohel Phatuelis, q alterũ in or
dine locũ ſibi uẽdicat. Fuit & Abraamus hoc noĩe illuſtris. Sed Eſaias ſanctitate & eruditiõe lõ
ge clariſſimꝰ, quippe qui librum ꝓphetica ꝑdictione ſuo nomine cõſcriptum reliquit. Phidon
quoq; Argiuus per hęc tempora primus apud ſuos menſuras, & põdera inuenit. Hic tũc erat
aliarũ gentiũ ſtatus, quum in latio Procas Numitore & Amulio filijs ſupſtitibus fatalẽ mortẽ
obijt. Amulius, neq; ius gentiũ, neq; fratris ætatẽ ueritus, Numitore quẽ regnare oportebat in
ordinem redacto regnũ occupat, nec contentus maiorem fratrẽ regio nomine priuaſſe, ut ſpẽ
q̊q; illius in poſterũ recuperãdi adimeret, Egeſtã filiũ, ſunt q Lauſum uocẽt, tũ primũ pubeſcẽ
te in ſeſſo ꝑcuſſoribus ſaltu, quo adoleſcens uenabatur, iſidijs exceptũ obtrũcat. Cędeq; ad tẽ
pꝰ diſſimulata ſubornat, q dicerẽt adoleſcẽtẽ i latrões icidiſſe, & ab his iterfectũ ſe opinari. Nec
certe id mendaciũ multum fidei fecit apud Albanos, nemini nõ ꝑſpicue liquebat, Amulij frau
de Egeſtũ perijſſe, omniaq; eius conſilia eo tẽdere, ut fratrem, quem regia dignitate ſpoliaſſet,
orbitate conficeret. Nec uulgus hęc opinio fefellit, uirili nanq; ſtirpe ſublata, Rheam Syluiam
& ipſam Numitore genitam, ne matrimonio locata domeſticũ ultorẽ aliquando ſibi pareret,
ueſtalem uirginẽ capit. Vetus & honorificum erat apud Albanos uirgines ſummo loco natas
dcæ

Phaceias.

Procas Rex.

Macedonici regni origo

Cranaus.

Aegea.

Macedoniæ fines.

Oſeas.

Iohel.

Eſaias.

Phidon.

Amulius Numitorẽ priuat re gno.

Ilia ueſtalis capitur.

deæ miniſtras legi. Latuitq́ꝫ ob id alios fortaſſe Amulij conſilium. Numitorem fratrē nō late/ C
bat, diſſimulat tamen dolorem ſuum, multitudinis inuidiam ueritus, quæ fortunam ſequeba
tur, ſecumq́ꝫ orbitatem ſuam, domeſticamq́ꝫ calamitatē dolebat, Quarto deinceps anno ſub/
Ilia fit grauida. eunti Syluiæ Martis lucum, ut inde ad uſum ſacrorū pure aquaretur, uis puellæ illata eſt. Per/
ſuaſum quidam habuere à procorum uno fuiſſe eam compreſſam, qui illius nondum initiatę
amore captus, quum ultra diuturnum affectū ferre non poſſet, incautæ ſit inſidiatus. Alij in
Amuliū id crimen conferunt, ut nō tam puellæ forma motus, q̃ ut in apertum uitæ diſcrimen
uitiatā adduceret, armatū ſeſe illi obtulerit, incertū ut culpæ autor lateret, an ut horridior occur
rens ob metū iniuriæ magis obnoxiā haberet. Sed multo plures compreſſu Martis grauidam
De Iliæ cōpreſſu nō una opinio. factā prodiderunt, dubiū ne ut hoc mendacio Romani populi originē auguſtiorē facerēt, an
(ut tum erat hominū opinio) ita perſuaſum habuerint, qui hanc ſunt opinionē ſecuti. Prodi/
gioſum ſolis deliquiū, ꝙ eo die eſt factū, in fabulæ argumentū adducunt, ꝙ caligo tenebræq́ꝫ
toto ſe cœlo intenderint, ipſaq́ꝫ imago quę cum illa cōgreſſa eſt, ſanctior auguſtiorq́ꝫ humana
ſit illi uiſa. Adijciunt eum, quiſquis fuit, puellam mœſtā conſolatū prędixiſſe, gemellos eā uno
partu daturam, uetuitq́ꝫ exiſtimare hominis, ſed dei congreſſu ſe grauidā fore, ut quos utero
concepiſſet, clariſſimi eſſent inter homines futuri, ac cū his ille nube amictus, ſublimis ſit uiſus
per aërem deferri. Quid horū potiſſimū ſequi oporteret ueterū ſcriptorū quidam parum ex/
ploratum habuere, nunc indignum ac pene impiū rati, ad deorum naturā, quæ beata & incor/
Veterū opinio de Iliæ conceptu. rupta ſit, eam fraudē referre, nunc mediā quādam inter deū & homines naturam eſſe arbitra/
ti, qua geniorum natio conſtaret, horumq́ꝫ cum mortaliū fœminis cōgreſſu, Heroas procrea/
ri contigiſſe. Quo apparet huius rei fidem, nec pro uana eos contempſiſſe, nec talem uiſam, ut
temere reciperetur. Marcus Varro quum neq́ꝫ factū affirmaret, neq́ꝫ de ſuæ urbis origine male
opinari uideri uellet, operępretiū id eſſe, ciuitatibuſq́ꝫ conducibile teſtatus eſt, ſi etiam falſum
ſit, ſuam originē ad deos referre, ut eo modo humanus anim⁹, uelut diuinę ſtirpis fiducia, res
magnas audacius aggrederetur, fortiuſq́ꝫ gereret, ipſaq́ꝫ ſecuritate trāſigeret felici⁹. Ego etſi ui/ D
deo, q̃ in hmōi rebus tradendis ſint Chriſtiani hoīs partes, diuum tamen Aureliū ſecut⁹, acer
rimū pietatis defenſorem, in medio hunc locum relinquo, quod eo libētius facio, quia talis pe/
ne quęſtio à noſtris quoq́ꝫ Theologis iactata eſt, utrū Angeli, ut eorum uerbis utar, qui p̃uari
cati dicuntur, cum hominū mulieribus concubuerint, unde uiri fortes, qui ab initio ſunt gigā/
tes dicti procreati ſint. Sed id totum idem Aurelius ad Sethi filios alio loco retulit. Taruntius
homo mathematicæ diſciplinę Varronis ætate peritiſſimus Romuli geneſim intuit⁹, ꝙ ex his
q̃ de illo erant memorię ꝑdita, longa tēporū ſerie retro ad calculū reuocata, Varronis iuſſu eſt
cōſecutus, cōſtanti aſſeueratione mōſtrauit, primo anno ſecūdę Olympiadis Romulū cōceptū
Romuli cōceptio & ortus. tertio & uigeſimo die menſis decembris hora tertia, qua ſol omnino defecit. Natū uero, XII. calē
das octobris, qui uigeſimus fuit ſeptēbris. Et hęc de Romuli origine à diligētiorib⁹ ꝑdita, q̃ ab
ijs q̃ Euſebi⁹ collegit, pene nihil diſcrepāt. Cæterū quia in Olympiadis mentionē incidim⁹, fa/
it annus ille, quo prima eſt Olympias in Helide celebrata, trigeſimuſſeptim⁹ ſupra q̃ter milleſi
ANNI MVNDI. mū ac quadringenteſimū mūdanę originis. Ab Ilij excidio q̃dringenteſimuſquintus. Alij huic
numero unū adijciunt annū, p̃ceſſitq́ꝫ urbis originem, ut Plutarchus ſignificare uidet, tris an
nos & triginta. Humanę uero ſalutis ſeptingentos ſeptuaginta quatuor. Fuit idē annus ab eo
quo primū in Olympia ſtadiū eſt ab Hercule dimenſum, trigeſim⁹ ac quadringēteſim⁹. Quū
interim Authomenes Corinthi regnū omniū nouiſſim⁹ reꝝ potiretur. Athenis Æſchyl⁹ pri/
maria poteſtatē exerceret, Cœnus in Macedonia, in Ægypto Sānus. Quo tēpore Ægyptij ma
Authomenes. ris imperio ſunt potiti, Bochoruſq́ꝫ Dynaſta iura dedit ipſi gēti. In Iudęa Hieroſolymis Azari/
as, cui nō multo poſt Ioathas ſucceſſit, quo accidit, ut quidā ſcriptum reliquerint, in quibus fu/
it Aphrican⁹, primā Olympiadē, Ioathę nō Azarię tꝑib⁹ celebrari cōtigiſſe. Et in Samaria re/
Olympiadis autor Iphitus. gnū Phaceias tenebat, cuius ſupra mentio facta eſt. Primę Olympiadis autor Iphitus fuit Pra
xonidis ſiue Hemonis filius, q̃ Choreb⁹ Helienſis agone uictor fuit. Euſebi⁹ Lydij regni prin
cipiū eiuſq́ꝫ gētis regē Ardiſiū noīe, in annos primę Olympiadis reponit. Herodot⁹ Argonē
ex Heraclidarū gente primū Sardib⁹ regnaſſe autor eſt, nouiſſimū ex ea gēte Candulē, uterq́ꝫ
ab Alceo Herculis filio fuit oriūdus. Enimuero multo añ Heraclidaꝝ tēpora, ſi Herodot⁹ uera
tradidit,

A tradidit,in Lydia eſt regnatum,ubi Lydus Atys filius,qui ipſi terræ nomen dedit,multiq; de/ Lydus.
inceps ab eo procreati,in his locis regnum tenuerunt. His Heraclidæ ſucceſſere, qui Iardana
ancilla geniti,oraculi monitu,ut dixi,ab Hercule in eam ſunt regionẽ miſſi, ubi quingentos
& amplius annos ab his procreati,regnum tenuerũt. Candaules quo fuerit caſu oppreſſus,
ſuo deinceps loco explicabimus. Fuerũt Lydi quãdo in eius gentis mentionẽ incidimus Mao/
nes ab initio dicti,idq; Homeri teſtat carmẽ,inde à recentioribus Meones ſunt nuncupati,hi
omniũ primi,ut Herodotus ſcribit,aureũ argenteumq; nummũ percuſſere,primiq; caupões Lydorũ inſtituta.
& inſtitores fuere. Sed morẽ hunc recẽtius inductũ exiſtimaſſe uidet Trogus,ꝙ cum bellaciſ/ Maones.
ſimus populus Cyro rebellaſſet,ui ad imperiũ retracti,ademptis armis iuſſi ſunt uulgo cau/ Meones.
ponari,ludicraſq; artes,& lenocinia exercere,quo acciderit,ut gens olim potens, & manu ſtre/
nua, præſenti mollitia antiquã uirtutẽ amiſerit. Iidẽ Lydi teſſerarũ & pilæ luſum, cæterorũq;
ludorũ gñia cõmenti ſunt. Plinius lanas ſordibus inficere Lydorũ cõmentũ exiſtimant, fu/
ſumq; & lanificiũ,linum & retia ab his quoq; inuẽta. In ea terra Pactolus ex Tymolo deflu/
ens,olim ramentis auri diues,unde uetus illa regũ gaza,celebreſq; Crœſi opes,in cõtemptum Lydorum opes.
etiam fortunæ,philoſophorũ oculis ſubiectæ, Timolus in Hermũ lapſus,in quẽ & Hilus, qui
poſtea Phrygius eſt dictus,in Phocaicũ mare unà mixti,ut Herodotus prodidit, erumpunt. Timolus ſeu Tmolus
Nunc Palæſtinæ res ad ſe ſtilum reuocãt. Ioathas cuius regnũ in primæ Olympiadis annos, Ioathas.
ut diximus,incidit,quũ aliquãto priuſq; Azarias pater fato defunctus eſſet adminiſtrationi
admotus,præter ciuilia opera multa & uaria,urbis mœnia partim ab imo ad ſummũ erexit,
partim uetuſtate collapſa ſumptuoſe inſtaurauit. Intulit & Ammonitis bellũ,uictiſq; tributũ
imperauit,ut centum ſibi auri talẽta quotãnis pẽderent. Et choros tritici decẽ milia, atq; hor/
dei totidem,auctoq; in hunc modũ regno,anno ſextodecimo poſt patris interitũ, & ipſe uita
deceſſit,regni adminiſtratione Achamo filio tradita,quidã pro Achamo Achazũ habẽt. Cla/ Ioathæ ſucceſſus.
ruit in Iudæa Ioathæ temporibus Amus propheta,in Pelopõneſo Cynethon Lacedæmoni
B us,qui Theogoniã ſcripſit, Camelus qui Europã,& Archinus,qui Ætolicã & Italicã uaſtita/ Achamus.
tem,ſunt qui Cyrenẽ,de cuius conditione ſupra eſt à nobis memoratũ,per hæc tẽpora à The Poëtæ illuſtres.
reis memorẽt conditã. Spartiatæ Ephoros habere cœperũt,quũ Theopompus in ea ciuitate Ephori.
rex eſſet. Fuit Ephororũ poteſtas nihil ab ea diſſimilis,quã tribuni plebis Romæ habuerunt.
Atq; is tunc erat aliarũ gentiũ ſtatus,quũ Roma in Latio cõdita eſt: de cuius origine quo illu/ Vrbis Romæ cõditio.
ſtrius fuit in terris Romanũ nomen,eo maior nobis de ea re inſtituẽdus eſſet ſermo, niſi ſtili
ab initio ſuſcepti,ubiq; habẽda eſſe ratio. Cæterũ ne res tanta in arctum cõijciat,ab Iliꝗ puer/
perio paulo altius res eſt repetẽda,ſiquidẽ illa,ſiue genij,ut dixi alicuius, ſiue mortalis potius Iliæ & matris cõſiliũ.
cõpreſſu prægnans facta,ubi ſe uterũ ferre ſenſit,matris ſuaſu,quã ſecretioris cõceptus ab ini/
tio fecerat participẽ,ſimulata ægritudine,in priuato ſeſe tenuit,non minus ad religionẽ q; ad
celandũ uterũ pertinere rata,ſi polluto corpore ſacris abſtineret. Amulius ſiue criminis cõſci/
entia,ſiue alia ſuſpicione motus,per fidum ſibi medicũ ſciſcitabũdus inquirit,quæ uis ea mor/
bi eſſet,quæ puellã tam diu à miniſterio diſtineret. Verũ matre alijſq; arcanũ morbũ excuſan
tibus,quẽ maribus prodi nefas eſſet, Amulius uxori mandat ut puellã obſeruet,tum uero per
eam factus certior Rheam Iliam grauidã eſſe,nec iam abeſſe procul à partu,ne clã utero ſol/
ueretur,cuſtodes apponit,dum eã deferret ad populũ,multitudine inde ad concionẽ uocata,
puellã,ut inceſtam,parenteſq; uelut inceſti conſcios accuſat,iubetq; inibi pro cõcione cauſam
dicere. Ad ea Numitor nouã ſe audire fabulã præfatus,nihil habere ſe reſpõdit, quod pro fi/
lia & ſuis poſſet dicere in nouo crimine,quod tum primũ ſibi & domui ſuę obijceret,poſcit ut Numitor pro filia trahitur in iudicium.
à filia & uxore diſcere liceat,quid probri id eſſet,tum uere ſi culpa adſit,liberũ ſe regi & popu/
lo iudiciũ de ea re permiſſurũ. Domũ Numitor reuerſus oĩa,ut acta erant,cognoſcit ex uxo
re,adijcit illa pces, atq; identidẽ obteſtat,ut puellæ expectet partus,eam unã rem facile decla/
raturam, an uera ſint,quæ filia de criminis autore euẽtura audiuiſſet. Perſuaſum illi ab ini/
tio fuiſſe,genium ſecũ quendam non hominẽ congreſſum,à quo edocta eſſet,fore ut gemel/
los pareret,breuẽ eam morã futurã. Quod ſi deorum aliquis eius culpæ ſit autor, Amulius &
alij uiderent q̃ pie facerent,qui eam rem atrociter uindicare adorti eſſent. Exoratus Numitor
filiam cuſtodiri iubet,inde in concionẽ reuerſus,ordine exponit quæcunq; domi comperiſſet.

Cenſet itaq; expectandū,donec puella ſoluta ſit partu,ut quicquid id quod ſibi & alijs ſuſpectum eſſet,ex ipſo puerperio cognoſceret. Fremere Amulius,nec ſani quicq̃ ineſſe eiuſmodi poſtulatis dicere,& iam puellã quoquo modo perdere deſtinabat,quū à cuſtodibus nunciat̃,

Deprecatio Numitoris.

geminos ex Ilia pueros natos. Tum Numitor filiæ culpã depcat̃,diuinū id opus eſſe affirmat, ſcire ſe mortaliū neminē ſobolis numerū prædicere potuiſſe,& iam tacita religio erat multitudini iniecta. Amulius muliebri id fraude factū clamitabat,alterū puerorū medio illi nixu ſubiectum,ut religio crimini prætexeret̃. Agendū eſſe lege in eam,quæ polluta ſit corpore, exclamat,dandumq; documentū alijs,ne uirginitatē,gētili ſacro addictã,temere amitteret. Om̃is multitudo regē ad uindictã pronū ſecuta eſt. Publice itaq; Ilia dãnat̃,ut uirgis prius cæſa, necaret̃,pueri qui ex ea nati eſſent,in profluentē abijcerent̃. Qui multa fide & celebritate hæc executi ſunt,

Damnatur Ilia.

puellã aiunt poſt partū aſſeruatã,q; Amulij filia quæ æqualis erat Iliæ, atq; ſimul educata,multis pcibus & lachrymis,ſit ſuppliciū à patre deprecata,diuq; poſtea eam in cuſtodia habitã,donec Amulij cæde perpetrata,à filijs ſoluta eſt. Maior tamē fama, Rheam Iliam

Romulus & Remus exponuntur.

poſteaq; enixa ſit,regis iuſſu necatã,gemelloſq; ex ea editos,miniſtris ab Amulio datos,ut in Tiberinū,quindecim ferè milia paſſuū ab Alba profluentē,proijcerent. Mirabit̃, nec immerito,aliquis,quid fuerit q; tam procul id miniſteriū Amulius ablegauerit,quum ex obuio pueri nuper nati,extingui potuiſſent,tenuis quidē lacuna,nedum lacus,qui proximus Albę erat, uel ampliſſimi fluminis in re tam facili inſtar habuiſſet. Ego,quando licet rerum ſcriptoribus ſuum in dubijs iudiciū interponere,religione credo adductū Amulium,ob ea,quæ de Iliæ cōceptu audiuerat,pueros haud auſum fuiſſe extinguere,ſed aluo impoſitos in amnem exponi imperaſſe,ut in deorū uoluntate eſſet,an eos ſeruari uellent. Eadē res facit,ut non grauate ijs, accedam,qui Iliam poſt nixū in cuſtodia habitã ſcripſere,niſi ſuſpicet̃ aliquis id familiæ dedecus Amuliū procul ab oculis ciuitatis ablegandū cenſuiſſe,fuiſſeq; id non publicū,ut quidam arbitrati ſunt,ſed domeſticū iudiciū. Verum utcunq; res acta eſt,quū fluuius,q̄d ſatis cōuenit imbribus auctus,pleniore alueo flueret,ripaq; reſtagnãtibus circa aquis haud quidem facile adiri poſſet,regij ſatellites neceſſitate coacti,in proximã alluuiē infantes abijciunt,nec ita multo poſt remittente fluminis impetu,aluus qua gemelli impoſiti erant, lapidi impacta, eos in ſubiectū cœnum leniter effudit,hic illi tetra uolutatione uagiētes lupam ad fluuiū traxere. Mirum eſt quod Romani & Græci ſcriptores hic tradunt,immitē alioqui feram, hominiq; minime placabilem,ubera iacentibus leniter demiſiſſe,abſterſiſſeq; lingua fœdata iacentiū corpora.

Lupa infantibus præbet ubera.

Talia de Cyro rege & Telepho ſunt memoriæ prodita,quorū hic à cerua, ille à cane ſit nutritus. Sed alterutrū animal homini amicū,& ob id fortaſſe minus mirū. Compellebant interim paſtores regij ſtabuli,greges in paſcua. Qui miraculo rei defixi,non nihil in ueſtigio ſe tenuerunt,alioſq; è proximo accerſunt,uelut parū ſuis ipſi oculis crederēt. Sublato dein clamore,in ſubiecta loca ad flumen ut beluã arcerent,decurrunt, illa placide ſe attollens,iacētes pueros paſtoribus reliquit. Erat haud procul à ripa Tiberis lucus,cum fonte,qui è concaua ſpecu perenni manabat aqua,atq; inibi Lycæi Panos ara,quo lupa greſſum detorſit,fons ipſe fuit palatij ædificijs propinquus,cum rei huius monumento ad poſteros cōſpicuo. Lupæ ſimulacrum erat ex ære,& duo ad ubera infantes,quali figura & materia uiſit̃ noſtra quoq; tempeſtate Romæ in parte Capitolij in conſeruatorū ueſtibulo. Plutarchus non lupam modo, ſed & Martium picum alimēta pueris præbuiſſe prodidit,quod in Semiramide etiã quæ in Aſſyria regnauit accidiſſe proditū eſt,ut infans à uolucribus ſit nutrita. Paſtores ſublatos inde pueros ad Fauſtulū regij pecoris magiſtrū deferunt,ordineq; à ſe uiſa exponunt. Erat nuper Fauſtulus ex Alba reuerſus,ubi de Rheæ Iliæ partu audiuerat,& cum ijs forte in reditu, quibus exponendorū iniunctum erat negociū, aliquantulū uiæ fecerat. Hæc Dionyſius. Plutarchus ab ipſo Fauſtulo expoſitos autor eſt. Sed cuiuſcunq; miniſterio id fieri contigit, Fauſtulus,uelut omniū ignarus,

Romulus & Remus Fauſtulo traduntur.

poſtulat ſibi eos à paſtoribus dari,quod quum haud ægre impetraſſet,domum reuerſus,pueros in gremium uxoris tum mœſtæ,ob extinctum nuper infantem,quem enixa fuerat, ex improuiſo effudit,uerbiſq; conſolatur, q; pro uno quem amiſerat, alumni duo eſſent reperti. Hortatur itaq; eos omni ſtudio,& diligentia aleret, in quibus educandis, ut intentius perſeueraret,omnia quæ paſtores à ſe uiſa enarrabant, pro miraculo memorat.

A Liuius à Fauſtulo pueros ſublatos tradidit,fuiſſeq; ait multis perſuaſum Laurentiã,quę cum Fauſtulo nupta fuit,uulgato corpore Lupã inter paſtores appellatã, fabulamq; inde ortã uideri poſſe, ut Lupa pueris ubera prębuiſſe credat, gemellos Fauſtulus Romũ & Remum uocat,à mamma,ut Plutarchus credidit,quã mitis fera illis iacentibus ſiccandam adhibuit. Idem autor eſt ambos Gabijs Fauſtuli diligentia græcis literis inſtitutos. Per quæ geniti & educati, ubi adoleuit ætas,quũ formæ præſtantia & uigore animi,inter paſtores longe eminerẽt, non in ſtabulis & circa greges ut cæteri ocio marceſcere,ſed ſaltus & nemora uenando circuire. Latrones inſectari,prædã illis ademptã,benigne inter ſuos partiri.

Laurentia Fauſtuli uxor.

Quales ab initio Romulus & Remus.

Nonnũq; etiã orta inter regios paſtores,& eos qui Numitoris erant,de paſcuis,ut aſſolet,cõtentione,cum hi circa Auentinum,illi in regione palatij ſtabula haberẽt, pleriq; ex ijs,qui Numitoris iura tuebant, media ſunt rixa uulnerati,ac nouiſſime loco pulſi iniquo animo ignominiã ferre. Cæterũ nulli interim paſtorũ,maiore inuidia apud iniuria affectos,q̃ gemini fratres eminebãt. Quippe q non ut cæteri in partibus eſſe credebant,ſed illorũ ductu & audacia oẽs credere ſibi iniuriam fieri. His igitur inſidiati paſtores,quũ Romulus Ceninam ſacrorũ cauſa profectus domo abeſſet, Remũ ſubita excurſione laceſſitũ ad arma cõpellũt,ſenſimq; ad inſidiarũ loca ſequẽdi ſtudio perductũ,penè obrutũ lapidibus capiũt. Elius Tubero,quem Liuius & Plutarchus ſequunt, cui & Dionyſius libens aſtipulat, Lupercale ſacrum ait in palatio celebrari ſolitũ, ex Arcadia ab ijs,qui Euandri comites fuere,in Latiũ delatũ. Nec id modo ludicrũ teſtari eius gentis in hæc loca acceſſum,ſed & palatiũ ipſum,quod à Palanteo Arcadiæ,unde illi uenerant, Palantium ab initio dici cõtigit,mox & palatiũ. Iuuenes Lycæũ Pana uenerantes, laſciuo curſu nudi in ſuorũ conſpectu diſcurrebãt,quæ ſacrorũ ratio non integra tantũ,ſed aucta etiam religiõe ad poſteros tranſijt,adeo,ut qui ſummũ gererent in urbe magiſtratũ,ſine rubore ea de cauſa corpora nudarent.

Lupercale ſacrum.

Appianus & Plutarchus autores ſunt Antoniũ,qui poſtea cũ Auguſto & Lepido triumuir fuit conſulem inter Lupercos cucurriſſe. Nobiliſſimi iuuenes & adoleſcẽtes

B nudi per urbẽ uagi obuios cædebant loris, quibus etiam pleræq; matronæ,de induſtria occurrentes,ob receptam uulgo opinionẽ,quaſi ea res ad fœcunditatẽ attineret,palmas illis præbebant feriendas. Huic ludicro erant tum forte iuuenes ipſi,ut ille ait,intenti, quũ latrones ob iram prędę ſæpius ademptę,ſeu paſtores illi potius,ut Dionyſio placet,fuerunt (neq; eñ obſcurum erat id ſolenne)parati in incautos,armati in nudos,ex improuiſo impetũ faciunt. Hic cum media trepidatione ſe Romulus defendiſſet,Remus cum paucis temere in aduerſum cuneum iuectus, in hoſtiũ poteſtatẽ redactus,Albam ad Amuliũ perducit. Hic inter prima crimina illi obijcit,q Numitoris agrũ eius ductu paſtores hoſtiliter infeſtarent,ob eamq; rem dat Amulius captum iuuenẽ fratri ad ſuppliciũ,cuius ea erat iniuria.

Remus ad Amuliũ perducitur.

Romulus poſteaq; Remum fratrem captum audiuit,cum ea paſtorũ manu,quã tum forte circa ſe habuit,abeuntes perſequi certus erat,ut eos priuſq; Albam abirent,curſu aſſequeret. Sæuientẽ Fauſtulus à tã præcipiti conſilio reuocat,reuocatũ in ſecretum abducit,hicq; ueram originem,quã ob immaturam ætatẽ antea in occulto habuerat,ſolus ſoli ait. Cõferunt itaq; inter ſe conſilia, ut ſimul Remum periculo eximerent,totamq; Numitoris domũ ab Amulij iniuria uindicarẽt.

Fauſtuli cõſilium.

Partiti inter ſe curas,Fauſtulus Albã properat,ne quid in Remum temere ſtatueret, Romulus paſtorum manu diuerſis itineribus ad urbem miſſa,ipſe eodẽ pleno gradu occurrit. Interea haud procul aberat,quin Numitor ſciſcitando Remũ agnoſceret,nam & duos eſſe fratres audiuerat,& filiæ liniamenta in alterius ore intueri,ſeu igitur ambiguæ ſtirpis, ſeu potius præſentis fortunæ admonitus,adoleſcenti in ſecretũ adducto impunitatẽ pollicet,ſi cum fratre & cæteris paſtoribus,in aſſerenda dignitate ſibi auxilio adeſſent. Ad ea Remus quum omnia reſpõdiſſet,quæ prætenſæ ſpes ſalutis in periculo conſtitutis ſuadere ſolet,Numitoris iuſſu ſoluit, Romuloq; qui iam haud procul Alba aberat,ſalutem fratris per fidiſſimũ quẽdam nunciat, quo ille letus nuncio,pacate ut cæteri ignoto habitu ad Numitorẽ, apud quem Remum eſſe ex nuncio cognouerat,diuertit. Plutarchus cum paſtorũ manu & ſub fœni manipulo, quaſi ſub ſignis Romulũ Albam ueniſſe ait,ſed ueriora mihi uident,quæ Dionyſius ſcribit. Is eo quo diximus modo, urbem ait ab Romulo initam.

Romuli ad Albam acceſſus.

Cæterũ iam prima apud Numitorẽ conſilia agitari cœpta erant,quum parũ abfuit,quin Fauſtuli indicio ſint fratres proditi. Propera

uerat ille periculo rei motus Albam uenire, qui ut maiorē rei fidē Numitori faceret, aluū qua C
infantes fuerant expoſiti, in hunc uſum aſſeruatā ſecū habens, circa portas excuſſo pallio, iuſ/
ſus eſt cuſtodibus prodere, quicquid id eſſet q̊d lateret ſub ueſte. Erat tum ibi forte miniſter il

Fauſtuli diſcrimen.

le, qui Amulij iuſſu pueros expoſuit, agnouitq; cōtinuo inſpectā aluū, atq; ob id aliquid in/
eſſe fraudis ratus, Fauſtulū ad regem perducendū cenſet, circūſiſtūt itaq; eum plures, captūq;
ad Amuliū attrahūt. Hic ueritus ne cruciatibus fateri cogeret̃, quæ in præſentia celare uoluiſ/
ſet, oīa rite, ut acta erant, exponit, in uno non minus tēpeſtiue, q̄ feliciter mentitus, ꝙ iuue/
nes procul Alba inter paſtores eſſe affirmauit, armētaq; cum his ſectari, non defuturā illis oc/
caſionem fugiendi ratus, aut obtrūcandi regis, ſi à Numitore ad eū fuiſſent accerſiti, & iam ne
gocium datū erat militibus ut Fauſtulū ſecuti, ad ſe traherent, quicunq; ab eo mōſtrati eſſent,
ſi ſponte uenire nollēt, quū re occulte ad Numitorē delata, mutua inter auū & nepotes iā ma/
nifeſto indicio, facta eſt gratulatio. Cōplexuſq; eos ſenex cū lachrymis ad ultionē hortat̃. Ar/
mant̃ confeſtim à Numitore ſerui, & ex clientibus & amicis pleriq;, paſtores quoq; iamdudū,
ut iuſſi fuerant, diſſimulato negocio, diuerſis itineribus, in urbem frequētes cōuenerant. Hu/
iuſmodi manu ambo freti, in forū ſine maiore tumultu deuolāt, regemq; à paucis defenſum,
obtruncāt, arcē occupant, ne cæde regis tumultu orto ab irata multitudine opprimerent̃. Hæc

Amulij cædes.

Fabius antiquiſſimus Romanoꝝ annaliū ſcriptor, quem Dionyſius præ cæteris eſt ſecutus:
q̄q̄ Plutarchus nihil ab his diuerſa prodidit: preſſius oīa Liuius, atq; eo fortaſſe cautius, nā
ſi cuſtodes circa portas fuere, non uideo qua ratione iam facilis fuerit paſtoribus in urbē in/
greſſus, occulta arma habētibus, aut cur regij pecoris magiſter cæteris ſuſpectior eſſe debuerit,
quū longa cōſuetudine Albā cōmeandi, oībus eſſet notiſſimus. Alij nihil fabuloſum hiſtoriæ
cōuenire rati, infantes duos nuper natos, fidiſſimarū miniſterio, Rheæ Iliæ medio nixu Numi

Romuli & Remi educatio.

toris cōſilio ſuppoſitos prodidere, eoſq; pro uero partu ab Amulio necatos, qui ex ea æditi
ſunt alendos Fauſtulo datos, qui quū Amulij eſſet uillicus, Filiſtini fratris ſuaſu, erat is quoq;
pecoris & paſtorū Numitoris magiſter, negociū ſuſcepit, Artricemq; uocatā ferunt mulierem, D
quæ eos aluit. Nec interim negant, Fauſtuli coniugē ob frequēs adulteriū, Lupam inter paſto
res appellatā, uociſq; ſimilitudine factū, ut fabula ſibi in puerorū alimonia locum inuenerit.
Mox itaq; ab ineunte pueritia Gabijs inſtitutos, & apud Fauſtuli hoſpites literas & Muſicen
græco ritu, armorūq; tractationem edoctos, ad Fauſtulū deinceps, cuius crediti eſſent filij, ſub
pubertatis annos reuerſi, orta inter paſtores cōtentione, q̊d ita Numitor ipſe euenire uoluit,

Varia de Ro. & Re. educatione opinio.

ut cauſam haberet eos à rege poſtulandi, Albā ad Amuliū accerſiti ambo uenerint. Affuit ex
compoſito Fauſtulus cum pleriſq; amicorū cognoſcēdi iudicij ſpecie, cognitione rei ad Numi
torem delata, poſteaq̄ ille adoleſcētes docuit qui eſſent, in Amuliū armauit, & hæc illi, aut ue/
ra, aut certe uero ſimiliora, de cōditorū urbis educatione, & Amulij cæde literis prodidere. Ve/
rum utcunq; res acta eſt, Numitor Amulio cæſo, populū ad cōcionē uocat, ſcelera in ſe fratris
nepotū originē, ut geniti, ut educati eſſent, ordine exponit. Amuliū quia fratrē per iniuriam re
gno ſpoliaſſet, ut Tyrannū, ſe autore cæſum, quæ cum ille breuiter diſſeruiſſet, iuuenes per me
diam concionē ſuorū agmine ingreſſi, auum regem ſalutāt. Conſenſus ingens, & fauor uocū
conſecutus, ratū illi nomen & imperiū fecere. Igit̃ Albana re auo permiſſa, honoribuſq; matri
reſtitutis (Etenim Dionyſius & Plutarchus, uiua adhuc Ilia Amuliū perijſſe ſcribunt) cupido

Conſilium condendæ urbis.

eos cœpit urbis hic cōdendæ, ubi expoſiti & educati eſſent. Dionyſius id conſiliū exiſtimat à
Numitore ortum, qui pulchrū & utile ratus, quoniā res Albana multitudine abundaret, ad
propagandū nomen & gentē nepotibus perſuaſerit, ut eam uelut nouā ducerent coloniā, ur/
bemq; cōderent. Apparebat in multitudine tranſcribēda, uires aduerſæ factionis, nouæ colo/
niæ prætextu, infirmiores fieri. Cæterū ſiue propriū id conſiliū, ſiue auitū fuit, iuuenes eius ter/
ræ charitate in qua ambo fuerāt educati, ut nouam urbēm ſtatuerēt, ſolū à Numitore accipi/
unt, pecunias adhęc, arma, frumentū, ſeruos, iumenta, multaq; alia deſtinato operi neceſſa/

Ro. & Re. colonos ab Auo accipiunt.

ria. Ad tria hominū milia ex Alba in coloniā conſcripta, cæteris facultas conceſſa, eo ſi uellent
demigrandi. Cum hoc illi apparatu ab auo profecti, quicunq; palatiū & Saturniā incolebāt,
præſenti multitudini iungunt, diuiſiſq; inter ſe copijs, confeſtim quicquid hominū fuit, uelut
in duas abijt factiones, inde & fratrum diſcordia orta, nam parū ab initio conuenit inter eos,

quo po/

A quo potiſſimũ loco noua ſtatuerent mœnia. Præferebat Romulus palatij ſedẽ, ut amborum
altricẽ, Remus triginta procul inde ſtadia tumulũ ceperat Tyberi propinquũ, manſitq; ipſi lo
co ab re nomen, Remoriaq; eſt dicta. Id anceps conſiliũ non nihil fatalẽ urbis originẽ mora/
tum eſt, Demũ eo eſt decurſum, ut rem omnẽ materno auo permitterẽt, is ut deos cõſulerẽt,
autor ambobus fuit, irent & uterq; ſuo templo ſedens, eodẽ tempore captarent auguria, atq;
utri meliores aues apparuiſſent, is caperet locũ, nomenq; urbi daret. Sacris igit', ut rite omnia
fierent, perpetratis, Romulus palatiũ, Auentinũ Remus occupant. Alij Remoriã ab eo inſeſ/ Ro. & Re.
ſam credidere. Cæterũ ſiue hic locus illi, ſiue alius ſit captus, ſex cõtinuo uultures præpeti uola augurium.
tu ſeſe Remo offerunt, quibus lętus ille confeſtim Romulo iubet auguriũ nunciari, eũq; ad
ſe uenire. Sed dum forte res ad Romulũ perfertur, ecce xij. illi uultures occurrunt, tum orta in
ter duces cõtentione, quũ hic auiũ numero, ille tempore regnũ ad ſe traheret, nec ætas ullũ fa/
ceret inter eos diſcrimen, ut hic pudore, aut ille alteri cederet, utraq; multitudo regem ſuũ ſalu/
tat ducem. Oritur ex altercatione iurgiũ, ex iurgio certamẽ, animiſq; ira accenſis, uelut diuerſę
inter ſe acies hoſtiliter confligũt, ibi Remus media turba temere ictus cõcidit. Dionyſius parũ
integra fide Romulũ à principio egiſſe exiſtimat, qui nullo adhuc captato augurio, regni cupi
dus miſerit, qui fratrem ad ſe accerſerent, uelut cõtinuo ſibi aues auguriũ feciſſent, quũ interim
Remus, quas ipſe obſeruaſſet, ijs quia ad ſe miſſi fuerant oſtendiſſet aues, ſed quũ in palatiũ
ueniſſet, rogatus ab eo Romulus, ecquod tam cito auguriũ obſeruaſſet, aliquãdiu incertus il/
le, quid ad ea reſpõderet, hæſitauerit, ac uix demũ duodecim oſtendiſſe uultures, qui poſt Re/ Remus in/
mi acceſſum templũ fuerant ingreſſi, atq; ex ea fraude ait contentionẽ primo, inde præliũ in/ terficitur.
ter duces ortum, quo ſaucius Remus occubuerit. Verũ enimuero quia augurij euctus Romu Vulturis
lo felix in cauſa fuit, iam inde Romani id uolucris genus potiſſimũ in augurijs obſeruare per/ natura.
ſeuerant, niſi forte alia eius obſeruationis ſit cauſa, q; innocentiſſimus ſit omniũ animantium Fauſtuli &
uultur, qui nihil attingit ex ijs quæ humano labore quærunt', nullũ animal interficit, ſolis ca/ fratris inte/
B dauerib us paſcit', uolucribus mortuis affinitatem ſentiens generis abſtinet. Hinc credibile eſt ritus.
Herculẽ, ut Herodotus Ponticus ſcripſit, nullo magis augurio, q̃ uulturis lętari ſolitum. Nec
Remi duntaxat morte, ſed multorũ etiam cæde funeſtũ fuit id certamẽ, quo Fauſtulus & Phi/
liſtinus fratres periere, dum pugnã dirempturi temere ſe iratæ multitudini ingerũt. Romulus
in Remoria fratrẽ ſepelijt, ipſe actorũ pœnitentia in deſperationẽ adactus, ſibi uiam ad mortẽ
inueniſſet, niſi amicorũ, & in primis Laurẽtianæ nutricis interuentu, quę illi aſſidẽdo nunc p̃/
cibus inſtans, nunc caſtigatione in ſpẽ priſtinã reſtituiſſet. Igit' cum tribus circiter hoĩm milli/
bus, qui pugnæ ſuperfuerant, quũ aliquãto maior ante numerus fuiſſet, ad deſtinatũ opus ſe
totũ conuertit. Scio ego ex ueteribus rerum ſcriptoribus fuiſſe, qui ſcripſerint Remũ quum in
contemptũ fratris uallum tranſilijſſet, cauillantem, fore ut non minus facile tranſcẽderetur ho
ſtibus q̃ ſibi uallum quod munierat frater, à Celere quodã, uel ut alij tradũt, Fabio qui operi Alia de mor
præſidebat rutro ictum concidiſſe. Sed quocunq; caſu perijt Romulus, fraternæ cædis ſuſpiti/ te Remi o/
one non caruit. Celer in Hetruriam ſeceſſit. Vnde Plutarchus factum exiſtimat, ut ueloces à pinio.
Romanis poſtea ſint Celeres nuncupati. Cæterum Romulus fratris, & aliorũ cæde prius ex/ Celer. Nata/
piata, urbem quadrata forma ad duodecimũ kalendas Maij poſtridie Palilia, quem diẽ paſto lis dies ur/
res ea temporũ ſuperſtitione ſolennẽ agebant, ſulco, qua foſſa prius inde murus ducendus fu bis.
it, bobus mare & fœmina ad aratrũ iunctis deſcribit, eoq; aratri circumactu, ab una ipſius in/
ſtrumenti parte, nomen urbi datũ credidit Varro. Quod uero ad propriũ nomen attinet, Grę
ci ſcriptores in dubium trahunt, unde Roma ipſa ſit dicta, quo tempore, ac cuius ductu con/ Vnde Ro/
dita. Cephalon Gergethius autor uetuſtiſſimus ſecunda ætate poſt Ilium captũ urbem con/ ma nomina
ditam prodidit, ab Romoq; Æneæ filio ei nomen inditum, nec Cephalon tantum, ſed Aga/ ta.
thillus quoq; & Demagoras, ut Dionyſius ſcribit, eius fuerunt opinionis autores. Damaſtes
Sigeus & quidam alij Æneam aiunt ex Moloſſis in Italiam profectũ, haud multo poſt Vlyſ/
ſis ad eandem terrã acceſſum, urbemq; ab eo conditã, que ducis iuſſu Roma ſit dicta, ab Ilia/
dum una, cuius ſuaſu, Troianæ mulieres, longioris erroris tædio, naues incenderint. Ariſtote/
les non Æneam & Troianos eam claſſis iacturã in Latio feciſſe arbitratus eſt, ſed Achæos,
qui poſt Ilium euerſum in eam Opicæ terræ partem fuerint tempeſtate delati, quum plures

ex Phrygia in nauibus captiuas fœminas, quæ ueritæ ne ſi in Græciam ueniſſent, pellicatus ſuſpitione immitius ab uictorũ uxoribus uexarentur, claſſem cõcremarint, uiriq́ neceſſitate adacti, urbem ſibi cõſtituiſſent, eamq́ ab unius nomine, quæ eius facinoris fuiſſet autor, nuncupauerint. Callias q̃ Agathoclis res geſtas ſcripſit, Troadũ unã ex Æneę comitatu Latino Aboriginum regi nupſiſſe prodidit, duoſq́ ex ea filios genitos Remum & Romulũ, qui urbem à ſe conditam à nomine matris dixerint. Xenagoras, hiſtoriarum ſcriptor, ex Vlyſſe ait & Circe tris liberos procreatos, Romulum, Antium, & Ardem, quorũ ſinguli urbes, quas in Latio ſtatuiſſent, de ſe rite nominarint. Dionyſius Chalcidẽſis à Romo inditũ id nomen teſtatus eſt, ſed ab eo qui fuerit Aſcanij filius, uel, ut alij ſcribunt, Emathionis, ut alij, Italici cui Leuctra Latino genita nupſerit. Quidã Græcam uocẽ ſecuti, à belli robore id urbi nomẽ datum affirmare ſunt auſi. Liuius & omĩs Romanorum ſcriptorum turba, haud dubie affirmat à Romulo, qui ex Ilia eſt ortus, genti nomen urbiq́ inditum. Perplexa hæc ſcriptorum uariatio, ut arbitror, effecit, ut ne tempora quidem, quibus Roma ſit condita, antiquis rerum ſcriptoribus omnino conſtent. Fuit uetus quædam perſuaſio uulgariſq́, ut Dionyſius ait, de ea re ſermo, Romulum & Remum Æneæ filios poſt eius interitũ Romum Capuam, ut alio eſt à me locò dictum, cõdidiſſe, quam à Capi proauo nominarit, alteram in Ianiculo à patre nuncupatam, Romam inde de ſuo nomine nuncupaſſe, hancq́ diu Albanorũ regum temporibus deſertam iacuiſſe. Tum demum à Romulo & Remo ueſtali Ilia genitis, Albanis colonos dantibus, inſtauratã, quæ uulgo celebrata, ſi uera ſunt, inſtauratio fuit hæc, quam Liuius & alij originem uocant. Cæterum ſi quis adhuc uetuſtiora ſectetur, reperiet fortaſſis aliam longe antiquiorem urbis conditionẽ.

**Vetuſtas urbis.**

Antiochus Syracuſanus uir inter ueteres ſcriptores haud obſcuri nominis, ſcriptum reliquit, ueniſſe quendam ad Morgetem regem, qui diceret ſe Roma profugum. Regnauit Morgetes in terra Italica poſt Italum. Fuerunt tum regionis fines à Tarento Neptunam uſq́. Quo apparet aliquot ætates ante Æneæ in Italiam acceſſum, Romam in Latio fuiſſe. Sed longiore fortaſſis ſermone, q̃ ſtilus exigat, nos hæc de urbis origine ſumus executi. Nunc ſatis conſtat conditionem quam Romani ſcriptores celebrant, quæq́ Romulum Iliæ filium autorem habuit, in annũ tertium ſeptimæ Olympiadis incidiſſe, eo nanq́ anno Antimachus Teius celebrat lunæ defectum, quem Plutarchus ait eo die factũ, quo urbs condita eſt.

**ANNI MVNDI**

Euſebius & ipſe idem tempus obſeruat. Quod ſi recte ab his tempora colligũtur, fuit annus ille quo Roma condita eſt, quater milleſimus à mundi origine quadringẽteſimus atq́ undequinquageſimus. Ab Ilij excidio, ut Dionyſius ſcribit, trecenteſimus ac undetrigeſimus. Ante Chriſti regis aduentum ſeptingenteſimus quinquageſimus ſecundus. Idem autor in primum annũ ſeptimæ Olympiadis conditionẽ urbis repoſuit, in quo eſt trium annorum uariatio. Potiebaturq́ tum rerum Athenis Charopus, in Aſſyria Medidus tertio ab Arbace loco regnũ obtinebat, in Macedonia Tyrimas, Samus in Ægypto, Hieroſolymis Achamus.

**Achamus.**

Is ut ad res Hebraicas reuertatur hiſtoria, diuerſus à patris inſtituto, externas aras dijs ſtatuit, ut per omnia impium cultum exerceret, filium pro hoſtia immolauit.

**Achamus impius.**

Cuius manibus haud multo poſt debitas expendit pœnas, bello à Raſino Syriæ & Phaceia Samariæ regibus illi orto. Hi iuncta inter ſe ſocietate, eum aliquãdiu Hieroſolymis arcta obſidione fatigarunt, urbibus interim pleriſq́ ex eo captis, direptiſq́ & incenſis, & in his Achilacha Erithręo mari adiecta, quo antiquis cultoribus cęſis, nouos Raſinus rex Syriorum induxit colonos. Vrbs regia, quum ualide munita eſſet, capi non potuit, cuius potiundæ ſpe abiecta, hoſtes ſoluta obſidione, diuerſi in ſuum uterq́ regnum abierunt.

**Vincitur Achamus magno prælio.**

Tum Achamus ſuorũ ſcelerum furijs agitatus, in Phaceiam omnem ultionis iram detorſit. Valido itaq́ exercitu ad bellũ inſtructo, Samaritani regni fines hoſtiliter adortus, Phaceiam ad arma compulit, nec ita multi interceſſerunt dies, quibus cruenta acie Achamus ab hoſte uictus, Cẽtum triginta hominum milibus amiſſis, & in his filio iuuene impigro, quem Amaſias Phaceiani exercitus præfectus interfecit, trepide ad ſuum ſe regnum recepit. Nec Phaceias uictoria eſt negligenter uſus, ſed hoſtem Hieroſolymam proſecutus, omnia circa urbem ferro eſt & igni populatus, ingens uis hominum ab eo capta, & in Samariã abducta eſt. Cæterũ Odidæ prophetæ monitu Phaceias captiuos domũ remiſit. Nec Achamus, licet uictus, deinceps quieuit, ſed reparando bello intentus,

A tus,in Aſſyriã ad Tadaphaſarũ regẽ miſit,qui magnã cũ eo pecuniã paciſcerent̃,ut in ſocietatem belli ueniret. Nec Aſſyrius poſtulata abnuit,ictoq́ cũ Achamanis legatis fœdere Syriam hoſtiliter inuadit,agrũ populat̃,Damaſcũ expugnat, Raſinumq́ in ſuã poteſtatẽ redactũ obtruncat,inde Samariæ fines ingreſſus,ſubita excurſione ingentẽ uim hoĩm in agris opprimit, captiuã multitudinẽ cũ Damaſcenis ad hoc ipſum ſeruatis, in ſuperiorẽ Mediam tranſtulit. Achamus aurũ quod cum Aſſyrio per legatos fuerat pactus,bona fide perſoluit. Inde eo furoris proceſſit,ut auguſtiſſimũ dei templũ claudi iuſſerit inhibueritq́ ſacra fieri. Per hæc ille ſcelera,quũ annos ſexdecim regnaſſet,moriens Ezechiæ filio regnũ tradidit,quo tempore periȷt & Phaceias,ſuorũ fraude oppreſſus,quũ annos nouem Samariæ regnũ obtinuiſſet, Ozias eius cædis fuit autor,cui regnũ patricidȷ pretiũ ceſſit,ſed Phaceiæ manus nondũ quieuerãt quũ Ozias graui bello à Salmanaſſare Aſſyriorũ rege petitus uictuſq́ tributũ illi pẽdere eſt coactus. Euſebius & Bibliaci libri hoc rege ſignificare uident̃ accidiſſe,ut ex duodecim Iſraëlitarum tribubus,multa hominũ milia in Medos ſint tranſlata. Cæterũ Ioſephus Phaccia uiuo eam cladem acceptã autor eſt; Hic tunc erat in Iudæa rerum ſtatus,Romulus interim foſſa & uallo urbem cingere adortus,haud prius ab incepto quieuit opere, q̃ eam munitionibus circũuallatã,ab omni externo incurſu,miniſq́ bellorũ tutam reddidiſſet. Verum reputãs animo ciuiũ concordiã pro mœnibus eſſe urbibus,qua ſublata nulla diu ciuitas ſtare poſſit, incõptam & agreſtem multitudinẽ,certis uelut legibus ciuilem in modũ compoſuit. Aderant ad tria peditum millia,ac ſupra hos equites trecenti,quibus ad cõcionem uocatis,in hunc modũ eos affatus dicit̃: Nouã quidem formã,expreſſamq́ urbis ſpeciem cernitis,uiri fortiſſimi, quã ueſtræ manus foſſa & uallo ualide munitã reddiderũt. Sunt hæc,quis ignorat? infirmæ & naſcenti ciuitati ad omnẽ uim & iniuriam propulſandã,neceſſaria, ſed maiore adhuc præſidio opus eſt,quod res nulla alia præter ciuiũ concordiã præſtare poſſit. Conſpiratio adſit & conſenſus,quãuis pauci & inermes facile locum hunc tuebimur. Diſcordia,ingens humanarũ re-
B rum peſtis,in primis uitanda eſt,quã nuper experti,parum abſuit quin non urbem dixerim, quæ utiq́ tum nulla fuit,ſed condendæ urbis cõſilia,& rationẽ tolleremus. Horreo memoriã diri illius certaminis,cupioq́ ſi fieri poſſit in perpetuũ aboleri,uel ſi animo excidere non poſſit,ſit ſaltem nobis documento,ad diram illam maximeq́ ciuitatibus inimicã deinceps peſtẽ fugiendam. Narrant mihi quidã maiores natu,ſcire ſe plures Aboriginũ colonias,circa Latiũ & alias quaſdam procul Latio ſitas,quę non ſolũ optima principia habuiſſent,ſed ad inuidiã uſq́ luxurioſa ſortita eſſent incrementa,domeſtica ſeditione deletas. Sed ſic ſane habet,ut res paruæ concordiæ coaleſcunt,ita ſublimes & arduæ diſcordia dilabunt̃. Quare ut tutiore loco ſimus,& rem deorũ auſpicio inchoatam,tueri & augere ualeamus,auctamq́ poſteris tradere, neceſſariũ duxi uobis demonſtrare,quæ potiſſimũ ratio nobis ineunda ſit,ut iuris & æquitatis formã,quæ duo ſunt ciuitatũ uincula,in nouã urbẽ inducamus. Siquidẽ haud unã adminiſtrationis formam uulgo receptã uideo,quidã unius cõſilio & ductu cõtenti,regiũ nomẽ in ciuitatẽ induxere,aliȷ optimatibus ſumma rerũ permiſſa,paucorũ cõſpirationẽ utilemq́ conſenſum ciuili adminiſtrationi expedire arbitrati ſunt,nõnulli multitudinis arbitrio rem totã permiſerũt. Vos uero qñ deorũ benignitate eo uentũ eſt,ut ſi non abſolutã,q̃d tam breui cõtingere non potuit,oĩno tñ aliquã ciuitatis ſpeciẽ habeamus,in mediũ cõſulite, quæ ſit uobis regiminis forma inducẽda. Nam q̃d ad me attinet,ſatis ſuperq́ adeptus uideor,ꝙ me deducẽdę colonię,urbiſq́ cõdẽdę ducẽ & autorẽ habere uoluiſtis,& ꝙ auſpicatiſſimo loco ſatiſq́, ut apparet,opportuno,eam uobis ſtatui,ſtatutamq́ de meo noĩe uobis probãtibus,& ita euenire uolẽtibꝰ,nũcupaui. Nũc ſatis ĩmortalitati prouiſũ eſt,cætera ueſtro arbitrio ꝑmittẽda exiſtimaui. Etenĩ quãcunq́ ciuitatis formã uobis optaueritis,ſiue publicã, ſiue priuatã perſonã geſſero,pro oĩm cõmodis,cœptorũq́ operũ incremẽtis,uel quia ciuẽ oportet,uel ꝙ ducẽ & regẽ decet pro ſuis laborare,ſciẽs uolenſq́ excubabo. Huiuſmodi oratione aut certe nõ multũ ab hac diſſimili Romulus ad ſuos uſus eſt,q̃d materni aui cõſilio factũ credibile eſt,ad ferociſſimæ multitudinis inuidiã fugiẽdã,ne ſi illius iniuſſu regiũ nomẽ uſurpaſſet, cõtinuo inuidia inde,mox & odium eſſet illi ortum. Haud dubium erat quin tum genus ipſum,tum uirtutem in eo ſecuti Romulũ aut neminẽ aliũ regẽ eſſent habituri. Igitur magno omniũ cõſenſu totius

Damaſcus expugnatur.

Clauditur dei templũ.

Romulus urbẽ uallo munit.

Oratio Romuli ad ſuos.

Multiplex ciuitatis adminiſtratio

rei ſumma illi permiſſa,ſed non prius regium nomē recepit,q̄ multitudinis ſcitum augurio ſit C

Romulus rex declaratur.

cōfirmatum.Siniſtra cœli parte fulgur in dexterā diſcurrit,quæ obſeruatio etſi uana eſt,& à ueræ pietatis cultu abhorrens,operepreciū eſt tamē cognoſcere,unde ratio ipſa auguria captātibus orta ſit,ſiniſtri fulminis obſeruādi.

De augurij obſeruatione.

Dionyſius autor eſt,augures eā mūdi partē qua ſol & cæteri planetæ oriunt̄ ſpectare ſolitos,oīaq́ interim ad Septētrionē & arcticū polū uergentia ſiniſtra augurātibus fuiſſe.Nulli p̄terea dubiū eſt eā mundi partē nobis eminētiſſimā eſſe, & ob id multo alijs potētiorē,unde uana perſuaſio orta,ſigna q̄ inde mortalibus darent̄, eſſe longe oīm efficaciſſima.Sunt tamē qui iccirco ſiniſtra auguria meliora arbitrati ſint,q̄ q̄ nobis cœlū ſpectātibus læua ſint,ipſis fiant ſuperis dextera.Cōſtat præterea Aſcanio in Mezentiū & Hetruſcos eruptionē facturo,ſereno cœlo leua intonuiſſe,quo ille augurio fretus, uictoriā ſit ingentē adeptus,quæ cauſa eſſe potuit,ut talis obſeruatio inde ad Romanos fluxerit. Nec ignoro uideri poſſe morē ipm̄ ex Hetruſca diſciplina ſumptū,cuius Romulū haud ignarum fuiſſe crediderim,qppe qui urbē augurato cōdidit,nec regiū deinceps nomē,niſi augurio cōfirmatus,receperit.

Romulus Gabijs inſtitutus.

Enuero ſatis conſtat ab ineūte pueritia cū Remo fratre Gabijs muſicæ & literis inſtitutū,quo in maiore errore fuerūt,qui utrunq; inter paſtores adoleuiſſe arbitrati ſunt.

Tribus. Curiæ.

Per hæc ille regnū adeptus,ciuitatē moribus & inſtitutis cōtinuo cōponere eſt adortus. Primo itaq; multitudinē in tris uelut ordines diuiſit,Tribuſq; ab ipſa,ut credo,partitione nominauit.Inde earū ſingulas in denas diuiſit partes,Curiæq; hæ nūcupatæ, ( triginta numero fuere) ſecuta & alia Curiaꝝ diuiſio in Decurias,unde & Decuriones dicti,qui illis p̄fuerūt.Tū ager in tot partes diuiſus,quot Curiæ numero erant,ſuæq; oībus portiones tributæ,tantum rex ipſe ſibi terræ reliquit,quantū ad ſacrorū uſum,tēplorumq; curam ſatis uideret.

Patres. Patritij.

His ita cōſtitutis,omnes ſpectata uirtute uiros,& quibus tum filij eſſent,pollerentq; inter alios opibus, ab ignobili multitudine diſcretos,patres appellauit.Eorum progenies patricij deinceps dicti.

Senatus cōſtituitur.

Dubiū patres iccirco dicti ſint,quia alios ætate præirent,an q̄d his tantū filij eſſent, an honoris ea potius appellatio fuerit.Cæterū quæcunq; fuit eius nominis ratio, centū ex hoc ordine D lectis,ſenatus eſt cōſtitutus.Liuius eam Romuli electionē fuiſſe exiſtimat.

Senatus.

Dionyſius unū ait à rege in ordinē aſcitū,cui quū ipſe belli cauſa abeſſet,res urbana tuto credi poſſet,cęteros eius permiſſu legit multitudo ipſa,ut ſingulę tribus ſingulos terniones darēt.Triginta deinde Curiæ tris ſingulæ ex ſuo corpore crearūt.Senatus is ordo dictus,uel à graui ætati eorū, qui tum primū ſunt in ordinē aſciti,aut quia Latini ueteres optimos quoſq; ſolebant ſenes appellare.

Cur patres conſcripti dicti.

Nec illud,ut uideo multum cōuenit, Sunt qui huiuſmodi uiros ab initio patres conſcriptos appellatos exiſtimēt,ſed multo plures ita interp̄tant̄,ut cum recētior numerus à Priſco Tarquinio fuit huic adhibitus,cōſcripti dicti ſint.Alij cū Sabini à Tito Tatio ſunt Romā traducti,& in ſenatū allecti,conſcriptorū patrū appellationē primo uſurpatā arbitrant̄. Cæterū ut uulgus ipſum agros liberius coleret, ne urbanis curis ab agreſti opere ſæpius auerteret̄,ita ordinum officia coaptauit,ut ſenatores & alij qui in urbe reſiderent, minorū in agris agentiū tutelam ſuſciperēt,eorumq; urbana negocia ſedulo curarēt.Atq; in hūc modū patrocinia ſunt, urbe adhuc recēti cōſtituta.

Unde patrocinia.

Ipſe uero ſe imperij inſignibus quū cætero habitu,tum xij. lictoribus p̄cedentibus,auguſtiorē populo reddidit,ccc.ex omī iuuētute lectis,quorū denos ſingulę Cēturię dederūt.Hi circa regē armis excubabāt,celereſq; ab exequēdi miniſterij celeritate,uel à Celere,qui præfectus eſt illis,ſunt poſtea dicti.

Celeres milites.

In faſciū numero xij.uultures,qui ei auguriū fecerunt,uideri poteſt Romulus ſecutus,niſi ab Hetruſcis morē ipſum aliquis potius ſumptū dixerit,quibꝰ quū xij.populi eſſent,magiſtratumq; unū cōmuni nomine crearēt, ſinguli ſuū illi apparitorē dare cōſueuerunt.Sella Curulis,Trabea & alia Romanorū regū inſignia, inde haud dubie fuerūt.Sequunt̄ pauca legū capita,quando in lōgiſſima rerū ſerie haud oīa licet conſectari.

Leges à Romulo latæ.

Mulier,inquit,uiro legittime coniuncta,fortunarū ſacrorūq; oīm ſocia illi eſto, domuſq; ut ille dominus,ita hæc dn̄a,filia ut patri,ita defuncto uiro hęres.Adulterij cōuictā uir & cognati ut uolent necāto.Si uinū biberit domi,ut adulterā puniūto.

Oſculi origo.

Quo iſtituto uideri poteſt apud Romanos morē iualuiſſe, ut quoties uiri domū ſe teciperēt,filias & uxorē exciperēt oſculo,an(ut Porcius Cato prodidit) olerent temerū, ut em̄ corruptionem inſaniæ principium arbitrati ſunt,ita corruptionis ebrietatem.Parentum in liberos omne ius eſto,relegandi,

uendendi,

A uendendi, occidẽdi. Si qs à patre uẽditus ſe in libertatẽ uindicarit, iterũ ac tertio patri ius uendendi eſto. Fuit id caput legis ccc. deinceps anno in duodecim tabulis relatũ. Mitigauit nonnihil auſterũ carmẽ Numa Põpilius, qui tulit nullũ patri amplius ius in filiũ oportere eſſe, ubi illius iuſſu duxerit uxorẽ. Secuta & alia inſtituta, nequis libera fortuna ſedentariã artem exerceret. Militaris diſciplina, & agricultura ciuibus permiſſa, unde laudationis mos ille manauit ad poſteros, bonus miles, bonuſq; colonus. Hæc ille, nec religionis ĩmemor, tẽpla, aras, deorũq; ſimulachra cõſtituit. Adiecit & dies feſtos, ſacrificia, ferias, nũdinas, & alia pleraq; ad deorũ cultum pertinẽtia. Peregrina & ſacra, & ea in primis, q̃ græcanico fierẽt ritu, urbe excluſit, præter Herculea iã inde ab Euãdri tẽporibus inſtituta. Alicarnaſſeus Dionyſius Varronẽ ſecutus. lx. ait ſacerdotes, qui publica ſacra facerẽt, tributim, curiatimq; ab eo inſtitutos, additos & his aruſpices diuinationũ interp̃tes. Curiarũ ſingulis ſuus genius cũ ſacrorũ miniſtris datus, communiſq; oibus Veſta, & annus in decẽ mẽſes digeſtus, quibus nemo nõ poteſt intelligere, fuiſſe Romulũ diuinarũ humanarũq; reꝝ non imperitũ, nec ante Numę regnũ, populũ Romanum ſine moribus & religiõe, ut pleriq; autumãt, mãſiſſe. Sed dũ hæc à Romulo cõſtituunt, multi mortales in nouã urbẽ cõuenerãt, ad q̊d ip̃m Romulus aliq̃n antea ĩter arcẽ & Capitoliũ, ip̃i loco ĩtermõtio nomẽ fuit, ĩter duo q̃rceta umbrãti loco Aſylũ cõſtituerat, huc ſerui, & q domeſticis erãt iudicijs obnoxij, uelut ad unicũ libertatis & uitæ portũ, certũq; profugiũ, ex circũiectis urbibus migrabãt, qui benigne accepti, & ad urbẽ colendã oibus officijs inuitati, frequẽtiorẽ reddebãt indies ciuitatẽ. Et iã res Romana adeo erat ualida, ut neq; bello, neq; pace finitimarũ urbiũ ulla eſſet inferior. Sed magnitudo illa breuis, & intra hoĩs ætatẽ interitura, q̃n neq; domi ſpes prolis ulla eſſet, neq; cũ finitimis cõciliata haberẽt cõiugia. Cõſilio igiẗ patrũ circa finitimos populos mittit Romulus, q affinitatẽ nouæ ciuitati, & ſocietatẽ q̃rerẽt, adijcerẽtq; nouitatẽ urbis non oportere cuiq; ſordeſcere, multa in terris eſſe, & in his urbiũ origines, q̃ modicis orta principijs (iuuẽt modo dij) in ſummũ uirtute hoĩm & ĩduſtria augeãt. Certo ſcire ſe, q̊d ad utrũq; attineret, deos Romanæ origini affuiſſe, uirtutẽq; hoibus nõ defuturã ne proinde grauarent ſecũ genus & ſanguinẽ miſcere, ad q̊d ſi nulla res alia horteẗ, certe quia hoies eſſent, atq; ijdẽ uicinorũ accolæ, inhumanũ ſit ſibi denegari, q̊d barbaris & ignotis ſępe ſit datũ. Nuſq; benigne legati auditi ſunt, in quibuſdã etiã concilijs cõtemptim rogati, an & fœminis quoq; Aſylũ aperuiſſent, ea tum demũ digna connubia habituri. Tantũ hoĩm odia ab initio in Romanũ nomen exarſere, non tam, credo, homines, q̃ locũ auerſantiũ, quem maiora in dies uidebãt ſortiri incremẽta, q̃ ſibi & poſteris tutum crederẽt. Eam contumeliã rex & alij paſſi, continuo ad uim animũ adiecere. Ægritudine itaq; animi ad tẽpus diſſimulata, ut p̃ſens conſiliũ cõmodius celaret, nouũ in noua urbe ſpectaculũ celebrare Romulus inſtituit, Neptuno equeſtri ſacrũ. Cõſualia id dixere. Perſuaſum pluribus ſcio, eundẽ geniũ, Neptũnũ equeſtrẽ eſſe, & Cõſum. Veꝝ Dionyſius, ea ratione diuerſos exiſtimat, q̄a Neptũno terræ domitori, nuſq; apud Gręcos, aut Barbaros, ara erigereẗ, quũ Romę ĩterim ſubterranea Cõſo ſacrata eſſet ara, fieri potuiſſe arbitraẗ, ut equoꝝ curſus, dieſq; illi feſti Neptũno fuerint ſacri ab initio, mox q̄a occultũ de rapiẽdis uirginibus cõſiliũ ad uota proceſſiſſet, Cõſo, qui arcanorum eſſet deus, ara fuerit loco cõdita. Spectaculo igiẗ finitimis indicto, p̃claro, ut tũ res erant, apparatu Romulus ſolẽnes celebrat ludos. Multi mortales uiri promiſcue & fœminę cũ liberis, non magis ludorũ ſtudio, q̃ ut nouã urbẽ intuerenẗ, ſub ipſos ſpectaculorũ dies, ex Cenina, Cruſtumino, Antẽnis, proximoq; Sabinę tractu affuere, hoſpitaliter per domos inuitati, ſecuri ludos & urbẽ contemplanẗ, & iam ſolẽne ludicrũ ad exitũ ſpectabat, quũ Romulus uti cõuenerat, purpurea ueſte, qua erat amictus, in ſinũ, ut Plutarchus ait, collecta, ſuis ad rapiendas uirgines dat ſignũ. Cõfeſtim igiẗ facto in hoſpites impetu, turbato cœtu, tumultus & fuga oriẗ. Virgines, ut quiſq; in hanc aut in illã inciderat, ſine diſcrimine rapiunẗ. Raptæ nõ ſine uexatione, & miſerabili ploratu, ut à ſuorũ cõplexibus abſtractæ, domum abducunẗ. Edictũ erat ut in ſequentem diem intactę ſeruarenẗ. Tum quędã elegantiore forma ſunt patribus deſtinatæ. Fuit in his una omnium pulcherrima, quæ quũ à Thalaſſij globo trahereẗ, multiq; interim ſciſcitarenẗ, cui eam adducerent, Thalaſſio nequa uis puellæ inferretur, identidẽ clamitatũ. Factaq; ob id uox nuptialis, q̊niã Thalaſſij nomẽ unius pudicitię adiumento fuiſſet.

Quas artes Ro. ab initio exercuerint.

Quæ ſacra ab initio recepta.

Aſylũ à Romulo cõſtitutum.

Legati mittuntur ad quærenda connubia.

B

Conſualia.

Signũ rapiendarũ uirginum.

Thalaſſius.

Sextius

Sextius Syllas Thalaſſiũ credidit fuiſſe direptionis ſignum à Romulo datũ. Iubas & pleriꝗ C Græcorum ad lanificium, ꝙ illi Thalaſſiam id uocent, eam attinere uocem arbitrati ſunt, omemꝗ in nuptialibus ſacris inde factũ. Quot numero uirgines raptæ fuerint, parũ conuenit.

Quot uirgines raptæ.

Quidã triginta tantũ fuiſſe prodiderũt, à quarũ noĩbus ſint Curiæ deinceps nominatæ. Dionyſius Iubã ſecutus, ſexcentas octoginta tris numero raptas prodidit. Valerius Antias quingentas & uiginti ſeptẽ, ſed quantuſcunꝗ fuit ille numerus, parũ eñ, ut uideo, inter autores liquet, ad quartũdecimũ kalendas Septẽbris, quo die conſualia celebrata ſunt, eſt id facinus ꝑpetratum, quarto menſe ab eo, quo urbs cõdi cœpta eſt, ut Fabius ſcripſit. Gnæus Gellius quẽ Dionyſius ſequit̃, & quod multo eſt uero ſimilius, non menſe, ſed anno conditæ urbis quarto, Sabinas ſpectaculo raptas memoriæ prodidit.

# ENNEADIS SECVNDAE LIBER III

QVibus auſpicijs, & per quos urbs Roma fuerit condita, quo præterea cõſilio ſint cõditoribus ipſis cõnubia q̃ſita, maiore fortaſſis uerborũ cõplexu, q̃ ſtil⁹ requirebat, retuli proximo uolumine. Iam hinc ut ea q̃ populus Romanus ipſe, domi foriſꝗ geſſit, ut ab initio feci, cũ cęterarũ gentiũ rebus mixta, & inſerta, ſeruato temporũ ordine referã, operæpreciũ eſt originẽ urbis, & ea quę origini proxima ſunt, cognoſcere. Nam ut in pictura ex ipſa ſymmetria, facile totius operis ratio iudicat̃, ita in ciuitatibus, earũ principia ſpectanda, cætera domeſtica, in quibus eſt Liuius magnopere occupatus, niſi quę maxime relatu digna uidebunt̃, ut ad alia ſcribenda ſuppetat ſtilus, parcius exequar, alioqui ſuſcepti operis magnitudo ſero ad exitum perducat̃. Nunc ut propoſita ſtili uarietas procedat, ad res Syriacas reuertit̃ hiſtoriæ explicatio, quæ dum proximo à me loco relata, Romæ gerebant̃, Ezechiæ in meliorẽ ſtatum ſunt adminiſtratione reſtitutæ. Succeſſit is Achamo patri, à cuius impio inſtituto longe diuerſus, adminiſtrationẽ inde auſpicatus eſt, ut populo ad concionẽ uocato, publice præfatus ſit, nil mi- D rum cuiꝗ uideri oportere, ꝙ tot clades duo Hebræorũ regna, paucis annis adijſſent, patris & aliorũ impietatẽ, fauorem numinis à tota gente alienaſſe, ſublatũ ueterem ſacrorũ ritum, templum auguſtiſſimũ prophanatũ, cęrimonias interpolatas, ferias à maioribus inſtitutas, celebrari uetitas. haud dubie apparere eiuſmodi religionis contemptũ, nõ modo ipſis impietatis autoribus, ſed Iſraëlitico etiã nomini bella, cædes, agrorũ uaſtationes, captiuitatẽ, cæteraꝗ mala, à quibus uulgo mortales abhorrerẽt, cõtinua malorũ ſerie importaſſe, nec eſſe cur meliora ſperari poſſent, niſi uetus pietas in urbem, aliquot poſt annos reſtituta, priſtinum ius recipiat.

Ezechiæ ſapientiſſimũ edictum.

Velle ob id ſe, iubereꝗ, quod ſibi ciuibuſꝗ ſuis, atꝗ uniuerſæ genti, bene feliciterꝗ uerteret, templum aperiri luſtrariꝗ, ueteri cęrimonia, ſacerdotibus, miniſtris inſtrui, ut populus infando dæmonũ cultu excuſſo, priſtino inſtituto ſacrificaret, uetuſtas ferias patriumꝗ ſacrorũ ritum reciperet, quæ oĩa ut rite, maioreꝗ cõſenſu fierẽt (qm̃ Azymorũ dies inſtabant) cõuentũ uniuerſæ genti Hieroſolymã indixit. Mittit & in Samariã ad cognatas tribus qui ſuo noĩe regem & cæteros ad antiquã pietatẽ inuitarent, ut proximis Azimorũ ferijs, ſiqua adhuc ueteris inſtituti cura, ſuorumꝗ maiorũ reuerẽtia, aĩos tangeret, frequẽtes Hieroſolymã cõuenirẽt, ut totius gentis cõſenſu, atꝗ ob id fortaſſe auſpicatius, uetus ſacrũ inſtauraret̃. Hæc ille. Verũ tantũ abfuit, ut qui ex Samaria accerſiti ſunt, antiquũ ſolenne pręſenti hortatiõe reſpexerint, ut legatos & prophetas, qui cum his miſſi erant, cõtra ius gentium uiolarint. Multi tamẽ mortales, ex Zabulonia tribu Manaſſea & Iſacharia, magis priuato, q̃ publico conſilio, ſuoꝝ perfidiam deteſtati, ſacrorũ die Hieroſolymã cõuenere.

Inſtauratur ſacrorũ ritus ab Ezechia.

Vbi Ezechias patefacto purgatoꝗ tẽplo, ex Salomonis inſtituto ad aram maximã ſacrificauit. Populus per dies Azimos in urbe frequens fuit ſolennibus epulis, & ſacris occupatus. Vrbs deinceps tota, uanis eſt ſuperſtitiõibus aſſerta, ꝑegrina ſacra cũ dijs ſuis paſſim ſubuerſa. Hęc circa religionẽ oꝑatus Ezechias, numinis fauore fret⁹, Philiſtęos à Gaza urbe ad Gethũ bello domuit, Salmanaſari Aſſyrioꝝ regi tributũ, q̃d pater fuerat ſolit⁹ pẽdere, minaciſſima belli denũciatiõe repoſcẽti abnegare ꝑſeuerauit. Imminebat idcirco graue bellũ inde Ezechię. Cęteꝝ Aſſyrius oẽm armoꝝ ĩpetũ, in Oſiã Samarie regẽ in præſentia deflexit. Inferẽdi belli cauſa Salmanaſari fuit, ꝙ Oſias ad Suſam

Ægyptiorũ

A Ægyptiorũ regem miſerat, qui ab eo auxilia peterẽt, ad nouũ bellũ inſtruendũ, q̊d occulte in Aſſyriũ moliret᷑. Samariæ itaqꝫ fines Salmanaſar hoſtiliter adortus, quũ ferociter imperata facere Oſias recuſaſſet, primo cæde & incẽdio oĩa cõplet, Samariã urbẽ oppugnat, fuitqꝫ ea obſidio præter ſpem omniũ diuturna & laborioſa. Neqꝫ em̃ Oſias ab initio credidit, tamdiu Aſſyrium in obſidione manſurũ, neqꝫ Salmanaſar ſibi obſeſſum hoſtẽ tam pertinaciter reſtiturũ. Multo igit᷑ labore utriqꝫ exhauſto Samaria triẽnio, q̄ obſideri cœpta eſt, capit᷑, nec Salmanaſar, ut aſſolet, uictoria cõtentus, tributũ tantũ imperauit, ſed decẽ tribuũ multitudinẽ, cũ ipſo rege ſubactam bello, in Mediã & Perſidẽ traduxit. Sic Iſraëlitæ ex Samariæ finibus ſublati ſunt anno nongẽteſimo ſeptimo ac quadrageſimo, ex quo eorũ maiores Ægypto egreſſi, eam terrã iure belli ſuã fecere: Poſt Hebraici regni diſſidiũ anno ducẽteſimo ac quadrageſimo, ut Ioſepho placet, alijs quinquageſimo ſupra ducẽteſimũ. Cuthei Perſæ, ſic em̃ à fluuio nũcupatos credidit Euſebius, in id ſolũ q̊d Iſraëlitæ tenuerãt, uelut in coloniã à rege miſſi. Hi quũ gentiles deos ſecũ tranſtuliſſent, ita accidit, ut tetra peſtilẽtia affecti, quũ defungẽdi morbi nullũ inueniret᷑ remediũ, ad ueri dei cultũ conuerſi, ſacerdotes à rege ex Iſraëlitis, qui ĩ Mediam tranſlati fuerãt, ſibi mitti, unde ſacra diſcerent, poſtularũt. Hebræi Cutheos dicũt, Græci Samaritas. Fuit ea gens reliquę Iudææ affinis, dubia ſemꝑ fide & ſtudio in uicinos accolas, quippe quos feliciter agitãtes cõſanguineos ſibi p̄dicare, ut à Ioſippo qui Iſraëlis fuit filius, oriundos. Cæterũ illorũ opibus aliquo caſu afflictis, negare ullã ſibi cũ ea gente neceſſitudinem eſſe. Eſaias prophetarũ maximus per hæc tempora, quibus alterũ Iudaicæ gentis eſt regnum ſublatũ: Hieroſolymis ſub Ezechia claruit. Æthiopes Sabahonis ductu, Bocchore armis uicto, Ægyptũ occupant. Sed obſcura rei fama, pręſſeqꝫ nimiũ, ut cætera ab Euſebio prodita.

Decem tribus in Mediam traducũtur.

Cuthei Perſæ Samariã incolunt.

Eſaias.

In Macedonia Perdicas tum rex erat, Athenis princeps Æſimedes, & cũ Meſſenijs Lacedæmonij bellũ habebãt. Fuerãt Laconicæ uirgines in Meſſeniorũ ſacrificio uiolatæ, eam Lacedęmonij iniuriã haud ferendã rati, bellũ in Meſſenios cõparant, iurati inter ſe, non prius armis B abſceſſuros, q̄ Meſſenã expugnaſſent. Fuit ea urbs in Pelopõneſo Laconiæ propinqua, in ſinu maris locata, qui ab eius noĩe Meſſenius eſt olim dictus. Obſidione igit᷑ in multos annos diſtracta, quũ iam x. anno Spartani domo abfuiſſent, uarijſqꝫ belli caſibus haud pauci, ut aſſolet, foris aſſumerent᷑, frequenſqꝫ delectus magis in dies urbẽ multitudine exinaniret, nec q̄a uiri abeſſent, ſpes interim ulla ſobolis domi ſupereſſet, nemini dubiũ erat, quin ciuitas duplici clade affecta, breui ad nihilũ eſſet redigẽda. Trahere tñ illi obſidionẽ, uxores tam longã uiduitatem perteſæ, uiros domũ reuocant, criminari eorũ pertinaciã, ꝙ priuatæ iniuriæ ulciſcendæ ſtudio, ſe ipſos & patriã, tacita calamitate perderẽt, cogitarẽt animo, q̄ ſibi id bellũ magis eſſet q̄ hoſtibus ꝑnicioſum. Illi intra mœnia incluſi, ſi aſſiduas clades ſentirẽt, quas bellorũ caſus ferre ſoleant, iuuentutẽ tñ perpetua uxorũ fœcunditate reparari. Cõtra rẽ Spartanã domi uirorum abſentia, foris bellicis caſibus in dies magis extenuari, fore, ut ſi pergerent diutius abeſſe, ciuitate uiribus exhauſta, nõ modo nõ inferre alijs bella Spartani poſſent amplius, ſed ne illata quidẽ propulſare. Irent & q̄nqꝫ poſteritati cõſulerent, ſatis ſuperqꝫ irę datũ, uidendũ eſſe, ne dũ alieno excidio ſtudeãt, domeſticũ alant. Huiuſmodi q̄relis moti, qui in obſidione erãt, etſi ueriſſima ea eſſe ſatis ſciebãt, quę mulierũ querelis iactarent᷑, ſacramẽto tñ aſtricti, bellum omittere non ſunt auſi. Varijs itaqꝫ curis ancipites, eo decurrunt, ut domũ iuniores mitterent᷑, qui poſt iuſiurandũ, ſupplementi cauſa fuerãt in caſtra acciti. His ꝑmiſſum eſt, ut promiſcue cum oĩbus mulieribus cõcumberẽt. Ab huiuſmodi indiſcreti cõcubitus nota, Parthenias, qui inde orti ſunt, nominauere. Hi ubi adulti ſunt, quũ eorũ nemini certus adeſſet pater, nec futura bonorũ ſucceſſio ob id cuiqꝫ expectãda, trigeſimo anno, poſtq̄ id acciderat, Phalanto Araci filio duce, qui Spartanis ad Meſſenẽ ſedẽtibus autor fuerat, ut ad ſobolẽ tollendã iuuenes, qui ſacramẽto nõ tenebant᷑, ad mulierũ concubitũ domũ dimitterent᷑, ut quem ortus autorẽ habuiſſent, fortunarũ quoqꝫ ducem baberent, Lacedæmone profecti, ne matribus quidẽ ſalutatis, quarũ adulterio iniquo animo ferebãt ſe cõceptos, uarijs caſibus iactati, in Italiã delati ſunt. Vbi Tarentũ, ut ſuo deinceps loco memorabit᷑, inſtaurarũt. Hæc Trogus, qui Ephorum ſecutus uideri poteſt, niſi ꝙ hic, nõ ob ſtuprũ uirginibus illatũ, bellũ cõflatũ ſcripſit, ſed ꝙ Teledum Spartanorũ regem, ſacrorum cauſa ad ſe profectum, Meſſenij interfeciſſent. Pręterea

Bellũ Meſſenium.

Spartani ab uxoribus reuocantur

Vnde Partheniæ.

augurari placuit. In arce itaq́ꝫ ad meridiẽ uerſus conſedit,augurq́ꝫ illi leuus aſtitit,baculũ hñs
enodẽ,aduncũ (Lituũ eũ dixere) dextera regis caput tenebat,tũ templũ certis finibꝰ imaginatꝰ
Iuppiter,inq̄t,ſi fas eſt hũc Numã Põpiliũ,cuius ego caput teneo,regẽ Romę eſſe,certa des p̄
cor nobis ſigna,ĩtra eos fines q̊s aĩo & oculis cõcepi. Secũdũ hæc ille uerbis ꝑegit, q̄ ſigna mit/
ti uellet,q̄bus cõſpectis Numa de tẽplo deſcẽdit. Tũ rex ab uniuerſa multitudĩe cõſalutatꝰ, ci/
uitatẽ armis aſſuetã,uelut iterũ cõdere adortus eſt. De Numæ diſciplina haud una,ut dixi, fu
it hoĩm opinio,q ueriora ſecuti uidenť,ad tetricã Sabinoꝝ diſciplinã id referũt,de q̊ꝝ uetuſta
te uaria ſunt literaꝝ monumẽtis ad poſteros ꝓdita. Dionyſiꝰ ĩ Reatina ſe ait hiſtoria legiſſe,
Aborigenes eã terrã,ubi Cures urbs poſtea fuit,olim tenuiſſe,& à Fabidio ex indigena puel/
Cures urbs unde dicta. la & genio quodã nato,id oppidũ cõditũ,Cureſq́ꝫ ab eo,cuius filiꝰ ſit creditꝰ,noĩaſſe,uel à cu
ſpide ut alij opinati ſũt,quã Sabini Curim dicerẽt. Zenodotꝰ Trœzeniꝰ Vmbrię indigenas
in Reatino agro habitaſſe credidit,unde à Pelaſgis eiectos eã terrã tenuiſſe ait,in qua Cures
Vnde Sabi/ni. poſtea fuere,ſeq́ꝫ pro Vmbris Sabinos noĩaſſe. Porcius Cato id nomẽ ad Sabinũ quendã &
ĩp̄m Sango ſeu Piſtio terræ genio ꝓcreatũ retulit,tenuiſſeq́ꝫ ab initio eã gentẽ Teſtrinã uicũ
Amiterno ꝓpinquũ,mox in Reatinũ agrũ irrupiſſe,Cotiniſq́ꝫ urbe bello capta Aboriginibꝰ D
in ea terra cõſediſſe,paulatim poſtea colonis in ꝓxima loca miſſis,ita illorũ fines ꝓpagari cõti/
giſſe,ut ab occaſu cc.xl.ſtadia,nec amplius à Tyrrheno littore diſtaret,totidẽq́ꝫ ac decẽ ampli
us ab Adriaco ad ortũ. Eſt & alius uulgatꝰ de his ſermo,Lacedęmonioꝝ manũ ꝑ id tp̄s,q̊ Ly
curgus eorũ ciuitatẽ legibꝰ & ĩſtitutis munire eſt aggreſſus,ſeditiõe orta ab ijs q legũ ſeueritatẽ
paꝝ æquo aĩo ferre poterãt,Laconia exceſſiſſe,diuq́ꝫ poſtea uarijs caſibꝰ agitati, Lacones uo/
uiſſe dicunť,ſe in ea terra in quã primũ egreſſi eſſent,ſi ꝑ ĩdigenas liceret,ꝑpetuo mãſuros. No
uiſſime in Pometinis cãpis q̊ demũ delati ſunt Feronię tẽplũ cõdidiſſe,noĩe ab ęquorea latiõe
Feroniæ tẽ/plum. facto,mox eorũ quoſdã cũ Sabinis habitaſſe,lõgoq́ꝫ cõmercio factũ,ut pleraq́ꝫ Sabinoꝝ iſti/
tuta ſint Laconicis q̄ſimillima,bellica ſtudia,uictꝰ tenuitas, ſãctitaſq́ꝫ ac ſeueritas penè eadẽ.
Numæ uita Curibꝰ itaq́ꝫ Numa natꝰ,patriã prio diſciplinã,mox ingeniũ ſecutꝰ,ſanctitatẽ uitę in ſolitudi
ne auxit. Duxerat is uxorẽ Tatiã unicã Titi Tatij,qui cũ Romulo regnauit,à ſoceroq́ꝫ ſæpius
Romã accerſitꝰ,in ſuo inſtituto ꝑmanſit,ſine cura & anxietate ulla;ſacros deoꝝ lucos,prataq́ꝫ
uirẽtia,ꝓcul ab oĩni ciuili ambitiõe frequẽs inuiſere,ꝑ q̄ genij cuiuſdã cõmerciũ familiaremq́ꝫ
cõgreſſum adeptꝰ,diuinaꝝ eſt reꝝ ꝑitiſſimus factus:auxit eã opinionẽ poſteaq̄ Romã uenit,
ꝙ quũ mane nihil domi obſoniorũ habuiſſet,ueſperi incredibilẽ cœnę apparatũ,eiſdẽ illis, q̊s
Aegeriæ cõ/greſſus. mane induxerat,appoſuiſſet. Quibꝰ interp̄tari uolebat ſe ſuaq́ꝫ familiari deæ, quã Ægeriam
uocarẽt,curæ eſſe. Verũ qua ratiõe id fieri cõtigerit,illi uiderint,q hoc ꝑſuaſum habuerũt. Mi/
hi uero q̄n liberũ eſt cuiq́ꝫ ĩ his q̄ nõ multũ à fabulis diſtãt,q̄cũq́ꝫ uelit ſentire haud multo ꝓpi
ora uero uidenť hęc,q̄ de Numa & Ægeria uulgo tradũť,q̄ q̄ de Endymiõe & Luna,Cepha/
lo & Aurora,à poëtis ſunt tradita. Sed cõmẽtũ id Numę fuit potiꝰ,q̄ familiare ſibi numẽ fin/
xerit,ut p̄ferocẽ populũ,ad pacis & iuſtitię cultũ à rei bellicę ſtudijs auerteret,ſanctioraq́ꝫ ĩſtitu
ta crederẽt,ſi q̄ eſſent numinis cõſilio in hoĩes ꝑfecta,q̄ q̄ à mortali aliq̊ in q̊ haud tm̄ eſſet au
toritatis,q̊d & Minos in Creta,& Lycurgꝰ Minoẽ imitatꝰ,ac pleriq́ꝫ alij,ut alio eſt loco demõ/
ſtratũ,feciſſe credunť. Nec multũ, ut uideo,iter autores cõſtat,Ægeria Muſarũ una fuerit,an
Nympha quędã ab his diuerſa. At ſiue hoc ſiue illud fuit,eius cõgreſſu, ut multis perſuaſum
eſt,religiõe & iuſtitia quibus beatiſſimę ciuitates fiũt. Numa rex ciuitatẽ inſtruere ꝑſeuerauit:
Ianũ

A Ianũ in ima parte Argileti fecit, pacis & belli indicẽ, ut quũ ciuitas in armis eſſet, pateret id templũ, rurſus ea pacata clauderet̃. Locũ hũc ipſe clauſit, ut ꝑ id ciuibus & finitimis futuræ pacis ſtudiũ indiceret. Cæteꝝ Hoſtilius cõfeſtim Numa defuncto id apit, nec ampliꝰ q̃ bis deiceps eſt clauſum Marco Attilio, & Tito Manilio cõſulibꝰ, iteꝝ poſt primũ bellũ punicũ perfectũ. Tertioq́ꝫ Auguſto principe terra mariq́ꝫ pace parta. Hinc ciuilia eũ opera auſpicatũ propius uero eſt, cuiꝰ eſt opiniõis Liuius, q̃ q̊d Plutarchus & Dionyſius ſcribũt, ꝗ inter nouiſſima eius opa Ianũ repoſuerũt, tũ ꝗa huic Genio principia Romani aſcripſere, & ꝙ ꝑpetuę pacis argumẽta, primo oculis ciuitatis q̃ ad cultũ religionis erat traducẽda, obſeruari debuerunt. Hec pacis initia, ſecuta inde eſt agri, quẽ Romulus poſſederat, diſtributio, qua inopes p̄ſenti egeſtate leuati, nã ijs tm̃ Numa diuiſerat. Inde finitimis populis in amicitiã & ſocietatẽ allectis, tp̄a conſtituit: Annũ ad curſum Lunæ in xij, digeſſit mẽſes, quũ Romulus ex decẽ antea conſtituiſſet, mutatoq́ꝫ mẽſiũ ordine Martius, ꝗ ineũtẽ inchoabat annũ, duobꝰ Ianuario & Februario p̄latis, tertius in ordine eſt factꝰ. Nec Romulꝰ nouo exẽplo ea menſiũ paucitate uidet̃ mihi uſus, quũ lõge minorẽ numerũ Barbaroꝝ & Græcoꝝ quidã iã antea habuiſſent. Arcades, ſi Plutarchus uerus eſt autor, quatuor mẽſibus annũ finiuere, ſexto Acarnanes, ꝗdã alij tribus. Ægyptij & ipſi mẽſtruo anno uſi dicunt̃. Quia igit̃ ad eũ annũ quẽ Numa cõſtituebat, tricenos dies ſingulis mẽſibus luna non explebat, deerantq́ꝫ dies aliq̊t ſolido anno, ꝗ ſolſtitiali circũagit̃ orbe, mẽſibꝰ interponẽdis ita diſpẽſauit, ut quarto & uigeſimo q̊qꝫ anno, q̊d Macrobius accuratiſſime colligit, ad metã eandẽ ſolis, unde orſi eſſent, plenis oĩm annoꝝ ſpatijs dies congruerẽt. Faſtos deiceps dies fecit & nefaſtos, ꝗbus nihil cũ populo agi poterat. Flaminẽ unũ Ioui creauit, ꝗ Dialis ẽ dictꝰ, eũ iſigniueſte curuliq́ꝫ ſella excoluit. Duos deiceps adiecit Flamines, Marti unũ, alteꝝ Quirino. Plutarchꝰ à Romulo Flamines Ioui & Marti nõ à Numa creatos arbitratꝰ eſt. Hos ab iſigni, q̊d capite geſtabat, quaſi Filamines dictos exiſtimãt ꝗdã, alij à pileis quaſi pilamines. Cęteꝝ infula q̃ eoꝝ capitibꝰ ſedet, q̃ flama, ut Dionyſius ſcribit, eſt dicta,

Iani templũ conditur.

Ter Ianus clauſus.

Annorum ratio diuerſa

Numæ annus.

Faſti dies.

Vnde Flamines dicti.

B his ueriꝰ q̃ uox alia, nomẽ fecit. Veſtę uirgines legit. Sacerdotiũ Alba oriũdũ Gigania & Berenia primo captę, mox totidẽ additę Camilla & Tarpeia, huic numero Seruiꝰ Tullus duas nouiſſime adiecit. Hę x. primos annos ſacroꝝ ritũ ꝑdiſcebãt, totidẽ deĩde opabant̃ ſacris, tertio decẽnio rudeis & nuꝑ captas iſtituebãt. Poſtea uero ſiqua nubere uoluiſſet, fas erat alterutrũ mallet ſeq. Cęteꝝ q̃n ſerũ cõnubiũ ſecutis male uertit, uulgo eſt in religiõe pſeueratũ. Salariũ his Numa ex publico cõſtituit. Perpetua uirginitate interim alijſq́ꝫ cęrimonijs uenerabiles fecit. Si qua iceſti cõuicta eſſet, ante ora ciuiũ mœſto ſilẽtio efferebat̃, uiuaq́ꝫ circa Collinã portã in ſubterraneũ ſpecũ demiſſa, tellureq́ꝫ ſuꝑgeſta necari. Id ſupplicij genꝰ fuerit tũ primũ delinquẽtibꝰ irrogatũ, an ĩ eã poſtea q̃ prĩo iceſti dãnata eſt, haud facile dixerim. Quid p̄ter ꝑpetuũ ignẽ cuſtodirẽt, autores q̊s ſeq̄mur, paꝝ explicãt, unꝰ oĩm Dionyſiꝰ partẽ ſacroꝝ, q̃ Dardanus ex Samothracia in Phrygiã uexit, & ex Ilio Æneas in Italiã, fuiſſe ſuſpicari uidet̃. Adijciũt & Palladiũ, q̊d Metellus põtifex ex flagrãti æde nõ ſine oculorũ clade eripuit, ſed quũ cætera ĩ occulto ſint, ꝙ ſacratus ignis cuſtodiret̃, haud ambigit ꝗſq́ꝫ. Is ſi Veſtaliũ icuria extinctꝰ eſſet, cuſtos flagro à põtifice maxĩo adhibebat̃. Multa alioq̄ in Veſtalibꝰ ſanctitas, ꝗppe q̃ fortuito occurſu ſupplicio ſontẽ eximerẽt. Veſtę ędes quã Tellurẽ uulgo interp̄tati, penè ſphęrica fuit forma cõſtituta, ad imas palatij ꝑtes, quę regio eſt Capitolio obuerſa. Gradiuo Marti xij. ſacrauit Salios, hi mẽſæ ꝗ ab eo nomẽ traxit, plures dies celebribꝰ locis urbis, ſolẽne ducebant tripudiũ, tunica uerſicolori tegmine puniceo diſticto amicti. Trabeã id genꝰ ueſtis Dionyſius uocat, ęneo balteo, & gladio ſuccincti dextera lãceã uirgãue geſtabãt, leua Thraciã ex ære peltã, Romani id Ancile uocãt, altioribꝰ pileis, & in conũ exeũtibꝰ, capita iſigniebãt. Nihil ab his diuerſos fuiſſe, Dionyſiꝰ opinatus eſt, q̊s Gręci Curetas dixere. Romani ſuos à ſolẽni ſaltatione Salios noĩarũt: nã ꝙ à Salo Mãtineo, aut Samothrace uiro ſint dicti, q̊d ꝗdã ſuſpicati ſũt, eã Pluturchus opinionẽ ut uanã repudiauit. Idẽ nũc Agonales, nũc Collini dicti. Quæ de Salioꝝ ancilibꝰ Gręci & Latini ſcriptores memorãt, haud multũ à fabula diſtare credũt̃. Peltam unã Æneam, ad cuius ſimilitudinẽ undecim alias regis iuſſu Mamurius mira arte fabrefecit. in Numæ regia repertã, ꝗa eam nemo intuliſſet, è cœlo in ſæuiẽtis peſtis remediũ delapſam, uulgo crediderũt. Nec minus fabuloſum, ꝙ alij eam leuiter aiunt è cœlo labentem in Numę

Quæ ſacra Veſtales obſeruarent.

Salij & Curetas ſimiles.

Anciliorũ ratio.

regis

Anciliorũ ratio. regis manus concidiſſe,ac tum miranda quædam fata urbi per eam importari Ægeriæ oraculo cognitũ. Qua religione animis iniecta,ingens cura Numam & patres inceſſit, cœleſtis illius C perpetuo aſſeruandæ,quæ res effecit ut plures inter ſe ſimiles,multa ſint arte fabrefactæ,ne q̃ fatalis fuit,humana fraude interciperet. Pontifex eſt deinceps ab eo creatus Martius Marci filius,uir patricius,cuius poteſtati omnia ſacrorũ iura ſubiecit. Quibus hoſtijs, quibus diebus, Vnde pontifex. ad quæ templa ſacra fieri oporteret,formula edocuit. Si pontifex à refectione pontis eſt dictꝰ, ut Varroni & alijs placuiſſe uideo,quia pons tum nullus utiq; fuit,qui refici potuerit (conſtat enĩ poſt Numæ tẽpora ab Anco Martio pontẽ primo Tyberi ĩpoſitũ) diuerſa appellatione ab initio uocatũ credere par eſt. Nec me preterit fuiſſe, qui à uetuſtiſſima ſacrorũ ratiõe, q̃ ad pontes fierẽt,id nomẽ ab initio factũ crederẽt,quę opinio pari ratiõe refellit. Interiecti ſunt tot ſacris ordinibꝰ Feciales, his ea eq̃ cura tradita,ut Romani nullũ iniuſte bellũ inferrẽt cuiq;. Feciales. Gneus Gellius annaliũ ſcriptor,id ab Ardeatibus prodidit acceptũ. Alij ab Equiculorũ gente arbitrati ſunt. Satis cõſtat Numã bellũ Fidenatibus indicturũ ob excurſiones in Romanũ agrũ factas,ne nõ oĩa rite fierẽt,Feciale ius & collegiũ poſtremo cõſtituiſſe. Hi ſi qua per iniuriã Romanis adempta eſſent,res ablatas ab hoſte repetebãt,q̃ ſi non redditæ eſſent,bellũ cõpoſito ad id carmine indicebant. Pari poteſtate ſontes res iuſte repetẽtibus ad ſuppliciũ dabãt, legatorũ iniurias uindicabãt,hi quæ pia in fœderibus eſſent tueri, ſancire pacẽ,eandẽ ſi minus legitime pacta eſſet,irritã habere,ſiquid Imperator aut exercitus cõtra publicũ iuſiurandũ deliquiſſet,ſcelus expiare. Et hæc Numa multa religiõe ſanxit,q̃ oĩa ut rite fierẽt,Regiã ſibi Veſtæ proximã cõdidit,ut cõmodius rerũ ſacrarũ ſpeculationi ĩmineret. Adijciunt quędã fabulari hiſtoriæ ſimilia. Faunũ & Picũ ab eo in Auẽtini parte magica ope captos, qui mons pomœrio eſſet tẽpeſtate illa excluſus,ut fuit ſemper. At ſi q fuere, malos fuiſſe dæmones affirmare æquũ ſit,quæ ſi ea forma illi uinciẽdos obtulerint,ut ſuperſtitioſum regẽ, cũ numeroſo populo denſiſſimis errorũ tenebris ĩmergerẽt. Nam quid magis alienũ à pietate credi poteſt,q̃ numen aliq̃d magicis poſſe artibus uiolari,aut ꝗ dæmões ipſi mõſtraſſe traduntur è cœlo Iouẽ elici,aut fulmina ab eo impetrari,impetrata cæparũ crinibus & menadibus piſculis expiari: quo D noĩe Elicio Ioui in eo colle,receptæ uanitatis argumẽta, ara cõdita eſt. Quæ ſequuntur maiore excuſatione digna,ꝗ numen adoraturos circũagi oportere docuit,dijs non libandũ uinũ ex uitibus non putatis,neq; ſacra ulla niſi farina adhiberet perpetrãda. Adiecit & Dijs Manibꝰ ſacra cũ Libitine ara,ſiue Proſerpina ea fuerit,ut multis perſuaſum eſt, ſiue Venus. Puerũ trimo minorẽ lugeri uetuit,neq; natu grãdiorẽ plures menſes lugendũ cenſuit,q̃ uixiſſet annos. Lugẽdi ratio. Tẽpus lõgiſſimi luctus in decẽ menſes extẽdit. His ſacris ciuilibuſq; ĩſtitutis ciuitate inſtructa, tanta rerũ animorũq; facta eſt mutatio,ut priſtinus ille uigor Martius,quẽ rudis populꝰ ſub Romulo imbiberat,in religionẽ & iuſtitiã uerſus,multo ab ea q̃ ab initio p̃cepta fuerat,diuerſam uitæ iniuerit rationẽ. Om̃is de pietate & religione erat ſermo, duplex oĩno hoĩm animis hærebat cultus,ſacrorũ hic, ille agrorũ,quos certis finibus ut melius om̃ia ciuibus cõſtarẽt,rex terminauit: Termino æde & ara poſitis,qui pacis eſſet & iuſtitiæ arbiter. Talis rerũ ſtatus non Romanæ urbis religio. ſolũ ad mores ualuit,ſed ad tutelã etiam ciuitatis. Finitimi qui non urbẽ, ſed caſtra in medio poſita ad ſolicitandã propinquarũ gentiũ pacẽ ab initio arbitrabantur,ob idq; Romanum nomen infenſe oderant,in eam deducti ſunt uerecundiã,ut ſacrificulã urbẽ, nõ aliter q̃ templũ quoddam uiolare nefas exiſtimarẽt. Rex ipſe ita ex ſola religione pẽdere,ut hoſtiũ acceſſu temere nũciato, ſubridẽs reſpõderit, At ego ſacrifico. Fuit & illud ingenij longe in poſterũ pſpicientis,quũ nouæ ciuitatis corpus uelut in duas abiret factiões,quoniã Sabini alij,alij Romani nominarentur,ne qua ex ea re diſcordia oriri poſſet,populũ in diuerſa diſtribuit collegia. Tibicinũ,artificũ,architectorũ,ſutorũ,coriariorũ,& ex uariarũ artium opificibus cõtractis unum Collegiorũ inſtitutio. omniũ nouiſſimum,ſua ſingulis ſacra,uenerationeſq; dijs reddendas diſtribuit. Conſociati per hæc diuerſarum gentiũ animi,mutuo inter ſe ſtudio & beneuolẽtia coaluere. Talis fuit ciuitas,quã Numa moribus multiplicíq; ſacrorũ cultu inſtituit,quũ tris & quadraginta regnaſſet annos,iam octogenarius uita deceſſit. De liberis eius & uxoribus uariant omnino rerum De Numæ liberis. ſcriptores. Fuerunt qui unam illi Tatiam nupſiſſe tradant,ex qua mox illi Pompilia orta,quatuor præterea uirilis ſtirpis liberi,Pinus, Calpus, Mamercus,& quem Pomponẽ nominauit,

unde

A unde Pomponij fuerint, Pinarij, Calpurnij, & Mamerci. Plures id totũ ꝓ mendacio reijciũt, in
dubitato unius familię argumẽto, qđ Pinaria domus iã inde ab Herculis in Italiã aduẽtu ali/
quot ętates ante urbẽ conditã ſub Euandro circa Palatiũ celebris fuit. Nec Pompiliã, de qua in
ter oẽs cõuenit, ex Tatia, ſed ex Lucretia quã regnũ adeptus ſibi matrimonio iũxit quidam, ge
nitã dixere, ea Martio nupſit, qui in noui regis creatione ſuffragijs à Tullo Hoſtilio ſuperatꝰ,
ſibi mortem conſciuit. Cæterum rem à patre infeliciter tentatã Ancus Martius uno duntaxat
rege interiecto, omnium ordinũ ſtudio eſt & fauore conſecutus.

# ENNEADIS II. LIBER IIII.

NVMA REM Ro. tenẽte Athenis Abſander mox & Erixias ꝗ ei ſucceſſit, reꝝ Regnorum collatio.
potiti ſunt, quibꝰ tpibꝰ, mutata regiminis forma, nouẽ ſunt principes in ea ur
be annua poteſtate cõſtituti, q reipublicę p̃ſiderent. In Macedonia Argeus re
gnũ tenuit: huic Perdicas pater moriẽs oſtenderat locũ, quo ſe & poſteros re/
ges uita defunctos cõdi oporteret, prędfatus tã diu regnũ in gẽte mãſuꝝ, quo/
ad Macedonũ regũ ibi corpora cõderent: eaq; ſuperſtitione multis pſuaſum
ſcio, extinctã in Alexãdro ſtirpẽ, quia ſepulchri locũ mutauerit. Fuit itaq; his æqualis Gyges
in Lydia, in Phrygibꝰ Midas Gordij filiꝰ, q tauri ſanguine epoto extinctꝰ ẽ. In Ægypto Mer/
res Æthiops dynaſtes. Manaſſes Ezechiæ filius in Palęſtina, q à patre Hieroſolymorũ regnũ Manaſſes.
accepit: is neglecto patrię religionis ritu à maioribꝰ tradito, tẽplũ ꝓphanauit: ſacerdotes ad hęc,
& q in antiqua adhuc pietate pſtabãt, crudeliter inſectatus, impiũ ſcelus, turpi ſeruitute expia/
uit: quippe q medio ſui furoris curſu, Aſſyrijs armis petitꝰ maiore regni parte hoſtiliter popu/ Manaſſes capitur.
lata, ipſe dolo captꝰ, multa cũ ignominia apud hoſtẽ aliquãdiu fuit, tũ palã teſtatꝰ ſe meritas
ſuę impietatis pœnas luere, pœnitentiã egit, fauoreq; numinis gemitu & lachrymis reuocato,
ab hoſte impetrauit, ut in paternũ regnũ remitteretur. Fuit clades illa regi & alijs documento,
B nihil, niſi pręſens numen adſit, eẽ homini in uita tutũ. Mutata igit̃ uitæ ratione oẽm operã & Mutat uitã Manaſſes.
ſtudiũ in religione collocauit: ueteri ſacrorũ ritu inſtaurato, ex Moſis inſtituto ſacris opabatur.
Populus regis ſtudiũ ſecutꝰ, nihil cedebat illi pietate. Nec his operibꝰ cõtentꝰ, muros urbis &
turres, maiore aliquanto apparatu, q̃ ab initio fuiſſent, refecit: firmauitq; haud uno loco p̃ſi/
dia: egitq; reliquũ uitę ꝓſperrimo rerũ curſu, incolumi pacatoq; regno, quiq; ãnos & qnqua/
ginta rex fuit: moriẽs Ammoni filio regiminis habenas tradidit. Per hęc tẽpora Gela in Sicilia
condita eſt, & in Pamphilia Phaſelis. Herodotꝰ Phaſelim, Rhodũ, Gnidũ, & Halicarnaſſum
Doricas eſſe ciuitates credidit. Eſt & Cyzicus in Propontide, à Theſſalis, & circa Thraciũ Bo/ Conditio plurium ur
ſphoꝝ in ora Aſię Chalcedon à Megarenſibꝰ ędificata, loco ſatis importuno: ob idq; Apolli/ bium.
nis oraculo, cõditores ipſi cęci iudicati ſunt. Halicarnaſſeus Dionyſius Leoſtratũ ꝑ hęc tẽpora
Athenis regnaſſe ſignificat: qbus Hoſtilius Romæ rex eſt creatꝰ. Cæterũ Euſebiꝰ Oligarchiã
ait hoc tpe Athenis inductã, de qua in frõte huiꝰ uoluminis eſt memoratũ. Hipponax Ephe/
ſiꝰ autor carminis, & Nicepheſos Mathematicꝰ ꝑ idẽ tps claruere. Glaucꝰ Chius his ęqualis, fu Viri illu/ ſtres.
it, aliqd ex eo nois adeptus, ꝙ ferri glutiniũ, ut Euſebiꝰ ſcribit, cõmentꝰ ſit. Fuit & Scythes Ly/
dus Ariſtotelis teſtimonio ad poſteros iſignis, q diuerſo tpe æs cõflare docuit: etſi Theophra/
ſtꝰ Delã phrygiũ hoiem eiꝰ rei credidit autorẽ. Leſbij hac tẽpeſtate maris ſunt imperiũ adepti,
Caribꝰ ademptũ: ꝙ ſemel quęſitũ annos octo & ſexaginta obtinuere. Talis erat alibi rerũ ſta/
tꝰ, quũ Romę pplus Tullũ Hoſtiliũ regnare iuſſit: habuit is auũ Hoſtiliũ, q ſub arce à Sabinis Tullus Ho/
capta, quũ priceps pugnã cieret, ictꝰ occubuit. Ex Medulia ille, quã ab Albanis cõditã Romu/ ſtilius.
lus fecit coloniã, per id tẽpus quo urbs ipſa cõdebat̃ Romã uenit: duxitq; uxorẽ Seruiliã Sabi
naꝝ unã, nobili loco ortã, quæ legationis ad patres q arcẽ tenebãt, mittẽdę cæteris popularibꝰ
fuit autor. Ex Seruilia igit̃ & Hoſtilio Tulli regis eſt pater ortus. Ipſe feroci uir ingenio, nec mi
nus q̃ Romulus bellicoſo, ætas ad hæc auitaq; gloria animũ ad bellica ſtudia excitabat. Opta
te igit̃ noui alicuius belli ſibi occaſionẽ dari, indignũ ratus ciuitatẽ ocio ſeneſcere. Cæterũ cum
nouãdis rebus materia quęreret̃, pene ultro ſe obtulit: interim uero agrũ, quẽ Romulꝰ primo,
mox & Numa poſſederat, egenis ciuibꝰ diuiſit: ꝙ ad animorũ cõciliationẽ nõ parũ ualuit. Eſt
& Cœliũ collẽ muro cõplexus, ubi regiã ſibi quo locus frequẽtiꝰ coleret̃ optauit ſedẽ. Belli cau/

Origo Albani belli.
ſa ex finitimoꝝ inuidia Romano orta eſt, petit id uitium ſemper ſublimia, ut ignis, eſtq́ꝫ, ut ue
re dicit̃, cęcũ: qppe quũ alienos nitit̃ ſucceſſus corrũpere, in ſuã ſępe cladẽ pręceps ruit. Regna
bat Albę C. Ciuilius: ſunt q Clœliũ ſcribãt. Ferebat is iniquo animo rem Romanã in dies au
geri: q quũ impar inuidię eſſet, nec ſatis poſſet uitio temperare, diſcordię cauſam inter cogna
tas urbes quęritãs, Albanoꝝ egẽtiſſimis, & in primis facinoroſis, autor extitit, ut Romanos fi
nes latrocinio infeſtarẽt, impunitatẽ facti pollicitꝰ. Romani & ipſi tali iiuria inſtructi, inuicem
ex Albano agro prędã agere, latronũ etiã quibuſdã interfectis. Eã ſerendi belli occaſionẽ Ciui
lius nactus, populũ ad cõcionẽ uocat: Romanorũ uim in Albanos, atrocitate uerborũ auget:
quos ut facilius ad ultionẽ impelleret, ſaucios quoſdã ex his qui fuerũt in agris itercepti, in cõ
ſpectũ dedit: magno qdẽ aĩoꝝ motu res audita ẽ, ſed nihil priꝰ moueri placuit, q̃ ab Romanis

Legati Albani.
repetitę res eſſent. Miſſi itaqꝫ ad hoc ip̃m legati Romã. Tullꝰ haud ignarꝰ ad qd ueniſſẽt, cõſe
ſtim ire iubet Albã, q & ipſi res priꝰ ibi, q̃ Romę r̃nſum ullũ Albanis daret̃, publice repoſcerẽt:

Hoſtilij ars i legatis decipiendis.
ipſe interim comiter eos, q ad ſe uenerãt, cõplexꝰ, regio cõuiuio adhibet, q̊ ꝑ uarias uoluptates
diſtracto ab negocio de iduſtra remorat̃. Qui Albã ire iuſſi fuerãt iterim mãdata pagũt. Certũ
habuit Hoſtiliꝰ fore, ut Albani res nõ redderẽt. Sicq́ꝫ p̃ſentis belli culpã penes eos fore, q priꝰ
poſtulata nõ feciſſent. In fœdere ꝙ Romulꝰ cũ Albanis ſanxit, diſerte fuerat exp̃ſſũ, ut neutra
ciuitatũ bellũ ichoaret, atqꝫ utra ſe lęſam aliqñ q̃reret̃, ab iiurię autoribꝰ iuſta reciꝑet. Qđ ſi nõ
redderẽt̃, tũ neceſſario ruptis fœderibꝰ indiceret̃ bellũ. Ne igit̃ priores Ro. res nõ reddidiſſe ui
derẽt̃, fierẽtq́ꝫ ob id ip̃m Albanis obnoxij, cõuiuij ſpecie legatos tãdiu ẽ rex Romanꝰ ludificatꝰ,
quoad ſui res Albę repetiſſe credi potuerũt, bellũq́ꝫ nõ reddẽtibꝰ idixiſſe. Tũ legatis dicẽdi pote
ſtate facta, inde exorſi ſunt, ut iuitos dicerẽt ſe ea afferre, q̃ Regi & pp̃lo Romano minꝰ eſſent
placitura, res repetitũ ſe ueniſſe, ac ni reddant̃ bellũ indicere iuſſos. Tũ Tullꝰ, ite, inqt, regiq́ꝫ ue

Rom. Regis denũciatio.
ſtro renũciate Ro. regẽ deos facere teſtes, orareq́ꝫ, ut uter prior pp̃lus alteriꝰ legatos aſpernatꝰ
dimiſerit, i eũ oẽs iminẽtis belli clades uerterẽt. Reſq́ꝫ ad bellũ iã haud dubie ſpectabãt, parabã
turq́ꝫ utriqꝫ arma ſũma ope, miſerabiliſq́ꝫ iter cognatos futura erat dimicatio. Ab Troia Laui
niũ, ex Lauinio Alba, ab Albãis regibꝰ urbis cõditores oriũdi. Leniјt belli atrocitatẽ mitior reꝝ
exitꝰ, neqꝫ em̃ acie eſt dimicatũ, ſed paucis utriqꝫ amiſſis, ex duabꝰ una facta ẽ ciuitas, Occupãt
Albani bellũ facere, eductiſq́ꝫ copijs q̃dragita ab urbe ſtadia caſtra locãt. Locꝰ ubi primũ Alba
nꝰ cõſedit Ciuilia ſeu Clœlia ẽ foſſa dicta. Vetuſtas cũ re nomẽ aboleuit. Romani & ip̃i haud

Foſſa Clœlia.
ꝓcul inde locũ caſtris cępere, actiq́ꝫ ſunt aliq̊t dies utriqꝫ ſine p̃lio. Morit̃ iterim Ciuiliꝰ: fuitq́ꝫ

Moritur Ciuilius.
eiꝰ mors eo mirabilior, ꝙ neqꝫ morbo ẽ extinctꝰ, neqꝫ ueneno, neqꝫ alteriꝰ iiurię ſigno i eiꝰ cor
pore exiſtẽte. Perſuaſũ ſcio multis ira numinis eũ iterijſſe, ꝙ autor ab initio fuiſſet belli iter co
gnatas urbes ſerẽdi. Nõ defuerũt q ꝑ aduerſę factiõis uiros, eũ nocturna ui necatũ intep̃tarẽt:
qdã mœrore & anxietate cõfectũ arbitrati ſunt, ꝙ paꝝ ꝓſpere res Albana à ſe mota uideret̃. In

Metius Suffetius.
demortui locũ Albani Metiũ Suffetiũ dictatorẽ creãt, uirũ neqꝫ bello idoneũ, neqꝫ pacis firmũ
cuſtodẽ. Tullꝰ Ciuilij morte ferocior factꝰ, p̃ter hoſtiũ uallũ ducẽs, i Albanũ agrũ caſtra trãſtu
lit: ea res hoſtẽ coẽgit locũ caſtris mutare. Sublatis ſignis, Romãi agminis ueſtigia ſecutꝰ, i ꝓxi

Fidenatiũ conſilium.
mo Hoſtilianis caſtris loco cõſedit. Fidenates iterea & Veiẽtes iter ſe occulta cõſilia agitabant,
utriuſq́ꝫ exercitꝰ ꝑ occaſionẽ ꝑdẽdi. Inſidiarũ rõ talis erat, ut ubi hi Romanos Albanoſq́ꝫ acie
cõgreſſos ſenſiſſent (coiuerãt em̃ Fidenas, eratq́ꝫ ide uia i caſtra triũ horaꝝ) tã uictũ exercitũ, q́ꝫ
uictorẽ iuaderẽt: tũ uero utriſq́ꝫ uictis uictoribuſq́ꝫ occidione cęſis, caſtra diriperẽt, ipſiq́ꝫ iter ſe
reꝝ potirent̃. Cęterũ Ciuilio nõ litãte pugna in plures eſt dies diſtracta. Interim Fidenatis ho
ſpitis lr̃is de duorũ populoꝝ ꝓditiõe certior factꝰ, tã hoſtiũ q̃ ꝓprio periculo motus, mittit qui
Hoſtilio dicerẽt, colloquio opꝰ eſſe priuſq̃ in pugnã deſcẽderẽt. Ambo igit̃ in unũ cõgreſſi, ita

Verba Metij ad Hoſtilium.
Metius Romanũ ẽ regẽ affatꝰ. Res inqt Tulle ꝑ iiuriã ablatę, atqꝫ à uobis ut cõpertũ habeo re
petitę, nec redditę, regẽ noſtrũ Ciuiliũ nuꝑ ad arma cõpulerũt: nec uereor, quin eandẽ ipſe q̊q́ꝫ
p̃ te feras belli cauſã: ſed ſi uera magis q̃ ſpecioſa dictu fari libet, iperij cupido utroſq́ꝫ ad arma
ſtimulat, q̃ uera ne ſint an falſa illi rectiꝰ iudicabũt, q belli huiꝰ autores extitere. Ego, ut te arbi
tror nõ ignorare, inchoatũ bellũ ſuſcepi, in demortui ducis locũ ſubſtitutꝰ. Et quia uiribꝰ, auxi
lijs, cõmeatu abũdamus, bellũ ſemel ſuſceptũ, ſtudio exequi certꝰ erã: fuitq́ꝫ ut uere dicã, mihi
aĩus ab iitio acie cõfligere, ut de ſumma rei iter utrũqꝫ populũ armis decerneret̃. Cęterũ multis
uarijſq́ꝫ

A uarijſcꝫ ꝓdigijs territꝰ, uel in primis ꝙ de euentu rei maxime ſollicitꝰ erã, extis ſępiꝰ atq; admo
tis: nũq̃ litare potui, prælio abſtinui: nec interim deſperabã fieri poſſe, ut aliqua pacis mẽtio in/
cideret, uerbaq́ꝫ de ea re inde primo mouerẽtur, unde minꝰ pia ſtaret cauſa. Etenĩ quid magis
impiũ, deteſtabiliuſcꝫ cõmitti potuit, q̃ parẽtẽ urbẽ à filia oppugnari? urbis ueſtrę Alba ẽ mat̃, — Iuſta Suffe/tij expro/bratio.
uos Tulle Albani coloni, q̃bus ſiue uincere cõtigerit, ſiue uicti eritis, fortuna enĩ nõ mutat cau
ſã, iexpiabili ſcelere polluemini. Oportuit ꝓinde iſtic primũ de pace ſermonẽ iferri, iĩuriarũcꝫ
ſatiſfactionẽ ꝓficiſci, ut grati in eos uideremini, q̃bꝰ oĩa debetis: ſed eo humana temeritas ꝓceſ
ſit, ut uis nõ iura ĩ bello ſpectent̃: nec q̃d deceat curat quiſcꝫ, ſed q̃d libeat, neq; ꝓcul, ut uideo,
abeſt q̃n ſcelꝰ ꝓ pietate habeat̃, latrociniũ ꝓ iuſtitia. Expectabã ego etſi fruſtra, expectaui tñ ut
unde oportuit prima cõponẽdę pacis mẽtio moueret̃, quũ ꝑ Fidenatẽ hoſpitẽ reſciui iter ſuos
populares & Veientes inita eſſe cõſilia, ut quũ audiuerint nos prælio cõgreſſos, alterãq; aciem
profligatã, tũ uictorẽ exercitũ, uictũcꝫ recẽtes adorti, feſſos trucidẽt, atcꝫ ita tꝑis momẽto Alba
nũ Romanũcꝫ nomẽ teterrima ſtrage extiguãt. Hęc ille. Quibꝰ ut maior fides fieret, lr̃as ad ſe
ex Fidenis miſſas regi recitari iuſſit: mox iteꝝ exorſꝰ, Perieramꝰ, inq̃t, Tulle, niſi utriuſcꝫ popl̃i — Rectũ Metij cõſilium.
alteriúſue fortũa ꝑmiſiſſet, ut nefaria uicinaꝝ urbiũ cõſilia ſatis opportune ad nos delata eẽnt.
Nũc q̃a res nr̃ę curę ſunt dijs, ut uideo: age & hic corã ĩter nos de pace agamꝰ: Aut ſi p̃ñti liber
tate nõ cõtẽti ſumꝰ, ĩ dubiãcꝫ ĩperij ſeruitijcꝫ aleã, ſiue fato, ſiue ęmulatione ruimꝰ, incamꝰ uiã
aliquã, q̃ ſine maiore clade, utri noſtrũ alteris ĩperẽt, decernamꝰ, prudẽtes uiros imitati, q̃ ĩ an/
cipiti cõſilio, tutiora malũt. Siq̃ p̃terea incõmoda adeũda ſint, minꝰ noxia eligũt. Hęc Albanꝰ — Hoſtilij oratio ad Metium.
dictator. Ad ea Tullꝰ: neq; mihi, inq̃t, Suffeti: neq; meoꝝ cuiq̃ dubiũ fuit: q̃n peſſimo deteſtabi
licꝫ exẽplo in uos arma induerẽmꝰ, ſi ſpõte & nõ iiuria à nobis ꝑfecta cõtigiſſet id fieri, q̃q̃ ſic
quocꝫ pudor q̃dã tacitacꝫ, ut ſic dicã, religio manꝰ ab initio deuixerat, ut in pugnã & cędẽ nõ
prius iremꝰ q̃ deoꝝ uolũtatẽ in eo exploratã haberemꝰ: q̃ quoties cõſulti ſunt, ꝓliũ ab his inire
ꝓhibiti ſumꝰ. Nec duoꝝ interi populoꝝ ꝑfidia nõ nobis ſpectata fuit: de qua & ip̃e nõ multo
B ãtea q̃dã ꝑ amicos cognouerã, cupiebãcꝫ ob id maxime p̃ſẽs bellũ ſine maiore clade diſſolui.
Veꝝ enĩuero indignũ arbitrabar eos, q̃bus iuſta priꝰ negata eſſent, quaſi minꝰ iniuriã ulciſci
poſſent: priorẽ de pace ſermonẽ inferre, ratꝰ id ad eos ꝑtinere, q̃ bellũ priores occupaſſẽt, q̃q̃ in
eo nihil habeo, ꝙ te maiorẽ in modũ accuſem, diſcordię huius autor fuit Ciuiliꝰ. Is prior arma
intulit, idẽ meritas ſui ſceleris expẽdit pœnas. Tollat̃ (quãdo id certamẽ neq; dij, neq; hoĩes pro
bãt) oĩs ueteꝝ offenſarũ recordatio, nec tñ Suffeti q̃ramus, qua ratione p̃ñs odiũ & certamen
finiamꝰ, ſed quonã mõ oĩs futuri belli in poſteꝝ materia tollat̃, ꝓuidẽdũ arbitror, nã ꝙ ad fu/
turã cõcordiã attinet, ſatis firmã pacẽ habituri eſſemꝰ, ſi uos Albani nr̃ę fortunę & ſucceſſibus
nõ iuideretis, ſed decori potiꝰ & ornamẽto duceretis: ꝙ ij q̃ à uobis oriũdi ſint, rei bellicę gloria
& religione, lõge inter finitimos polleãt, neq; enĩ ꝙ ſciã in re ulla à nobis læſi eſtis, cur uos Ro
manis iratos eſſe oporteat: ſed idcirco odiſtis, q̃a in maiore fama & celebritate ſumꝰ. Quę quũ
uera ſint, ut Romanꝰ ſemꝑ Albanũ ſuſpectũ habeat, neceſſe ẽ: caueatcꝫ ut hoſtẽ, eocꝫ intẽtiꝰ,
quo ſatis cõſtat, nihil eſſe efficaciꝰ ad nocẽdũ, q̃ occultũ inimicũ: neq; amicꝰ fieri põt, q̃ inuidet,
unũ Suffeti praui huiꝰ affectꝰ remediũ fore arbitror: ut q̃ in alijs hoĩes mirant̃, ne inuidię ſti
muli ſubeãt, ſua ducãt non aliena, ꝙ ip̃m facile eueniet, ſi Albani populariter, aut eoꝝ plurimi
Romã ĩ cõmunẽ fortunaꝝ poſſeſſionẽ demigrẽt: id fœdus, hęc ſocietas, & certa & ꝑpetua erit,
uel ſi hęc minꝰ placẽt, in id diſcrimẽ, ꝙ de ſumma ĩperij ꝓpoſuiſti deſcẽdẽdũ. Hæc enĩ una aut
nulla alia, ad ſtabilẽ & mãſurã pacẽ, uia relicta ẽ: nã fœdeꝝ & pacis cõditiones neq; firmę ſunt,
neq; diuturnę: ubi plus inuidia ualet q̃ ratio, plus odiũ q̃ iura. Aut ui igit̃ opus eſt, aut uolũta/ — Peroratio.
te, ne officiũ deſerat̃. Petijt Suffetiꝰ: ut ad primores Albanoꝝ q̃ aderãt, de Tulli poſtulatis bre
uiter referre liceret: recꝫ ab oĩbus reiecta, quũ de certaminis ratione inter duces agitaret̃, Tullꝰ
a q̃ pauciſſimis dimicãdũ cẽſebat, ipſecꝫ aĩo & uiribus fretus, paratꝰ erat ꝓ patria ĩ oĩne armo
rum certamẽ deſcẽdere: Suffetiũ hortatus ut ipſe idẽ faceret, ęquũ eſſe dictitãs ualdecꝫ honori
ficũ, duces & ĩperatores ipſos, de ſuoꝝ cõmodis diſceptare: nec deerãt illuſtriũ uiroꝝ exempla,
q̃bus ille Albanũ in ſententiã traheret. Veꝝ ꝓbare ea Suffetius, rem tamẽ maiorẽ arbitrari, q̃
q̃ duobꝰ uiris cõmittenda eſſet: pluribus opus eſſe p̃dicabat, q̃ in tã arduã dimicationẽ, pro pa
tria deſcẽderent. Vt terni igit̃ utrincꝫ cõcurrerent uiſum eſt: uel ꝙ is numerus in oĩni re ꝑfectus

 haberetur,

Tergemini Horatij. Curiatij. haberet,uel ꝙ ꝓpius uero ē,quia tergemini fratres in utriſq; caſtris eſſent,uiri fortiſſimi,& ad C
om̄e facinus parati.Erant hi ex duabus Seduinij Albani filiab⁹ uno partu nati:eaꝝ altera Ro
me Horatio:altera Curiatio Albę nupſerat:uterq; pares fœcūdū uxoris puerperiū, ut ſibi pa/
triæq; ꝓ ſpeꝝ,diligenti cura educauerat.Scio miꝝ uideri poſſe ac fabulæ ꝓximū legētibus,uno
tēpore duabus ꝓpinquis urbib⁹,immo caſtris,Tergeminos fratres reptos.Sed rei hui⁹ Diony
ſius & Liuius ſunt autores:aſtipulaturq; his Plini⁹:Trogus autor grauiſſimus ſeptenos prodi
dit in Ægypto natos.Iam & illud memorię proditū eſt mulierē in Peloponeſo quatergeminos
enixā:& extremis Auguſti principis tēporibus,Fauſtā ė plebe fœminā Hoſtiæ uno nixu gemi
nos mares,totidēq; alterius ſexus peperiſſe liberos.Cū tergeminis dux uterq; ſuis egit,ut ꝓ pa
tria uellēt dimicare:monſtrātes nullū eſſe mai⁹ in humanis uinculū,nullā maiorē neceſſitudi/
nem,q̄ q mortalibus cū patria eſt:ibi libertas,ibi imperiū futurū docent,unde uictoria ſtatuta
eſſet.Nec multa op⁹ fuit hortatione:utriq; em̄ cupiditate laudis,ſeu patrię charitate ſeu utraq;
re potius,ꝓ ſe om̄e parati erāt diſcrimē adire:nihil ergo recuſantibus, tēpus & locus pugnæ ca/
pitur.Priuſq̄ igit̄ cōfligerent,fœdus inter reges his legibus eſt ictū:ut cui⁹ populi bellatores eo
Feriendi fœderis ratio. certamie uiciſſent,is alteri ex fœdere iperaret.Fœdera alia alijs legib⁹ fiebāt.Cęteꝝ una feriēdi
ratio fuit oib⁹,q̄ uni⁹ ꝓfationis nouit carmē oim nouit.Liui⁹ fœderis hui⁹ ut uetuſtiſſimi,for
mā diſerte poſuit,cui⁹ nō uim ſolū,ſed & uerba,ne q̄d uariet̄,uiſum ē referre.Fœcialis, inquit,
Tullū regē ita rogauit,Iubes ne me rex cū p̄re p̄rato popl̄i Albani fœdus ferire?Iubēte rege ſa
gmina,inq̄t,te rex poſco.Rex ait purā tollito.Fecialis ex arce grāinis herbā purā attulit.Poſtea
regē iterrogauit.Rex facis ne me regiū nūciū popl̄iq; R.Quiritiū uaſa comiteſq; meos?r̄ndit
rex,Q̄d ſine fraude mea ppl̄iq; R.Quiritiū fiat,facio.Erat tū Fecialis M.Valerius,patrē p̄ratū
Sp.Fuſiū fecit,uerbena caput capilloſq; tāgēs,fiebat p̄r p̄ratus ad iuſiurādū patrādū.i.ſanciē
dū fœdus,multiſq; id uerbis pagit,q̄ lōgo effata carmine,haud opępreciū ē referre:legib⁹ dein
recitatis.Audi,inq̄t,Iuppiter,audi p̄r p̄rate popl̄i Albani,audi tu popul⁹ Albanus,ut illa palā
pria,poſtrema ue ex illis tabulis cerāue recitata ſunt,ſine dolo malo utiq; ea hic hodie rectiſſi/ D
me itellecta ſunt.Illis legib⁹ popul⁹ Ro.prior nō deficiet,ſi prior defecerit publico cōſilio,dolo
malo,tu illo die Iuppiter populū Ro.ſic ferito:ut ego hodie hūc porcū feriā.Vbi id dixit,por/
Tergemini in pugnam deſcendūt. cū ſilice pcuſſit.Eodē carmine p̄r p̄ratus Albanus & ipſe uſus eſt.Fœdereq; in hūc modū icto,
tergemini ſumptis armis i ęquū deſcēdūt,utriq; ſuos pugnatores eūteis hortant̄,ac ſpargūt flo
ribus fœlices ire iubēt,fortiter ꝓ pria,ꝓ penatib⁹,ꝓ ciuib⁹ dimicare,q̄bus hortationib⁹ ſuopte
igenio feroces iuuenes,ferociores adhuc facti,int̄ duas ꝓcedūt acies.Cōſederāt ꝓ caſtris,aduer
ſi exercit⁹,nō tā p̄ntis pugnę periculo,q̄ cura libertatis,q̄ in diſcrimine erat,ſolliciti.Videbāt in
paucoꝝ uirtute fortunā utriuſq; popl̄i ſitā.Erecti igit̄ ſuſpēſiq;,i ſpectaculū minime gratū ocu
los defigūt.Illi ubi in unū coiuere:nā quatuor circiter ſoli ſtadia fuerant in medio relicta,cū la/
chrymis,priuſq̄ cōcurrerēt,ſeſe cōplexi,miſerabile ſpectaculū ſuoꝝ oculis ꝓbuere.Ex miſeratio
ne indignatio orta,& fremit⁹ i reges,q quū alia rōne potuiſſent,cōſanguineas i ſe dexteras cō
Tergeminorū pugna. miſiſſēt.Hęc q ſpectabāt.Iuuenes ipſi ferociter cōgreſſi aliquādiu,erāt em̄ armis oppido iſtru
cti,corporib⁹ nōdū uiolatis ancipitē pugnā traxere.Tū demū arctius dimicātes,Horatioꝝ ma
ximus natu,letali circa iguē uulnere accepto concidit,uiderūt ſui cū cadentē,pculitq; caſus ipſe
Romanoꝝ aios.Cōtra Albani clamore & lętitia exultare.Tū uero Horatioꝝ alter eo aduolās
breuiorē fecit eā hoſtib⁹ lętitiā:q̄ppe q iacēti fratri incubantē adhuc Curiatiū adortus,repetitis
ictib⁹,gladioq; i iugulū defixo ꝓſtrauit.Tū ęquata iteꝝ fortuna par met⁹ ſpeſq; utrinq; erat.
Nulla unq̄ dimicatio plures eſt i paucis uices expta.Reſtās nāq; Horatijs aduerſa aura cū alte
rius caſu,q̄cq̄d ſpei ad id Romani aluerāt,depſſit,ꝓ interſcapiliū huic Curiati⁹ gladiū i uiſcera
Horatij unius conſilium. adegerat.quū ipſe ſecto poplite uix ueſtigio cōſiſteret.Tū cęteri Albani itacti adhuc Romanū
circūſiſtūt,ſuoꝝ fauore & hortatione cōnixi:hic Hortati⁹,q ipar duob⁹ erat, priuſq̄ à tergo cir
cūueniret̄,ut pugnā ſegregaret,capeſſit fugā.Romanis mœſtū erat ſiletiū,& iā aliquātū ſpatij
ab eo loco,ubi pugnatū erat,fuerat Horati⁹ emēſus,quū repēte & p̄ter ſpē oim i hoſtes,q pari
b⁹ pene iteruallis ſeq̄bant̄,cōuerſ⁹,q ꝓxim⁹ aderat magno aio uenientē excipit,ac dū Albani
alteri inclamāt,ut mature ferret opē fratri,iā Horati⁹ cęſo hoſte aio & uirib⁹ maior reliquū pe
tebat.Tū ex inſperato clamor & qualis ex ſubito ſucceſſu oriri ſolet Romanū adiuuat militē,q
pari

A pari ſucceſſit ꝑlio defunctꝰ, tertiū Curiatiū obtrūcat. Liuiꝰ ꝑmo cōgreſſu duos ait Horatios cō/
cidiſſe, tribꝰ Curiatijs uulneratis, ibiq; ſimulata fuga, q̄ Horatioꝝ reliquꝰ fuit, pugnā ſecreuiſſe
Curiatioſq; paribꝰ iterualliis ſequētes adortꝰ, duos priores, priuſq̄ uterq; alteri opē ferre poſſet
unū poſt alteꝝ, ſubitario cōgreſſu, duobꝰ ictibus cōfeciſſe. Tertiū inde petitū, feſſum curſu gra
uiq; uulnere affectū, i quē his uerbis ſit Romanꝰ uſꝰ, duos, iqt Curiatios meoꝝ fratꝝ manibꝰ
dedi, iā tertiū, ut Romanꝰ Albano iperet, dabo. Ac cū his uibrato gladio hoſtē uix arma ſuſti/
nentē obtrūcarit, ſpoliaritq; iacentē. Romani q̄ res ꝑpior fuerat ꝑiculo, eo maiore gaudio ela/
ti, Horatiū multa gratulatiōe, multiſq; laudibꝰ accipiūt. Inde utriq; ad ſepeliēdos ſuos nequaq̄
paribꝰ animis uertūt, hi lętitia geſtiētes, qa iperio aucti: illi quū liberi nuꝑ fuiſſēt, alienę ditiōis
facti, mœrore & triſtitia affecti. Sepulchra quo q ſq; loco ceciderat, extitere. Horatioꝝ duo pene
cōtigua, ꝓpius Albā. Curiatioꝝ Romā uerſus locis iter ſe ut uicti occubuerāt diſtātibꝰ. Priuſq̄ — *Horatiorū & Curiatiorum ſepulchra.*
inde exercitꝰ diuerſi abierit, petēti Metio qd Romanꝰ rex iperaret, reſponſū eſt, ut iuuētutē in
armis haberet, fore ut ſi cū Veientibꝰ bellādū eſſet, illoꝝ opa uteret̃. Secundū hęc utriq; domū
eſt cōceſſum. Ibat Horatiꝰ trigemina ſpolia ꝓ ſe gerēs, cui ſoror uirgo, q̄ Curiatioꝝ uni deſpō/
ſa erat, in cōferta multitudine circa Capenā portā obuia facta eſt, cognitoq; paludamento, qd
ſpōſo i futuras nuptias ipſa dono miſerat, flebili lamētatione crines ſoluit, uirū idētidē noīe ap/
pellās. Mouit ferocē iuuenē intēpeſtiua puellæ cōploratio (Dionyſiꝰ autor eſt, ſtultitiæ expro/ — *Horatij facinus.*
bratione ſimul & ſæuitię iuuenē iritatū) ſtricto gladio, ꝙ ſatis cōſtat, puellā increpās transfixit:
ſic eat, inqt, q̄cūq; Romanū lugebit hoſtē. Viſum id facinꝰ patribꝰ & plebi atrox. Cęteꝝ recēs
meritū leuabat inuidiā. Raptus tñ in ius eſt manifeſti parricidij reus. Rex ne tā triſtis ingratiq;
iudicij autor eſſet, populo ad cōcionē uocato, duūuiros creauit, q ꝑduellionē Horatio iudica/
rent. Lex erat: duūuiri ꝑduellionē iudicēt, ſi à duūuiris ꝓuocarit, ꝓuocatiōe ad populū certato, — *Lex duumuirorum.*
ſi uincēt caput obnubito, ifelici arbori reſte ſuſpēdito, itra uel extra pomœriū uerberato. Duū/
uiri ſcđm horrendi huiꝰ carminis formā creati, laqueū reo inijci ꝑcipiunt. Tū Horatius Tullo
B autore, ad populū, inqt, ꝓuoco. Ibi magnus aioꝝ motus extitit. Vulgo credere ingrati populi
ad poſteros exēplū futuꝝ, ſi uirū de rep. optime meritū, q nō ſolū libertatis publicę tuendę au
tor fuiſſet: ſed imperij etiā augendi, fortuiti parricidij crimine, cuiꝰ materia magis oblata, q̄ q̄/
ſita eſſet, necaret. Nemo erat cui nō recēs pugna illa tergeminoꝝ, recenſq; meritū aio obuerſa/
retur. Valuit & Horatij pr̄is orbitas miſerabiliſq; deꝑcatio ad miſericordiā: clamitabat ſenex — *Horatij patris deprecatio.*
cui primā irā eius iiuriæ natura & lex tribuiſſet, ſe filiā iure cæſam iudicare, ni ita eſſet, ſe patrio
iure fuiſſe in filiū aiaduerſuꝝ. Addere his ꝑces & lachrymas, ne ſe quē nuꝑ egregia ſtirpe clarū
cōſpexiſſent, in miſerabilē orbitatē, perpetuūq; luctū conijcerēt. Nūc ille hęc ꝑcari, nūc filiū cō/
plexus, Curiatioꝝ ſpolia oſtēdere, q̄rereq; à circūfuſa multitudine, poſſent ne eū ſub furca uin
ctū ſpectare iter uerbera & cruciatꝰ, quē pauloāte triū hoſtiū ſpolijs iſignitū, ouātēq; uidiſſēt:
Valuit pr̄is miſerabilis cōploratio, ſed plus oino egregia uiri idoles, animuſq; in omī periculo — *Horatius abſoluitur.*
par, ita ut eū populꝰ oibus ſuffragijs abſoluerit. Sed ut manifeſta cędes aliquo lueret̃ piaculo,
Horatio eſt patri iperatū, ut filiū publica pecunia expiaret. Dionyſius id negociū pōtificibꝰ da
tum ꝓdidit, is duas ait extructas eſſe aras: Iunoni unā cui ius ſororiū curæ eſſet, Iano alterā ad
quas Curiatioꝝ & Horatię nuper iterfectæ ſint manes uocati, certaq; ſacrificia deinceps facta,
poſtremo Horatiū ſub iugo miſſū, cuiꝰ forma ea fuit: ut duo recta tigilla defixa ſtarēt, tertiūq;
ſupne duobꝰ illis tranſuerſum iponeret̃. Id ſępius refectū, ad ſuā uſq; ętatē duraſſe Liuius ē au
tor: ſororiūq; tigillū noiatū. Fuit is locꝰ in uia q̄ à Carinis deorſum in Cypriū ducebat uicum. — *Sororium tigillum.*
Tigillū (ut Dionyſius demonſtrat) duobus aduerſis parietibus erat fultū, quū ab initio lignea
fuiſſent ſuſtētacula. Expiatoria ibi ſacra annua cōſtituta, Horatięq; gēti tradita. Puellę ubi icta
concidit quadrato eſt ſaxo ſepulchrū cōmunitū. Angularis petra fuit, ſupra quā tergeminorū
ſpolia i foro pepēdere. Horatię pilę ad poſteros nomē habuit. Lex inſuꝑ lata, ut qbꝰ trini liberi
eſſent, uſq; ad pubertatis annos ꝓ his ex publico alimēta darent̃. Et hęc poſt Tergeminoꝝ pu — *Lex trium natorum.*
gnā ſunt Romę acta. Albani idigne ferētes, ꝙ publia fortuna tribꝰ eſſet militibus cōmiſſa, nūc
Metij ſtultitiā, nūc temeritatē criminādo, oēm culpā acceptę cladis in unū cōferre, q̄ res uanum
hoīs facile mutauit ingeniū: ut icti nuꝑ fœderis oblitꝰ, qa recta cōſilia parū ꝓſpere fluxiſſēt, ſce
lere & flagitio q̄reret, quo pacto ſuoꝝ ſtudia ſibi cōciliaret. Vt nuꝑ igit̃ in bello pacem, ita tunc



bellū

Metij nefa/riũ conſiliũ.

bellũ in pace q̃ritabat. Verũ quũ pl⁹aioꝝ ineſſe ſuis q̃ uiriũ cerneret, ad bellũ ex edicto gerẽdũ C
Fidenates & Veiẽtes occulte ĩpellit. Ipſe Tulli ĩperiũ ſecutus, aduerſus Romanas legiones uiri
bus ex occaſione uſuꝝ pollicet̃. Albanoꝝ defectione Fidenates freti, Veiẽtibus ĩ ſocietatẽ belli
aſſumptis, à Romanis deficiũt. Dionyſi⁹ ſcribit eos Romã ad cauſam ꝓditionis, quã Albano
bello moliti eſſent, dicẽdã accerſitos, nõ mõ id iudiciũ detrectaſſe, ſed aperta etiã defectione cõ

Vbi Tullus caſtra fecerit.

ſternatos arma ĩduiſſe. Tull⁹ domeſticas armauit copias, & ſocias ex Alba accerſiuit. Venerũt
inde auxilia adeo ĩſtructa: ut ab R. rege laudat⁹ ſit Meti⁹, cõſilioꝝq; ſecretoꝝ particeps fact⁹.
Rex caſtra ad Tyberis & Anienis cõfluẽtẽ fecit. Hic Meti⁹ diuturnę poteſtati aſſuet⁹, nã triẽnio
rei Albanę Tulli ꝑmiſſu p̃fuerat: p̃terq̃ ꝙ ſuoꝝ populariũ iratos aĩos lenire cupiebat, indignũ
etiã rat⁹ ſummũ Albanoꝝ magiſtratũ cuiuſq̃ ĩperio ſubiacere, occulte ad hoſtes mittit, q eos
adhuc ĩcertos, quo in ſe aĩo Albanus eſſet, ad pugnã hortaret̃, pollicitus fore ut quũ ꝑliũ cõſer
tum eſſet ſubita defectione Romanas legiones p̃ſidijs deſtitutas ipſis obijceret trucidãdas. Cẽ
turionib⁹ deĩde & ordinũ ductorib⁹ ĩ ſecretũ abductis, occaſionẽ adeẽ docet, recuperãdę liber
tatis, abolẽdęq; ignominię, qua nõ min⁹ ĩpie q̃ ĩgrate, recẽs colonia ſuã affeciſſet Metropolim:
ueꝝ nolle ſe prius ſuũ cuiq̃ conſiliũ patere, q̃ exploratũ haberet, quo ipſi ad priſtinã libertatẽ re
cupandã eẽnt aĩo. Tũ uero approbãtib⁹ cũctis, fideq; ſilẽtij iureiurãdo ab oĩb⁹ accepta, Meti⁹
cętera exequitur, ac ſimul ꝙ ipſe paret, ꝙ uelit etiã ꝑ eos fieri edocet, ne in re ſubita animi titu/
barẽt. Hoſtes poſtridie ĩ aciẽ deſcẽdere, dextrũ cornu Veiẽtes tenuerũt ſec⁹ Tyberim, leuũ Fide

Albanorũ defectio.

nates ad mõtes extẽſum. Tull⁹ aduerſ⁹ Hetruſcos Romanã explicat aciẽ, Albanos Fidenatib⁹
obijcit. Init̃ pręliũ. Cęteꝝ Albano haud plus ab initio animi fuit q̃ fidei, neq; ſuo ſtabat ueſti
gio, neq; aperte deficiebat, ſed ſenſim ad mõtes auxilia ſubtrahit, inde ubi tumulis ſucceſſit flu
ctuãs aĩo: nã in re adhuc dubia cõſiliũ tegi ſuũ uolebat, alia igit̃ atq; alia aſſimulando, quo for
tuna ĩclinaret, expectabat. Mirari id primũ Romani, q̃ ꝓpiore loco ſteterãt: mox ubi latera nu
dari cœperunt: Albanis ad mõtes ſuccedẽtibus ꝑ celerrimũ equitẽ regi nunciant, Albanos ad
hoſtes deficere. Tullus ĩ re trepida Marti XII. uouit Salios: Palloriq; & Pauori ſuã utriq; ædẽ: D
claraq; uoce equitẽ ĩcrepãs, ut hoſtis facile exaudiret, ſuo iuſſu ait Albanos id facere, nihil trepi
datiõe op⁹ eſſe: fore, ut Albani ceu ĩperatũ eſſet paulo poſt hoſtẽ à tergo circũuenirẽt. Ea uox,
nam Tullus eo cõfeſtim occurrerat: Fidenatibus ſuſpitionẽ iniecit, ne ab Albano decepti inter/

Romanorũ uictoria. Veientium cædes.

cluderent̃. Fit itaq; ab ea parte fuga. Fugientẽ hoſtẽ rex cum ſuis nõnihil inſecut⁹, ubi ita diſie
ctos ordines uidit, ut in prælιũ redire nõ poſſent: ĩ Veientiũ cornu, ubi acrior erat pugna oẽm
impetũ uertit, hac quoq; parte hoſtes ꝑculſi, abiectis armis in ꝓximum amnẽ cęci ruunt, multi
aquaꝝ impetu uicti periere, plures tamẽ extrema ripa iter fugę pugnęq; cõſiliũ oppreſſi. Alba
nus ubi Fidenatẽ fuſum uidit, ut & ipſe nõ nihil egiſſe uideretur, equitẽ in fugientẽ hoſtẽ ex iu
gis q̃ inſederat ĩmiſit, mox copijs in planũ deductis, Tullo uictoriã gratularet̃. Contra rex Ro/
manus, ira ad tẽpus diſſimulata, benigne Metiũ alloquitur, qđ utriſq; bene uertat, inq̃t. ite Al/
bani & ueſtra caſtra noſtris iungite. Dionyſius ait maiorẽ partẽ noctis Tullũ in Veientiũ ca/
ſtris q̃ ceperat fuiſſe, ibiq; ex captiuis oĩa exploratiora de Albanoꝝ proditione facta, cui⁹ prin
ceps & autor Metius fuiſſet. Tum Romã noctu cũ rei indicib⁹ & paucis ſuoꝝ regẽ adequitaſſe,
uocatoq; in curiã ſenatu de Albanæ perfidiæ ultione inter patres cõſultatũ uariatũq; nõnihil

Decretũ diruendæ Albæ.

opinionibus. Demũ in ſententiã regis frequẽter itum: ut Alba dirueretur, parceretur ciuibus,
ſuppliciũ de Metio ſumeret̃, ipſe pari celeritate in caſtra reuerſus: diſtabant Fidenę ab urbe q̃
que milia paſſuũ. Hic priuſq̃ illuceſceret, M. Horatiũ q Curiatios uicit, cũ Cẽturijs aliq̃t: pedi/
tum, maiore tamẽ ęq̃tatu Albam miſit, q pacate urbem ingreſſus, ubi ciues in poteſtatẽ rede/
giſſet, oppidũ à fundamentis dirueret, parceret templis, multitudinẽ omnẽ Romam traduce/
ret: ipſe ubi illuxit, cętero exercitu ad cõcionem uocato, Albanis p̃conis uoce iuſſis propius tri/
bunal accedere, extremã concionem ex cõpoſito ſepſit armis, datũ erat p̃terea cẽturionibus ne

Tulli oratio ad exercitum.

gocium ut inter agendum ꝙ agere iuſſi eſſent nauiter faceſſerent: tũ ſilentio ĩdicto ita rex Ro/
manus infit, Si ullo unq̃ ꝑlio accidit, ut dijs immortalibus gratias Romani ageretis, heſternũ
illud certe fuit, quo haud cũ hoſte ſolũ uobis dimicatũ eſt, ſed cũ ſocioꝝ etiã p̃ſidia, q̃ eo magis
periculoſa fuit, quo minus p̃uiſa: nulla eñ peſtis efficacior eſt ad nocẽdũ, q̃ familiaris & dome/
ſticus inimicus. Qui eñ ex ꝓfeſſo ſunt hoſtes, hos facile cauemus, occulta uis, & q̃ amicitiæ cu/
niculis

A niculis imiſſa, ex improuiſo erumpit, formidabilis & pernicioſa eſt. Nā ne q̄d uos lateat, haud īperiū illud fuit meū heſternū: ut Albani ad mōtes ſecederēt, dixi meo id iuſſu fieri, ne uos ſocioꝝ defectione cognita, ꝑlio auerteremini. Neq; culpę huius multos eſſe conſcios arbitror, nā q̄ multis credita ſunt, diutius in occulto eſſe nō poſſunt. Metius illius dux itineris fuit. Metius defectionis autor. Meti⁹ publici fœderis ruptor. Audeāt uel maiora alij, ni ſuo Metius ſupplicio poſteris erit documēto, ſacrata fœdera uiolari nō oportere. Mouiſſet ille facile cōcionē ſuorū fidē implorās, niſi uibratis undiq; à Romano gladijs Albani, q ad arma reſpicere cœperāt, metu coerciti ceſſiſſent. Cēturiones, ut iuſſi, erāt clamitantē Metiū circūſiſtunt. Tū rex, ꝙ felix, inq̄t, fauſtūq; mihi, Populoq; Romano ac uobis ſit, uiri Albani decretū ē ex duab⁹ ciuitatib⁹ unā facere, ex Alba oēm multitudinē Romę collocare, prȩter priſtinas ſedes nihil uobis adimitur, ciuitatē plebi damus, primores in patriciatū legimus. Neq; eſt cur de ueteri patria ſolliciti ſitis amplius, miſſi ſunt ante lucē cum. M. Horatio q omnia tecta publica & priuata ꝑter ſacras ædes diruerent: aut igit̃ Roma aut nulla alia eſt uobis patria habēda: diſcite neceſſitati parere, cui ne dij q̄dem imortales repugnāt. Quāq̄ nulli miꝝ uideri debet, ꝙ res Albana ī duos olim diuiſa populos, aliquādo in unū redeat. Ingemuit ad hęc Albana pubes, cęteꝝ armis undiq; ſepta ſilētiū tenuit. Tū uero Tullus in Metiū cōuerſus, ſi fidē Meti & iura ſeruare poſſes, ea à me diſciplina tibi uiuo ſatis abūde erat adhibita, ſed animi morbus īſanabilis eſt, nec ingenia natura praua ullis ꝓficiunt exemplis: ꝙ quum ita ſit, doceas ut ęquū eſt tuo ſupplicio cæteros mortales, eſſe ſacra fœdera ſanctius cuſtodienda, q̄ tu nō minus īpie, q̄ perfide uiolare es auſus. Faxim ne ꝑſens ſupplicij genus diuerſum ſit ab īgenio iſto, & mente, quā inter Romanū Fidenatemq; populū ancipitē geſſiſti. Sic Tullus, duabuſq; quadrigis admotis diſtētū corpus in eaꝝ currus alligat, mox ī diuerſum ab aurigis concitę, corpus fœde laceꝝ diſtraxere. Auertit à tam horrendo ſpectaculo oculos, ꝑſſaq; pauore ſtetit multitudo aliq̄diu īmota, nec mirū, fuit em̄ id ſuppliciū humanaꝝ legū parū, ut ſic dicā, memor: Centuriones deinceps & q eius cōſilij participes fuere capitali ſunt, ut Dionyſi⁹ ſcribit, ſupplicio affecti. Alba iterim incēſa & euerſa eſt.

Tulli denūciatio.

Metij ſupplicium.

B In qua diruēda, neq; tumult⁹ fuit, neq; pauor, qualis captaꝝ ſolet eſſe urbiū, quū ui hoſtes ītra mœnia irrūpunt: ſed inopinatū malū aīos ſilentio defixerat, mœror & inſignis triſtitia in ore & oculis oīm eminebat, & ī primis obliuio quędā eoꝝ q̄ agēda eſſent ſubierat ciuiū mētes, haud em̄ q̄ aſportāda crederēt, q̄q; reliquēda ī ſubito ſtupore expedire poterāt. Pars domoꝝ poſtib⁹ hęrere, pars errabundi cum gemitu atria luſtrare, ut q̄ ſcirent haud multo poſt interitura, & iā equitū clamor migrare iubentiū īſtabat, exaudiriq; fragor tectoꝝ in ima partis urbis ꝓcumbētiū. Tū qſq; ꝓ ſe curribus & iumentis, q̄ poteſt, quęq; ad manus fuere raptim extulit, & quum cōtinenti pene agmine abirent, publicā priuatāq; fortunā miſerantes, alius aliū cū lachrymis intueri. Vrbs ciuib⁹ exhauſta ſolo æquata ē, quadringēteſimo ferme anno, ex quo ab Aſcanio eſt cōdita. Alicarnaſſeus Dionyſius q̄ngentos minus tredecī ſtetiſſe annos, uno atq; altero loco ſignificare uidetur, trigīta ī Latio Coloniarū matrē. Albę excidio Roma aucta eſt, duplicatuſq; ciuiū numerus: Cœlius mons quo laxius incoleret̃ urbi additur, ubi ut alio ſignificatū eſt loco, Tullus ſibi regiā cepit. Albani genere & opibus illuſtres ī patres legunt̃, Iulij, Seruilij, Geganij, Curiatij, Clœlij, addunt̃ à nōnullis Metilij, & Quintilij. Fecit Tullus Curiā q̄ ab autore eſt hoſtilia noīata. Legit & decem turmas equitū ex Albanis, ueteres legiones ſuppleuit, nouas cōſcripſit, auctaq; his uiribus ciuitate, Fidenates bello ſequēti anno ſunt à Tullo repetiti. Et q̄a à nullo finitimoꝝ auxilia īpetrarent, mercenario milite uſi, ſub Romanoꝝ acceſſum urbe egredi, acieq; ſunt auſi dimicare: fuſi fugatiq; in oppidum trepide compellunt̃. Secuta īde deditio eſt q̄bus Tullus uoluit cōditionibus. Principes defectionis ultimo ſunt ſupplicio affecti, cęteris ſeruata eſt libertas, nec ex ueteri forma ciuitatis eſt q̄cq̄ illis adēptū, Romāq; Tullus reuerſus ſecundū triumphum egit, ſiquidē primū de his & Veientibus ſimul uictis egerat. Nouū deinceps bellum ab Sabinis ortum, cuius cauſa hęc tradit̃. Colebāt Feronię Phanum cōmuni iure Latini Sabiniq;, hanc Perſephonen q̄dam dicunt, alij Iunonē: hic frequēti mercatu Romani mercatores pecunijs prius adēptis, à Sabinoꝝ q̄buſdam ſunt in uincula coniecti. Cæterū quū res hic repeterent̃, non modo nō ęqui q̄cq̄ reſponſum inde eſt, ſed exprobratū etiā, haud ignaros eſſe Romanos, q tum res repeterēt, fugitiuoꝝ multos ex Sabina cum herili pecunia ī Aſylum

Diruitur Alba.

Ro. augetur.

Familiæ nobiles ex Alba.

Fidenatū deditio.

Feroniæ phanum.

Sabinorum reſponſio.

lum ꝙ Romulus aperuiſſet, cõfugiſſe, nec dominis repetentibus reſtitutos, humane igit̃ facturos eos, ſi ęquo aĩo ferant, ꝓ ueteri iĩuria ſibi recentẽ illam, etſi multo leuiorẽ, repenſum iri, niſi forte extra hoĩm aleam ſoli haberi uelit, ut quę ipſi nihil laceſſiti in alios fecerint, iniquum ducant ſibi fieri. His utrinqꝫ obiectis nec purgatis, res ad arma ſpectare cœpit: nec ita multo poſt Sabini ꝗbuſdã Hetruſcoꝝ, partim gratia, partim mercede domo excitis, ad ſyluã Malitioſam cũ Romanis conflixere. Fuit ibi pugna atrox, uerum copijs nuper auctis, utroqꝫ genere pugnę facta ẽ res Romana ſuperior. Periere multi in acie ex Sabinis, multiq́ꝫ ĩ fuga cęſi. Hęc Liuius, C

Vincũtur Sabini.

à quo diſſentire pudeat. Dionyſius ancipiti ibi marte ait dimicatũ, prœliũq́ꝫ noctis interuentu diremptũ. Clade pręterea utriqꝫ illata & accepta, diuerſos domũ abijſſe exercitus in reliquũ anni qẽturos. Pricipio uero alterius anni, ad Herconem urbem aliquãto maiore belli conatu eſt dimicatũ, cẽtum ſeptẽ ſtadijs ab urbe Roma. Hic quoqꝫ dubio marte, Tullũ Saturno & Rheę

Tulli regis uotũ.

ſolẽnes ludos, ꝗ diu poſtea celebrati ſint, duplicẽq́ꝫ ſalioꝝ numerũ, gradiuo Marti uouiſſe. Ac tũ demũ Romanos uictorię cõpotes factos, hoſtiũq́ꝫ caſtra expugnata, uaſtataq́ꝫ regiõe Tullũ Romã reuerſum tertio triũphaſſe, haud facile dixerim, fuerit ne locꝰ hic quẽ Dionyſius (nam is autor eſt coꝝ quę ultimo loco retuli) Hereonem uocat: quẽ alij Eretum dicũt Tyberi propinquũ. Nec ita multo poſt Sabinis Romanos fines cõtra pacẽ, quã ꝑcibus à Tullo redemerant, inceſſentibꝰ, nõ tam ſuis uiribus fretis, q̃ ꝙ eo bello ſocios habituros ſe Latinos ſperabãt: enimuero ea quoqꝫ gens bellũ cũ Romanis habitura putabat: Tullus bello ꝙ inſtabat in aliud tem-

Nouũ Sabinorum bellum.

pus dilato, pactiſq́ꝫ cũ Latino noĩe inducijs, in Sabinos ſe totũ cõuertit, ac tum demũ ad Maleſicã ſyluã, quã unã Liuiꝰ pugnã celebrat, ancipiti marte ꝑ multas horas dimicatũ: Sabinoſq́ꝫ inclinãte iã die uictos, & ab eqtibus ꝗ ad eos inſequendos ſunt à rege miſſi, cũ multa cæde diſiectos, atqꝫ eorum agrũ late populatũ. Et iam ob hęc, q̃ bello geſſerat, Hoſtilij ingẽs erat fama,

Prodigiũ

magnaq́ꝫ uiri gloria, quũ Romã nunciatũ eſt, in Albano monte lapidibus pluiſſe. Ad eã rẽ ex ꝓximo cognoſcendã miſſi quidã domũ renunciarunt, non ſolũ q̃ fama uulgata eſſent uidiſſe,

Nouẽdialis ſacri origo.

ſed uocem etiã ex uicino luco ſibi redditã uideri, qua Albani præciperent̃ patrio ritu ſacra facere, q̃ ſuo cultu cũ ipa patria excidiſſent. Id prodigiũ cauſa fuit, ut Nouẽdiale ſit ſacꝝ publice cõſtitutũ, dubiũ oraculo uocis ex lucro reddite, an aruſpicũ decreto, religio ipſa (quod ſatis conſtat) in multas ætates exijt: ut quoties tale eſſet prodigiũ nunciatũ, nouẽ dieꝝ feriæ celebrarentur. Nec cũ Latinis pax deinceps longa fuit, ꝗ iam inde ex quo Alba, quę fuerat Latij caput, exciſa eſt, aperte oderãt Romanos, uerũ plures annos mutuis potiꝰ odijs eſt certatũ, q̃ armis: qn-

XXX. Albanorum coloniæ.

todecimo demũ anno ab Albę excidio Tullus legatos ad, XXX. Latinoꝝ urbes miſit, q̃ Albanę fuerant Colonię, ꝗ illis ſignificarent, æquũ uideri Romano regi, ut quando Alba, q̃ fuerat ipſaꝝ urbiũ mater, Romanis armis ceſſiſſet: ipſę quoqꝫ q̃ eius ditionis fuerãt, Romanoꝝ iuſſa facerẽt. Romani regis poſtulata, publico gentis cõcilio, in Ferentino oppido iactata, nõ ſolum nõ aſſenſu aliquo audita ſunt, ſed ingẽti etiã fremitu bellũ in Romanos, ſi quicq̃ inde, moueret̃ decretũ, duobꝰ ad id ducibꝰ creatis, Anco Publicio Corano, & Sp. Vecilio Lanuuinio. Fuit

Latinum bellum.

inde bellũ quinqꝫ annos ſed mite quidẽ, quippe quũ nullę urbes interim, aut captę, aut direptę ſint, neqꝫ in extremã dimicationẽ uſq̃ deſcenſum, ſed ſubitis excurſionibus ueteri more utriqꝫ alteros infeſtarent, circũactęq́ꝫ nõnihil iterim à bellicoſo rege copię: Meduliaq́ꝫ ad officiũ retracta, quũ iã à Romuli tẽporibus Romanoꝝ facta ad Latinos deſciuiſſet. Grauis interea peſtilẽtia domi militiæq́ꝫ inualuerat, multiq́ꝫ utrobiqꝫ uulgo moriebant̃: tũ demũ Numę pax & religio cœpta eſt uulgo ad deoꝝ irã placadã deſiderari, ad q̃ ipe quoqꝫ rex repẽte cõuerſus, quũ oc-

Hoſtilij interitus.

culta quædã elicio Ioui faceret ſacra, quia nihil his rite ab eo ageret̃, nõ ſolũ nõ ſpẽ ullã cœleſtẽ impetrauit, ſed ſolliciti numinis ira ictus fulmine cum tota domo conflagrauit. Id tũ uulgo eſt creditũ, uerũ ſcio multis, ꝙ propius uero eſt, perſuaſum fuiſſe, eũ humana fraude perijſſe. Martijq́ꝫ Anci ꝗ poſt eum rex fuit iſidijs oppreſſum, ut quũ ꝓcelloſo die rex domi ſacra faceret, ſit ille regiã cũ paucis ingreſſus, ibiq́ꝫ Hoſtilio cum uxore & liberis interfecto domũ incẽderit. Re-

Ancus Marcius rex creatur.

gnauit Tullus annos duos & trigita, uir bellica uirtute iter paucos memorabilis. Poſt eiꝰ mortem populus Ancũ Martium regẽ creauit. Patres autores facti creatũ ꝓbarunt. Sic Liuius. At mirũ eſt q̃ in oĩbus fere Dionyſius ab eo diſſentiat, quippe ꝗ quũ multis alijs, tum hoc loco lõge ab eo diuerſꝰ, regem Ancum ait à ſenatu creatũ, eãq́ꝫ creationem ratã populum habuiſſe.

Fuit

A Fuitis Numæ regis ex Pópilia, q̃ Martio Pōtifici nupſit,nepos. Sed dū Romę Hoſtili⁹ regnū
indipiſcit̃, Argeus(cuius ſupra mentio eſt facta)& poſt hunc Philippus,q ei ſucceſſit,regnū in Temporū ſupputatio
Macedonia obtinuit. In Media Phraates, Ardis, Gygis,q Candaulem occidit,filius in Lydia,
Hammon in Iudæa,q anno ſecūdo ſui regni domeſtica coniuratione oppreſſus perijt. Fuerūt
qui duodecimo regni anno, nō tertio,cum perijſſe traderēt. Huic Ioſias ſucceſſit. De hoc dēq;
Pſammetico,qui p id tempus in Ægypto regnauit,loco haud multū diuerſo memorabit̃. Vi
xere cum his Archiloch⁹ Lacedęmonius,& Simonides,ut q̃dam ſcribunt,Lyrici hic carminis,
ille Iābici autor, Ariſtoxenus Muſicus, Zaleucus q Locrenſibus leges ſcripſiſſe dicit̃,& Alcmæ Zaleucus.
on ut Euſebi⁹ ait. Cęterū Crotoniates ne is fuerit q prim⁹ (ſi uera Laerti⁹ tradit) de naturę ra
tione,& animæ imortalitate ſcripſit,an alius pro certo nō auſim ponere. Satis ſcio,cum his ui
uere non potuiſſe,etſi fuit,ut ille ꝓdidit,Pythagorę diſcipulus. In hęc quoq; tempora Cypſeli
Corinthi pricipatus incidit,à quo Demaratus priſci Tarquinij pater Corintho pulſus in He
truriā eſt naui delatus. Phalaris Aſtipalenſis & ipſe tyrannidē aliquanto antea Agrigenti in Si Phalaris ſæuitia.
cilia occuparat,cui⁹ inſuetę crudelitatis memoria adhuc durat,æneū is taurū ſontibus in eo in
cluſis admouebat igni,ut recepto ęſtu mugitus medio cruciatu,nō gemitus exaudirent̃, unius
ingenitę ſęuitiæ exēplo uere laudabilis,ꝙ Perillum Athenienſem nefandi illius operis autorē
oīm primū tali ſupplicio affecit,uel ex tali ſupplicio dignū iudicās,ꝙ niſi ſęuo carnificięq; fuiſſet
ingenio,eā machinā ad hoīm cruciatus cōmentus eſſet nunq̃. Extant & literarum monumēta
epiſtolęq; ad Paurolā filiū,& alios pleroſq; Laconica breuitate cōſcriptę. Ipſe ſubito icurſu populi Byzantium. Lampſacū.
perijt. Reponit Euſebius i id tēpus Byzātij conditionē,autoreq; Pauſaniā noīat. Id oppidū in
ora Thraciæ eſt, circa Boſphoꝝ: de quo plura alio deiceps loco ſunt à nobis dicenda. Lampſa
cū in Helleſponto huic ęqualę proditur,ſed propius uero eſt,eam inſtaurationē fuiſſe. Plinius
Adraſtiā id oppidū ab homero appellatū exiſtimat. Strabo regionē nō oppidū poëtā noiaſſe Adraſtia.
arbitrat̃,nomēq; ab Adraſto,q prim⁹ Nemeſis templū cōdidit,ipſi loco datū,quē Mileſij colo
B ni tenuerunt. Pari ratione refellunt̃,quæ de Abdera condita idē Euſebius ſcribit. Adiacet Hel Abdera.
leſponto in ora Thraciæ,eā ipſe autor Lampſaco ęqualē exiſtimat. Cęterū Pomponius & Iu
lius Solinus,ab Diomedis Thracū regis ſorore conditā meminere: unde ſit & nomen ſortita. Selinūtis conditio.
Quę ſi uera ſunt,tempoꝝ ratio Euſebio cōſtare nō potuit. Idem ille Selinuntē in Sicilia his tē
porib⁹ cōditā autor eſt,cuius cōditores Megarenſes fuere. Nūc Ioſię geſta,cuius regnū Hoſti Ioſias.
liano aliqua ex parte æquale fuit,ſunt ordine referēda: Mira ſunt q̃ de præmatura eius pietate
Ioſephus in hiſtorijs ꝓdidit XII. annos natū omnē uanū ſacroꝝ cultū,edicto ſuſtuliſſe ait,ſub
uertiſſe lucos,populū ad antiquā religionē reuocaſſe,templū ab eo inſtauratū, ad ꝙ donarijs
excolendū principes uiros Paleſtinę gētis multifariā adhortatus ſit. Erat ipſe interim alijs exē
plo,ne qs à uera religione aciem deflecteret,eoq; intētius id ꝓſtare, quo ex Holoa Salomi fœ
mina prophetica ſpiritu cognouerat,ingens ab externis armis populo imminere diſcrimē,ob
maioꝝ impietatē,gentileq; cultū ab his abdicatum, quod ſcelus totius gentis captiuitate pu
dēdoq; ſeruitio eſſet expiandū. Oībus itaq; uanis ſuperſtitionib⁹ ſublatis,frequētiſſimo Iudai
cæ gentis cōuentu,azimoꝝ ferias Hieroſolymis celebrauit. Agnos promiſcue & Hædos,CCC.
millia numero ad paſchale ſacrū pagendū poplo diuiſit,boues in holocauſtū ad tria milia. Flo
rebat itaq; Iudęoꝝ regnū opibus & religione,quū Romę Ancus Marti⁹ regnare cœpit. Fuitq; ANNI MVNDI.
annus ille quo hic eſt reꝝ potitus,trigeſimę q̄ntę Olympiadis ſecundus: ut Dionyſius ſcribit:
Euſebius ultimū quartę & trigeſimę fuiſſe ait,q ab orbe cōdito ſexageſimus fuit ſupra quingē
teſimum ac quater milleſimū. Is priuſq̃ ex adminiſtratione quicq̃ egiſſet, multitudine in cōcio
nem aduocata, Miretur,inquit,fortaſſe aliquis Quirites, quid ſitꝙ grauem peſtilentiā ciuitas Oratio Anci regis ad populum.
domi militięq; pluribus ſit annis perpeſſa,cęterū ſiquis cōtra reputet ꝙ neglectus iacuit oīs
ſacroꝝ rit⁹,toto Hoſtilij regno,deſinet reqrere,unde lues hæc tetra,tot funera,tam diuturnus
luctus,miſerā hanc urbem deformarint. Hęc enī ſunt deoꝝ tela,his armis hoīm ſcelera ulciſcū
tur,fame,ſiti,peſtilentia,alluuionibus,cæteriſq; diris tempeſtatib⁹,qbus arcendis,non bellica
ſtudia,nō hoſtiū exuuię,nō laureati currus,ſed pietas,iuſtitia,religio: Nō ui & iniuria humanę
res,ſed ęquitate creſcūt. An dubiū eſt cuiq̃ regna,& quicq̃d opū in terris, in deoꝝ poteſtate eē,
qui niſi ꝓpitij ſint,oēs noſtri conatus, oīa conſilia,uana & irrita ſint. At pulchrū eſt,dicet ali
quis

quis,imperiũ auxiſſe,reddidiſſeq́ꝫ Romanũ nomẽ illuſtriꝰ,magiſq́ꝫ iter finitimos uenerabile. C
Ego uel minimã ciuiũ cladẽ,hac de cauſa acceptã,cũ tota iſta laude nõ confero, atqꝫ ita perſua
ſum habeo,ut nullus ſit firmior ſtatus,nullũ p̃ſidiũ tutius,hoĩm beneuolentia,qua reges & re
gna ipſa tutius q̃ armis muniunt. Nihil eñ huic ſtabile aut manſurũ eſſe poteſt diu, q multis
ſit formidoloſus. Et ne extrema ſequamur exẽpla, uter ſtatus tẽporum huic ciuitati utilior aut
tutior fuit,peſtilẽs hic morbiſq́ꝫ & ęgritudinibus obnoxiꝰ,quo pene plures ciues periere,q̃ ho
die ſuperſint,quo dijs & hoĩbꝰ huic urbi iratis,bella bellis ſerẽdo,nõ die,nõ noctu à cęde & fu
rore bellico reſpirauit ciuitas,quũ agri interĩ ſquallidi & inculti iacerent, urbs ſolitudine defor
mata:an ille q ſub Numa fuit rege:quo nullę inſidię,nulli metus aderãt:agroꝝ nitor, frequẽs
ciuitas,certa pax tranquillaq́ꝫ,quũ finitimi nõ ſolũ nõ odiſſe Romanũ nomẽ, ſed quaſi religio
ſum quoddã tẽplum hanc urbem uenerari. Nota eſt uox illa Numę,ſecurioris illius uitę teſtis:
nunciato hoſtiũ acceſſu. Aſt ego,inq̃t,ſacrifico. Sciebat rex optimus,aut ita certe perſuaſum
Adhortatio. habuit,dijs ĩ quoꝝ poteſtate ſunt reges,& omnia q̃ regum ſunt,ꝓpitijs,nullas hominũ minas
timeri oportere. Quod ſi ſupeꝝ fauor,tutela,p̃ſidiũ,ſunt quæ res hoĩm,populos,regna,tuen
tur,augẽt,ſeruant,agite Quirites & ſacra bellicis ſtudijs intermiſſa,ſolẽneſq́ꝫ cęrimonias,ut ab
initio iſtitutæ ſunt,dijs immortalibꝰ rite pagamus:his mœnia, ciues,lares,omniaq́ꝫ ſacra pro
phanaq́ꝫ tuenda ꝑmittamꝰ. Illi nos noſtraq́ꝫ ut ãtea fecere,ab om̃i domeſtica externaq́ꝫ clade
tuebunť. Iidem ſalubritatẽ dabunt,copiã,ſucceſſum,nõ odia,nõ inſidiæ,diſceptationẽſue ul
læ ciuitatẽ hanc ſemper ſollicitã habebunt,aut ſiqua aderunt,dij ad uictoria uiã inueniẽt. Nec
uobis Quirites,quum ad religionẽ inuito,ita inter hoſtias & aras manus reuincio,ut ad arma,
ſiquãdo neceſſitas cogat,uos reſpicere ꝓhibeã. Scio ego ſatis rem Romanã armis ꝓfeciſſe, ſed
multo plus religione:ꝙ quum ita ſit,in animo eſt quicq̃d cęrimoniarũ Tulli regis temporibꝰ
intercidit, id ipſum diligenti cura inſtaurare,ut ſciãt finitimi cæteriq́ꝫ mortales,Romanos eos
eſſe,q ſuæ ſint originis nõ immemores. Marte genitus fuit conditor urbis huius, fuit tamẽ ab
Rhea Ilia ueſtali:hæc ab Ænea mortaliũ pientiſſimo oriũda. Nec uereor q̃n ꝓſpera om̃ia hic D
futura ſint,ubi religio humanas opes tuebitur,opes ipę religionẽ. Hęc quũ Ancꝰ magno oĩm
Peroratio. conſenſu peroraſſet,pontifices ad ſe uocauit, ab his commẽtarios de rebus ſacris acceptos di
ligenter exſcripſit,ĩ publicoq́ꝫ cognoſcere uolẽtibus ꝓpoſuit, in partem fori tum primũ locati
ſunt,uerum q̃a nondũ tabulæ ęneæ erant in uſu,in quernis excidendos rex curauit. Liuius in
albo relatos credidit. Sacris per hæc in priſtinũ ſtatũ reſtitutis, ocioſam multitudinẽ Ancus in
agros dimiſit, laudareq́ꝫ palã diligentem agricolã,ſegnem & inertẽ corripere. Perſuaſum fuit
ab initio oĩbus populis Latini noĩs cæteriſq́ꝫ finitimis, fore, ut is qui ab eiuſmodi cura regnũ
auſpicatus eſſet,auito exemplo inter aras & ſacella cõſeneſceret,qua perſuaſione adducti,quia
Latinorũ iniuriæ. fœdus cũ Tullo ictũ habebãt:belli cauſam Latini quęrere:occultis latrocinijs Romanos fines
infeſtabãt,nonnunq̃ etiã aperta ui aſportabãt inde prædã. Cæterũ quũ res repeterẽtur, nega
bãt publico cõſilio ea fieri:nec cũ ſontes ad ſuppliciũ depoſcerentur,ſe fœdere ullo teneri inter
pretabãtur,quoniã Tullo,cũ quo id ictũ eſſet,uita defuncto,nihil amplius eo noĩe tenerẽtur.
Mediũ erat ĩ Anco ĩgeniũ,& pacis ſtudioſum:etſi neceſſitas tuliſſet à re bellica nihil abhorrẽs.
Is ſuperbo Latinoꝝ reſponſo,patientiã tẽtari ſuam ratꝰ,tentatãq́ꝫ,niſi ad arma fugeret,haud
multopoſt contemptui futurã,fœciali iure ab Equiculoꝝ gẽte accepto,ut rite bellũ indiceretur
(Dionyſius ab Ardeatibus id ſumptũ uideť exiſtimare) Latinis bellũ indixit. Repetendarũ re
rum,belliq́ꝫ indicẽdi ratio talis fuit. Legatus ubi ad eorũ fines,unde iniuria orta erat,ueniſſet,
Bellorum cærimoniæ. operto capite laneo uelamine. Audi,inq̃t,Iuppiter,audite fines,ac cuius ſint populi noĩat: Au
diat fas. Ego publicꝰ ſum Po. Ro. nũcius,iuſte pieq́ꝫ legatus uenio. Peragit deĩceps poſtulata.
Inde Iouẽ teſtem facit. Si ego iniuſte impieq́ꝫ illos hoĩes,illaſq́ꝫ res dedier P. R. expoſco,nunq̃
me patrię compotẽ eſſe ſinas. Hęc quũ fines tranſcenderet, quũ aliquis occurreret,quũ portas
urbis ingredereť,hæc ubi forũ ingreſſus eẽt. Tum ſi quos popoſciſſet,nõ dediti eſſent, tribꝰ &
triginta diebꝰ,tot eñ ſolennes erant,peractis,ita bellũ indicebat. Audi Iuppiter & Iuno:Quiri
ne & dij cœleſtes,terreſtreſq́ꝫ,uoſq́ꝫ inferni dij:ego uos teſtor populũ, ac tũ quis eſſet noĩabat
iniuſtũ eſſe,neq́ꝫ ius perſoluere:ſed de his rebus in patria maiores natu cõſulemus, quo pacto
ius noſtrũ adipiſcamur. Tum eo Romã reuerſo de bello in curia cõſultabať: quod ſi ut piũ iu
ſtũq́ꝫ

A ſtūq; decretum eſſet, fœcialis haſtā ferro præfixā ex ſanguine arbore præuſtā habens, ad eorū
fines, quib⁹ erat bellū indicendū, reuerſus, tribus, nec min⁹, puberib⁹ p̄ntibus dicebat. Q̄d po/ Belli indicē
puli priſcoꝝ Latinoꝝ hoiēsue priſci Latini Po. Ro. Quiritū uim fecerūt, deliquerūt: ꝙ Po. Ro. di forma.
Quiritū bellū cū priſcis Latinis iuſſit eē, Senatuſue Po. Ro. Quiritū, cēſuit, cōſenſit, cōſciuit, ut
bellū cū priſcis Latinis fieret, ob eā rē ego pp̄l'uſq; Ro. Populo priſcoꝝ Latinoꝝ hominibuſq;
priſcis Latinis, bellū indico, facioq;. Idq; ubi dixiſſet haſtā in eoꝝ fines cōtorquebat. Hæc tum
indicendi belli ratio legitima fuit, in qua explicāda, Liuij uerba ex annalib⁹, ut credo, ab eo ac/
cepta, ne q̄d ex ueteri formula uariaretur, placuit uſurpare, ꝙ & alio loco, haud multū ab hoc
diuerſo, feci, ne quid ex ueteri p̄ſcripto deperiret. Cum exercitu igitur Latinoꝝ fines ingreſſus
Ancus Politoriū gentis urbē ui cepit. Dionyſius autor eſt, certis cōditionibus oppidū Roma/ Polytoriū
no deditū. Inde Ancus cæteroꝝ regum exemplū ſecutus, omnē multitudinē Romā traduxit, ab Anco ca/
Auentinūq; inhabitādū his dedit: ut queādmodū Sabini Capitoliū, Albani Cœliū, ita recēs pitur.
multitudo uacuū ad id tēpus collem frequentem redderet. Sequēti anno Politoriū bello repe/
titum, miſerant priſci Latini eo nouos colonos. Cæteꝝ ui receptū ne ſæpius rebellādi materiā
Latinis exhiberet, incendit Martius rex atq; diruit. Mox tota belli moles in Meduliā uerſa, quā Medulia.
aliquandiu antea oppugnatā, prius ui Latini occuparāt q̄ Roman⁹ ſubſidio affuiſſet. Tū ibi
urbe ualide firmata Latini ī aperto caſtra fecerāt. Pugnatū itaq; hic ē aliquoties dubio marte,
uariaq; fuit utrinq; uictoria. Poſtremo oībus copijs cōnixus Ancus, hoſtē ingenti prelio uicit,
Telleneq; urbē expugnatā, ut nō multo antea Politoriū, oīni humano cultu exhauſtā reddi/ Tellene.
dit. Iisq; Romā migrare iuſſi ſunt, ſedes ad Murtiæ ædem datæ: Ianiculū etiā, ne locus urbi im
minens arx hoſtiū quandoq; fieret. Tum uero pons Tyberi ſublicius, ut quidā ſcribunt, ad p/
uiū uſum impoſitus. Quarto deinceps anno ab eo, quo Latini id oppidū expugnarūt: Ancus Pons ſubli/
bello Meduliā recepit. Tenebāt hoſtes & Fidenas, quas à Romanis triēnio āte humano cultu cius.
exhauſtas, colonis eo miſſis ſubito inſederāt, eam rem Ancus haud ferendam rat⁹, Latinis ar/
B moꝝ ui loco deiectis urbē diruit, bis deinde cum Latinis acie dimicatū, dubio marte prius, alte
ro mox p̄lio uicti Latini in caſtra reuerſi ſunt, nec poſtea, niſi excurſionib⁹ utrinq; factis ē hinc
inde bellatū. Miror Dionyſiū haud multo poſtq̄ ꝓſpere cum Latinis pugnatū ē, Fidenas iteꝝ
captas tradidiſſe, nec uideo q̄ defectio euerſa urbe tā cito ſequi potuerit. Cæterū ſiue ſola fuit
Anci in Fidenates expeditio, ſiue ut ille ait, duplex, Fidenati bello rex defunct⁹, in Sabinos mo
uit, q̄ & ipſi rupto fœdere cum Tullo rege prius icto, eam Romani agri partē populati fuerāt,
in qua ꝓximum fuit illis rūpere. Nihil igitur minus expectātes, q̄ improuiſum regis occurſum
caſtra modico pręſidio munita habebant, in prędā & populationē temere effuſi, aperte uaga/
bātur, qua hoſtium negligētia ad regem perlata, L. Tarquinio, de quo haud multo poſt habē Sabini ca/
dus eſt ſermo, cū omni equitatu in populatores miſſo, ipſe cum expedita legione, ad hoſtiū ca ſtris exuun/
ſtra cōtendit, potituſq; his eſt, ſine ullo maiore certamine. Sabini p̄ agros ſparſi, p̄dæq; intēti, tur.
ubi ab Romanis equitibus uiderunt in ſe impetū fieri, cōfeſtim in caſtra ſunt cōfugere conati,
q̄ poſtea q̄ ab hoſte teneri ſenſerūt: fugā in ꝓpinquos mōtes, multa cōſternatione, capeſſunt.
Ad eos perſequēdos expeditū militem Martius imittit: qui feſſos aſſecutus, præter paucos, qui Sabinorū
locorū opportunitate ſeruati ſunt, cęteri ad unum ſunt occidione occiſi. Sabini hac una clade cædes.
fracti, Romā legatos miſere, qui de pace agerent: quæ eo facilius eſt impetrata: quia bellum cū
Latinis nondum profligatū Romani habebāt. Veientes uelut de induſtria ad Romanū no/
men defatigandum, finitimi orbem bella aduerſus unū populum ſuſciperent: biennio poſtq;
cum Sabinis ita eſt bellatum, Romanū agrū ſubita occurſione infeſtare cœperunt: inde quia
in aīo habebant, eam agri partem, quā Romulus ſuis maioribus ademerat, armis uindicare,
Tyberi ſuperato ad Fidenas, ueterem belli ſedem, caſtra muniūt. Ancus expeditis cohortibus,
& equitū una in hoſtem eductis, primo uagas excurſiones inhibuit: inde acie dimicare auſum
nō ſolum egregie ſuperauit, ſed caſtris etiā Tuſcum exutū, cum multa cæde diſiecit: ob eamq; Triūphat
uictoriam triumphum egit. Nec poſt hanc cladem Veiētes quieuere: ſed bello accuratius q̄ an Ancus de
tea inſtructo, eodem loco iterum cum Romano rege confligūt. Recētioris huius pugnæ euen/ Veiētibus. Tarqui/
tus nihilo fuit Hetruſco felicior q̄ antea fuerat. Eminuitq; eo p̄lio in primis Tarquinij uirtus nius.
quem alis equitū Ancus præfecerat: Fuerat illi nomen ab initio Lucomoni, habuitq; Demara

thum

thum patrẽ:qui Cypſeli tyrannidem ab Corintho fugiens,in Hetruriã naui delatus,Tarqui- C
Lucumo. niĳs uxorẽ duxit:fœminã nobili loco ortã, ex qua mox illi uirilis ſtirpis liberi orti Lucumo &
Aruns.Lucumo ſuperfuit patri,omnium bonorum hȩres:quũ Aruntis,qui aliquãto antea q̄
pater uita defunctus eſt:grauida eſſet uxor relicta:quæ quum uterũ ferre ignoraretur, factum
Egerius. eſt ut puer,qui ex ea poſtea natus eſt,qui bonorũ expers ab auo relictus eſt,ob pauperiẽ Ege-
rius ſit dictus. Lucumo,qui nihilo inferiores diuitĳs gerebat aĩos: quum Tanaquilẽ fœminã
ſummo loco natam,matrimonio ſibi iũctã haberet: nec interim Hetruſci q̄a peregrinȩ ẽẽt ſtir-
pis,publice priuatimue honore ullo afficerent: uxoris hortatu patriæ & omniũ neceſſitudinũ
oblitæ,modo uirum honoratũ cerneret,conſilium cepit migrandi Romã, ubi in noua ciuita-
Prodigiũ. te facile locus ad nobilitatẽ parandam uirtuti pateret.Sublatis itaqꝫ rebꝰ Tarquinĳs ꝓfectus,
quũ ad Ianiculum ueniſſet:fuit tum is collis Hetruſcorum Romanorumqꝫ confinium:prodi-
gium eſt ingens illi oblatum. Aquila leuiter cœlo demiſſa,pileũ in curru cũ uxore ſedẽti abſtu-
lit. Dein ſublimis ſupra carpentũ præpetẽ librans uolatum,uelut ſui miniſterĳ cõſcia,ſedentis
capiti oblatũ reſtituit. Accepit id Augurium læta Tanaquil,eiuſmodi artis non imperita (fuit
id ſtudium Hetruſcis peculiare)uirum itaqꝫ complexa,magna & ſublimia ſperare iubet:auem
auſpicatiſſimã in ipſo hoĩs uertice auſpicium feciſſe. Igitur haud uana ſpe pleni,in urbem in-
C. Cecilia. greſſi,Lucumo Tarquinĳ eſt cognomẽ adeptus:uxor Caia Cecilia nuncupata:manifeſto er-
roris eorum argumento,qui Romanas mulieres ſine prȩnoĩe fuiſſe perſuaſum habuere:in q-
Tarqui- bus Poſſidonius fuit. Nec multũ deinde temporis interceſſit:per amicos quos benigno ſibi al
niĳ ſucceſ- loquio,multaqꝫ comitate cõciliauerat,Rom.regi inſinuatus: liberaliter dexterecꝫ officia circa
ſus. illũ obeundo,eo grã & familiaritate breui proceſſit:ut ſecretioribꝰ cõſilĳs militiȩ domiqꝫ adhi-
bitus,prȩter equitũ præfecturam,tutor ſit poſtea filiorum ab rege relictus,& Tarquinĳ ſucceſ-
ſus tales fuerunt. Martio nouũ bellum eſt à Volſcis poſt Veientes bis uictos ortum,prȩdoni-
Volſci uincuntur. bus eius gentis Romanos fines infeſtantibus. Circumegit aliq̃diu per hoſticũ copias Ancus
multũ interim prȩde trahens:inde hoſtem Velitras cõpulſum,ſuppliciterqꝫ pacem petentem, D
his legibus obſidione ſoluit:ut q̃ti dãna ab eorũ hominibus illata Romanꝰ Rex æſtimaſſet,
publice ſoluerẽtur: ſonteſqꝫ dederẽtur ad ſuppliciũ. Neqꝫ pacatis Volſcis diu Romana arma-
quieuere. Sabinorũ quidam ad id tẽpus non fuerãt Romani Populi uires experti: latrocinĳs
primo,mox lucro allecti,apertis excurſionibus Ancũ urbe exciuere:qui cũ primo acceſſu uallũ
propius Sabina caſtra ieciſſet,hoſtẽ ad pugnam elicuit: nec magnũ ibi negocium fuit: fuſi,ac
fugati ſunt,caſtriſqꝫ omnis opulẽtiæ refertis Sabini exuti,& hæc nouiſſima fuit Anci regis ex-
peditio. Vrbanæ eius actiones neqꝫ ipſæ memoratu indignæ: præter Auentinũ & Ianiculum,
Anci Mar- quæ primus Romanorũ regum loca inhabitari iuſſit,ſubliciũ pontem Tyberi impoſuit:hunc
tĳ opera. q̄a pontifices(qua potiſſimũ religione adducti haud facile dixerim) reficere conſueſſent,ab ca
re nomẽ accepiſſe traduntur. Carcerẽ ad terrorẽ creſcentis in dies audaciæ,foro propinquum
extruxit,Feretrĳ Iouis ædem ampliauit, foſſa Quiritiũ magnum urbis munimentum planio-
ribus locis eiuſdẽ fuit opus. Imperĳ demũ finibus ad mare propagatis, Hoſtiam urbem inter
mare & Tyberini fluminis cubitum condidit:& circa urbem ipſam Salinas conſtituit: parteqꝫ
mari auerſa, nõnihil fines ampliati: Meſia ſylua Veiẽtibus adempta. Hiſqꝫ domi & militia ge-
Anci in- ſtis,nullo regũ,qui prius poſteriuſue fuerunt celebritate & gloria inferior,quarto & uigeſimo
teritus. ſui regni anno,fato perĳt. Sed dũ Romȩ ille Rex fuit, Necho,qui Pſammetici maioris fuit pa
ter,terrifico belli apparatu,ex Ægypto in Medos & Aſſyrios profectus,ad Euphratẽ ꝓpemo-
dũ proceſſerat. Illati belli cauſam Ioſephus nullam aliam,præter regni cupiditatem, fuiſſe ait.
Quũ igitur per Medinatium fines ductaret Necho, Ioſias in Aſſyrĳ gratiã, aut certe q̄a parũ
ſibi tutũ arbitrabatur numeroſum exercitum intra Syriæ fines tam ocioſe uagari,ab inſtituto
itinere Nechonem conatus eſt auertere, amicũ ſe nõ hoſtem Ioſiæ ueniſſe Necho prȩdicabat,
bellũqꝫ ſe non Syriȩ Palȩſtinȩ,ſed Medis & Aſſyrĳs inferre. Hortatur Ioſiam,ut iniuria nulla
laceſſitus,ne pergeret ſe nouo bello implicare,nec arma in alios comparata in ſe uerteret, inte-
grum cuiqꝫ eſſe bellum excitare: finire autẽ uictoris eſſe non uicti. Hȩc ille. Ioſias nihilo ſecius
cõtra tendere,& iam aciem in Nechonem inſtruebat,quũ uolitans ab uno cornu ad alterum,
ut ſuos ad pugnam hortaretur,ſagitta temere ex aduerſo immiſſa,letale accepit uulnus. Id rei
impedi-

A impedimēto fuit quo minus ſit utrinq; cōcurſum, nam priuſq̄ ſigna canerēt, inopinato regis caſu Palæſtini territi acie exceſſerūt. Ipſe Hieroſolymā relatus paucis diebus dolore uulneris moritꝰ, quū annos unū & triginta rex fuiſſet. Hieremias propheta eius interitū miſerabili carmine lamētatus eſt, diuinoq; afflatus numine teterrimā cladem, quæ urbi inſtabat, populiq; captiuitatē p̄dixit, quæ Ezechiel & ipſe prophetico impulſus ſpiritu, uentura uaticinatus eſt: ambo quidē ſacerdotes, ſed Hieremias diutius in urbe uerſatus, quippe qui à tertiodecimo Ioſiæ regni anno, ad id tempus, quo populus Babylonē captiuus migrauit, Hieroſolymis eſſe perſeuerauit. Ioſiæ Ioachimus filius ſucceſſit. Hunc Necho ex Medica expeditione reuerſus, ad ſe in caſtra acceſſitū, in uincula cōiecit, Eliachinū eius fratrē, qui Ioachimus & ipſe dici maluit, Hieroſolymitano regno p̄fecit, annuo ei tributo imperato. Ioachimū uinctum ſecum in Ægyptū abduxit, ubi mœrore cōfectus, breui uita deceſſit. Tris mēſes regno potitꝰ eſt. Miratur Euſebius hęc ita eſſe tradita, q̄ñ Nechonē hunc, in ſacris libris Pharaonē legeret appellatum, de quo nomine lōgior alibi à nobis habitus eſt ſermo. Nunc illud adijciā, Nechonem hunc ab Herodoto quē ſequimur, non Nechaonē, ut quidā ſcribūt, uocari, quē à Sabaccho ait Æthiopū rege interfectū, filiumq; in Syriā aufugiſſe, quū adhuc penè puer eſſet, indeq; à Saſtanis Ægyptijs reductū, unū ex xij. regibus, qui uno tempore in Ægypto fuerūt, creari cōtigiſſe, poſt Sethonis regis interitū. Mira ſunt & à fide multū abhorrentia, quæ hoc loco Herodotus de Ægyptiorū uetuſtate refert, à Menete rege, qui primus in ea terra rex fuit, ad Sethonem ipſum, qui fuit Vulcani ſacerdos, idemq; & rex, progenies hominū trecētas intercurriſſe, atq; unam & quadraginta, quæ undecim milia annorū haberēt, trecentoſq; & ſexaginta ut centū anni tris cōtineant progenies. Quo tēporis interuallo bis ſolem p̄dicent occidiſſe, ubi nunc oritꝰ, totidemq; ubi occidit oriri cōtigiſſe. Hęc tum Herodoto Ægyptij ſacerdotes perſuaſere, grande ei cœnaculū monſtrātes, ubi ccc. quadraginta quinq; coloſſi longa ſerie ſtabant, neq; nomine, neq; rebus geſtis diſcreti, quo apparet cōmentū illud gentis fuiſſe, ad arguendā

B uetuſtatem ſuā, cuius uſq; ad ridicula mendacia fuit oſtentatrix. Poſt Sethonē igitur duodecim reges creati, ſanctiſſimo fœdere ab initio inter ſe pacti, ne ſibi alius alij inſidiarentꝰ, ſicq; fida cōſpiratione Ægyptū adminiſtrarēt, interim oraculo cognitū eſt, ut is qui ferrea phiala in Vulcani eſſet templo libaturus, ſolus Ægypti regnum obtineret, nec longo deinde tempore interiecto, quū forte in Vulcani æde ſolenni ſacro reges omnes ſtarent, de more libaturi, Antiſtes templi numero aberrans ſingulis, præterq; Pſammetico, qui ultimo loco ſteterat, phialā obtulit, qua ille neceſſitate adactus, detracta ſibi galea, libauit: ferebat tum ipſe ut cæteri reges galeam, eaq; re animaduerſa, cōfeſtim oraculi memoria circunſtantiū animos ſubijt, ratiq; id cōſilio factum, dignū Pſammeticū iudicarunt, qui morte mulctaretꝰ, cæterū cum id caſu contigiſſe cognitū eſt, præcipua regni parte exutum, in paluſtrem Ægypti partem relegarunt, cęteri reges ea lege, ut reliqua Ægypto abſtineret. Eam ignominiā egre tulit Pſammeticus, ſecretaq; conſilia agitabat, ut præſentē cōtumeliā ulciſceretꝰ. Ex Latonæ interim oraculo, quod in Buti urbe omniū ueriſſimum apud Ægyptios habebatꝰ, relatū eſt, fore, ut æreis uiris auxiliaribus quandoq; uſus, qui è mari affuturi eſſent, ſe Pſammeticus in ſummā dignitatem uindicaret, nec multum deinceps temporis proceſſit, quū Iones Caribus mixtis p̄dandi ſtudio maria luſtrantes, ui tempeſtatis uoluntario curſu excuſſi, Ægyptum tenuerūt. Vnus interim indigenarum eos in littus egreſſus conſpicatus, nouitate rei cōmotus, trepide Pſammetico nunciat æreos homines adeſſe, cataphractū militem Ægyptij ad id tempus nunq; uiderant. Senſit ille fatale tempus adeſſe, confeſtimq; inito cum Ionibus & ſocijs fœdere, multis pollicitationibus in deſtinati belli partes traxit, hiſq; copijs fretus Pſammeticus, facile reges à quibus fuerat relegatus, è medio ſuſtulit, totiuſq; gentis unus eſt ditionē adeptus. Durauit ab his principijs initum cum ea gente cōmerciū, Ægyptiacæq; res notiroes ſunt Græcis factæ. Quo credo contigit, ut Herodotus res eius gentis ab Pſammetico potiſſimū ſit ſcribere exorſus, uelut notiore fama perceptas, cū uetuſtiora ſparſim eſſet executus. Nos quoq; eius ueſtigia ſecuti, nihil poſt Iſraëlitaꝝ ex ea terra egreſſum, in Ægyptiacis ſumus rebus cōmorati. Extiterūt ad poſteros Pſammetici monumenta pleraq;, & eorū aliqua cum cæteris regibus, priuſq̄ eſſet in exilium actus, cōmunia, ut Labyrinthus ſuprà ſtagnū Myrios urbem uerſus, quæ Crocodil-

Ioſiæ interitus.
Hieremias.
Ezechiel.
Ioachimi captiuitas.
Aegypti fabuloſa uetuſtas.
Pſammetici facinus.
Latonæ oraculum.
Iones in Aegyptum appulerunt.
Labyrinthus.

lorū eſt dicta, in quo ſex milia domiciliorū fuiſſe tradūt, Pyramideſq́ in laterib9 maiore ad/ C
Myrios ſta/gnum. miratione dignæ, q̃ Epheſiæ Dianæ templū. Nec ſtagnū Myrios humano opere factū min9 cōſpicuū. Fuit id Labyrintho proximū circuitu triū miliū & ſexcentorū ſtadiorū, ab Aquilone in auſtrū porrectū, quinquaginta paſſuū altitudine in quo medio duæ pyramides quinquagi
Paſſus. ta paſſus aquis extantes, pari mēſura in imū uadū depreſſæ. Paſſus ſenis pedibus cōſtat, qua/
Pes. ternis cubitis. Pes ſexdecim digitis. Sex menſiū ſpatio, Nili corriuatione repletū id ſtagnū. Re/gnauitq́ Pſammeticus annos quatuor & quinquaginta. Herodotus x. annos huic numero
Longiſſima obſidio ademit. Oppugnauit is undetriginta annos Azotū Syriæ urbē, ac poſtremo expugnauit, nul la unq̃ urbs longiorē, quod memoriæ proditū ſit, tulit obſidionē. Necho auito nōie appella/
Necepſos. Regnorum collatio. tus Pſammetico ſucceſſit, qui & Necepſos eſt ab alijs dictus, fuerit ne hic Mathematicus ille il luſtris, cuius Plinius meminit, an alius ab eo diuerſus, haud facile dixerim. Fuerūt reges cum
Aliattes. Cyaxares. M. Anco prēter Pſammeticū & Ioſiam, quorū geſta longiore executi ſumus ſermone, in Ma/cedonia Philippus, Araēi filius, qui aliquot ætates eū præceſſit, qui magni fuit Alexandri pa/ter. Sadiactes in Lydia, cui, quum xij. regnaſſet annos, Aliattes ſucceſſit. In Media Cyaxares, & Periander Cypſeli filius Corinthi rerū potit9 eſt. Fuit Aliattes hoſtis Cyaxari primō, mox affinitate illi eſt iūctus. Belli inter eos geſti origo fuiſſe tradit̄, ꝙ ſeditione inter pecuarios Scy/thas orta, manus ingens eorū, patrio ſolo pulſa, in Mediā cōceſſit. Hos Cyaxares benigne cō/plexus, etſi ſupplices ad ſe ueniſſent, familiariter affari, traderecq́ illis Medicos pueros arcu & ſermone inſtituēdos. Interiecto deinde tēpore, quū Scythæ aſſiduè uenatū irent, ac feræ ſem/per aliquid afferrent, cōtigit tamen quādoq́ ut nihil domū tulerint, quos ſine uenatiōe reuer/ſos intuitus Cyaxares, ut ingenio fuit iracundo, multis eos probris inſectatus eſt, quā illi con/
Scytharum facinus. tumeliā haud ferendā rati, ex pueris quos inſtituebant, unū trucidatū, in diſſectæ feræ ſpeciē regi obtulerunt, celeriq́ deinde fuga in Lydiā ad Aliattē perfugerūt. Eos Cyaxari repoſcenti, nam rex & alij qui conuiuio interfuere, ex humanis carnibus ferinas rati guſtauerāt, quū Ali/attes eos tradere recuſaſſet, bellū inter Medos Lydoſq́ conflatū eſt, quinq́ annos uario euen D tu utrinq́ bellatū, dimicatūq́ eſt etiā nonnunq̃ noctu atrociter. Sexto deinceps anno collatis ſignis, quū neutro adhuc acies inclinaſſet, cōtigit ut repentino ſolis deliquio nox ex die ſit fa/cta. Quā lucis mutationē, aliquot ante annos Thales Mileſius, de quo non multo poſt dicā,
Deliquium ſolis ſub Aliatte. Ionibus p̄dixerat futurā. Tenebrarū igitur interuētu, pugna dirępta eſt, animiſq́ ad pacē in/clinātibus, fœdus futuramq́ amicitiā affinitate ſanxerūt. Arſena Aliattis filia Aſtyagi Cyaxa
Fœdus anti quo more. ris filio cōnubio locata. In fœdere ſanciendo, uetuſto gentis inſtituto, memorabile illud ſerua tum, ut brachia circa humeros ferientes, uterq́ alterius ſanguinē lāpſerint. Poſt Medicū bellū Cimmerios Aliattes Aſia expulit, Smyrnam ui cepit, & Clazomenas bello inuaſit, unde euē tu fruſtratus infecta re abijt. Sed hæc obſcuriore fama ad poſteros prodita, illuſtrius bellū q̄d à patre acceptū cū Mileſijs geſſit. Grerendæ rei ratio nonnihil à cætero bellādi uſu diuerſa fu/iſſe tradit̄. Enimuero Aliattes uelut ſtatis expeditionibus, ubi fruges adoleuiſſent, hoſtib9 in/ſtare. Tum uero ad fiſtularū cantū, fidiumq́ ac tibiæ hoſticū ingreſſus, Mileſij agri arbores
Ad tibiarū cantum. & ſata populari, campeſtriū tectorū & cæterarū rerū iniuria pertinaciter abſtinere. Quinquen/nio ſic bellatū, quo tēporis ſpatio Mileſij ſemel atq́ iterum acie ſunt uicti, in Limineto prius,
Aliattes exi bat in hoſte mox in Menandri cāpis, duodecimo belli anno ineunte (nam Aliattis patre ſex annos Mile/ſij fuerant prius uexati) quū forte incenſis de more ſegetibus, Aſſeſiæ Mineruæ phanū defla/
Mineruæ phanum. graſſet, nec ita multo poſt reductis domū copijs, Aliattes in grauē morbū incidiſſet, Delphos miſit, qui de ualetudinis euentu oraculū cōſulerent. Negauit uates Pythia ſe ullū daturam re/ſponſum, niſi Aſſeſiæ Mineruæ prius templū Aliattes inſtauraſſet, qui huiuſmodi neceſſitate diſtrictus, Miletum ad Thraſibulū (is tum Mileſiorū erat tyrannus) miſit, qui cū eo tantiſper
Thraſibuli tyranni con ſilium. inducias paciſceret̄, donec Mineruæ templū reficeret̄. Thraſibulus, qui de legatorū aduētu nō nihil antea factus erat certior, quicquid tritici in urbe fuit, in publicū deferri, tanq̃ uenale im/perauit, nec emptorē inuenirent, ciues & ipſi iuſſu uelut omnia affluerēt in aperto cōuiuari. Fi/cta hæc opulentiæ ſpecies legatorū oculis præter opinionē oblata, cauſam Aliatti præbuit ſol/uendi cum Mileſijs belli, quum poſt tot fœdas populationes, nullo rei frumētatiæ incōmodo affecti putarent̄. Neq́ pax ſolū Mileſijs reddita, ſed ſocietas eſt etiā ab Aliatte cū Thraſibulo inita.

inita. Ferunt hunc quãdoq; à Periandro per fidiſſimũ internunciũ rogatũ, quo pacto poſſet ſi A bi Corinthiorũ principatũ ſtabilire, nihil nũcio reſpõdiſſe, ſed ſequi iuſſiſſe ſe extra urbẽ, ibiq; quũ agri ſegetẽ præteriens, altiores ſpicas baculo decuſſiſſet, hoĩem recta Corinthũ abire imperauit. Hæc poſteaq; Periandro renũciata ſunt, cauſam illi ꝓbuere, ut principibus ciuitatis, alijs alia ui interfectis, tyrannidẽ ſibi in poſterũ firmauerit. Miror hunc Periandrũ in eorum numero, quos Græcia ſapiẽtes appellauit, quorundã iudicio relatũ, qui & Lyſidẽ uxorem (alij Melitam ſcribũt) in pellicis gratiã interfeciſſe dicat, & ut Ariſtippus prodidit, ſciẽs uolenſq; cũ Cratea matre cõcubuit, filiũ relegauit, & Corcyrenſiũ natos, quantũ in ſe fuit, Aliatti exſecandos prebuit. Cæterũ ꝙ infeſta illi oĩa fuerint, ſub extremũ uitę tempus, ipſe cõmentitio ſepulturæ gñe declarauit, qppe qui ueritus nẽ inſepultus iaceret, duobus robuſtis militibus occulte mandaſſe dicit, ut uia quadã noctu ingreſſi, qui primus hoĩm eis occurriſſet, ferro obtruncarent, ac ꝙ occultiſſime quirent corpus humi cõderent. Mox quatuor ſeorſum miſſi, qui duos illos nocturnis exceptos inſidijs, interficerent, interfectos humarẽt, ſecuti qui hos quatuor ex improuiſo peremerũt, horũ quoq; percuſſores pari fraude à pluribꝰ oppreſſi, omniaq; nocte una, inęqualibuſq; interuallis geſta, ipſe primis duobus ſe ignotũ obtulit, à quibus ferro exceptus, perijt, ignobiliterq; ex ſentẽtia eſt humatus. Eodem tyrannidem tenente, memorabilis ille Arionis incidit caſus, ut ſcribit Herodotus. Fuit Arion nulli eorũ, qui ea tẽpeſtate fidibus canebant, fama & celebritate ſecũdus, in Lesbo natus, patria Methymnæus, docuitq; primus omniũ Corinthi Dithyrãbum. Cæterũ quum diu apud Periandrũ fuiſſet, cupido animum inceſſit uidendæ Italiæ, ubi magna cum gratia uerſatus, poſteaꝙ grandẽ ſibi pecuniam quęſiuit, Corinthiorũ nauigiũ conduxit in Achaiam rediturus, haud temere alijs ob aurum quod ſecum uehebat, auſus ſe credere. Nullus eñ grauior homini comes in ſolitudine, nulla res uiatoribus infeſtior, quippe quæ ex hoſpitibus hoſtes pariat, & inter notos percuſſorẽ inueniat. Vbi igiť in altum euectus eſt, nautaſq; ſuis rebus inhiare, capitaliaq; de ſe cõſilia agita B re uidit, ultro illis omne aurum obtulit, tantũ mortẽ deprecatus, quod ipſum non modo non perſuaſit, ſed confeſtim in ſubiectos fluctus deſilire iuſſus eſt, aut ſibi manum inferre. Tum ille his malis circũuentus, cum lachrymis rogare pergit, ut priuſq; id fieret, ſe elegantiore cultu amictum, paululũ canentẽ audirent. Id quũ haud grauate impetraſſet, ſuper foros ſtans Orthriũ exorſus eſt carmen, nec diutius moratus, ut erat inſigniter cultus, ipſamq; cytharã tenẽs in mare diſſiliuit. Mirũ hic accidiſſe ferunt, ut cadens à Delphino ſit exceptus, & in Tęnarum Laconiæ promontoriũ perpetuo curſu delatus, indeq; pedeſtri itinere Corinthũ ad Periandrum ueniſſe. Hic quum ordine quæ acciderãt, ab eo exponerent, nullamq; apud tyrannum facerent fidem, tantiſper in cuſtodia eſt habitus, donec Corinthij nautæ appulerũt, qui ad Periandrũ uenire iuſſi, de Italiæ ſtatu primũ appellati, mox mentione de Arione iniecta, Ecquid haberent, ne quid de eo rogati, certi aliquid dicerẽt, feliciter hominẽ agere, inquiunt, multaq; celebritate Italicis urbibus florere, incolumen à ſe Tarenti relictũ, tum ad alterius partis mendacium arguendũ, iuſſus eſt Arion eo habitu quo fuerat ſeruatus, in conſpectum uenire, quo uiſo, cõuicti ſceleris nautæ, nihil inficiari ſunt auſi. Herodotus ingens in Tænaro ex ære donarium conſtitutũ, Arionemq; delphino ſedentẽ, rei alioqui parũ credibilis monumentũ, ad ſuã uſq; ætatẽ duraſſe ait. Sed neq; Herodoti autoritas, nec quia Lesbij & Corinthij conſtanti aſſeueratione ueteri famæ aſtipularẽt, apud me tãti fuiſſet unq;, ut rem quæ multo ſit fabulę ꝙ ueritati propior, temere eſſem referre auſus, niſi Mecœnas Flauianus, & Flauius Alphius, Pliniuſq;, & Gellius, hos ſecuti, memoriæ prodidiſſent, Auguſti Cæſaris temporibus, pauperis cuiuſdam filiũ, ex Baijs Puteolos literariũ ludum frequentantẽ, citro, ultroq; tota Lucrini intercapedine, plures annos à Delphino geſtatũ. Circa Hipponẽ Aphricæ alium ex hominũ manibus ueſcentẽ, q̃ꝙ id ipſum minus mirum, & à Flauiano eius terræ procõſule unguento perfuſum memorant. Et ab Egeſide proditũ ait Plinius, in Ialiſo Rhodiorũ urbe Hermiã puerum delphinũ longa conſuetudine per fluctus equitantẽ, ſubita procella demerſum. Idemq; & Naupacti accidiſſe, à Theophraſto eſt literarũ monumentis datũ. Quæ multa & uaria de delphino teſtimonia faciunt, ut ſi non omnino lectoris fidem adhæc credenda aſtringam, nõ indigna tamen exiſtimen, quę citra ruborem à me referri deberẽt. Et hæc de Arione ſunt memoriæ

Thraſibuli facinus.

Periandri interitus.

Arionis caſus.

Arion à delphino excipitur.

Mira de delphini & hominis commercio.

moriæ prodita. Claruerunt per id tẽpus in Syria Palæſtina Hieremias, cuius mẽtio eſt nuper C
Hieremias. facta, & Sophonias, haud obſcura diuinatione, & cũ his Olda mulier prophetica. Draco qui
Sophonias Olda. leges Athenienſibus ante Solonẽ ſcripſit. Thales Mileſius Examij filius, qui Græcorũ prim⁹
Draco. phyſicẽ tractauit, materno genere à Cadmo oriundus, omniũ primus ſapiens uocatus. Calli
Thales. machus autor eſt cœleſtẽ urſam ab eo obſeruatã. Figuratur id ſydus ſeptem ſtellis, in quarum
una ex duobus poſteriorib⁹ caudæ mundũ uerti Erachones, & Higinius Erachonẽ ſecut⁹, cre
didit. Idem ſolis defectum primus deprehẽdit, atq; eum qui in Medici belli tempora incidit,
ut ſupra ſignificatũ eſt, aliquanto prius futurũ dixiſſe fert̃, eundẽ ſolem arbitratus eſt Lunæ
proportione multo maiorẽ, cõuerſiones cœli, & de animorũ immortalitate, ut quidam prodi/
derunt, primus omniũ diſſeruit. Mundũ animal eſſe credidit, ac dæmonibus plenũ. Anni tẽ/
pora eiuſq; uices obſeruauit. Id tẽporis ſpatium in ccclxv. dies partitus eſt. Ægyptiorũ diſcipli
nam ſecutus, cuius gentis ſacerdotibus, qui ijdem ſunt apud illos, qui & ſapientes, ut operam
Terpander Muſicus. daret, in Ægyptum nauigauit. Terpander Muſicus his æqualis fuit, qui primus carmen ad ly
Boriſthenes ræ concentũ accõmodauit. Mileſij per hæc tẽpora Boriſthenem cõdiderunt, quæ eadem eſt &
Olbia nuncupata, à fluminis oſtio diſtantẽ ſtadia intra continentẽ ducenta. Miror Herodo/
tum, in lõgiſſimo de Boriſthene fluuio ſermone, nullam oppidi huius mentionẽ feciſſe. Hũc
poſt Hiſtrum omniũ Europæ fluminũ idem autor maximũ arbitratus eſt, & ab Aquilõe per
Scythiam incertis, ut Nilum in Aphrica, fontibus fluere. Paſcua circa ripas lętiſſima, præci/
pueq; pecoribus accõmodata, in ponticũ erumpit mare, circa oſtia uis ſalis ingens concreſcit.
Antacei. Antaceorumq; piſcium captura inibi frequens, unde & ſalſamenta, quia oſſibus id piſcis ge/
nus careat, laudatiſſima, tanta fluuij perſpicuitas, ut inter cæteros amnes liquidius fluat, qua/
Sinope. draginta dierũ nauigatione cognitus. Sinopę aliquãto poſt Boriſthenẽ in ponto condita eſt,
triũ dieꝝ nauigatiõe à Phaſidis oſtio, & in ora Macedonię quę Ionio obuerſa eſt Epidamn⁹.
Epidamnus Corcyrenſium id opus, Dyrrachiũ inde omnis cauſa dici contigit, ſed uetuſtiora ſunt omino,
quæ Appianus de Epidamno, & Ione qui nomen propinquo mari dedit, memoriæ prodidit. D
De Dodonæi oraculi origine. Eſt & Dodonæi oraculi origo his temporibus interiecta, de quo fabuloſa mihi uident̃, quę e/
ius loci antiſtites prædicare ſoliti dicunt̃, geminas fuſci coloris columbas ex Ægypto uno tem
pore deuolaſſe, quarũ in Aphricam una, altera in Epirum proceſſerit, hæcq; fago ſidens, hu/
mana uoce ſit locuta, ibiq; loci, Iouis oraculum condi oportere, ſeq; interpretẽ futuram dixe/
rit, fore, ut quicquid inde mortales didiciſſent, fato eueniret. Pari prędicatione quæ in Libyam
delata eſt, Ammonis Iouis oraculũ cõſtituit. Hęc qualia mihi uiderent̃, proxime teſtatus ſum,
niſi aliquis, nec inepte, non columbas illas, ſed malos fuiſſe dæmones dixerit, qui uolucrũ ſpe/
cie Aphricę & Europæ uno ſint tempore inſidiati, ut miſeros mortaliũ animos, multis alioqui
tenebris immerſos, quibuſdam adhuc maioribus, minuſq; extricabilibus immergerent. Cæ/
terum minus à fide abhorrẽt, quæ ab Ægyptijs Herodotus ait ſe didiciſſe, celebri ſermone à
maioribus traditũ, mulieres duas, quæ Thebis ſacerdotio fungerent̃, à Phœnicibus inde de/
uectas, quarũ una ſit in Aphricam ab his delata, in Epirum altera, oraculumq; ab utraq; hic,
ubi proximũ quieſcere ſit datum, multa religione conſtitutũ. Et hæc ferè in Martij Anci tem/
pora inciderunt, niſi hæc quæ de duobus oraculis traduntur, multo uetuſtiora habenda ſint,
quũ ne autores quidem deſint, qui Æneã quũ in Ambraciã ueniſſet, terreſtri itinere ad Do/
Anci regis exitus. donæi Iouis oraculũ ueniſſe ſcribant. Anco regi fatali neceſſitate ſublato, L. Tarquinius in re
gnum ſucceſſit. Is omniũ primus regnũ ambitioſe petijſſe dicit̃, cõpoſita ad id oratiõe, qua eſt
ad populũ uſus, duobus Anci filijs tum pubeſcere incipientibus, quibus tutor relictus à patre,
Tarquinij oratio. ſub comitiorũ tempus, ne quid illorum præſentia ſibi officeret, uenatũ ablegauit. Summa ei⁹
orationis quã pro concione habuit, fuit hæc, ut diceret neminẽ indignari oportere, ꝙ Romæ
peregrini generis homo regnũ peteret, haud eñ rem ſe nouã affectare, quando Tatius olim
non peregrinus modo, ſed hoſtis quoq; Romani nominis factus rex eſſet, & Numa Pompi/
lius, qui ne Romam quidẽ uiderat, ultro ex Curibus Sabinis fuiſſet in regnum accerſitus. Se
uero, ex quo ſui iuris fieri contigiſſet, Romam cum cõiuge & fortunis omnibus ultro cõmigraſ/
ſe, præcipuam uitæ partẽ, qua ciuilibus homines funguntur officijs, Romæ egiſſe, domi fo/
riſq; ſub duce & magiſtro haud pœnitendo, domeſticis militaribuſq; inſtitutis imbutũ & edo
ctum.

A ctum. Et quod ſine inuidia liceret dicere obſequio in regẽ à ſe cum ciuib⁹ oĩbus certatũ, cum ipſo rege beneficijs & liberalitate in ciues. Hæc illũ etſi ambitioſe, uere tñ memorantẽ, popul⁹ regnare iuſſit. Ipſe regnũ aſſecutus, bellũ cũ Apiolanis primũ geſſit. Fuit hæc ciuitas ex priſcis Latinis haud ignobilis. Belli cauſa inde orta, ꝙ quũ cæteri Latini, tũ oĩm maxime Apiolani, poſt Anci interitũ latrocinio & excurſionibus Ro. agrũ infeſtauerãt. Bis itaqꝫ ſuorum auxilijs freti, cũ Tarquinio acie cõfligere auſi, toties p̄lio uicti, intra mœnia cõpelluntᷣ, irrequieta deinceps oppugnatione fatigati, urbẽ tueri ad ultimũ nequiuere, quã ui captã hoſtiliterq́ꝫ direptã, uictor Romanus incẽdit, ac fundit⁹ diruit, oppidanorũ qui bello idonei fuerũt, pauci ſuperſtites, traditis armis cũ reliqua p̄da uæniere, uxores & liberi in ſeruitutẽ abducti. Inde in Cruſtumerios rex duxit, qui ſub Anci regis interitũ, cœperant cum Latinis ſentire. Suis itaqꝫ uiribus diffiſi Ro. portas aperuere: recepta urbe Tarquinius paucis qui fuerãt defectionis autores in exiliũ actis, cæteræ dedit multitudini ueniã. Adiecit his recẽtes colonos, ne qua in poſterũ ueteribus nouarũ rerũ occaſio relinqueretᷣ. Nomẽtani qui in eadẽ cauſa fuerunt, & ipſi ueniã p̄cibus impetrarunt. Collatini in aciẽ deſcẽdere auſi, inſigni clade accepta, trepide intra mœnia refugerũt. Mox arcta obſidione preſſi, cũ nulla à ſocijs mitterentᷣ auxilia, dedere ſe coacti ſunt. Tarquinius tam clemẽter in hos, q̃ in Cruſtumerios & Nomẽtanos uſus eſt uictoria, deditis arma adimit, pecuniã imperat, fratris filiũ Egeriũ nomine perpetua poteſtate urbi pręficit, qui à pręfectura Collatinus eſt poſtea cognominatus, quæ in familia appellatio perpetuo manſit. Hoc rerũ ſucceſſu Tarquinius elatus, Corniculũ Latinorũ urbẽ, ut tũ res Latij erant, ualde opulentã oppugnat. Cæterũ priuſq̃ꝫ mœnibus copiæ admouerentᷣ, oppidanos ad colloquiũ uocatos, rex ad Romanã amicitiã hortatᷣ, ſed quũ nihil inde pacatũ redderetᷣ, totis uiribus urbem aggreſſus eſt, multũ diuq́ꝫ hic laboratũ, Corniculanis fortiter reſiſtẽtibus, Romani cõtra prædæ cupiditate accẽſi, ui muros trãſcendere, ſumma ope cõtendũt. Fuit itaqꝫ obſidio longa & laborioſa, demũ feſſis hoſtibus, omniq́ꝫ auxiliorũ ſpe abiecta, quũ uarie ſentire cœpiſſent,

B erant qui hoſtem quibuſcũqꝫ cõditionibus intra mœnia accipiendũ cẽſerent, alij trahendũ bellum, durandũq́ꝫ dicere, quoad uitæ ſupereſſet, patriã penateſq́ꝫ tuendos, quæ animorũ diſſenſio, quũ priſtinã illam tuendæ urbis cõſpirationem ſoluiſſet, nec res procul abeſſet à ſeditione Romani ſubita ui urbem occupãt, pauci ex puberibus uiui in poteſtatẽ uenere, cæteri pugnando fere ad unũ occidione occiſi ſunt, urbs direpta & incenſa, imbellis multitudo in ſeruitutem abducta. Latini unius urbis excidio cõmoti, tanto animorũ cõſenſu, quãto ad id tẽpus nunq̃ꝫ aliàs bellũ inſtruunt, Romanũq́ꝫ agrũ ingreſſi, partẽ illius optimã fœde populantᷣ, ingenti ſimul præda inde abducta. Occurrit eo Tarquinius trepidis nũcijs excitus, cum expedito exercitu, hoſteq́ꝫ in Romano agro non reperto (abierãt em̃ onuſti præda in pacatũ) ulciſcendę cladis cupidus, in hoſticũ tranſijt, uagaq́ꝫ populatione effuſus, parẽ hoſtibus cladẽ, paucis dieb⁹ rependit. Mutuis deinceps excurſionibus Romanus Latinuſq́ꝫ uterqꝫ alterũ inceſſere, donec prælio haud procul Fidenis cõmiſſo, Latini uicti caſtris exuti ſunt. Tum uictorẽ Tarquinius exercitũ aliquãdiu circũegit, Latinoſq́ꝫ mœnibus clauſos territare: hic demũ Latinorũ pleriqꝫ populi, uicinorũ excidio perculſi, de imperio recipiendo cõſilia agitare. Et iam Fidenates, Camerij, & alia quædã oppidula ultro Romanis armis ceſſerãt. Latini ueriti ne ad alios populos ſerperet ea animorũ inclinatio, atqꝫ ita omne Latiũ Romano populo ſubijceretᷣ, ſuis opib⁹ diffiſi, ad alienas cõfugiũt, Sabinoſq́ꝫ & quinqꝫ Hetruſcorũ urbes, in ſocietatẽ belli aſciſcunt, ipſi totis uiribus cõnixi, cũ ualido armorũ apparatu Romanos fines irrumpunt. Tarquinius oẽm uim belli in Latinos flexit, caſtraq́ꝫ caſtris cõtulit. Hic plures dies, quũ utriqꝫ alteros timerent, de ſumma belli haud decernere auſi, leuia inter ſe prælia, per occaſionẽ alterius partis obibãt. Demũ accenſis utrinqꝫ animis ad pugnã totis uiribus eſt ab utraqꝫ parte cõcurſum. Fuit prælium per diem atrox, neutro tamen adhuc fortuna inclinãte, interuẽtu noctis eſt oppreſſum. Poſtero die, ubi primũ illuxit, Tarquinius in cõſpectu hoſtiũ aciẽ in procinctu habuit, ut pugnæ cupidis faceret dimicandi copiã. Cæterũ Latinis præliũ detrectantibus, rex per ociũ ſpolia legit, ſuoſq́ꝫ ſepulturæ dedit, poſtridieq́ꝫ eius diei auxiliares Hetruſcorũ copiæ in hoſtiũ caſtra uenere. Quibus Latini freti, iterũ in æquũ deſcendũt. Nec Romanus q̃q̃ hoſtiũ uires auctas cerneret, certamine abſtinuit. Atrox ab initio cõcurſus fuit, pugnaq́ꝫ diu anceps, indeuero à

Tarquinius rex creatur

Cruſtumerij.

Nomentani

Collatini.

Corniculũ capitur.

Latinorum opes ſemifractæ.

Atrox certamen.

ro à ſiniſtro cornu Romana legio parũ fortiter Hetruſcis reſiſtebat, quũ re ad Tarquiniũ, qui C
dextero cornu pugnã ciebat, trepide delata, iuſſis qui aderant locũ ſtrenue tueri, cum ala una
equitũ, robuſtiſſimorumq; peditũ parte ſubſidijs ſubtracta, paululũ poſt aciem circũuectus,
in Hetruſcã cohortẽ q̃ maximo potuit impetu eſt inuectus, turbauit improuiſa res hoſtiũ ani
mos, mox & pedites, qui pulſi erant in pugnã reuerſi, momẽto tẽporis, Hetruſcis in medio cæ/
ſis, dexterũ Latinorũ cornu fudere, ſecuta deinde & ab altera parte fuga. Tarquini⁹ ubi hoſtẽ
turbatũ, illiuſq; ſpem oẽm in pedibus repoſitã uidit, celeri curſu ad inimica caſtra cõtendit, q/
bus priuſq; Hetruſcus à pauore ſe reciperet, potitus eſt. Cædes haud uno loco edita, & qui in
caſtris erant, qua cuiq; proximũ fuit, in ſubiecta loca dilapſi, & ab Romanis equitibus excepti,
paſſim trucidãt. Alij ex acie digreſſi, pauidiq; in caſtrorũ munitiões incidẽtes, penè prius cæſi
ſunt, q̃ caſtra ab hoſte teneri animaduerterint. Ita duob⁹ malis metu & pauore circũuẽti, poſt
teterrimã cædẽ, abiectis armis, ſe ſuppliciter dedũt. Tarquinius, præter captiuos q̃s ſub corona
uẽdidit, cæterã prædã militi diripiendã dedit, inde cũ uictore exercitu Latinorũ oppida oppu/
gnatũ ire pergit. Latini recẽti clade fracti, omnes ad unũ Romanis armis ceſſere, à quibus per
fugas, & mancipia in agris capta, Tarquinius recepit. Cæterũ nec ſtipẽdiarij, nec uectigales fa
cti, ſed in amicitiã populi Ro. ſocietateq; recepti. Rex uictor Romã reuerſus, de Latinis trium
phauit. Nec diu Ro. arma quieuere. Sabini ſuorũ cõſiliorũ cõſcij, ſocietatiſq; cũ Latinis initæ,
rati ita futurũ, ut Ro. qui cum ea gente iam bellũ profligatũ haberẽt, in ſe omnẽ uim armorũ
uerterent, bellũ inferre occupant, ut in Ro. agro, potiuſq̃ in ſuo armis diſceptaret, nec multo
poſt acriter cum his eſt dimicatũ, fuitq; certamen ipſm perdium, atq; anceps, primiſq; ſe tene
bris intẽdentibus pugna dirẽpta eſt, nec Ro. Sabiniuẽ plures dies aliquid deinceps mouere,
neq; obſidẽtes ipſi, neq; ab ullo obſeſſi, ſilentiũ utriq; intra uallũ tenuerũt. Demũ nullũ maius
certamen experti, domũ reuerſi ſunt, ut maioribus uiribus per ociũ cõparatis, de ſumma rerũ
inter ſe dimicarẽt. Liuius ob inopinatã uim belli, prius ait hoſtẽ Anienẽ ſuperaſſe, q̃ illis obui
am iri potuerit, ibiq; dubio mtrte pugnatũ, reductiſq; Sabinorũ copijs in caſtra, Tarquiniũ D
Romã reuerſum, ſuas uires nouo equite, qua parte rem Romanã laborare ſenſerat, firmatu/
rum. Hic quum ad ueteres cẽturias quas Romulus ſcripſerat, alias addere ſtatuiſſet, ſuoq; no/
mine inſignire, id quia inaugurato Romulus fecerat, negat Actius Nauius, clarus ea tẽpeſta/
te augur, niſi ſecũdis auibus, poſſe cẽturijs ipſis addi quicq;, aut adimi. Tum rex ęgre ferens ſe
ab intẽpeſtiua religione interpellari, ad fidem artis eleuandã, agẽ, inquit, Acti, etſi potes q̃ pri/
mum mihi expedias, an inaugurato fieri poſſit, quod animo cõcepi, quũ ille rei ipſi, quãcunq;
animo uolutaſſet, aues addicere renũciaſſet. Aſt ego, rex ait, animo agitabã, cotem hanc noua
cula diſcindere. Cæterũ an uera tuæ aues denuncient, tute ipſe experire. Incredibile eſt, quod
ibi eueniſſe aiunt cotem tonſorio cultro haud cunctanter à Nauio diſciſſam, quę res effecit, ut
tanta iam inde autoritas arti acceſſerit, ut nihil publice domi foriſuẽ niſi auſpicato fieret, conci
lia populi, exercitus uocari, quicquid publici negocij inchoandũ erat, niſi aues admiſiſſent, ſol
uerẽt. Statua Nauij eodẽ loco, quo res acta eſt, uelato fuit capite in comitio ad læuam Curiæ
cum cote, ut eius miraculi extaret monumentũ. Rex ne cõtra religionẽ tenderet, de equitũ cen/
turijs nihil mutauit, ueteri numero tantũ alterum adiecit, ut mille & ducenti equites in tribus
centurijs eſſent, ſub iiſdem nominibus quibus priores fuerant appellati. Liuius Ramnenſes,
Luceres, & Tatienſes uocatos ſcribit. Dionyſius non centurias ſed tribus, quæ tres ab initio
fuerunt, his nominibus uocatas exiſtimat. Hac copiarũ parte Tarquinius auctus, in hoſtẽ re/
dijt, iam enĩ Sabini Hetruſcorũ freti auxilijs, bina caſtra circa Anienẽ fecerant. Eſt is fluuius
ex quadraginta amnibus, qui Tyberi miſcent̃, poſt Narem maximus, in Trebulanis oritmõ/
tibus, Strabo, quod miror, ex Alba per Marſos primo fluere dixit. Cæterũ cõcitatus ac paſſim
cõfragoſus, præter uicũ Varronis, Tybur uſq; progreſſus, præcipiti caſu in Cataractã deijcit̃,
unde cum ſtrepitu & ruina excuſſus, potiuſq; emerſus, per cautes & ſaxa nonnihil fatigatus,
aliquandiu per ęquiora etiã loca impacatus ruit, ſedato mox alueo, ac ubiq; ferè nauigabilis,
Tyberi, haud procul Fidenis, infundit̃. Anius Hetruſcorũ rex id fluuio nomẽ dediſſe fertur,
quum prius Parenſius diceret̃. Is filiã à latronibus interceptã, quũ eo uſq; ſecutus recipere ne/
quiuiſſet, doloris impatiẽs, ultro ſe in amnẽ præcipitans, perijt. Binis itaq; caſtris parũq; inter
ſe diſtan

Latinorum cædes.

Latinorum deditio.

Sabinũ bellum.

Actius Nauius augur.

Auſpitiorũ ſuperſtitio.

Anien fluuius.

A ſe diſtantibus,circa Anienem,ut dixi,metati erant hoſtes. Tarquinius locum ſuperiore ripa ca
ſtris cepit paulo eminentiorem. Hic priuſquam cum hoſte confligeret, arte aliqua opus eſſe
ratus,ut hoſtem,quo numero militum erat inferior,ingenio ſuperaret,ad terrorē illi incutien
dum,ingentem uim lignorū incenſam,ſecundo fluuio,paulo ante lucem in ſcaphis & ratibus
ad hunc uſum quæſitis,dimiſit. Quæ ſublicijs eius pontis impactæ,quem Sabini à tergo ha/
bebāt,ut cōmeatum ex pacato acciperent,confeſtim ſuperimpoſitas phalangas corripuit. Mi
raculo fuit primo antelucana illa flamma Sabinis. Mox ubi pontem deflagrare animaduerte
runt,multi ex proximis caſtris ad reſtinguendū ignem temere decurrunt. Inuadit illico Roma
nus ſtructa acie hoſtium uallum haud uno loco,ut qui in aduerſa erant caſtrorum parte, ſu/
bita oppugnatiōe occupati,lateri,quod erat in flumen obuerſum,quodq; magna fuit ex par
te militibus nudatum,ob cōcurſum ad amnē factum,opitulari nequirent. Modico igitur ne
gocio Tarquinius caſtris eſt potitus,cędes & conſternatio ingens ſecuta, multi metu in flumē
temere ruentes, aquarum impetu ſuperati perierunt. Sed uix bene caſtra quæ citra flumen
hoſtes fuerant metati,per hæc capta fuerant,quum aduerſa parte fluminis exauditus eſt eo/
rum clamor,qui per noctem ſcaphis amnē traiecerant,ut Hetruſcorū caſtra, quæ erant ultra
Anienē,eodē tempore inuaderēt,nam & illi improuiſo acceſſu,penè prius caſtrorum muni/
tiones irruperunt,ꝗ adeſſe putarent. Ita bina hoſtium caſtra uno tempore Ro. eſt adeptus.
Ferunt Sabinorū ſcuta ſecundo Aniene,inde Tyberino fluuio ad urbem delata, prius penè
ꝙ nunciari poſſet,inſignem uictoriā feciſſe,præda ingens parta,quā cum captiuorū multitu/
dine Romam Tarquinius miſit,hoſtem perſecuturus. Spolia hoſtiū quæ noctu, pro pontis
credo deflagratione,fuerant,Vulcano uota,in unum cōgeſta incendit. Liuius autor eſt,Sabi
nos poſt eam cladem reparatis uiribus,iterum acie cōgreſſos,ac tum quoq; pręlio uictos,quie
uiſſe,Collatiamq; tum demū illis ademptā. Dionyſius præterq; ꝙ eam urbem iam ante Ro
manorū factā prodidit,Sabinos ait caſtris ad Anienē exutos,inducias in ſex annos impetraſ
B ſe,quibus domitis Hetruſci,totius gentis nomine,bellū in Romanos inſtruxerint,publico de
creto edictum,ut qui eam militiam detrectaſſet,extra corpus Tuſci nominis haberet,copias
educunt,Tyberiq; traiecto ad Fidenas caſtra muniunt,urbē proditiōe capiūt,magnaq; colo
norū parte,qui diuerſæ erant factionis,inde abducta,ualidoq; p̄ſidio ad cuſtodiā loci relicto,
in Ro. excurrunt agrū,nec inde multū in hoſtico fuere,ſed flumine traiecto, onuſtus præda
exercitus in pacatū abijt. Tarquinius acceptæ cladis ultionē accelerās,domeſticis externiſq; co
pijs,cōtracto exercitu,bipertito in hoſtē mouit: Egerio cum auxiliaribus Latinis ad Fidenas
oppugnandas relicto,ipſe cum cætero exercitu Veientanū ingreſſus agrū,om̄ia hoſtili popu
latione fœdauit. Interim qui Fidenis pręſidio erant,auxilijs ex Hetruria occulte acceptis, in
Egerij caſtra impetū faciūt,quæ parū attēte cuſtodita,primo impetu capiunt, inde diſpalatos
milites,qui pabulatū exiuerant adorti,multā paſſi cædem edidere. Sed ꝗ hic res male geſta
eſt,tam feliciter circa Veios prouincia Tarquinij ductu eſt adminiſtrata,qui cum om̄ibus fe/
rè Hetruriæ copijs proſpere dimicauit,inde late agros populatus, Agyllaq; nonnihil oppu/
gnata(apud Dionyſiū Acyllā reperio,fuit id oppidū Cere deinceps nominatum) hic aliq̄diu
ſtatiua habita. Cęterū cum fruſtra ob in loci ſitū res mota eſſet,copijs citra Tyberim reductis,
Fidenas laborioſo certamine recepit. Fidenatiū qui fuerat defectionis autores,alij cæſi uirgis,
ſecuri ſubiecti ſunt,alij in exiliū acti,urbs ipſa præſidio firmata eſt. Vltimū Tarquinio bellum
cum Hetruſcis ad Heretum fuit,eſt is uicus Sabini agri Tyberi propinquus,hic illi caſtra fece
rant,in ſpem adducti,fore,ut quādo induciarū tempus exijſſet, cōmuni nomine Sabini ſecū
rem in Ro. gererent. Verū longe aliter euenit,nam cōmuni cōſilio Sabinorū nulli ob recētem
acceptarū cladiū memoriā,bellū ſuſcipere ſunt auſi. Pleriq; ſponte ſua in Hetruſcorum caſtra
uenere,quibus illi freti,quia nonnihil eiuſmodi auxilijs ſuas uires auctas uidebāt,cū Ro. legio
nibus,ꝗ regis ductu p̄ſto affuere,manus cōſerūt,fuitq; ea pugna nihilo illis proſperior, ꝗ pri
ores illæ duæ fuerāt,multūq; famę Ro. regi ex ea uictoria acceſſit. Patres ut triumphans in ur
bem rediret decreuerūt. Ipſe nec diu Romæ cōmoratus,in hoſtes recēti clade perculſos duxit.
Tum uero omne Hetruſcū nomen, damnatis armis toties infeliciter motis, maiores natu,
mittunt,ut pacem quibuſcunq; legibus poſſent cum Ro. rege cōponerent. Tarquinius ſolam

Tarquinij ſtratagema.

Sabinorum clades.

Spolia cremantur.

Fidenæ occupātur ab Hetruſcis.

Egerius caſtris exuitur.

Agylla nūc Cere.

Heretus uicus.

cõfeſſione principat⁹ ab eis petijt, libertatẽ priſtinaq́; iura ſeruaturũ ſe pollicitus, irẽt & ſuorũ popularium aĩos explorarẽt, an caput & arcẽ imperij Ro. dici uellẽt. Tũ ſi ea res impetrata foret, futurũ, ut cætera cõuenirẽt, cũ his dimiſſi legati, qui haud multo poſt cũ principatus inſignib⁹ affuere. Inſignia q̃ illi ad regẽ attulerũt hęc dicunt: corona aurea, ſella eburnea. Sceptrum habens in ſumma cuſpide aquilã, tunica purpurea. Fuerũt qui et XII. ſecures, q̃ deinceps reges & cõſules qui poſt illos ſecuti ſunt, pceſſerunt, inde ſumptas crederẽt. Strabo pter cętera inſignia ab Hetruſcis accepta adijcit & tubas. Tarquinius inuidiã declinãs eorũ uſum nõ prius recepit, q̃ de ea re patres autores facti ſint. Ea oĩa ornamẽta ſummi in urbe magiſtratus, corona tñ & picta toga adẽptis, poſt exactos reges uſurparũt. Nouiſſimũ bellũ Tarquini⁹ cũ Sabinis geſſit, quoniã eos qui cũ Hetruſcis ad Heretũ militaſſent Ro. deditos noluiſſent, quũ ad ſupplicium requirerent. Vtrinq; igit̃ bello ſumma ope inſtructo, Sabini Aniẽnẽ tranſgreſſi, in Ro. agrũ tumultuoſe irrũpunt, lateq́; effuſi cædis & populatiõis oĩa cõplent. Occurrit eo Tarquinius ex urbe excitus, nec procul ab hoſtiũ uallo cõcedit, abſtinuitq́; tamdiu à dimicatiõe, donec cæterę copiæ ex urbe affuiſſent, tũ uero in æquũ deſcẽdit, pugnęq́; hoſtibus copiã fecit, nec Sabini certamẽ detrectauere, ferocia & militũ numero nihilo Romanis inferiores. Inito prælio, haud minore ardore & ui aĩorũ in acie perſtitere, q̃ manus à principio cõſeruerãt, donec conſpecta à tergo noua acie, ne in medio cæderẽtur, ad fugã inclinarũt. Fuerãt pedites mixto equite per noctẽ in inſidijs ad hoc ipm locati, qui ardore pugnæ ſubito ex inſidijs coorti, tñ terroris hoſtib⁹ iniecere, ut cõtinuo fugã fecerint. Multi igit̃ in acie, ſed in fuga multo plures interfecti, capti etiã q̃plurimi, ut ex opulẽto nup exercitu pauci in proximas urbes effugerint, caſtra ab ijs, qui ad pſidiũ relicti fuerãt, perditis rebus Ro. dedita ſunt. Repararũt haud multo poſt Sabini afflictas opes, copijſq́; in unũ cõtractis, caſtra in apto metati ſunt. Nec Ro. rex qui ad hos nouos conatus opprimẽdos occurrerat, quũ hoſtẽ ad certamẽ prouocaſſet, elicere potuit, ut in æquũ deſcẽderet, leuia q̃dam plia, eaq́; tumultuaria, ut inter pabulatores, per aliq̃t dies cõmiſſa. Tarquinius lõgioris moræ impatiẽs, uijs circa caſtra inſeſſis, oẽm pabulãdi occaſionẽ alteriuſue cõmeatus importãdi, hoſtib⁹ ademit. Senſerũt illi cõtinuo famẽ, paucíſq́; diebus rerũ oĩm inopia adacti, ſilẽtio noctis, pluuioq́; & ſtrepitu cœlo, per loca deuia ſtationib⁹ auerſa, tñ arma habentes, in pacatũ abiere. Ita bellũ in quintũ annũ diſtractũ, poſtremo nõ per partes, ut antea, ſed oĩe Sabinũ nomẽ, delectu ex oĩi ætate, q̃ arma ferre potuit, accuratiſſime habito, in extremũ pugnæ diſcrimẽ deſcẽdit. Qua Latinorũ Hetruſcorũq́; auxilijs fretus, lõge ſuperior Ro. fuit, ea demũ acie totius gentis opes ita prorſus cõcidere, ut Tarquinio ſequẽti anno eorũ fines ingreſſo, minaciterq́; denũciãti, niſi in aciem deſcẽderent, urbes oppugnaturũ ſeſe, uniuerſum nomẽ Sabinũ, ut Hetruſci fecerãt, per legatos deditionẽ fecerit. Iiſdẽ quibus illi legibus ſunt Sabini in fœdus & amicitiã accepti. Illud modo expreſſum, ut Romæ caput eſſet imperij, & hæc ſunt q̃ Tarquinius bello geſſit, quorũ pcipuã partẽ miror à Liuio ptermiſſam. Nec domeſtica multo illis inferiora, ab initio em̃ regni centũ in patres legit, qui minorũ gentiũ ſunt deinde appellati, ſic CCC. numero ſenatores eſſe cœperũt, quũ ad id tẽpus CC. nec ampli⁹ fuiſſent, duas ueſtales priori numero adiecit. Perſuaſum ſcio fuiſſe quibuſdam, ſuppliciũ quo ueſtales inceſtæ conuictæ affici cõſueuerũt, ut circa Collinã portã uiuæ terrã ſubirent, ab eodẽ rege excogitatũ, Pinariãq́; primã oĩm eo regnãte ſic necatã. Circa forũ tabernas & officinas ad ornatũ ſimul & uſum inſtruxit, muros urbis rudi prius materia eductos, grandiorib⁹ ſaxis ad regulã formatis, prim⁹ moliri eſt adortus. Cloacę q̃bus aquæ ſubterraneis fornicib⁹ in Tyberim laberent̃ eiuſdẽ op⁹ fuiſſe credũt̃, magnitudo opis ex eo, q̃d dicã facile poteſt ĩtelligi. C. Aquili⁹ autor eſt cloacarũ repurgationẽ mille poſtea talẽtis à cẽſorib⁹ locatã. Extruxit & Circum maximũ q̃ iter palatiũ pãdit̃, & Auẽtinũ, cęmẽtitijs ſedilib⁹ circa areã ędificatis, quũ antea ſub ligneis tabernaculis arida tectis arũdine ſpectare moris eſſet. Liui⁹ locũ Circi tũ primũ deſignatũ credidit, ſpectatumq́; ab initio ex furcis ſpectacula duodenos pedes à terra ſuſtinentibus. Circi area tria & dimidiũ in lõgitudinẽ habuit ſtadia, latitudo ei⁹ quaternũ fuit iugerũ, id ſoli ſpatiũ trib⁹ laterib⁹ portic⁹ paululũ repãdæ claudebãt, CL. miliũ ſpectatorũ capaces. Templũ q̃d rex Ioui, Iunoni, et Palladi bello Sabino uouerat, in Tarpeio colli extruẽdũ deſtinauit. Liuius ſoli Ioui uotũ exiſtimat. Fundamẽta igit̃ circũſcripſit Tarquinius, qui q̃ regno excidit,

pene ad

*Hetruſci Romanis de imperio cedunt.*

*Inſignia imperij Tuſci*

*Sabinum bellum.*

*Tarquinij ſtratagema.*

*Cedunt Sabini Romanis.*

*Senatores aucti.*

*Prima ueſtalium necata*

*Circus maximus.*

C

D

A pene ad exitū perduxit. Mox eiectis regibus à Puluillo eſt cõſule dedicatum. Præterea medio
eius regni tẽpore magnũ in regia factũ eſt prodigium. Alebat̃ infans ex Ocriſia Corniculana
fœmina, nobili loco nata, ſed tum ui bellica apud Tanaquilidẽ ſerua. Fuit illa Tullio Corni-
culano regij generis uiro matrimonio locata. Is Corniculi excidio fortiter pro patria dimicãs,
mortẽ occubuerat, cuius uxor prægnãs, cũ cæteris popularibus Romã eſt in ſeruitutem abdu-
cta. Quã ob elegantẽ formam, eximiamq; prudentiã Tanaquilis liberaliter penes ſe habuit,
puerũ ex ea natũ indulgenter alere inſtituit, cui patris erat nomen inditum. Accidit igit̃, ut me-
dijs crepundijs dormiẽtis pueri uiſum ſit caput ardere. Tum qui forte aderant, ſubita & noua
re perculſi, trepide aquã ex proximo depoſcunt, flammã extincturi. Vetat id Tanaquilis fieri,
ſpectatrixq; flãmæ circa caput leniter paſcẽtis, ſilentio aſtitit, donec illa cum ſomno remittẽte
infans ſponte eſt ſua experrectus. Tanaquilis remotis arbitris regi prodigiũ interp̃tat̃, ſcire, in-
quit, te Tarquini oportet, puerũ hunc, quem domi humili cultu educamus, dubijs rebus no-
ſtris lumen, domuiq; afflictæ p̃ſidiũ aliquãdo futurũ, decet proinde quia expedit, ut materiã
hanc publici priuatiq; decoris præcipua diligẽtia nutriamus, facilemq; illi uiam ad futura fa-
ta noſtra quæramus indulgentia. Aſſenſit his Tarquinius, iam antea in ſe ipſo augurãdi pru-
dentiam, quæ erat in coniuge, expertus, cœptuſq; eſt puer iam inde regio cultu educari. Ipſe
ubi per ætatẽ adoleuit, tantũ indole præſtantiaq; ingenij, domi militiæq; profecit, ut filiã Tar-
quinius ei ultro deſponderit, ac tum demũ ut filium cõplexus, eius opera in publicis negocijs
ſit domi militiæq; uſus. Ob hæc ille in tanto erat honore apud patres & plebẽ, ut nemini du-
bium eſſet, Tarquiniũ non tam generũ ſibi quã ſucceſſorẽ q̃ſiuiſſe. Angere id duos Anci fili-
os, qui præterq̃ ꝙ iam antea iniquo animo ferebãt, aduenam hominẽ poſt patris interitũ re-
gnum Romæ obtinuiſſe, perſpicue futurũ uidebant, ut niſi regijs conſilijs iretur obuiã, paulo
poſt Seruius, ex ſerua natus, regnũ occuparet. Inuidia igit̃ pudorq; Martiorũ exagitabat ani-
mos, ſi uirili ſtirpe Anci regis incolumi, regnũ quod ille tenuiſſet, non aduenis modo, ſed q̊d
B indignius adhuc eſſet, ſeruis ex ſerua natis occupandũ pateret. Primo itaq; regem falſis ador-
ti criminibus ad populũ inſimulant, tanq; Actianæ cædis conſciũ. Fuerat Actius Nauius (q̊d
populus moleſte tulerat) incerto autore per id tempus interfectus, quã illi materiã nacti, per
homines ſuæ factionis plæbis animos in Tarquiniũ iritabant, uelut ſuperbiſſimus rex pati
nequiuiſſet Actij famã in ore omniũ eſſe, quippe qui eius conatibus religione iniecta, aliquan-
do augurandi prudentia obſtitiſſet, in argumẽtũ cædis iuſſu regis perpetratæ illud prætende-
re, ꝙ tanti uiri mors ſilentio obliterata eſſet. Parum abfuit quin plebs eiuſmodi criminibus
incenſa, regem in forum deſcendentẽ, pro polluto & impio abegerit. Cæterũ tempeſtiua gene-
ri purgatio, ueritatiſq; lucis amica, non ſolum reſtitit præſenti inuidiæ, ſed falſam etiam opini-
onem, de ea re conceptam: animis uulgi diſcuſſit. Tulit Tarquinius ciuili animo eam iniuriã,
nec tantum eius motus autoribus dedit ueniam, ſed in ueteri etiam familiaritate & conſuetu-
dine, ob patris memoriã perſeuerauit. Illi uero nihilo propterea pacatiores facti, triẽnio q̃ hæc
acciderãt, duos ſuæ factionis uiros occulte ſubornãt, qui agreſti habitu ruſticanis ambo ferra-
mentis accincti, tanq̃ ab intermiſſo opere nuper auerſi, in regẽ altercantes irrumpunt, hic mu-
tuo ſe cõuicio inceſſentes, fidẽq; regis implorãtes, multitudinis in ſe oculos uertũt, tũ uero ad
regẽ uocati, iuſſiq; inuicẽ dicere, unus rem ex cõpoſito ordit̃, in quẽ dicentẽ, quũ totus rex auer-
ſus eſſet, alter clarã ſecurim in eius caput deiecit, teloq; in cadẽtis uulnere relicto, ambo ſeſe fo-
ras eijciũt. Alij moribundũ regẽ cũ clamore excipiũt, lictores regis p̃cuſſores eueſtigio aſſecuti
ad ſuppliciũ retrahũt. Fit cõcurſus undiq; ingẽs in regiã. Tanaquilis in ſubita trepidatiõe ſalu-
bri cõſilio uſa, regiã claudi iubet, arbitros eijcit, ac tanq̃ in ſpe ſupuicturi regis, quæ ad curatio-
nem uulneris neceſſaria uideri poterant, ſtudio cõparat, inde Seruio in ſecretũ abducto, mori-
bundũ ſenẽ oſtẽdit, dexterãq; iuuenis tenens multis p̃cibus obteſtat̃, ne ſoceri mortẽ inultã,
ſocrũq; inimicis ludibrio eſſe patiat̃, inter hæc illa clamore multitudinis excita, quæ haud am-
pli⁹ ſuſtineri poterat, ex ſup̃iore p̃te dom⁹, qua uia illi noua ſubiecta erat populũ affari iubet
ciues bono animo eſſe, uiuere regẽ ait, atq; ex ſubita mẽtis alienatiõe, cõcidiſſe eum uiolento
ictu. Cæterũ uulnus quod accepit, haud quidẽ lætale eſſe, cruore abſterſo omnia ſalubria ui-
deri, eſſe ſe in ſpe haud dubia, ut paucis diebus periculo ſeruatũ uiderẽt. Interim iubere eum
Tulli dicto populum audientem eſſe, ipſum pro rege ius dicturum, quoad uulnus curaretur.

Prodigiũ in Seruio Tullo infante.

Tanaquilidis prudẽtia.

Criminatur Tarquinius ad populũ.

obtruncatur Tarquinius.

Tanaquilidis calliditas.

Seruius

Seruius igit ſocrus conſiliū ſecutus,cum trabea & lictoribus in publicū proceſſit,regiaq; ſedēs C
ſella quædam decernere,alia uelut regem de his domi conſulturus, in aliud tempus differre.
Atq; ita plures dies Tarquinij uita aſſimulata,quum ille eueſtigio poſt acceptum uulnus ex/
piraſſet,per ſpeciem alterius uicis fungendæ,ſuas Tullius opes firmauit, tum demum morte
*Seruius Tullius rex creatur.* regis palam facta,firmo præſidio munitus,primus omniū iniuſſu populi,uoluntate patrum
regnauit,de percuſſoribus ſumptū eſt ſuppliciū. Anci filij ubi regem uiuere creditū eſt, cerne/
rétq; Seruij opes eas eſſe,ut ipſi tuto in urbe eſſe non poſſent, Pometiā exulatum abierunt.
Regnauit Tarquinius,quod Liuius & Dionyſius ſcribunt,annos duodequadraginta. Euſe/
bius quinq; & quadraginta prodidit.

## ENNEADIS SECVNDAE LIBERI V

*Anceps hiſtoriæ relatio.* VEtuſtum Iudæorum regnū per hæc tēpora uarijs cōuulſum cladibus pe/
nè funditus interijt. Fuit tum forte Babyloniorū princeps(ſacri libri regē
fuiſſe aiunt)Nabuchdonoſor,homo acri ingenio,& ad bellū magis q̄ ad
ocium cōparato. Mouerat is in Nechonē Ægypti regē ſub quotum Sy/
ria tota erat,conſederatq; ad Circamē urbē Euphrati proximā,quo Ne
cho cum ualido occurrit exercitu,ut primis illi⁹ conatibus obſiſteret,& in
regni finibus potiusq; in uiſceribus bellaret. Cōmiſſo igitur inter eos prælio, Necho magna
exercitus parte amiſſa,pugna exceſſit. Nabuchdonoſor uictor,omnē Syriam ad Peluſiū uſq;
præter Iudæam,armis ſubegit. Hæc Ioſephus. Verū cur terra ipſa Aſſyrius,omne ius belli ab
ſtinuerit,quum Nechonis beneficio,Heliachimus in Iudea regnaret,haud quidem intelligo.
*Heliachimus rex.* Quarto deinceps anno q̄ hæc geſta ſunt,qui Heliachimi fuit regni octauus, Iudæi ab Aſſy/
rio graui ſunt bello petiti. Rex ſuis uiribus diffiſus,annuū tributū pactus, ſe periculo exemit.
Cæterū diſtulit ille cladem,quæ ſibi regnoq; ſuo inſtabat,uitare tamen non potuit. Iam em̄
tertium tributū pependerat,cum rumoribus noui belli fretus,quod Necho in Aſſyriū ſtrue/ D
re ferebať,contra icti fœderis iura tributū non reddidit. Reclamare Hieremias propheta, qui
*Hieremiæ diuinatio.* diuino afflatus ſpiritu,uentura omnia uidebat ut pręſentia,incaſſum Ægyptiacas opes ſpe/
ctari,fore breui, ut Aſſyrijs armis ciuitas ingenti clade afficereť. Audiri hęc uulgo, ſed nemo
illi fidem habere. Quidā etiā ex ſalubri alioqui p̄dicatione,ſeni inuidiā facere,tanq; excidiū re
gi patrięq; omināti,arreptuſq; in iudiciū,parū abfuit,quin extremo ſit ſupplicio deditus. Se/
niorum autoritas plus omino ualuit,q̄ uulgi odiū,ſolutus uinculis, haud multo poſt librum
in tēplo recitauit,quo om̄ia quæ regi,urbi,templo,mala imminebāt,fuerat complexus. Hunc
quū Heliachimus poſtea legiſſet,nec iræ temperaret,ſuis manibus cōcerpſit, cōcerptū flām̄is
iniecit,ac tum demū prophetā ad ſuppliciū requiſiuit,cui ſeſe ille mature ſubtraxerat. Nec ita
multo poſt affuit Aſſyrius,quē rex Hieremiæ p̄dictionē ueritus,renouato fœdere intra mœ/
*Nabuchdonoſor Hieroſolymas capit.* nia accepit. Tum Nabuchdonoſor Iudaicæ perfidiæ exemplū ſecutus, fœdus nuper ictū pro
irrito habuit,omnē florē iuuentutis cum ipſo rege militibus immiſſis,gladio cōfecit. Corpus
extra muros inſepultū abiecit. Demū regis filio,qui eodem fuit quo pater noīe,regni admini/
ſtratione permiſſa,triginta hominū milibus ex om̄i multitudinē Hieroſolyma ſecū abductis,
exercitū in Aſſyriā reduxit. Sed ne iuueni quidē diu regnū incolume manſit, parū tutū ratus
Nabuchdonoſor,eū in Syria regnare,cuius patrē inſepultū abieciſſet. Tertio poſt mēſe quo
Babylonē uenerat,nouū exercitum ſub præfectis in Paleſtinā miſit,tum nouo terrore percul
*Hieroſolyma iterū deſolatur.* ſus,inopſq; cōſilij Ioachimus iunior, ne recentiore aliqua clade ciuitatē hoſtis afficeret, ultro
in eius fidem conceſſit. Ille,ut pollicitus erat urbem,pacate eſt ingreſſus,mox regis iuſſa execu
tus,Ioachimū cum matre & neceſſarijs omnibus præter Sedechiam eius patruū,quē regem
cōſtituit,Babylonē traduxit. Iuſſi cum his migrare opifices,& quicunq; militiæ idonei eſſent.
Manſit Sedechias annis octo in fœdere,inde homo ſua ſponte leuis,paucorū conſiliū ſecut⁹,
ab Aſſyrijs ad Ægyptios defecit,Hieremia Hieroſolymis,& Ezechiele, qui tum Babyloni cū
alijs ſeruiebat,urbis & regni excidium p̄dicantibus. Babylonius hoſtis Sedechiæ perfidiā ul/
turus,cum quammaximo exercitu Syriā ingreſſus,pręcipuam regni partem ferro & igni po/
pulatus eſt. Et iam caſtra Hieroſolymis admouerat, quū de Ægyptiorum aduentu trepide
allatum

A allatū eſt. Aſſyrius ſoluta obſidiōe hoſti obuiā proceſſit, quē ꝑlio ſuperatū Syriæ finib⁹ expu/
lit. Perſuaſum habuit Sedechias, & qui illi in Hieremię iuidiā adulabant̃, hoſtē ad obſidionē
nō redituṝ, quē quū propheta nō multo poſt affuturū affirmaret, ridereturq; interim, ut mē/
dax, ꝑiculo q̊d iſtabat ſubſtracturus ſe q̃ñ publicę ſaluti cōſilio ꝓdeſſe nō poterat, urbē egreſ
ſus Anathorū, q̄ patria illi fuit (diſtabat is locus ſtadia uiginti ab Hieroſolymis) iter intēderat. Hieremias in cuſtodia habetur.
Cæterū ex itinere in urbē retractus, in cuſtodia & uinculis eſt habitus. Cœpta eſt iterim urbs
iterū obſideri, hæſitq; hoſtis mœnibus duodeuiginti mēſes, ꝑmebantq; duo importuni ho/
ſtes ciuitatē, fames & peſtilentia, Hieremiaſq; è carcere identidē ꝑdicare, ut hoſtiū fide implo/
rata, pacatū intra mœnia Aſſyriū acciperent, ne uana pertinacia, omnia ſacra & prophana ſi/
mul perderent̃, quibus uocibus offenſi ciues, eū à rege ad ſuppliciū poſtulatū, carcere educūt, Hieremias in lacum mergitur.
eductum in cœnoſo immergūt lacu, uſq; propemodū ad fauces, ut lōgiore cruciatu diſtende/
rent, fuitq; ibi quoad iuſſu regis refoſſus inde eſt, Æthiopis cuiuſdā miniſterio, Sedechiæ gra
tiſſimi. Oppugnabat̃ urbs interim aggeribus, belliciſq; machinis, reſq; per regios ꝑfectos im Hieroſolymæ capiuntur.
pigre gerebat̃. Rex ipſe in Reblata Syriæ urbe erat. Demū poſt multos hincinde labores ex/
hauſtos, urbs noctu capta eſt. Sedechias ubi hoſtē intra mœnia eſſe ſenſit, ab eoq; iam tēplū
teneri, cum uxoribus, liberis, & amicorū pleriſq; intempeſtę noctis beneficio uſus, clandeſtinè
urbē egreſſus, in deſerta loca occultā intēdit fugā. Hoſtium duces Sedechiæ fuga per dediti/
os equites, ubi primū illuxit, ad eum eueſtigio perſequendū miſere. Et iam aliquid cōfecerat iti
neris, ſperabatq; fore, ut cum ſuis in pacatū abiret, quū aduentantiū fremitus ex propinq̊ red
ditus, non regem ſolū, ſed quicunq; regiæ fugæ ſe comites deſtinarant, ſubito metu perculit.
Fit repente circa Sedechiā fuga, alijſq; alio trepide dilabentibus, rex cū liberis & uxoribus capi
tur, inde ad regē perductus ingratitudinis & perfidiæ primo increpitus, ꝙ regnū ſuo bñficio Capitur Sedechias.
adept⁹, ad hoſtes cōtra fœdus & iura defeciſſet, mox ut dirū ſecū ſpectaculū ferret, iuſſit uictor
Aſſyrius, filios & amicos corā interfici. Ipſum iniectis cathenis luminib⁹ priuauit, Babylonēq;
B ad perpetuos cruciatus dimiſit. Operepreciū eſt cognoſcere, q̄ diuerſa ſignificatione idem ꝑdi
carint duo clariſſimi prophetæ, hæc quæ in Sedechia euenerūt. Scripſerat Hieremias fore, ut
Babylonē ille captiuus perduceret̃. Ezechiel cætera ut Hieremias uaticinari, inficiari tamen eū
Babylonē uiſurum. Viderat propheticus ille ſpiritus multo antea, fore ut perduceret̃, uerum
luminibus priuatus, hic perductum iri non ignorat, ſed orbitatē ſuppreſſit. Atq; hunc exitum Quot annos regnatum ſit Hieroſolymis.
habuit regnū, tanta indole in Dauidica gente ab initio locatū, in qua à Dauide qui princeps
ſtirpis fuit, ad Sedechiā, unus & uiginti longa ſerie in Palæſtina reges fuerunt. Habuitq; id re
gnum annos quadringētos duoſq; & quadraginta, uel ut alij colligunt, ſeptem & quadragin/
ta, apud Ioſephū duplo maiorem numerū redactū reperio. Victor hoſtis, nobiliſſimā urbem
omni ſacro prophanoq; cultu ſpoliatā, auguſtiſſimoq; templo direpto & incenſo, à fundamē
tis diruit, captiua multitudo omnis ſexus & ętatis Aſſyriū ſecuta, Babylonē migrauit. Nec Pa
lęſtinæ res deinceps, etſi præſenti clade afflictę, ſine motu diutius fuere. Præfecerat Nabucho
donoſor ipſi terræ Godoliā Aichami filiū, qui ſparſam per deſerta multitudinē, ad locorū cul
tum omni officio & lenitate reuocauit, breuiq; cōtigerat, ut ſatis frequens ager uiciatim colere
tur. Tenebantq; adhuc Iudæi oppida quędā, cœperantq; præſenti ocio à priſtinis cladibus re
ſpirare, quū Godolias in cōuiuio, iam uino grauis, ab Iſmaële, & octo, qui cum eo cōſpirarāt,
interficit̃. Iudæi inopinato caſu cōſternati, ueriti ne ob patratā Godoliæ cædem ab Aſſyrio ad
ſupplicium depoſcerent̃. Autor eñ culpæ confeſtim ad Bachalim Hāmonitarū regem perſu
gerat, Hieremiam conſulūt, quid in re ancipiti fieri oporteret. Principes gentis cenſebant in Profectio Iudæorum in Aegyptum.
Ægyptum tranſeundum. Hieremias ex oraculo monuiſſe fertur, ut in patrio permanerēt ſo/
lo, futurū ut Aſſyrius non multo poſt tota Ægypto potiretur, ipſiq; alieni ſceleris pœnas lue
rent. Viſus eſt his Hieremias parum credibilia canere, eiuſq; uocem aſpernari, ſublatis rebus
quæ aſportari potuerunt, Palęſtinas egreſſi populariter in Aegyptum demigrant, Hieremia
& Barucho eius diſcipulo in exiliū abductis. Nec ita multo poſt Aſſyrius in Syriā uenit, qui
in ultionem patratæ cædis, ſi qui mortalium in Palęſtina adhuc erant, Babylonē traduxit red
diditq; per hęc Iudæam om̃i humano cultu deſolatā. Acciditq; recentior hæc clades, quinto
fermè anno poſt Hieroſolymam exciſam. Atq; in hunc maxime modū, duæ reliquæ Iudæoꝝ
tribus

tribus, annos circiter centũ & triginta poſt Iſraëlitas ex Samaria ſublatos in Meſopotamiam C
*ANNI MVNDI.*
ſunt traductæ, Incidit Palæſtini regni excidiũ, urbis dico & templi euerſio, in annũ quartũ ſe-
ptimæ & quadrageſimæ Olympiadis, qui à mundi origine ſupra quatermilleſimũ ſexcenteſi-
mus undecimus fuit. A deceſſu populi ex Ægypto ſexageſimus ſecũdus ſupra milleſimũ, ſi Io
*Aprięs.*
ſephus recte colligit tempora. Ab templi ædificatione trecẽteſimus ac lxx. ante annũ humanę
ſalutis, quingẽteſimusnonus. Eratq́ʒ per id tẽpus rex in Ægypto Apries, quẽ Taphrem Ioſe-
*Fugitiua ex Aegypto profectio.*
phus, Euſebius Vaphrẽ nominat. Fuitq́ʒ Sãni etici iunioris, ſiue Sãnis, nam utrunqʒ nomen
reperio, filius, qui in Æthiopas bellũ inſtruxit, ulturus reor, transfugiũ ducentorũ miliũ homi
num, qui ex Ægypto in eam terrã populariter migrarunt. Herodotus & Plinius fugitiuæ hu-
*Temporũ collatio.*
ius profectionis meminerũt. Ad Apriẽ hunc Iudæi poſt Godoliæ cædem in Ægyptũ perfuge
re. Is Sidonijs bellũ intulit, & cum Tyrijs nauali prælio dimicauit. Nouiſſime in pręlio in Cy
*Illyrij infantis ductu uincunt.*
renęos infeliciter cõmiſſo, magna ab ea pars Aegypti defecit. Ad quos motus ſedandos Ama
ſis miſſus, tumultuario militariq́ʒ fauore rex eſt creatus. Sed de Amaſi, ſuo poſtea loco eſt di-
cendum. Regnauit cum Aprie in Medis Cyaxares, qui fuit Aſtyagis pater, is prę̨ter bellũ q̊d
cum Aliatre Lydorũ rege geſſit, ut proximo eſt uolumine memoratũ, in Aſſyrios quoqʒ, qui
à Medis defecerant, bellaſſe dicit, Ninũq́ʒ urbem clariſſimã ab eo ui captã, Euſebius ſcribit, ac
funditus exciſam. Regnauit in Macedonia per id tẽpus Europus Philippi filius, qui infans
à patre relictus, à Macedonibus in aciem, quũ adhuc in cunis eſſet, eſt delatus, cũ Illyrijs acie
dimicaturis. Siquidẽ pugna una cum ea gente parũ proſpere cõmiſſa, ut neceſſitas in acie per-
manendi omnibus imponeret, puerũ, ut dixi, medijs crepundijs in procinctu ſtatuerant. Per
ſuaſum ad id uulgo erat Macedonas uincere non poſſe, niſi regijs auſpicijs dimicarent, nec
defuit opinioni euẽtus. Recẽtiore prę̨lio tanto Macedones animorũ ardore certaſſe dicũtur,
ut momẽto tẽporis Illyrijs ſtrage afflictis, gloriati ſint priori certamine, non uirtutem ſibi belli
*Pittacus Phrynonẽ rete ſuperat*
cam, ſed ducem defuiſſe. Fuerunt his æquales Steſichorus Lyrici carminis autor, Pittacus Mi
tyleneus Hyrradij filius, ſapientis nomẽ inter paucos adeptus, Duris eum Thracẽ fuiſſe arbi- D
tratus eſt, is cum Alcę̨i fratribus Melanchrũ Lesbi inſulæ tyrannũ profligauit, quem inſecta-
tus eſt ſuo carmine Alcę̨us, ſed eo bello q̊d Mitylenei de Achiliridis agro cum Atheniẽſibus
habuere. Pittacus imperator factus, ſingulari certamine cũ Phrynone Atheniẽſium duce cõ-
greſſus. Erat is ualido corpore, quippe qui Pancratiaſtes & Olympionices fuit, uicit tamen ui
res corporis animi prudentia, Rete habuiſſe fertur Pittacus ſub clypeo occultum, quo medio
certamine hoſtem minus ad tales inſidias cautũ, ſubito iactu implicitũ peremit. Ex ea pugna
exemplum retiariæ pugnæ in arenam manaſſe memorant, rei uſqʒ ad Romani ſenatus ſugil-
lationem theatralibus ſpectaculis uſurpatæ. Adminiſtrauit ille deinceps rempub. decem an-
nos, quã pluribus inſtitutis ornatam ſponte reſtituit. Alcæus & Sappho mulier his ſunt tem-
*Sapphus præcipitatio.*
poribus interiecti, uterqʒ Lesbius, & poëticis ſtudijs clarus. Sed Sappho, ſi uera ſunt quæ He-
rodotus de fratre eius Charaxo prodidit, aliquãto recẽtior, ut in Amaſis tẽpora eius muſa in-
ciderit, cuius filiũ Cambyſes uicit. Phaontem Lesbiũ amauit impatiẽter, ut carmen, quod ei⁹
nomine circũfertur, clare demonſtrat. Ex Leucadia rupe quæ amores ſedare credita eſt, in ſub
iectum mare, ut Menander ſcripſit, dedit ſe p̃cipitem. Claruit cum his Solon Salaminius, &
*Solonis cõſilium.*
ipſe ſapientis appellatione clarus. Tenebant per id tẽpus Megarẽſes Salaminẽ inſulam, de cu
ius poſſeſſione Atheniẽſes diu cũ Megarenſibus penè ad internicionẽ armis diſceptauerant,
cœperatq́ʒ ob id capitale eſſe, ſi quis Athenis de uendicãda inſula legem ferre auſus eſſet. So-
lon occultam ingreſſus uiã, ſimulata inſania cõpoſitũ domi de ea re carmen, cœno oblitus ad
cõcitandos ciuiũ animos publice recitat. Fuitq́ʒ carminis principiũ: Ipſe quidem preco chara
Salamine relicta, Aduenio, & cantus concio noſtra tulit. Mox cætera executus, ciuitatem per-
pulit, ut abrogata lege, inſulã armis repetendã iuſſerit. Ad quod bellum Solon dux declarat⁹
eſt. Hic duplex eſt fama. Sunt qui tradant Megarẽſes qui inſulam tenebant, per transfugam
à Solone ad id miſſum, monitos nobiliſſimas Athenienſiũ matronas, ſolẽnẽ Choreã in Go-
liade, patrio ritu, Cereri celebrare. Facilis futura eis rapina, omni uirili cœtu inde excluſo. Me-
garenſes in ſpem prę̨dæ erecti, nauim cõſcendũt, quos procul intuitus Solon, impuberes ado
leſcentes, muliebri cultu ferrũ ſub ueſtibus habentes, Choreã in littore, ut mulierũ ſpeciem ap

plicantibus

A plicantibus præberent,agere imperat. Qui ſimulac claſſem attigiſſent,ferro occupatã,in ſuoꝝ
aduẽtu ui tenerẽt. Atq; ita Megarẽſes,ſpe p̃dæ,in littus egreſſos in Athenienſiũ poteſtatẽ ue/
niſſe,quorũ nauibus hoſtes uſi,inſulã ſubito incurſu occupauerint. Altera fama eſt æque cele
bris,oraculi monitu Solonẽ cũ quingẽtis Athenienſiũ in inſulã noctu nauigaſſe,in inſidijſq;
poſt promõtoriũ,quod Eubœã ſpectat,ſediſſe. Megarenſes incertis rumoribus exciti,hoſtes
haud procul abeſſe,ſpeculatoriã p̃mittunt nauim. Eam Solon in poteſtatẽ redactã, Megari/
co ornatu lectiſſimis iuuenũ dedit,qui quaſi uani rumores fuiſſent,pacati pro Megarẽſibꝰ ur/
bem annauigarẽt. Ipſe terreſtri itinere mœnia adortus,in ſe quicq̃d hoĩm in urbe fuit, ſubito
exciuit,ita hoſtibus terreſtri p̃lio intẽtis,qui in naui erãt improuiſo appulſu urbẽ occupãt. At/
tulit ea res multũ ſplẽdoris Soloni,cæterũ Megarẽſibus inſulę obſeſſioni adhuc incũbentibꝰ,
poſt multas & uarias utriuſq; ciuitatis clades, apud Spartiatas iudicio eſt utrinq; certatũ, in q̊
maior adhuc gloria Soloni q̃ſita eſt. Fert̃ in Salamine uẽdicanda Homeri teſtimonio uſus.
Poëtæ carmẽ fuit: Biſſenis Salamine Aiax cũ nauibus ibat. Cecropidũ quo caſtra loco poſue/
re phalanges. Pileũ p̃terea & Euryſacẽ Aiacis filios ciuitate ab Athenĩeſibꝰ donatos,& ab his
inſulã dono acceptã,& illud additũ ꝙ Salaminij Athenienſiũ morẽ ſecuti,defunctos cum hu
mi cõderẽt,ad occidentẽ non ad orientẽ,ut Megarẽſes ora uerterẽt. Pythiũ p̃ter cætera oracu/
lum Athenienſiũ cauſam iuuiſſe fert̃,cuius uoce Ionica Salamis appellata eſt. Secũdũ id iudi
ciũ p̃tor creatus eſt Solon,cũ ferendarũ legũ poteſtate,in quibus cõſcribẽdis Epimenidis Phe
ſtij opera uſus dicit̃,qui ex Creta per id tẽpus ad piacula q̃dã ſacrorũ expianda ab Athenien
ſibus accerſitus,à Solone fuerat in amicitiã receptus. Hũc quidã ſapientũ numero adijciũt. Mi
rũ eſt q̃d de eius ſomno memoriæ prodiderũt quidã,ſeptẽ & quinquaginta annos in ſpelũca
quadã ſopore p̃ſſum iacuiſſe,tum demũ excitatũ quũ in apertũ exiuiſſet,faciẽ rerũ circa ſe tã
breui mutatã ſtupuiſſe,uideri namq; ſibi paululũ dormiuiſſe,admiratiõis itaq; plenus domũ
diuertit,ubi uix à maiore fratre qui iam ſenex erat,ſit agnitus. Eius rei fama Græciã peruaga/
B ta,ut ſuperis chariſſimus,in multa deĩceps ueneratione fuit. Inter cætera diuinatiõis eius ora/
cula,illud memoriæ eſt proditũ,Munichiã locũ Athenis munitiſſimũ,diu cõtẽplatus, dixiſſe
fert̃,incredibili rerũ futurarũ cæcitate mortales teneri,certo ſcire ſe Athenĩeſes fuiſſe locũ ip̃m
dentibus diruturos,ſi proſpicerẽt quãta inde mala in poſterũ ciuitati imminerẽt.. Simili q̊dã
p̃ſagio Thaletẽ Mileſiũ adductũ ferũt,qui in parte Mileſij agri admodũ ignobili humari uo/
luit,quoniã ibi Mileſiorũ forũ aliq̃n eſſet futurũ. Epimenides expiata urbe in Cretã reuerſus
eſt,ubi quatuor & q̃nquaginta ſupra centũ annos natus uita deceſſit,ut Colophonius ſcripſit.
Cretẽſes tercentũ uixiſſe annos p̃dicabãt. Solon omniũ primũ alieni æris tabulas decreto re/
ſcidit,ne cui deinceps liceret in nexũ fœnerari,quidã non ſorte ſed fœnore leuatos inopes pro
diderũt,ea tabularũ abolitio Siſachthia noĩata eſt. Draconis decreta q̃dã(nã is Athenĩeſibus
leges aliquãto prius ſcripſerat)ob pœnarũ magnitudinẽ cẽſuit abrogãda. Oĩbus ferè legibus
quas ille tulit,pœna erat morte definita,ut ocij & deſidię cõuicti,capite plecterẽt̃. Qui olera fru
ctusue alieno prędio ſublegiſſent,eodẽ q̊ & parricidæ ſupplicio punirẽt̃. Pręſcripti huius atro
citate magno poſtea cõſenſu excepta Demadis oratoris clariſſimi uox eſt, q̃ Draconis leges
ſanguine notatas dixit. Ipſe Dracon rogatus ad quid om̃ia indifferẽter delicta capitali aĩad/
uerſione uindicanda exiſtimaſſet,ita occurriſſe fert̃,minora flagitia à ſe morte digna iudicari,
maioribus ſceleribus idcirco nullũ atrocius ſuppliciũ à ſe irrogatũ,quia haud maius morte ul
lum reperire potuiſſet. Ciuitatẽ deinceps Solon cenſus,æſtimatione in ordines diſtribuit. In
primo ij fuere,quibus quingentorũ Medimnũ eſſet cenſus. Secũdo dein loco aſcripti,qui tre/
centis cenſi forent,equoſq; alere poſſent. Tertius equorũ onere adempto,pari cenſu æſtima/
tus. Et ex his ferè ordinibus magiſtratus creati,qui infra fuerũt mercenarij nuncupati. Cõcio
nis habendę, iudicãdiq; munia, cæteris excluſi magiſtratibꝰ obibãt,quã ciuilẽ cõſtitutionem
uidet̃ mihi Romæ Seruius Tullius,magna ex parte,imitatus. Cõſiliũ in Ariopago ex annu/
is magiſtratibus cõſtituit,inſtituti huius Draconẽ autorẽ prodiderũt quidã. Secũdũ hæc,quæ
dixi,ut omnẽ Solon ciuilis diſcordiæ occaſionẽ in futurũ tolleret,ne temeraria multitudo in/
certis(ut ſolet)flatibus iudicia turbaret,ex quatuor tribubus quæ Athenis erant,quadringen/
tos legit uiros ex ſingulis centũ,his permiſſum,ut q̃ Ariopagitæ decreuiſſent, ſi æqua uiſa fo/

Salamis ab Athenienſibus occupatur.

Mos humãdi diuerſus.

Epimenidis ſomnus.

Thaletis diuinatio.

Siſachthia.

Draconis leges ſanguine notare.

Solonis cenſura.

Attende legem.

rent,probarēt,ſi minus eſſent placita,pari poteſtate reſcinderēt. Atq; ita,uelut duabus ancho
Legum capita. ris nixus,aduerſus oēs fluctus īmobilis māſurus ciuitatis ſtat⁹ uideri potuit. Parricidij affecta C
teq; tyrānidis dānati,ne magiſtratū caperēt,lege uetuit,nec hos ſolū ab honorū petitiōe exclu
ſit,ſed eū quoq; qui orta in ciuitate ſeditiōe,neutrā partiū ſecut⁹ eſſet,mali ciuis eſſe ratus,quum
proprias ratiōes in tuto collocarit,nulla cōmuni cura ſollicitudineue teneri. Habuit nec min⁹
admiratiōis illud,ut fœminæ quæ uiros paꝝ ad rem uenereā idoneos ſortitę eſſent,unū quē uel
lent,ex mariti propinquis,ipune admitterēt. Pecuniarias dotes è medio ſuſtulit,ut pauca ueſti
mēta,& uaſa quædā paruo empta,paterna domo ferret mulier,teſtat⁹ cōiugij ſocietatē,non pre
cio,ſed natorū charitate iungi oportere. Ne in defunctos uita maledicta iacerent. Si qs in ſa
cro,aut in iudicio,ciui cōuiciū feciſſet,quinq; drachmis mulctaret. Legandæ pecuniæ,cætera
rūq; rerū facultatē teſtari uolētibus ꝑmiſſum,quū pri⁹ patrio īſtituto in familia eſſe debere cē
ſerent,quæ amicitia propinquitati ꝓlata eſt,& gratia neceſſitati,in eo cautū,ne demētia ſubdola
ue perſuaſiōe fieret. Ploratus & lamētatiōes in alieno funere ſuſtulit. Nec ſubſidia alimētaue
ulla filius patri deberet,a quo nō arte eſſet aliqua ad uſum uitę īſtitut⁹. Qui illegitimo eſſent tho
ro procreati,neu parētes alerēt. Enīuero qui meretriceo nō abſtinet cōgreſſu,is ꝓbelle demon
ſtrat,ſe nō liberorū ꝓcreationi,ſed uoluptati ſtudere,ſeq; ipm mercede priuat. Mœchū in ad
ulterio depꝛhenſum,impune necari uoluit. Qui uim ingenuæ uirgini attuliſſet,decē drachmis
mulctari. Ius uēdendæ filiæ ſororiſue ſuſtulit,niſi uirginis adhuc in ſtupro depꝛhēſæ. Qui Iſth
mia uiciſſet,centū drachmas,qui Olympia,quingētas pmiū ferret. Qui lupū uinctū attuliſſet,
quinq; drachmas ex publico acciperet,qui Lupā,drachmā unā. hoc pecoris,illud bouis pꝛciū.
Vetus fuit Atheniēſiū hanc beluā auidius ſectari,quippe quæ æque ſit pecuariæ rei & agrorū cul
tui infeſta. Ex omī genere frugū mel & cærā extra Atticos fines aſportari ꝑmiſit. Nullū ciuita
te donari,niſi opificē,qui cū tota domo ſe Athenas cōtuliſſet, aut ꝑpetuo exilio natali ſolo pul
ſum. Hæc illius inſigniora legū capita,quæ ſum eo ſtudioſius executus,quod ex his, uelut ex pri
mario quodā fonte manarūt leges,quib⁹ poſtea Romani uſi ſunt. Cæteꝝ operæpreciū eſt legē D
Fons Romanorum legum. tibus cognoſcere,quæ fuerint magnarū urbiū ab initio leges & inſtituta,quæ aut pmiū ꝓpo
nunt,aut puniunt, quibus uinculis ciuitates ipſe,ut Solon pclare ſcripſit,cōtinent. Idē ſuas le
ges ligneis tabulis,quas Axianas dixere,notatas in centū annos ſanciēdas curauit,haud igna
rus fore,ut his ciuitas lōga tēporis intercapedine aſſueta,in perpetuū deinceps ſanciret. Hero
In tabulis inciſæ leges dotus in decem annos: Atticis legibus cautū prodidit,ſed ut omīa ſanctius cuſtodirent,in So
lonis uerba Senatus populuſq; in foro ad lapidē iurauit,ipſe ad omēs diſceptationes declinā
das,quæ praua legū interpretatione in dies magis oriebant,in Ægyptū nauigauit,multumq;
Solon in Aegyptum nauigat. ibi dedit operā eius gentis ſacerdotibus. Inde in Cyprū delatus Philocypro regulo autor exti
tit,ut urbē Epenā in Cilicia,à Demophoōte Theſei filio olim cōditā ampliaret,ī opportunio
Soli. remq; transferret locū,quod ille ſecutus in autoris memoriā Solos deinceps dixit. Cōgreſſus eſt
& cum Thalete Mileſio,apud quē de re uxoria,deq; liberis orto ſermone, quū utrunq; ultra
Thaletis cōmentum. modū probaret Solon,miraretur q; Thaletē eū eſſe, qui nunq; procreationi operā dediſſet,
rem ille cōmentus eſt haud memoratu indignam. Hominem ſubornauit,qui ſe Athenis illis
ipſis diebus Miletū applicuiſſe diceret,inde de ciuitatis ſtatu appellatus, oīa ibi florere diceret,
unū duntaxat ſub id tēpus,quo inde ſoluiſſet,lugubrē caſum accidiſſe,quod clariſſimi uiri filius
unicus,cuius pater peregrinari diceret,adoleſcens pclare indolis fato cōſumptus eſſet,cuius fu
nus tota ciuitas magno eſſet luctu proſecuta. Tum demū de patris noīe rogatus,excidiſſe id ſi
bi diceret,quod ſibi ſubijceret,poſſe ſe facile reminiſci. Poſtridie igit quū frequēti foro,ambo de
more inambularēt,obtulit ſe ille ex cōpoſito. Hic ad primā funeris mētionē quū Solonis ani
mum perculiſſet,moxq; fabulæ progreſſu hoſpes ille eo perueniſſet, ut tantū patris nomen
Fœdum in Solone ſpectaculum. reticeret,cætera haud dubie filij interitū Soloni nunciarent,quū iam amenti ſimilis,ipſe ſuum
nomen ſubieciſſet,atq; id ipſum eſſe nauta affirmaſſet,doloris magnitudine uictus, perſonæ
ſimul ſuæ,atq; loci oblitus,ſeſe humi affligit,capillumq; & barbam ululatu alternis manibus
conuellit,mugitu eiulatuq; totū complet forum. Omnis multitudo fœditate rei confeſtim in
eum unū conuerſa eſt. Thales uanæ illius cōflictationis conſcius,aliquādiu paſſus eſt hoſpi
tem inſania illa muliebriq; lamētatione debacchari. Poſtremo afflictū humo leniter attollēs,
ſis,inquit,

ſis,inquit,bono animo Solon,uiuit filius tuus. At uolui te nõ ignorare ad q̃d inſaniæ liberoꝝ
A amor parẽtes adigat,& q̃ nõ inepte faciãt,q hæc aïorũ uincula,quũ honeſte poſſint, effugiãt.
Fuit deinceps Solon nõnihil apud Crœſum ab eo Sardis accerſitus,ibiq́ꝫ regios intuitus the/ 

Crœſus Tellus.

ſauros,rogatus ecquẽ mortaliũ feliciſſimũ,aut quẽ Crœſo feliciorẽ arbitrare͏̃t. Tellũ,inq̃t, A/
thenienſem uirũ optimũ,quiq́ꝫ optimos quũ haberet filios,fortiter pro patria dimicãs, occu/
buit.Iniquo id Crœſus tulit animo,atq́ꝫ iterũ ſciſcitatus,quẽ,inquit,ſecũdũ Tellũ iſtũ, cui⁹ for
tunã tantis opib⁹ p̃tuliſti,beatiſſimũ hoĩm iudicas?Cleobẽ,r̃ndit & Bythonẽ fratres egregio
mutuoq́ꝫ inter ſe amore,pietateq́ꝫ in matrẽ inſigni,cuius currũ quum boues iumentaq́ꝫ deeſ/
ſent,æquatis iugo ceruicibus ad Iunonis templũ pertraxere,q̊d pientiſſimũ ſpectaculũ quũ to
tius in ſe multitudinis oculos uertiſſet,eſſetq́ꝫ mater omniũ uoce felix iudicata, ipſi poſt ſacra
epulati media noctis quiete ambo aïam exhalaſſent. Crœſus adhæc ira incenſus,ergo me,in/
quit,negas in beatis & felicibus habendũ?Tum Solon,nulla ,inquit, rex,ut arbitror, mirãda
res eſt,quæ fortunæ ſubiacet,nec qui eã poſſidet à me unq́ꝫ felix iudicabit̃.Sapiẽtes uiri eũ feli
cem arbitrari ſolent,cui optatiſſimus uitæ exitus contigit. Nec multo plura deinceps locutus,
Sardibus diſceſſit. Nec abeuntẽ Crœſus ullo eſt honore proſecutus.Erat tum ibi Æſopus fa/
bularis hiſtoriæ autor,qui quũ in magna eſſet apud regem dignatione,moleſteq́ꝫ ferret Solo
nem inhonoratũ mitti, monuiſſe eũ dicit̃ regũ cõſuetudine,aut minime,aut q̃ placidiſſime uti
oportere. Cui ab eo ita eſt occurſum,imo Hercule aut minime,ut ais, aut q̃ optime. Athenas
reuerſus,ciuitatẽ graui ſeditiõe turbatã inuenit.Erant tres in ea celebres factiones, quarũ uni/
us princeps fuit Piſiſtratus,homo callido ingenio,dominandiq́ꝫ cupidiſſimo, qui ut ad prin/

Piſiſtrati uia ad tyrãnidem.

cipatum,quẽ animo cõceperat,cõmodiorẽ ſibi faceret gradũ , inopũ cauſam aduerſus diuites
ſuſcepit tuendam.Nouiſſime quaſi ab hominibus aduerſæ factionis inſidijs exceptus, curru
in publicũ delatus,uulnera populo oſtentat,quæ ipſe ſibi intulerat,ibiq́ꝫ multa queſtus,ꝙ ob
ſuum in plebe ſubleuãda ſtudiũ capitalibus petitus eſſet inſidijs,nec homines aduerſæ factio
B nis inſidiari deſituros,q̃diu ipſe de multitudinis cõmodo cogitaret. Cõmendare igit̃ ſalutẽ ſu
am populo,pro q̊ capitales ſubijſſet ſimultates,certo ſcire ſe niſi aliquo publico p̃ſidio ſtaret,
breui futurũ,ut inimicorũ fraude opprimeret̃,nihil minus affirmans tutũ homini,q̃ inter eos
uiuere,q & nocere poſſint,& uelit. His ille facile obtinuit,ut circa ſe p̃ſidij cauſa L. armatos ha
beret uiros. Hi ab ipſo armorũ genere Corynephori ſunt nominati:ea Piſiſtrato materia da
ta eſt tyrannidis ſibi ſtabiliendæ. Ferunt Solonẽ diu multũq́ꝫ obſtitiſſe,q̃ q̃ iam grandis natu
ne uiro dominãdi cupido latus armis cõmunirent. Fugere alios Piſiſtrati artẽ,ſe aũt perſpicue
cernere,q̃ pernicioſa ille libertatiq́ꝫ inimica animo agitaret cõſilia. Publice hæc Solon in Piſi/

Piſiſtratus tyrannidẽ occupat.

ſtratũ,quæ poſtea eſt carmine cõplexus. Aſpicite in linguã,& blandi fallentia cunctos, Verba
uiri,qui nos uulpinis paſſibus ambit. Permiſſum Piſiſtrato eſt ut non ſolum Corynephoros
publice decretos haberet,ſed ſi maiore adhuc opus ei eſſet p̃ſidio,ad libitũ ſibi cõpararet. Hu
iuſmodi ille occaſione fretus arcẽ armis occupat,apertamq́ꝫ exercet tyrannidẽ. Fit cõtinue ab
Alcmeonidis fuga,qui diuerſæ erant factionis. Solon clare uociferari,eſſe libertatẽ armis repe
tendã,facilius dictitans potuiſſe adoleſcentẽ tyrannidẽ opprimi,ſed multo pulchrius fore ad/
ultam reſtingui. Quũ his ille parũ omnino proficeret,ex publico domũ reuerſus, in angipor/
tu arma quęcunq́ꝫ domi habuit,ordine diſpoſuit,deos homineſq́ꝫ teſtatus,nihil à ſe, q̊d ad ci
uium libertatẽ attineret,pretermiſſum. Monitus ab amicis fore,niſi urbe excederet,ut Piſiſtra
ti iuſſu interficeret̃,in ea eſſe perſeuerauit:rogatuſq́ꝫ,qua fretus ui in ſentẽtia permaneret, ſe/
nectute,inquit,audacior fio. Cæterũ tantũ abfuit,ut Piſiſtratus illi aliquo modo nocuerit, ut
in ſummo etiã honore ſit ab eo habitus. Nec in ea re ſolũ popularẽ præ ſe animũ tulit tyran/

Piſiſtrati leges.

nus,ſed & leges quas Solon tulerat,magna ex parte cuſtodiuit,nouas aliquot adiecit,ut qui o/
culos in bello amiſiſſet,publice aleret̃,etſi Heraclides ponticus hanc quoq́ꝫ ad Solonẽ non Pi
ſiſtratũ retulit. Ipſe ut Epheſius Phamias prodidit,minus biẽnio poſt libertatẽ tyrannide op
preſſam,ſuperfuit,ut alij multo lõgius. Ariſto. fabuloſum exiſtimat ſermonẽ à maioribus de
ei⁹ cinere uulgatũ, qui ipſius iuſſu ſit circa Salaminẽ diſſipatus. Vixere cũ Solone & alij ſapiẽ
tiæ nomẽ adepti,& in his Bias Priene⁹ Teutami filius,qui Meſſenias redemit puellas,parenti
buſq́ꝫ adiecta dote reſtituit,ob idq́ꝫ Meſſenij Tripodẽ illi in mari à piſcatoribus repertũ,inſcri

Bias Prieneus.

 ptumq́ꝫ

ptumq; ſapiēti, ut uiro ea appellatiōe digno publice miſerūt. Eū Bias repudiatum Apollini,
quia ſolus is ſapiēs eſſet, mittēdū cēſuit. Huius freti cōſilio Prienei, ab Halyatte Lydorū rege C
tritici aceruos mētiti, q̄d Mileſios alij feciſſe aiunt, pacē ĩpetrarūt. Biantis cōmentū fuiſſe aiūt,
ut ſub legatorū à rege acceſſum, arenarū cumuli tritico cooperti, in publico cōſtruerent̃, ut la/
xitate annonæ Prienei diutius bellū laturi uiderent̃. Ipſe iā grādis natu, cū pro hoſpite cauſam
dixiſſet, ceruice in nepotis ſinū reclinata, expirauit. Inter multa & uaria ei⁹ uiri Apophthegma/
ta illa uulgo memorant̃. Indignū hoīem nō eſſe ob diuitias laudandū. Quicquid boni in uita
cōtingat, ad deū referri oportere. Fuit & Cleobul⁹ Lindius Euagoræ filius illi æqualis. Duris
*Cleobulus Lindius.* Carē eum fuiſſe ait. Ad tria milia carminū ſcripſit. Extāt huius q̄q; aliqua ſapienter dicta, bre/
uibuſq; ſentētijs cōplexa, in quibus eſt illud: Auditor potius q̄ multiloquus, magis ſtudioſus,
q̄ indoctus. Scripſit & celebre Epigrāma illud in Mydā regē, & alterū de ratione anni, multo
ingenioſius, quod ad Homerū quidā referūt. Eſt unus genitor, nati bona pignora bis ſex. Tri
ginta cuiq; natæ ſed diſpare forma. Hæ niueæ aſpectu, nigræq; coloribus illæ: Atq; immorta/
les oēs moriunt̃ ad unā. Extat eius epiſtola ad Solonē, qua illū occupatū à Piſiſtrato patria
*Chilon Lacedæmonius.* ad Lindū incolendā inuitat. Æqualis his Chilon Lacedæmoni⁹, Demageti filius, cuius tria il
la aureis literis cōplexa, in Delphici Apollinis tēplo inſigniter inſcripta dicunt̃: Cognoſcete
ipm. Lis & æs alienū comites miſeriæ. Ne quid nimis. Nec me latet quid de primo Apophte/
gmate alij opinati ſint: perijt Chilon immodica lętitia, quū filiū Olympiæ coronatū, in cōple/
*Anacharsis Scytha* xibus teneret. Quo haud dubie apparet, facilius eſſe pręcipere, q̄ q̄ p̄cepta ſint ſeruare. Quidā
Anacharſim Scythā in ſapientū numerū repoſuere. Fuit is Caduidi regis frater. Extat ei⁹ epi/
ſtola ad Crœſum regē in hanc ſententiā ſcripta: Lydorū rex in Græciā ueni, Græcorū ſtudia
& inſtituta percepturus, auro aūt nihil egeo, ſatiſq; eſt mihi, ſi melior ad Scythas, doctiorq; re
uertar. Pergā tamē ad te Sardis, cupiens me tibi familiarē & amicū fieri. Sunt q figularis rotæ
& anchoræ inuētum ad hūc referāt. Plinius hanc ad Tyrrhenos refert: Figulinā artē ad Cho
*Miſon Cheneus.* rebum Athenienſem. Miſon Cheneus Strimonis filius, an in ſapientū ordinē uenerit, dubi/ D
*Pherecides Syrius* tatū, ut uideo, eſt. Anacharſis rogatus quē ſe ſapientiorē putaret: Cheneū Miſonē reſpōdit. Il
tranſitu exercẽtˀ, in armis & madidis ueſtibꝰ perdurãt, paſcũt, ruſticantˀ. Fructibus, Thermitho
Glandibus, piris agreſtibꝰ, ueſcuntˀ. Quotidianꝰ cibus, poſt curſum cęteraſq́ꝫ corporis agitati
ones, panis duriſſimus. Cardamũ & Salis granũ, aſſæ carnes indifferẽter & elixæ. Aqua potꝰ.
Venantˀ miſſilibus telis, ex equo arcu & ſagittis uſi, utuntˀ & funda, ante meridiẽ arbores ſerũt,
radices effodiũt, arma fabricantˀ, aut lino & retibus ſtudent. Pueri auro exornantˀ, & in primis
delitijs. Pyropus eſt illis lapis. A uigeſimo anno ad quĩquageſimũ militãt. Forẽſem uſum nõ
norunt. Neqꝫ uendũt quicq̃ neqꝫ emũt. Cetra in Rhombi ſpeciẽ ad bellũ inſtruuntˀ, ac præter
pharetrã, ſagarim, & ſicas, habent & pileũ turritũ. Squamoſum geſtant circa pectus thoracẽ.
Principes anaxiridem triplũ habent, & tunicã manicatã, ad genua demiſſam, intus candida
fultura, exterior pars colore infecta. Amictũ æſtate purpureũ, hyeme uariũ, Tyaras Magorũ
infulis ſimiles. Vulgus duplici muniũtˀ tunica, ad media uſqꝫ crura demiſſa, circũ caput Sindo
nij ueli uolumẽ ingens. Lecti & poculorũ ornatus ex auro & argento. De rebus maximis non
niſi medio potu cõſultãt, eam demũ cõſultationẽ firmiorẽ rati, q̃ q̃ à ſobrijs ſit inita. Noti in
Magorum ritus. ter ſe, & æquales, oſculo ſe in occurſu excipiũt: Qui humiliore fortuna ſunt, uenientẽ adorãt.
Solo ſepeliũt corpora, cæra oblinẽtes. Magos inſepultos abijciũt auibus laniandos. Hi cũ ma
tribus inſtituto quodã peculiari coëunt. At ritus moreſq́ꝫ Perſarũ tales ut alij ſcribũt olim fuẽ
re. Adijcit his pauca Herodotus, haud memoratu indigna, ut ridere corã rege, aut ſpuere ne/
fas duxerint & flagitioſum. Græcos ab his rideri, quibus perſuaſum eſſet, deos ex hoibus or/
tos. Qui ſemel deliquerit, ne regi quidẽ licuit non occidere. Quicquid nefas eſſet facere, idem
Cyri edictũ. & dicere nefariũ arbitrari. Spuere aut meiere in flumẽ turpe ac fœdũ haberi, turpiꝰ creditũ de/
bere, ſed oĩm turpiſſimũ mentiri. Cadauera nõ prius humare, q̃ à canibus, aut alite traherẽt,
& q̊d indecorũ cæterarũ ſit gentiũ opinione, parẽtes inopia adacti uulgo filias proſtituebant.
Quã q̃ Babyloniorũ id eſſet propriũ. Cyrus igitˀ, ubi Perſas, quos undiqꝫ ad ſe edicto accerſi/
uerat, adeſſe uidit, imperat his, ut locũ xx. circiter ſtadiorũ uepribus ſpiniſq́ꝫ obſitũ, unius diei
opera

A opera purgatũ ſibi redderet, ide diurno ope feſſis p̃cipit, ut poſtridie ſibi lauti adeſſent, ipſe ex paternis iterim gregib⁹ uim pecorũ ingẽte occidit, & cũ his boues plurimos, ut opipare tot hominũ milia, uno tpe prãderet. Tũ epulis eo tẽpeſtiue cõgeſtis, q̃ manus illa ſgens ex impio coitura erat, larga uini copia, ciborũq; elegãtia paſſim diſcũbentibus appoſita, multo luxu & hilaritate pars diei non parua acta eſt. Vbi uero abũde epulati ſunt, in cõcionẽ Cyrus eos uocat, ac primũ oĩm rogat, utra opa ſuauior animis fuiſſet, heſterna illa, q̃ inter uepres & ſpinas, in arcta locoꝝ feritate, ægre cõſumpta eſſet, an recẽtior, quã uirẽti prato, multa cũ uoluptate pauloante exegiſſent. Quũ magnũ eſſe inter utranq; diſcrimen, tota cõcio reclamaſſet, ut tantũ p̃ſens hæc haberet uoluptatis, quantũ ærũnarũ prior illa habuiſſet. Recte, inqt Cyr⁹, iudicatis, ſed aduertite uiri Perſæ, q̃ utraq; cõditio ſit ueſtris rebus nõ diſſimilis, ſiquidẽ uolẽtibus uobis honeſta ſequi, & mecũ audere q̃ uiros fortes decet, eadẽ lõgeq; maiora cõmoda adſunt, ſi minus ærũnæ nihilo heſternis illis inferiores nos poſteroſq; noſtros ppetuo p̃ment, Medorum iniuriæ, ſupbæq; dominationi obnoxios, quin agite potius, & me ducẽ ſecuti quẽ ad hęc ipm dij ab auita iniuria ſeruarũt, ut mihi meiſq; popularib⁹ non ſolũ ſeruitutis iugũ adimerẽ, ſed ademptũ etiã ſuperbiſſimis Medis ĩponerẽ, arma ſumite, bellũ p̃occupate, ui & audacia libertatẽ à Medo repoſcite. Nemo niſi ſua culpa diu ſeruiuit, uiri fortis eſt, aut pulchre uiuere, aut pulchre mori, q̃q̃ nihil eſt quod de uictoria dubitemus. Nã p̃terq̃ q uirorũ multitudine abũdamus, Medorũ principes, ut mihi ſcribũt, pleriq; ob Aſtyagis ſupbiſſimũ ĩperiũ, noſtras opes ſubita trãſitione iuuabũt. Celeritate opus eſt, ut nõ prius Aſtyages Perſas defeciſſe ſciat, q̃ bellũ inde ſibi illatũ ſentiat. Me ducẽ habebitis, cui priuſq̃ naſcerer, dij hãc uictoriã impiũq; portẽderũt. Quũ hæc ille peroraſſet, miro oĩm cõſenſu defectio ſecuta, bellũq; in Medos decretũ. Aſtyages interim certior factus, de his q̃ à Cyro parabant, eũ ad ſe per nũciũ acceſſiuit. Cui Cyrus r̃ndiſſe dicit, ſe non multo poſt Aſtyagi affuturũ, ac fortaſſe citius q̃ ipſe uellet. Tũ Medus quũ iam bellũ haud dubie inſtaret, exercitũ accuratiſſimo delectu cõtrahit, ueterũq; iniuriarũ oblitus, Harpagũ uirũ fortiſſimũ ei p̃fecit, atq; ita paucis iteriectis diebus, Perſæ Mediq; cõgreſſi, ignobili multitudine Perſis ad cędẽ obiecta, Harpag⁹ cũ delecta hoĩm manu, ad Cyrum tranſijt. Medi qui in aciem deſcenderũt, magna ex parte cæſi, pauci turpiter diſiecti, ad regem peruenere. Nec Aſtyages animũ ad eam cladẽ remiſit, cæterũ multa Cyro minitans, primo Magos, quorũ ſuaſu eum adhuc puerũ dimiſerat, patibulo affixit, omnẽ ætatẽ ad bellũ armat, qua incõpta multitudine fretus, uenienti Cyro proceſſit obuiã. Fuitq; ſecunda hæc pugna nihilo Medis felicior, quippe qui non ſolũ uicti ſunt, ſed Aſtyages quoq; captus, in hoſtiũ poteſtatẽ uenit. Inſultare illi Harpagus, multaq; corã exprobrare, & in primis nefariã cœnam, qua ſibi filiũ epulandũ appoſuiſſet. Miratus Aſtyages hoĩs fiduciã, eum rogat, an ipſius opera Cyrus rebellaſſet, quũ ſua non alterius dixiſſet, ſtultiſſimũ eum iniuſtiſſimumq; Aſtyages appellauit, & q alij non ſibi regnũ cõparaſſet, q̃dq; ſuis popularibus, nihil tale meritis, non ſolum imperiũ, ſed libertatẽ etiã ademiſſet, atq; hoc maximo modo Cyrus Medorũ regnũ euertit, anno (ut Trogus meminit) ab eo, quo Arbaces Aſſyriorũ regnũ ſuſtulit, trecẽteſimo & quinquageſimo, qui quatermilleſimus fuit ab orbe cõdito, ſexcẽteſimus ac quadrageſim⁹, quũ Romæ interim Seruius Tullus rerũ potiret. In Macedonia Alcetas, Crœſus in Lydia, in Ægypto Amaſis, quorũ illi Cyrus, huic Cambyſes eius filius poſtea regnum ademère.

Concio Cyri ad ſuos.

Peroratio.

B

Vincuntur Medi.

Capitur Aſtyages.

ANNI MVNDI.

# ENNEADIS SECVNDAE LIBER VI.

ASTyage & Medis bello uictis, urbes & populi pleriq;, qui ad id tempus tributum ipſi genti pependerant, ſuam cum Medico regno conditionẽ mutatam rati, Cyri imperiũ ab initio detrectare cœperũt. Quæ rés illi multorum deinceps bellorũ prębuit materiam, ipſe in Perſidem reuerſus, Aſtyagem auum regno ſpoliatũ, nullo maiore incõmodo affecit, ſed quoad uixit, penes ſe in honore habuit, mitior ipſe in hoſtẽ, q̃ ille in nepotẽ fuiſſet. Sybarem quem per quietẽ admonitus, ſibi gerendarũ rerũ ſociũ aſſumpſerat, ob proſperũ rerũ euentũ Perſis pręfecit, ſorore illi prius connubio locata, inde in Babylonios mouit. Erat tum ibi rex Labynethus noĩe, qui late inter Aſſyrios opibus pollebat, fuit is Nitocris reginæ filius, ut Herodotus prodidit,

Cyri clementia.

prodidit,q̃ ut in eius urbis uetuſtate referẽda,antea fuit à me ſignificatũ,uarijs Babylonẽ ope C
Labynetus rex. tibus excoluit.Euphratẽq; iunxit põte,ut peruius eſſet uſus ciuitatis,qua flumine antea diréptã,nauigijs ab utraq; ripa ad alterã traijcẽdæ multitudinis mos fuerat.De magnitudie & apparatu urbis,quũ Semiramidis geſta exponerent,abũde,ut arbitror, memorauim⁹.Ioſephus barbara, ut ſolet,uoce non Labynethũ,ut Herodotus,ſed Baltaſarẽ ait à Cyro expugnatũ. Verũ quocũq; ille fuit noĩe,Cyrus domo profectus,quũ ad Gyndem amnẽ perueniſſet, q in Mãtienis ortus mõtibus, per Dardanios in Tygrim elabit̃.Tygris Opim urbẽ p̃teriẽs,rubro mari infundit̃,erat Gyndes nulla ſui parte uadabilis,& ob id nauigio traijciẽdus.Experiri interea Cyrus,ſiqua flumen tranari poſſet,quo accidit,ut ex ſacratis Phœbo equis,unus uiolẽtis
Gyndes à Cyro corriuatur. uorticibus arreptus,unà ſit cũ equite abſorptus.Tulit eam rem Cyrus iniquo aĩo, expeditioneq; intermiſſa,totũ exercitũ ad fluuiũ ipm in riuos diducendũ admouit,atq; ita paucis dieb⁹ in centũ octoginta alueos corriuatũ,mulieribus,q̃d ſe facturũ iurauerat, reddidit uadabilem,
Aſſyrij in urbem cõpelluntur. ipſe in hũc modũ fluminis iniuriã ultus,Babylonẽ p̃gredit̃.Nec Aſſyrij ad bellũ imparati erant,ut qui iam multo antea Perſarũ acceſſum fuerãt p̃ſtolati.Vbi primũ igit̃ Cyrus circa urbem cõſedit,Aſſyrij mœnibus egreſſi,acieq; cõfligere auſi,uicti cũ multa ſtrage ſunt ad urbẽ fugati. Lõga deinceps fuit obſidio,quã Babylonij,ut in urbe munitiſſima, omĩq; cõmeatuũ gñe referta,ferociter cõtẽnere,futurũ rati ut hoſtis lõga obſidione fatigatus,& ad deſperationẽ cõpulſus,ſpõte obſidionẽ ſolueret.Sed lõge aliter euenit, ac illi perſuaſũ habuêre. Cyrus haud ĩ ocio eſſe,ſed mẽte & oculis iueſtigare,qua potiſſimũ uia,in urbe irrũperet.Demũ,ſiue ipſe ſibi explorãdo,ſiue alius id mõſtrarit(paꝝ eñ id cõſtat)in urbe expugnãda tali eſt cõſilio uſus.Bipertito copias mœnibus admouit,& qua parte Euphrates urbi infundit̃, quaq; inde egredit̃.Edictũq; eſt Perſis,ut inſtructi paratiq; ſtarent,occaſionẽ opperiẽtes,ut quũ fluuij decremẽta ſenſiſſent,atq; circa riuos tranabilẽ factũ,cũ repente ingreſſi in urbẽ euaderẽt. Cyrus ipſe cũ multitudi e minus ualida ad lacũ cõtendit,in quẽ olim Nitocris regina Euphratẽ corri
Expugnatur Babylõ. uauit,cũ fluuio pontẽ impoſuit.Huius itaq; alueo cõfeſtim repurgato,repẽte oẽm aquaꝝ uim D in eum detorſit.Agebãt forte diẽ illũ ſolennẽ Aſſyrij,erantq; choreis & epulis intẽti,oĩm reꝝ ſecuri,quũ alueo aquarũ defectu exinanito,Perſæ priuſq̃ res ab ullo aĩaduerſa ſit, urbẽ haud uno loco irrupere.Herodotus autor eſt,potuiſſe eo die Cyri exercitũ deleri,ſi Aſſyrius explorato hoſtiũ ingreſſu,portulis quæ ad fluuiũ ducũt,ſubito obſeratis,riparũ faſtigia occupaſſet, unde Perſas fluuio & ripa incluſos,& ob id ad oẽm iniuriã obnoxios,telis & lapidibus superne obtriuiſſet.Sed ciuiũ negligẽtia,quę cũ cæteris rebus,tum in bellis multis pernicioſa fuit,factum eſt,ut prius ſint Perſæ oppido potiti,q̃ qui in urbe erãt ſe expugnari ſenſerint.Mira qui
Artabus. Medimnus. Chœnix. dem & penè à fide abhorrẽtia ſunt,q̃ Herodotus de Aſſyriorũ regũ opulentia tradidit,Artabum argenti plenã quotidie ab ijs,qui pro regibus tributũ poſtea exegere,fiſco inferri ſolitã, fuiſſeq; id mẽſuræ genus Attico Medimno capacius,Medimnũ tribus impleri Chœnicib⁹, Chœnicẽ octo & quadraginta cyathis,qua mẽſura colligit̃,quantũ argẽti pondus ſingulis die
Aſſyriæ feracitas. bus tributi noĩe regibus penderet̃.Nec illud minus memorabile,eoſdẽ habuiſſe reges ad fœturã ſexdecim equarũ milia.Raro in Aſſyria(ut pauca de terra dicã)pluit,quicqd in ea frumẽti prouenit fluminis irrigatione parat̃,non ſua ſponte,ut in Ægypto,ſed accolarũ ingenio & labore diffuſi,tanta alioqui ubertas,ut ducena uulgo,& ubi eximie ferax eſt,trecentena meſſe redũdet tellus,quaternũ digitoꝝ latitudine tritici & hordei folia.Seſami & Milij proceritatem
Mira Euphratis nauigatio. inſtar arborũ attolli,quę oĩa ſibi explorata,quũ eam terrã perluſtraſſet, cũctantius tamẽ Herodotus memorãda cẽſuit,uelut paꝝ credibilia ijs qui ea non uiderint,talia proderet̃, palmis ueſcunt̃,ex quibus mel & uinũ cõficiunt.Fluuialibus nauigijs utunt̃,in ſpeciẽ clypei orbiculatis,non puppi,non prora diſcretis,quæ ſuper Aſſyrios in Armenia ſalicibus texũtur,crudo corio exteriore parte obducto,duo plurimũ illa dolijs palmacei uini onuſta, ſecũdo fluuio cõtis agunt,qui ubi Babylonẽ uenere,expoſita merce nauim diſſoluunt, coriaq; cõplicata in aſinũ, quẽ ad hoc ipſum aduexẽre, imponũt,præ nimio eñ impetu aduerſo Euphrates fluuio nauigari non poteſt.Inde ubi in Armeniã rediẽre,recẽtiora cõficiunt,eodẽ argumẽto ſuperin
Euphratis ortus. ducto,quo apparet coriorũ magis,q̃ lignorũ p̃ſidio Euphratẽ nauigari.Oritur fluuius in Periarde monte maioris Armeniæ,haud procul à Tygridis fonte,per Aſſyriã inde & Babylonẽ lapſus,

A lapſus,in rubrū mare euoluit. Amiciūt Aſſyrij(qm̄ ad hoc uētū eſt,ut de ei⁹ gētis ritu & moribus loq̄remur)duab⁹ tunicis,linea una ad pedes demiſſa, altera lanea breui,candidaq̄ ſtola his ſupiniecta,calceos pedib⁹ īducūt,quales Thebanæ ſoleæ fuerūt. Alūt comas,mitraq̄ redimiūt,unguētis delibuti,in publicū exeūt,annulū ſignatoriū ſinguli hn̄t,& ſceptrū affabre factū,cui malū,aut roſa,aut liliū,aut aliud ſimile ſit īpoſitū,ſine īſigni aliq̄ id geſtare indecorū & turpe creditū. Ex legib⁹ qb⁹ ea gens uſa dicit̃,ea mihi res memorabilis uiſa eſt, q̄ uirgines iā maturæ uiro,in publicū ꝑductæ,ſingulis annis ijs uenales ꝓponebāt,q uxores ducere uellēt, dabant̄q̄ prio uænū formoſiſſimæ q̄q̄,qbus minus ſpectata erat forma,& quas non mō nō q̄ſq̄ ſibi mercatur⁹ fuiſſet,ſed ne gratis q̄dē alioq ductur⁹,ea pecunia q̄ fuerat pulchriorib⁹ uēditis ī publicū redacta,cōnubio locabāt. Herodot⁹ autor eſt, hūc olī morē ī Venetis Illyrico finitimis ſeruatū,idq̄ fama ſe cōpertū habuiſſe. Ego tenuerit ne mos ille gētis aliqn̄,haud multo plus q̄ ille cōpertū habeo,tn̄ affirmare poſſum, Venetijs cuius urbis opes hodie terra,mariq̄ īſigniter pollēt,inter p̄clara ciuitatis īſtituta,uirgines furto cōceptas,& ad limen pietatis expoſitas,ex publico ad nubiles uſq̄ annos,in opto,ſub tetrica diſciplina īſtitui,q̄ ſunt elegātioreforma,qm̄ ſint īgenue īſtitutę,aut ſine dote matrimonio locari,ijs p̄ſerti q piculo aliq̄, aut graui morbo ſeruati,uotorū dānati,eas ſibi in uxores depoſcūt. Alij pudicitiā ſecuti, aut formā,ſine dote ipſas ſibi uirgines iungūt,modo ij ſint,q liberaliter quas duxerint habituri exiſtiment,aut ſi nihil horū ſit,minus graui dote nubūt,q̄ forma p̄ſtāt, q̄ ſi facie fuerint parū liberali,etſi pari diſciplina inſtitutæ. Altera Babyloniorū lex,q̄ utilior,eo magis memorabilis,quū null⁹ ab initio in his eſſet Medicorū uſus,lege ferūt cōparatū,ut qui ęgrotare cœpiſſent,eos de morbo cōſulerēt,q idē lāguoris genus paſſi eſſent,medicaq̄ ad id leuādū opē aliquā experti. Apud alios ſcriptū reperio,in publicū ęgrotos deferri ſolitos,legeq̄ cautū,ut q aliqn̄ ægrotaſſent,male affectos circuirent,docerētq̄ ſingulos,qua ipſi ope potiſſimū adiuti, aliqn̄ morbo defuncti eſſent: Eorū ſepulchra ī melle,funebris luct⁹ q & Ægyptijs,q cū uxore noctu cōgreſ

B ſus eſt,nihil pri⁹ uterq̄ tāgit,q̄ lotus fuerit. Fuēre in his familiæ q̄dā,nulla re alia, niſi piſcibus uictitātes,q̄s ad ſolē areſactos,piſtilliſq̄ tuſos,ex eaq̄ materia aſſeruata,undiq̄ reſperſa,offas cōficiebāt,torrebātq̄ eas in uſum panis ad ignē. Herodotus Babylonijs uictis in Maſſagetas Cyrū mouiſſe ait,ubi cū uniuerſo exercitu perijt. Trogus & alij in Crœſum Lydiæ regē, oēm belli impetū ex Aſſyria cōuerſum ꝓdidere. Succeſſit Crœſus Aliatti,cuius haud uno eſt loco mētio à nobis facta,tātæq̄ uni opes contigere,quātæ regū oīm q tū in terris eſſent nulli,q̄ppe q ex cōgeſtis opib⁹ adeo pependit,ut Solonē à ſe inhonoratū dimiſerit,q̄ mortaliū feliciſſim⁹ nō fuiſſet ab eo iudicatus. Sed poſt Solonis obitū expiri cōtigit,nullā in auro eſſe felicitatem, neq̄ in terris eſſe mortalibus fidū q̄cq̄,p̄ter uirtutē,q̄ ꝑ oēm uitā ſola ſit hoī ſtabilis & manſura. Fuerūt Crœſo filij duo,mut⁹ q̄dē un⁹,& ob id ip̄m porro inutilis,uocalis alter,atq̄ iter æquales oī iure prīceps,cui Atis erat nomē. Viderat pater ꝑ q̄etē fore,ut is ferrea traiect⁹ cuſpide occūberet,qua īſomnij figura territ⁹ Crœſus,neq̄ rē bellicā tractare paſſ⁹ eſt ampli⁹, neq̄ arma domi habere. Venit iterim Sardis Adraſt⁹ Gordij regis filius,nepos Midæ ex Phrygia, q quū iprudēs fratrē occidiſſet,à patre eiect⁹,paternā cū Crœſo amicitiā ſecut⁹, in Lydiam extorris ſeſe cōtulit. Hic fraterna cæde à rege expiat⁹,hoſpitio filijq̄ contubernio eſt adhibitus. Nec ita multo poſt Myſijs opē à Crœſo aduerſus aprū,qui circa Olympū Myſiæ oīa fœde populabat,iplorātib⁹,patre penè īuito ad eū pimēdū Atys cū Adraſto eſt ꝓfectus,q à rege cuſtos eſt illi & comes dat⁹,ubi uero ad Olympū ꝑuenere,pluresq̄ ſimul belluā, īdagine reptā, feriēdi ſtudio circūſtetere,urgēte fato ita accidit,ut telū q̄d Adraſt⁹ parū caute ī aprū miſerat,ex tergo feræ in Atym uiolēter excuſſum,mediū trāſfixerit. Adraſt⁹ ubi ad Crœſum uenit,poſt ſupplicē factionē ſeſe regi ultro ſupra filiū mactandū obtulit. Cæterū uenia dign⁹ à Crœſo iudicatus,ſeip̄m ſup̄ Atys buſtū ferro traiecit. Biēnio q̄ hęc in Lydia euenere, Aſtyages à Cyro eſt uict⁹,q̄ res ingentē Crœſo ſollicitudinē iniecit Perſicę potētiæ,priuſq̄ nimiū īualeſceret occurrēdi. Sed affinitas q̄ Crœſo cū Aſtyage fuit,cauſa uidet̃ extitiſſe illi armaī Perſas induēdi. Verū quacūq̄ re ipulſus,nihil temere mouēdū rat⁹,deorū mētes ſciſcitari prio ſtatuit, an feliciter ſibi eēt euētuꝝ q̄d ī Perſas bellū moliret̃. Miſit Crœſ⁹ uno tp̄e ad Hāmonē Iouē ī Aphricā,Delphos,Dodonā,Amphiaraū,ac Trophoniū. & ad Brāchidas Mileſiæ orę. Sed ut oīm

Aſſyriorum ritus.

Nubendi modus.

Pius mos in Venetis.

Medendi uſus.

Piſciū eſus.

Crœſi diuitiæ.

Atys.

Adraſtus Gordij filius.

Aper Olympius.

Adraſti interitus.

fidẽ meli⁹ exploraret,ſeq̄ret ꝙd ueriſſimũ oĩm eſſet exꝑtus,aliȷs alio dimiſſis,cæteris oĩb⁹ p̃ce/ C
Pythiæ uaticiniũ. pit,ut obſeruato die quẽ certũ unũ ſingulis cõſtituit,q́d ip̃e domi ageret,numẽ cõſuleret,ferũt eo die q̃ Pythiã Delphis cõſulẽdã cẽſuit,teſtudinẽ parit & agnũ cõciſos ĩ aheno coxiſſe. Atq; hoc ĩde carmẽ relatũ: Noui ego qs numer⁹ ſabuli,mẽſuraq́; põti. Mutũ ꝑcipio,fãtis nihil au/dio uocẽ. Venit ad hos ſenſus nidor teſtudinis acris. Quę ſimul agnina coq̄t cũ carne lebete. Cui ſup eſt ſtrat⁹ ſtratũ,cui deſup eſt æs. Hæc quũ Crœſ⁹ legiſſet,parũq́; ex aliȷs locis uera eſ/ſent reſpõſa ad ſe delata,Delphicũ oraculũ oĩm ueriſſimũ iudicauit,facturuſq́; inibi ſacrificia, tria pecoꝝ milia ĩmolauit,tm̃ aureoꝝ uaſoꝝ,& ueſtiũ ĩ ignẽ cõiecit, ut cẽtũ ſeptẽdecim lateres
Crœſi donaria. aurei cõflati ĩde ſint,& ĩ tẽplo repoſiti. Leo aure⁹ x. talẽtorũ ĩter cętera donaria dedicat⁹ ab eo eſt,duę paterę,aurea una,ad dexterã tẽpli locata:ad leuã altera ex argẽto ſexcẽtaꝝ ãphorarũ. Aquiminaria duo,& ipſa utraq; materia. Tale fuit tũc Crœſi in fauore numinũ ſibi cõciliãdo ſtudiũ. Cæterũ q̃ de belli euẽtu accepit oracula,hoc ferè habuêre,ut dicerẽt,fore,ut ſi Crœſus bellũ Perſis ĩtuliſſet,magnũ regnũ euerteret;ꝙd ille exitiũ hoſtiũ,nõ ſuũ arbitrat⁹, ĩgẽti ſtudio ĩ Cyrũ arma cõparauit. Miſit ĩterim ad Atheniẽſes & Lacedęmonios,hos Doricę gẽtis ĩ terra Græcia,illos Ionicę lõge pricipes. Dores à Doro Hellenis filio fuerũt:etenĩ quũ ab initio alte/
Pelaſgi. Helenes. Dores. ra gẽs Pelaſgica diceret,altera Hellanica,hęc nũq̃ ſolũ mutauit,illa ſub Deucaliõe Phthiotidis orã ĩ Theſſalia coluit,ſub Doro,q̃ ad Oſſam & Olympũ iacet,ĩdeq́; à Cadmęis eiecta,ĩ Pin/do locũ tenuit,quẽ Macedonũ dixere. Rurſ⁹ ĩ Dryopẽ migrauit,atq; ita Peloponẽſũ ingreſſa, Dorica eſt demũ cognominata. Exercebatq́; ꝑ id tp̃s,q̃ Crœſ⁹ ĩ Gręciã legatos miſit,Piſiſtra tus Athenis tyrãnidẽ,cuius pater quũ forte ĩ Olympia ſpectaret,tale illi ꝓdigiũ accidit,ahenũ
Prodigiũ. cũ carne foculo ĩpoſitũ,igni nõdũ accẽſo,tãto repẽte ęſtu ferbuit,ut aqua uſq;quaq; efflueret, ꝙd oſtentũ intuit⁹ Lacedęmoni⁹ Chilõ,q forte aderat ſuaſiſſe dicit,ne fœcundã duceret uxo rem,aut ſi quã duxiſſet,eȷceret, filiũq́; ſi quẽ haberet,abdicaret. Hippocrates nõ ꝑſuaſ⁹ Pyſi/ſtratũ tulit,q Niſea ex Megarẽſib⁹ capta,aliȷſq́; p̃claris opibus ciuitati inſinuat⁹ ea arte, quã ſupra memorauim⁹,ad populũ uſus arcẽ occupauit. Eiectuſq́; eſt ille haud multo poſt à Me/ D
Pyſiſtratus ſapius eiectus gadis & Lycurgi principũ aduerſæ factiõis uiris,priuſq̃ tyrãnidẽ ſtabilire potuiſſet, orta inde inter libertatis aſſertores diſcordia,Megades pactis cũ Pyſiſtrato filię nuptȷs,eũ in urbẽ reſti/tuit. Phya mulier p̃grãdi ſtatura,nouo ſchemate ornata,& in currũ ĩpoſita,q̃ ꝑ urbẽ circũue/cta pro Minerua Piſiſtratũ reſtituẽdũ clamitabat, ludibriũ uel barbaris gẽtib⁹ pudendũ, nõ
Phya. mõ ciuitati ſapientię ſtudiȷs principi olim futuræ. Pyſiſtrat⁹ in urbẽ reuerſus,Megadis filiã u/xorẽ duxit,cũ qua quoniã parũ legitime coiret,nc ex ea filios ꝓcrearet:erãt illi adoleſcẽtes liberi ab Alcmeone oriũdi,puella flagitiũ uiri ad matrẽ primo,moxq́; ꝑ eã ad patrẽ detulit, quę do meſtica iniuria Megadẽ ad nouã diſcordiã in ciuitate ferendã adẽgit,eoq́; milites in Pyſiſtra/tum cõcitãte,ueritus tyrannus,ne aliqs ſubit⁹ in ſe fieret ĩpetus, urbe cũ filiȷs exceſſit, annoq́; penè circũacto,Thebanis & Argiuis opẽ ferẽtibus,& cũ his Ligdamo Naxio Marathonẽ Py ſiſtratus occupauit. Mox Atheniẽſes q obuiã ꝓceſſerãt ex improuiſo adort⁹,fudit,fugauitq́; atq; ita tertio poſt ꝓſperã unã pugnã rerũ potitus eſt Athenis. In hoc tũ ſtatu res Athenienſi um erãt,quũ ad eos ex Lydia legati uenerũt. Erãt Lacedęmoniȷ & ipſi lõgo cũ Tegeatis bello impliciti,etſi iam Horeſtis oſſa,ꝙd diuerſo eſt loco ſignificatũ,oraculo adepti,in ſpe certa ui/ctoriæ erãt. Legati ꝙd iuſſi fuerãt,Lacedęmonioꝝ ſocietatẽ ad bellũ petiere,quã rex ſibi adiũ/gere oraculo erat monitus. Eã haud grauate Lacedęmoniȷ cõceſſere,cũ ꝓpter regis celebritatẽ tũ quia olim ab eo fuerãt auro donati,ad ꝙd emẽdũ Sardis publico noĩe miſerant,thoracẽ ex ea materia Apollini dedicaturi. Addiderũt & donũ,æneã regi paterã triginta amphorarũ ca/pacẽ,quã legati à Samȷs capti,ad regẽ non tulerũt. Crœſus Lacedæmoniorũ amicitia fretus, ſed multo magis oraculo,exercitũ in Cappadocas q tũ Cyri imꝑio parebãt,ſumma ope cõpa rat. Ferẽ Crœſus à Sandane Lydi generis hoĩe,lõgeq́; in futurũ proſpiciẽte monitus,ne quid temere moueret in eã gentẽ,cui aqua potui eſſet,& ueſtis ſcortea,ex quibus uictis nulla expe/ctari poſſent p̃mia(ſiquidẽ nihil ante Crœſum uictũ fuit Perſis in uita lautũ aut elegãs) cõtra
Halis fluuius. uideret,ne ſi Lydorũ gaza ſemel foret hoſtib⁹ delibata,ſibi ſuiſq́; dirũ feſtinaret exitiũ. Audȷt hæc Crœſus,cæterũ belli cupiditate incẽſus ſecutuſq́; Pythiũ carmẽ,ꝓ uanis repudiauit,quaſi igit Aſtyagis ultor(is enĩ fuit illi p̃textus belli)ad Halim fluuiũ copias admouit. Dirimebat is Lydum

A Lydũ īperiũ à Medico, qui in Armeniæ mõtibꝰ ortus, ꝑ Phrygas & Mãtienos, mox ĩter Cap-
padoces & Paphlagonas lapſus, in Euxinũ deuoluit. Crœſus Halim ponte copias traiecit. Fa
ma eſt fuiſſe in illis caſtris Thaletẽ Mileſiũ, qui quũ nuſq̃ fluuiꝰ foret uadabilis, nec ullus ad-
huc eſſet põtis uſus, quũ ſiniſtrũ amnẽ caſtra haberẽt, foſſam à fluuio militari ope in dexterã
duxit, caſtra à tergo amplexus, in eãq; fluuio repẽte ĩmiſſo, mediũ alueũ ĩter aditũ foueę & exi
tum penitus exaruiſſe. Alij adeo extenuatũ ferũt, ut facile citro ultroq; uel à pedibꝰ uadari po
tuerit. Copijs igiť, ſiue põte ſiue (ut alij ferũt) uado traiectis, Crœſus ad Pteriã Cappadocię lo
cũ munitiſſimũ, haud ꝓcul Sinope, caſtra fecit. Syri Cappadoces à Gręcis dicebanť, fuerãtq;
re uera Syri priuſq̃ Perſę ĩperitarẽt. Sũt q Cappadociã, q̃ à Cappadoce flumĩe, ut Piniꝰ ſcri-
bit, nomẽ ſortita eſt, minorẽ Armeniã uocẽt, in q̃bus uideť mihi Ptolemęus eſſe. Alij Arme-
niæ partẽ arbitrati ſunt. Cyrus & ipſe cũ ualido exercitu haud multo poſtea affuit, poſitiſq; ĩ
cõſpectu hoſtiũ caſtris, leuibꝰ p̃rio ꝓlijs Lydoꝝ uires explorare, inde utrinq; in pugnã totis ui-
ribus deſcẽſum, & ad extremũ diei multa hincinde cæde cõmiſſa, dubio eſt marte dimicatũ, ꝓ
liũ interuẽtu noctis dirẽptũ. Crœſus diciť à ſuis ĩcuſatus, ꝙ cũ multo maioribꝰ copijs q̃ ip̃e ha
beret, cõfligere eſſet auſus, cuiꝰ ĩuidiæ admonitus, ſine ullo maiore ꝓlio Sardis copias eo redu
xit cõſilio, ut ab Amaſi Ægyptiorũ rege, cũ quo ictũ fœdus habebat, auxiliares copias accerſe
ret, & à Labyneto Babylonioꝝ tyrãno, ſic enĩ Herodotus rem digerit, quaſi prius ſit Crœſus
uictus, q̃ Babylon à Cyro expugnata. Trogus Babylonijs laborãtibus, Crœſum ſubſidio ue
niſſe ſcribit, ac tũ ibi ꝓlio uictũ, de ſuo iam regno ſollicitũ, in Lydiã refugiſſe, ſicq; accidiſſe, ut
Babylone capta, Perſæ bellũ in Lydiã auerterint. Miſit Crœſus & in Pelopõneſum ad Lace-
dæmonios, inde q̊q; ut à ſocijs arma accerſitũ, quũ ĩterim uis colubrorũ ĩgens, in Suburbanis
Sardiũ locis repẽte extitit, eos equi in paſcua dimiſſi paſſim deuorarũt, q̃ ꝓdigio rex cõmotus
ad cõiectores Thelmiſſes miſit, qui de ea re ſciſcitareť. R̃nſum eſt externũ exercitũ affutuꝝ, q
indigenas ſubigeret. Terræ filiũ colubrũ eſſe, equũ hoſtẽ & aduenã. Cyrus poſt Crœſi digreſ-
B ſum, ubi eũ partitũ ad tẽpus copias audiuit, & uelut in hyberna dimiſiſſe, opportunũ credidit,
priuſq̃ aliũde hoſti auxilia mitterenť, copiæq; in unũ cõtrahi poſſent, ĩprouiſo acceſſu Lydiã
inuadere. Raptim itaq; ad hoſtẽ ducẽs, tãta eſt celeritate uſus, ut penè priꝰ in cõſpectũ uenerit
q̃ ab Pteria mouiſſe diceret. Crœſus ĩopinato malo ꝑculſus, q̃a longũ erat aliũde copias expe
ctare, Lydos in ꝓliũ ꝓducit. Nulla gẽs ea tẽpeſtate tota Aſia prõptior ad pugnã fuit, neq; equi
tãdi haſteue tractãdę agilitate melior. Cõcurſum eſt ĩ cãpo, qui urbi p̃iacet, planitiẽ ip̃am plu
res rigãt amnes, atq; maximꝰ hoꝝ Hermꝰ, qui ex mõte Dindymenę matri ſacro decurrẽs, pręter Phocæã oppidũ mari infundiť. Cyrus ubi hoſtẽ ad pugnã egreſſum uidit, Harpagi Medi
cõſilio uſus, aduerſus Lydũ equitatũ, cui Perſicus haud dubie ĩpar erat, uim cameloꝝ ingentẽ
in fronte collocauit, his peditẽ ſubiecit, poſt pedites equitatũ oẽm ſtare iuſſit. Cõflixere utriq;
acies, primoq; cõcurſu penè decretũ eſt. Nam Lydoꝝ equi, inſueto cameloꝝ odore aſpectuq;
territi, cõfeſtim in fugã uerſi ſunt, qua re aĩaduerſa Lydi ad pedes deſiliũt, ĩpigreq; uibrato fer
ro Perſaꝝ peditẽ cominus excipiũt, ſteterecq; magis aĩo q̃ uiribus, dubiãq; aliquãdiu pedeſtrẽ
pugnã fecere. Demũ pluribus ab utraq; parte cæſis, fuſi fugatiq; paucitate ſua Lydi intra mœ
nia ſe trepide recipiũt. Secundũ hanc unã pugnã Crœſus iterũ ad Lacedæmonios miſit, q etſi
tum forte cum Argiuis de Tyriæ poſſeſſione certabãt, ut ex Euſebij ſñia diuerſo eſt loco expli
catum, cẽſuerũt tñ ferendã & amico & ſocio regi opem. Et iam copiæ ſtudio inſtruebanť, quũ
Lacedæmone allatũ eſt, regiã urbẽ à Cyro expugnatã, Crœſumq; uiuũ in hoſtiũ poteſtatẽ ue
niſſe. Quartodecimo nãq; die, ex quo Sardiani oppugnari cœperãt, propoſito à rege pręmio
huic, qui primus muros trãſcendiſſet, atq; urbs interim capi nequiuiſſet, Mardus quidam cui
Hyrocades nomẽ erat, à parte arcis, qua nullũ fuit p̃ſidium ob loci arduitatẽ, cõſpicatus forte
militẽ ex arce deſcẽdentẽ, ut galeã inde deuolutã reciperet, cũ pleriſq; ꝑ crepidines & abrupta
ſaxa, urbi inſinuatus arcẽ occupauit, urbs ipſa hoſtiliter direpta. Fama eſt Thelmiſſes olim ꝓ-
dixiſſe Sardis ĩexpugnabiles futuras, quacũq; uerſum Meles rex, qui primꝰ in ea urbe regna-
uit, Leontẽ filiũ ex pellice genitũ circunferret, ob idq; pueꝝ circunquaq; ductũ, p̃terq̃ circa ar-
cem, qua urbs locorum difficultate inſuperabilis, tum illi uiſa eſt. Sardibus captis, Crœſi filius
qui mutus, ut dixi, erat (alter in Olympij apri uenatione perierat) ex hoſtibus quendã media

Crœſus Halim extenuat.

Cappadoces Syri.

Lydi & Perſæ congrediuntur.

Prodigium circa Sardis

Subita Cyri in Crœſum expeditio.

Vincitur Crœſus.

Capitur Sardiana arx.

captæ urbis trepidatiõe Crœſum à tergo inuadentẽ intuitus(ignotꝰ hoſti rex erat,nec ipẽ mo- C
[Crœſi filius ex muto fit uocalis.] riẽdi cupidus ferrũ ſciẽs declinaſſet)patris ꝑiculo motꝰ,exclamaſſe dicit̃:Hõ ne Crœſum peri-
mas, atq; hæc ille prĩo effatus uocalis deinceps fuiſſe fert̃.Herodotus autor eſt, Crœſo olim
de clade filij ſollicito,q̃rẽtiq; per oĩa remediũ an illud naturæ uitiũ corrigi poſſet, ac de ea re o-
raculũ cõſulẽti,tale ei carmẽ à Pythia redditũ. Lyde genꝰ rex multorũ ualde inſcie Crœſe. Ne
cura nati exoptatã audiſſe loquẽtis intra ædes uocẽ,ſine qua potior tibi lõge. Ille die q̃m prim
infelice loq̃tur. Qua Pythiæ uoce nihil ambigue ea q̃ poſtea in puero euenerũt, ſunt regi de-
mõſtrata. Ipſe ad Cyrũ ꝑductus,atq; ingẽti pyræ,ut uiuꝰ cremaret̃,ĩpoſitus,ter alta uoce dicit̃
Solonẽ inuocaſſe. Subierat extremis rebꝰ aĩm,ꝙ ille felicẽ in uita dixerat neminẽ. Tũ Cyri iuſ-
ſu ĩterrogatus,q̃d ea uox ter repetita ſibi uellet, q̃ ipſe olim de fortunę uariatione,ueraq; felici-
tate,à Solone uiro ſapiẽtiſſimo audiuiſſet,expoſuit. Per quas Cyrus humanæ ĩbecillitatis ad-
[Crœſi Pyra.] monitus,iuſſit Crœſum igne ab ſuis ſeruari. Cęterũ flãma uehemẽs pyrã inuaſerat,ut ſatagẽ-
tibus Perſis,appareret priꝰ regẽ ꝑiturũ,q̃ humana ope uincto ſuccurri potuiſſet. Imber repẽ-
te è cœlo ignẽ,q ad ꝑniciẽ inualuerat,opp̃ſſit. Crœſus per hęc ſeruatus, ubi ante Cyri pedes
eſt cõſtitutus,rogatus ab eo,ecquiſnã hoĩm ei ꝑſuaſiſſet,ut ſibi bellũ ĩferret,r̃ndiſſe fert̃: Ego,
inq̃t,Cyre id feci tuo ꝓſpero,meo ĩfelici fato,Græcoꝝ deo autore,q me ad bellũ tibi inferẽdũ
ĩpulit. Neq; eñ eſt quiſq̃ tã demẽs,q ſine magno autore bellũ paci audeat p̃ferre,quũ in pace
[Crœſi conſtantia.] filij parẽtes,in bello,parẽtes filios ſepeliãt. Cęterũ ut hęc fierẽt dæmon in cauſa fuit. Cyrꝰ ho-
minis ſermonẽ cõſtãtiamq; demiratꝰ,uincula illi adimi iuſſit,iuxtaq; ſe locatũ monẽtẽ audijt,
ne pateret̃ Perſas Sardiana p̃da nimiũ diteſcere,fore,ut q natura cõtumaces eſſent,ĩ lõge ma-
iorẽ inſolentiã abirẽt,minuſq; obſequẽtes ad militaria munera obeũda fierẽt,qua admonitio-
ne Cyrus cõmotꝰ,ad oẽs portas urbis p̃ſidia appoſuit,p̃fatus edicto,uelle ſe ex oĩ p̃da deci-
mã Ioui uoto ſeruari,quo noĩe multũ eſt illi manubiarũ q̃ſitũ. Crœſus deĩceps ab eo p̃catus
eſt,ut liceret ſibi Delphos mittere,q uincula q̃bus ſolutus eſſet Apollini ſuo noĩe dedicaret,ro-
garetq; numẽ, an ij q p̃cipua in deos eſſent ueneratiõe,talibꝰ afficerent̃ p̃mijs. Pythia huic, q D
cũ uinculis eſt miſſus,r̃ndiſſe dicit̃,quod fatale foret,ne ipſi quidem deo effugere fas eſſe,Crœ-
ſum Gygis abaui ſui,qui Candaulẽ ex Heraclidarũ gente occidit,crimẽ luere,ne quod ad ora-
[Crœſi uincula.] culum attineret,habere eũ cur Phœbũ mẽdacij argueret,diſerte illius uerbis fuiſſe expreſſum,
euerſurũ Lydiæ regẽ,ſi bellũ Perſis intuliſſet,magnũ imꝑium oportuiſſe Crœſum, niſi cæca
regnãdi cupiditate ductꝰ,temere bellũ facere occupaſſet: iterũ ſciſcitari ꝗ, utrũ duoꝝ regnorũ,q̃
[Pythiæ reſponſum.] in futuri belli aleã itura eſſent,excidiũ maneret. Hæc Pythia: quibꝰ palã eſt factũ,falſa oraculi
interp̃tatiõe, Crœſum ſibi ſuoq; regno exitiũ peperiſſe,quũ quatuordecim interim regnaſſet
annos,fuitq; deinceps ipſe apud Cyrũ in ſummo honore,cui in Maſſagetis cęſo ſuꝑfuit,nam
ſiue priuſq̃ hæc in Lydia geſta ſunt,ſiue poſtea eſt Babylon expugnata (eteñ diuerſe id au-
tores tradunt) ſatis cõſtat,ampliãdi regni cupiditate Cyrũ ultro Maſſagetas, Scythicã gentẽ,
[Crœſus ſuperſtes Cyro.] trans Araxẽ fluuiũ ad ortũ ſitã bello petijſſe. Eſt Araxes,ut prodiderũt q̃dã,maior Iſtro, ſunt
& q minorẽ tradãt. Inſulę in eo frequẽtes. Lesbo ſua magnitudĩe pares,qui eas accolũt æſtate
radicibus ueſcunt̃,quas paſſim effodiũt,arborũ fructꝰ in hybernũ uitę uſum aſſeruãt,ſunt &
his arbores,cuius fructus in ignẽ cõiecti,ut uinũ propius aſſidẽtes ebrios reddũt,q̃d amentię
genus ad tripudiũ impellit ita affectos,& ad intẽpeſtiuã cãtilenã. Orit̃ Araxes in Mantienis.
ubi & Gyndes,quẽ Cyrus Babylonica expeditiõe in multas diſſecuit partes,ſexageno ore in
[Araxes.] paludes euoluit̃. Accolũt hæc loca,q crudis uictitãt piſcibus,marinorũq; uitulorũ pellibꝰ ami-
ciunt̃,paludibus deĩceps Araxes emerſus,ꝑpetuo curſu in Caſpiũ mare elabit̃. Caſpiũ per ſe
[Caſpium mare.] late pandit̃,nec cũ alio miſcet̃ mari,eius lõgitudo q̃ndecim diebus enauigat̃, latitudo paulo
plus dimidio. Hæc Herodotus,cui Gręcorũ pleriq; temere accedũt. Plinius cui ob Romana ſi-
gna latius geſtata exploratoria hæc oĩa fuẽre,in lõge diuerſa fuit ſentẽtia. Diſtat Caſpius ſinꝰ
Põtico ccclxxv.millibꝰ paſſuũ. Nec de Araxis ortu,ut uideo,inter eos cõuenit, q̃s ſeq̃mur,ille
in Mãtienis naſci,nec procul à Gyndis fontibus,ꝓdidit. Hic in Eniochis mõtibus q̃s alij Cora-
xios dixere,ortũ habere opinatus eſt, ſex millibus paſſuũ ab Euphratis fontibus, Muſi,uel ut
alij tradũt,Cyro amne auctũ,in Caſpiũ pelagus elabi. Habet id mare,qua ad ueſperũ uergit,
Caucaſum montẽ prætentũ ſummæ altitudinis,uariarũ gentium incolatu celebrem,& in his

quędam

A queđã q̄ pecorũ ritu in propatulo coeãt. Qua uero ſinus ad aurorã protẽdit, planities illa in/
gẽs preiacet, quã Maſſagetæ ĩcolebãt, cui tũ genti Cyrus, ſiue deoꝝ fretus fauore, q̊ puer ſerua
tus uideri uolebat, ſiue ſpecie ĩſomnij bis per q̇etẽ auo obuerſata, q̄ Aſiæ illi imperiũ portẽde/
bat, proſperocꝫ geſtarũ rerũ curſu elatus, bellũ inferebat. Erat per id tẽpus Maſſagetarũ Tho/
myris regina, quæ cũ filia à uiro relicta, late in eã gentẽ imperiũ obtinebat. Miſit Cyrus qui eã — **Thomyris regina.**
ſibi in cõiugẽ depoſceret, illa nõ ſe ſed regnũ à Cyro peti interꝑtata, acceſſum propinquãti in/
terdicit, qui ubi dolus nõ ꝓceſſit, aperte bellũ oñdit, & iam ad Araxem uenerat, copiaſcꝫ põte
traijcere parabat, cũ his cõſilijs occupato, Caduceator à Thomyre ſuꝑuenit, multa reginę no
mine obteſtatus, ne ꝑgeret nõ laceſſitus Maſſagetis bellũ inferre, ſineretcꝫ ſua fortuna Tho/
myrim uti. Qđ ſi oĩa potius q̄ pacẽ mallet, ſtaretcꝫ ſẽtẽtia ferro cũ ea decernere, paratã eẽ Tho
myrim ad utrũcꝫ, aut intra ſuos fines uenientẽ excipere, aut ſi iṗe ita malit, ſe cũ ſuis copijs Cy
ri fines tranſcenſurã, ut de ſumma belli uel uno ꝑlio decerneret, tm̃ uerbo ſignificaret, utrum
euenire mallet, pugnandi copiã, necꝫ hic, necꝫ illic defuturã. Ea re in cõſultationẽ delata, cæte
ris hoſtem in pacato excipiendũ cẽſentibus, Crœſus unus omniũ fortunæ uolubilitatẽ ſuo ex — **Crœſi ſententia.**
emplo demõſtrans, regem adhortari, ut porro ire pergeret, alienam terrã, potiusq̄ ſuam belli
ſedem facturus, quoniã ſi quod nollet, intra regni fines uinci cõtigiſſet, nihil aliud uideret eo
conſilio quęſitũ, q̄ uictoribus Maſſagetis Perſaꝝ regnũ per manus tradere, quod nullo modo
accideret, ſi in hoſtico etiã parũ proſpere pugnet, flumina, mõtes, ſaltus, uel modicis ꝑſidijs re/
tenti, ſatis ad omnes hoſtiũ conatus frãgendos futuri eſſent, & quod omniũ maxime ſpectari
oporteret, turpe & ignominioſum uideri, inuictũ regem mulieris pugnã detrectare, iret proin/
de, ibicꝫ armis cõfligeret, ubi primũ hoſtis ueniſſet obuiã. Hæc Crœſus monere, inde cõſiliũ
adijcit, quo hoſtis ſine maiore certamine uinceret. Audio, inquit, Cyre Maſſagetes omnis lau
tioris uitæ eſſe expertes, quũ caſtra trans Araxem feceris, fueritcꝫ propinquus hoſtis, quaſi ſu
bito metu perculſus, caſtra cũ omni cõmeatu imbellicꝫ multitudine relinque, ipſe fugienti ſi/
D milis retro abi, tecũcꝫ oẽ robur copiarũ ad fluuiũ, recurre. Video, niſi fallor, futurũ, ut hoſtes
in inſuetã rerũ opulentiã, ciborumcꝫ copiã incidentes, paulo poſt uino crapulacꝫ ſepulti, tibi
ueluti pecora ad cædẽ dedant. Cyrus Crœſi conſiliũ amplexus, reginæ nunciari iubet, ſe illi
breui affuturũ, ipſe ſecum reputans q̄ dubij eſſent bellorũ exitus, Cãbyſem filium priusq̄ co/
pias traijceret cõplexus, in Perſidem cum Crœſo remiſit, cõmendata filio ſiquid ſibi accideret,
captiui regis dignitate. Araxe deinde tranſmiſſo nocte, quæ proxime ſecuta eſt, Cyrus per qui — **Cyri ſomnium.**
etem imaginatus eſt, ſe Dariũ Hiſtaſpis filiũ maximũ natu cernere, duas ĩ humeris alas habẽ
tem, quarũ una Aſiã, altera Europã inumbraret. Erat Hiſtaſpi Ariſtimeni filio ex liberis Dari
us natu maximus, qui tũ uiginti annos natus, in Perſide fuerat à patre relict⁹. Hiſtaſpẽ Cyr⁹
ſomno experrectus, ſuſpẽſuſcꝫ nocturna ſpecie, remotis arbitris affatus, ſe certo deorũ moni
tu cõpertũ habere ait, à Dario ipſius filio ſibi, ſuocꝫ regno inſidias parari. Iret ipſe domũ, da
retcꝫ enixe operã, ut quũ Maſſagetis uictis in regnũ rediuiſſet, ſibi filiũ ſiſteret. Interim in offi/
cio cõtineret. Hæc ille fatorũ ignarus. Cæterũ imago illa periturũ Cyrũ ea expeditione mõſtra
uit, regnũcꝫ ad Dariũ haud multo poſt peruẽturũ, quod breuiſſimo Cãbyſis regno ĩteriecto
accidit. Progreſſus inde Cyrus diei uni⁹ itinere ab Araxe caſtra fecit, ibicꝫ appropinquãte ho
ſte, oĩbus ex cõpoſito paratis, cũ expedita multitudĩe ad fluuiũ ſeceſſit. Affuit ĩterim Thomy
ris filius cũ tertia copiarũ parte, ad tẽtãdas hoſtiũ uires miſſus. Is cæſa Perſarũ multitudine q̄
in caſtris fuerat relicta, ĩgẽti ꝑda potit⁹, cõfeſtim ĩ uinũ & epulas cõuerſus. ad multã noctẽ tra/ — **Maſſagetarum ſtrages**
xit cõuiuiũ, iam uino graues paſſim in ſomnũ uertunt Maſſagetæ. Cyrus interim ſtructo a/
gmine affuit, tetracꝫ hoſtiũ eſt cædes edita, q̇dã ſemiſomnes capti, & ĩ his Spargapiſes Tho/
myris fili⁹. Illa uero cognito filij & alioꝝ caſu miſſo ad Cyrũ caduceatore, dolũ illi exꝓbrauit,
ꝙ nõ bellica uirtute, ſed ueneno filiũ uiciſſet, iret, & ꝑñti uictoria cõtẽt⁹ reſtituto ſibi filio Maſ
ſagetaꝝ finib⁹ excederet, q̄ niſi maturę fierẽt, ſolẽ teſtari, futurũ, ut uirũ cruoris auidũ ad ſatie
tatẽ in ſuoꝝ uolutaret ſanguine. Cyrus mulieris uerba aſꝑnat⁹, nihilo ſeci⁹ inſtare. Spargapi/ — **Spargapiſis facinus.**
ſes interim ebrietate expꝑctus, à Cyro petijt, ut uincula adimi ſibi iuberet, ſatis fore, ſi ſe ſub cu
ſtodiã haberet. Cõceſſit rex illi id haud grauate, ſolutuſcꝫ ferox iuuenis, ſibi ex ĩprouiſo mor/
tem cõſciuit. Trogus pugnãdo eum perijſſe ait. Cæterũ quocuncꝫ caſu mortẽ obijt, haud una

deinceps

deinceps fama ſecuta eſt. Trogus Thomyrim audita filij morte, ſimulata fuga Cyrũ ad mõtiũ anguſtias traxiſſe ait, ibiq́ Perſas ſuis artibus captos, ad unũ cũ rege trucidaſſe, ut miraculo ſit datũ, ꝙ ex ducẽtis hoĩm millibus, nemo qui eã cladẽ nunciaret, ſit repertus. Herodotꝰ in aperto dimicatũ ſcribit, cõmiſſumq́ utrinq; tam acre ꝓliũ quantũ inter Barbaros nunq̃ aliâs, primoq́ ſagittis certatũ, mox lãceis, nouiſſime collato pede pugionibꝰ, magnãq́ exercitꝰ partẽ cum Cyro telis occubuiſſe. Illud ambobus cõuenit: Cyri caput in utrẽ humani cruoris plenum Thomyrim demiſiſſe, inde ſupbe inſultantẽ identidẽ dixiſſe: Explcas te Cyre, qui cruorem tãtopere ſitiſti. Sũt Maſſagetæ, q̃n tã multa de ea gẽte diximus, ueſtitu & uictu Scythis ꝑq̃ ſimiles, quo fit ut Scythæ à pleriſq; credant, ex equis pugnãt, & pedibꝰ, utroq; pugnæ gñe penè inuicti ſagittis, haſta, ſangari, ſic eñ ferrũ q̃ uulgo accincti ſunt, dicit. Auro in baltheis & capitis ornatu utunt, aureos thoraces equorũ pectoribꝰ inducũt. Ex auro frena & phaleras cõficiũt, æreas cuſpides haſtis ꝓfigunt, ære pharetras muniũt. Ferri & argẽti nullus apud eos uſꝰ, ſinguli uxorẽ ducũt, eaq́ cõmuniter utunt, idq́ Scythaꝝ ſoli faciũt, ſi Scythæ habendi ſunt. Quoties aliqs mulieris libidine capit, ſuſpẽſa ad currũ pharetra cũ ea ſine pudore cõcũbit. Terminus uitæ nullus gẽti ꝓfinitus. Vbi qs admodũ cõſenuit, eũ ꝓpinqui & neceſſarij, in unũ coeuntes, cũ aliquot ouibus ĩmolant, atq; ita humanis carnibus ouilla mixtis, ueſcunt. Id genus mortis apud eos beatiſſimũ. Lãguore extinctos nõ edunt, dãni loco id ducẽtes, ſepeliũt. Nihil oĩno ſerunt, pecoribꝰ uictitãt & piſcibus, q̃s Araxes abũde ſuppeditat. Lac plurimũ potãt. Ex dijs unũ ſolẽ uenerant, ſoli equũ mactant, ꝑnicissimo ſcilicet ſideri animal uelociſſimũ. Et ipſe quidẽ Cyrus ſic perijt anno ex quo regnare cœperat trigeſimo, uir cum ꝑ cætera memorabilis, tum in uictoria, ſupra q̃ dici poſſit, mitis. Quo magis mirꝝ eſt, Thomyrim illi cruoris ſitim exprobraſſe.. Aſtyagen auũ uictor ſeruauit, ſic Crœſum, ſic Babylonijs bello uictis dedit ueniam, ſic Iudæis qui Babyloni ea tẽpeſtate ſeruiebãt, in Palæſtinã abeundi poteſtatẽ fecit, q̃d in Danielis gratiã id genti datũ uideri poteſt. Quẽ ob creditã ſanctitatẽ, Babylone capta ꝑcipuo apud ſe in honore habuit Cyrus. Ioſephus & Euſebius autores ſunt, haud multo prius q̃ Cyrus Aſſyrioꝝ opes fregit, prodigiũ in Baltaſaris regia ingens apparuiſſe, uerterat is uaſa Hieroſolymitano tẽplo ſublata in prophanũ uſum, q̃d cæteri reges ſacrilegiũ auerſati, ea in ſacro repoſuerãt. Tum uero accidiſſe, ut ſpectãte rege, manꝰ ex aduerſo pariete ſit orta, quę hęc pauca excripſerit, Mane, Tethel, Phares, quę ut Ioſephus interꝑtatur, numerũ, pondus, & fragmentum, ſignificent. Hæc magi undiq; à rege accerſiti, quũ interꝑtari nequiſſent, unus oĩm Daniel regis ac regni propinquũ excidiũ, per ea uerba ſignificari demonſtrauit. Quoniã cœli numen, cuius prouidentia oĩa fierẽt, annos regis dinumerãs, appẽdenſq; illius uitam & regnum, Medis ac Perſis frangẽs diſtribueret, quæ triſtis denũciatio, etſi Aſſyriũ uehemẽter affecit, haud propterea minus gratiæ ab eo ueridicus uates reportauit, ſed regi cæteriſq; multo uenerabilior eſt factus. Miror Ioſephũ perſuaſum habuiſſe, uno tẽpore à Cyro & Dario Babylonẽ captã, & q̃d penè ridiculũ eſt, Aſtyagis filiũ fuiſſe ait, de Medico genere ortũ. Legerat credo, ab utroq; eam urbẽ obſidione expugnatã, q̃ res eum in manifeſtũ traxit errorẽ. Cæterꝝ Trogus & Herodotus haud dubie demonſtrãt Dariũ Hiſtaſpis filiũ, qui uno Cãbyſe interiecto, Cyro ſucceſſit, reꝝ in Perſide potitũ, ĩpmq; Perſam non Medum fuiſſe, neq; Aſtyagem aut Cyrũ uinculo neceſſitudinis ullo attigiſſe. Obſedit is quoq; Babylonẽ urbẽ, & expugnauit, ſed tẽpore oĩno diuerſo, cui ſi uera Ioſephus ſcribit, adeo Daniel familiaris fuit, ut unius cõſilio nutuq; regij theſauri, ac penè tota regni moles miniſtraret, ſed ſiue Cyro ille, ſiue Dario amicus fuit, ꝓ iam grandẽ natu ſub altero fuiſſe oportet, tã aduerſa Babylonioꝝ principũ flagrauit inuidia, ut quũ uiꝝ perſpecta ſanctitate aliter criminari non poſſent, eius uitę ſint nouo calumniæ genere inſidiati. Cõpertũ his erat Danielẽ, tertio quoq; die, in ſecretũ cõcedere, nec publico ullo priuatoúe negocio ita interpellari, ut de pientiſſimo orãdi inſtituto aliq̃d remitteret. Igit ex cõpoſito ad regẽ deferunt, principibus & populo uideri, triginta dieꝝ ferias uniuerſæ genti debere indici, quibus neq; humana, neq; diuina curare liceret cuiq̃, ac ſi quis eas minus diligẽter obſeruaſſet, is maieſtatis reus, leonibus laniãdus obijceret. Rex ignarus eorũ quę parabant, autor fuit feriaꝝ populo indicendarũ. Tum cæteris quieſcentibus Daniel nihilo ſeciꝰ diuinis tertio poſt die operat, neq; loco, neq; tẽpore, ut res occultari poſſet, immutato

Hic ad/

Perſarum ſtrages.

Maſſagetarum ritus

Baltaſaris uiſio.

Danielis interpretatio.

A Hic aduerſa Satrapũ factio coorta, locũ ad criminandũ nacti, Danielis cõtumaciã ad regẽ deferunt. Damnatͬ ergo, magiſq; non repugnãte q̃ iubẽte rege trahitur ad ſupplicium. Ioſephus impune eum per noctẽ fuiſſe in leonũ cauea ſcripſit. Diuinæ literæ pluriũ dierũ ſpatio uerſatum inter feras ſine offenſa, meminerũt. Fuit regi ea res admirationi, aſcribebatq; id diuinæ prouidẽtiæ, ꝙ ꝑter oĩm opinionẽ leones fame ſ̨quiẽtes, uni hoĩm plures dies parſiſſent. Cauillari interim æmuli, nec prouidẽtia id fieri dictitabãt, ſed ꝙ leones ſagina expleti hoĩem faſtidirent. Poſcere ꝑinde, ut ieiunis iterũ obijcereť. Tum rex, & hoc quidẽ ꝑiclitari iuuat, modo uos prius experiamini, an illoꝝ ſatietas ſit uobis ſimiliter parſura, tũ leonib⁹ affatim exaturatis, eorũ quoſdã in caueã obtrudi iꝑerat, quib⁹ nihilo ꝓpterea fuit mitior leonũ feritas, ſed fœde laniati, palã oĩbus fecẽre Danielẽ miraculo ſeruatũ. Atq; ob eã rẽ mirabilior, q̃ antea, chariorq; fuit regi. Huius opus fuiſſe credĩť, Mauſoleũ in Ecbatanis Mediæ uetuſtũ, facie tñ ad poſteros recẽti, quo Medorũ reges defũcti, ad Veſpaſiani uſq; tp̃a cõdi cõſueuere. Inter cætera diuinationis eius monumẽta, illud ab Ioſepho prodĩť indubitato creditæ ſanctitatis argumẽto, & ob id certe memoratu digniſſimũ. Subito quodã horrẽdoq; motu terræ, quũ forte Suſis eſſet, in publico dep̄henſus, in faciẽ cõcidit, cæteriſq; diffugiẽtibus, uiſus eſt ſibi arcana quadam ui in pedes ſtatui, uocẽq; audire qua iubereť ea ſpectare, q̃ multa humanaꝝ reꝝ perturbatiõe eſſent in terris futura. Tũc cõſpicatus dicĩť arietẽ magnitudine imani, plurima cornua habentem, atq; oĩm eminẽtiſſimũ, quod extremo agnatũ eſſet loco, inde ab occidente ſole Hircũ per aërem delatũ ſibi intueri uiſus, qui arietẽ altero capitis impulſu proſtratũ cõculcaſſet, mox ex Hirci frõte eminẽs cornu productũ, quatuorq; illi cornua agnata, i quatuor mũdi plagas ſua ſponte obuerſa, & in his unũ perexiguũ, q̃d dũ orireť reddita ſit uox ex ꝓximo, id olim dei tẽplum cõcrematurũ, triennioq; ſacra inhibituꝝ. Quę oĩa illi diuino ĩpulſus ſpiritu, ita ſit phaſma illud interp̃tatus, ut per arietẽ Perſarũ regnũ ſibi figuratũ diceret. Per cornua eos reges, q ibi reꝝ potituri eſſent. Pręcipuũ illud uideri ſibi eorũ aliquẽ ſignificatũ iri, q ĩ ea terra latiſſime
B eſſet regnaturus, ampliſſimaſq; habiturus opes. Per Hircũ ducẽ ex Græcia affuturũ, qui potẽtiſſimum regnum duplici ꝓlio frangeret. Procerũ illud cornu, futuram potentiã portendere, quæ poſt uictoriam ſecutura eſſet. Minora cornua in contrarias mundi partes ſpectantia, magni regis ſucceſſores, qui quæſitam bello terram quaq; uerſum inter ſe partiti, regnũ habituri eſſent. Corniculũq; illis agnatum ex poſteris unum interp̃tatus, qui Hieroſolymitanũ uiolaret templũ, diuinaſq; cęrimonias in certũ tolleret tẽpus. In qua figura explicãda, uideť unũ ꝓphetæ defuiſſe, ꝙ & regũ noĩa quæ nondũ in terris erant non diſerte poſuit, cætera tam ſignificanter repręſentata, q̃ ſi ad id tẽpus illa eadem facta eſſent. Figurauit Aries Achemanidarũ regnũ, cornua reges, quoꝝ Darius opulentiſſimus, præcelſo cornu, eoq; extremo demõſtratus. Hunc Macedo Alexãder altero armoꝝ cõcurſu proſtrauit. Erat Hircus ille, qui à Graio more barbã alebat. Cornua in diuerſum tẽdentia, ſucceſſores q imperiũ inter ſe diuiſere, q̃bus prognatus Antiochus cognomẽto Epiphanes, inſtauratũ prophanauit tẽplũ. Id Iudæi à Cyro, ut dixi, in Syriã remiſſi primo ſuſcitare conati ſunt, altare ad tẽpus ibidẽ erectõ. Ioſephus id p̃io Cyri anno cõtigiſſe memorat, q ſeptuageſimus ab eo fuerit, q̃ Hebręi ex Palęſtina Babylonẽ migrare coacti ſunt. Euſebius primũ Cyri annũ trigeſimũ Hebraicę captiuitatis fuiſſe tẽpoꝝ ſupputatiõe demõſtrat. Cyrus deinde uixit annos triginta. Cãbyſes, q illi ſucceſſit, annos ſeptẽ & menſes quinq;. Sic anni colligunť ab tẽpli excidio octo & ſexaginta. Cãbyſe ſublato Magi fratres ſeptẽ ſunt menſibus Perſarũ regno potiti, Quibus interfectis, Darius regnauit, cui⁹ altero, ex quo regnare cepit, anno Zorobabelis ductu, ut ſuo poſtea loco eſt dicendũ, opus q̃d ſub Cyro fuerat inchoatũ, diuq; intermiſſum, tũ demũ repetitũ eſt, ac produci cœptũ. Inciderat forte Cyrus in Eſaiæ libros, quos ille ducẽteſimo ante, & amplius anno ſcripſerat. Fuitq; in his: Volo Cyrum, quẽ multarũ & magnarũ gentiũ regem cõſtitui, populũ meum ad propria remittere, ibiq; mihi tẽplum iterum ſuſcitari. Qua ille diuinatiõe cõmotus, p oẽm Aſiã ſcripſit, ita edicto p̄fatus: Qm̃ me maximus orbis terraꝝ deus regẽ cõſtituit, credo hunc eſſe quẽ genus Iſraël adorat. Is em̃ meum multo antea q̃ nat⁹ eſſem, per ꝓphetã p̄dixit nomẽ, q̃nã modo ipſi⁹ tẽplũ in Iudęa ſuſcitatur⁹ eſſem, tm̃ ille edicto teſtatus, principibus gẽtis ad ſe uocatis ꝓnuuciauit ſe poteſtatẽ illis facere, & Iudęis oĩbus, qui in Aſſyria eſſent, cum liberis

Parcunt leones Danieli.

Prophani laniantur à leonibus.

Danielis uiſio.

Danielis interpretatio

Eſaiæ uaticinium.

liberis & uxoribus in Palęſtinã redeundi, hortatᷣ adhęc ut urbẽ & tẽplũ reſtituãt, q̃d ut cõmo/ C
dius fieret, ad Aſſyriæ Phœniciçq; p̃ſides ſcribit, & ad circũiectas gẽtes miſit, q illis p̃ciperent,
uti auro, argẽto, iumẽto, frumẽto, Hebręos ad id opus iuuarẽt, q̃ ne uana aliqs exiſtimet, Cy/
ri epiſtolã, de ea re ad Aſſyrię principes datã, quã Ioſephus in hiſtorijs inſeruit, breui lubuit cõ
plexu explicare. Rex Cyrus Syſymo & Sathrabanæ ſalutẽ. Iudæos terrã noſtrã habitãtes, qui
uoluerũt in patriã redire permiſi, ciuitatẽ inſtaurare, & in ea dei templũ iterum ædificare, miſi

Cyri literæ de templi inſtaurati/one.

Mithridatẽ mearũ pecuniarũ cuſtodẽ, & Zorobabelẽ Iudæorũ principẽ, ut templũ à funda/
mẽtis reſtituãt, cuius altitudo cubitorũ ſit ſexagenũ, pari latitudine. Triplicẽ adhæc murũ lapi
dea materia, eaq; ꝑpolita circũducãt, ut unũ lignea ex ipſiꝰ prouinciæ arboribꝰ. Erigãt & alta/
re in quo deo ſacrificẽt. Reſtitui illis & uaſa, q̃ Nabuchdonoſor inde olim ſuſtulerat, numero
tria milia & centũ amplius, in quibus diſerte apud Ioſephũ refrigeratoria ponuntᷣ, & libatoria.
Situlę, paterę aureę argẽteęq;, & mille inſuꝑ capaciora uaſa, materia incõfeſſa. Cõceſſi adhęc,
inquit, eis honores, quibus eorũ maiores uſi ſunt. Pro iumẽtis, uino, oleo, drachmas, quinq;
milia & quingẽtas. Triticeæ ſimilæ Artabos uigintiquinq; milia, & quĩgentos, q̃ de Samariæ
tributis iuſſi illis rep̃ſentari. Ipſi Moſaico ritu pro regis ſalute, & Perſici regni incolumitate fa/
ciant. Si qui hæc uiolare auſi fuerint, eorũ bona publicari uolo, ipſos crucis patibulo affigi, &
ille in hanc ſententiã ſcripſit. In quo mecũ reputãdo illud ſubit admiratione dignũ, Zoroba/
belẽ utriuſq; ex Aſſyria migratiõis ductorẽ fieri cõtigiſſe, quũ anni circiter quadraginta, à prio
re illa q̃ ſub Cyro facta eſt, ad Darianã recentiorẽ, cuius hic quoq; ductor fuiſſe traditᷣ, inter/

Reditus Iudæorũ in Palæſti/nam.

fuiſſent. Iudæi, quod ad priorẽ reditum attinet, inſperatã redeundi occaſionẽ nacti, ſtudio in
Palæſtinã remigrarũt. Duo & quadraginta milia quadringẽti ſexaginta in patriã ſunt reuerſi,
cætera multitudo locorũ conſuetudine capta, præcipua pars Babyloni ubi nata erat & coalue
rat, ſubſidere maluit. Cuthei, hærebat gens ipſa Palæſtinæ finibus, erantq; à Medis oriundi,
ut alio eſt loco ſignificatũ, & cum his alij finitimi, multa apud prouinciarũ præſides, tacita con/
ſpiratione criminãdo, & eos qui operibus prẹerãt, ambiendo, tamdiu rem diſtulerũt, ut quum D
Cyrus in Maſſagetis perijt, templi fundamẽta tantũ iacta eſſent, tum eo ſublato, enixe data
eſt ab eis opa, ut prouinciæ & operũ p̃fecti, ad Cãbyſem Cyri filiũ ſcriberent, ſeditioſum eſſe
genus hoĩm Iudæos, uicinis accolis infeſtos, ac dñandi cupidos, nimirũ fore, ut urbe & tẽplo
inſtauratis, haud multo poſt rebellaturi eſſet, oĩa loca Syrię facturi, Perſicis regibꝰ infeſta. His

Templi in/ſtauratio.

criminationibus Cãbyſes ĩpulſus, homo p̃ter cõtemptũ religionis, ſtulto & ueſano ingenio,
Iudæis opus reſcripto interdixit. Atq; ita cõtigit, ut ad Darij uſq; tẽpora interruptũ opus man
ſerit, tum uero cæteris quaſi poſtliminio in Syriã reuerſis, magnoq; Darij fauore templũ eſt
ex integro reſtitutũ. Clari interim prophetica uoce fuêre in ea gẽte, Aggeus & Zacharias, &

Anaxime/nes.

cũ his Zorobabel regia ſtirpe ortus, & Salathiel, qui duo Hebraici nois pricipes ꝑ id tp̃s fuê/
re. Vixere cum his uiri ingenio illuſtres Eugamõ Cyreneꝰ, qui Theogoniã ſcripſit, Anaxime/
nes Mileſius Anaximandri & Parmenidis diſcipulus. Is primꝰ aëra initiũ rerũ & infinitũ arbi
tratus eſt, ſideraq; non ſupra terrã, ſed circa moueri dixit. Hunc Apollodorꝰ eo anno natũ ꝑ/
didit, quo Crœſus regno excidit. Ipſe dũ noctu intẽtiꝰ ſidera contẽplatᷣ, in ſubiectã foueã, q̃ in

Zenopha/nes Colo/phonius.

atrio domus fuit, lapſus perijt. Fuit huic ęqualis Zenophanes Colophoniꝰ Orthomenis fili/
us, q in Homerũ & Heſiodũ ob ea, q̃ de dijs fabulati fuerãt, iambos ſcripſit, quatuor opinatꝰ
eſt rerũ oĩm eſſe elemẽta, infinitos mũdos, nec uariabiles, de deo ita ſtatuit, ut ſimul in eo eſſet
mens, prudẽtia & æternitas, primuſq; oĩm dixit, omne quod fieret corruptibile eſſe. In hũc q/
dam reijciũt illud Æſopicũ, tyrãno aũt minime, aut ſuauiſſime cõgrediendũ. Sũt q Theſicoꝝ,

Aeſopus.

Simonidẽ, & Chilonẽ Lacedæmoniũ, in hęc tp̱a reponãt, Sotion Zenophanẽ Anaximãdro
credidit ęqualẽ. Æſopus fabularis hiſtoriæ ſcriptor ꝑ hęc quoq; tp̱a eſt Delphis p̃cipitatꝰ, an/
no poſt (ſi Euſebius recte colligit) q̃ Agon Gymnicꝰ Panathenaicus eſt prio Athenis celebra/
tus, Delphicũq; tẽplũ iterũ flagrauit. In hos annos reijciũt, & q̃ nos rerũ ſerie tracti, de Crœſo
& Cyro lõgiore ſermõe explicauimꝰ. Miror Euſebiũ ſcribere per id tp̃s ab Harpago in Ionas
bellatũ, fuit is multi nois apud Cyꝝ, quũ eã gentẽ ꝑ caduceatores à Cyro ſollicitatã, nõ bello
petitã ſcripſerit Herodotꝰ, ſed hęc q̃quo modo geſta ſunt, ĩ extrema Seruij Tulli tẽpora, ut di
xi, inciderunt, quo fœde ſublato, Tarquinius cui ſuperbo deinceps cognomẽ fuit, ui regnum
obtinuit.

A obtinuit. Is Romę poſtremus regnauit, ſuperbi appellationē inde adept⁹, qđ ſoceꝝ inſepultū
abiecit, Romulū dictitās & ipm ſepulcho caruiſſe: cōuerſus inde in cędē, quicūꝗ ex primorib⁹
Tulli rebus fauiſſe credebant̃, ad unū eſt oēs crudeliter inſectatus, alios ut eoꝝ bonis potiret̃ in
quodcūꝗ crimen deuocare, ſubornatis q qualibet de cauſa reos faceret, q̄ accuſandi licētia mul
tis cām ꝑbuit, priuſq̄ in periculū deuocarent̃, ſoli exilio uertēdi, ordineꝗ ampliſſimo ꝑ hęc exi
nanito, alios in curiā legit, & eos in primis, quos ſatis obnoxios ſe habituꝝ intelligebat. Alij au
tores ſunt, nullū in interfectoꝝ locū ſurrogatū, ut curia inſigni paucitate adhuc contēptior fie
ret. Ratus deinceps regnū eiſdē qbus quæſitū erat artib⁹ obtinendū, corp⁹ armoꝝ circūdedit p̄
ſidio, ſicꝗ terribilior factus, omī inſtituto prioꝝ regū ſublato, capitalia iudicia ſolus exercebat,
ſol⁹ q̄ ex regni poti⁹ q̄ ciuitatis uſu cēnt, decernebat. Difficiles ad eū adit⁹, iplacabilis uult⁹, i au
diēdo & reſpōdēdo nihilo mitior, ut iā tyrānidē ex ꝓfeſſo exerceret, fœdera, bellū, iducias, pacē,
nō ut cęteri reges publice ſanciebat, ſed domeſticis cōſilijs iūgere ac dirimere, & q̊ tutior domi
eēt, externas ſibi gētes ſtudio & arte cōcilabat, in primiſq; Latinos, cū quib⁹ nō contētus ſocie
tatē & hoſpitiū iunxiſſe, filiā Octauio Mamilio Tuſculano, uiro ea tēpeſtate Latini noīs longe
principi, matrimonio locauit, q̄ celebri affinitate mr̃ta illi⁹ regno toto Latio autoritas acceſſit.
Erat Octauius cū opib⁹, tū uetuſtate generis p̄ cęteris inſignis, ut q̄ à Telegono Vlyſſis & Cir
ces filio putaret̃ oriūdus. Bellū igit̃ Sabinis illatur⁹ Tarquini⁹, qa fœdus, ꝙ cū Tullo Seruio ꝑ
cuſſerant, poſt eius mortē fecerāt irritū, principibus latini noīs ad lucū Ferētinę, ubi celebre foꝝ
erat, ut cū his de rōne belli cōſultaret, in certū diē cōuentū indixit. Affuere frequentes illi prima
luce, Tarquini⁹ in mora fuit, nec pri⁹ eo uenit, q̄ ſol iā ꝓpemodū occideret. Tulerāt eā cuncta
tionē ſatis ciuiliter alij, un⁹ oīm Herdoni⁹ Aricin⁹ hō uehemēti igenio, & à Mamilio in re La
tina adminiſtrāda multū diſſentiēs, & ob geneꝝ ipi regi paꝝ amicus, locū ad criminādū nact⁹,
mr̃ta de Tarqnij ſupbia, uelut in cōcione locut⁹, merito p̄dicabat eū à Romanis ſupbū cogno
minati, qppe q nō contēt⁹ ciues ſuos turpi ſeruitio adegiſſe, iā & Latinos ſocios unū i locū ac
B cerſitos audeat ludificari. Tentari haud dubie toti⁹ gētis patiētiā, ut ſi obnoxios iniurię habere
cœperit, mox iugo p̄mat. Sed ſatis, inqt, feliciter triſti Romanoꝝ fortuna admonemur, quate
nus eius amicitię ſit credēdū, q̄ cū int̃ ſuos legitime regnare poſſit, Tyrānus malit eē, oiꝗ iure
ſublato, miſeros ciues exilijs, cæde, rapinis ꝑſequat̃. Abituros ſecū ſi audiāt, domū, neꝗ magis
diem concilij ſeruaturos, q̄ is qui indixerat, ſeruaſſet. Hæc & alia Herdonio ferociter cōcionāti
ſupuenit Tarqnius, q à ſuis monit⁹, ut ſe purgaret, ꝙ tādiu fuiſſet in mora, ubi i cōcionis cōſpe
ctu ſtetit, egre ſe tuliſſe p̄fatus eſt, ꝙ arbiter iter patrē & filiū moleſta diſceptatione fact⁹, dū ſtu
dio nitit̃ utrunꝗ alteri recōciliare, idigna mora ſocios & amicos, quoꝝ cōmodis ſp cōſultū uo
luiſſet, fruſtratus uideri poſſet, cęterū qn̄ exacto iā die eo uentū eēt, poſtridie actuꝝ ſe, q̄ cū ipis
agere cōſtituiſſet, ferunt ne id qdā tacitū tuliſſe Herdoniū, ſed regi piā cām excuſanti, ſubiecīſ
ſe, nullā eſſe breuiorē cognitionē, q̄ q̄ inter patrē uerteret̃ & filiū denūciari uno uerbo potuiſſe,
parēdū eſſe pr̄i, ꝙ ni fieret, infortuniū eēt filius habiturus. q̄ cū ille corā iactaſſet, æquius, q̄ ſup
biſſima ipſius natura pateretur, Rex Roman⁹ tulit. Cęterū cōfeſtim ad hoīs necē aīm adiecit,
ſub noctēꝗ ex Turni ſeruis unū ꝑ Aricinos hoīes aduerſæ factionis corrupit, ut magnā uim
gladioꝝ, in domū, qua Herdonius diuerſabat̃, occulte iferre ſineret, qua illata Tarqnius priuſq̄
illuceſceret, Latinoꝝ principib⁹ ad ſe uocatis, cōſternato uultu, q̊ facile omīs ſimulatio ſuſtinet̃,
diuina ſe ait prouidētia heſterna luce domi retardatū. Compertū ſe habere ab Turno ſibi, &
pricipib⁹ Latinoꝝ, capitales inſidias imminere, ut Latinoꝝ imperiū ſolus teneat, cōſiliū fuiſſe
heri me & uos, ubi de re agi cœptū eſſet, unà inuadēdi, dilatā tn̄ eſſe cædē, quia cōſilij autor quē
maxime petebat nō affuiſſet. Inde inſectationē illā i abſentē ortā, ꝙ inopinata mora ægre fer
ret tantā è manib⁹ elabi occaſionē, haud dubie affutuꝝ eū cū cōiuratoꝝ manu, ubi primū cō
ſilium inijſſent. Dici ſibi ingentē gladiorū numeꝝ eſſe ad eū occulte congeſtū, quare facile ſci
ri poſſe, uera ne illa, an falſa eſſent. Iturū ſe confeſti eo ſi ipſi ſecū ire uelint, ut rem præſentem
ſpeculent̃, ac ſi ita facto op⁹ ſit, uindicē affuturū. Facinoroſum hominis ingeniū, heſternaꝗ il
la uerboꝝ intemperies effecit, ut res credita ſit. Eunt igit̃, uana oīa niſi repertis armis habituri.
Vbi uero eo uentū eſt, circūſiſtunt Turnū ſomno excitatū, cuſtodes, cōprehenſiſꝗ deinde ſer
uis, q uim parabāt, gladij ex nō una diuerſorij ꝑte in aptū ꝓferunt̃, quibus cōſpectis nulli res

Tarquinius ſuperbus.

Tarquinij ſæuitia.

Octauius Tuſculāus.

Herdonius Aricinus.

Tarquinij purgatio.

Tarquinij ars in perdendo Herdonio.

*Herdonius crudeliter necatur.*

dubia uiſa eſt. Turnus catenis inectis, tumultuoſe in conciliũ trahitᷣ, ibi armis in medio poſitis, C
tã atrox inuidia eſt illi orta, ut indicta cauſa dãnatus, ad caput aquæ Ferẽtinę crate ſuperne in/
iecta, ſaxiſq; congeſtis necatus ſit. Dionyſius autor eſt, in uoraginem quandã, uiuũq; adhuc
ſub terra demiſſum. Talis fuit Herdonij exitus. Sed haud mihi una illa leuis cõcio, tam ei ob/
fuiſſe uidetᷣ, q̃ uetus ſimſtas cũ Octauio Tarquinij genero, quodq; eo ſtãte apparebat Latinũ
nomẽ haud ita facile Tarquinij poſtulatis acquietuꝝ. Verũ quęcũq; fuit eiꝰ necis cã, ſatis cõſtat
eũ iniuria damnatũ. Tarquinius Latinis in cõſiliũ reuocatis, collaudauit eos, ꝙ hoiem ſeditio/
ſum, & res nouas molientẽ merito ſupplicio affeciſſent, īde dicere exorſꝰ, potuiſſe ſe ait cũ La/
tinis uetuſto iure agere, ut ijs q ab Albanis oriũdi eẽnt, oẽs eo fœdere tenerentᷣ, ꝙ intᷣ Hoſtiliũ
regẽ, & Albanos olim fuit ictũ, quũ tres Horatij cũ tribꝰ Curiatijs de pricipatu utriuſq; urbis,
inter ſe dimicarũt, tum ꝙ à maioribꝰ diſcere potuiſſent, oẽm rẽ Albanã, cũ ſuis colonis Roma/
ni factã eẽ imperij: ſed qa utriſq; expediret, ut uetus illud fœdꝰ renouaretᷣ, poſtulare, hortariq;

*Fœdus cũ Latinis renouatur.*

Latinos, ut fortunã Romani ppl̃i magis ſociã uellẽt, q̃ infeſtã experiri: id ſatius gẽti tutiuſq; fu
turũ, q̃ agroꝝ uaſtatiões, & excidia urbiũ, q̃ Anco & Tarquinio auo regibꝰ ꝑpeſſi Latini eẽnt,
ſæpius uelle pati. Hæc ille, quibꝰ facile obtinuit, ut in ea, q̃ petebantᷣ, fœdus recẽs feriretᷣ, q̃q̃ cõ/
feſſio illa eſſet alteriꝰ iuris Latium fieri, Mamilio cæteriſq; principibꝰ gẽtis, cũ rege ſentiẽtibus,
haud quiſq̃ auſus eſt ſe apte inuidiæ diſſentiẽdo obijcere. Admonebat ſingulos ꝓpriæ ſalutis
recẽs Herdonij caſus. Dionyſiꝰ ait Tarquiniũ Latinoꝝ ducẽ eo cõcilio creatũ, eo iure quo Tar/
quinius eius auus olim fuerat: ipſe priuſq̃ cõciliũ dimitteretᷣ edixit, ut certo die Latinoꝝ iuuẽtꝰ
ſibi ad Lucũ Ferẽtinæ armis inſtructa, ex fœdere adeſſet. Miſit Tarquiniꝰ ad Hernicos, & Vol/

*Latinæ feriæ.*

ſcos, q ab ipis gentibꝰ ſocietatẽ Ro. Po. peteret. Omne Hernicũ nomen in fœdus & amicitiam
uenit. Ex Volſcis Ecetrani tm̃, & Antiates. Tũ Tarquinius ut ea populoꝝ cõcordia, aliquo ſan/
ctiore, perpetuoq; fœdere, ſtabilis & mãſura eſſet, autor extitit, ut ī Albano mõte cõmune Ro.
Po. ſocijſq; Iouis templũ conderetᷣ, quo annuæ feriæ oibꝰ populis indicerentᷣ, ibiq; extoꝝ par/
tẽ ſinguli libarẽt, atq; ex immolata hoſtia ſinguli ſuã quiſq; partẽ acciperẽt. Septẽ & quadra/ D
ginta urbes tũ primum eius ſacri ſunt participes factæ. Latinę feriæ nuncupatæ. Dubiũ qa eas
Latini celebrarẽt, an ꝙ Iuppiter ipe eſt Latialis dictus. Romanꝰ penes quẽ rei principatus erat
taurũ ibi ꝓ omnibꝰ ſacrificabat, cuius cęſi, ſinguli popl̃i, poſtq̃ libata erãt exta, ſibi partẽ depo/
ſcere. Tot populoꝝ ſocietate fretus Tarquinius, Latinorum copias, ubi primũ affuere, Roma/
nis miſcuit, dimidiatoſq; utriuſq; gentis manipulos, ita iunxit, ut ex uno duos faceret, ex duo/

*Sabini bello uincũtur*

bus unũ, quibus ita permixtis cẽturiones impoſuit, ſic Romanũ Latinũq; magis fidum habi/
turus, inde in Sabinos profectus, eoꝝ agrũ eſt late populatus, belloq;, ſecunda una pugna, cũ
ea gente profligato, in Pometinos duxit, qui tũ Sueſſam urbẽ icolebãt, pollebat tũ maxīe diui
tijs hoimq; mſ̃titudine is ppl̃s inter finitimos, eratq; ob id circũiectis urbibꝰ grauis. Obijcebãt
illis rapinæ & latrocinia q̃dã, repetitęq; ab his res erãt, q nõ ſolũ nõ poſtulata fecerãt, ſed ꝓbra

*Bellum Pometinis infertur.*

etiã cõtumaciſſimo rn̄ſo adiecerant. Tarquiniꝰ Pometinos obuiã ꝓgreſſos p̃lio uicit, uictoſq;
cũ cęde multa ītra mœnia cõpulit, cõpulſos foſſa & uallo circũdedit. Tenuit aliquãdiu obſidio,
cęteꝝ ui capti q in armis erãt ad unũ obtrũcati, urbs direpta, quadringẽta argẽti talẽta è manu
bijs collata in ędificationẽ tẽpli, ꝙ ab auo Ioui ī Capitolio fundare aio cõceperat, Tarquiniꝰ ſe
poſuit, hęc argẽti ſumma eſt opi decreta, ſi Dionyſiꝰ uerꝰ eſt autor, Liuius quadraginta talẽta
fuiſſe ſcribit. Habebat adhuc Romanꝰ caſtra ad Sueſſam quũ trepide eo affertᷣ, Sabinos bi/
ꝑtito Romanũ agrũ ingreſſos p̃das populabũdos agere. Tarqnius p̃ſidio ad Sueſſam cũ om̃i
p̃da relicto, ipe cũ expeditiſſimis copijs ad hoſtẽ ire ꝑgit: fecerãt illi bina caſtra ad Fidenas, una
ꝓpius Romã, altera ad Heretũ: ubi ad hoſtes uentũ eſt, Tarquinius medio ſpatio ꝙ inter ipſa
caſtra fuit metatus eſt, ſed aliq̃to ꝓpius eos q ad Heretũ cõſederãt. Sabinoꝝ duces multitudine
freti cõſilia iter ſe cõferunt, de p̃lio cũ hoſte cõmittendo, placuitq; ꝑ noctẽ ijs qui circa Fidenas
erãt ſignificari, ut poſtridie de ſumma rei dimicaruri adeſſent. Romanꝰ intercepto cũ literis nũ
cio, bñ gerendæ rei occaſionẽ nactus, maiorẽ copiarũ partẽ mandat, uiã q̃ Fidenas ferebat, oc/
culte inſidere, ac quum hoſtẽ pugna occupatũ uidiſſent, ſubito incurſu fatigatum adorirẽtur,
ipſe ubi primũ illuxit, cũ cæteris copijs ad hoſtiũ uallũ progreſſus, in eorum conſpectu aciem

*Duo Sabini*

explicat, pugnæq; copiam facit. Sabini contempta Romanorum paucitate, rati ad hęc alterũ
exer/

exercitum medio certamini ſuperuenturũ, confeſtim in ęquũ deſcendunt, pugnatũ nonnihil eſt ancipiti marte, inde ubi q à Tarquinio noctu miſſi fuerãt à tergo circunuecti, ſe hoſtibꝰ ex improuiſo obtulerunt, cognitaq́; ſunt Romana arma, ferro repẽte abiecto Sabini fugã capeſ-ſunt: uerum undiq́; circũuenti, ꝑpaucis ęgre dilapſis, cęteri in medio cæduntᷣ, aut ſuppliciter ſeſe dedentes ad uincula ſunt reſeruati, capta deinde caſtra oĩs opulẽtiæ plena. Tarquinius, re ex una parte proſpere geſta, ad eos q circa Fidenas erãt, priuſq̃ acceptę ad Heretũ cladis eo nuncij ꝑuenirẽt, uictorẽ exercitũ ducit, & iã illi uallũ egreſſi ad altera ſuoꝝ caſtra ſtructis ordinibꝰ cõtendebãt, quũ cõſpecto repente hoſte, ſuorũq́; capitibꝰ haſtaꝝ cuſpidibus affixis, collapſi aĩo, in preces & lachrymas uerſi, pacẽ ꝑ legatos petunt his cõditionibꝰ, ut Romano impĩo ſubiecti tributũ penderent. Liuiꝰ, ꝙ miror, nullã Sabini huiꝰ belli mentionẽ fecit. Tarquiniꝰ Sueſſam copias reduxit. Ex Sueſſa Romã paulo poſt cõceſſum. Multę deinceps fuere ipſiꝰ regis in Volſcos expeditiones, ſed illæ ꝑbreues & tumultuariæ, ſepiuſq́; p̃dæ ex hoſtico abductæ, ceſſerãtq́; illi oĩa ex ſententia, quũ in diuturnũ finitimæ urbis bellũ incidit, urbs erat centũ ſtadia ab Roma diſtãs, uia qua Pręneſte itur, Gabios id oppidũ dixere, ab Albanis ut pleraq́; alia in Latio conditũ. Gabini à ꝓfugis Pometia q ibi erant Romaniſq́; exulibꝰ impulſi, monſtrãtibus Tarquiniũ ob ciuiũ odia, ſi uno uictus eſſet p̃lio, facile poſſe regno detrudi, miſerãt eo & Volſci legatos ad fœdus & amicitiã aduerſus Romanos iungendã, nulla ipſi iniuria lãceſſiti bellũ Romanis indixere. Erãt tum Gabini inter Latinos opibus & uiris ſcd̃m Romanos lõge pꝛĩcipes, quo cõtigit, ut Tarquinius Gabios obſidere adortus, inde cum ignominia & cæde repulſus, ſępeq́; tumultuarijs prælijs cũ hoſte cõgreſſus, ad urbẽ uſq́; turpiter ſit fugatus, interdũ, ut uariæ ſunt belloꝝ uices, Gabinos uictos Romanꝰ intra muros clauſit, eratq́; id bellũ uarijs caſibꝰ in ſeptimũ annũ diſtractũ, quum Tarquinius arte, haud quidẽ Romana, hoſtes adortꝰ, ꝙ ui & armis nõ quiuerat, fraude eſt eoꝝ oppido potitꝰ. Bello igiťᷣ uelut depoſito, urbana opa multo ſtudio celebrat, his die noctuq́; ſedulo incũbit, bellumq́; per hæc depoſitũ uideri uolebat, quũ Sextus eiꝰ filius ex compoſito Gabios trãſfugit, ubi in cõcione patris ſuperbiã inſectatus, multaq́; de eius iniuria amariſſime locutꝰ, ab alijs in ſuos ſæuitiã flexiſſe querebaťᷣ, natorumq́; iãdudũ tedere eũ cœpiſſe, ut quã in curia fecit ſolitudinẽ, domi quoq́; faceret, ne ex ſtirpe quidem aliquẽ poſt ſe incolumẽ relinquat. Elapſum ſe inter ipſius tela & gladios, ut nuſq̃ iã tutus ſit ſibi niſi apud hoſtes locus. Cęterũ ꝙ ad ipſius regis cõſiliũ attineret, ſcirẽt Gabini bellũ ſibi integrũ ſupereſſe, ꝙ ab eo depoſitũ uideretᷣ, artẽ eã eſſe, ut incautos poſtea ꝑ occaſionẽ inuadat, ꝙ ſi apd̃ eos locus nõ ſit, circuiturũ ſe oĩe Latiũ Volſcoſq́; deinceps & Equos, atq́; Hernicos, donec ad eos ueniret, q liberos ab impijs patrũ ſupplicijs poſſint & uelint tueri, unũ illud adijcere, futurũ ſe Gabinis ſi ſua opera uti uelint ad res in Tarquiniũ gerẽdas momentũ haud quidẽ exiguũ. Quibus illi uerbis capti, iuuenẽ cõſolantes circũſiſtũt hortãturq́;, ut Gabijs malit eſſe, ſecũq́; bellũ in Ro. iſtaurare. Vetãt adhęc mirari ſi q̃lis in ciues & ſocios fuiſſet Tarquiniꝰ, talis poſtremo & in filios eſſe cœperit, at confidere oẽs breui fore, ut ipſius ductu tota belli moles à ſuis mœnibꝰ depulſa in Romani noĩs Tarquinijq́; regis exitiũ uerteretᷣ. Hmõi ſpe freti ad arma temere Gabini recurrũt, Romanũq́; deiceps agrũ Sexti ductu ingreſſi, opulentã inde p̃dã auertũt, quã Sextus large partiẽdo, ferociterq́; Romanis inſtando eo ꝓceſſit, ut magno Gabinoꝝ cõſenſu dux ſit belli declaratꝰ. Tũ aliquot p̃lijs inter Gabios & urbẽ ꝓſpere cõmiſſis, quũ oĩa ex cõpoſito fierẽt, ut maior illi inter Gabinos fides haberetᷣ, crederẽtq́; uulgo, oĩm q̃ pararentᷣ ignari, q̃a toties res ꝓſpere fluxiſſet, dono deũ ſibi Tarq̃niũ miſſum, eẽtq́; ꝑ hęc ille oĩbꝰ ita charus, ut eiꝰ opes nihilo minores Gabijs eſſent, q̃ pr̃is Romę, iã ſatis uiriũ ſibi ad oẽs conatꝰ adeſſe ratꝰ, ex fidiſſimis unũ Romã ad patrẽ miſit, q ab eo ſciſtitaretᷣ, q̄ñ dij ita euenire uoluiſſent, ut iã oĩa Gabijs poſſet, q̄d ſe iã uellet facere, nihil ad ea Tarq̃niꝰ r̄ñdit ſed ĩ hortũ qui in regia erat deliberãti ſimilis trãſijt. Ibi rex nũcio q ſeq̃ iuſſus erat r̄ñſum expectãte, tacitus inambulãs baculo papauerũ capita decutiebat, atq́; ita lõgiore mora feſſum à ſe nũciũ dimiſit, q ubi Gabios uenit Sexto nunciat, q̄bꝰ ip̃e uerbis ad regẽ uſus eſſet, cæterũ ſiue odio in filiũ, ſiue innata ſꝑbia nullũ ſibi reſponſum dediſſe: Sed citro, inquit, ultroq́; ocioſe inambulans hortẽſis herbę capita diuerberauit, meq́; poſt longã moram feſſum ſtãdo, ſine uerbo à ſe dimiſit. Senſit continuo iuuenis paternis artibus inſtructus, q̄d per ea rex fieri uellet. Gabinoꝝ primo

exercitus uno die ſub acti.

Gabini bellũ Romanis inferunt.

Gabinũ bellum deponitur.

Tarquinij fraus.

Tarquinij ars.

res,alios ad pplm criminādo,& i his Petronē Antiſtiū ciuitatis lōge pricipē, alios ſua ipſos in/
uidia obnoxios,interemit.Nōnulli palā occiſi,occulte alij,in quibꝰ minꝰ ſpecioſa fuit necis cau
ſa.Multi in exiliū acti,quoꝝ æque ac peremptoꝝ bona multitudini data,ut oīs maloꝝ ſenſus,
p̄dæ dulcedine adimeret,atq; ita ciuitatis cōſilio ſenſim ſublato, Res Gabina in Tarqnij pote/
ſtatē cōceſſit.Scio miꝝ uideri, q̄ tā p̄matura fuerit i Sexto prudētia,ut eas patris ambages ad
Gabinoꝝ principū cædē ꝑtinere ſenſerit. Veꝝ enimuero,uetꝰ fuit illud,neq; in Tarqnia gente
ortū exēplū,& ut illo aliud uetuſtius,ita ipſi familiæ nō ignotū,Corintho Tarqnij oriūdi,ubi
Periāder tyrānidē exercuit,is quū Thraſibulū Mileſiū ꝑ fidū nunciū cōſuluiſſet,qua arte, qua
ui,ſibi pricipatū ſtabilire poſſet,nullū dicit̃ ab eo reſpōſum datū,ſed i agrū triticeę ſegetis egreſ/
ſum,eminentiores ſpicas baculo decuſſiſſe,atq; ita Periādrū tacite inſtructū, capitibꝰ ciuitatis
Exemplum Tarquinij Corintho trāſlatitiū.
cæde & exilio ſublatis,tyrānidē obtinuiſſe.Corintho pulſus Demarathꝰ Priſci Tarqnij pater,
uñ & exēplū ipſum trāſlatitiū.Tarqnius Gabios ꝑ hūc modū adeptus,p̄ter ſpē oīm, nihil ciui
bꝰ abſtulit,nulla pecunia mulctauit,quin etiā,ut ſuis legibꝰ uiuerēt,ꝑmiſit,ſocioſq; P.R.aſcri
pſit,opportunitatē urbis ſecutꝰ,q̄ rebus dubijs magno ſibi & ſuis adiumēto futura uideretur,
his legibꝰ qbꝰ & Sabini iā ātea recepti, Clypeo ligneo cui bubulū fuit coriū inductū,leges ipę
priſcis ſunt lr̄is cōſcriptę,in tēploq; Iouis Priſcij aſſeruatę.Liuiꝰ Gabijs captis exiſtimat cū Eq/
Tēplū Capitolini Iouis
rum gēte fœdus à Tarquinio ictū,& cū Tuſcis renouatū.Rebꝰ igit̃ circa urbē pacatis,Romanꝰ
rex ad urbana opera cōuerſus,primū oīm,Iouis,Iunonis,& Mineruę tēplum Sabino bello ab
auo uotū,i ꝑte Tarpeij collis p̄celſa & ſcopuloſa,aſperitate loci priꝰ caſtigata,fundare eſt ador
tus,ſed quū de more areā inaugurare ſtatuiſſet, eſſetq; huiꝰ ſpatij ambitꝰ,ſacella quædā uetu
ſtiſſimi operis cōplexus,q̄ qa exaugurāda erāt,ut omī religionis metu ſublato,opifices demo/
Terminus & Iuuenta.
liri poſſent,ferunt ut tunc maloꝝ dęmonū erāt illuſiōes,cætera numina Ioui, deabuſq; augu/
rio ceſſiſſe,ſolū terminū(addūt qdā & Iuuētā)ſua ſede moueri nequiuiſſe. Atq; ipa re i omen
ſtabilis māſuriq; iperij accepta,ſacellū media ꝑte tēpli immotū poſtea māſiſſe.Sed ſiue tū pri/
mū,ſiue aliquāto ātea cœpert̃ fundamēta apiri,maiꝰ quoddā eſt operātibꝰ ꝓdigiū oblatū.Hu
manū caput recēti tabo ab ijs,q̄ i ima ꝑte operabant̃,ē inuentū.Tarqniꝰ(nemo em̄ nō id ꝓdi/
gioſū putauit) domeſticos uates cōſulit, hi oēm eiꝰ diſciplinę laudē ad Hetruſcos referētes ad
regē ꝑtulerunt ut in Hetruriā ſciſcitatū mitteret,nec multū abfuit,ut q̄ ad id miſſi ſunt,callida
auguris ꝑcunctatiōe decepti,fatalē neceſſitatē ꝑ inſcitiā alio auerterit.Sic em̄,ut uideo,uanita/
tis illiꝰ cultores ꝑſuaſum habuere,ut niſi,qui à Tarquinio uenerāt, ab auguris filio prius mo/
niti fuiſſent,ut quoquo mō à p̄re interrogati eēnt,in Tarpeio,aut i Tarpeij parte ꝓdigiū factū
ſemꝑ reſpōderēt,futuꝝ fuiſſe,ut pricipatus q̄ ꝓdigio portēderet̃, alio callida ſenis ſtipulatiōe,
Capitoliū.
trāſferret.Sed ubi Romanos capi nō poſſe Hetuſcus uidit,tum ſine alia ambage docuit,fore,
ut ibi arx impꝑij,caputq; reꝝ eēt,ubi id oſtentū apparuiſſet,ac iā inde locꝰ ex Tarpeio Capito/
lium eſt dici cœptum.Liuius autor eſt tantā tēpli molē fuiſſe, ut Pometinæ manubiæ,q̄ ꝓdu/
cendo ad culmē operi fuerāt deſtinatæ,fundamentis ſint iaciendis conſumptæ, uideriq; ob eā
rem,propiora uero,q̄ Fabius pictor,q̄ quæ Calphurnius Piſo,de ea argenti ſumma tradidit,
quoꝝ hic XL.miliū pōdo,ille talentoꝝ quadragita fuit autor. Dionyſiꝰ medium ſecutus qua/
Tarquinij opera.
dringenta,ut alio eſt loco ſignificatū,talēta fuiſſe arbitratꝰ eſt.Nec templo tm̄ inſtruendo ciui
tatē exercuit Tarquiniꝰ,ſed & foros in Circo fecit & Cloacam maximā purgamentoꝝ recepta
Sibyllini & fatales libri
culū,q̄ dum his ualide intentus eſſet,Anus ignota facie ad eum, nouē habēs libros,uenit,ro/
gauitq; an mercari eos uellet,diuina in his oracula eſſe dictitās. Verū nimis amplū p̄tium de/
poſcere uiſa,tāq̄ ętate deſipiēs,à rege deriſa eſt.Tū illa tris in ꝓximum ignē cōiecit libros,ruꝛſꝰ
inde regē percunctatur an ſex reliq̄s eodē uellet p̄cio emere.Hic Tarquinio adhuc magis ridē/
te tris alios pari rōne cōſumpſit.Poſtremo quū ad reliquos emēdos nihilo minore ſumma in/
uitaret,hortaretq; regē ne tātā è manibus emitteret occaſionē,demiratꝰ ille mulierculę cōſtan/
tiā,auguribꝰ adhibitis,libros mercatꝰ ē.Anꝰ ubi è cōſpectu regis abijt,nulli hoīm amplius ui/
ſa eſt,creditū uulgo Sibyllarū unā fuiſſe,& ob eā rē libri ipi Sibyllini nuncupati,adhibitiq; ui/
ri duo,qui eos inſpicerēt,quoꝝ alter,M.Attiliꝰ,qm̄ illos temere uulgaſſet,bubulo corio inſutꝰ,
regis iuſſu eſt in mare,piectus.Aſſeruati ſunt deinceps ſub templo capitolini Iouis, arca lapi/
dea,nec aliter adiri inſpiciq; cōſueuere,q̄ quū ciuitas ſeditione iactaretur, aut tetra aliqua bello
rum

A rum clades icidiſſet,ꝑdigiũ ue inexpiabile alioqui eſſet factũ. Permanſere Sibyllina illa oracu/
la uſq; ad bellũ Marſicũ,ꝑ id tp̃s Capitolio,ſiue caſu,ſiue humana fraude, ut credit̃,incẽſo,li/
bri una cũ tẽplo deflagrarũt, q deiceps in uſu fuere parũ uera appellatione ſunt Sibyllini nun
cupati,ſed ex Italiæ urbibus q̃dã publica cura cõqſita,alia ex Erithris cæteriſq; Aſię urbib⁹ q̃/ *Prodigiũ in domo Tarquinij.*
rũ pauciſſima Sibyllaꝝ fuere. Nec ita m̃lto poſt accidit ut duo Tarqnij filij Delphos ſint à pr̃e
miſſi,ob ꝓdigiũ ꝙ domi apparuerat: anguis lignea colũna ſubito dilapſus ingẽtẽ fugã i regia
domo fecerat. Dionyſius ait Aqlas in palma,q̃ regia icubabat,nidũ habuiſſe,ubi illis abſenti/
b⁹ implumes pulli,ſubito uultuꝝ incurſu,diſcerpti ſint. Verũ ſiue hoc,ſiue illđ accidit, Rex fu/
turoꝝ ſollicit⁹,filios ad Delphicũ miſit oraculũ,his Roma ꝓficiſcẽtib⁹,ludibriũ poti⁹ q̃ comes
addit⁹ eſt Iunius Brut⁹,q ſtupore & amẽtia ad tp̃s ſimulata,ſalutẽ ſibi patrięq; libertatẽ pepe/
rit. Nã quũ nobili eẽt loco nat⁹,attingeretq; regẽ cõſanguinitate. Erat eñ Tarqnię fili⁹,ut Dio *Brutus.*
nyſius ſcribit Priſco Tarqnio genitę,alij eã ſupbi regis ſororẽ ꝓdiderĩt, Bruti pater Iunius fuit,
ab uno ex Æneę comitibus oriũdus: Is cũ maiore filio clarę indolis à Tarquinio interfect⁹, Bru
tũ admodũ adoleſcẽtẽ reliquerat,q domeſtica clade territ⁹,longe diuerſum ab eo quo erat,ſibi
finxerat ingeniũ,unde ille à ſtupore,quẽ effinxerat, Bruti cognomẽ adept⁹. Is igitur quũ regij *Bruti donũ Apollini datum.*
iuuenes ſua Apollini dona attuliſſẽt,aurũ corneo baculo,quẽ ad id affabre excauauerat,inclu
ſum,tacita ſui ingenij ambage deo obtulit,quũ lignũ interim dediſſe crederet̃, tũ mãdata pr̃is
duo fratres executi, futurorũ,ut fit, ſolliciti Pythiã cõſulũt,quis natoꝝ poſt Tarquiniũ patrem
eſſet Romę regnatur⁹. Vox ex intimo ſpecu reddita ẽ,eũ q primus oſculũ matri daret, Romę
imperiũ habituꝝ. Oraculo decepti Tarquinij iuuenes inter ſe cõparant,ut utri coꝝ,poſtq̃ do/
mũ ueniſſent,pri⁹ mater occurreret,is eã oſcularet̃. Erãt Tarquinio regi tres uirilis ſtirpis filij,
Titus, Aruns, & Sextus,placuit duobus q aderãt rem ſilẽtio occultari, ut Sext⁹ q domi relict⁹
erat,exps impij eẽt. Hæc illi. Brut⁹ lõge aliter rẽ interp̃tat⁹, uelut aliqd pede offendiſſet,in fa/ *Brutꝰ oſculatus terrã.*
ciẽ ꝓcidẽs oſculo terrã cõtigit. Mater oĩm terra eſt. Sub id igit̃ tp̃s quo illi Delphis ſunt domũ *Bellum Ardeate.*
B reuerſi, bellũ i Ardeates Tarquinius parabat. Rutuli gẽs,ut tũ res Latij erãt,opibus præpotẽs,
diu i publicis opib⁹ Romę inſtruẽdis à rege habiti, fabrile miniſteriũ grauati,aperte cœperãt
impiũ detrectare. Conat⁹ eſt Tarqni⁹ p̃dæ cupidus primo impetu, Ardeã capere,quo conſilio
deſtitut⁹ urbẽ obſidione cinxit,& qa bellũ magis erat lõgũ q̃ acre, faciles ex his caſtris dabãtur
cõmeat⁹,ſed primorib⁹ faciliores,q̃ militib⁹. Celebrabãt inter ſe regij iuuenes cũ æqualib⁹ cõ/
uiuia,ociũq; mutuis comeſſationib⁹ terebãt. Accidit itaq;,ut nobiliũ iuuẽtute apđ Sextũ Tar
quiniũ cœnãte,& i his Collatino Egerij filio,ſermo de re uxoria ſit illat⁹,hic uero quũ qſq; ſuã
ſtudio uxorẽ ꝓbaret,ſic eñ cõparatũ eſt,ut hoĩm plurimi pl⁹ oĩno deferãt uxoribus q̃ par eſt,
minuſq; de his male ſuſpicent̃,contra oĩa in uiro ſint illis ſuſpecta. Certamine accẽſi iuuenes *Certamẽ de re uxoria.*
quũ nemo alij laude cederet,qd,inquit, Collatin⁹, uerbis op⁹ eſt,breuis uia ad urbẽ ducit,pau
cis horis,ſi periclitari iuuat,cõſtare poterit,q̃ ſit oĩm optĩa,agite,ac citatis eqs Romã ꝓfecti, ip̃i
nr̃arum ingenia qualia ſint iprouiſo acceſſu oculis exploremus, id cuiq; ſpectatiſſimũ erit ui/
tę argumentũ i ſua,ꝙ inopinato occurrerit. Nec mora deinceps fuit, incaluerant eñ uino,una
Romã iter intẽdũt,ubi regijs nutib⁹ in cõuiuio & luxu inter æqles reptis Collatiã primis ſe/
ſe tenebris intẽdẽtib⁹ abeũt,ubi Lucretiã nõ epulis & choreis,ſed lanæ deditã inter lucubrãtes
ancillas medijs ædib⁹ ſedẽtẽ inueniunt. Tũ illa p̃ cũctis laudata. Collatinus regios iuuenes co
miter inuitat,mox inde digreſſi,in caſtra ad altã noctẽ ſe recipiũt. Ceperat interim Sextũ Tar/
quiniũ libido Lucretiæ ſtuprãdæ,cuius nõ minus ſpectata caſtitas,q̃ forma accẽdebat. Paucis
itaq; dieb⁹ interiectis,uno duntaxat comite Collatiã uenit,ubi à Lucretia & alijs, nihil tale ſu/
ſpicantibus,eſt benigne acceptus,ac poſt cœnam in hoſpitale cubiculum adductus,poſtea ue/
ro q̃ intẽpeſta nocte oĩa ſilẽtio plena erãt,cęteroſq; dormire Tarquinius ſenſit,ad Lucretiã ſtri *Lucretiæ ſtuprum.*
cto ferro igredit̃,tũ lęua manu ei⁹ pectori impoſita,tace.inqt Lucretia, Sext⁹ Tarqnii⁹ ſum,
morieris ſi uocẽ emiſeris,ferrũ in manu eſt. Inde illã ut in re ſubita, ſomnoq; nuꝑ excitatã,atq;
oĩa pauẽtẽ leniter affatus,amorẽ fateri ſuũ,orare miſcereq; p̃cib⁹ minas. Cæterũ ubi p̃cib⁹ ſe/
ptã pudicitiã aĩmq; p̃ſenti periculo expugnari nõ poſſe uidit, ad metũ dedecus adiecit. Loca/
bo,inquit,apud te ferro traiectam iugulatũ ſeruũ,ut in ſordido credaris adulterio necata. Qui/
bus minis exterrita illa, ut infamiæ ſuſpitionem effugeret, expugnari ſe paſſa eſt. Abijt inde

Tarqniꝰ ferox,ignarꝰ q̄lē cladē uictrix libido mox ſibi, & ſuis eēt allatura.Lucretia ubi primū C
illuxit.nūciū ad prēm Tricipitinū Romā miſit.Erat tū is p̄fectꝰ urbis,mittit & ī caſtra ad Colla
tinū,ut cū ſingulis amicis ſubito Collatiā ueniant,maturato opus eē,rē atrocē domi accidiſſe.
Lucretia ad ſuos. Affuit.Sp.Lucretiꝰ pater,& cū eo.P.Valeriꝰ Voleſi filiꝰ,cū Collatino Iuniꝰ Brutꝰ ex Ardea ue
nit.Mœſta ſolaq̃ſedebat ī cubiculo Lucretia,q̄ ueniētes intuita,obortis repēte lachrymis,ī fle
tū ꝓrupit,ac q̄rēti uiro,ſatin ne ſaluę res eēnt,minime,inqt,Collatine,qd eñ ſalui ꝑfligata pu
dicitia pōt mulieri eē?alieni uiri ueſtigia tuū fœdarūt lectū. Cęteꝝ corpꝰ uiolatū ē,animꝰ culpa
uacat.Vos q̄ſo date fidē,rē adultero haud īpune futurā.Sextꝰ Tarquiniꝰ eſt,q hoſtis ꝓ hoſpi
te,ꝓxima nocte huc uenit,gaudiūq̃ hic peſtifeꝝ mihi ſibiq̃,ſi uiri eſtis,abſtulit.Dāt illi ordīe
dextrā,cōſolāturq̃ ęgrā,culpā ī auctorē īiurię ab ea auertentes,mētē dicere nō corpus peccare,
nemini nō liquere uñ cōſiliū abfuerit,inde ꝓcul culpā abeſſe.Vos,inqt illa,uideritis qd huius
ſceleris autori debeāt.Ego etſi ſum mihi pudici animi cōſcia,corpꝰ tñ qa fuit iniurię obnoxiū,
Lucretiæ interitus. ſupplicio nō libero,nec Lucretię exēplo impudica uiuet ulla ampliꝰ, ac cū his cultro, quem in
hunc uſum ſub ueſte occultū habuit,repēte educto,priuſq̄ ab his q aderāt inhiberi potuiſſet,
in cor defigit,ꝓlapſaq̃ ī uulnꝰ moribūda cōcidit. Conclamāt ad eiꝰ caſum, uir Collatinus, &
Tricipitinus pater.Brutꝰ cultrū ex uulnere eductū tenēs,ꝑ hūc,inqt,caſtiſſimum āte regiā iniu
riā ſanguinē iuro,uoſq̃ dij cælęſtes teſtes facio,me L.Tarqniū cū filijs & ſcelerata cōiuge,ferro,
igni,ac quacūq̃ ui poſſim ꝑſecutuꝝ,nec cū aut aliū queq̄ Roma poſthac regnare paſſurū.Col
latinus deinceps & alij luctu repēte in irā uerſo,idē ordine iurāt,mirati ītra ſe unde nouū illud
in Bruto ingeniū repēte extitiſſet.Mox eū ad ultionē uocātē ducē ſecuti,Lucretię corpus ex do
mo in publicū deferunt,fit ſtatim ex toto oppido ad uidēdū cōcurſus ibi uero quū quiſq̃ pro
ſe de nefaria ui & ſcelere Tarquinij q̄reret, & in primis Brutus caſtigator lachrymarū circum-
fuſam mouēt multitudinē,hortari qd uiros qd Romanos deceret,arma ſecū ī tyrānos talia au
ſos caperent.Concurrit ad arma ferox iuuētus,ultro ad oīa parata,placuit portas p̄ſidio tene-
ri,ne qd in caſtra nūciari poſſet.Cœtera multitudo duces ē Romā ſecuta.Fecit armatoꝝ agmē D
pauorē & tumultū in urbe,ſub primū ingreſſū.Primores inde ciuitatis,primo in agmine cōſ-
pecti,ſpęctantibꝰ primo admirationi fuere,mox ubi res cognita ē,haud minor Romæ,q̄ Col
latię motus ſecutꝰ eſt.Curritur ergo ex omnibꝰ ciuitatis locis,in foꝝ,Pręco pplm ad Tribunū
Celerū,quē magiſtratū tū forte Brutus gerebat,uocauit.Ad quem ille uehemēti ē orōne uſus,
haud eo ingenio,ꝙ ad id tp̄s fuerat ſimulatū,ſed ſummo uiro digna, q ſe ciueſq̃ ſuos cū ipſa
patria in libertatē aſſerere tū primū aggrederet.Brutus pauca de ſe q ad id tp̄s ſtultitiā ſimulaſ
Bruti uerba ad populum. ſet,p̄fatus,primū de ui & libidine Tarquinij iuuenis,deq̃ infando Lucretię ſtupro , miſerabi-
liq̃ cęde atq̃ Tricipitini prīs orbitate q̄ſtus,Tarquinij deinceps prīs ſcelera exorſus,cū multa
oīm indignatione,Seruij regis optimi,bonoꝝ cædē,fortunaꝝ direptiones,exilia,diuturnū ple
bis ſeruitiū in Cloacis demerſæ,aliaq̃ publica & priuata incōmoda,q̄lia ciuitates ſęuiſſimo ſer
uitio p̄ſſę pati ſoleāt,ordine explicat,Adijcit his impiæ Tulliæ currū,ꝑ cadauer prīs actū.Qui-
bꝰ multitudinē p̄ſentē reꝝ ſtatū iā ātea ꝓteſam facile impulit,ut imperiū regi abrogarit,ip̄mq̃
Tarquinio abrogatur imperium. Tarqniū cū uxore & liberis exulare iuſſerit,ip̄e cū lectis iuuenibus,Tricipitino in urbe ad p̄ſi-
diū relicto,in caſtra ad cōcitādū in Tarqnios exercitū eſt profectꝰ.Tullia medio tumultu , iter
Aliter res narratur. diras quacūq̃ iret execrationes,domo ꝓfugit.Hęc Liuiꝰ.Sed multo ſimiliora uero ſunt,q̄ Dio
nyſius,antiqſſimū reꝝ Romanaꝝ ſcriptorē Fabiū ſecutus ait.Lucretiam uim à Sexto Tarqui-
nio paſſam,ubi primum illuxit,ex Collatia curru in urbē ad patrem defectā,erat eñ ille urbis
p̄fectus,ibiq̃ ad eiꝰ pedes multis lachrymis obuolutā,uim Tarquinij miſerabili modo cōque
ſtā,pleriſq̃ nobilium,q officij cauſa forte aderāt,uel ad id uocatis,quod fieri potuit,ſpectanti-
bus,ſe ferro traieciſſe.Ad cuius caſum atrox orta ſit animoꝝ indignatio.Superueniſſe iam in-
de ea extīcta Collatinū & Iuniū Brutū à Lucretia ꝑ nuncium ab initio accerſitos,q circa portas
P.Valerio miſſo ex urbe,ut Lucretię mortē uiro nunciaret,occurrerant,ac tū Brutū breui de ſe
p̄fatione uſum,ad ultionē cęteros ꝑpuliſſe, cōiuratūq̃ à paucis primo in Tyrānoꝝ exitiū,poſi
tiſq̃ circa portas cuſtodijs, ne qd regi ſignificari poſſet,cōſultatū īter eos de forma ciuitatis īſti
tuenda.Inde Tricipitino Interrege creato,Brutū longiſſima ad populū oratione uſum, autorē
fuiſſe,ut regnum Tarquinio adimeretur . Ego ut non libenter Liuio accedo , qui ait uno tem-
pore

A pote Lucretię neceſſarios ex diuerſis locis Collatiã ueniſſe, quũ caſtra multo ide remotiora eſ-
ſent, q̃ Roma, q̃q̃ haud ſcio an patri Tricipitino, qa p̃fectus urbis eſſet, licuerit priuata cã urbe
abeſſe, ita à Dionyſio diſſentio, q tot cõſultatiões tã lõgã gerẽdę rei morã iterpoſuit. Quin po-
tius mira celeritate oĩa acta crediderim, p̃ſertim quũ Bruti & alioꝝ conſilia, ſi minimũ in tẽpo-
re fuiſſet offenſum, facile regis iteruẽtu opprimi potuiſſent. Verũ quoquo mõ res acta eſt, Bru
tus (ꝙ inter oẽs cõuenit) imperio regi abrogato, cum paucis cõtendit in caſtra, uñ quia iã nun-
cius eo de ijs q̃ Romę acta erãt ꝑuenerat, ꝑculſus Tarquini⁹ ad cõprimẽdũ motũ Romã ꝓfe-
ctus erat, declinauit Brutus regis occurſũ, accidítq; ut uno tp̃e hic Romã, ille ad exercitũ uene-
rint. Sed multũ diſpari effectu, Tarqnio clauſę ſunt portę urbis, atq; exiliũ indictũ, milites libe
ratorẽ ſuũ ſtudio ſummo & fauore excepeřũt. Tarqnij filij è caſtris eiecti, reliqui in Herruriam
patrem ſecuti ſunt. Sextus patris irã ueritus Gabios, uelut in peculiare regnum, exul abijt.

# ENNEADIS II. LIBER VII.

EXCIDIT Tarquinius regno, anno q̃nto & uigeſimo, ex quo Romæ fuerat ANNI
rerũ potitus. Fuitq; annus ille ab eo quo in urbe cœptũ erat regnari, ſupra du MVNDI.
centeſimũ quartus & quadrageſimus. Ab mundi origine undeoctogeſimus
ſupra ſexcenteſimũ ac quater milleſimũ. Regnaruntq; cũ Tarquinio in Mace
donia Aminthas Alcetę filius, qui adeo ualidus fuit corpore, ut in Olympico Aminthas.
ſtadio haud unũ certaminis gen⁹ uno tp̃e obiuerit, in Ægypto Amaſis, qui Aprij ſucceſſit. Is
ab Aprie miſſ⁹ ad comprimẽdos Ægyptioꝝ motus, q poſt pugnã in Cyreneos infeliciter cõ- Amaſis rex
miſſam à rege defecerãt, tumultuario rex eſt fauore declaratus. Miſit Apries qui eũ ad ſe uin-
ctũ ducerent, quibus Amaſis ſe iãdudũ dare operã dixit, ut p̃ſto regi adeſſet. Cõparabat, enim
aperte in eum bellũ, nec longior deinde mora fuit, contractis utrinq; copijs, circa Memphim
urbem caſtra contulere, ibíq; ingenti prælio commiſſo Apries uictus in Amaſis poteſtatem ui
B uus uenit, abductúſq; in Sain urbẽ, ubi uictor Amaſis ſibi regiam optauit ſedem, in ſummo
eſt honore ab eo habitus. Indignabantur interim Ægyptij, poſt adeptum regnũ Amaſi pa-
rere, ꝙ nimis humili eſſet loco natus, & ob id indignus qui tot populis, tot gentibus ſimul im-
peraret. Ille ad hęc non ui, ſed arte animos leniẽdos rat⁹, aureã peluim quã habuit, quaq; regij
cõuiuę ſe lauare conſueuerãt, occulte in idoli ſpeciẽ conflauit, eaq; in publico locatã Rex uene-
ratus, & cętera multitudo regẽ ſecuta pari ueneratione dignata eſt. Et iam maior in dies religio
erat circa id ſimulachrũ, quũ rex primoribus gentis cęteraq; multitudine ad concionẽ uocata,
Ecce ueneramini, inquit, uiri Ægyptij ſimulachrũ, ex ea materia factũ, ex qua nuper cõſtitit pe
luis illa, quam ad ſordidiſſimos uſus nuꝑ ſubiectã habuiſtis. Facies credo rei quę mutata eſt, ĩ
cauſa fuit, cur dignitas mutaretur: nã materia eadẽ eſt. Sic quæſo & in me facite. Fui fateor pri- Amaſis
uatus q̃nq;, nũc uero rex ſum, reddite ſuos honores regię perſone, regale faſtigiũ reddat me uo Apophthe-
bis uenerabilẽ, ſi priſtina fortuna nõ poteſt, qui ſim nũc, non q fuerim ſpectate, ſtulte facit qui gma.
parũ ſpecioſa recordari mauult, q̃ formoſa & pulchra itueri. Tali ille argumẽto uſus, Ægyptios
in ſniam adduxit, ut ęquũ cẽſerent, p̃ſenti imperio parere. Huius quoq; eſt adagiũ illud, à ſuis
aliq̃n monitus, parũ regiũ ſibi uideri, ꝙ ad tã apertã deſciſceret nequitiã. Nã Amaſis, ut faceto Adagium
erat ingenio, ſcurrã inter conuiuas imitabat̃, ita occurriſſe dicitur, frangi arcũ aut porrò inuti- eiuſdem.
lẽ fieri, ſi nunq̃ retenderet̃, ita in ſe & alijs grauia onera ferentib⁹ euenturũ, ut niſi animus iocis
feſtiuaq; ꝓcacitate remitteret̃, ad ea q̃ ſerio agenda eſſent, fieret inutilis. Inter uaria eius regni
oꝑa, ex ſolido ſaxo domũ ante Mineruæ templũ, in Sai urbe conſtitutã reperio, cui⁹ tectũ ex-
teriore ꝑte unius & uiginti fuerit cubitoꝝ, quatuordecim latitudo, octo ſublimitas, in qua mo-
le ex lapidicinis, q̃ iuxta Mẽphim fuere, ĩ Saim uſq; traducẽda duodecim hoĩm milia trienniũ
cõſũpſere. Mirũ eſt, ꝙ Herodotus ſcribit, uiginti milia urbiũ ĩ Ægypto ab Amaſi rege habita- Quot milia
ta. Huius lex illa fuit ut ſinguli hoĩm apud ꝓuinciarũ p̃ſides, ſuę uitæ rationẽ cogerentur red urbiũ in Æ-
dere: uñ uict⁹ cuiq; q̃reret̃, ac q id mõſtrare nõ potuiſſet, capitali afficeretur ſupplicio. Talis lex gypto.
inter alias Solonis Athenis quoq; diu obſeruata. Idẽ Amaſis primus oĩm, Cyprũ bello raptã Lex Ama-
tributariã fecit, q quũ tãta nois celebritate felicitateq; rex degeret, quanta Ægyptiorũ regũ nul ſis.
lus antea, bello eſt à Cambyſe Cyri filio petitus. Illati belli cãm eam fuiſſe ferunt, quòd filiã illi

Ægypti⁹ rex matrimonio iũgere noluit. Fertur Cãbyſes ad eas nuptias petendas impulſ⁹, ab C
Oculario medico, q inuit⁹ ab Amaſi fuerat in Perſas miſſus, quũ pſtãtiſſimũ medicoꝝ ab Æ-
gyptio rege Cãbyſes reqſiuiſſet. Videbat ille ita futuꝝ, ut aut filia ab Amaſi nõ daret̃, belluq̃ꝫ
ex ea re illi ex pſide oriret̃, aut ſi data eẽt, breui ſenex natę deſiderio cõficeret̃. Amaſis rem aliter
interptatus, qa futuꝝ arbitrari, ut Cãbyſes filiã i pellicẽ potiuſq̃ i cõiugẽ eẽt habitur⁹, aliã nu-
bilẽ Aprijs filiã, elegãti facie puellã p filia miſit. Eratq̃ꝫ iã uana ſpecie eluſa cęca libido, niſi puel
la Amaſis filia uocata, ſe nõ Amaſi, ſed Aprie rege natã cõfeſſa eẽt, q̃ Cãbyſes cõtumelia com
motus, bellũ Amaſi intulit. Hic ſermo inter Perſas celebrior. Ægyptij Cãbyſem ſui ſanguinis
arbitrari, ex Aprijs filia cui⁹ mõ mẽtio facta eſt genitũ pdicabãt. Cęteꝝ Perſici rit⁹ ignari Ægy
ptij temere acquieſcebãt uanę opinioni, neq̃ꝫ.n. apud Perſas regnũ obtinere poterat, q nõ legi
timo eẽt thoro nat⁹, ſi nõ deſit q cõiugio pcreatus regnare poſſit, ꝗ in Cãbyſe certe eueniſſet,
quũ haud unicus patri eſſet filius, ſed frater Merges illi erat (alij Merdes habẽt) ex Caſſandane
genit⁹, q̃ Cyro legitime nupſit, patriq̃ꝫ ſupſuit. Sũt q tradãt Cãbyſem Caſſandane matri aſſi-
dentẽ, quũ aiaduertiſſet eã cũ Perſide quadã muliere familiariter q̃ri, ꝗ ſibi pulchrã Cyrop-
lem enixę Ægyptiaca ab eo i amore ancilla pferret̃, ſpõte ei pollicitũ, ſi qñ p ætatẽ adoleuiſſet,
ſe q̃ ſumma in Ægypto eſſent ima reddituꝝ, idq̃ꝫ eũ poſtea ſecutũ, belli cãm cũ Amaſi q̃ſiuiſ-
ſe. Cãbyſes igit̃ in Ægyptũ moturus, ad Arabiæ regẽ miſit, ut p eas terrę anguſtias, q inter Æ-
gyptiũ ſunt mare & Erithręũ, liceret pacate exercitũ in Ægyptũ trãſmittere, cui⁹ rei ille non ſo-
lũ poteſtatẽ fecit, ſed fœdus quoq̃ꝫ in idipm cũ Perſaꝝ legatis ſanxit. Arabib⁹ hęc ſanciendi fœ
deris ratio fuit. Manũ acuto lapide ſecus maiores digitos feriebãt interiore pte, inde flocco ex
eoꝝ ueſtimẽto, q id faciũt deſumpto, ſeptẽ lapides in medio cõſtitutos cruore iungũt, Diony-
ſiũ & Vraniã quos ſolos deos arbitrãt̃ uocãtes. Magna eius Arabici ſoli pars q̃ à Phœnice ad
Gaditis Palęſtinę urbis mõtes & ab Ienyſo rurſus ꝗ eſt Arabũ, ad Serbonitidis lacũ Caſio mõ
ti propinquũ, triũ circiter dierũ itinere, ſiticuloſa & arida eſt. Id Cãbyſes, quũ exploratũ habuiſ
ſet, camelinis utribus aquã ad totius exercitus uſum detulit. Hoc ppius uero eſt, q̃ ꝗ quidã p- D
diderunt, Corim Arabiæ flumẽ, ab Cambyſe, trib⁹ canalibus ex crudo corio factis XII. dierũ
ſpatio (tantũdẽ inde fluuius diſtat) i ciſternas quas his locis effoderat corriuatũ. Et ille p hos la-
bores exercitum in Aegyptum duxit. Samnietus Amaſis filius (nam ſenex pater ante Cam-
byſis acceſſum medio belli apparatu uita deceſſerat) caſtra ad Peluſiũ habebat, nec pcul inde
Perſę cõſederunt, acie, ſi pugnę copia facta eẽt, cõtinuo dimicaturi. Cares & Gręci auxiliares, q
in Samnieti caſtris erãt, Phani uiro illuſtri infenſi, qui ab Amaſi ad Cãbyſem trãſfugerat, ppu
leratq̃ꝫ ab bellũ maturandũ, ei⁹ filios inter duas acies i pcinctu ſtantes, ſupra craterẽ, unũ poſt
alterũ i uictimaꝝ ſpeciẽ mactãt. Puerilẽ ide cruorẽ pmixtũ uino priuſq̃ man⁹ cõſererẽt, circum
ferũt. Acre deiceps pliũ cõmittit̃, multiq̃ꝫ utriq̃ꝫ cadentib⁹ anceps aliquãdiu mars fuit. Ad po-
ſtremũ fuſi fugatiq̃ꝫ Aegyptij iſignẽ Perſis uictoriã reliquere. Herodot⁹ autor eſt ſpectaſſe ſe
his locis eoꝝ oſſa, q acie illa occubuere, utraq̃ꝫ ab alteris diſcreta, aiaduerſamq̃ꝫ à ſe & ijs, q ſecũ
aderãt, rẽ memoratu dignã, ꝗ Perſaꝝ capita adeo fragilia eſſent, ut uel talitro pfringerẽt̃, cõtra
q̃ Aegyptioꝝ fuiſſe dicebãt̃, tã ſolida, ut ne lapidis qdem ictu temere cõminuerẽt̃, cõptũ ex his
habuiſſe, Aegyptioꝝ caluarias qa ab initio ea gẽs raderet̃, & ad ſolẽ obdureſceret, diuti⁹ cœleſti
iniurię reſtitiſſe, cõtra i Perſis euenire, q pileis mitriſq̃ꝫ tegerẽt capita. Cãbyſes uictoriã ſecutus
Mẽphim caſtra admouit, nec longior poſtea fuit obſidio, paucis dieb⁹ Perſę urbẽ deditã cum
rege tenuerũt. Cyrenei, Parcei, & Aphri, Ægyptioꝝ opib⁹ fractis, & ipſi Cãbyſis ipiũ accepe.
Excidit regno Sãniet⁹ ſexto mẽſe ex q̃ illd à pr̃e accepat, qdã falſo ãno p mẽſib⁹ accepe. Cęteꝝ
illi nõ libraria fide ſolũ, ſed autoritate quoq̃ꝫ & rõne repellũt̃. Herodotus autor ẽ, Amaſim qui
illi regnũ tradidit, ſub id fere tp̃s, quo Cãbyſes in Aegyptũ mouerat fato defunctũ, nec Aegy-
ptijs uno aduerſo plio fractis, maiores ulli ei⁹ gentis conatus extitere, ſed bellũ Memphim cõ-
pulſũ breui obſidione pfligatũ. Et Aegyptij p hũc maxime modũ regnũ amiſere. In q̃ reputa-
tio illa ſubijt aĩm, quodã fato regib⁹ inimico eẽ factũ, ut pauciſſimis annis q̃tuor illuſtria ſub-
lata ſint regna, Medi prio, mox & Lydi à Cyro uicti regnare deſierunt, ſic Tarqnij Roma eie-
cti, ſic Sãniet⁹ uict⁹ regnũ & libertatẽ amiſit. Is Cãbyſis iuſſu cũ oib⁹ ei⁹ gẽtis primorib⁹ i ſub
urbano loco cõſtitut⁹, memorabile doloris edidit exẽplũ: miſſa ẽ ei⁹ filia ſeruili habitu cũ ple-
riſq̃ꝫ

Cur Cambyſes bellum Amaſi intulerit.

Fœderis ratio apud Arabas.

Samnietus.

Aegyptij Phanis filios imolat

Capita Aegyptiorum duriora Perſicis.

Quatuor regna euerſa.

A riſcꝫ nobiliũ puellaꝝ aquatũ, ut in ſordido miniſterio à pr̄e conſpecta, ſup̄ cęteras calamitates Filia Sam.
maiore adhuc dolore cõficeret̃, q̄ ubi in ſuorũ conſpectũ uenere mutuo aſpectu miſerabilis in/
ter uirgines parẽteſcꝫ orta ẽ cõploratio, un⁹ oĩm Samnietus filiã ĩtuit⁹, ĩmoto ſtetiſſe uultu di Samnieti
cit̃. Inde filius ad ſuppliciũ cũ pleriſcꝫ ęq̄liũ miſſus, cęteroꝝ fletu & lamẽtatione, ex ipſi⁹ cõſpe/ conſtantia.
ctu abſtractus, pari uult⁹ cõſtãtia dicit̃ ꝓſecutus. Accidit interim ut i amicoꝝ quẽdã oculos cõ/
iecerit, qui ex pręclara nup̄ fortuna, multiſcꝫ diuitĳs pene nudus circuibat milites, cibũ mendi/
cãs. Tũ uero necꝫ à lachrymis tẽperauit ampli⁹, necꝫ a pta lamẽtatiõe abſtinuit. Has intẽpeſti
uas lachrymas Cãbyſes demirat⁹ (aderãt. n. q oĩa illi q̄ fiebãt nũciarẽt) miſit q ab Sãnieto ſciſci Samnieti re
taret̃, q̃d eſſet, ꝙ quũ liberorũ calamitatẽ tã pulchre ptuliſſet, ut ne lachrymã q̃dẽ in eoꝝ malis ſponſum.
emiſerit, cõtra, ad unius mẽdici aſpectũ in fletũ ꝓrupiſſet. Cui aiũt ab eo rẽſpõſum, ut diceret
domeſtica mala multo maiora fuiſſe, q̄ ut à ſe fleri poſſent, amici fortunã dignã ſibi uiſam, q̄꜡
fletu & lachrymis, q̃n aliter opẽ ferre nõ poſſet, ꝓſequeret̃. Crœſus & alĳ primores, q cũ Cam/
byſe erãt, ad eã uocẽ ꝓpriæ fortunę admoniti, nequerũt & ipſi fletu abſtinere, tetigitcꝫ ſubita
cõmiſeratio uictoris aĩm, ut cõfeſtim miſerit, q Sãnieti filio parci iuberent, ſed ſerũ fuit ĩperiũ,
p̄iera tadoleſcẽs, quũ nũcius à rege affuit. Ip̄m regẽ, ꝙ p̄ſtare potuit, nõ ſolũ ſeruatũ uoluit, ſed
penes ſe quocꝫ in honore habuit, donec res nouas moliẽtẽ, taurino ſanguine epoto, ad mortẽ Samnieti
cõpulit. Fama eſt habuiſſe ĩ aĩo Cãbyſem, priuſq̄ hoſtilẽ ĩ ſe aĩm gerere cœpiſſet, eũ Ægypto interitus.
p̄ficere: nã & Inari, Aphri, & Pauſiſti Amythei filĳs ĩ deditionẽ receptis, regnũ reſtituit, ĩ Ama
ſis cadauer ĩexpiabilis odĳ dedit exẽplũ, id refoſſum, ac uerberib⁹ cęſũ, p̄ter patriũ morẽ cõcre/
mauit, q̄q̄ haud Ægyptĳs tãtũ id moris fuit, ut hũana corpa nõ cõburerẽt, q̄a ignẽ deũ quẽdã Cur Aegy/
arbitrarent̃, ob idcꝫ hũana carne flãmã uiolare nefas ducerẽt, ſed Perſis quocꝫ, q beluã quan ptĳ & Perſæ
dã aĩatã ignẽ exiſtimabãt, q̄ quicquid adepta eſſet deuoraret, inde exaturata moreret̃. Ægypto cadauera
domita Cãbyſes triplex bellũ aĩo deſtinauit. Nauale unũ aduerſus Carthaginenſes. Pedeſtre nõ combu/
alteꝝ in Ammonios. Tertiũ in Macrobios Æthiopas, q Aphricã ad auſtrale mare incolunt. runt.
B Sed priuſq̄ in hos aliq̃d moueret, ſtatuit legatos ad eoꝝ regẽ mittere, ut legationis ſpecie itine/
rũ rationẽ, & opes gẽtis ſpecularentur, q̄ Solis mẽſa apud eos eſſe diceret̃. Ferunt pratũ ſubur/ Menſa ſolis.
banis fuiſſe locis, quo oĩm quadrupedũ carnes aſſę noctu magiſtratuũ cura inferrentur, cocꝫ
ubi primũ illuxit, uulgo ciues occurrere, hilariterꝗ epulari, pſuaſũ indigenis fuiſſe aiũt, terrę fe
licitate ibi alimẽta aſſidue reponi. Ad hos igit̃ legati cũ munerib⁹ miſſi, Ichthiophagis ducibus
ex Elephantina urbe aſcitis, q Æthiopicã ob mutua utriuſcꝫ gẽtis cõmercia callebãt linguam.
Fuerũt dona q̄ regi tulerũt, Purpureũ amiculũ, Aure⁹ torquis, Armillę, Alabaſtrũ unguenti, & Munera Cã/
phœnicei uini cadus. Sũt Æthiopes ipſi ad quos tũ legati miſſi ſunt, ſi uera Herodotus ꝓdidit, byſis ad Ae/
oĩm hoĩm maximi ac pulcherrimi, diuerſocꝫ ritu à cæteris mortalibus uiuẽtes, tũ id in alĳs ſer/ thiopum re
uant, tũ ĩ creãdo rege, quẽ utiq̄ p̄cipua ſtatura, ualidocꝫ corpe ex oĩ numero eligũt. Ad hũc igi gem.
tur quũ legati ueniſſẽt, expoſuiſſentcꝫ ſe à Cãbyſe Perſaꝝ rege miſſos, ut cũ eo amicitiã & ho/ Aethiopũ
ſpitiũ iũgerẽt, attuliſſe adhęc ſe ad eũ dona q̄dã, q̄ idcirco ille præ cæteris mittẽda exiſtimaſſet, formæ & ri/
ꝙ ipſe eoꝝ uſu maxime caperet̃. Hæc illi. Cæteꝝ legatorũ acceſſus nihilo ſecius fuit regi & alĳs tus.
ſuſpectus. Reſpõſum proinde his parũ pacate, liberecꝫ exprobratũ, parũ iuſte facere Camby/
ſem, q nulla laceſſitus iniuria, alienũ regnũ inuadere moliretur. Quod ut tutius fieret, legatio/
nis p̄textu miſiſſet, q uniuerſam religionẽ explorarẽt. Verũ feliciter Perſis euenire, ꝙ dĳ eã Æ/
thiopib⁹ mẽtem nõ dederint, ut aliena appeterent, q̄ ſi data eẽt, breui expertus fuiſſet, an Æthio
pes ĳ ſint, quibus temere ſit bellũ inferẽdũ. Interim uero priuſq̄ aliquid temere moueret, ſuas
idẽtidẽ metiretur uires, & quũ arcũ quẽ à ſe intẽdi cernerent, utiliter tractaſſet, tũ de ui Æthio/
pib⁹ ĩferẽda cogitare ĩciperet. Hęcꝗ ille effat⁹, robuſtiſſimũ arcũ ualide curuauit, legatiſcꝫ Cã
byſi deferendũ obtulit. Inde purpureũ amiculũ tractans, q̃d eſſet rogauit, ac qua id ratione in/ Aethiopũ
fectum, Ichthiophagi purpurę rationẽ exponũt, idcꝫ hoĩm cõmentũ eſſe demõſtrant. Doloſi, uires.
inquit ille, hoĩes, doloſa & ueſtimẽta. Mox de tortili auro, & armillis ſciſcitat⁹, ubi in regio or/
natu ea eẽ audiuit, riſiſſe dicit̃. Gloriatuſcꝫ eſt ꝙ ex eadẽ materia ap̄d ſe captiuoꝝ eẽnt uincula, Aurea uincu/
nec ita multo poſt ad carcerẽ ꝓduxit, ubi ſontes aureis erant cõpedib⁹, & catenis ligati. Eſt eñ la captiuo/
in ea gente æs rarum ac maxime precioſum, nihil itacꝫ eorum quę attulerant præter uinũ lau/ rum.
datum, ſed quũ alia atcꝫ alia querendo, eo perueniſſet Æthiops, ut à legatis p̄ter alia multa tri
ticeum

Lõgioris uitæ Aethiopes.

C

ticeum panẽ Perſis in uſu eſſe didiciſſet, totiuſq; gentis uitã anno octogeſimo plurimũ terminari, miratus dicit cur tãdiu uiuerent ij qui ſtercore ueſcerent. Viuũt Macrobij Æthiopes uulgo annos cẽtũ & uiginti. Plinius lõgioris eſt autor uitæ, in uitreis uaſis ſepeliũt cadauera. Legatis in Ægyptũ reuerſis, Cambyſes haud multũ deinceps moratus in Æthiopas mouit, Carthaginenſiũ bello in aliud tẽpus dilato, Phœnicibus, qui ultro in fidẽ uenerãt, in ꝓgeniem ſuam bellare recuſantibus. Omnis nauticus apparatus phœnicius ferme erat. Nec Rhodij & alij q aderant tanti interim eſſe, ut Tyrijs ꝓuinciã detrectantibus punicũ obire poſſent bellũ, ipſe ſine maiore aliquo cõmeatu pene præceps, cũ omibus copijs ꝓfectus, auxiliaribus græcis Memphi ad pręſidiũ relictis, Thebas ꝓceſſit.

Thebæ Aegyptiacæ.

Nec multũ diſtant à fabulari hiſtoria, quę de hac urbe græci ſcriptores, & latinoꝝ qdã ſcripſere, ꝗ centũ portas habuerit: id eñ Homericũ carmen teſtatur, q dam penſile totũ oppidũ fuiſſe adijciũt, ita ut numeroſi exercit⁹ nihil ciuitate ſentiente à regibus urbe educerent, flumẽ mediã urbẽ interſecat. Diodorus Buſyridem autorẽ memorat. Ambitus urbis centũ traditur & quadraginta ſtadioꝝ. Nec ea mihi uidentur exequẽda, ꝙ de Mẽnonis coloſſo ibi referunt, etſi Strabo autor diligẽtiſſim⁹ ꝙ de eius crepitu, nõ concẽtu, ut uulgo eſt perſuaſum, compta ſe habuiſſe memorat. Semel i ea urbe pluiſſe dicit, anno quo Sãnict⁹ ad Peluſiũ eſt à Cãbyſe uictus.

Bellum in Ammonios.

Hinc Cãbyſes ꝗnquaginta milia lectoꝝ peditũ i Ammonios miſit, ad ſacra & ꝓphana ei⁹ gẽtis diripiẽda, & ut Iouis oraculũ apd eã gẽtẽ incẽderẽt. Ipſe parũ mẽtis cõpos reliquũ copiarũ pceps i hoſtẽ rapuit. Vix ꝗntã partẽ itineris exercit⁹ cõfecerat, quũ cõmeat⁹ defecere, & iã maligne terra pabulũ pbebat, pgere tñ porro ire demẽs imperator, ac ꝙdiu miles potuit radicib⁹ & herba ueſci pſeuerauit, ubi uero ad ſabulũ puenere, oia tũ ſimul deſiderari cœpta, diraq; fames militẽ inuaſit.

Perſarum fames ingens.

Hic res infanda accidit, ut Perſæ inedia adacti, decimũ quẽq; ſorte ductũ uulgo mãdere occœperint, quo atroci caſu territus Cambyſes, magna militũ iactura interim facta, p Thebas Memphim redijt. Et Æthiopica expeditio hunc exitũ habuit. Qui in Ammonios miſſi fuerãt, i ſeptimo die ꝙ Thebis ꝓfecti ſunt, ad Oaſim urbẽ puenere. Inde p arenoſam uaſtitatẽ repetito itinere, nuſꝙ ampli⁹ in hoim conſpectũ uenere. D Nã neq; ad Ammonios peruentũ eſt, neq; ex tanto numero retro qſq; eſt reuerſus. Ferũt ab Ammonijs poſtea celebratũ ſermonẽ pueniſſe eos ad mediũ fere arenarũ ſpatiũ. Tũ illis prãdẽtib⁹ uiolẽtũ auſtrũ repente coortũ, ingẽtibuſq; arenę cumulis ſupingeſtis, ad unum ẽ cõſpectu ſublatos.

Milites arenis ſũmerſi.

Cãbyſes duplici clade affectus, oẽm male geſtæ rei irã in Ægyptios effudit, eius gẽtis ſacerdotibus interfectis, & Api boue ferro uiolato.

Apis bos.

Fuit gens ipſa ſecundũ Indos oĩm maxima, minimeq; expugnabilis, ut Herod. credidit, ſi ipſis gẽtibus de ſumma rei cõueniſſet: uaria illis noĩa: cæterũ mores ferè ijdem oĩbus, præterq̃ Getis & Thrauſis. Getæ ſe non mori perſuaſũ habuêre, ſed ad Zamolxim dæmonẽ quẽdã, poſt fatũ migrare. Horũ fuit ſagittas in cœlũ mittere, quũ tonitrua fierẽt, aut fulguraret. Thrauſis circa ſuorũ natalia id moris fuit, ut infantẽ in lucẽ editũ propinqui circũſederẽt, cõplorarentq; naſcentis ſortẽ, recenſentes quibus piculis & erũnis homo naſceretur. Cõtra fato defunctos, p luſum & lęticiã ſepulchro inferrent, oĩbus eũ miſerijs liberatũ arbitrantes, & ob eã rẽ perpetuã fœlicitatẽ adeptũ. Fuerunt pter hos Thracũ q̃dã, ſupra Creſtones habitantes, quorũ pprium fuit plures habere uxores, ac q̃ oĩm maxime à uiro dilecta eſſet, eã ſupra defunctũ iugulari, dariq; id uulgo felicitati & honori. Cõtra q̃ ſuperſtites fuiſſent, calamitatis & dedecoris loco uitã agitabant. Cæteri Thraces filios ueteri inſtituto palã uendicare, nec uirgines à parentibus & propinquis aſſeruari, facilis uirorũ cũ his cõgreſſus. Vxoꝝ pudicitiã ſollicitius cuſtodiũt, emũtque à parentibus fronte notis inſignitas, generoſum id iudicatur. Ignobilitatis argumentũ ſine his eſſe, ociari, ex rapto uiuere, p re honeſta haberi. Cõtra agros colere pro deſpicatiſſima. Atq; hi olim Thracũ mores præcipue inſignes. Martẽ uulgo, Liberũ, Dianã, & Mercuriũ religioſe colere, perq; eũ ſolũ iurare, ſui generis autorẽ arbitrati. Eoꝝ quidã maxime ad Aquilonẽ repoſti Sigynnæ nomine puſillos dicuntur equos habere, hirſutos, currui magis, q̃ hominũ geſtationi idoneos. Sed dũ Megabyzi ductu Darianæ copiæ Thraciã obtinent, Pigres & Matyes fratres Pæoniæ gentis, ad regẽ q Sardibus in Lydia cõſederat, uenere, ſororẽ eleganti forma ſecũ habentes. Erant hi tyrannidis cupidi, & ut uiã ſe Dario inſinuandi inuenirent, obſeruato regis in ſuburbana loca acceſſu, ſororẽ mittunt aquatũ. Trahebat puella equũ brachio alligatũ, urnãq; capite baiulans inter eundũ penſum ex collo trahebat. Miratus rex puellæ formã, ſed plus oĩno peregrinũ habitũ, quippe qui neq; Medicus eſſet, neq; Lydus, miſit q eã ad ſe ducerent, tũ interroganti regi q̃nã mulier eſſet, & unde, fratres in eã occaſionẽ iam dudũ intenti, ſororẽ eſſe aiũt, ſe Pæones eſſe. Tũ ſciſcitanti regi ecquinã hoĩm eſſent Pæones, Strymones flu. q haud pcul Helleſpõto flueret, accolas eos eſſe reſponderunt, fuiſſeq; Teucrorũ coloniã: iuſſi deinde dicere an mulieres ibi oẽs ita opoſæ eſſent, quũ ſic rẽ habere dixiſſent, mãdat Dari9 p literas Megabyzo, ut Pęonas armis ſubigeret, ſubactoſq; cũ uxorib9, & liberis ad ſe in Aſiã mittendos curaret. Senſerũt Pęones Perſica in ſe arma moueri, occurreruntq; ferociter ad Helleſpontũ, ut locorũ anguſtijs in ſeſſis, cũ Darianis ex loci opportunitate dimicarẽt. Megabyzus explorato hoſtiũ conſilio, procul à mari per ſuperiora loca ducens, in eoꝝ oppida pſidijs ſpoliata, ex improuiſo impetũ fecit, nulloq; negocio occupat. Ea clade perculſi Pæones (domo. n. aberant) ſoluto exercitu, paſſim qſq; ad ſua dilapſi, iugũ accepe. Ita Pæones dediti, Pæople, & q ad Praſiadẽ paludẽ incolebãt, ſunt in Aſiã traducti. Dicuntur mortales plurimi intra paludẽ agere, penſilia habitantes tuguria, filioſq; adhuc paruulos pede uno alligari, ne caſu aliquo lapſi paluſtri uoragine periclitentur, uulgo piſcibus uictitant, quorũ facilis ibi captura, Miriq; equis & ſubiugalibus piſces in pabulũ præbere dicuntur. Miſit deinde Megabyzus ſeptẽ Perſas in Macedoniã ad Amintã regẽ, q terrã & aquã Dario peteret, dedit eã Amyntas, hoſpitaliterq; legati ab eo inuitati. Vbi uero in multũ uini prouecti ſunt, laudarunt Perſę regis liberalitatẽ, magnificũq; epulaꝝ apparatũ, unũ regali cœnæ deeſſe prædicãtes, quod uulgo Perſicæ gentes facerent ut & fœminæ conuiuijs interfuiſſent. Ibi Amyntas patrio more excuſato, cõtra eos cœnantes ex domeſticis forma & ætate eximias collocauit. Tum illi ut propius admouerentur poſtularunt. Vbi in eo quoq; indultum eſt, impudenterq; admotas attrectare ſunt auſi, ita ſimul & indignatio ſubijt ſenis animũ, ſed Darij potentiã ueritus, dolorem ſuum & dedecus diſſimulauit. Contra furebat animo Alexãder filius, iraq; æſtuare ferox adoleſcens, fœdaſſetq; continuo cæde hoſpitales menſas. niſi patris ueritus præſentiã, quẽ ab eo flagitio abhorrere ſciebat, iræ temperandum putaſſet. Demũ ad multã noctem ſene in cubiculum

Getharum mores.

Thrauſorũ mores.

Creſtonum mores.

Thracũ reliquorũ mores.

Pigres & Matyes fratres

D

Mulieres Pæoniæ operoſæ.

Pæones bello ſubigũtur

Darij legati in Macedoniam miſſi.

A culũ ablegato, pollicitus Alexander legatis mulierũ concubitũ, petit ab eis ut tantiſꝑ darẽt illis
ueniã, dũ irent lotũ corpa, interi, ſi ita uideret ſubirẽt ipſi hoſpitalia cubicula, daturũ ſe operã
ut nõ multo poſt puellæ, cuiqꝫ ſua ordine adeſſent, q̊d quũ illi iam uino graues feciſſent, mu/
liebri cultu adoleſcentes ferro ſuccincti, ad eos ingreſſi, Alexãdri iuſſu Perſas obtruncant, nec
maiori animo domeſticã cõtumeliã Alexander ultus eſt, q̃ poſtea prudentia & ſagacitate pa/ Legati Ale/
tratã cædẽ occultauit, ſorore etiã ſua Gygea Bubari matrimonio locata, ꝗ ad inqrendũ legato xandri opa
rũ caſum in Macedoniã uenerat. Megabyzꝰ poſt Pæonas uictos in Aſiã ad regẽ profectꝰ eſt, interficiun/
cuius conſilio Hiſtiæũ Mileſiũ uirũ prõpto & ſagaci ingenio, ꝗa Myrcinũ opportuno ad bel/ tur.
lũ loco ad Strymonẽ ædificaret, per ſpeciẽ colloquíj Sardis accerſitũ inde penes ſe habuit, teſta
ius rẽ p̃cioſiſſimã eſſe, amicũ ſolertẽ & bene cõſulentẽ. Nec ita multũ deinceps moratus Hi/
ſtiæo ſecũ abducto ex Lydia Suſa Darius reuerſus eſt, Artapherne fratre p̃fecto Sardibꝰ reli
cto, oræ aũt maritimæ Othane, cuius patrẽ Syſamnẽ, ꝗa pecunia corruptus parũ integre indi
caſſet, Cãbyſes interemit, interẽptoq́ꝫ coriũ detraxit, detractũ in Iora cõcidit, ꝗbꝰ tribunal quo
ille ſedens officio aberrauerat intendit, ibidẽq́ꝫ Othanẽ filiũ ſedere imperauit, idẽtidẽ admo/ Othanis tri
nens, uti memoria teneret ex quo tribunali ius diceret. Is Othanes Byzãtios & Chalcedonios bunal.
cepit, & in Troade Antãdrũ: mox claſſe à Leſbíjs accepta Lemnũ & Himbrũ à Pelaſgis ea tẽ/
peſtate habitatas Dario ſubegit. Sed quũ Othanes hęc gereret, Ioniæ terræ ſtatꝰ, ꝗ plures an/
nos non ſenſerat externa arma, in atrociſſimos belli caſꝰ, excidiũq́ꝫ miſerabile incidit. Fuerãt Iones.
aliq̃to prius Mileſiorũ res domeſtica ſeditione cõcuſſę, erãt Mileſíj & ipſi Iones. Poſtremo ma Mileſíj.
lorũ q̃ inuicẽ ꝑpeſſi fuerãt ſatietate capti, Parios domeſticarũ cõtentionũ arbitros Mileſíj fece
runt. Hi quũ Miletũ ueniſſent, oĩaq́ꝫ ruinis oppleta cernerent, cãpeſtrẽ regionẽ perluſtrare ſe Pariorũ ſa/
uelle pronunciarunt, ibi ſiqua prædia nitidiore cultu oculis occurrebant, eorũ qui poſſiderent piẽs iudiciũ.
nomina perſcribere, mox in urbẽ reuerſi, populoq́ꝫ ad cõcionẽ uocato, urbẽ his miniſtrãdã cõ
miſere, quorũ fundos optime cultos inueniſſent, p̃fati uideri ſibi eos ita publica ut ſua cura/
B turos. Cæteri q̊rũ res incultæ reptæ ſunt, ꝗa ſeditionũ ſtudioſi ꝓpria neglexiſſent, melioribus
parerent. Atqꝫ in hunc modũ Paríj Mileſiorũ ciuitatẽ, utili ad ciuilẽ uitã inſtituendã exemplo
cõpoſuiſſe dicuntur. Venerãt igitur, q̃d ad primos Ionię motus attinet, per id tẽpus Miletum
ex Naxo inſula ciuitatis principes à plebe eiecti, hiq́ꝫ ab Ariſtagora Hiſtiæi ꝗ Suſis apud Da
riũ agebat, conſobrino p̃cibus cõtendere tractabat, tũc is rem Mileſiã ꝓ Hiſtiæo, ut ſe Mileſio
rũ opibus in patriã reſtitueret. Ariſtagoras futurũ ratus, ut ſi ſuo beneficio Naxios domũ re/ Ariſtagoras
ſtitui cõtigiſſet, ipſe Naxioꝝ opibus ad libitũ potiretur, circũſpicere cœpit aĩo, qua potiſſimum Naxíj belli
rõne illis reditũ cõficeret. Nec Mileſiorũ opes eas eſſe arbitrari, q̃ Naxíjs tuto opponi poſſent, conciliator
qui p̃ter lõgas naues, q̃ multæ numero eſſent, octo haberent ſcutatorũ milia, ad Artapherñẽ
Daríj fratrẽ in Lydiã profectus, Cycladũ inſularũ unã Naxũ pecuníjs eſſe & ſeruitíjs egregie
opulentã docet. Addit inſulã ipſam eſſe Ioniæ propinquã. Videri ꝓinde ſibi quãdo Cycladũ
nulla adhuc ſub Dario eſſet, nõ ab re futurũ, ſi ad eã ſubigendã, reducẽdorũ exulũ p̃textu na/
ues mitterent. Certo ſcire ſe Parũ & Andrũ inſulas, q̃ cũ Naxíjs ſentirẽt, Perſicis opibꝰ ſimul
conceſſuras, q̃ res ad Eubœã inſulã, haud Cypro multo inferiorẽ occupãdã, uiã pateſaceret.
Maius oĩno id negociũ Artapherni uiſum, q̃ quod iniuſſu regis mouere debuiſſet, cæterũ Da
ríj literis cõfirmatus ad quem de noua expeditione ſcripſit, ducentas naues Perſico Ionicoq́ꝫ
apparatu, Megabate duce, ex Achemenidarũ gente, Artaphernes in Naxios inſtruxit. Is Ari/ Ducũ diſcor
ſtagora expeditionis duce accepto Chiũ applicuit uelut mox inde in Helleſpõtũ facturus ue/ dia pernicio
la, ſed re ipſa primis aquilonibus in Naxũ trãſmiſſurꝰ. Hic cõtentione inter Ariſtagorã & Me ſa.
gabatẽ de principatu orta, quũ dux Perſa Scylacẽ Mindiũ ob nauim parũ diligenter noctu in
ſtatione aſſeruatã, uinxiſſet, uinculaq́ꝫ ei Ariſtagoras ademiſſet, iratꝰ Megabates occulte miſit
ꝗ Naxíjs eoꝝ q̃ pararentur conſiliũ explicaret. Cuius periculi Naxíj admoniti, cõfeſtim oĩa
ex agris in urbẽ cõportarunt, oppidoq́ꝫ ad tp̃s ualide cõmunito, quatuor mẽſiũ obſidionẽ fa
cile ꝑtulerunt. Attulit uulgo ea res multũ inuidię Ariſtagorę, ut uanæ expeditiõis autori, ſed
atrocius illi odiũ eſt à militibus ortũ, ubi ꝓmiſſum ab initio ſtipendiũ non eſt eis redditũ, erat/
que ille ꝑ hæc uehemẽter de ſe Mileſiaq́ꝫ procuratione ſollicitus, quũ ꝑopportune ab Hiſtięo
qui Suſis erat, occulte eſt ad defectiõem impulſus. Videbat ille omnem ſibi ſpem in Ioniam

redeundi præciſam,niſi ipſius terræ ſtatum mutari contigiſſet,ad quē cōponendū ſua opa o- C
Hiſtiæus ſerui caput inſcribit.
pus eſſet. Vt ſibi igit̃ hac una,qua patebat,uia reditū cōficeret,ſeruorū fideliſſimo caput abraſit,pauca deinde uerba qb⁹ ad defectionē Ariſtagorā hortabat̃,cuti ſignificāter impreſſit, habuitq́ nunciū tamdiu penes ſe, donec capillus altiuſcule renatus, latentib⁹ notis tuto in uiā dari iuſſus eſt. Tū domeſtici negocij ꝑtextu ad Ariſtagorā mittit,tantū uerbis monitū,ut quū in Ioniam ueniſſet ab Ariſtagora peteret, uti ſibi capillum detonderet. Ariſtagoras cognita per hæc Hiſtæi uoluntate, nouandarum rerum occaſionem, uelut diuinitus oblatam,libens arripuit,ſeditioſiſſimi cuiuſq́ cœtu ad ſe uocato,cū his primo de Mileſiorū defectione egit:uariatū eſt nō nihil ſententijs,at poſteaq̃ res decreta eſt,primū oīm placuit regiā claſſem occupari,q̃ nuper ex Naxo reducta,Myunti adhuc erat.Iſagoras eo miſſ⁹eſt à quo claſſiarijs ducib⁹ inopinato acceſſu oppſſis, facile Ariſtagoras cæteris eſt copijs potit⁹.Tū ille ne ſibi ſed ſuis defeciſſe uideretur,reipublicæ formā Mileti primo conſtituit,ut aſſertæ libertatis ſtudio Mileſij operā ſibi diligentius nauarent.Autor deinceps fuit cæteris Ioniæ ciuitatib⁹, ut tyrannis per ptes eiectis,ſeſe in libertatē uindicarēt,incredibile dictu eſt,q̃to ſucceſſu res breui acta ſit:quicūq́ in tota Ionia tū tyrāni erāt,paucis dieb⁹ alij alio caſu,aut cęſi, aut in exiliū pulſi ſunt,& in
Coes.
his Coes Mitylenæus,q̃ multitudinis incurſu eſt lapidib⁹ obrut⁹, reductaq́ ꝑ hæc in ſingulas ciuitates reipublicæ forma,annuiſq́ magiſtratib⁹ creatis,Ariſtagoras ratus magna aliqua opus eſſe ſocietate,Lacedæmonē nauigauit.Erat tū rex Cleomenes Anaxandridæ filius,q̄m
Dorileus quibus ſit caſibus iactatus.
fratrū maximus natu eſſet,etſi parū alioq̃ cōpos mentis haberet̃,regnabat tamē.Dorile⁹ eius frater,q̃ ingenio longe p̄ſtabat,ægre ferens ſtolidū fratris ingeniū ſibi in adminiſtratione platū,Lacedæmone exceſſit,coloniſq́ ſecū abductis,in Aphricā nauigauit,ubi apud amnē Cynipē locū totius Aphricæ pulcherrimū cōmuniuit. Triēnio poſt à Macis & Carthaginēſibus eiectus,in Pelopōneſum nauigauit:hic Anticaris Eleonij cōſilio uſ⁹, oraculi uoluntate prius explorata,in Siciliā nauigauit,Italiæq́ orā legēs Crotoniatis auxiliū tulit aduerſus Telyē Sybaritarū regē:In Siciliā deinde aucta claſſe delatus,cōcilio Heracleę apud Erycē cōdendę,quę D
regio Heraclidarū eſſe diceret̃,uerū à Phœnicibus & Egeſtanis ſuperatus,occubuit, Eurileon, q̃ ſe illi comitē in Italia dederat,q̃q́ infelici illi pugnæ ſuperfuit,Minoā Selinūtiorū coloniam occupauit,Monarchiaq́ Pythagoræ ſublata,ipſe Selinūtis tyrānidē inuaſit. Ariſtagoras ubi Spartā uenit Cleomenē allocuturus,æreā ſecū,ut dicit̃, habuit tabellā,in qua toti⁹ terræ erat ambitus inciſus, mare & flumina circūquaq́ errantia,ipſe in hunc modū regē affatus dicitur.
Tabula. Ariſtagoræ Oratio Ariſtagoræ ad Cleomenē.
Miraberis fortaſſe Cleomenes,quo conſilio uel neceſſitate potius adductus,ex Ionia,ꝑ tā uaſta maria,huc uenerim,ſed haud ab re fuit id facere.Ionū ꝓgeniē ꝓ libera ſeruā eſſe quū nobis ipſis dedec⁹ dolorq́ maxim⁹ eſt,tū uero uobis Lacedæmōnijs, eoq́ maior, q̃ cæteros ĩ terrā Gręcia fama & uirtute antecellitis,Quod quū ita ſit,eripite nūc q̃ſo Iones cōſanguineos ueſtros à ſeruitute,quod p̄ſtare(adſit modo uolūtas) facile poteſtis. Neq́ enī Barbari,q̄bus ſeruire cogimur,ſtrenui ſunt,quū uos cōtra uirtute rei bellicæ pcipuū ſitis nomē adepti:habent illi quod ad bellū attinet,arcus,breuia ſpicula,lōgas brachas,lōgaſq́ capitibus criſtas,ac ꝑ hoc captu faciliores. Arma,q̄s nō uidet?ſi q̄s ueſtratia reſpiciat,cōtemptu ac pene riſu digna. Eſt adhæc tantū ijs q̄bus illi imperant,diuitiarū,quātū haud cæteris uniuerſis. Aurū,argentum,æs, uariæ pcioſæq́ ueſtes,iumenta,mancipia, q̄bus oībus, uelitis modo, haud dubie potiemini. Sunt Ionib⁹ affines Lydi,q̃ terrā incolūt,tū aliarū rerū,tū argēti & auri feraciſſimā:his Phryges adiacēt ad auroram,pecorum copia,& terræ ubertate,oīm quos noui beatiſſimi: Vicini Cappadoces, quos nos Syros appellamus,mox Cilices huius maris accolæ,in quo Cyprus eſt q̃ annuū pendit Dario tributū. Attingūt Cilices Armenij & ipſi rei pecuariæ ſupra modū abundantes. Sequūtur Matieni,quorū terræ Cyſſia eſt cōfinis,in qua Coaſpes eſt fluui⁹,hic Suſa ſunt,ubi Darij regia, Perſici theſauri,cōmonſtrareq́ ille interim hęc oīa ex tabellæ figuratiōe. Hācuobis urbē capere ſi obtigerit, iā cū ipſo Ioue opibus uos Lacedæmonij certetis licet. Nec pro Meſſenij agri, quod ſæpe feciſtis,anguſtia uobis eſt bellandum,neq́ pro Arcadiæ paſcuis, Argiuique agri ſterilitate,ubi nihil auri eſt,nihil argenti,nihil prędæ,periculi uero multum, merito Spartani poſt hac imprudentes haberi poterunt, ſi potiundæ Aſiæ occaſione oblata,

aliud

A aliud qppiam, quũ nihil ſit in terris opulẽtius, optabunt. Quũ Ariſtagoras hæc dixiſſet, Cleomenes triduũ petijt ad reſpondendũ. Tertio deinceps die hoſpitẽ ad ſe uocatũ Cleomenes ꝑcõtatur, quot dierũ iter ab Ionio mari eſſet ad Darij regiã. Tũ ille, ut uere ita parũ accurrate triũ mẽſiũ reſpõdit. Tã ꝓcul ergo domo, Cleomenes ait Lacedæmõios abducẽdos putaſti Mileſie hoſpes, auſus inſuꝑ eã uictoriã facilẽ appellare, quæ ꝑ tã longa terrarũ ſpatia ſit q̃renda? tã procul terminanda, ut ſi in fidẽ recipiendæ tot gentes eſſent, nõ debellandæ, uix ætas hominis tanto ſuffectura eſſet negocio? Quare abi hinc cũ temerario iſto conſilio, ac priuſq̃ ſol occidat ꝓcul hinc faceſſe. Nec alio Ariſtagorã uerbo Cleomenes dignatus, domũ abijt. Ille cũ grãdi pecunia domi ꝓmiſſa, ꝓcibuſq; inſuꝑ adhibitis, regis aĩm fatigaſſet, nec flectere potuiſſet, ex Sparta infecta re Athenas nuꝑ tyrãnide liberatas nauigauit. Siqdẽ Hipparcho Piſiſtrati filio & Hippiæ tyrãni fratre in Panathenaica põpa, ab Ariſtogitone & Harmodio apud Leucoriũ Fanũ interfecto, Hippiaſq; aliq̃to infeſtius Alcmeonidas & alios exules, q ꝑ eã cædẽ reditũ in urbẽ tentarãt, inſectaret. Alcmeonidæ Lipſydrio ſuꝑ Pæoniã cõmunito, ab Amphictionib⁹, erat id ampliſſimũ Græciæ conciliũ, templũ Delphis ædificandũ cõduxerunt, ut ex ea re uberior ſibi materia pararetur nouaꝝ reꝝ in Piſiſtratidas moliendarũ. Extruxerunt tũ illi templũ, multoq; ſumptuoſi⁹, q̃ pacti eſſent, ex pario lapide iteriora tẽpli cõtexerũt. Hoc itaq; ꝓtextu Alcmeonidę circa Delphos ſedẽtes, Pythiã pecunia corrũperũt, ut quoties uiri Spartiatæ eo uenirent, ſiue publice, ſiue priuatim, oraculũ cõſulturi, Athenas illis ꝓponeret liberandas. Qua demũ uoce Lacedæmonij cõmoti Anchimoliũ Aſteris cũ exercitu mittunt ad Piſiſtratidas Athenis eijciendos, tametſi Spartani noĩs ueteres hoſpites, antiqora tñ habẽda rati diuina iura q̃ humana. Anchimolius copias ad Phalerũ expoſuit. Erat is loc⁹ haud ꝓcul Athenis, inter Pyreũ & Alimuſiũ. Miſerant interim Theſſali mille equites cũ Cinea rege uiro Comæo auxilio Piſiſtratidis, q ſuis ſociorumq; uiribus freti; Phalereoꝝ planitie in hunc uſum purgata, æqtatu repente immiſſo, Spartiatas cũ multa cæde ad naues cõpulerũt, eorum duce

B Anchimolio obtruncato. Nec ita multo poſt Lacedæmonij, reparato exercitu, cũ Cleomene Anaxãdridæ filio, terreſtri itinere, in Atticã uenere, qbus quũ Theſſalus eqtatus ferocit̃ occurriſſet, primo cõgreſſu diſiect⁹ eſt: pauci ex teterrima illa cæde in Theſſaliã abierũt. Cleomenes ad urbẽ ꝓgreſſus, una cũ his, qui tyrannidẽ infenſe oderant, Piſiſtratidas intra pelaſgicũ murũ redactos obſedit, neq; Spartiatæ eos cito eiecere, quippe q cibo erãt & potu optime inſtructi. Tenuit itaq; obſidio aliquot dies, Spartanis inde abeuntibus, interceptiſq; Piſiſtratidarũ liberis, q ꝓcul domo occulte ablegabantur, ne qd crudeliꝰ in ſuos ſtatueret, pacti ſunt cum libertatis aſſertoribus, ut filijs receptis, intra quinq; dies ex Attica excederẽt. Athenis igitur Piſiſtratidæ digreſſi in Sigæum, quod eſt ſupra Scamandrũ, cõceſſerunt, quũ ſex & triginta annos Athenis reꝝ potiti eſſent, ipſi ex Pylo à Neleo oriundi. Et hoc quidem modo tunc Athenæ à tyrannis liberatæ fuerant. Cæterũ quibus deinceps caſibus ipſa iactata ſit ciuitas, poſt Piſiſtratidarũ tyrannidẽ ſublatã, ad Ariſtagoræ aduentũ haud quidẽ alienũ erit ab hiſtoria explicare. Sed motus illi rerũ, ex Cliſthenis & Iſagoræ in Rep. adminiſtranda æmulatione orti uideri poſſunt. Cliſthenes uir Alcmeonides maternũ auũ habuit Cliſthenem Sycionis tyrannum, qui ob ſuũ in Argiuos odiũ quibuſcũ diuturnũ geſſit bellũ, ut Homeri carmina tolleret, quia Argiui ciuẽ ſuũ prædicarint, omnia poẽmatũ certamina Sycione ſuſtulit. Quin ad Adraſtum cuius monumentũ in ipſo erat foro conſtitutũ, annuaq; ueneratione cõſecratum, inde pellere adortus (fuerat enim & ipſe Argiuus) quia oraculo id facere ꝓhibebatur, Menalippi Thebani corpus, q Meciſtem Adraſti fratrem occidit, & Tydeum eius generum à Thebanis impetratum, Sycioni intulit, eiq; Fanum & annua ſacra quæ Adraſto reddi conſueſſent, inſtituit, ita euenturũ arbitratus, ut Adraſti geni⁹ Menalippi odio ex Sycione migraret. Reliquus Cliſthenis in Argiuos conatus, in Tribuum mutatione extitit, quas ne eadem nomina cum cæteris Dorienſibus haberent, ridiculis appellationibus inſigniuit, ut Hyatæ, Oneatæ, Chireatæ, à ſue aſino, & porco dicerentur. Hocq; animo Sycionius Cliſthenes in Argiuos fuit, quẽ Athenienſis Cliſthenes eius nepos, in Tribuũ mutatione imitatus uidetur, qui Athenis ex quatuor tribubus, tot enim tũc erant numero, decẽ inſtituit, clariſq; cognominibus, quod unum fuit ab auito inſtituto diuerſum, inſignes fecit, unde illi tanta cũ populo gratia inita

Peroratio.

Ariſtagoras Athenas proficiſcitur.

Alcmeonidæ Delphicum templũ ædificant.

Lace. uincũtur ab Athenienſ.

Piſiſtratidæ Athenis eijciuntur.

Cliſthenis Sycionij odium in Argiuos.

eſt, ut multo iam Iſagora potẽtior in rep. haberet. Ferre id Iſagoras iniquo aĩo, ſtudioq́; æmu C
lationis accenſ⁹, ad Cliſthenis opes euertendas, ad Cleomenẽ Lacedæmoniũ miſit, q iã inde
ex quo Piſiſtratidas obſedit, ad eius uxorẽ uentitaſſe dicebat, ab eoq́; multis ꝓcibus cõtendit,
ut Cliſthenẽ Athenis eijceret, quãdo Athenienſes, ob recens eius in Piſiſtratidis expugnãdis
Cliſthenes Athenienſis urbe pellitur. meritũ nihil illi denegatũ uellent. Paucis itaq; diebus Cliſthenes urbe pellit̃, affuitq́; nihilo ſe/
cius Cleomenes cũ Spartiatarũ manu, tũ ibi ſenatũ ſoluere aggreſſus, tumultu ab ea re in ci/
uitate orto, cũ ſuis trepide eſt in arcẽ cõpulſus. Fide deinde data & accepta, triduo poſtq̃ obſi/
deri cœperant, Spartiatæ ignominioſe ex Attica cum Cleomene abceſſerunt. Qui cũ Iſagora
Cleomenẽ, ſecuti, arcẽ occuparant, partim in ea recipienda interfecti ſunt partim ad ſuppliciũ
ſeruati, ultro mortem oppetiuere. Athenienſes Cliſthene in urbẽ reuocato, cũ ſeptingentis fa
milijs militaribus quas Cleomenes & Iſagoras urbe ablegauerant, Lacedæmoniũ opes ueriti,
ad Artapherne Darij fratrẽ, in Lydiã mittunt, qui Perſarũ ſocietatẽ publico Athenienſiũ no/
mine peterent. Percontatus Artaphernes, q hoĩm Athenienſes eſſent, & quã terrã incolerent,
ubi, & unde eſſent audiuit, ea conditione ſocietatẽ illis detulit, ſi terrã & aquã Dario tradidiſ/
Terram & aquã tradere. ſent. Artaphernis poſtulata quũ legati, iungẽdæ ſocietatis ſtudio, nõ recuſaſſent, ubi Athenas
reuerſi ſunt, grauiter ſunt increpiti, qñ uulgo interꝓtarent̃ terrã & aq̃ tradere haud aliud eſſe,
Cleomenes Athenieſes bello repetit. quã alienæ ditiõis fieri. Nec Cleomenes multo poſtq̃ legati reuerſi ſunt, cũ nouo exercitu At/
ticam ingreſſus Eleuſinẽ inuaſit, uim ſibi ab Athenienſibus intentatã uindicaturus, q̃q̃ iam
antea eius animũ cupido inceſſerat Iſagorã Athenis tyrannũ conſtituendi. Populabantur in
terim Chalcidenſes & ipſi Atticæ fines, qua iniuria in aliud tp̃s dilata, Athenieſes oẽm impe/
tũ belli ĩ Spartiatas uertere, egreſſiq́; ad Eleuſinẽ, quũ aduerſæ acies iã in ꝓcinctu ſtarent, Co/
rinthij q cũ Lacedæmonijs erãt, ſubita eorũ q̃ fierent pœnitentia adducti, in pugnã ſe nolle ire
profeſſi ſunt. Idẽ & Demaratus Ariſtonis filius fecit, Spartiatarũ & ipſe rex, tũ cæteri ſocij ubi
Corinthios cõmilitiũ detrectare uiderunt, nec regibus inter ipſos de ſumma rei ſatis conueni
re, ex Eleuſine in pacatũ abierunt. Cleomenes & ipſe infecta re ex hoſtico ceſſit. Lacedæmonij D
Lacedæmoniorũ decretum intempeſtiua Cleomenis & Demarati diſſenſione offenſi, ne talis poſtea diſcordia reip. office
ret, lege ſanxere ne poſt id tempus ambo reges ad unũ proficiſcerentur bellũ. Nec Athen. ho/
ſtibus Attica digreſſis quierunt: ſed Bœotios & Chalcidenſes adorti, q medio ardore belli At
ticos fines fuerant populati, Bœotios citra Euripũ, Chalcidenſes ultra uno die ꝓlio ſuperant,
tum quatuor colonorũ milibus in inſula conſtitutis, plurimos utriuſq; gentis captiuos Athe/
nas perduxere. Siquidẽ Athenienſes q̃diu ſub tyrannis fuere, Græcorũ oĩm ignauiſſimi exiſti
mabantur, mox in libertatẽ aſſerti multo oĩm ꝓſtantiſſimi extitere, manifeſto documẽto, for/
tius ſibi q̃ cæteris ipſos mortales dimicare. Thebani Bœotiorũ cladẽ uindicare uolentes, ora/
culũ de ratione belli conſulunt, iuſſiq́; proximos in ſocietatẽ uocare, nõ defuit q Æginitas ab
oraculo ſocios demonſtrari interꝓtaretur, quia Ægina & Thebe Aſopi filiæ fuiſſe dicerentur.
Erãt ad hæc Æginitis ueteres cum Athenienſibus inimicitiæ, quod quum Epidaurij Oleagi/
nam ab Athenienſibus materiam petijſſent ad duo ſimulacra, quæ ab oraculo ob agri ſteri/
In ſola Attica olim Olea. litatem conſecrare iuſſi fuerant erigenda (in ſola Attica tum olea fuiſſe traditur) ob eam rem,
neſcio quid annui tributi, cum Athenienſibus pacti. Verum quia procedente tempore ab
Æginitis dilubra illa furto fuerant ablata, ſublata penſionis cauſa, tributum haud redden/
dum amplius cenſuerunt. Athenienſes eam iniuriam minime ferendam rati, ſimulacra ab
Æginitis repetunt. Sunt qui tradant nauim ad id unam publice miſſam, cui Æginitæ facile
ceſſerint, cæterum adortos qui eo uenerant ſtatuas inde auellere, ſubito furore perculſos, mu/
tuis ſe uulneribus confeciſſe. Æginitæ plures Athenienſiũ naues ob id ipſum ad ſe miſſas me
morabant, Argiuorumque interuentu, qui ſibi auxilio ueniſſent, deletis Athenienſibus, u/
num cladi ſuperfuiſſe. Verum ſiue unius ſiue plurium nauium claſſis hoſtiliter ibi conſum/
Nuncius a mulieribus oppreſſus. pta eſt, qui acceptæ cladis nuncius Athenas uenit, ob fœminarum incurſum, de ſuorum caſu
ſciſcitari contendentium, ueſtimentorum fibulis conſauciatus perijt, ob idque Doricæ ueſtis
uſus mulieribus iam inde publico decreto ademptus, permiſſumque ut lineam tantum ge/
ſtarent, quæ nullis eſſet fibulis prædita. Æginitæ igitur ueteris adhuc odij memores, haud gra
uate Thebanorum ſocietatem ſecuti, in Athenienſes arma induerunt, iunctiſque una copijs

Atticos

Atticos ſunt fines populati, nec fortaſſis eã iniuriã impune tuliſſent, niſi moniti Athenienſes
A oraculo, ut triginta annos ab Æginitis abſtinerent, in aliud tempus ultionẽ diſtuliſſent, quan
quã ſic quoq; uix iræ temperatũ eſſet, niſi noui Lacedæmoniorũ motus interueniſſent. Siqui-
dem hi Pythiæ fraude deprehenſa, Hippiã Piſiſtrati filiũ, quẽ Athenis deiecerant, ex Sigæo
Helleſponti reuocaſſe dicebantur, ut in priſtinũ reſtituerent principatũ. Cæterũ ubi res freque
ti ſociorũ conuentu Lacedæmone conſultari cœpta eſt, Pythiæq; fraude accidiſſe diceretur, ut
Piſiſtratidę Lacedæmoniorũ opibus principatu excidiſſent, æquũ uideri, ut qui hoſpites & a-
mici, nihilq; tali meriti, ea clade affecti eſſent, per quos id uulnus accepiſſent, per eoſdẽ ſana-
rentur. Verũ enimuero ſociorũ conſenſu ad eã rẽ auxilijſq; opus eſſe dictitabant, ut oĩa ex di
gnitate fierẽt. Neq; clamor ullus ad ea q̃ poſtulabant, neq; aſſenſus eſt ſecut⁹, ſed mœſtũ poti — Concio Soſiclis Corinthij.
us ſilentiũ, donec Soſicles, q̃dã Corinthius rei indignitate motus, oĩa prius fieri poſſe p̃fatus
eſt, q̃ ut Spartani Peloponeſiacis pſuaderent, tyrannos in liberis urbib⁹ cõſtituendos eſſe, op
pugnandãue alienã libertatẽ, ut unius libidini populus ſeruiret. Quod ſi rẽ pulchrã uenuſtã-
que tyrãnidẽ arbitrarent̃, oportuiſſe Spartanos prius exemplũ id inducere, ut ueteri forma rei
publicæ ſublata, ſuis ultro ceruicib⁹ ſeruitutis iugũ imponerent, inde alios ad id ip̃m hortari:
tũ uero inhumane agere, ut quũ ipſi p̃ cæteris mortalib⁹ ſuã libertatẽ ſtudioſe tueantur, alienã
gratis conẽtur euertere, ob id fortaſſe uenia digni, ꝙ q̃ peſtilens res eſſet ſeruitus, nõ eſſent ad
huc experti, at Corinthios, q utriuſq; ſtat⁹ haud ignari eſſent, lõge aliter ſentire. Inĩ à duplicis
oraculi monitu, quo oĩa mala, q̃ ex Eetionis ſtirpe paſſuri erant Corinthij, exorſus, ut malo ci
uitatis fato paucorũ ſtultitia Cipſelus infans ſeruatus eſſet, unde etiã puero nomẽ inditũ fue
rit, qa in Cipſela frumentaria menſura infans latuiſſet. Executus inde qua ui ille patriã inua-
ſiſſet, q̃bus rapinis & ſceleribus deformaſſet, quę mox ſub Periandro eius filio ciuitas paſſa eſ-
ſet, q Traſibuli cõſiliũ ſecutus crudelior patre extitiſſet, experientiã rerũ omniũ magiſtrã eam
eſſe dictitans, q̃ Corinthios ab eo conſilio non ſolũ deterreret, ſed cogeret etiã à Spartiatis p̃ci
B bus & obteſtatione cõtendere, ne ꝑgerent alienę libertati inſultare, ut tyranno iter ad principa
tũ facerent, quo nihil eſſet miſeris mortalibus infeſtius, nihil magis inimicum, uel ſi in conſilio
præſtarẽt, ſcirent Corinthios eius ſceleris expertes futuros, q ſi tueri nobiliſſimę ciuitatis liber
tatẽ nequirent, ſaltẽ ne impie oppugnaſſe dicerentur. Multis ſociorũ Soſiclẽ ſecutis cõuentus
ille impune eſt ſolutus, Hippiaſq; oĩ recuperandę tyrannidis ſpe deiectus, in Aſiã reuerſus, ad
Artaphernẽ ſe cõtulit, apud quẽ Athenienſes aſſidue criminãdo, eo Barbarũ impulit, ut Athe
nas miſerit, qui publice de tyrãnis in urbẽ recipiendis ſuo nomine agerent, ſi in Darij amicitia
permaneret uellent. Athenienſes oĩa prius ſe pati malle reſponderũt, q̃ tyrannidis iugũ ſemel
excuſſum recipere erantq; ad hæc res ipſius ciuitatis parũ quietę, quũ Mileſius Ariſtagoras ex — Ariſtragoras Athenienſes inbelli ſociettatem trahit.
Lacedæmone in Atticã nauigauit, q eadẽ quę & apud Cleomenẽ de Aſia Perſicoq; bello me
morãs, uno etiã adiecto ꝙ Mileſij Athenienſiũ coloni eſſent, digniq; ob id ut ab om̃i externa
iniuria eorum præſidio tegerentur, eo triginta Athenienſium milia perpulit, quum unũ Cleo
menem nequiuiſſet, ut uiginti nauium claſſis ſit Ionibus auxilio decreta.

# ENNEADIS SECVNDAE LIBER IX.

ATHENIENSIVM Societatẽ adeptus Ariſtagoras, continuo ex Attica in
Ioniam tranſmiſit, qui ubi Miletum uenit, Pęones, qui in Phrygiã erãt Da- — Pæones in priſtinas ſedes perfugiunt.
rij iuſſu traducti, ad transfugium ſollicitauit, pollicitus fore, ut Ionibus iu-
uantibus in priſtinas ſedes reſtituerentur. Tanti uiri authoritatem Pæones
ſecuti, populariter ad mare primo, mox in Chium tranſmiſere. Medicus eq
tatus ad eos retrahendos miſſus, quum fugientium ueſtigia ad mare tenu-
iſſet, edoctus Pæonas in Chium tranſijſſe, eo miſit qui transfugas in Phrygiam Artaphernis
iuſſu reuocaret. Illi uero omne Perſarum imperium aſpernati, ex Chio in Leſbum traiecere.
Mox inde à Leſbijs Doriſcum deportati, terreſtri ſe itinere in Pœoniam receperunt. Nec ita
multo poſt Athenienſes cum uiginti nauibus ad Ariſtagoram uenere, & cum his quinque
Eretriorum triremes. Fuerant olim Eretrienſes à Mileſijs aduerſus Chalcidenſes adiuti,
cuius

cuius rei memores par ē in bello gratiā, à ſe ueterībꝰ ſocijs relatā uoluerūt. Ariſtagoras ubi e/
iuſmodi copię à ſocijs affuêre, Charapinū fratrē, & Hermophātū Mileſiū, cū claſſiariorū ma/
Caiſter flu- nu in Lydiā miſit, hi p̄ter Caiſtrū amnē iter īgreſſi, qua Epheſij locorū gnari ducebāt, ꝑ Tmo
uius. lū Sardis ꝑuenêre. Orit̃ Caiſter in cuiꝰ mētionē ſermo īcidit, in Cilbianis mōtibꝰ, pluribuſq̃
Iones Sar- fluminibꝰ auctꝰ, ſub Pionio mōte Epheſum alluit. Improuiſa res effecit, ut penè prius Iones
dis occu- & ſocij oppidū occuparīt, q̄ adeſſe dicerent̃. Artaphernes ſubito tumultu cōſternatꝰ, cū metu
pant. & trepidatiōe ſeſe in arcē recepit. Iones iniecta domibus flāma, q̄ plurimū arundinacea mate/
ria cōſtabāt, totā urbē incēdio cōſumpſerūt. Perſæ oppidanis mixti, forū occupāt, id Pactolus
amnis īterfluebat, q̄ manꝰ nō ſolū ſe tueri, ſed in hoſtē q̊q; erūpere auſa, metū Ionibꝰ iniecit
ibi diutiꝰ cōmorādi. Et ex finitimis plurimi mortales Sardis Artaphernis edicto cōfluebant,
quare ueriti ne ab hoſtibus intercepti, temerarij īcœpti pœnas luerēt, in Tmolū primo, mox in
Vincūtur de in pacatū cōceſſerunt. Vix inde Iones profecti erāt, quū qui citra Halim fluuiū incolūt, Sar
Iones ad diana clade trepide nunciata, ſubſidio affuerūt, abeuntēq̃ hoſtem è ueſtigio ſecuti, priꝰ Ephe
Epheſum. ſum uentū eſt, q̄ præcepta ſemel fuga aſſequi potuerint, ibiq̃ conſerto prælio, Iones & ſocij ui
Eualcides cti, cum multa ſunt cæde in urbē cōiecti. Ceciderāt in ea pugna pleriq; uiri fortes, & in his E/
Epheſio- ualcides Eretriorū dux, Simonidis carmine celebratus. Et tum q̄dem ita eſt apud Epheſum di
rum geſta micatū. Atheniēſes poſt unā aduerſam pugnā, q̄q̄ Ariſtagora & ſocijs multa hortatione & la
chrymis fruſtra retinere conātibus, in Atticā profecti ſunt. Iones p̄ter ſpem ab Atheniēſibꝰ
deſtituti, etſi multū ad eā defectionē animi cōciderant, deſperatiōe adacti, bellū ſūma ope cō/
parant, Helleſpōtumq̃ hoſtiliter ingreſſi, Bizantiū, aliaſq̃ circūiectas urbes in ſuā poteſtatem
redigūt, inde ad lęuā cōuerſi, magnā Cariæ partē in ſocietatē belli aſciſcunt. Cyprij deinceps
omnes, p̄ter Amathuſios, à Perſis defecere, quos Oneſilus defectiōis autor, & Cyprij iam ob/
ſidione fatigabāt, quū Sardianæ cladis nūcius eſt Suſa ad Dariū perlatus: tū fremēs ille fren/
denſq̃, ꝙ ab Ionibus & Atheniēſibus urbs Lydiæ nobiliſſima latrocinio uaſtata eſſet. Ecqui
nam hoīm Atheniēſes eſſent rogauit, uerū ubi & qui illi eſſent, & quā terrę regionē colerēt, au
diuit, ſagitta in cœlū excuſſa, Iuppiter, inquit, da mihi p̄cor, ut Athenienſes unde profecta eſt
in me iniuria, aliquādo ulciſcar: atq; hæc fatus, miniſtro qui forte aderat, p̄cepit, ut q̊tidie appo
Darij præ- ſita ſibi cœna, ter illud diceret: Dari ſis Athenienſiū memor, inde Hiſtiæū ad ſe accerſitū, q̄ in
ceptum. Lydia & Ionia facta eſſent, ordine edocet, mirari ſe uehemēter dictitās, ꝙ Ariſtagoras ipſius
procurator, defectiōis autor diceret̃, nec perſuaderi ſibi poſſe Ariſtagorā ſua ſponte tantū faci
nus eſſe auſum, uideret ipſe quid ſibi ſuſpicandū relinq̄ret̃. Nā q̊d ad ipſam belli molē attine/
ret, nemini dubiū eſſe, quin res tanta multo maiore īdiguerit īpulſore, q̄ ut ab Ariſtagora mo
ueret̃. Hic Hiſtiæus ut præſenti erat conſilio, ita accurate cōſtanterq̃ ſe purgauit, ut non mo/
Hiſtiæus do ab ea culpa abeſſe crederet̃, ſed ſua etiā abſentia motū illum accidiſſe perſuaſerit, pollicitus
in Ioniā re- ſi in Ioniā mitteret̃, fore, ut non prius ueſtē exueret, q̄ totā gentem ad imperiū retraheret. Da/
uertitur. rius hominis autoritatē ſecutus, erat eñi Hiſtiæus non Mileſiorū ſolū, ſed totius etiā Ioniæ lō/
ge princeps, accepta ab eo fide, ut cōpoſitis in prouincia rebus cōfeſtim ad ſe rediret, poteſtatē
Artybij illi fecit in Ioniā abeundi. Sed dum is à rege dimittit̃, Artybius Perſarū dux, cū Phœnicia claſ
equus bel- ſe, ex Cilicia in Cyprū, ad Amathuſios obſidione leuādos tranſijt. Cyprij audito hoſtiū ad/
laciſſimus uentu, in Ioniā miſerāt, ad auxilia inde accerſenda, q̄bus benigne impetratis, auxiliares Ionū
naues Cyprij Phœnicibus oppoſuerūt, ipſi in Salaminijs cāpis aduerſus Perſas in aciē deſcē/
dere. Erat Artybio equus bellaciſſimꝰ, quippe qui primo pugnæ cōgreſſu, in hoſtiū laniatum
aſſurgeret, morſu, calcibus, impulſu, late ſtragē facere aſſuetus. Id quum Oneſilus reſciuiſſet,
ad ſatellitū unū, cuiꝰ opera in pugna, quia militaris rei ꝑitiſſimꝰ eſſet, ualdeq̃ manu prōptus,
p̄cipue utebat̃: aut Artybiū, inquit, petas, neceſſe eſt ad primū eius occurſum, aut equū hunc
quē ita in p̄lio ſæuire aiūt: partiamur opus eſt inter nos pugnæ huius laborē, ut p̄lio feliciter
defungamur, tu uide ferū an hoīem petere malis, utrā partē mihi reliqueris, eam fortiter capeſ
ſam, nā q̊d ad p̄ſens conſiliū attinet, cōſtitui cū Artybio manū cōſerere. Rex cum rege potius
cōcurrat, ille ait, ac famulus famulo, ut ſiue uictor, ſiue q̊d nolim uictus, Oneſilus fuerit, alter/
utram fortunam honeſtius experiat̃, nec equi ferociam pertimeſcas, inquit, dabo ipſe operam
ut non modo regi, ſed ne mortaliū cuiq̄ obeſſe poſſit amplius. Nec magna deinceps mora
fuit,

fuit,ſignis canētibus utrinq; ferociter eſt cōcurſum. Iones nauali certamine egregie uicerūt, in
A qua pugna obeūda, Samioꝝ p̄cipua fuit uirtus. Diſpari in terra eſt euētu dimicatū, nã ubi pri
mū aduerſę cōflixerūt acies, ipſiq; duces obuij manū cōſeruêre, Oneſili miniſter ualide, ut fue
rat pollicitus, Artybij equo anteriores pedes, in regis ſcutū proiectos, falcis ictu recidit, ſupra
quē cadentē cū totis armis Artybius corruit, eratq; Cypria res ſine dubio ſup̄ior, quū ſubita
Steſenoris Cariorū tyranni, & Salaminiorū defectiōe cōcidit. Deſtituti Cyprij ſuis ipſorū uiri
bus, fuſi primo ſunt, mox ſtrage multa paſſim diſiecti. Perijt itaq; Oneſilus, & Soliorū rex A/
riſto Cyprius Philocypri filius, eius q cū Solone hoſpitiū iūxit, ab eoq; eſt carmine celebrat⁹.
Oneſili caput Amathuſij ſupra portã urbis ſuſpenderūt, in q̊d demū exinanitū apū examen
ingreſſum fauis referſit, ob eãq; rem loci incolę oraculo moniti, ſepeliuerūt, Oneſiloq; q̊tãnis
ut Heroi ſacra inſtituerūt. Cypriarū urbiū Sole oim nouiſſima à Perſis recepta eſt. Inſulani
quū per annū liberi fuiſſent, denuo in ſeruitutē relabunt. Iones ſociorū opibus in inſula affli/
ctis, curſum ſubito in patriã auertūt, ubi nihilo illis melior erat fortuna. Oſthanes & alij Per/
ſarū duces, ubi Iones, q Sardis incēderãt, in Epheſum cōpulerãt, urbiū oppugnatiōes inter ſe
partiti. Dauriſes Helleſpōtū ſortitus (erat is Darij gener) Dardanū cepit, Abydū, Lampſacū,
& Peſon, ſingulas ſingulis diebus. Cui à Peſo ad urbē Parion cōtendēti, nūcius allat⁹ eſt, Ca/
res à Perſis ad Ionas defeciſſe, cōuerſoq; ab Helleſpōto in Cariã ductu, ad Marſiã amnē pri/
mo caſtra fecit. Fluit ex Hidriade regione, Meandro imixt⁹ nomē amittit, nec ita multo poſt
eodē loco cū hoſtibus cōflixit, pugnarūt eo die Cares fortiſſime, ſed paucitate magis q̃ hoſtiū
uirtute ſuperati, ad decē milia hominū amiſerūt, nec Perſis incruenta uictoria obtigit, duobus
milibus in pugna amiſſis. Receperūt ſe Cares ad Labrydē in militaris Iouis templū, cōſultan/
tes, dederent ne ſe Perſis, an Aſiã penitus relinquerēt. Cęterū hæc agitantibus, Mileſij & ſocij
ſubſidio ſup̄uenêre, ibi omni cōſultatione reiecta, iterū ſe p̄lio accingūt, fuitq; pugna hęc nihi
lo Ionibus felicior, q̃ prior illa ad Marſiam fuiſſet, multiſq; Mileſiorū cadentibus, cæteri fuga
B dilapſi, alij alio abierunt. Nec Cares, q̃q̃ bis acie uicti, minus ferociter in armis eſſe perſeuera/
uerunt, quippe qui ubi urbes ſuas à Perſis inuaſum iri, per exploratores cognouerūt, uia quæ
in Milaſſa ferebat, in inſidijs cōſederunt, in quas noctu Perſæ imprudēter delapſi (nihil enim
minus q̃ inſidias ab eo hoſte timere, quē ſemel atq; iterū paucis diebus uiciſſent, ſed nulla res
in bello pernicioſior, q̃ nimia ſecuritas) obtruncati ſunt, cū Dauriſe duce & Myrſe Gygis filio.
Hymeas qui & ipſe aliam Darij filiã in uxorē duxerat, in Propontidem cōuerſus, Cion cepit
& Myſiã, mox Dauriſis & exercitus expeditiōe in Cares cognita, ex Propontide in Helleſpō
tū trãſijt, ſubegitq; Æoles oēs, qui Iliadē orã incolebant. Subegit & Gergithas, qui à priſcis
Teucris relicti fuerant in ea terra, quã ad id tempus incolebãt, hiſq; reb⁹ proſpere geſtis, mor
bo in Troade perijt. Artaphernes & Oſthanes omnem uim belli in Ionas uerterant, eius gen
tis Clazomenas primo, moxq; ex Æolibus Cumã ui ceperūt, turbatoq; per hæc cōcurſoq; e/
tiam Ioniæ ſtatu, Ariſtagoras, qui fax eius fuerat belli, ubi omnia in peius ruere uidit, nec for/
tunã ſiſti poſſe amplius, cū Mileſiorū principibus de fuga agitare cœpit, ut relicta urbe i Thra
ciam populariter abirent, in patriã remigraturi, ſi malorū procella illa, quæ tūc omnia quatie/
bat, aliquãdo remiſiſſet. Variatū nōnihil eſt ſentētijs inter eos, qui de colonia cōſultabãt, alijs
alio eam deducendã ſuadētibus, perualuitq; Ariſtagorę uotū, ut Mircinū Thraciæ, q̊d à Da/
rio Hiſtiæus dono acceperat, occuparēt. Pythagora igit̃ uiro inter Mileſios cōſilio & ſtrenuita
te claro ad urbis cuſtodiã cum robore iuuētutis relicto, ipſe cum uolūtarijs in Thraciã nauiga
uit, ubi haud multo poſt cum ſuis eſt à Thracibus interfectus, talemq; Ariſtagoras ſortitus
eſt exitum. Receperat ſe interim Sardis Artaphernes, uenitq; eo Hiſtiæus, q magnis itineri
bus ex Suſis in Ioniã feſtinabat, tum ibi ab Artapherne interrogatus: Ecquis hominum Io
nas ad defectionem impuliſſet, negaretq; Hiſtiæus ſe id ſcire, ſic habet, inquit, Artapher/
nes (Iam enim compertū habebat noui illius motus eum autorem fuiſſe) hunc tu calceū cō
ſuiſti: Ariſtagoraſq; ſibi induit. Negare id factū Hiſtiæus, cæterū timens ſibi ab Artapherne
proxia nocte fuga ad mare ſe proripuit, in Chiūq; primo tranſmiſit, ubi in uinculis tãdiu eſt
aſſeruatus, quoad ſatis compertū Chijs eſt, à Dario eum perfugiſſe. Ibi quoq; familiariter ro/
gatus, cur Ioniæ ſtatum in apertum diſcrimen conieciſſet, compertum ſe habuiſſe reſpondit,
Darium

Oneſili caput.

Ioniæ urbes bello affliguntur.

Marſias flu.

Cares prælio ſuperatur.

Perſæ inſidijs excepti cæduntur.

Ariſtagoras in Thraciã tranſijt.

Ariſtagoræ exitus.

Hiſtiæi mendacium.

Dariũ in animo habere. Phœnicas totã Ioniã quaſi in colonias habitatũ traducere, ipſoſq; totius oræ accolas, ad illorũ ſedes obtinẽdas mittere, q̃d mendaciũ ſatis ualuit ad inuidiã in pſentia leniendã. Inde Chio profectus dat Hiſtiæus Hermippo cuidã literas ad Perſas, q Sardibus erant, cũ q̃bus fuerat de proditiõe locutus. Hermippus ad Artaphernẽ eas detulit, ille oĩbus quæ agebãtur cognitis, iubet Hermippũ eas reddere, q̃bus Hiſtiæus mãdauerat, & q̃ uiciſſim illi reſpõdiſſent, ad ſe deferre. Ita rebus palã factis, Artaphernes Perſarũ plurimos ſupplicio affecit. Hiſtiæus à Mileſijs non receptus (cœperãt eñ iam libertatẽ guſtare) in Lesbũ nauigauit, à q̃bus octo triremibus ſumptis, Bizantiũ cõceſſit, ibi locorũ opportunitate fretus, nauigia è põto per Boſphoꝝ prodeũtia, partim opprimere, partim uolũtaria ſibi adiũgere. Sed dum Hiſtiæus ſuas circa Bizantiũ firmat opes, Perſæ terra mariq; Miletũ obſidione cingunt. uiſum eſt ſocijs opẽ Mileſijs ferre, omiſſoq; omni terreſtris auxilij apparatu, qua belli parte plurimũ Perſicæ opes pollebãt, trecẽtarũ ſexaginta triũ nauiũ claſſem ornãt, quũ penè duplo

Miletos obſidetur. Ionũ maritimæ opes.

maior eſſet hoſtibus. Erant Phœnices, qui Perſis militabãt, Cyprij, Cilices & Ægyptij, Mileſiorũ auxiliares erant Prienẽſes, Chij, Erithræi, Phocẽſes, Lesbij, qui Æoles erant, & Samij, ad Ladã inſulã, quæ Mileto obiacet, eſt cõcurſum, Mileſijs cornu q̃d ad aurorã erat obuerſum, claudẽtibus: alterũ Samijs cũ nauibus ſexaginta. Barbari duceſq; ueriti, ne ſi claſſes cõcurriſſent, aliqua inſignis clades ſibi adeunda eſſet, pugna in pſentia abſtinuerũt, per tyrannos inde, qui ab Ariſtagora fuerãt eiecti, ſingulorũ aĩos, ad eã populorũ cõſpirationẽ ſoluendã, tentare incipiũt: propoſita oĩm, quę geſta eſſent, impunitate & obliuione, cõtra uirginũ raptꝰ, natorũ ſtupra, ſeruitutẽ, cædes in armis perſeuerãtibus, denũciãtes. Siue igiť minaciſſima hęc denũciatio fuerit, ſiue Dionyſij Phocẽſis ſuperbũ in ſocios imperiũ (haud eñ id facile quiſq̃ dixerit) ita accidit, ut cõſpiratiõe illa paucis diebus ſoluta, nullius ĩperiũ exaudireť amplius. Tũ

Soluitur Ionũ cõſpiratio.

Samij lucrifaciendã impunitatẽ rati, perſuaderi ſibi paſſi ſunt, ut à ſocijs deficerẽt. Itaq; ubi Phœnices in hoſtes adnauigare cœperũt, Ioneſq; & ipſi naues in cornua digeſtas, produxêre. Vix bene prælium cõſertũ eſt, quũ Samij ſublatis uelis in altũ abiêre, decem eorũ naues, quorũ D Trierarchi haud paſſi Samiũ nomen tali perfidiæ, nota perpetuo inſigniri, in pugna perſtitêre, quibus poſtea publico Samiorũ decreto datũ eſt, ut ipſorũ nomina ac maiorũ lapide inſcriberenť, Lesbij & ipſi Samiorũ defectione animaduerſa, ea parte fugã capeſſunt, inde alij atq;

Soluuntur maritimæ Ionũ opes.

alij turpiter dilabũtur, ſoli oĩm Chij locũ fortiter retinuêre, qui ab hoſtiũ multitudine circũuẽti, uagã potius q̃ ſtatariã pugnã ſuſtinuêre. Demũ captis ex hoſte nauibus, & ex ſuis plurimũ amiſſis, Chiũ uerſus fugã intendũt. Horũ quidã, quũ ſemilaceras haberẽt naues, ſequẽte e ueſtigio hoſte, ad Michalen fugiẽtes littoribus ſponte impacti, in terrã egrediunť. Inde quũ pedeſtri itinere domũ irẽt, ab Epheſijs qui latrones eos arbitrati, hoſtiliter inuaſerãt, prius oppſſi ſunt, q̃ agniti. Dionyſius Phœcenſis in Siciliã nauigauit, ubi aliquãdiu pyraticã exercuit. Perſæ Ionũ opibus per mare diſiectis, ad Miletũ oppugnandã totis uiribus uertunť, omniq; tormẽ

Miletos capitur.

torũ genere muris admoto, ſexto poſt primũ Ariſtagoræ motũ anno: Dariani ab arce oppidũ tenuerũt, urbs direpta eſt, qui cædi ſuperfuerũt, Suſa perducti ſunt. Hos Darius nullo maiore ſupplicio affectos, in Anipa urbe collocauit, quæ ad Tygrim poſita eſt, qua fluuiꝰ in rubrũ mare labiť. Athenieſes tam moleſte Mileſiorũ cladẽ tulerũt, ut uniuerſum theatrum illachrymaſſe dicať, quũ Mileſia Phrinici direptio acta eſt, ob idq; autor ipſe mille drachmis, ut Calliſthenes prodidit, eſt mulctatus, q̃a uelut domeſticũ uulnus refricuiſſet. Cõtra Sybaritæ, q Laon & Cydrõ incolebãt, haud parem Mileſijs excidiũ paſſis, gratiã retulerũt, qui Sybari à Cro

Sybaritæ ingrati in Mileſios.

toniatis direpta, quũ Mileſij puberes in argumẽtũ doloris, ob mutuũ hoſpitiũ ſibi capita raſiſſent, ipſi in tanto Mileſiorũ malo, nullũ triſtitiæ indiciũ præbuerũt. Samij (nam uulgo diſplicebant quæ Æaces dux claſſis fecerat) & cũ his Mileſij, qui cadẽte patria effugere potuerũt, in Siciliam curſum tenuerũt. Hi quũ Locros appuliſſent, ab Anaxilao Rhegynorũ tyranno pſuaſi,

Zancla.

Zanclã bellatoribus uacuã occuparũt. Obſidebãt tunc Zanclei cũ Scythæ monarcha ſuo Siculorũ urbẽ, qui inopinato patriæ caſu perculſi, Hippocratẽ Gelę tyrannũ, in auxiliũ uocãt. Vrbẽ inde Samijs adimere conati, perſeuerãtia & ſtudio uiciſſent, niſi medio gerendarũ rerũ curſu à tyranno proditi, non modo uictoria excidiſſent Zanclei, ſed eorũ etiã principibus in uincula cõiectis, obſidionẽ ſoluere coacti eſſent. Græci dimidio prædæ (ſic eñ cũ eo pacti fuerant)

A rant)Hippocrati dato, urbe potiti ſunt. Hiſtiæus Mileſioꝝ clade nũciata, cũ his nauibus, quas habuit, ex Byzantio Chium nauigauit, inſulanoſq; uim primo parãtes, mox & prælio cõgreſſos uicit, cladeſq; hęc recens priori cladi adiecta eſt. Ex nullis Ionum nauali pugna ad Miletũ cõmiſſa, plures q̃ ex Chijs prælio, alijſq; caſibus perierũt. Fuerãt ea mala illis aliquanto antea euidentioribus quibuſdam ſignis demonſtrata. Ex centũ iuuenibus, quos Delphos ex choro miſerãt, duo incolumes in inſulã reuerſi fuerãt, cęteris peſtilẽtia conſumptis. Et literarij ludi tectũ repẽte collapſum, cẽtũ uiginti pueros, ſubita ruina oppreſſit, uno duntaxat eo caſu ſeruato. Hiſtiæus ex Chio Thaſum tranſmiſit, quã quũ obſidere cœpiſſet, audita hoſtiũ ex Mileto ꝓfectione, ad reliquas Ionię urbes expugnãdas, in Leſbũ trãſijt: Leſbijs ipſius copias formidãtibus, i ꝓuinciã Arthanis trãſijt, ut ex Myſorũ agro frumẽta raperet. Hic cũ ſuis in terrã egreſſus, cũ Harpago uiro Perſa, q his locis opulentũ ductabat exercitũ, apud Malina (id enim eiꝰ terrę nomẽ erat) prælio commiſſo, magna exercitus parte cęſa uiuus in hoſtiũ poteſtatẽ uenit. Fama eſt uitę cupiditate Hiſtiæum adductũ, quũ ignotus à Perſa quodã media acie cõfodiendus eſſet, Hiſtiæum ſe eſſe alta uoce proclamaſſe, atq; ita ſeruatus, ubi Sardis ꝓductus eſt, ab Artapherne eſt in crucẽ ſublatus, capite illi prius adempto, quod Suſa ad Dariũ miſſum, rex honorifice ſepeliuit. Quo facto multi ꝑſuaſum habuerũt fuiſſe Dariũ ob uetus in ſe meritum ei ueniã daturũ, ſi uiuus eo perductus eſſet. Sicq; Hiſtięꝰ quoq; perijt. Nauales Perſarũ copiæ, q̃ circa Miletum in ſtatione erãt, ſequẽti anno oẽs fere inſulas Ioniæ adiacẽtes, partim ui, partim uoluntate Dario ſubegere: Chiũ, Leſbũ, Tenedũ ui captas euerricularũt. Euerriculatio talis fuit. Viri manus ſibi mutuo tenẽtes: quaſi reſtem unam texuere, qua ab Aquilonari littore ad meridianũ extenſa, totã latentes incolas uenando inſulam peragrauere. Sunt Perſę & Iadũ urbibus quibuſdã potiti: in eaſq; nihilo ſecius q̃ in cęteras ſæuitũ. Nam quòd ad Ionas attinet, mares execti ſunt, lectiſſimę uirgines ad regem miſſę. Templa ſubiecto igni concremata. Atq; in hunc maxime modum tertio Iones in ſeruitutem ſunt redacti: bis olim à Lydis, mox ob

Græci Zancla potiuntur.

Hiſtiæus cruci affigitur.

Euerriculatio.

Iades.

Ionum ſeruitutes.

B defectionẽ à Dario factã. Maritimę copiæ ex Ionia cũ nauibus profectę, quia dextera ora iam antea Perſicis fuerat armis ſubacta, omnẽ belloꝝ uim in læuũ latus deflexere. Erant in eo tractu, Perinthus, Selymbria, & Byzantium, loca præ cęteris illuſtria: horum Byzantij Phœnicię claſſis appulſu nõ expectato, in interiora Euxini cõceſſere, ubi Meſſambriã cõdiderunt. Phœnices maritimis urbibus incẽſis, Proconeſum, & Artacẽ capiunt captaſq; pari clade afficiũt: inde in Cherſoneſum reuerſi, cęteras urbes, ꝗbus primo acceſſu abſtinuerãt, ſubuertũt, ſoli Cyziceni, q iã antea ſub Perſis erãt, eius cladis expertes fuere, & Cardiani q̃ ſubigi nequere. Hoꝝ ꝓ id tempus tyrannus erat Milciades Cimonis filius, nepos Steſagorę, q à Milciade Cipſeli filio, eius terræ imperiũ acceperat. Milciades ille maior à Dolonchis Thracibus inuitatus ut in Cherſoneſum duceret coloniã, pertęſus Piſiſtrati tyrannidẽ, cũ uoluntaria ſuorũ manu Athenis ꝓfectꝰ, quẽ Dolonchi locũ ad inhabitãdũ dedere, tenuit: ꝙ illi facere fuerant oraculo iuſſi, quũ de euentu belli, ꝙ cũ Abſinthijs habebant, ſolliciti Delphos conſultũ miſiſſent. Pythia ita Dolonchos monuit, ut domũ abeũtes inde ſibi coloniæ i ſuã terrã ducẽdę autorẽ ſumerẽt, ubi primo hoſpitaliter inuitati eſſent. Accidit igit̃ ut Athenis peregre trãſeũtes, à Milciade in hoſpitiũ adducti ſint. Vbi ergo i eã terrã uenit, ad arcendos Abſinthioꝝ aliarumq; gentiũ incurſus, Thraciã Cherſoneſum, ab extrema Iſthmi ora, ad alterã, ſex & trigita ſtadioꝝ ſpatio, mœnibꝰ cõmuniuit. Is quũ forte Lampſacenis bellũ intuliſſet, in ſidijs captꝰ, terribili Crœſi regis ad Lãpſacenos denunciatione eſt dimiſſus. Caduceator qui à Crœſo uenerat, ubi Lampſacũ uenit, his dicitur uerbis uſus (erat Milciades ipſi regi chariſſimus) Niſi Milciadẽ Lampſaceni uiri miſſum feceritis, denuncio uobis futurũ, ut à Crœſo in morẽ pini exteramini. Hic quũ Lampſaceni inter ſe quęrerent, & quid eſſet quòd rex ſe ut pinum diceret extriturum, uix tandem quidã grandis natu docuit, naturã eius arboris eſſe, ut ſemel exciſę nulla amplius ſubnaſcatur ſoboles, ſed radicibus intereat, quòd illi excidium ueriti, confeſtim Milciadi uincula ademere: atq; ita ille Crœſi eſt beneficio ſeruatꝰ. Reliquit hic moriens Steſagorę filio Cimonis germani fratris è matre regnum: durante deinceps cum Lampſacenis bello, Steſagoras apd̃ curiam, à quodam qui transfugæ nomine ad eum uenerat, ſecuri percuſſus perijt. Succeſſit huic Milciades frater, quem Piſiſtratidæ ex Athenis cum triremi miſerant in Cherſoneſum ad res fratris repetendas.

Byzantij Meſſãbriã condunt.

Milciades.

Dolonchi.

Exterere ꝑ pinum.

tendas. Ad hunc magnus eſt Cherſoneſitarum concurſus factꝰ ad Steſagoræ caſum cum eõ C
deplorandum, quibus in uincula coniectis, ipſe tota Cherſoneſo potitus eſt, conductiſq; auxi
liarijs filiã Oloris Thraciæ regis duxit uxorem. At nihilo ſecius ipſe quoq; grauibus eſt caſibꝰ
iactatus, tertio anno ex quo Cherſoneſum occupauerat, Scytharũ metu, qui Dariano bello
iritati, hucuſq; proceſſerant, ex ea terra ꝓfugit, Scythiſq; digreſſis à Dolonchis triennio priuſq̃
cæteris curis implicaretur, fuerat reductus. Is quia eius ſententiæ autor fuit, ut Iones pontem q
Iſtro fuerat impoſitus, Dario excluſo diſſoluerent, Perſicas opes ueritus, ubi Phœnices Tene-
dum ueniſſe ſenſit, cum quinq; triremibus, quas precioſiſſimis rebus] referſerat, ex Cardia A-

Milciades Athenas profugit.

thenas curſum intendit, ſed dum Nigrum ſinum tranſmiſſa Cherſoneſo nauigaret, à Phœ-
nicia claſſe circumuentus ægre cum quatuor triremibus in Imbrum, ex Imbro Athenas eua-

Metiochus capitur.

ſit, quinta in qua erat Metiochus filius maximꝰ natu, nõ ex Oloris filia, ſed alia uxore procrea
tus, capta eſt, quẽ ad Dariũ miſſum tantũ abfuit ut ob patris ꝑfidiã rex aliquo malo affecerit,
ut domo etiã & fortunis ampliſſimis in Perſis collocarit. Sed q̃q̃ in Dario mite, ut apparet, fue
rit, ingeniũ, uix tñ tã in eo ornãdo naturã ſecutũ crediderim, q̃ ut ĩ bello, ꝙ in Athenienſes aĩo
Dari⁹ bellū reparat.

hil tuliſſent, ueriti ne maiorē aliquā adirent belli cladē, deditionē fecere. Atq; ita cōtigit, ut Mil
ciadis ductu, ꝙ in dānatiōe illi ꝓfuit. Atheniēſes Lēno ſint potiti. Dari⁹ poſtq̄ ad Marathonē
à ſuis īfeliciter eſt pugnatū, multo Athenienſib⁹ q̄ antea īfeſtior fact⁹, toti⁹ Aſiæ uirib⁹ bellū
īſtaurabat, nauib⁹, eqs, militibus, frumēto, impatis. Et iā triēniū ī eo ornādo cōſumpſerat, quū
Ægyptij, q à Cābyſe fuerāt ſubacti, ab eo defecere, ſuꝑ ueterē Atheniēſis belli curā & alteram

Filiorū Darij cōtētio.

Ægyptiacę defectionis recētē, maiorē quādā filiorū diſcordia iniecit. Erant Dario liberi tres ex
priore cōiuge Gobryis filia, quos priuſq̄ regnare cœpiſſet, ex ea tulerat, horūq; maximus natu
erat Artabazanes, ex Atoſſa Cyri filia, quam regnū adeptus ſibi matrimonio iunxit, quatuor,
eratq; Xerxes primo loco nat⁹. Quū igit̄ appareret eū regno ſucceſſuꝝ, q ad bellū mitteretur,
Xerxes & Artabazanes ambire cœperunt, & de regni ꝑrogatiua inter ſe diſceptare. Hoc patriū
morē celebrāte, qa primo natus eſſet loco, & ob eā rem ſucceſſionē regni ad ſe trahente. Atoſ
ſam mr̄em altero Cyro ꝓcreatā, & ꝙ Dario iam rege nō priuato, ut Artabazanes fuiſſet nat⁹,
umbra auiti noīs popularēq; mr̄is nomē, & qa regia fortuna eſſet ort⁹, ꝙ ut ꝓ ſe allegaret De
marat⁹ Lacedæmonius monuiſſe dicitur, hęc Xerxis cām iuuerūt, ut à patre ſucceſſor ſit regni
declaratus. Cæteꝝ quū iam fere oīa eſſent ad bellū cōpata, altero Ægyptiacæ defectionis anno
Dari⁹ uita deceſſit. Anno ſui regni ſexto ac trigeſimo. Trog⁹ id de regno certamen poſt Darij

Filiorū Darij laudabile certamē.

obitū īter fratres ortū arbitrat̄, totiuſq; rei arbitriū ad Artapher nē patruū ab utroq; delatū, atq;
ita domeſtico iudicio Xerxem Arthemeni, ut ille ſcribit, nō Artabazani ꝑlatū, tantaq; ambo
rū moderatione diſceptatū, ut nec uictor inſultauerit fratri, nec uictus oderit, quin dubio ad
huc

A huc iudicio inuicē ſibi munera miſerint, iucūdaqꝫ inter ſe cōuiuia celebrarint, tāto moderatius
tūc fratres ampliſſima inter ſe regna diuidebāt, ꝗ nūc exigua patrimonia partiāť. Nūc, priuſqꝫ
Xerxis geſta exequamur, ꝗ apd̄ cæteras gētes interim domi foriſqꝫ geſta ſūt, ordine ſūt referē
da. Eſtqꝫ relatio prima Romanaꝝ reꝝ, ꝗ Coriolano hoſte ſublato, cōfeſtim meliores eē cœpe-
runt. Volſcos paucis diebꝰ, poſt Coriolani interitū, i Romanū agꝝ reuerſos, grauis eſt ſeditio  Volſcorū & Equorū ſeditio.
adorta. Eqs haud āpliꝰ Actij Tullij impiū ferētibꝰ, ex altercatiōe funeſtū ꝓliū eſt inter eos or-
tū, cꝗ occaſionē Romani cōſules q in ꝓximo caſtra habebāt adepti, nā Martio abeūte cōfeſtim
bina caſtra i apto fecerāt, binos hoſtiū exercitꝰ ꝑnicioſo certamine occupatos deleuere. Hæc Li
uius. Dionyſius deleri potuiſſe affirmat, ſed cōſulū negligentia hoſtes mutua clade affectos, ſi-
ne maiore offēſa diuerſos abijſſe. Secuti deīde cōſules, C. Aqlius, & T. Siciniꝰ, uiri bellicoſo in  C. Aquilius T. Sicinius conſules.
genio, & ad res gerēdas magis ꝗ ſuꝑioris anni cōſules idoneo. Initio huiꝰ anni res ab Hernicis
ꝑ legatos repetitę, ꝙ Volſco bello Romanos fines, cōtra fœdus cū Tarqnio rege ictū, latocinijs
iſeſtaſſēt, ad ea Hernici quū negarēt, regibꝰ ſublatis, ſibi ullū fuiſſe cū Romano po. fœdus, pri-
uatoqꝫ cōſilio, nō publico dicerēt hoīes ſuę gētis Ro. agꝝ uiolaſſe, nec ob id res redderenť, ſorti
ti cōſules inť ſe ꝓuincias, Aqlius i Hernicos ꝓfectꝰ ē cū tertia ꝑte copiaꝝ (nā gens ipſa in armis
erat) Sicinio Volſci euenere, cui par exercitꝰ ē datꝰ, reliqua iuuētus T. Largio p̃fecto Vrbis re-
licta eſt, ut ſuburbanā regionē abſentibꝰ cōſulibꝰ ab incurſu hoſtiū tuereť. Aqlius i p̃neſtino
agro Hernicis occurrit, iuſtoqꝫ p̃lio utriqꝫ eſt cōcurſum. Ferētarij lapidibꝰ, ſagittis, iaculis, p̃liū
iniuere, inde turmatim equites equitibꝰ cōcurrerūt: pedeſtris deinceps pugna fuit, atqꝫ anceps
diu certamen, & iā dextro cornu cœperat Romana acies laborare, quū Aquiliꝰ ex ſubſidiarijs
militibus lectiſſimos in primā aciē eduxit, inde paulatim ſaucios intra ordines recepit, qđ fieri
Hernicus cōſpicatus, ratus id fugæ initiū eſſe, multo acrius connixus Romanū urgebat cornu.
Verū ubi p̃ter ſpē reſiſtere aīaduertit, ſegnius ciebat pugnā, faciebat tamē nihilominus Roma  Acre prælium.
nis negociū ingēs, quū conſul equites cohortatꝰ in hoſtē immiſit, horū incurſu dextera hoſtiū
B acies pulſa eſt, nec ita multo poſt & ſiniſtrū latus fugatū, cætera multido lateribꝰ nudata, & ip̄a
fugam fecit. Romani fugientes hoſtes ad caſtra cum multa ſunt cæde perſecuti. Iam & hoſtiū  Hernici acie uincuntur.
uallum erant oppugnare adorti, quū cōſul ueritus ne ſubita hoſtiū eeuptione fortuna uictoriā
uariaret, cani iuſſit receptui. Caſtra noctu ab hoſte relicta poſtridie Romani diripuere. Pro-
greſſus inde conſul in Hernicū agrū, oīa fœda populatione uaſtauit, & hęc Aquilius, ꝙ miror
Liuium uno duntaxat uerbo, Hernicos acie uictos ſignificaſſe. ſed magis mirū quod ab altero  Alterum in Veliterno prælium.
cōſule Sicinio æquo ait marte cū Volſcis dimicatū. Dionyſiꝰ autor eſt, in Veliterno agro cum
Tullio Actio iuſto cruentoqꝫ p̃lio concurſum. Sed quū ob colliū aſperitatē, parum locus eque
ſtri pugnę eſſet habilis, Romanos equites ſe eius pugnę ſpectatores haud fieri paſſos à conſu
le petijſſe, ut relictis equis liceret ſibi pedeſtrē pugnā capeſſere, qui à Sicinio laudati, per ardua
colliū à latere & à tergo dexteꝝ hoſtium cornu adorti, pene totū trucidarunt, inde facta ab ho
ſte fuga circa uallum caſtroꝝ atrociꝰ certamen initum, Ibiqꝫ Actium Tulliū fortiter dimican-
tem, pluribus uulneribus acceptis, mortē occubuiſſe. Ac tū demum paucis fuga dilapſis, qui cę
di ſupererāt, abiectis armis ſuppliciter ueniā petijſſe. Ob rem utrobiqꝫ bene geſtā ſupplicatū
eſt Romæ, Siciniuſqꝫ triumphans urbē eſt ingreſſus. Aquilio, quia uictoriā minoris momen  Minor triū phus.
ti reportaſſet, minor eſt triumphus decretus q idem fuit & ouatio. Sequens annus. Sp. Caſſiū  Sp. Caſſius
& Proculum Verginium cōſules habuit. Verginius in Equos duxit, q mœnibus incluſi agros  Proculus Verginius conſſ.
incurſari paſſi ſunt. Romanus cōſul haud p̃da contentus, agros fœda populatione uaſtauit.
Caſſius cui Hernici cum Volſcis forte euenerūt, Volſcorū fines ingreſſꝰ, quęcūqꝫ ſunt in agris
reꝑta multiplici clade afflixit, gentē ipſam ad deditionē compulit. Hernici & ipſi à Volſcis de-
ſtituti pacem petiere. Legati qui ad Senatū uenere iuſſi ſunt ad Caſſiū cōſulē ire, ipſe uideret,
quo iure ex dignitate Populi Romani Hernici in fidē recipiendi eſſent. Caſſius triumphū pe
tijt, quaſi p̃claram obtinuiſſet ꝓuinciā, impetratūqꝫ nō ſine inuidia egit. Inde quia fœdus cum
Hernicis eo iure, in quo cū Latinis fuerat olim ictum, percuſſit, parta eſt illi adhuc maior apd̄
patres inuidia. Nec tantū quia æquatū ius amicitię Hernicis uidebant cum Latinis Romanoꝝ
cognatis, ꝗ ꝙ ager, qui in fœdere Hernicis ademptus erat, plebi & Latinis diuidere ſe uelle pro
nunciauit, adijcere ſe huic muneri aliquātulum publici agri, quem priuatim poſſideri crimina
batur.

batur.Sollicitabat patꝝ aĩos ea cõſulis largitio,nec tãtũ priuato incõmodo mouebant̃,q̃ ꝗ ap
te apparebat immoderate Caſſiũ multitudini indulgere, nihilq́ꝫ obſcure illi ꝑ hæc gradũ fieri

Agraria lex.

ad tyrannidẽ occupandã.Promulgauit nihilominꝰ agrariã legẽ Caſſius, multas deinceps æta
tes magnis Ro.ciuitatis certaminibꝰ agitatã.Reſiſtit Verginius pernicioſæ legi, nec tota quidẽ
plebe aduerſante,q̃ ſua ſpõte faſtidire cœperat munus in ſocios uulgatũ.Iactari interim uoces
ab ipſo cõſule,inuidię plenę,peſtilẽs collegę munus eſſe; laturos agros ijs q acciperent ſeruitu
tis iugum,fieri eo munere uiã ad tyrãnidẽ,q̃d attinuiſſet agrorũ diuiſionem in Latinos uulga

Conſulũ altercatio.

ri,Hernicis tertiã adẽpti agri partẽ reſtitui,niſi ut hæ gẽtes,ꝓ Coriolano,Sp.Caſſiũ ducẽ habe
rent.Hæc ille palã prædicabat,tanto audientiũ aſſenſu, ut iã popularior ipſe diſſuaſor legis, q̃
autor haberet̃.Vterqꝫ diuerſo ſtudio plebi indulgebat,ꝓfitebatur Vergiñꝰ paſſurꝝ ſe aſſigna
ri agros,dũ Romano tantũ ciui aſſignarent̃. Caſſius in Agraria diuiſione ambitioſus, ut alio
ſibi munere plebẽ recõciliaret,iubebat,ꝓ Siculo frumẽto pecuniã acceptã ciuibꝰ reſtitui,id quó
que plebs nõ minꝰ q̃ certã regni mercedẽ auerſabat̃. Senatꝰ interim de ea re ĩ curia cõſulebat̃.

Variæ patrũ ſententiæ.

Nã Caſſius ubi Roboleiꝰ Tri.ple.publice eſt p̃fatꝰ,paratũ ſe plebi demõſtrare, q̃d fraudis ĩ re
eſſet,ipſaſq́ꝫ cõſulũ altercationes tẽpeſtiua interceſſione diremit,ſimulato corporis lãguore pu
blico abſtinebat.Duę itaqꝫ ſentẽtiæ ĩ ſenatu dictę,Appij Claudij una,q̃ cẽſebat cognoſci quã
tũ publici agri à priuatis teneret̃,atqꝫ idip̃m iteꝝ publicari,cõſignari neqꝫ ciuibꝰ neqꝫ ſocijs agꝝ
placebat,Altera fuit Auli Sempronij,is ciuibꝰ ad cõcordiã in ciuitate retinẽdã agrũ diuidendũ
cenſuit.Latinis,Hernicíſue eã largitionẽ fieri haud eq̃dẽ placebat,ſecundũq́ꝫ hãc ſñiam x.uiri
creati,q publicũ agrũ recognoſcerẽt,ciuibuſq́ꝫ recognitũ aſſignarẽt.Annoq́ꝫ ꝑ hęc circumacto

Sp. Caſſius damnatur.

Fabiꝰ Cęſo & L.Valerius q̃ſtores,Sp.Caſſio magiſtratu abeũti,diẽ ꝑduellionis dixere.Dam
natꝰ ppl̃i iudicio ex Tarpeia ẽ rupe,ut Dionyſiꝰ ſcribit,p̃cipitatꝰ.Ea em̃ erat tũ Romanis mor
ti dãnatoꝝ patrio more aĩaduerſio. Sunt q p̃rem eiꝰ ſupplicij autorẽ ferãt,q cognita domi cã
filiũ de more uerberatũ necarit.Eiꝰ peculiũ quoquo mõ ꝑijt,Cereri eſt cõſecratũ,ſignũq́ꝫ ex eo
ære factũ cũ hmõi iſcriptiõne,Ex caſſia familia datũ.Moris fuit ſtatuis æneis inſcribi,cuiꝰ pecu

Liberorum impunitas.

nię eẽnt primitię,q̃ deę cõſecrarent̃.Erãt q Caſſij liberos ĩterficiẽdos cẽſerẽt,q̃ ſñia atrox nimis
& ĩ futuꝝ ſuo exẽplo paꝝ ciuitati utilis,reiecta eſt:quin liberari placuit adoleſcẽtes,neqꝫ exilio,
neqꝫ ulla inſigni nota mulctatũ iri,q mos deinceps eſt Romę ſeruatꝰ,ut liberi nullis parẽtum
ſceleribus tenerent̃,ſiue tyrãni p̃res eſſent.ſiue parricidij,ꝓditioniſue cõuicti.Cornelius Sylla
eũ morẽ primꝰ ſuſtulit,ꝓſcriptoꝝ filijs petendoꝝ honoꝝ facl̃tate adempta.Cõtra Græci,uelut
neqꝫ ꝓbos ex imꝓbis gigni,neqꝫ ex ꝓbis improbos natura pateret̃,tyrãnis genitos cũ parẽtibꝰ
tollẽdos cẽſuere:& Sp.Caſſiꝰ uir cõſularis ſic perijt.Cæterũ pœnituit populũ haud multopoſt
Caſſiani iudicij,ſubibat ml̃titudinis aĩm agrariæ legis dulcedo,cuiꝰ ſpes uidebat̃ cũ morte ui
ri adẽpta,criminari Tribunũ,q eã actionẽ impediuiſſet.Criminari cõſules q x.uiros ad agro
ꝝ aſſignationẽ nõ creaſſent.Patres ut multitudinis aĩm à p̃ſenti cogitatione auerterẽt,iubẽt cõ
ſules ĩ Veientes, Volſcos & Equos copias conſcribere,nec delectꝰ haberi potuiſſet,ꝓhibentibꝰ

Q. Fabiꝰ & Sergiꝰ Cornelius conſules.

Tribunis,niſi iniecta mẽtio eẽt creãdi dictatoris.Ceſſere tũ Tribuni,habitoq́ꝫ delectu, Q.Fa
biꝰ ĩ Volſcos & Eq̃s duxit.Sergiꝰ Corn.nã hi duo eo ãno cõſules fuere,ĩ Veiẽtes Corneliꝰ Ve
ientanũ agꝝ p̃datus captiuos inde abductos, Veientibꝰ pacẽ p̃etẽtibus reſtituit, induciaſq́ꝫ in
annũ dedit.Fabius Equoꝝ fines populatus in Volſcos tranſgreſſus, quũ hic quoqꝫ effuſe Ro
mana arma uagarentur,uiſum eſt Volſcis incautos aggredi,ab Antioq́ꝫ auxilia accerſunt. Fa
bius exploratis hoſtiũ cõſilijs,cõfeſtim militẽ ad ſigna reuocat,quo accidit,ut egreſſi ad pugnã
Volſci,ubi hoſtẽ pręſenti dimicationi intentum,ſub ſignis ſtare uiderũt,priuſq̃ ſigna canerẽt,
fugã occupauerint.Romani fugientes inſecuti,alios capiunt,quoſdam in fuga obtruncãt. Ple
riqꝫ præcipiti curſu in arduũ collẽ abierunt, qui paucis inde diebus quum iam inedia confice
rentur,dediderunt ſeſe.Prædã Fabius conſul uendidit,in publicũq́ꝫ redegit, quæ res inuiſum
nomẽ Fabium multitudini fecit.Patres ſequenti anno obtinuerunt,ut Cæſo Fabius cũ L. Æ
mylio cõſul crearet̃.Equi & Volſci in in armis erant,ſortitiq́ꝫ ob id conſules inter ſe prouincias.
Fabius Latinis Hernicisq́ꝫ cum ſuo exercitu præſidio fuit. Æmylius in Volſcos profectus,
haud procul Antio cum hoſte acie dimicauit. Fuit ea pugna Romano ſecunda. Volſcos acie
fuſos in caſtra compulit,unde repente eruptione facta,non ſolum eſt à uallo reiectus,ſed ali

quanto

A quãto etiam maiore cæde, q̃ intulerat, affectus, ſuos trepide in caſtra recepit. Diffiſus inde ob acceptã cladẽ loco quẽ tenebat, noctu ſilentio ꝓfectꝰ, ad Lõgula caſtra cõmuniuit, quo hoſtes ꝓgreſſi, quum Romanos in pugnã elicere neq̃rent, aliquandiu obſidione fatigarũt, donec cohortibus ab altero conſule in auxiliũ miſſis, Volſcos uallũ ſubire auſos, Romani in ſubiectos cãpos p̃cipites egere. Atq; inde factũ ut iam Æmyliani milites, nõ minus q̃ hoſtes, in aperto pabularentur. Et hæc ad id tempus foris geſta. Romæ eo anno Caſtoris ædes Idibus quintilibꝰ dedicata eſt à P. Poſthumio Latino bello uota. Eius filius duumuir ad id creatus dedicauit. Appetebat iam comitiorum tempus. Æmylius ob rem male geſtã Romã ad comitia habenda ire noluit. Fabius alter conſul eſt ad id reuerſus, creatiq; ſunt conſules M. Fabius Cæſonis frater & L. Valerius, Marci filius, is q Caſſium ter cõſulẽ accuſauit. Eo anno Oppia ueſtalis inceſti dãnata eſt. Tribunis delectũ impedientibus, cõſules extra urbẽ ſellas poſuere, ubi nulla erat Tribunis poteſtas. Ibiq; ſiqui ad nomina non reſpondiſſent, cõfeſtim captis rerũ agreſtiũ pignoribus, mulctabãt, quo factũ, ut Tribunis opitulari nequeuntibꝰ, cõſcriptæ ſint legiones. Fabius, ut ſuperiore anno frater, ſocijs Ro. po. præſidio eſt relictus. Valerius in Volſcos & Equos profectus. Poſt aliquot leuia certamina, nam & ipſi caſtra in aperto habebãt, totis uiribꝰ eſt utrinq; concurſum. Atrox pugna fuit, fortunaq; neutro adhuc inclinãte, p̃lium eſt diremptum. Parum alioqui pugna ad poſteros memorabilis fuit. Percrebuit rumor Romanũ militẽ de induſtria ſegnius cõgreſſum, ꝙ nollet patribus, quos ob agrariã legẽ oderat, gratificari. C. Tullius, ut Dionyſius ait, & Q. Fabius ſequenti anno conſules facti, ab his nihil dignũ memoria geſtũ, niſi ꝙ ex Veiẽtano agro quo copias eduxere, poſt effuſam populationẽ aliquid p̃dæ reportarunt. Sed bello foris in dies inualeſcente, Cæſo Fabius & Sp. Furius Cõſules fiunt. Equi Artonã Latinã urbẽ ualide oppugnabãt, & Veientes cũ agrorũ populatiõe uagati, e urbẽ oppugnaturos minaciter iactabãt. P. Licinius Tribu. ple. ueniſſe tẽpus ratꝰ agrariæ legis p̃ſenti neceſſitate patribus exprimẽdæ, delectũ impedire eſt adortꝰ. Fuerũt illi impedimento

*Caſtoris ædes dedicatur.*

*Oppia ueſtalis dãnatur*

*Cæſo Fabius & Sp. Furius cõſules.*

B collegæ, quo minus in ſuſcepto negocio ꝑſeuerauerit. Appiꝰ Claudiꝰ primꝰ oĩm patres admonuit, poſſe tribunitiã poteſtatẽ ſuis uiribꝰ labefactari, darẽt deinceps operã, ut ſemꝑ è collegio aliquẽ ordini amicũ redderẽt: ſatis futurã uniꝰ interceſſionẽ ad oẽs Tribunitios motꝰ coercẽdos. Scriptis itaq; legionibꝰ Fabiꝰ in Veientes duxit, in Equos Spuriꝰ, cui oĩa feliciter in ꝓuincia euenere, hoſtibꝰ nihil cõgredi auſis. Cõtra Fabio maiꝰ cũ ciuibꝰ negociũ, q̃ cũ Hetruſcis fuit. Nã quũ ita cõſul ſuos inſtruxiſſet, ut eq̃te tm̃ in hoſtes miſſo aduerſam aciẽ fudiſſet, fuſum territũq; Hetruſcũ miles ſeq noluit, nec p̃cibus cõſulis, neq; minis cõpelli potuit, ut gradũ acceleraret, quũ ꝑiculũ immineret, ne Tuſcus in equitẽ cõuerſus fortunã uariaret. Mœſto itaq; ſilentio uultuq; cõtumaciæ pleno ſigna referũt, ip̃m conſulẽ & equites, q ſtrenuã illi operã nauauerant, tacite execrantes. Erat miles Cæſoni in primis iratus ob Caſſij dãnationẽ cuius ille autor fuerat. Nec conſul cuiuſpiã ſupplicio id flagitiũ uindicauit, ut documentũ poſteris eẽt Reipu. nunq̃ tali diſcrimine deſerẽdæ. Adeo claro ĩgenio uiris citius ars defuit, qua ciuẽ regerẽt, ꝙ qua hoſtes ſuparẽt. Haud igit̃ tã belli gl̃ia aucta, q̃ militũ odio exacerbato Romã redijt. Hoc ãno q̊ militũ ꝑfidia eſt ĩ Veiẽtes parũ ꝓſpere bellatũ, Xerxes ut Dionyſiꝰ colligit, in Græciã uenit, de cuiꝰ memorabili expeditiõe ſequẽti uolumine dicã. Idẽ autor eſt exercitũ noctu iniuſſu cõſulis Romã redijſſe, q̃ res ingentẽ ciuitati trepidationẽ incuſſit. Patres totius ordinis uiribꝰ cõnixi, ꝓximis comitijs obtinuere, ut in gẽte Fabia cõſulatꝰ maneret, M. Fabio, Cnæo Mallio in ſequẽtẽ annũ cõſulibꝰ creatis, his q̊q; in delectu habẽdo, T. Põtificius Trib. plebis ab initio impedimẽto fuit, ſed uniꝰ actio facile collegarũ interceſſiõe eſt diſcuſſa. Patres oĩ genere comitatis Tribunos appellãdo (quã uiã ad ſoluẽdos eius poteſtatis conatꝰ Appius Claudiꝰ, ut ſupra memoratũ eſt, primꝰ oĩm mõſtrauerat) facile obtinuerũt, ut cõtra unũ publici cõmodi remoratorẽ, reliqui Tribuni ſentirẽt, quorũ ille cõſenſu fractus, actiõe deſtitit. Conſcriptæ itaq; à conſulibus legiões ad Hetruſcũ bellũ. Cõcitauerant em̃ Vientes Hetruriæ populos ad arma, apud oẽs teſtati inuictas Po. Ro. uires futuras fuiſſe, niſi diſcordia q̃ magnarũ urbiũ opibus q̊ minꝰ æternæ ſint, ſemꝑ obfuit, illis interueniſſet: laboratũ int̃ eos prius domeſtica ſeditione, iã odia in perniciẽ totius populi in apertũ erupiſſe, itũ ſæpe obuiã gliſcẽti malo, nunc patrũ modeſtia, nunc patientia plebis. Iam ex una duas factas eſſe ciuitates, alios magi-

*Conſules.*

*Vientium uerba in publico concilio.*

ſtatus plebi,alios patricijs eſſe,q̊d extremũ Ro. noĩ excidiũ eſſet allaturũ, deſiiſſe militẽ ſignã
in acie obſeruare,Ducibus parere,iã enim in Equis prius,mox ea pugna,quã ſecũ extremo lo
co pugnaſſent,rẽ Romanã ab ipſo milite ex confeſſo ꝓditã. Hortari igit̃ moneréq;,ne eã occa
ſionẽ deſererent,oñderent tantũ bellũ,cætera ſponte ſua fata deoſq; geſturos. Cõciuit ea ſpes
Hetruſcorũ multos,ut iunctis copijs cũ Veiente in aperto caſtra fecerint. Iam Ro. Cõſules &
ipſi haud procul ab hoſte cõſederant,recenti tamẽ militũ perfidia territi,ſuos intra uallũ con/
tinebant,nec hoſtẽ præteribat quid in mora eſſet,cur Ro. in aciẽ non deſcenderent,eoq; fero/ Tuſcorũ cõuicia in Ro.
cius cunctantibus inſtabat,& nouitatẽ generis exprobrans & domeſticũ furorẽ. Minari etiam
ſe uallũ reſciſſurum niſi ſibi pugnæ copia fieret. Audire ea miles,non ſine tacito pudore,accen
debantur quotidiano conuicio ad ultionẽ animi,gliſcebatq; eo magis pugnæ libido, quo im/
penſius conſules à prælio abhorrere. Id enim illi præ ſe ferebant,fore rati, ut tempus militum
iras leniret,animoſq; ad ſanitatẽ retraheret:credebãt ad hæc,ut quo minus fieret militibus pu
gnandi copia,eo maius dimicandi deſideriũ in aſſiduo conuicio oriretur. Nec ſpes eos feſellit:
nã quũ hoſtes ſuperbe inſolenterq; circa uallũ in dies magis obſtreperent,milites in p̃toriũ fre
quentes cõuenere,poſcunt pugnã,poſtulant ut ſignũ detur. Conſules ut maiorẽ adhuc adde
rent animis cupiditatẽ, rẽ de induſtria aliud atq; aliud cauſantes trahebãt. Donec Tuſci iam
uallo occurſantes,maioraq; adhuc probra ingerentes,adeo acerbos ultionis animis ſubdide/
runt ſtimulos,ut niſi continuo ſignum pugnæ ꝓpoſitũ eſſet,ſine imperio milites fuerint in ho
ſtes erupturi. Petijt tamen Fabius conſul à militibus,ut in ſe ſinguli iurarent,nõ niſi uictores
ex acie redituros. Iurati atq; oĩm primus M. Flauoleius centurio, arma capiunt, eũt in pugnã
irarũ ſpeiq; pleni, nec Hetruſci certamen detrectant. Cõcurſum eſt ingentibꝰ utrinq; animis,
ſed Romanis multo maiore ira & indignatione. Pepulit ſiniſtrũ hoſtiũ cornu Manlius,qui de
xtrũ Romanorũ procurabat,haud multo poſtq̃ pugnari eſt cœptũ. Maius oĩno fuit negociũ
in ſiniſtra parte in qua erat Fabius conſulis frater,legatorũ unus,hac parte miles hoſtiũ mul/ Cõſulis fratris interitus.
titudine degrauatus,cũ multa cæde circũuentus eſt. Fabius fortiter dimicans lancea, ut Diony
ſius,ut Liuius gladio traiectus occubuit. Ad tã clari ſtrenuiq; uiri caſum ingens terror Roma
nis incidit. Et iam res ad fugã ſpectare cœperat,quũ Fabius conſul,qui mediã aciẽ tenebat,eo
trepide excitus occurrit. Tum milites in pugnã reuocans,ante Fabij iacentis corpꝰ obiecto cly
peo uociferari. Hoc eſt,inquit,milites,quod oẽs ad unũ iuraſtis,non niſi uictores in caſtra uos
hodie redituros?adeo ignauiſſimũ hoſtẽ magis timetis,q̃ Iouẽ & Martẽ,per quos iurati eſtis?
Aderat Cæſo Fabius qui priore anno cõſul fuerat. Is totis uiribus connixus in hoſtẽ conſulis Cæſonis egregiũ facinus.
operã iuuabat,ita ut eo die gens Fabia,recõciliato militũ fauore,ingentem ex ea acie gloriã re
portarit. Conſulis præſentia pugna ibi non ſolũ inſtaurata eſt, ſed pulſi etiã ſunt cum cæde &
ſtrage hoſtes. Eratq; res Romana hac parte ſuperior,quũ ſubito affertur,Manliũ alterũ conſu
lem hoſtes agẽtẽ,graui uulnere accepto pugna exceſſiſſe,cepiſſeq; ob eã rẽ metũ & torporẽ mi
lites,ut iã res nõ procul à fuga abeſſet. Conſul Fabius cũ cohortibus aliquot laborãtibꝰ auxi/
lio affuit, cuius hortatu uehemẽtiq; caſtigatiõe acies reſtituta eſt,hoſtiſq; ſuo impetu auerſꝰ.
Superuenit & Manlius qui obligato uulnere ſe ſuis cõſpiciendũ reddidit, q̊ cõtigit,ut ab utro/
q; cornu demũ pulſus ſit hoſtis. Miſerant interim Hetruſci,ut pote q multitudine abũdarent,
Romana caſtra oppugnatũ. Suſtinuerũt uim ex improuiſo illatã aliq̃ diu Triarij,q̃ ad caſtro/
rũ p̃ſidiũ remanſerant,hoſtibꝰ tñ uidiq; irrũpentibꝰ,circa p̃toriũ cõglobati,acrẽ pugnã ciebãt.
Tũ Manlius,hoſtiũ acie ꝓfligata,ad opẽ ſuis ferẽdã caſtra repetit,obiectoq; ad oẽs portas mi
lite,hoſtibꝰ uiã clauſerat. Varij fuerũt illorũ ꝓcurſus,hac atq; illac erũpere conantiũ. Verũ ubi
oĩa irrita uiderunt,deſperatione adacti,conſulẽ ipm in prima acie ſtantẽ cuneo inuadunt,hic
ille iterũ ictus in uulnus abijt,eo cadẽte magnꝰ terror Romanos inuaſit,totiſq; caſtris ꝓ uictis
ab Hetruſco agũtur, foretq; ad extrema uẽtũ,niſi legatꝰ exanime corpꝰ cõſulis tolli iuſſiſſet,
atq; ita uia ad erũpendũ hoſtibꝰ data,cõſternatũ agmẽ caſtris egreſſum, in alterũ conſulẽ inci/
dit,ibiq; Tuſci fuſi fugatiq; ſunt & ad unũ ferè in medio cæſi. Dionyſiꝰ Romanũ uallũ ait nõ
prius ab hoſte tranſcẽſum, q̃ Manliꝰ multis uulneribꝰ cõfoſſus cõcidiſſet, retẽtaq; in aduẽtũ
alterius cõſulis caſtra ab Hetruſco, nec antea recipi cõtigiſſe,q̃ de induſtria in unũ duntaxat la
tus omni Romana ui inclinante,datus ſit hoſtibus exitus,inde periculo caſtris depulſo,in aci/
em con/

ẽm conſulẽ rediſſe, atq; iam in ſerũ diei prælium diremptũ, nec re alia Romanũ ſuperiorẽ fuiſſe,
A niſi quia nocte ꝙ proxie ſecuta eſt, Hetruſci relictis caſtris in tutũ cõceſſere. Habuit eo die Romana acies, ſi idẽ autor uera tradidit, cũ Latinorũ & Hernicorũ appẽdicib⁹ bellatorũ XL. milia: fuit oĩno uictoria nobilis, ſed duob⁹ illuſtrib⁹ uiris amiſſis, parũ Romanis lęta. Fabius, ꝙd omni triũpho fuit pulchrius, ob collegæ & fratris interitũ triũphare noluit, utrũq; extulit honorificentiſſime, publiceq; laudauit. Anno deinde nodũ exacto, magiſtratu ſe abdicauit, ne in reliquũ anni ſol⁹ cõſulatũ gereret. Proximis comitijs cõſules creati Cn. Fabius, & T. Vergini⁹. *Conſules.*
Fabius in curia retulit, qñ ſpes cõcordiæ inter ordines, præter ſpẽ oĩm nuper affulſiſſet, dandã eſſe operã, ut in dies magis coaleſceret, recte proinde patres facturos, ſi ſuũ munus facere occuparent, ut agrũ ex hoſte captũ populo diuidendũ darẽt. Reiecta eſt Fabij relatio, ut ambitioſa nimis. Erant qui interpretarentur nimia gloria familiæ Fabiũ luxuriare. Vterq; cõſul inde ad bellũ profectus. Fabius Cæſo in Equos duxit, q tum Latinorũ fines infeſtabãt. Ibi late per hoſticũ euagatus, onuſtũ agreſti ꝑda militẽ Romã reduxit. Veiẽtes & ipſi intra muros poſt cladẽ eo anno acceptã, ſe tenebãt. Horũ regionẽ Vergini⁹ igreſſ⁹, quũ militẽ temere ꝑdatũ miſiſſet, ſubita hoſtiũ eruptiõe deletus fuiſſet exercit⁹, niſi Sicini⁹ legatus cũ globo peditũ, quos circa ſe habuit, hoſtiũ uim ad ueſperũ ſuſtinuiſſet: mox inclinante die in proximũ collẽ Romanus conceſſit, ubi eſt per aliquot dies ab hoſte obſeſſus. Et iam longa inedia miles cõfectus, de honeſta morte obeunda deliberabat: cæterũ Cæſonis alterius conſulis interuẽtu, obſidio diſcuſſa eſt. Conſules caſtris in æquũ delatis, per ociũ oẽm Veientanũ agrũ prædati ſunt, nec multis deinceps diebus interiectis Romã cũ exercitibus abiere. Veiẽtes ubi Romanas legiones ſuis finibus digreſſas uidere, ſumptis armis Romanũ agrũ incurſant, & qm apertis uiribus non audebant, latrocinantiũ more per occaſionẽ rẽ gerere ſunt adorti. Quoties Romanæ legiões adeſſe dicerentur tenebant ſeſe mœnibus, rurſus illis abeuntibus, Romanũ agrũ tumultuoſe inuadebant. *Veiẽtes bellũ i latrociniũ uertũt.*
Veneratq; res iã in formã latrocinij, eoq; difficilior uideri ꝓuincia, quia in cæterorũ
B bellorũ occupatione, neq; tuto omitti poterat, neq; hoſtibus de ſumma rei certare recuſantib⁹ decerni, aſſiduuſq; Veiens hoſtis magis ꝙ grauis, contumelijſq; ſæpius ꝙ periculo inſultans, ciuitatẽ ſollicitã habebat. Tũ uero gens Fabia ſenatum adijt: Conſul pro tota gente loquitur. Aſſiduo magis, inquit, P. Conſcripti ut ſcitis, quam magno Veientanũ bellum indiget præſidio, uos, ſi placet, alia bella obeunda ſuſcipite, Veientem hoſtem Fabijs ſuſtinendum date. Id bellum domeſticis opibus priuato ſumptu gerendum depoſcimus, autores ſumus, tutam ibi Romani nominis maieſtatẽ futuram. Vacet ciuitas hac una belli parte tributo, uacet militia. *Fabia gens. Veiens ſibi bellum depoſcit.*
Gratiæ ingentes conſuli actæ, bellũq; cũ Veiente uni familiæ decernitur. Ipſe curia egreſſus, comitante Fabiorũ agmine, quod in ueſtibulo ſteterat Senatuſcõſultũ expectans, ubi domũ uenit, oĩbus edixit, ut poſtero die armati adeſſent. Peruaſit ſtatim, ut fit, totã urbẽ rumor, Fabios totius ciuitatis onus in ſe uertiſſe. Veiens bellũ in priuatã curã, in priuata arma uerſum, ſi altera ab ea ſit in urbe familia, eo robore eaq; uirorũ indole, facile & ipſi ſibi Volſcũ depoſcãt bellũ, poſſeq; Romano po. pacẽ agente finitimas domari gẽtes. Poſtridie Fabij, ut imperatũ erat, circa cõſulẽ frequentes cõuenere. Paludatus ille in ueſtibulo domus ſtãs, ſuæ gentis inſtructũ agmen lætus inſpicit. Inde motis ſignis ꝑ preces & pia uota ciuiũ urbe egrediunt. Ire fortes, ire felices iubẽt, cõſulatus cæteroſq; honores pro ea in Remp. pietate in futurũ expectare. Hæc Liuius. Sed nemo eſt ita rerũ humanarũ ignarus, ꝙ nõ à fide abhorrere ſentiat CCC. & ſex uiros, tot eñ ut inter oẽs cõſtat, Fabij fuere, temere Veientib⁹ obiectos, quos Romanæ legiones ægre nuꝑ ſuſtinebãt. Veriora igit ſunt ꝙ Dionyſi⁹ ꝑdidit, quaternũ miliũ hoĩm agmẽ, ex amicis & clientib⁹, à Fabia gẽte cõflatũ, nec Cæſonis cõſulis ductu ad Cremerã itũ, ſed M. Fabij ꝙ ſuperiore anno cõſul fuerat, Conſulẽ ipm, quod uero propi⁹ eſt, publico exercitu Fabiorũ agmẽ ſecutũ, nec prius ab Cremera abſceſſiſſe, ꝙ ibi pſidiũ extrema ripa fluminis duplici foſſa & uallo, ut receptaculũ Fabijs eſſet, militari ſit ope munitũ, ipſi loco Cremeræ ꝙd & fluuio fuit nomẽ, atq; ſpe oĩm celerius pfecto, cõſul in auerſam Veientani agri partẽ legionibus repẽte abductis, multã inde ꝑdã Romã egit. Fabij ſuã legionẽ ita ſunt partiti, ut quarta pars caſtello pſidio eẽt, Varie & ex occaſione Veiẽtanũ agrũ populare adorti, breui oĩa hoſti ita infeſta reddiderunt, ut nõ ꝓcul ab obſidione res Hetruſca eſſe uideretur. Secuti interim cõſules L. Æmylius, & *Fabij CCC. ſex ad bellũ exeunt.* *Cremera.*

lius &. C. Seruilius, hyemeq́ꝫ ꝑ hæc circumacta ſub principiũ ueris, quoniã conſtãs fama eſſet
Veientes ex cæteris Hetruriæ populis auxilia impetraſſe, ut præſidiũ ad Cremerã expugnarẽt C
Æmylius in Veientes ducere iuſſus eſt, cum quo Cæſo Fabius qui priore anno conſul fuerat
urbe eſt egreſſus. Is à patribus petierat, ut liceret ſibi cũ cæteris gentilibus ſuis Veientano bello
intereſſe. In Volſcos C. Seruilius alter conſul profectus eſt. Sunt adhæc quatuor legiões Ser/
uio Furio datæ, q̃s in Equos duceret, Romanæ duæ, totidẽ Latini Hernicíq́ꝫ noĩs. Is proſpere
prouinciã geſſit, unoq́ꝫ p̄lio Equos auertit, eorũq́ꝫ agrũ per ociũ populatus eſt. Cũ Volſcis ma
ius fuit Seruilio negociũ, q̄bus acie cõgreſſis, poſt longũ certamẽ agmen immotũ ſtetit, nec ul/
lũ deinceps memorabile p̄liũ cum hoſte fuit. Æmylius poſtridie q̄ in hoſtiũ cõſpectũ uenit, ſu
os in aciẽ eduxit: nec Hetruſci pugnã detrectarunt. Fecerant & ipſi in aperto caſtra, cõflictum
utrinq́ꝫ eſt admodũ ferociter. Cæterũ dextrum Tuſcorum cornu equitũ opera primo eſt pul/
ſum: mox & læuũ in fugã uerſum: media poſtremo acies diſiecta, caſtra q̄ ad ſaxa rubra erant,
per noctẽ & integrum diẽ ſine requie oppugnata, demũ ab hoſte iam labore & uulnerib⁹ feſ/
ſo, ſequenti nocte deſerta Romanus uictor occupat. Præda ingens parta eſt, quã benigne cõ/
ſul militibus diuiſit. Liuius cõpulſum in caſtra hoſtẽ pacem petijſſe ait. Cæterũ ſiue tantũ acie
uicti, ſiue caſtris etiam exuti hoſtes pacem petierint, his Æmylius in fœdere partẽ agri ademit,
ipſe, ne obſidibus quidem in fidem eorum q̄ promitterentur, acceptis, ex hoſtico copias abdu
xit, iuſſus collegæ ferre opem, qui integrũ adhuc bellũ in Volſcis habebat. Fremere interim cę
teri Hetruriæ populi, ꝙ Veientes ſua ſponte cũ Romano bellũ ſoluiſſent, quũ totã ipſi Hetru
riã nuper in ſocietatem belli traxiſſent. Irent igitur & pacẽ quam ipſi ſua ſponte cõpoſuiſſent,
aliquo modo turbarent, peterent, ſi cætera deeſſent, ut p̄ſidiũ ab Cremera abduceretur, quod
Romani haud temere facturi credebantur, atq́ꝫ ita non defuturã rebellandi occaſionẽ. Nec id
conſiliũ fefellit Hetruſcũ: etenim Fabijs recuſantibus id facere, niſi publice iuſſi eſſent, paucis
diebus uiolata pace, ad arma recurrunt. Erat igitur bellũ ut prius cũ Veienti populo, nec incur
ſiones ſolũ fieri, ſed collatis etiam aliquoties ſignis, æquo eſt marte dimicatũ. Sæpeq́ꝫ etiã gens D
una populi Romani, ex opulentiſſima, ut tũ res erãt, Hetruſcorũ ciuitate uictoriã tulit. Adde/
re eiuſmodi ſucceſſus Fabijs audaciam, cõtra ferre id iniquo animo Hetruſcus, uehementerq́ꝫ
indignari, à tam paucis uinci. Et iam C. Horatius & T. Menenius, cui Hetruria prouincia eue
nerat, ſegnius ſe ad bellum expediens, tam diu Romæ moratus eſt, tam tarde egreſſus, ut Fa/
bij interim in hoſtium inſidias præcipitati, ad unum perierint. De illorum caſu duplex omni
no eſt ſermo. Fuerunt qui traderent profectos caſtris Fabios ad gentilitiũ ſacrum Romę per/
agẽdum, ab hoſte, qui eorum profectionem exploratam habuiſſet, inſidijs exceptos, fœdeq́ꝫ
obtruncatos. Sed fama hæc minus celebris, & ſane à fide abhorrens, ut medio belli ardore, in/
iuſſu patrum, Fabij ſacrorum cauſa ſub ſignis Romã relicto præſidio, abire fuerint auſi, mul/
to illud ad fidem aptius quod plures ſcriptum reliquerunt, creſcente aſſiduis ſucceſſib⁹ Fabio
rum audacia, Hetruſcorum ſubſidia ad agrorum populationem arcendam miſſa, ſæpius ſi/
mulato metu ad urbem refugiſſe, eáque ludificatione Fabijs perſuaſum fuiſſe, nullo tempo/
re locoue ſua arma ab hoſte ſuſtineri poſse amplius: peperitque ea perſuaſio contemptum &
negligentiam, adeo ut pecora de induſtria ex oppido, haud procul ab Cremera in pabulum
propulſa intuiti, quanquam rara hoſtium apparerent arma, inexplorato uelut ad certam præ
dam decurrerint, effuſoq́ꝫ deinceps curſu inſidiarum locum præteruectos, dum paſsim diſpala
tum pecus tumultuoſe agunt, à fronte, à lateribus cum clamore ab hoſtibus fuiſse circumuen
tos, quæ improuiſa uis Fabiorum animos perculerit, coeunteſq́ꝫ in arctum ſuam paucitatẽ in
ſigniorem fecerint. Hic pauci plurimorum impetum perpeſſi, in omnes partes pugnã exæqua
re conati ſunt, ſuperante tamen hoſtiũ multitudine, quũ telis obruerentur, facto impetu ꝑ con
fertum armatorum agmen fecerũt ferro ſibi uiam, denſoq́ꝫ cuneo in collẽ leniter editum feſsi
prælio euaſere. Ibiq́ꝫ quũ animũ à p̄ſenti conſternatione paulũ recepiſsent, non ſolum locum
fortiter tuebant̃, ſed ſubeuntem etiam hoſtem procul diſtinebant, uiciſsetq́ꝫ auxilio loci pauci
tas, ni iugo circũmiſsus Veiens uerticẽ collis tenuiſset, ac ſuperior factus, in ſubiectũ, & obno/
xiũ ictib⁹ hoſtẽ, ex ſuperiore loco impetũ dediſset. Tũ uero ad unum cæſi ſunt Fabij, ſed haud

inulti

Res ĩ Equos proſpere geſtæ.

Veientes caſtris exuuntur.

Fabiorum uirtus.

Conſules.

Fabiorum caſus

Fabij ab hoſtibus circũueniuntur.

Fabiorum cædes.

A multi periere. Dionyſius autor eſt, medijs cadauerū aceruis Fabios ſe tueri perſeueraſſe, quoad ferri acies facta ſit illis inutilis, dentibus inde, & ferina quadā rabie ab eis dimicatum, ita ut non prius hoſti uincere cōtigerit, quàm tertia pars Hetruſcorū circa Fabios occubuerit. Itum inde ad præſidium expugnandum, ibi quoq; nihilo proſperior Romanis fortuna fuit, cæſis qui ad cuſtodiam relicti fuerant, Caſtellum in hoſtium poteſtatem uenit. Proximum fabulæ eſt, quod quidam aiunt, ex tam numeroſa nuper gente unum dūtaxat ſuperſtitem fuiſſe, eaque ſola ſtirpe Fabiam gentem, maximum populo Romano dubijs olim rebus futurū auxilium, reparari contigiſſe. Dionyſius ex tribus fratribus Cæſone, Marco, & Quinto, qui ſeptem continuos conſulatus geſſere, filium prope puberem Marci relictum prodidit. Nec aliam ex his ſobolem ſuperſtitem fuiſſe. Et quia in illuſtriſſima totius gentis domo (quū alioqui multę eſſent) unus duntaxat relictus diceretur, idcirco factum ſuſpicatur, ut qui rem non altius perpenderint, de uniuerſa gente id proditū falſo arbitrati ſint. Nemo eſt ita rerum alioqui imperitꝰ, q nō uideat haud fieri potuiſſe, in tāta militaris ętatis multitudine, quin plures, cū pueros, tum in cunis adhuc iacentes, domi relictos, qui uelut uber ſeminariū genti alioqui interituræ, fuerint. Sed dubiæ rei fides ſit apud eos, qui talia tradiderūt, illud quod ad temporū rationē attinet, non poſſum nō mirari, Euſebium ita tempore digerere, ut Fabij ad Cremerā quatuor annis prius cæſi uideātur, quā Darius uita deceſſerit, cuius interitus in annū primū incidit ſeptuageſimæ tertiæ Olympiadis, quum Dionyſius à C. Horatio & T. Menenio, quibus conſulibus ea clades eſt ad Cremerā accepta, quinta & ſeptuageſima Olympiade honorem initū ſcripſerit. Liuius, poſt Fabios cęſos, hos ait cōſules factos, cōfeſtimq; à Menenio in hoſtes itū, à quo parū ꝓſpere ſit reſpublica aduerſus Hetruſcū adminiſtrata, quo cōtigit, ut duplici uictoria elati, Ianiculū occuparint. Dionyſius Meneniū ſcribit omnia ſegnius ad bellū comparaſſe, nec ita multo antequā Fabij cæſi ſint, triginta ſtadia à p̃ſidio caſtra muniuiſſe, ueniſſeq; ob id in ſuſpitionem eū, quū poſſet, quia inuideret utiq; Fabiorum gloriæ, quum caſtellum oppugnaretur, laborantibus ferre opem noluiſſe.

Fabiorum cædes.

De ſuperſtitibus.

Quo tēpore cæſi Fabij.

Veientes Ianiculum occupant.

B Nec multo ſalubrior dux fuit in ſuo exercitu tuēdo: nam quum iniquo ſibi loco, per imprudētiam, metatus eſſet caſtra, nec corrigere errorem uoluiſſet, occaſionem hoſti dedit ex ſuperiore loco inſultandi, tum ſic quoq; prælio temere cōmiſſo, pluribus ſua ſtultitia amiſſis, caſtra retinere nō potuit. Tot clades una ſuper aliā Romā allatæ, ingentem ciuitati metū attulere. Hoſtis triplici uictoria ferox, ad ſexdecim ſtadia ab urbe in Ianiculo caſtra poſuit. Affuit nec multo poſt Horatius conſul ex Volſcis reuocatus, pugnatumq; eſt ad ædē Spei æquo marte & mox paulo ad Collinā portā, adeo Veiens bellum per id tempus urbi inſtitit. Hic quū nonnihil res Romana melior fuiſſet, audaciorē fecit id certamen militem, ad cætera p̃lia proſperius obeunda. Obtinebat tñ Veiens nihilo ſecius Ianiculum, quum Aulus Verginius & Sp. Seruilius cōſulatū iniuere. Abſtinebat Hetruſcus acie, in Romanū tamē agrū paſſim, uelut ex arce effuſus impetum dabat, non pecora uſquā tuta, nō agreſtes eſſe poterant, nec effuſe uagandi prius illi finis fuit, quā eadem arte, qua Fabij, captꝰ, cum multa cæde in caſtra eſt reiectus. Seruilius præſenti hoſtiū conſternatione fretus, Tyberi ſuperato, ſub Ianiculo caſtra cōmuniuit. Poſtero die luce orta, factus heſterno ſucceſſu ferox, cæterum rei frumentariæ inopia in dies magis inualeſcente, neceſſitate potitus quam conſilio, celeritatem ſaluti p̃ferens, in aduerſum collem aciem erexit. Fuiſſet ab Hetruſco Ro. miles fœda ſtrage obtritus, multoq; maior cædes eſſet eo die accepta, q̃ pridie fuerat hoſti illata, ni alterius conſulis interuentu, exercitū locorū iniquitate cladi obnoxiū, ſeruari contigiſſet. Dionyſiꝰ autor eſt, cōmuni conſilio conſules binā aciem aduerſum montē erexiſſe, ſatis conſtat Hetruſcos in medio cæſos, caſtraq; noctu ab eis metu relicta. Sed uictoria haud uſq; adeo læta. Plurimi uiri fortes in pugna, uelut parū ex æquo cōmiſſa, occubuerūt. Veientibus Ianiculo ſubmotis laxior annona redijt, frumēto ex Cāpania aduecto. Trib. Pl. Q. Coſſidius, & T. Geminius diē Menenio dixere. Inuidiæ illi erat, p̃ſidium ad Cremerā amiſſum, quū ipſius caſtra in proximo eſſent, nec laborantibꝰ ſubueniſſet. Iuuit illū ſummoꝑe optimatiū factio, ꝓ eo nō minus, q̃ ꝓ Coriolano, totiꝰ ordinis uiribꝰ cōnixa, ſed multo magis Agrippæ patris recēs memoria, q̃ factū, ut quū capitis in eum inquiſitū eſset, duū miliū æris damnato mulctā Trib. Pl. inſcripſerint. Nec ipſe diutius iudicio ſuꝑfuit, homo ingētis ſpiritus ignominiæ dolore cōfectus,

Aulus Verginius Sp. Seruiliꝰ cōſules.

Tuſcus Ianiculo pellitur.

Menenij mulcta.



paucis

paucis diebus expirauit. Pœnituit plebē Meneniani iudicij, nihilo tamen ſecius Sp. Seruilius C
ubi cōſulatu abijt,& ipſe à L. Cæditio & T. Statio Tribuniſplebis maieſtatis eſt accerſit⁹. Erāt
Nautius & P. Valerius conſules. Seruilij concio.
iam conſules C. Nautius & P. Valerius, neqꝫ is ut Menenius, ſuis aut patrū precibus, ſed mul
tà fiducia innocentiæ, Tribunitios impetus tulit. Dabat̃ illi crimini, ꝙ temere in hoſtem ad Ia
niculū acie erexiſſet, multiq́ꝫ ob id ipſum uiri fortes eo ꝓlio occubuiſſent. Vbi igit̃ dies affuit, in
trepide ante Tribunos conſtitutus, de ſua primo, mox de totius ordinis cauſa ita diſſeruit. Si
me (inquit) Quirites (aderat enim ut in tali iudicio ingens populi multitudo) ita in iudiciū uo
cari uoluiſtis, ut pugnæ ad Ianiculū cōmiſſæ hic coram rationē redderē, ſumq́ꝫ uobis iudicib⁹
non inimicis, in hac cauſa uſurus, facile me uobis demonſtraturū ſpero, nihil à me eſſe factū,
quod merito reprehendi poſſit. Sin ad damnationē & præiudicium arripuiſtis, quia nihil pro
derit ea dicere, quæ ad innocentiæ defenſionē attinent: Agite nunc, & priuſquā de re dicere in
cipiam, accipite hoc corpus, ipſumq́ꝫ ſupplicio quātumlibet atroci, afficite. Verumenim nut⁹
& fauor ueſter Quirites hortatur me, ad ea exequenda, q̃ ad cauſam hanc pertinent. Dicā igi
tur ueſtro conſenſu fretus, ſumamq́ꝫ inde principium dicendi: unde uos audire neceſſe eſt.
Nemo eſt ueſtrum, ut arbitror Quirites, qui nō ſatis intelligat, quo ſtatu reipub. ego & uir for
tiſſimus P. Verginius conſulatum inierimus. Hoſtes Ianiculum tenebant, in urbe ſeditio ac
fames erat, duæ teterrimæ ciuitatum peſtes ſuburbanus ager hoſtiū incurſationibus infeſtus:
res domi foriſq́ꝫ fractæ. Quare illa prima, ut maxime neceſſaria, cura fuit, recōciliatis ordinib⁹
hoſtē ex ceruicibus ciuitatis depelleremus: cōtigit igitur, ut prius ab effuſa euagatione hoſtis co
ercitus ſit, inde à meis caſtris, q̃ inuadere fuerat auſus cū cæde teterrima repulſus, oppugnatus
poſtremo caſtriſq́ꝫ exutus. Nunc hoc ipſum quod hoſtes uici datur crimini, negant temere aci
em in aduerſum montē dirigi oportuiſſe, quo accidit, ut multi uiri fortes ab hoſte locorū op
portunitate freto, occubuerint, quaſi uero deorū aliquē ſponſorē cæteri duces habere cōſueue
rint, quū in certaminis diſcrimen deſcendunt, ut eorū, qui pro ſalute patriæ hoſtibus obijcian
tur, caſurus ſit nemo, quod ipſum, qa fieri non poteſt, ſtultum eſt, quis non uidet? deſiderare. D
Addo quod magnæ magnis ſemꝑ obeunt̃ periculis res. Nec mihi primo in hoſtē eunti, hæc
militum iactura accidit, qa neqꝫ ęquo loco, neqꝫ paribus cum hoſte uiribus ſit cōcurſum, quaſi
fando nunq̃ auditū ſit, fuiſſe ex noſtris ducib⁹ pleroſq́ꝫ, qui aduerſus longe maiores copias cō
flixerint, iniquo loco dimicarint, omnia extrema ſpe uictoriæ tentarint, uicerunt illi. ſ. ſed nun
quam uel raro ſine cruore, uulneribus, & cæde multorum uincere cōtigit. Poſſem ego referre q
bus locis, & qui ducū ſint eiuſmodi caſus experti in quibus nō tā cōſiliū, quā felicem exitū uos
Quirites ſecuti, ſupplicationes, triumphos, multaq́ꝫ ornamenta decreuiſtis: Tranſeo eos, qui
ob hoc ip̄m fuerunt etiā uicti, nulla tñ eos in urbē reuerſos, publica aut priuata attigit ignomi
nia, ſed nolo ea conditione uideri, ut ſi ignominiā, aut ſuppliciū meritus ſum, deprecer, ſiue eñ
Quirites conſiliū meum ſiue fortunā ſpectetis, tā hanc q̃ illud probetis neceſſe eſt. Audacter
nimis in hoſtem, & temere, ut iſti aiunt, nec ſine multorū diſcrimine, in aduerſum Ianiculum
aciem erexi. Sed aut hæc, aut nulla alia (quod ſciā) uia, ad uictoriā patebat. Siquidē aliter uinci
hoſtis nō potuit, meq́ꝫ in primis ut patriā obſidiōe liberarē, periculo obieci, uincere uolui, idq́ꝫ
q̃ magno animo concepi, tā proſpero euentu fortuna ꝓbauit. Nemo erat ueſtrū Quirites, qui
hoſte Ianiculū tenente, non optaret eā ignominiam & cladem, quoquo modo è ciuitatis oculis
ſublatū iri. Neqꝫ alati nobis milites erant, q in Hetruſcū ſuperne mitterent̃, neqꝫ tanta montis
moles ſuffodi, aut complanari potuit, ut ex æquo congrederemur. Audacia & promptitudine
opus fuit, ut in aduerſum iugum euaderemus, niſi forte expectandum fuit, ut nobis in plano
ſedentibus, ſua ſponte æternus populi Romani hoſtis, noſtrarum cladium miſertus uictoria
cederet, quod tam uanum fuiſſet, quàm ſtultum expectare. Habetis credo, quæ fuerit noſtri
conſilij ratio, cui ſi cætera deſint patrocinia, ipſa cui nemo repugnat, neceſſitas, ab omni repre
henſione & inuidia uindicat. Cæterum, quando ita comparatum eſt, ut rerum exitus nō con
ſilia ſpectent̃. Quod hoīs conſiliū, ſiue audax ſiue temerariū dicere uelitis, feliciorem unquam
habuit exitum? Hoſtem ſubmouimus, cecidimus, caſtris exuimus, Ianiculum recepimus, ur
bem obſidione liberauimus, liberatæ annonam reſtituimus. Sed magna militum cæde ſtetit
ea uictoria, adhuc etiam maiore ſtatura, niſi collega tu⁹ ſubſidio affuiſſet. Recte quidē, nā niſi
illum

illum mihi affuturum putaſſem, tam arduam prouinciā fortaſſis nō adijſſem, mutuis auxilijs
A ſtant ordines, acies, exercitus, nulluſq; militaris conatus non pluriū conſenſu, & uelut cōſpirati
one quadā conſtat. Vellē ego, quod ad militum iacturā attinet, eos à uobis Quirites me mili-
tes accepiſſe, qui ne in acie quidē uiolari potuiſſent. Sed ſi tales fuere, ut non magis inferre poſ
ſent, quam accipere uulnera, quid mihi eorū cædes, magiſq; ipſorū ſorti aſcribitur? præſertim
quū tā ipſe medio ſim ꝑlio uerſatus, q̄ quis eorū, q in prælio occubuerūt. Sed inuidia ſimul &
odiū in me Tribunos armarunt, hi duo affectus non patiuntur eos æqua diſcernere, aut ſi diſ- Inuidia cœ-
cernunt oīno diſſimulant: inuidia cæca eſt, nec aliud nouit q̄ felicitatē in ſectari, improbant, ac ca eſt.
cuſant, criminant̄, q̄ ſi facta nō ſint ob hoc ipm qa facta nō eſſent, diē alicui dicendū exiſtima-
rent. Sed uos Quirites non decet ueſtros duces paucorū arbitrio uexare, nā ſi eos, q rēp. felici-
ter adminiſtrant, ſupplicio dignos arbitramini, quid ijs fieri oportebit, q ſua ignauia, aut ſtulti
tia clade aliqua affecerint? Nunc qa non magis Tribunorū inuidia, q̄ odiū mihi obſtat, pauca
de illorū in me ira Quirites dicā, ne origo & fons accuſationis huius lateat quenq;. Quia ī agra
ria largitione ueſtris cōmodis ī meo conſulatu aduerſatus uideor, ingens eſt mihi odiū apud
uos cōflatū, at ipſe hic corā libere dicam, q̄d in curia dicere ſoleo, nec uobis multū expedit ali-
ter loquētē audire: parū modeſte facitis Quirites, qui alienū furorem ſecuti, à ſenatu & optima
tibus, quorū eſt ſuo arbitrio uniuerſæ ciuitati cōſulere, ꝑ inſectationē & fœdū certamen, benefi
ciū obtinere cōtenditis, quaſi beneficia nō uoluntaria eſſe oporteat, quum quæ ultro dant̄, hu
ic qui dat dulciora ſint, & accipientibus firmiora, q̄ ſi fuerint ui aut metu expreſſa. Id uos mini
me aduertentes, uelut mare alienis flatibus agitati, nullū in ciuitate ociū, nullā quietē eſſe ſini-
tis, quo fit ut non tam pax reb⁹ noſtris, q̄ bella expediant, bellando enim creſcūt ciuitatis opes
pace, & ocio, & domeſtica diſcordia ſoluuntur. Quod ſi cætera ſenatus decreta ſalubria ducitis
reipublicæq; neceſſaria, cur nō & hoc ipſum, ut alia arbitramini? Sin ipm ordinē nihil oppor
tune ſentire putatis, cur id conſiliū non tandem ex urbe tollitis, ac uos ipſi conſultis, decernitis,
B imperatis, omniaq; ad libitū geritis? Sed paulatim uideo ipſum ordinē diſſoluitis, modo unū
ex illuſtriſſimis, modo alium tribunitiæ iniuriæ ſubijcientes. Quanto ſatius fuiſſet in uniuerſū
ſemel ordinem inuehi: ut quod iampridem ueſter animus parturit, aliqn̄ pareret? Nec uos ho
rum malorū cauſa eſtis, ſed illi qui uos ſuo furore agunt, impellūt, præcipitāt, q̄ppe q neq; ali-
os norunt regere, neq; ipſi regi uolūt, quorū temeritate nauis hæc, in qua oēs ſumus, diu antea Peroratio.
naufragiū feciſſet, niſi aliorū prudentia iam latus acclinans erigi cōtigiſſet. Hæc uobis Quirites Abſoluitur
ſiue auditu iucunda ſint, ſiue moleſta, tā audacter, q̄ uere à me dicenda exiſtimaui, ſatius rat⁹ Seruilius.
in libertate mori, q̄ ad alienā uoluptatē loquentē ſalutē adipiſci. Profuit libera oratio innocen-
tiæ teſtis, & fiduciæ. Cæterum Verginius collega in iudicium productus, omnem uictoriæ lau
dem cum reo participans, quicquid adhuc minarum à Tribunis impendebat, ſuo teſtimonio
diſcuſſit. Tribus in ſuffragium uocatæ, ad unā omnes abſoluere. Poſt certamen hoc domeſti-
cum, continuo aliud recens eſt à Veijs exortum. Sabini ob ea, quæ nuper Veientibus feliciter
euenerant, cum Hetruſco arma iunxerant, P. Valerius ad id bellū miſſus, noctu copijs ad ho-
ſtem perductis, Sabinorum caſtra, quæ in conſpectu ſociæ ciuitatis erant, primo aggredit̄: pu-
gnatumq; nonnihil in ipſo munitionū aditu, perpaucis Romano manipulis temere occur-
ſantibus. Obtinuerunt nihilominus Romani uallū, cædeſq; ingens totis caſtris edita eſt. Mul
ti pcæcipiti fuga in Veientium caſtra profugerunt, quæ haud procul inde erant, uno fere tem
pore Sabinus Romanuſq; illorū portis incidere. Hic maior omnino labor: nam & qui in illis
caſtris erant, cum Sabinis iuncti, non ſolū uallū tueri adorti ſunt, ſed in apertū erumpentes, fe
rociter manum conſerūt. Aderat ex proxima urbe altera manus, clamoribus in auxiliū exerci- Veientes &
ta: iuſtoq; prelio pugnabatur, quū Ro. eques à conſule in Hetruſcum miſſus, apertam fecit fu Sabini uin-
gam: ita duo exercit⁹, duæq; potentiſſimæ gentes, eadē hora (ut Liuius ſcribit) debellatæ ſunt. cuntur.
Dionyſius autor eſt, per reliquum diei, & ſequentē noctem Hetruſca fuiſſe caſtra oppugnata,
poſtridieq; ſub lucem à Veientibus relicta, Romanū occupaſſe. Conſul benigne prędā mili
tibus partitus, ubi hoſtē intra mœnia ſe tenere uidit, nec ſpes ulla interim fieret pugnandi am
plius in Sabinos tranſgreſſus, late omnem eorum regionem prędatus eſt. Ita cum uictore ex-
ercitu ꝑdaq; onuſto Romam reuerſus, decreto patrum triumphauit. Erāt tū Volſci quoq; &

Equi in armis, caſtráq; in Latino fuerant agro metati, quem magna etiam ex parte popula- C
tione fœdarant. Eos Latini aſſumptis Hernicis, ſine Romano aut duce, aut exercitu caſtris ex
uere, caſtrenſique præda potiti ſunt. Dionyſius per id tempus ait, utriuſque gentis copias
cum P. Valerio contra Sabinos & Veientes ſtetiſſe. C. Nautius, quod ſatis conſtat, in Voſcos
miſſus, omnem eorum regionem ſegete iam in agris flaueſcẽte paſſim corrupta terroris & po
pulationis compleuit. Habuit ſequens annus C. Manilium & L. Furium cõſules. Manilio Ve

C. Manilius L. Furius cõſules.

ientes puincia euenere, qui bello incluſi, ubi à cæteris Hetruriæ populis auxilia impetrare neq
uerunt, pacem ſuppliciter petiere: in. XL. annos induciæ petentibus datæ, frumento in exercit⁹
alimoniam, & ſtipendio imperato. Manilio Romam uenienti, pro curuli triumpho, quem pe
tebat, ouatio, qui pedeſtris fuit ut Dionyſius interpretatur triumphus, à patribus eſt decretus
His conſulibus cenſa ſunt Romæ centum tria milia ciuium. Conſules proximo loco fuerunt

L. Aemylius Mamercus. T. Iulius Vopiſcus conſules

L. Æmylius Mamercus, & T. Iulius Vopiſcus, ſiue Opiter Virginius, ut Liuius ſcribit. Hoc an
no Genutius Trib. pl. quũ de lege agraria, cõſulibus impedientibus, nihil obtinere potuiſſet,
Manilio, & Furio, prioris anni conſulibus, diem dixit. Crimini illis datum, quod decẽuiros ad
agros diuidendos patrum decreto non creaſſent. Certi erant patres, rei indignitate moti, pro
duorum conſularium dignitate, aduerſus tribunum unum, totius ordinis opibus certare, & iã
frequens patriciorum manus in forum deſcenderat, tribunitiam actionem impeditura, quum
repente in forum affertur, Genutium domi mortuum inuentũ. Perculit inopinatus caſ⁹ mul
titudinem, ita ut momento temporis dilapſa ſit foro, ſed Tribunos præcipuus pauor inuaſit,

Genutius Trib. domi interficitur

collegæ exitu admoniti quàm parum præſidij ſacratis legibus ineſſet. Habetur igitur à conſuli
bus delectus: Tribunis nihil impedientibus. Ferre id iniquo animo plebs, tribunitiamq; pote
ſtatem cum Genutio ſepultam fremere. Eundum obuiam præſenti iniuriæ, nec ad nomen cui
piam reſpondendum: mutuis itaq; hortationibus accenſi, ſtat nomen nolle dare, mittitur inte

Volero nouæ ſeditionis autor.

rim in Voleronem quendam, qui in conſpectu ſtans ad nomen non reſponderat, lictor. Ne-
gare is ſe militem fieri oportere, quoniã ordinem duxiſſet. Hic tribuni appellati cum nihil au- D
xilio adeſſent, prouoco, inquit, Volero ad populum. Cæterum quum nihilo ſecius à lictorib⁹
traheretur, uirgaſq; in ſe expediri cerneret, præualens ipſe corpore, adiutuſq; ab ijs, qui proxi-
me ſteterant, lictores à ſe repulit: tum uero conſules ad uim cohibendam è tribunali decurren
tes, concitata multitudine, facile experti ſunt, parum tutã eſſe ſine uiribus maieſtatẽ. Violatis li
ctoribus, facibus diſiectis, è foro in curiã compelluntur, incerti, quatenus Volero eſſet uictoriã
exerciturus. Conſulitur ſuper ea conſternatiõe ſenatus, q̃ſtiq; ſunt cõſules ſuã iniuriam. Mul-
tæ ferociter ſententiæ efferuente ira dictę, uicere tamen ſeniores patrum, q ab omni certamine
abhorrebant. Hi ſedandã quoquo modo diſcordiã, non ultione augendã cenſuere. L. interim

L. Pinarius P. Furius conſules Vrbinia. Tributa Comitia.

Pinarius, & P. Furius conſulatum iniuere. Eo anno matronæ plurimæ abortũ enixę cõfeſtim
exanimatæ ſunt: Vrbiniaq; ueſtalis inceſti conuicta, uiua eſt defoſſa. Plebs Voleronem com
plexa Tribunum proximis comitijs creauit. Tulit ille ciuiliter priuatã iniuriã, nec (quod omni-
um erat expectatio) quicquam graui⁹ ſtatuit in prioris anni conſules, quòd prouocationi non
ceſſiſſent. Rogationem tulit ad populum, ut plebij magiſtratus Tributis comitijs crearentur,
rem ſpecie minime atrocem, ſed quæ patricijs poteſtatem per clientum ſuffragia quem uellent
tribunum creandi, adimebat. Gellius autor eſt, Lælium Felicem eo libro quem ad Q. Mutiũ

Curiata. Centuriata Tributa.

ſcripſit, tria comitiorum genera Romę olim uſurpata prodidiſſe, Curiata quum ex generibus
hominum ſuffragium ferretur, nomenq; ideo rei datum, quod curiatim per lictorem calaren
tur. Centuriata, quũ ex cenſu & ætate fieret, quorum ratio abunde alio eſt loco relata, cæterum
ut illa per lictorem, ita hæc per cornicinem calari ſolita. Tributa reliquum genus appellatum,
ex regionibus & locis conflata. Reſtiterunt ſumma ope patres, eam actionem per cæteros tri-
bunos impedientes. Plebs & ipſa, haud ſuorum commodorum oblita, Voleronem ſequen-
ti anno tribunum refecit, apparebatq; extremum certamen cum plebe inſtare, quod ueriti pa
tres ipſi quoq; uiolentum infeſtumq; multitudini conſulem Ap. Claudiũ dedere, cui T. Quin
tius eſt collega datus. De turbulenta horum adminiſtratione, ſuo poſtea loco memorabitur.
Proximus liber ea quæ Xerxes rex Perſarum in Athenienſes, & totam pene Græciam geſſit,
(in hæc enim tempora inciderunt) ordine explicabit.

DVPLEX bellũ uelut hæreditariũ Xerxes à patre accepit. Ægyptiacum, quod tanta celeritate confecit, ut de eo nihil ab ijs rerũ ſcriptorib⁹, quos ſequimur ſit proditum memoriæ. Europeum aduerſus Athenienſes, & magnã Græciæ partem, tam diuerſo euẽtu ab priore illo adminiſtratum, ut dubium ſit utrum maior in eo inferendo terror fuerit, an in illato ludibrium. Bellum ipſum etſi magna ex parte fuerat à patre inſtructum ſumma opę ornare perſeuerauit, multis ad id exequendum ambitioſum ſua ſponte regẽ impellẽtibus, & in his Mardoneo iuuene impigro, rerũq; nouarum cupido, ex Gobrye & Darij ſorore genito. Sollicitabant & Alebadæ Theſsaliæ reges Perſarum in Europam acceſsum, & Piſiſtratidæ Athenienſium exules. His ille ſtimulis enixius aliquanto bellum inferre adortus, quũ altero à Darij morte anno Ægyptium inchoaſset, miraq; celeritate confeciſset, confeſtim illi Europeum ſubiecit; quanquam in eo comparando quadriẽnium conſumpſerit. Cæterum, ne temere à ſe initũ uideretur, frequenti ſuorum concilio multa de ſe magnificẽ præfatus, quid in animo haberet oſtendit, cęteris uero aſsentientibus, ab Artabano patruo monitus dicitur, ne Mardonij & aliorum uanitatem ſecut⁹, Græcos fortiſſimum genus hominum, ut imbelles contemneret, monuiſſe olim ſe Darium patrem eius, ne Scythis bellum inferret, quando ex ea gente maius periculum immineret quàm futuræ predę ſpes ulla ſperari poſſet. Euentum expeditionis illius plane oſtendiſse, conducibili⁹ regi fuiſse, fratrem audire, quam temerarium aliorum conſilium. Quod ne ipſum quoq; Xerxem talis poſtea pœnitentia ſubiret, identidem monebat, ut iterũ atq; iterum ſeipſum rex conſuleret, quando recta cõſultatio maximum deliberanti eſset lucrũ. Quod ſi fortuna etiam conſilium ſuperaſset, quia bene conſultum eſset, leuiora fierent aduerſa. Vides, inquit, ut pręgrandia animalia eminentioraq; loca ſepius quam humilia è cœlo feriantur, Deuſq; ſublimia & ardua deprimat, nec quicquam patiatur in terris diutius iſoleſcere. Res haud dubie properando errorem pariunt. Nec quia innumeris imperẽs gẽtibus, alienas opes contemnas: ſæpe immẽſi etiam exercitus ab exiguis copijs ſuperati ſunt, quod his paucis annis ad Marathonẽ accidit, ubi ſexcenta hominũ milia unius populi uiribus ceſſere. Nolim in tanta re inchoanda fando mali aliquid ominari: uerum paratus ſum cum Mardonio ſponſione atrociſſima certare, ut ducat ipſe quantas uelit copias in Græciam, ac ſi inde uictor redierit, tum ego cum filijs extremo affici ſupplicio nõ recuſabo: ſi uictus, ipſe cum ſuis capite puniatur. Ita fore, ut Mardonius ſuo periculo ſentiat, aduerſus quales uiros Xerxi bellum perſuadere contenderit. Iniquo animo tulit Xerxes ominoſam Artabani ſententiã, fuiſſetq; eius iuſſu continuo ad ſupplicium rapt⁹, niſi neceſſitudo & maieſtas homini obſtitiſſet. Fuerat is Darij frater, notauitq; tum illũ ignominia ut futuræ expeditionis comitẽ repudiauerit, præfatus fore, ut ſine tali comite, deſtinatum bellũ conficeret; ſtare ſententiam eos ulciſci à quibus Perſę primum iniuria affecti eſſent, propoſitum eſse aut agendi certamen, aut patiendi, aut oĩa Perſarũ ſub Græcis, aut quæ eorum eſsent ſub Perſis futura. Nullum eſse inimicitiarum medium nec de euentu belli ſe nimium ſollicitari, quando ſe in eos bellaturũ ſciret, quos Pelops Phryx Perſarum ſeruus ita olim ſubegiſset, ut ad ſua uſq; tempora, & regio ipſorum non parua, & regionis incolæ cognomẽ ab eo tulerint. Sic Xerxes in Artabanum patruum ſtomachatus, ubi ſe domũ recepit, alia atq; alia penſitãdo, eo propemodũ pueniit, ut Artabani ſententia nõ amplius diſpliceret, & iam de belli cura deponenda ſecum agitabat, quum ſomno preſsus, per quietem moneri ſibi uiſus eſt, eſse bellum exequendum, & rurſus altero inſomnio oleagina corona præcinctum ſibi caput uideri, cuius oleæ ramis uniuerſa occuparetur terra. Iam & Artabanus quoque multis minis per noctem ab incerto dæmone territus, ne pergeret deſtinatũ bellum impedire, regi reconciliatus bellandum cenſebat. Per hæc Xerxes adhuc magis in bellum incenſus, ratus numen etiam propitium ad id gerendũ ſibi affuturum. Athon montem à copijs naualibus, quæ ad Eleuntem Cherſonneſi in ſtatione erant, in Iſthmo à cõtinente ꝑſcindi imperat, opus maioris oſtentationis q̃ uſus. Quinq; urbes cum ſuo mõte ſunt à cõtinenti ora reſciſsæ. Dion, Olophyxos, Acrothoõ, Thyſsus, Cleone, Eurip⁹ Claſsiariorũ opera fact⁹

duarum

Xerxis bella.

Grauiſ belli impulſores

Artabani conſilium.

Inceleritate error.

Xerxis indignatio in Artabanum.

Pelops Perſarũ ſeruus

Xerxis ſomnia.

Athos à cõtinente abſcinditur.

duarũ triremiũ capax: cõmeatibus ꝑterea ad mare pari ſtudio deportatis, ipſe à Critallis Cap
padociæ (huc eñ edictũ erat, ut uniuerſæ copiæ conuenirẽt) Sardis uerſus mouit. Haly dein C
ceps fluuio tranſmiſſo ꝑ Phrygiã Celenas duxit, ubi Mæandri fontes oriuntur. Fabulari ui
detur mihi Herodotus, qui hic Sileni Marſiæ pellẽ, in utris ſpeciẽ ſuſpenſam ſua ait tẽpeſtate
fuiſſe, q̃ ab Apolline illi detracta diceret. Nec minus mirũ, etſi uero propius, quod de Pythio
Atygis filio memorat. Habitabat is homo Celenis. Xerxem & omnẽ eius exercitum ob diuiti
arum affluentiam hoſpitio accepit. Miratus rex hominis liberalitatem, ſciſcitatꝰ eſt, ecquis hic
Pythius eſſet: ubi Celenium eſſe, mortaliumq; omnium ſecundum ſe ditiſſimum haberi co
gnouit, pro magno habuit negocio, talem uirum appellare, erat enim iam inde à Dariana illa
in Scythiam expeditiõe pluribus notus. Dederatq; tunc ille regi aureã platanũ dono, & uitem
auream. Xerxes hominem ad ſe accerſitum, ecquantũ pecuniarũ poſſideret interrogauit. Cui
ille, haud te, inquit, celabo regũ maxime, neq; diſſimulare fas eſt. Poſteaquam accepi te celer
rime ad mare uenturum, uolẽs tibi ad bellum pecuniam dare, ſubducta mearũ pecuniarum
ratione, comperi mihi eſſe argenti bis mille talenta, auri uero quadragies centum milia, num
mum daricorum ſeptem milibus minus, quæ omnia ad uſum belli huius do tibi Xerxes do
no: nam mihi uictus ex mancipijs & agricolis abunde ſuppetit. Hæc ille. Cui hilari uultu Xer
xes. Ego (inquit) Lyde hoſpes, ex quo Perſidem egreſſus ſum, neminem adhuc ſum nactus, q
in meũ exercitũ tali ſit hoſpitalitate uſꝰ, tantũq; auri ultro dono obtulerit. Ob q̃ uiciſſim ego
te meum facio hoſpitem, & ne ad iſta quadragies centenã milia aliquid deſit, ſeptem milia au
reorum nummum tibi ex meo numerari iubeo. Tu hæc & cætera quæ ad hunc diem poſſedi
ſti libere habeto, talẽq; te ſemper geras hortor, neq; eñ unq̃ pœnitebit te, tuæ in regẽ liberali
tatis. Celenis inde Xerxes digreſſus, Coloſſas uenit, ubi Lycus amnis hyatũ terræ ſubiens oc
culitur, rurſuſq; poſt quinq; ſtadia in apertum euadens Mæandro infunditur. Inde ad Cy
dra oppidũ promota ſunt caſtra, ubi Cippus à Crœſo erectus Lydiæ Phrygiæq; fines diſter
minans. Hinc per Lydiã ducens, Calletabũ prętergreſſus, ubi ex myrica & tritico cõficiẽdi mel B
lis ratio tenebat, Sardis uerſꝰ ad dextrã flectẽs, in pulcherrimã Platanũ incidit, cuiꝰ ſpecie dele
ctatꝰ, aureo monili donauit, eãq; perpetuo tuẽdã iuſſit. Seq̃nti deinde die Sardis uenit: unde
caduceatores in Græciã miſit, qui terrã ſibi & aquã peterent ab oĩbus eius gentis ciuitatibus,
præterq̃ à Lacedæmonijs, & Athenienſibus, à quibus caduceatores olim ad hoc ipſum miſſi,
in puteos proiecti fuerant. Mandat adhæc circa Abydã & Seſtõ, qua utrunq; littus ab altero
ſeptem diſtat ſtadia, ut pons Euripo imponeret, quẽ iam iunctũ ſubita diſſoluit uis pelagi. Qd
quum Xerxi nunciatum eſſet, indigne ferens, trecenta Helleſponto iuſſit uerbera ĩfligi, cõpe
deſq; ĩ imũ uadũ demitti. Fama eſt miſſũ ab eo q & ſtigmata Helleſpõto inureret. Satis cõſtat
eiuſdẽ imperio colaphos mari incuſſos, barbaraq; uoce increpitũ, quod Xerxem nihil de eo
male meritum læſiſſet, uerum fore uellet nollet, ut ab rege ipſo pedibus tranſiretur, merito ei
ut doloſo & amaro flumini à nullo ſacrificari. Et Xerxes in hunc modum ſeuijt in Helleſpon
tum, manifeſto barbaræ uanitatis argumento. Qui pontem fabricati fuerant extremo ſunt
ſupplicio affecti. Pons duplex inde mari impoſitus, ſexcentis ſeptuaginta quatuor triremibus
biremibúſque tenaci nodo connexis, codices inde lignorum in latitudinem ratis adæquati, na
uibuſq; inſtrati ſunt ſupꝛeq; cõnexi, mox & materia cõgeſta munitis utrinq; laterib ꝰ, ne iumẽ
ta & equi maris aſpectu exterrerentur, hyemeq; per hæc exacta ineunte uere, cum toto exer
citu ad mare deſcenſurus, magno eſt oſtento territus. Sol ſereno cœlo ſeſe repente ſubtraxit,
noxq; terris inducta eſt. Sciſcitatus rex Magos de prodigij ratione, ad Græcos pertinere reſpõ
derũt, quorũ id numen eſſet, ut Luna Perſarum, defectutũ haud dubie Græciæ terræ ſtatum.
His rex cõfirmatꝰ, quũ iam ex Lydia moturꝰ eſſet, Pythius hoſpes ab eo ꝓcatus eſt, ut ex quin
que liberis qui Medica ſigna ſequerẽtur, maximũ natu ſibi relinqueret, qui ſe iam grauem æta
te in re domeſtica adminiſtranda iuuaret. Tulit id Xerxes iniquo aĩo, omẽ, ut credere par eſt,
auerſatus: Pythioq; amariſſimis uerbis increpito, quod extra tot mortaliũ ſortẽ, filiũ ſibi pone
re eſſet auſus, præſertim quũ rex & regis liberi ꝓſenti eſſent bello affuturi, quẽ ſibi pater depo
poſcerat, in duas partes diſſectũ, dimidiũ hoc ad dexterã uiæ, reliquũ ad læuã ſtatui iuſſit, exer
citũq; ꝑ hominẽ ita dimidiatũ traduxit. Sardibꝰ digreſſum duplex Perſarum equitum, ordo

duplex

Mæandri fontes. Marſiæ pellis. Pythij Celenij diuitiæ

Lycus amnis

Platanus aureo monili ornatur.

Xerxes uerbera ĩfligit Helleſponto.

Pons mari inponitur.

Eclipſis ſolis.

Pythij filius diſſectus.

A duplex & peditũ ſequebãt,ipſe curru ſedebat,cui Niſæi equi erant iuncti.Eſt Medicę regionis
cãpus ingens,ubi pręgrãdes alebãtur equi.Pręibatq; regiũ currũ uenerabilior alter Ioui ſacer,
quẽ octo equi candore inſigni trahebant.Poſt Perſicos ordines reliquus promiſcue exercitus
agebatur.Primo ad Caicũ flumen uentũ:inde per Thebæũ campũ, & Antandrũ in Ilienſem
terrã deſcendit,ubi ſub Idæ radicibus exercitũ pernoctantẽ grauis è cœlo tempeſtas eſt ador/
ta,ita crebro fulminũ caſu,ut pleriq; exanimati ſint,inde ad Scamandrũ rex proceſſit qui im/
pares potantibus Medis aquas habuit.Eſt Scamander qui & Xanthus, ut Plato demõſtrat,
ex Ida oritur Iliumq; præterlapſus Helleſponto apud Sigæũ infunditur,nec Simoenti miſce/
tur,ut quidã falſo arbitrantur.Xerxes Iliũ aſcendit,ut Priami urbẽ inuiſeret,immolauitq; Ilia
cæ Mineruæ boues mille:Ilio digreſſus,præter Rhetiõ iter ad mare intendit.Inde per Ophry
niũ & Dardanũ in Abydenos deſcẽdit campos.Erexerant illi Abydeni aliquanto antea pręto
riũ,ex candido lapide,loco paulo editiore.Vnde & mare nauibus coopertũ,totãq; planitiẽ bel
latorũ multitudine oppletã rex cõtemplatus,& ſe felicẽ teſtatus eſt,& lachrymas in tam lętum
ſpectaculũ dedit.Aderat tũ forte illi Artabanus patruus,q ubi & ipſe eſt belli autor fact9, pri/
ſtina ignominiæ nota abolita,Graiæ expeditionis comes à rege ductus.Is intẽpeſtiuas Xerxis
miratus lachrymas,duos(inquit)rex diuerſos animi affectus præ te fers uno tẽpore,gaudium
quũ te uere beatiſſimũ pdicas, triſtitiamq; & mœrorẽ illachrymans,niſi lachrymæ illæ præ ni
mio,ut fit,gaudio manant.Reputabã(rex inquit)mecũ,quã breue ſit humanæ uitæ ſpatium,
ſubijtq; noſtræ ſortis miſeratio, quod tot hominũ milia, quot ſubiecta oculis habemus, ante
centeſimũ annũ ſint ad unũ interitura. At miſerabiliora his in uita patimur (inquit Artaba/
nus)quod in tã breui etiã uita,nemo adeo felix extitit,cui non ſæpius ſubierit animo morien/
di uoluntas.Calamitates & morbi crebro uitã perturbant,efficiuntq; ut quũ breuis ſit, nimis
tamen longa multis uideatur:eſtq; ob id mors optatiſſimũ triſtioris uitæ perfugiũ,ſed qa dul/
ci quodã rerũ guſtu hãc natura reſperſit,fit certe ut minus illa homini uideatur optabilis. Hic
B Xerxes,uera ſunt iſta quæ prædicas Artabane,ſed age nunc,& quia iucunda in manibus ha/
bemus,nulla triſtiũ fiat mentio.Illud potius dicas uelim,niſi nocturna te ſpectes illa à propo/
ſito reuocaſſet,pœniteret te hodie ſuſcepti belli, quũ tantũ rerũ apparatũ habeas oculis ſubie/
ctũ.Pœniteret inquit,ac neſcio quoniã modo in dies magis ptimeſco.ne grauẽ aliquẽ hoc bel
lo ſæuientis fortunæ experiamur impetũ,duoq; me magnopere terrent,& quod ſcio nullũ eſ/
ſe portũ,qui tam numeroſæ claſſis ſit capax,quod ſi ſit in anchoris ſtandũ,cœlũ & aquę formi
dandæ ſint,nec terra ulla nobis petenda,q̃ tam ualidũ poſſit alere exercitũ,quo fit ut pter bel/
lorũ caſus qui incerti & uarij ſunt,fames magnorũ exercituũ teterrima peſtis ſit timẽda.At uir
ita demũ optimus eſt,qui deliberando,quæ accidere poſſunt,præuidet,puiſa ponderat & me
titur,ac quã in his ſolers ſit,tã in illis gerendis audax & inuictus.Secundũ eũ ſermonem plura
Xerxes ſubiecit,quæ metũ eleuabãt : ſũma tamen ea fuit,ut diceret ſatius eſſe omnia alacriter
aggreſſum,dimidiũ erũnarũ pati, quã omnia præſumpto metu,etiã ſi proſpera ſint, ſollicitu/
dine corrũpere.Nec illud Artabanus obtinuit,ut Ionum opera Xerxes eo bello nollet uti:qp
pe qui ob ueterem cum Græcis cognationẽ,merito ſuſpecti eſſent.Nec ita multo poſt exerci/
tus Helleſpontũ duplici ponte ſuperauit. Eo qui in Boſphorũ ſpectabat, equites & peditatus
omnis traductus:altero ad meridiẽ uerſo iumenta cũ impedimentis.Verũ priuſquã Helleſpõ
tus ſit ſuperari cœptus,mane Xerxes Soli ſacrificans uota ſuſcepit, ſi ſine aliqua maiore clade
Europã ſubigere contigiſſet.Peracto ſacro aureũ craterẽ in mare proiecit,& cũ eo Acinacẽ (eſt
is Perſicus enſis)dubiũ,Soli an Helleſponto,quod priſtini facti pœniteret.Septem dies & to/
tidem noctes ſine intermiſſione in tranſmittendo exercitu conſumpti.Tetrũ regi & qui cum eo
in Europam ſunt tranſgreſſi confeſtim eſt pdigiũ oblatũ,quo recte coniectantib9 proſpici po
tuit,qualis futurus eſſet eius belli exitus,Equa leporem eſt enixa,animal fugaciſſimũ,& quum
Sardibus adhuc eſſet Xerxes,mula eſt mulũ enixa ambiguis genitalibus præditũ, utrunq; o/
ſtentũ Xerxes iuxta aſpernat9,pergit exercitũ porro agere,ducebatq; terreſtreis copias p Thra
ciã Cherſoneſum,ubi Melane flu.q & Niger dici potuit,aquãtibus non ſuffecit copijs,tranſ/
miſſo amne,ad ſinum cui id flumen dedit nomen,Medus iter flexit,ubi uero in Doriſci cam
pũ uentum eſt, locus haud inhabilis uiſus eſt ad recenſendas copias. Exercitu itaq; per partes

recenſo

Ordo copiarum.

Currus Ioui ſacer.

Scamander epotus.

Mille boues immolat Xerxes.

Xerxis lachrymæ.

Artabani ſermo.

Traijcitur exercitus.

Prodigia regi oblata

Melane epotus.

Xerxis copiæ.
recenſo, habuit terreſtris apparatus Myriades centũ ſeptuaginta, ꝙ numer⁹ habet decies ſepti
es centũ armatorũ milia, eſtqꝫ ſummæ autor Herodotus, Trogus decies centena milia fuiſſe ꝓ
didit. Erant ſub ſignis Perſæ, Cephenes olim à Græcis dicti, à ſe ipſis Artei, Perſeus Danaes

Gentium & ducum nomina.
filius, ſiue Perſes Perſeo & Andromeda genitus, ut quidã ſcribunt, ipſi genti poſtea nomẽ de
dit. Erant & Medi, Hircani, Aſſyrij, quos Græci Syros dixerũt, & cũ his Chaldai Bactrij, Sacæ
Scythicũ genus, Indi, Arij, Parthi, Choraſmij, Sogdij, Dadicæ, Pactyes, Vtij, Myci, Paricani,
Arabes, Æthiopes, Pœni, Paphlagones, Lygies, Macieni, Mariãdyni olim: mox à Lydo Aty/
is filio nomẽ adepti, Myſi, Bithyni ex Thracia ꝓfecti, Strymonijqꝫ, Capadoces, Phryges olim
quũ Europei Macedonũ accolæ fuere, Bryges dicti, Lydi & ipſi Meones olim à flu. nuncupati
Minye, Moſchi, Tibareni, Macrones, Moſynœci, Colchi, Alarodij, Aſpires, & cũ his Inſulanæ
gẽtes, ex rubro mari, & hi terreſtria ſequebant̃ ſigna, erãtqꝫ ſingulis gentibus ſui duces. Copi
arum tñ oĩm imperiũ penes Mardoniũ fuit Gobryæ filiũ, & duos Xerxis patrueles Tritante/

Triremes
chmẽ Artabani, ꝙ bellũ ab ĩitio inhibuerat, & Smerdomenẽ Othanis filiũ. Triremes fuere mil
le CCC. & amplius. In ꝗbus Phœnices erãt, Cyprij, Cilices, Pãphylij, Lycij, à Lyco Pãdionis
filio: Dores Aſiatici, Cares, Iones, Aeoles, & Helleſpõtij. Nauiũ imperium habuit Prexaſpes,
Aſpathemis, Megabizus, Megabatis, Achemenes, & Arabignes Darij filij, Aderant & ſui du/

Artemiſia
ces ſingulis claſſib⁹, ꝙ horũ imperio parebant, & in his Artemiſia Lygdamis filia. Paternũ illi
gen⁹ ex Alycarnaſſo, ex Creta maternũ. Mauſolo nupſit, quo uita defuncto, quũ pupillari fi/
liũ ætate ex eo aleret, ne accerſita quidẽ, quinqꝫ naues ad bellũ optime inſtruxit. Nullius ducũ,
neqꝫ cõſiliũ, neqꝫ in prælio opera fuit illuſtrior. Xerxes ubi terra mariqꝫ copias recognouit, im/
menſa rerũ opulentia exultans, Demaratũ regẽ, qui Lacedæmone eiectus exul ad Dariũ uene
rat, per cõtatus eſt, an tota Græcea eſſet tanti, ut tuto eã uim hoĩm expectaret. Ille medio belli
apparatu Lacedæmonẽ ad magiſtratus literas dederat, ꝗbus ſignificabat, quanta belli moles
Græcie immineret. Cæterũ Demaratus ut occultius res tanta ad ſuos ꝑferret, tabellæ Græcis
literis notatæ cærã ſupinduxit, à Xerxe igit̃ rogat⁹, ut uere fortaſſis ita parũ opportune de ſuo
rum uirtute locutus, uehementer regis animũ offendit. Sũma eius ſermonis hoc de Græcis ad

Demarati uerba ad Xerxẽ.
regẽ habuit, ut diceret Græciã ſemper paupertatis fuiſſe alũnam, hoſpiteqꝫ uirtutis, quã à ſeue
ra diſciplina ſibi ab initio aſciuiſſet. Cõflicturos, ut de ſuis ciuibus loqueret̃, Spartiatas mille,
ſi nõ ſint plures, aduerſus oẽm Medorũ exercitũ, atqꝫ id patria lege facturos, q̃ iuberet aut uice

Liſus amnis defecit ut Scamãder Pyſiri umſtagnũ
re, aut mortẽ occũbere. Ex Doriſco Xerxes ꝓfect⁹: Samothraces p̃tergreſſ⁹ muros, ad Lyſum
amnẽ uenit, cuius aq̃ & ipſæ frequẽti aquatione defecerũt. Poſt Lyſum p̃ter Maroneã & Ab/
derã ad Pyſirũ Medus proceſſit, hic iumentis duntaxat potantibus, ſexaginta ſtadiorũ ſtagnũ
exaruit. Per Thraciã inde progreſſus, poſt Pieres dextrũ Pangeũ habens, ad Strymonẽ fluuiũ
peruenit, ubi albis equis magi patrio ritu litauere. Mox ad locũ eſt uentum ubi Strymon erat
pontibus iunctus. Erat hic locus quem nouem Hedonorum uias accolæ dixerũt, totidem ibi
pueros uirgineſqꝫ indigenas uiuos magi defodere, dirũ ritũ & execrabilẽ, cæterum Perſarum
genti peculiarem uiuos humare. A Stymone per Biſaltiam ductus ad Acanthum conſedit

Artachees
exercitus, ubi Xerxes Artacheem amiſit uirum genere Achemenidam, cui quatuor digiti fue
re ad quinqꝫ regiorum cubitorum longitudinem. Vniuerſus defuncto exercitus tumulum cõ/

Tripertito duxit Xerxes. Pallena.
geſſit. Ex Doriſco ad hæc loca inſtructus proceſſerat exercitus, inde locorum difficultatibus
tripertito ductari cœpit. Mardonius & Maſſiſes ſecundũ mare claſſem ſecuti ſunt. Techaes &
Gergis remotiſſimum à mari iter ingreſſi, inter utroſqꝫ Xerxas ſuum egit agmem. Naualis ex/
ercitus poſtq̃ à rege diſceſſit, per foſſam ad Athon nauigauit, p̃teruectuſqꝫ Ampelon & Toro
neum promontoria ex Sitniæ ora, & mox ex Pallena, q̃ & Phlegra olim dicta eſt, cõmilitiũ ac
cepit. Croſſeam oram Thermeo ſinu cõterminã perſtringens, qua Axius mari infunditur: cõ
ſtitit hic claſſis iuſſa regem expectare. Ipſe ex Acantho profectus, per Peneium agrum & Cre
ſtonicum iter faciens, ſuper Chidorum amnem Leones, nullo alioqui homine aut iumento
uiolato, in Camelos qui cõmeatum portabant impetum dedere. Sunt his locis Leones mul/

Vbi leões Europa.
ti, ſunt & agreſtes boues uaſtis cornibus. Leonum terminus eſt Neſtus flu. & Achelous, qui ꝑ
Acarnaniam fluit, ſi uera ſcribit Herodotus, ultra Acheloum ad occaſum in Europa indige/
nam leonem uidit nemo, neqꝫ ultra Neſtum ad ortum. Xerxes ubi Thermam uenit, unde &
Thermæus

Thermæus ſinus,ſubſtitit inter Bottietidē & Macedonicum agrum. In his quoq; locis Echido Echidorus
A rus amnis Xexianis copijs impar fuit aquantibus, Rex à Therma Sidonia ſedens naui ad Pe epotus.
nei oſtium uiſendum nauigauit. Labitur Peneus in mare inter Olympum & Oſſam montes
anguſto meatu: Tempe eam intercapedinem uocant. Tradunt Theſſaliam, quia continuis ſit Tempe.
montibus circundata lacum fuiſſe olim, priuſquam Peneus exitum ſit adeptus. Sed uehemē- Theſſaliæ ſitus.
ti ne aliquo motu terræ id acciderit, quod ipſi indigenæ perſuaſum habuiſſe uideri poſſunt, q
duorum montium diſſidium ad Neptunum motorem terræ referebant, an Herculis(quod
quidam ſcribunt) alteriuſue mortalis id opus credi oporteat, non habeo dicere. Xerxes locum
contemplatus retro ad exercitum abijt. Vbi præſto illi affuerunt legati, quos à principio miſe-
rat in Græciam, populi qui per terram & aquam legatis deditam imperium accepere, fuerunt
Theſſali, Dolopes, Ænienſes, Perhebi, Locri, Magnetes, Melienſes, Achæi, Phthiotæ. Theba Populi qui terram & aquam hoſtibus dedere
ni, cæteriq; Bœotij præter Theſpienſes & Plateenſes, qui cum Græcis aduerſus barbaros per-
cuſſerāt fœd⁹. In fœdere ita erat expreſſum, ut qcunq; Græci nulla neceſſitate adacti, ſeſe Me
dis dedidiſſent, eorum decimus quiſq;, rebus Græciæ bene conſtitutis, ſacer deo eſſet. Athenas
& Spartam non miſerat Xerxes, quoniam à Dario patre olim miſſos in profundiſſimum pu
teum præcipites egerant, iubentes inde eos terram Regi & aquam quærere. Spartani quū poſt
legatorum necem deorum iram incurriſſent, nec aliquo modo lætiora exta obuenirent, publi
co decreto ſtatuerunt, ſuorū ſanguine barbaro ſatisfacere, repertiq; ſunt duo Spartanis & Bu Spartanis & Bulis.
lis, qui ſe pro patria ultro morti deuouerunt. Mirum eſt quod de amborū conſtantia Herodo
tus ſcribit, in maritimam Aſiæ oram appulſos, ut inde Suſa ad regem irent, pœnas pro Spar-
tanis omnibus & ſupplicium expeſuri, quum ab Hydarne regis præfecto, hoſpitio accepti, ad Verba pro libertate.
Perſarum imperiū recipiendū hortaretur, reſpondiſſe dicuntur, Hydarnē non intelligere, qd
ſuauitatis haberet libertas, quam ſi aliquando delibaſſet, ſuaſurum Spartanis fuiſſe, ut nō ſo
lum haſta, quod facerent, ſed ſecuri etiam pro ea dimicarent: inde in Perſidē profecti, ne adigi
B quidem potuere, ut regem Perſico more adorarent: quin ambo cōtumaciæ & fiduciæ pleni ad
eius cōſpectū conſtituti, ſe ad ſuppliciū & pœnas, pro legatis Lacedæmōe peremptis, publice
exoluendas, ueniſſe teſtati ſunt. Digni quorū memoria ad poſteros duret, ſitq; quis oībus mā-
ſura. Negauit Barbarus ſe Spartiatarum exemplū imitaturū, per quos ius eſſet gentiū uiolatū Xerxes deditos nō recepit.
atq; ita eos intactos à ſe dimiſit. Nec Græcia tantam bellorū procellā clauſis, ut dici ſolet, exce-
pit oculis, quin Athenienſes qui præ cæteris proximi inuidiæ erant, fama eorum q̄ pararentur
ab initio perculſi, Delphos de futuro ſtatu ciuitatis conſultū miſerant. Minaciſſimum oracu-
lum primo loco redditum, adeo ciuitatē exterruit, ut rurſus legati ſint Delphos miſſi, cū olea-
rum palmis ueniam imploraturi. His Ariſtonice Pythia pluribus carminibus reſpondit, in q-
bus hæc fuere. Iuppiter è ligno muris tritonida donat. Qui ſoli inuicti tibi ſint natiſq; ſaluti. Oraculum Pythiæ
Id oraculū, quum alij aliter interpretarentur, Themiſtocles Neoclis filius, numē ſignificare o-
ſtendit, ſalutē ciuium in nauibus eſſe. Ornandū pro mœnibus claſſem, in ea Athenienſiū ſalu
tem contineri. Tenuit ille huiuſmodi interpretatione, ut oēs naues q̄ ad Æginiticū erant bellū
decretæ, in hos caſus inſtruerētur. Placuit interea mittere, qui in Medorū caſtra penetrarēt(ue-
nerat iam in Lydiā Xerxes) hoſtiū copias exploraturi. Hi deprehenſi, nō modo nō ſupplicio
ſunt aliq̄ affecti, ſed oīa oculis luſtrare iuſſi ſunt, icolumeſq; dimiſſi. Adeo Xerxes ſuis opib⁹ cō Exploratores dimiſſi.
fiſus, in certa ſpe uictoriæ erat, ut ne hoſtes quidē eas latere uoluerit. Miſerūt Athenienſes Ar
gos, miſerunt & in Siciliā ad Gelonem tyrannum Dinomenis filium, in Cretam quoq; & in
Corcyram miſſi ſunt legati. Argiui odium ſuum in Lacedæmonios prætendentes, cum quib.
uetus erat certamen conflatum, publice confeſſi ſunt malle ſe à Barbaro ſibi imperari, quàm
Lacedæmonijs cedere, quanquā iam antea haud obſcuri rumores erant, Argiuos cum Xerxe
fœdus occulte ictum habere, ueterem cum Perſis conſanguinitatem ſecutos, quum à Perſe ori Argiui Perſarum conſanguinei
undi dicerentur, qui Perſei Danaes & Andromedæ Cephei fuit filius. Gelon, ad quem legati
in Siciliam uenerant, ſatelles fuit Hippocratis, qui Cleandri Patarei fuit frater, ſeptem annos Gelon.
Cleander Gelæ Tyrannidem exercuit. Hic igitur bellis quibus Hippocrates, poſt mortem fra
tris, Zancleos & Leontinos ſuperauit, magnumq; cum Syracuſanis bellū geſſit, Gelon quia
ſtrenuam tyranno ubiq; operam nauaſſet, præfecturam equitū primo adeptus, in qua admi-

niſtrandã adeo Hippocratis opes auxit,ut p̃ter Syracuſanos,quos ad Elorum amnem prel̃iõ C
ſuperatos Corinthij,Corcyreiq;,ea cõditione liberarũt,ut Camerinam,quæ ipſorũ fuit,Hip/
Hippocra/tes. pocrati traderent,cæteras circũiectas urbes ui & armis tyranno ſubegerint.Sed Hippocrate an
te Hyblam cadente,huius liberis tutor relictus ad ſe Gelon principatum traxit.Nec ita multo
Gelon ade/ptus Tyrannidem. poſt,per Syracuſanos exules à plebe eiectos,ab eoq; reſtitutos,Syracuſis eſt potit⁹.Tum ue/
ro Gelæ principatu Hieroni fratri permiſſo,ipſe iam inde Syracuſis fuit, quam urbẽ magno/
pere auctam reddidit. Geloos & Camerinos euerſis eorum urbibus, Syracuſas traduxit.Me/
garenſium deinceps locupletiſſimos quoſq;,qui ultro ei bellũ intulerãt, ad deditionem cõpu/
lit.Ad hunc Gelonem Lacedæmoniorum & Atheniẽſium legati uenere,ſocietatem & auxilia
aduerſus Xerxem petituri.Gelon etſi eo bello,quod haud multũ antea in Egeſtanos & Car/
thaginenſes geſſerat,nulla à Græcis auxilia impetrarat, ea tamen conditione ducentas trire/
mes,cum.xx.milibus armatorum eſt ad bellum pollicitus,ſi ſibi maritimi uel terreſtris exer/
citus imperium detuliſſent,idq; legatis aduerſantibus, prædicãtibuſq; milite nõ duce Græcos
indigere:renitens Gelon, uos, inquit, Græci habetis qui apud uos imperent,at qui imperanti
bus pareant non habetis:Ite igitur hinc retro ueſtris ciuitatibus renunciaturi,uer ex anno illis
Gelõis ada/gium ĩ Athen. & Lacedæm. exaruiſſe,& ex Sicilia hæc à Gelone relata.Putarunt quidam negata à Gelone auxilia, ob bel
lum,quod ei cum Carthaginenſibus,& alijs pleriſq; populis inſtabat,à Terillo Himerenſi cõ
flatum.Qui tyrannide eiectus à Terone Agrigentinorum principe ex Phœnicibus,& Pœnis,
Siculorum opes. & alia gentium colluuione, ad.ccc. hominum milia contraxerat, duce Amilchare Annonis
Amilchar. filio Carthaginenſium, ut Herodotus ait, rege, fuiſſéque Gelonem eo die uictorem in Sici/
lia uicto Amilchare, quo & Græci ad Salaminem aduerſus Xerxem dimicarunt. Erat A/
milchar Carthaginẽſi patre natus,matre Syracuſana.Mirum quod de eo rerum ſcriptores me
moriæ prodiderunt,eum acie uictum,è conſpectu ablatum,nec uſquam gentium uiuum,aut
mortuum extitiſſe amplius. Carthaginenſes memorare ſoliti dicũtur,prælio à prima luce ad
crepuſculum noctis extracto,quum Amilchar tum forte ſacrificaret,accenſa pyra,ubi ſuorum D
fugam inclinare uidit,ſe uiuũ in eã inieciſſe.Corcyrei ſe opem Græciæ laturos polliti Lx. tri/
remes ad bellum inſtruxere, q̃ circa Tænaron ſedentes,Salaminiæ pugnæ non interfuerunt,
noluerit ne adeſſe Xerxianas opes ueriti,an per Etheſias,ut ipſi poſtea p̃dicare ſoliti ſunt,ne
quiuerint,haud quiſpiam in re tam uetuſta facile dixerit.Nec Cretẽſes auxilio fuere,exproba
ta illis ab oraculo uelut ignauia q; cæteras gentes tueri aggrederentur, Minorẽ regẽ ſuum ul/
ciſci nequiſſent.Obſedere eñ Cretẽſes Camicum quiquennio in Sicilia,unde quũ infecta re
Cretenſes qui in Italia ſederunt. abſceſſiſſent,Italiæq; orã nauigarent,tẽpeſtate diſiecti,ubi fractis nauibus ſpẽ in Cretã abeũ/
di ſibi omnino ademptam uiderunt,mutato nõie ſe pro Cretibus Iapyges & Meſapios uoci
tantes,Hyriam condiderunt.Theſſali quia non uulgo probarentur quæ Alenadæ p̃ ſe nõ pu
blico cõſilio mouiſſent,pro Græcia ab initio ſentire crediti,ad x. hominũ milia, duce Themi/
ſtocle Neoclis filio,ad præſidiũ Theſſaliæ impetrarũt.Inſẽderantq; anguſtias inter Oſſam &
Olympũ,quũ ab Alexandro Amyntæ filio certiores facti,cum numeroſo,& ob id inuicto ex/
excitu Xerxem ad Helleſpontũ ueniſſe,ueriti ne hoſtiũ multitudine proculcarentur Græci,ad
naues reuerſi ad Iſthmũ Corinthiacũ,ſeſe receperũt.Horũ diſceſſus fecit,ut & Theſſali aper/
Thermopylarũ deſcriptio. te ad Medos defecerint. Græcis ex Theſſalia in Iſthmũ reuerſis,magno ibi cõuentu cõſultatũ,
decretũq;,ut Thermopylarũ anguſtias p̃ſidio obtinerent,claſſiſq; ad Artemiſiũ ſtationẽ habe
ret.Eſt is locus haud procul Chalcidico freto, inter Sciathum inſulã & continentẽ Magneſiæ
oram.Breuis ibi traiectus,Thermopyliſq; uicinus.Quod ad Thermophylas attinet,aditus in
Græciã arctiſſimus,ut quibuſdã in locis uix ad uehiculum agendũ ſufficiat.Qđ montis ad He
ſperum uergit,inacceſſum,& præalti præcipitij uſq; ad Oetham montẽ.Quod uiæ ad aurorã
uergit uadoſo mari excipitur, in eo ingreſſu fuerũt calida lauacra,ollas locorũ indigenæ uoci/
tabant,ab aquarũ feruore,deſuper ara Herculi extructa. Ad hos ingreſſus murum Phocen/
ſes Theſſalorum metu exædificarunt.Super quem Pylæ.i.portæ erant,quæ res nomẽ loco at
Græcarum nauiũ fuga tulit,ut ab aquarum ibi ſcatentium tepore,& Phocaicis portis ſint Thermopylæ nuncupatæ.
Murum uetuſtate collapſum Grȩci ad tempus reſarſerunt.Ad hunc igitur locũ inſidendũ,ex
Iſthmo digreſſi ſunt Græci,ibi Xerxȩ̃ in Pieria eſſe cõpertũ habuere,& claſſis eodẽ tẽpore eſt

Artemi/

Artemiſiũ admota. Ex Therma X. uelociſſimæ regis naues Sciathũ uerſũ curſum tenuerunt.
A Has plenis uelis ad ſe uenietes, ꝑcul cõſpicatæ, tres ſpeculatorię Græcorũ naues cõfeſtim fugã
fecere. Has Barbari inſecuti Æginecticã primo oppreſſerunt, mox & Trœceniam. Attica circa
Penei oſtiũ littorib⁹ impacta per tẽpe, q in ea erant & Theſſaliã dilapſi in Atticã ſe receperũt.
Hoſtiũ acceſſus ex Sciatho nocturna flãma ijs qui ad Artemiſium ſtabant, ſignificatus, tantũ
illis terrorem iniecit, ut continuo relicta ſtatiõe ad Euboicũ euripũ ſeſe receperint. Nec ita mul/
to poſt cętera claſſis in orã Magneſię uenit, mãſerũtq; Barbaro hucuſq; nauales terreſtreſq;
copiæ incolumes, quũ ducenta quadraginta hominũ milia in nauibus eſſent, ſub terreſtribus
ſignis decies ſepties centũ milia. Mox alia Herodot⁹ ſupputatione uſus, ex oĩ genere hominũ,
qui Xerxem ad Sæpiadem & Thermopylas ſecuti ſunt, colligit Myriades quingentas uiginti Xerxis copiæ.
octo, & amplius, q̃ ratio habet bis ac quinquagies centũ octoginta tria milia hominũ. Mirũ eſt Xerxes
quod idem autor prodidit, in tanto mortaliũ numero, Xerxe cuius in tot centena milia homi pulcherri/
nũ fuit imperiũ p̃ſtantiore forma, proceriore ue ſtatura fuiſſe neminẽ. Nauales regis copiæ pri mus.
ſtina ſtatione digreſſæ, terræ Magnæſiæ orã tenuerunt. Primæ nauiũ littorib⁹ applicitæ, alię in
anchoris ſtetere ad octauũ uſq; ordinẽ in altũ progreſſæ, quieteq; ibi pernoctatũ, ſub diluculũ
ex ſereno cœlo, & trãquillo quũ mare efferueſcere cœpiſſet, atrox eſt tempeſtas naues adorta,
ſecutus inde uiolentus ſubſolani flatus, qui à matutino æquinoctio ſpirans, præter naues quę
ſubductis ſubito anchoris iu altũ abierũt, cæteras atroci conflictatiõe uexatas, mutuo primo
concurſu propinquis mox ſcopulis diſiectas fœde lacerauit. Amiſſarũ nauiũ numerũ qui mi/ Tẽpeſtas.
nimum poſuere, haud quadringẽtis pauciores fuiſſe meminerũt, uirorũ ſupra q̃ dici poſſit uis
ingẽs abſumpta, triduũ tẽpeſtas tenuit, quarto demũ die, quũ remittente uẽto, ſtrati iacuiſſent Pagaſæ
fluctus, Magneſiæ promontorium circũuecta claſſis, in ſinũ qui ad Pagaſen pertinet, rectũ re Hercules
nuit curſum. In ea ora Hercules, quum ex Argo naui aquatum exiuiſſet, ab Iaſone & Minyis relictus.
relictus credit. Aphete locus ex ipſa re dictus. Hæc Herodotus. Strabo nõ, quia Hercules ibi Aphete.
B fuerit relictus, ſed ꝙ argonautæ ex eo littore in pontũ dimiſſi ſunt, nomẽ loco inditũ prodidit, XV.
Herculẽq; plures in Bithynia, ob caſum Hylæ, ſubſediſſe memorant. In eo appulſu quindeci Xerxis
Xerxianæ, naues à Græcis captæ, quas Sandonices præfectus Æolidis agebat. Is quũ à cætera naues in/
claſſe ꝑcul aberraſſet, Græcos ad Artemiſiũ ſtantes conſpicatus, nã eo Gręci, poſt hoſtiũ claſ/ tercipiun/
ſem tẽpeſtate diſiectã, ex freto Euboico redierant, ſuos ratus Sandonices ſe uidere, in Craias tur.
naues temere curſum deflexit. Ad Aphetẽ Medica erat claſſis. Xerxes ꝑ Theſſaliã iter faciẽs,
magnitudine exercitus Honocum amnẽ ad uadũ exiccauit. Per Achaiã inde in Melienſes ue/
nit, in Trachinijſq; campis concedit, Thermopylis proximus. Græci qui locorũ anguſtias in/
ſederant ad quatuor milia fuere & octoginti, præeratq; his Leonides Spartanus, qui uigeſim⁹
erat ab Hercule. Et iam aduentante Xerxe, cęteri metu perculſi, abeũdũ inde cẽſebãt Iſthmũq;
p̃ræſidio obtinendũ, ſolus Leonides in ſtatione permanendum cõtẽndebat, Græciæ ſalutẽ in
eo unico pręſidio ſitam eſſe affirmans. Acceſſit interim Medus eques ad Thermopylas explo
randas, & q̊ p̃ſidio locus teneretur ex proximo cognoſcendũ, Accidit forte ut Spartani, qui tũ
in ſtatione ſtabant, ſint ab eo tantum conſpecti, cæteris intra murum agentibus, qui in aperto
ſtabant, pars gymnaſticum ludum exercebant, pars ſibi capillos comebant. Hæc ille ſpeculat⁹
contẽpta paucitate, quæ oculis occurrerat, nũciat regi quæ uiderit. Mirari Xerxes hominũ au/ Thermo/
daciam, nec coniectare poterat quã ſpem tam pauci alerent. Tum Demaratus, hęc ſunt, inq̃t, pylarum præſidiũ.
rex, quæ circa Helleſpontũ de hominum uirtute prædicaui, nuncq; iterum prædico, longe gra
uius, q̃ pro numero hominũ credi poſſit, uideo his locorum anguſtijs tibi & tuis inſtare certa/
men. Nam ꝙ capillũ ſibi comũt, non ea gentis mollities eſt, ut cultum in re ſeria quærant, ſed Lacedæ.
Spartiatarũ peculiare, ut quũ animæ periculum adituri ſint, tum ſibi capillum componant. Ri capillum comunt.
dere Xerxes Demaratum, ut uanum, ac ratus fore, ut Græci inde ſua ſponte faceſſerent, qua/
tuor dies pugna abſtinuit. Cæterum quinto de haud ultra expectandũ ratus, Medos & Ciſſi
os in eos immiſit. Hi cõſerto p̃lio quũ nihil proficerent, nec Græcos gradu ſubmouerẽt, quin/
caderent ex ipſis q̃ plurimi, nec procul abeſſet quin in fugã uerterent, Perſæ præliũ iniuerunt. Biduo ad
Clara erat Gręcorum pugna, ſed Lacedæmoniorum multo clarior, qui perite inter imperitos Thermo/
inſigniter pugnabant conferti cedere, inde repente aduerſis pectoribus hoſtium agmina exci pylas di/micatum.

 pientes,

pientes, proximos proſternebāt. Fertur Xerxes quum pugnæ ſpectator adeſſet, ter è ſolio reſi
liuiſſe ſuorum periculo commotus. Die itaq; uno per irritum certamen cruentum alioqui Bar
baris ualdeq; funeſtum conſumpto, poſtridie Perſæ iterum prælium inituri adſunt, rati fore,
ut Græci, labore feſſi, uulneribuſq; graues, pugna abſtinerent. Verum ubi cōpoſitius aliquan
to, ac ferocius q̃ antea ad pugnā ſeſe expedire uiſi ſunt, appareretq; nil ibi præter ignominiā
lucrifieri, ſine maiore ullo certamine Perſæ caſtra repetunt. Obtinebant ualide locum Græci,
*Epialtes indicium.* niſi Epialtes Trachinius regem conſilij inopem docuiſſet, occultū eſſe tramitē qui per iuga mō
tium Thermopylas duceret. Quæ res omnem Græcorum ſpem, cōſiliumq; propulſandi ho
ſtis haud dubie fregit. Is ſe Perſas per montes circunducturū pollicitus, cum Hidarne & ijs q̊s
à rege Hidarnes accepit Aſopū amnem tranſgreſſus, iter tota nocte fecit, à dextra Oeteos mō
tes, læuaq; Trachiniorum terrā habens. Sub exortum ſolis in cacumen mōtis euaſit, ubi mil
le Phocenſiū erant, ad præſidiū locati. Subitus hoſtiū acceſſus (nam arborū denſitate præuide
*Thermopylarum præſidium circūuenitur.* ri non potuerunt) perculit Phocenſes, ita ut ne tentato quidē certamine præſidio ceſſerint. Iā
Perſæ ex ſummo montis uertice rapidi decurrebant, quū Magiſtias uates extis de more inſpe
ctis, indicauit mortē ijs qui ad Thermopylas erant imminere: transfugæ etiā notū fecere, Per
*Leonidæ facinus.* ſas montes circuire, iam & ſpeculatores tertio loco id ſignificabant: cæteris itaq; metu dilaben
tibus, Leonidas cum Spartanis, Theſpienſibus & Thebanis, q̊s obſidū loco retinuit, præſidio
locū obtinere perſeuerauit. Fertur dux ipſe de aliorum ſalute ſollicitus, alios hortatus, ut dum
liceret, in pacatum abirent, ſibi non licere creditam ab omni Gręcia ſtationem turpiter deſere
re, quin aut retento loco ſibi deinceps honeſte uiuendū eſſe, aut in ueſtigio cadendū pro ſalu
te patrię. Scio quibuſdā perſuaſum fuiſſe, cū certo moriendi conſilio pręſidiū retinuiſſe, ut ſuo
*Oraculum.* periculo interitum qui patrię imminebat, depelleret. Fuerat ſub initium belli ex Delphis ora
culum Lacedæmonem allatum, aut urbem ipſam aut regem proximo bello interiturum. Py
thiū carmē fuit. Vobis ampliuagę colitis qui mœnia Spartæ, Aut urbs clara dabit Perſa uicto
re ruinā, Aut ſi nō erit hoc oriund⁹ ab Hercule q dā: Flebit extinctus rex in Lacedæmōis ora.
Xerxes ſub exortū ſolis, tēpore quo Epialtes dixerat, obſeruato, in hoſtē mouit. Leonidas & q
cum eo erant in apertum egreſſi, pugnā capeſſunt. Atrox ibi certamen initū, Perſis ſeſe pręni
mio dimicandi ſtudio urgentibus, adeo ut nonnulli in ſubiectū mare præcipitati ſint. Sparta
ni lanceis primo, mox his fractis hoſtē gladijs excipiunt. Fit cædes ingens, multis utrinq; cadē
*Leonidæ interitus.* tib⁹. Tantū abfuit ut Spartani eo die ob paucitatem remiſſius dimicarint, ut longius q̃ antea
à muro uenientē hoſtē exceperint. Leonidas igitur fortiter dimicans, qua maxime prælio exar
*Thermopylæ expugnātur.* ſerat, mortē occubuit. Perierunt & ex Perſis inibi pleriq; uiri illuſtres, & in his duo Xerxis fra
tres, Abrocomes & Hiperantes, qui ſuper Leonidæ cadauer dimicātes, alius ſup aliū cōcidere,
adeo uehementi Lacedæmoniorū Perſarūq; conflictu, ut ter hoſtib⁹ in fugā uerſis, Spartani
Leonidæ corpus ſubtraxerint. Fecerūtq; deinceps tā diu ambiguū certamē, q̊ad Epialtes & alij
à tergo affuerūt. Tū intra murū recepti, tumulū, qui in ꝓximo forte fuit, occupāt. Hic Thebani
*Spartani dictum.* priuſq̃ inſtauratū ſit p̃liū, teſtati ſe Thebanos eſſe, inuitoſq; militare, tranſitiōem fecere. Cæte
ri ad ultimū dimicātes, eo quo circūuenti ſunt loco, occubuerūt, quorū deinceps Spartanus ma
xime celebratꝰ. Is quū à Trachinie quodam audiuiſſet, tantam uim ſagittarum ſpargi à Barba
ris in prælio, ut ſolis cōſpectus adimeret, nec illud, inquit, inutile erit, ſub umbra, nō in ſole, pu
*Lacedæmoniorum uirtus.* gnabimus. Trogus autor eſt Leonidam poſt aliorū digreſſum ſuos hortatum, ut ea poſtremo
uirtute pugnarent, quæ maxime Spartano eſſet digna nomine, ne fortius manſiſſe q̃ dimicaſ
ſe uiderent, nec expectandū ut ab hoſte circūuenirent, ſed in caſtra hoſtiū erumpendū, atq; ita
quando nihil facilius q̃ honeſtū perſuadeat, morti, quæ inſtabat, deuoti ad hoſtiū caſtra contē
derint. Sicq; uaſta cæde à principio noctis uſq; ad magnam partem ſequentis diei, uelut inter
inertia pecora euagatos, interq; ingentes cæſorū aceruos Leonidā, & alios pulchre mortem oc
cubuiſſe. Sed mihi propiora uero uidētur ea quæ priore ſunt loco relata, quorum eſt Herodo
tus autor. Amphictyōes Græciæ hoc carmine memoriā eorum, qui ad Thermopylas dimica
runt, inſigniendā curarunt, Terdecies centum hic certarunt milibus olim E Pelopponeſo bis
modo mille uiri. Ex omni Spartanorum numero Eurytus & Ariſtodemus feruntur, ob extre
mam lippitudinem è caſtris à Leonida remiſſi, ſed de Ariſtodemo nō unus fuit ſermo, q̃ mo

do ſit

doſit domum reuerſus. Tertius qui cladis nnncius redijt, tanto fuit apud ſuos opprobrio, ut
A ignominiarum impatiens ſibi uim intulerit. Xerxes Thermopylis potitus, Demarati conſiliũ
in Sparta ſubigẽda requiſiuit, fuiſſetq; eo uſus, niſi Achemenes Xerxis frater à ꝓpoſito auer/ Achemenis
tiſſet, identidem prædicans perfidos eſſe Græcos, & qui aut fortunato inuideant, aut meliorẽ conſilium.
oderint, nullam proinde fidem genti habendam, accedere ſe Achemenis conſilio Xerxes di/
xit, cæterũ non eſſe cur Demarato eo nomine conuicium fieri deberet, ſolere ciuem ciui inuide
re, hoſpite uero erga hoſpitem proſpera fortuna utentem nihil beneuolentius eſſe, rectiuſq;
conſulere: abſtinendum proinde ab eiuſmodi inſectatione eſſe, nec Demaratum fidum hoſ/
pitem in perfidię crimen deuocandum, Hæc ille. Verum Achemenes haud interim uana prę
dicabat, iam enim Demaratus, ut dixi, occultioribus tabulis ſuperinducta cæra, quæ in Perſi/ Demarati ta
de parabantur Ephoris ſignificauerat, Ambiguam tabularum rationem Gorgo Leonidæ ux bulæ
or magiſtratibus noua ſpecie hærentibus demonſtrauit. Et hæc quidem ſic ad Thermopylas
geſta dicuntur. Gręcorum naues quæ cc. numero unaq; & ſeptuaginta, & cum his nouem pẽ
ticonteri ad Artemiſium interim ſtabant, eratque omnium imperium penes Euribadem La/
cedæmonium. Athenienſes etſi numero nauiũ peritiaq; rei maritimæ priores ſibi partes alio/
qui uendicabant, quia tamen ſpes omnis retinendæ libertatis in concordia ſita erat (etenim in
teſtina ſeditio tanto deterior eſt bello, quanto bellum ipſum deterius eſt pace) nequa diſcordia
ob eam rem moueretur, paſſi ſunt claſſis imperium apud externum hominem manere. Me/
do igitur ad Aphetas appellente conſultatum eſt inter Gręcos de fuga, Chalcidenſes Euriba
dem obſecrant ne claſſem ſubduceret, priuſquã uxores & liberos periculo ſubtraxiſſent: Sci/
re ſe confeſtim ipſis abeuntibus, totam Eubœam barbaro prædæ conceſſuram. Id illi ab Euri
bade quũ impetrare nequiſſent, Themiſtodi Athenienſi octoginta occulte talenta pollicẽt,
ſi ibi Græcos in certũ tẽpus remorarẽt. Præerat Themiſtocles Atticę claſſi, etſi oĩa alioq erant,
ut dixi, ſub Euribade. Calcidẽſi igit̃ pecunia Euribade & Adimanto Corinthiorũ duce à The
B miſtocle corruptis, in eadẽ ſtatione eſt ꝑſeueratũ. Barbari ubi Aphetas uenere, audito quam Conſiliũ ad
ꝓximo loco eſſent hoſtiũ naues (ad octoginta ſtadia Artemiſiũ inde aberat) ut Gręcos interci interimen/
peret, cc. triremes ex omni numero delectas, extra Scyathũ circũagũt, iuxta Capharea & Ge/ dos Græcos
reſtum promontoria, ad Euripum, ne Eubœam hoſtes circunuecti ab hoſte cernerentur. His
nauibus dimiſſis, quia intercluſo euripo, omnis ſpes fugę Græcis uidebatur adempta, in ſeqn
tẽ diem ſignũ ab ijs, qui miſſi fuerant, expectabat cætera claſſis quæ ad Aphetas ſtabat, erant/
que interim recenſendis nauibus occupati claſsiũ p̃fecti, quũ Scyllis Scionæus qui inter hoſti Scillis urina
um claſſiarios erat, omnium qui ea tempeſtate fuerunt urinator optimus, ad Græcos transfu tor.
git. Ab Aphetis ad Artemiſiũ octoginta ſtadia ſub aqs nataſſe traditur, res fabulæ quã fidei
propior. Herodotꝰ, quod minꝰ à uero abhorret, nauigio eum delatũ exiſtimat. Sed fiducia ar/
bitror ſub aquis in tutum euadendi, ſi neceſſitas coegiſset. Is quæ apud hoſtes pararentur or/
dine expoſuit, quot naues circumagi iuſsę eſsent, Euripiq; anguſtias inſidere, & quã ualide cõ
cuſsa fuiſset nuper hoſtiũ claſsis, placuit, priuſquã illę quę circũmiſse fuerant, adeſsent, fortu/
nam experiri, aggrediq; claſsem ad Aphetas ſtantem, dum nihil minus q̃ hoſtem expectaret.
Barbari Gręcarum nauium paucitatem aſpernati, patefacto aditu, Gręcos temere inuectos Naualis pu
in medium accipiunt, illi puppibus repente obuerſis pugnam intrepide capeſſunt. xxx. que gna.
Xerxianas naues à fronte excipiunt. Fuit certamen hoſtibus grauius omnino, quã animo cõ
ceperant, cęterum prelio in plures horas extenſo, quum nunc hi, nunc illi ſuperiores eſsent, in
teruentu noctis pugna dirempta eſt. Denſus imber, cum magno cœli fragore, crebriſq; fulmi
nibus nocte, quæ ſecuta eſt, utranq; claſsem ſollicitam habuit. Triremes interim, quę inſulam
circuibant, eadem tempeſtate diſiectę, incuruis Eubœę petris alliſę noctu perierunt. Poſtridie Biduo
quam ad Aphetas nauale prelium fuerat commiſsum, quinquaginta Atticę naues ſuperue/ Græci æ/
nere, quibus aucti Gręcorum animi, iam & ſpeculatorię naues nunciabant. cc. illas hoſtium quo marte
quę ut Euripum inſiderent ab Aphetis ſoluerant, circa Eubœę littora proxima tempeſtate ab dimicant.
ſumptas, in Cilicum naues ex improuiſo impetum dedere, quibus corruptis priuſquam maius
preliũ cõferrerẽt, nox utrãq; claſsem ab altera diremit. Tertio deinceps die Xerxianę claſsis du/
ces iniquo animo ferẽtes, tot milia nauiũ à tam paucis uexari, non expectato, ut à Gręcis quicq̃

mouerec,ipſi ſua ſpõte in altum euecti,patefactis cornibꝰ,quũ lunata ſpecie claſſis in ꝓcinctu
ſtaret,ex aduerſo Græci in pugnã ꝓceſſerunt,magnis utrinq; animis aduerſæ naues cõflixere,
fuitq́; pugna atrox per reliquũ diei, barbaris multitudine in p̃lio ſtãtibꝰ, nã ubi primũ pugna
iniecta eſt, ĳs qui principes manũ conſeruerant cedendi facultas adempta eſt, multitudine à
tergo ingruente. Multi interim Grecorũ cadebant,ſed Barbarorũ multo plures:certamine ita
que in ſerũ diei diſtracto,neutroq́; adhuc fortuna inclinãte,diuerſi in ſuã utriq; ſtationẽ abie/
runt,fuit tamen res Perſica eo die melior,ꝙ quinq; Græcæ triremes ab Ægyptiaca claſſe circũ
uentæ cũ ſuis turmis in hoſtiũ manus uenere:Atticæ naues adhæc plus dimidio cõcuſſæ,mul
tiſq́; hominũ uulneribꝰ male affectæ,q̃ res in cauſa fuit,ut continuo cœptũ ſit agitari de claſſe
in interiora Græciæ reducenda. Superuenit his incõmodis & aliꝰ atrocior nunciꝰ, Leonidã &

Themiſto clis ars.

Spartanos ad Thermopylas cæſos, hoſtẽ uiarũ anguſtĳs potiri. Tum uero Græci nil ampliꝰ
cunctandũ rati,è ueſtigio ex Artemiſio ſoluunt,Themiſtocles in littꝰ egreſſꝰ,in his locis unde
hoſtẽ,ſi ad Artemiſiũ ueniſſet,aquaturũ certo ſciebat,hęc in lapidibꝰ ſcripſit. Viri Iones haud
iuſte facitis ꝙ aduerſꝰ patres ueſtros militatis,& Gręciã in ſeruitutẽ redigitis,ſed ꝙ p̃cipuũ fue
rit, ſtate à nobis,ſin hoc facere nõ poteſtis, ſaltẽ nũc ſitis in medio, quod & facite, & Cares ut
ipſi idem faciãt obſecrate Quod ſi horũ neutrũ licet agere,ut maiore ſitis neceſſitate obſtricti,
quã ut nobis integrũ ſit commilitium mutare, in re ſaltem gerenda dum pugnam conſerimꝰ
imbellius agite,memores uos à nobis oriundos eſſe,&inimicitiarum nobis cum barbaro à uo
bis principium extitiſſe. Videtur mihi Themiſtocles ambiguo hæc conſilio ſcripſiſſe,ut ſi lite/
ræ barbarum laterent,miſericordia flecteret Ionas,traheretq́; in partes:ſi minus, ſuſpecti fie/
rent regi,ac ꝓpterea minus illi utiles in pugna,quorũ non eſſet opera uſurus. Xerxes ubi Ther

Xerxis cõ ſilium in regenda ſuorum clade.

mopylarum eſt anguſtĳs potitus,primum omnium eos qui in pugna ceciderant ſepeliendos
curauit,qui ad XX. milia fuiſſe dicuntur. Horum mille ferme inſepultos,uti caſu occubuerant
iacere permiſit,cæteros in altiſſimam foueam ad hunc uſum occulte excauatam,demitti impe
rat,terráq́; ſtudio complanari,claſſiarĳs deinceps per præconem poteſtatem fecit loci adeun/
di,ut ſciri poſſet quem exitum habuiſſet temerarius Græcorum conatus. Leonidæ regis cada/
uer capite prius adempto cruci præ nimio odio affixit,frequenter ex Hiſtięa (nam eo claſſis ꝓ/
ceſſerat,poſtq̃ ex Artemiſio Græci ꝓfecti ſunt) ad Thermopylas itum,uiſendæ rei ſtudio. In/
terim regi nũciatur Græciã occupatã eẽ in Olympiaco Agone ſpectando. Hic quũ Xerxis fi
lius Tritantechines interrogaſſet,ecquod id præmiũ eſſet,quo Græci tam alieno tempore alle
cti,ſacris certaminibus uacarent, ubi oleaginam coronam, uictorem præmium ferre didicit,
in Mardonium conuerſus exclamauit. Proh quibus uiris Mardoni nos bellum inferre uolui/

Phocẽſiũ facinus.

ſti,qui non certamen pecuniarum agitant,ſed uirtutis. Theſſali interim ira in Phocenſes accẽ
ſi,ob uarias clades,quibus haud uno tempore fuerant ab his affecti,nam & tria milia Theſſa
lorum circa Parnaſum,ſexcenti Phocenſium gypſati nocte una confecerant, & rurſus eiuſdẽ
gentis equitatum inſidĳs exceptum male perdiderant; poſtremo cum tota Theſſalia ad bar/
baros defeciſſet,ſoli ipſi Græcię ſtudium ſecuti,ĳ partibus manſere,his irarum ſtimulis agitati
Theſſali autores Xerxi fuerunt,ut per Doridẽ,quæ media inter Phocenſes iacet & Meliẽſes,
duceret,futurum rati,ut illorum res, Barbarorum multitudine, breui obruerent. Abſtinuit
Perſa ab oĩ Dorienſiũ iniuria:enimuero occulte cũ rege ſentiebãt. Phocẽſiũ pauci capti,quip/
pe qui ante hoſtiũ acceſſum,patrim Parnaſi iuga inſederãt,partim ad Ozolas Locros ꝓfuge/

Vrbes Phocenſiũ dirutæ.

re. Eorum ager incurſatꝰ,fœdaq́; uaſtatione affectꝰ. Vrbes Theſſalis hortantibꝰ direptæ &in
cenſæ,ita ut ne ſacris quidẽ ædibꝰ ſit tẽperatũ. Drimonẽ,Charadrã,Grochũ,Tethroniũ,Am/
pluceam,Neonem,Triteas,aliaſq́; pleraſq; urbes hoſtilis flãma cõſumpſit. Phocẽſiũ quoſdã
per montana inſecuti hoſtes ceperunt,&cũ his mulieres etiã aliquot,quæ ſtupro ſupra modũ
uexatæ perierunt. Vbi ad Panopeas eſt uentũ, bipertito Barbarꝰ ducendũ ratꝰ, ipſe cum di/
midio copiarũ Athenas uerſꝰ flexit. Cæteræ copiæ ſub ducibꝰ Parnaſum dexterũ habẽtes,ad
templũ quod Delphis erat diripiẽdũ,ꝓceſſerunt,Panopeorũ oppido Dauilorumq́; & alĳs q
buſdã Phocenſiũ locis obiter incẽſis:horũ expeditio eo tendebat,ut direpto q̃d Delphis erat
tẽplo omnẽ regi pecuniã rep̃ſentarẽt. Delphĳ ad famam appropinquãtis hoſtis territi, ſacros
theſauros, ſiue oraculo moniti ſunt ne quid mutarẽt, quũ ab initio in animo habuiſſent, eos
humi

A humi condere,ſiue religione freti, cuius Barbari poſtremo admoniti futurum ſperabãt,ut ne
fario ſacrilegio abſtinerẽt,fugã molientes in aperto relinquũt.Ipſi Parnaſi uertices transgreſ/
ſi,ad Corycũ antrũ quidã,alij ad Amphiſſam Locridẽ contendere, plures cum liberis & uxo/
ribꝰ in Achaiã cõceſſerãt.LX.circiter uiri cum uate in oppido remanſere. Vbi eo Barbari per/
uenerunt,magna tũ rerum miracula ſunt eorum oculis oblata.Nunq̃ mali dæmones, quorũ
haud dubie fuit domiciliũ illud,maiorem hominum capturam ſibi oblatã uidere,q̃ quum ea
q̃euit. Lexq; ſine ulla maiore altercatione ꝑlata eſt. Cœperũtq; tũ primũ Tribuni & Ædiles ſi/
ne auſpicijs, ſine religiõe tribunitijs comitijs creari. Calpurnius Piſo tres priori numero tribu/
nos tũ additos ꝓdidit, ac q̃nq; tm̃ creatos ſcripſit, quo apparet duos à principio Tribunos crea
ri ſolitos. Quod Dionyſij opinioni repugnat. Liuiꝰ Piſoni aſtipulat̃. Volſci & Equi diſcordia — Prima comitia tribunitia.
ciuitatis freti, in Romano agro caſtra fecerãt, quẽ late populati expectabãt an ulla fieret à ple/
be ſeceſſio. Cæterũ ſublata diſcordia continuo hoſtes retro abierunt. Cõſules delectu habito
Appius in Volſcos, in Equos Quintius duxere, diſpari fortuna uſi, uterq; ſuo ingenio ſimilia
expertus. Oderat Appius exercitũ ſuũ, reſiduoq; ciuilis certaminis odio militẽ uexabat, odere
qui in exercitu erãt ducẽ, ſegniterq;, ocioſe, cõtumaciter omnia agere, nõ metus cuiquã, nõ pu/
dor obſtabat. Si agmẽ cõſul ꝓperare iuſſiſſet, tardius incedebat, ſi operis ſpectator adeſſet, rẽ
B ſponte motã remittebãt, execrabant̃ abeuntẽ, iraſcebat̃ inuictꝰ ille animꝰ, nec cũ militibus ali/
quid agebat ampliꝰ, Corruptũ à cẽturionibus exercitũ dictitãs, eoſq; cauillãs Tribunos plebis — Superbia Claudij in exercitu uexando.
& Volerones appellabat. Volſci q horũ nihil ignorabãt, uehemẽter pugnare cupiebãt, rati Ap
piũ acie cõgreſſum, nihilo utiliorẽ habiturũ militẽ q̃ in Hetruria Fabiꝰ habuiſſet. Sed multo il
le infeſtior fuit Appio q̃ Fabio olim. Haud em̃ hic ut in Veijs uicere noluit, ſed ꝙ atrociꝰ uio
lẽtiusq; fuit, ſe uinci eſt paſſus. In aciẽ ꝓductus uicto fuſoq; ſimilis, turpiter caſtra repetẽs, non
prius reſtitit q̃ hoſtiũ ſigna caſtroꝝ munitionibus inferri uidit. Dionyſiꝰ autor eſt, potuiſſe eo
die Romanũ exercitũ deleri, niſi hoſtis ueritꝰ eſſet, ne in inſidias p̃cipitaret̃: nã uerã eſſe eã fugã — Exercitus cõtumacia in Claudiũ conſulem.
credebat nemo, q̃n pene priuſq̃ manus cõſereret̃, iclinaſſet. Neceſſitas uim militi exꝓſſit hoſtẽ
à uallo repellẽdi, apparuitq; tãtũ eo die caſtra capi noluiſſe, cætera de induſtria in cõſulis odiũ
acta. Fremebat Appius, deſertoreſq; patrio more punire adortus, cõcionẽ aduocari iubet. Le
gati Tribuniq; circũfuſi orãt, ne imperiũ cuius uis in obediẽtiũ cõſenſu ſita eſſet, tã alieno tp̃e
expiri uellet. Negabat miles ſe ad cõcionem iterũ, poſtulabatq; palã, ut ex Volſco agro caſtra
mouerentur, magnã cladẽ acceptã, ſed maiorẽ oĩno inſtare niſi fuſus fugatuſq; exercitꝰ in pa
catũ abduceret̃. Appius in ſequentẽ diẽ iter ꝓnũciari iubet. Poſtridie prima luce ſigno ꝓfectio
nis edito, agmẽ caſtris egreſſum porro ire cœperat, quũ repẽte hoſtis extremos adortus trepi
dationẽ & tumultũ iniecit. Qui terror ad primos ꝑlatus ſigna & ordines turbauit, mox & fuga
orta, tũ urgẽte hoſte ꝑ corporũ armorũq; ſtragẽ milites elapſi, nõ priꝰ fugiẽdi finẽ fecere, q̃ ho/
ſtes inſequẽdi. Collectis demũ ex diſſipato curſu militibꝰ cõſul in pacato caſtra poſuit. Ibi atro
citer ĩ deſertores ĩuectus, ubi ſigna, ubi arma eſſent fremẽs req̃rebat. Nec ultionẽ deſtulit, ſigni — Claudius in milites animaduertit.
feros cẽturiões & duplarios uirgis cæſos ſecuri ꝑcuſſit. Ex cætera multitudine decimũ quẽq; pa
ri affecit ſupplicio. Contra in Equis bñficijs eſt inter ducẽ & exercitũ certatũ. Quintius natura
mitis, exẽploq; collegę adhuc mitior factus, benigno moderatoq; impio ſibi militẽ ad oĩa de
uotiſſimũ reddidit, Qua ducis exercituſq; cõcordia ꝑculſus hoſtis, agrũ uaſtari paſſus eſt. Præ — Mutuũ ducis & exercitus ſtudiũ.
da ingẽs in agris parta militiq; data, ob quæ tũ duci tum propter ducẽ patribꝰ placatior redijt
exercitus, ſibi parentẽ, alteri exercitui dñm nõ ducem à ſenatu datũ dictitãs. Turbulẽtior inde
annus ſecutus L. Valerio & Tito Æmylio cõſulibus. Publiũ ꝓ Lucio & pro Tito Tyberium

Valerius & Aemilius cõſules.

apud Dionyſium legere eſt. Lex agraria reuocauit ordines in certamen. Appiũ iudicium ciuitatẽ in diuerſa ſtudia accẽdit, Stabat Appiꝰ priuatꝰ ꝓ poſſeſſoribꝰ cõtra agrariã legẽ nõ minus tribunitios conatus infringẽs, quã ſi tũ cõſul eſſet. Quã hoĩs audaciã M. Duilliꝰ & C. Sicius Trib. plebis iniquo aĩo ferẽtes, ei diẽ dixerunt. Capita accuſatiõis fuere, ꝙ plebẽ ludibrio haberet, excitaretq; in urbe ſeditionẽ. Et ꝙ cõtra ſacras leges Tribuno manũ intuliſſet, eſſetq; ipſius culpa in Volſcis male dimicatum, Nullus unq̃ reus magis tribunos & plebẽ cõtempſit: (C)

Appij Claudij cõtumacia & mors.

adeo ut ne patrũ quidẽ hortationibꝰ ꝓpelli potuerit, ut reꝰ ueſtẽ de more mutaret, aut rogãdo ꝓhẽſaret quẽquã. Semel oĩno cãm dixit, nõ timido ut reꝰ ſed accuſatorio ſpiritu, tãtaq; cõſtantia ut nõ minus plebi formidabilis tũc eſſet, quã quũ cõſul fuit. Ipſe priuſq̃ iudicij dies adeſſet morbo deceſſit. Defuncti laudationẽ quã fruſtra impedire tribuni adorti fuerãt, multitudo tam libẽter audiuit quã uiui accuſationẽ, exeq̃aſq; freq̃uẽs celebrauit. Dionyſius autor eſt à filio adoleſcente ꝓ roſtris eũ laudatũ, Appiũq; ſibi mortẽ cõſciuiſſe credidit, q̃q̃ neceſſarij eũ morbo extinctũ dicerẽt, ut minus eſſet eiꝰ exitꝰ infamis. Poſt hæc Valerius ad Equicũ bellum ꝓfectus, Æmylius in Sabinos, nã & hi ciuili Romanorũ diſcordia freti, in Romanũ agrũ hoſtiliter irruperãt. Tenebãt ſe Sabini in oppidis, eſtq; libere eorũ ager à cõſule igni & ferro fœdatus. Traxit clades illa Sabinos in apertũ, ut ꝓ̃datoribꝰ occurſantes ꝓ̃liũ ex occaſione cõmittere ſint auſi, ancipitiq; ꝓ̃lio digreſſi, poſtridie in tutũ abierãt. Id ſatis uiſum cõſuli, atq; ꝓ uicto relinquẽs hoſtẽ, Romã deceſſit. Valeriꝰ in Equis aliquot leuiora ꝓ̃lia cũ hoſte fecit, cõpulſũq; intra uallũ quum oppugnare adortꝰ eſſet, fœda tẽpeſtas cœlo deiecta ab opere deterruit. Eſt res prodigij loco accepta, ꝙ reductis in caſtra legionibus ſerena & trãquilla dies ex obſcura & turbulenta ſubito eſt facta. Caſtra igitur uelut aliquo numine defenſa, iterũ oppugnare conſul non eſt auſus. Reliqua uis belli in agrorũ populatione fuit. Secuti deinde conſules T. Numitius & Au. Verginius.

T. Numit. Au. Verginius conſules.

Principio huiꝰ anni grauis ob legẽ Agrariã impẽdebat ſeditio, haud multo poſt in perniciẽ ciuitatis eruptura, quũ ex uillarũ fumo & agreſtium fuga hoſtes appropinquare eſt cognitũ. Erant hi Volſci, qui cõſulũ acceſſu nõ expectato, in pacatũ cõfeſtim abierũt. Nec ita multis interiectis diebꝰ Numitius Antiũ aduerſus Volſcos eſt ꝓfectꝰ, Verginiꝰ in Equos, qui nõ auſi aperte cõgredi, inſidias circa ſyluas qua cõſul ducturus uidebatur, occulte diſponunt. Nec latuit Romanos hoſtium cõſiliũ, paratuſq; & inſtructꝰ pugnæ ſubijt conſul ſyluas. Ibi Equorũ cæde edita incolumis miles in apertũ euaſit. Liuiꝰ rẽ ait in diſcrimẽ temeritate conſulis adductã, militiſq; uirtute reſtitutã. Equi qđ ſatis conſtat ea clade fracti, pro uictis iam inde prælio abſtinuerũt.

Res in Volſcis geſtæ.

In Volſcis fuſi primo cõgreſſu hoſtes, in Antium urbẽ compulſi, id oppidũ in Volſcis opulentiſſimũ Numitius oppugnare nõ eſt auſus, Ager populatione uaſtatus & Cœno oppidum ex Antiatibus captum. Sed dum hæc in Volſcis geruntur, Sabini conſulũ exercituũq; abſentiã nacti ad urbẽ uſque populabundi ꝓceſſerũt. In hos ambo cõſules omnẽ uim belli ulſciſcendi ſtudio uertũt, pauciſq; diebus multo maiorẽ Sabini quàm intuliſſent cladẽ acceperũt. Reliqua parte anni ab externis armis quies fuit. Creati in ſequentem annũ cõſules P. Quintiꝰ & Q. Seruiliꝰ.

P. Quintius Q. Seruiliꝰ conſules.

Sabini in Cruſtuminos campos ſubita populatione effuſi, uillis circa Anienẽ incẽſis ad urbẽ uſq; Romanũ agrũ incurſarunt, prędã hominũ pecuduũq; ingentẽ ex ipſis ꝓpe mœnibus egerunt. Quos Seruilius infeſto exercitu inſecutꝰ, æq̃s locis adipiſci nõ potuit, iram acceptæ cladis in agros uertit, in quibꝰ, nihil bello reliquit intactũ prædaq; multiplici capta Romã redijt. Nec minus ꝓſpere in Volſcis Quintiꝰ bellũ adminiſtrauit. Primo collatis ſignis cum hoſte cõflixit, qui Volſcis auxiliaribꝰ in ſocietatẽ belli aſſumptis multitudine abundabat, ad meridiẽ uſq; equo marte dimicatũ, conſul adductis in dextrũ cornu, ubi ſuos hoſtium multitudine degrauari ſenſit, ſubſidiarijs equitibus, ibi ad terrã deſiliens, ut cæteri idem facerent hortatur. Felici deinde mendacio alterum cornu hoſtium fuſum fugatũq; inclamat, iuuarent ipſi altera parte uictoriã, & cum his impreſſione facta confeſtim hoſtem loco ſubmouit. In quos haud dubie turbatos equite reſumptis equis immiſit. Inde celeri curſu ueræq; fugæ nuncius in alterum latꝰ deuolat, ubi ſua præſentia nuntioq; inchoatæ uictoriæ ſuos ita erexit, ut momẽto temporis hac quoq; parte perculſi hoſtes fugam fecerint.

Acie funduntur Equi.

Nec cõſul cedẽtibus nimiũ inſtandum putauit, ueritus ne ſi redintegratũ fuiſſet præliũ, ſui uulneribus & labore feſſi uincerentur. Paucis inde diebus uelut induciæ utrinq; fuerunt. Interim

hoſtis

A hoſtis ſupplementis ex utraꝗ gente accerſitis, ſuas opes ſtudio auxit, ferociorꝗ exeo factus,
tertia noctis uigilia Romana eſt caſtra oppugnare adortus. Quintius ſedato tumultu qui — Quintij ſtratagema.
ſub primum hoſtium acceſſum inciderat, cohortē iubet ante uallum inſtructā ſtare, ibiꝗ cor-
nicines tibicineſꝗ equis ſedētes per reliquū noctis canere. Id tēpus in caſtris quieti datū. Inte-
rim uero equorum hinnitus cōcentuſꝗ tubarū & lituorū tanq̃ Ro, iāiā in prælių erupturo ho
ſtē ſollicitū habuit. Vbi aūt illuxit, Quintius militē ſatiatū ſomno in p̃liū mittit, miſſus feſſum
hoſtē ſtando, peruigilioꝗ noctis affectū p̄rio impetu fudit. Collis erat q̄dā medio fere ſpatio
inter bina caſtra, huc ſe ꝑculſi hoſtes trepide receperūt. Quintiꝰ ſuorū ī petū ſiſtit, ne ſi fortuna
uictoriā uariaſſet, temere feciſſe crederet, q̄d iniquo loco paucos aduerſus plures pugnare coē
giſſet. Militibꝰ tñ reclamātibus inſtādūꝗ perculſo hoſti dictitātibus, quū & equites affirma-
rent ſe ante ſigna ituros reintegrato clamore piliſꝗ humi defixis, ut leuior eſſet aſcēſus in ad-
uerſum collē ſubeūt. Hoſtes effuſis ad primū impetū miſſilibꝰ, ſaxa pedibus obiacētia in Ro.
ſubeuntes deuoluūt, Obrutū eſt ruina quadā ſiniſtrū cornu Quintio, & iā præceps pernicio-
ſaꝗ fuga inſtabat, quum conſul temeritatē & ignauiam militi exprobrando, metum pudore
excuſſit. Reſiſtunt itaꝗ obſtinatis animis, inde auſi inferre gradū ſublato clamore cōmouent
aciem, cōnixiꝗ unà exuperāt loci iniq̄tatē. Euaſerāt ꝓpemodū primi in ſummum cliui iugū,
quum hoſtes fuga dilapſi, per ipſa collis decliuia p̄cipites abeūt. Pluriū fuga ad caſtra inclina-
uit, uictor Romanus ueſtigio hærēs cædebat fugiētiū terga, ita ut uno pene agmine fugientes
ſequēteſꝗ caſtris inciderint. Captaꝗ ſunt eo pauore caſtra, qui ex acie effugerāt Antiū ſunt
fuga delati, ad q̄ haud multo poſt ſunt Romana ſigna admota. Oppido conſul paucis diebꝰ
uolūtaria deditione eſt potitus. Ob præclare geſta, ſenatꝰ illi obuiā ꝓceſſit, triūphūꝗ detulit.
Et res Ro. in hoc erat ſtatu, in Palæſtina nil Dario rege p̄ter ea q̃ ſunt alio loco memorata, re
latu dignū accidit. Septimo Xerxis anno ſi recte Ioſephus digerit tēpora, Eſdras inter homi- — Eſdræ memoria.
nes Hebraici ſanguinis adhuc in Aſſyria agētes prudētiſſimꝰ, q̄ppe q Moſaicas leges uel ho-
B minū incuria uel iniuria tēporū ꝓpemodū deperditas, q̄a oīa memoria teneret, literarū monu-
mentis reſtituit. Ob celebrē ſapiētiæ & ſanctitatis famā regi non ignotꝰ, facile ab eo impetra-
uit, ut ex Babylone populares ſuos ſecū migrare uolētes in Palæſtinā deduceret, literarū quas
Xerxes ad illū dedit hæc fuit forma. Rex regū Xerxes, Eſdræ ſacerdoti diuinæꝗ legis interpre — Xerxis epiſtola ad Eſdram.
ti ſalutē. Ad noſtrā clemētiā attinere credidi, ut ſiqui Iudæorū q adhuc in Aſſyria agūt Hiero
ſolyma inuiſere uelint, his uiſendi poteſtatem facerem, ſic mihi ſeptēꝗ meis cōciliarijs uiſum,
ut ire uolētes ritu gētis & ex lege dona Iſraelitarū deo ferant, quæ ego & amici uouimus, q̄cq̄d
præterea auri & argēti in terra Aſſyria deo dicatū inueniri poteſt, id oē Hieroſolymā ad ſacro
rum miniſteria deportēt, ac quicquid ipſe ex utraꝗ materia cōflare uolueris, id tibi tuiſꝗ fra-
tribus liceat. Sacra uaſa q̃ tibi tradita ſunt, illic ſtatuas, ac ſi q̄d in mentē uenerit, q̄d fieri opor-
tere credas, ī id pecuniā ex regijs theſauris tibi dari iuſſimus, ſcripſiꝗ cuſtodibꝰ pecuniarū Sy-
riæ & Phœniciæ, ut diligētiā adhibeāt ad oīa Eſdrę ſacerdotis diuinarūꝗ legū interp̄tis deſi-
deria. Nequa inſu ꝑ me nepoteſꝗ meos cœleſtis ultio ſequat̃, Cētū tritici modios deo ex lege
dari p̄cipio. Nec à ſacerdotibus, Leuitis, cātoribꝰ, miniſtris, ianitoribus, ſcribis ſacri tēpli, tribu-
tum exigi uolo. Tuꝗ Eſdras da operā, ut diuinæ leges ꝑ eos, quos tu ad hoc ipſum cōſtitue-
ris, tota Syria & Phœnicia uulgent̃ diſcēdæꝗ ignaris tradant̃, ut ſi q̄s tuæ gētis ſui dei legem
fuerit trāſgreſſus, rite puniat̃, tuoꝗ cognoſcētis arbitrio, aut morte aut pecunia plectat̃. Vale.
Hæc tū Xerxes. Eſdras regis epiſtola īter ſuos uulgata multos Hebraici gn̄is ad Hieroſolymā
uiſendā pellexit. Secuti ſūt eū ſacerdotes & leuitę plurimi, ipſe cū magna manu Euphrate trāſ
miſſo ī Palæſtinā uenit, tēploꝗ ītulit uaſa argētea talētorum centū, Aurea talētorū uiginti, — Tēpli ſupellex.
Ærea duodecim. Et hæc cū regis tū Hebræorū Babylonē incolētiū donaria fuere: poſt Eſdræ
reditū delata ſunt ſacerdotū quorundā & leuitarū nomina, q ex uxoribus alienigenis contra
legis p̄ſcriptū liberos ꝓcreaſſent. Vulgo igit̃ ad expiandū ſcelus ſecuta ſunt diuortia. Cautūꝗ
ne deinceps q̄ſpiā tali ſe flagitio obſtrigeret. Nec Eſdras diu ſupſtes fuit. Quo Neemias nihilo — Neemias.
pietate in ſuos fuit inferior. Is quū Xerxis pincerna eſſet, miſerando ſuorum ſtatu commo-
tus, qui ludibrio finitimis eſſe dicerent̃, q̄m urbē mœnibus nudā incolerent, eſſentꝗ ob eā rē
oīm iniurijs obnoxij, eximia pietate à rege cōtēdit, facileꝗ impetrauit, ut nō modo liceret ſibi

urbē Hieroſolymā muris cingere,ſed pecuniā etiā ex regijs theſauris quātā ad id opus ſatis eſſet,accipe. Cū his à rege dimiſſus Babilonē uenit,inde nō parua ſuorū populariū manu ſtipatus,Hieroſolimā petijt,populoq́ʒ ad cōcionē uocato,docuit prīo q̃ à Xerxe Perſarū rege impetraſſet. Multitudinē inde ad murorū ædificationē hortatꝰ,ubi cōmune ſtudiū eſſe uidit,dimēſo murorū ſpatio,equis portionibꝰ cōficiendū opus,uicatim populo regionatimq́ʒ diuiſit. Aſfuitq́ʒ icœpto operi cōfeſtim finitimorū liuor. Sed quū metu regis deſtinato operi ire obuiam neq̄rēt,occulte in cœmētarios opifices cæterāq́ʒ multitudinē opibꝰ intentā,latrocinātiū more graſſari. Obtrūcare improuiſo acceſſu alios,alios uulnerare,rape inſtrumēta,cætera diſturbare,tātuſq́ʒ ex ea re metꝰ cæterorū aīos icēſſerat,ut haud ꝓcul abeſſet,quin opus deſperatiōe intermitteret. Percrebuerat adhęc rumor ſubornatos à finitimis eē,q Neemiā ex occaſiōe obtrūcarēt. Quibꝰ ille inſidijs inſtictꝰ latꝰ cuſtodibꝰ muniuit,autorq́ʒ fuit ſuis ut ferro accīcti muros molirent̄. Diſpoſuit p̄terea circa urbē ad q̄ngētos paſſus,ſpeculas unde latronū acceſſus claſſico ſignificaret. Et ille ꝑ hos labores xij. annorū ſpatio urbē ualido muro cinctā reddidit. Indiditq́ʒ o͞pis cōſūmatio in annum,ut Ioſephꝰ ait xxviii. Xerxiani regni. Sed duo faciūt ut Ioſepho qui horū eſt autor non temere accedam,& ꝙ Xerxes xx. nō ampliꝰ regnauit ānos,ut Euſebiꝰ colligit,& hæc q̃ ille de Eſdra & Neemia prodidit,Euſeb. idē autor in Artaxerxis qui Perſarū regnū poſt Xerxē tenuit reponēda credidit. Sed ſiue hoc ſiue illo rege hæc acta ſunt, nā autores quos ſeq̄mur in diuerſum trahūt,Neemias poſt murorū ædificationē enixe dedit operā,ut multitudine quæ in agris uicatim agebat,in urbē traducta, frequētius Hieroſolymā colerent̄. Et hæc tū in Palæſtina,in Græcia uero poſteaq́ʒ mari terraq́ʒ feliciter eſt à Græcis in Medos bellatū,ceſſatūq́ʒ ab armis,Athenīēſes p̄mijs belli rerūq́ʒ geſtarū gloria aucti, urbem à Medis dirutā inſtaurare aggreſſi ſunt. Qui murorū circuitū multo ampliorē eo q antea fuerat cōplexi,ſuſpecti eſſe cœperūt Lacedæmonijs,ſuccurrebat illud animis, quo ꝓceſſura eſſet munita ciuitas,& cui tale incremētū excidiū & ruina dediſſet. Venerūt itaq́ʒ eo Lacedæmoniorum legati publico noīe nūciantes,nihil operęprecīū fieri,ꝙ Athenīēſes munimēta hoſtibus receptaculūq́ʒ futuri rurſus belli extruerēt. Sēſit Themiſtocles,ſenſerūt alij ſpei urbis inuideri, reſpōſum eſt ituros ex Athenis Lacedęmonē q cū ipſis de re cōſultarēt. Sicq́ʒ Spartanis dimiſſis hortat̄ ſuos Themiſtocles,ut maturarent opus perficere. Ipſe deinde aliquot interiectis diebus in legationē proficiſcitur,inter eūdūq́ʒ nūc ualitudine ſimulata,nūc collegarū cunctationē excuſans ſpatiū ꝑficiēdo operi quærebat. Nūciatur interim Spartiatis opus ab Athenienſibꝰ ſtudio maturari. Mittūturq́ʒ ob eam rem iterū legati an uera eſſent,quæ dicerentur coram inſpecturi,Themiſtocles magiſtratibus ſcribit,ut legatos ſecundo loco miſſos uincirent,& uelut pignus neq̄d in ſe grauius ſtatueretur in cuſtodia haberent,pro conciōe deinde aperuit quod actū eſſet,Athenas docet ualide munitas eſſe,poſſe iam Athenīēſes nō ſolū armis,ſed mœnibus etiā illatū bellū ſuſtinere. Caſtigat deinceps ipſorū ambitionē q ſociorū imbecillitate potētiā ſibi quærerēt. Hæc ille audacius effatus,nec enim iniuriā ab his uereri, quorū ſciebat legatos iādudū in ſuorū poteſtate eſſe. Mox incolumis dimiſſus uelut Lacedæmone triumphata, multo honore à ſuis eſt ciuibꝰ acceptꝰ. Sed quū ꝑ hæc Themiſtocles maior eſſet factus, q̃ libera ciuitas diutius latura eſſet,Oſtraciſmo eſt Athenis eiectꝰ. Moris fuit Athenīēſibus eorū aliquē,q opibꝰ & potētia ſuꝑbirēt,eſſentq́ʒ ob aliquod inſigne animi uitiū ciuibꝰ graues,multitudinis ſuffragio in x. annos ꝓcul Athenis ablegare. Tulit eā ignominiā parum ciuiliter Themiſtocles,q quū Argis eſſet cōſilia agitare cœpit de Græcia Barbaris ꝓdenda. Inde recens occaſio hoibus aduerſæ factionis data ipſius ad populū criminandi,facile obtinuerunt,ut publice Argos irent qui eū caperent,ad ſuppliciūq́ʒ Athenas deportarent. Præſenſit ſe ad pœnam req̄ri Themiſtocles,aufugitq́ʒ primo in Corcyrā,mox inde ad Admetū Moloſſorum regem, poſtremo in Aſiā naui delatus ad Xerxem ſe cōtulit,ut Ephorus Diuō & Clitarchus ſcripſere,ut Thucydides & Charon Lampſacenus ad Artaxerxē eius filiū. Cū rege igitur cōgreſſus iuſſuſq́ʒ de rebꝰ Græciæ diſſerere reſpōdiſſe fertur,periſtromatis eſſe hoīm ſermones perq́ʒ ſimiles,quæ quū collecta ſint & conuoluta,nullā rerū ꝑfectā exprimāt formā:quū uero extenſa & explicita omnia fiant conſpicua. Rex eiuſmodi adagio delectatus,ab eo quæſiuit quantum temporis ſpatium ſibi poſceret ad rem ipſam ſermone demōſtrandā,annum ſibi dari petijt, id

Hieroſolymæ inſtaurantur.

XII. annorum opus.

Athenæ inſtaurantur.

Ars Themiſtoclis in fallendis Lacedæmo.

Exiliū Themiſtoclis. Oſtraciſmꝰ.

Themiſtoclis uerba de ſermonis natura.

A Id ille tẽpus credidit, ut quidã arbitrãtur ſatis ſibi ad Perſicũ ſermonẽ cõdiſcendũ. Tũ Xerxes ſiue eius fili⁹ ille fuit, in panẽ, uinũ & obſoniũ tris dono urbes ei detulit, Magneſiam, Lampſacum & Myuntẽ. Neanthes & Phanias duas alias adijciunt Percorum & Palæſcepſim ad ueſtitum & ſupellectilẽ. Huiuſmodi regis liberalitate, quũ iam opib⁹ & gratia Themiſtocles floreret, eſſetq́ʒ laute ſtructa ſibi & ſuis cœna, accubarẽtq́ʒ cum eo uxor & liberi, ad eos cõuerſus perieramus inqt filij niſi periſſem⁹. Vexabat interim Atheniẽſiũ claſſis Ciliciæ orã & Cyprõ Cimonis ductu, lateq́ʒ patebat toto mari ipſius urbis imperiũ, & iam Ægyptus Atticis opib⁹ freta ad defectionẽ ſpectabat. Rex his hoſtiũ ſucceſſib⁹ mot⁹, ad Themiſtoclẽ mittit, qui ſuo nõie eũ moneret, ut qñ ingẽtis copias in Græcos armaſſet, ſeſe p̃ſentem ad expeditionẽ accingeret, p̃miſſaq́ʒ de bello Græciæ inferẽdo exolueret. Eo nũcio accepto dubiũ charitate patriæ ne ſuo ductu Græcia uiolarẽt, an q̃a promiſſa præſtare nõ poſſet, taurino ſanguine Magneſiæ epoto anno quinto & ſexageſimo perijt. Nec Pauſaniæ exit⁹ multo felicior fuit. Quẽ Græcia Medico defuncta bello ducem ad Perſicas opes mari infeſtãdas delegit. Is pro ducatu regnum affectãs, proditionis præmiũ cũ hoſte regiæ puellæ nuptias paſciſcitur. Cui ut aliquo modo ab initio gratificatus uiderẽt, captiuorũ uim ingẽtẽ gratis reſtituit. Scripſit p̃terea ad ipſum Xerxẽ ut quoſcũq́ʒ deinceps in Perſidẽ miſiſſet eos interficeret, ne cuiuſquã indicio amborum ſecreta p̃derentur. Præerat tunc Athenienſium claſſi Ariſtides belli ſocius, is Pauſaniæ conatibus obuiam eundo maturiuſq́ʒ conſulendo, nefaria eius p̃ditionis cõſilia diſcuſſit. Inuiſa erat ad id uulgo Pauſaniæ ſup̃bia, ſimul & auaritia, quæ ſummi alioqui ducis uitia uehementer Græcorũ ſtudia à Lacedæmonijs alienarunt. Iracunde, aſpere, & contumelioſe rogare reſponderéq́ʒ. Contra æquitatẽ in Ariſtide, & in Cimone facilitatẽ ſocij cõplexi, mirifice Athenienſibus fauebant. Demũ eo proceſſere ſtudia, ut Chij, Samij, Lesbij, cum Ariſtide egerint, ut ſociorum cauſam ſuſciperet. Secuti deinceps alij quorũ cõſenſu imperium eſt ad Athenienſes delatũ. Pauſanias ut Trogus ſcribit, à ſuis capitali eſt ſupplicio damnatus.

*Tres urbes Themiſtocli datæ.*

*Themiſtoclis exitus. Pauſaniæ p̃ditio.*

*Ariſtidis æquitas. Cimonis facilitas.*

B Mira uideri poſſunt quæ de Ariſtidis æquitate memoriæ ſunt p̃dita. Laudare ſolitus dicitur eum rei pub. ſtatum, in qua primus optimatium eſſet locus. Fuerunt in eo conſtantia, modeſtia, & æquitas, quæ uirtutes Themiſtoclis uitijs haud mediocriter repugnabãt. Erat ille callidus, leuis, & temerarius, qua animorum diſſimilitudine, grauiſſimæ inter eos contentiones in republica extiterũt, Sitq́ʒ Ariſtides ipſe q̃nq́ʒ teſtatus, Athenienſiũ ciuitatẽ nũquã q̃eturã, niſi ſe & Themiſtocle ſublatis. Videt̃ mihi uir ille uirtutẽ (quod unũ homo poteſt) in deo ſtudioſe imitat⁹. Nam quũ maieſtas illa æterna immortalitate, poteſtate, & uirtute, omnib⁹ longe præſtet, pars una nobis in eo imitabilis relicta eſt. Virtutis itaq́ʒ ſtudio tantum profecit, ut iuſtus ſit uulgo cognominatus, ob eã cauſam ab Atheniẽſibus in exiliũ actus, quia non poſſet æquis auribus ambitioſa ciuitas audire eũ ubiq́ʒ iuſtũ prædicari. Ferunt publice dixiſſe, poſſe ſe honeſtius ueriuſq́ʒ ſua inopia gloriari, q̃ immẽſis opibus quas poſſideret, Calliã Atheniẽſiũ ditiſſimũ. Cõplures inueniri, qui fortunas ſuas in turpes uſus collocarẽt, q pauptatẽ generoſe ferrẽt, perq́ʒ paucos eſſe, nec pauptatẽ cuiquã niſi inuitis eſſe indecorã. Perijt itaq́ʒ tã pauper, ut domeſtico ſumptu funerari nequerit. Ei⁹ filiæ paternæ uirtutis cauſa publico ære ſunt matrimonio locatæ. Cimon, q cũ Ariſtide Atticæ claſſi p̃fuit, Milciadis cuius nomẽ Marathonia eſt pugna illuſtratũ, fuit fili⁹, à pueris ſtultus & inſolẽs, cæterũ p̃cedẽte tp̃e, cũ pr̃ in uinculis expiraſſet, ut corpus ſepulturæ redderẽt, ſe defuncti loco uinciri eſt paſſus. Acceſſit huic pietati facilitas uitæ, & liberalitas tãta, ut agros & pomaria amicis cõmunia peregriniſq́ʒ fecerit, mãdaueritq́ʒ aſſectatorib⁹ ſuis ſumptuoſius cultis, ut q̃ſquis ciuiũ grandis natu ac ueſtis indig⁹ ſibi obui⁹ fuiſſet, ad cõmutãdã ueſtẽ comiter iuitarẽt. Vnde ea liberalitatis eſt ei fama cõciliata, ut Critias, q unus poſtea ex triginta tyrannis fuit, ſcopadum diuitias ſit ſibi optare ſolitus, uictorias Ageſilai, & Cimonis liberalitatẽ. Atque ille, quum talis eſſet moribus, imperio ſociorum conſenſu circa Byzantium recepto, in Perſas qui Eronẽ circa Strymonẽ flu. tenebãt, primo nauigauit. Infeſtabant Barbari uicinas Græcorũ colonias, claſſe in Thraciam appulſa, hoſtem in prælio uictũ in urbẽ compulit, circuniectã inde regionẽ adeo populationib⁹ uaſtauit, ut Butes p̃ſidij præfectus fame inopiaq́ʒ rerum omniũ adactus urbem incẽderit, opibuſq́ʒ rogo impoſitis, ſeſe cũ amicorũ pleriſq́ʒ ſuperiniecerit. Eronem Atheniẽſes nouos colonos miſere. Scyrũ de-

*Ariſtidis æquitas.*

*Vitia Themiſtoclis.*

*Ariſtidis uirtutes & exilium.*

*Cimon.*

*Cimonis munificentia.*

inde

Theſei oſſa.

inde inſulã Dolopibus loco eiectis Cimõ ſubegit, unde Theſei oſſa ſepulchro multa cura in/
quiſito triremi una Athenas deportauit, in cuius rei memoriã tũ primũ conſtitutũ eſt Poeticũ
certamẽ, in quo Æſchylus à Sophocle uictus ex Athenis in Siciliã nauigauit, uoluntarij exilij
cauſa, ibiq; uita defunctus apud Gelã ſitꝰ eſt. Cimon ex Atticis turmis triremes suppleuit, eo/
que breui cõtigit, ut aſſidua rei maritimę exercitatione, cæteris domeſtico ocio deditis, ſoli A/

Quibus rebus creuerint

thenienſes Græcorũ fortiſſimi maximeq; opulẽti euaſerint, ita ut nõ admirationi ſolum, ſed
terrori etiã finitimis eſſent. Acciditq; ut pleriq; eorũ q̃ ſocij fuerant Athenienſiũ uectigales ſint
facti. Ipſe opes regis terra mariq; proximo bello fractas opportune adortꝰ, omnẽ Aſiã ab Io/
nia uſq; ad Pãphyliã Perſicis pſidijs liberauit. Nec ita multo poſt Gnidum ubi Cimon claſ/
ſem habebat, affertur, magno regis exercitu ingẽtiq; claſſe Pamphyliã obſideri. Qđ ubi ille cõ/
pertum habuit, cupiẽs maritimæ aditũ oræ, quæ intra Chelidõias iacet, hoſtibus pcludere, cũ

Phaſelitæ.

ducentis triremibus ad celeritatẽ & curſum affabre cõſtructis, in Phaſelitas primo nauigauit,
horum agri etſi Græci erãt, uerũ, q̃a ad defectionẽ perpelli nequerãt, prio uaſtati ſunt, deinde
ſigna ſunt ad urbẽ admota. Chij qui cũ Athenienſibꝰ militabãt, ueterẽ cũ Phaſelitis amicitiã
ſecuti, Cimonẽ leniẽdo, literaſq; ſagittis alligatas ad hoſtes iaciẽdo, ea uictos cõditione in par
tes traxere, ut x. talẽta Cimoni darẽt, & in barbaros cõmilitiũ facerent. Pergit inde Cimon in
hoſtes ire, cũ quo Titrauſtes regiæ claſſis præfectus, ut Ephorus prodidit, prælio congredi nõ

Eurimedon fluuius.

auſus, ad Eurimedontem fluuium ſeceſſit, pugnã dilaturus in Cypriæ, Phœniciæq; claſſis ad
uentum, quas in horã expectabat. Nec hoſtium cõſiliũ latuit Atticum ducem, qui ut auxilia/
res naues cætera claſſe excluderet, ad Eurimedontis oſtiũ cõtẽdit. Hic barbarus ne inuitus ma
num cõſerere cogeret, intra flumen naues adigit, quibꝰ cedẽtibus quũ Atticæ naues pertina/
cius inſtarẽt, indignitate rei cõmotus Titrauſtes, cõfeſtim ex fuga pugnam capeſcit. Phanode
mus ſexcẽtas naues Perſis affuiſſe prodidit: ccc. Ephorus & quinquaginta. Cæterum nil tã/
tis opibus dignum eſt eo prælio geſtum, pugna uix bene conſerta, Barbarꝰ pro uicto claſſem
proximis ripis impegit, ac qua cuiq; proximum fuit in amica caſtra, quæ haud procul aberãt
à flumine, turpi ſe fuga proripuit. Præerat terreſtribus copijs Ferẽdates, ut Ephorꝰ prodidit, ut
Calliſthenes Ariomandes Gobriæ filius. Ducẽtæ naues cum ingenti hominũ multitudine à

Cimonis naualis uictoria.

Cimone captæ, præter alias multas quæ partim ſuppreſſæ ſunt, partim dextra læuaq; ripa al/
liſæ. Qui in caſtris erant ſuorũ rebus iam perditis ad naues deſcendũt. Cimon aciẽ in procin
ctu ſtantẽ intuitus, aliquãdiu deliberabũdus ſtetit, an terreſtri pugnæ claſſiarios nauali prælio
feſſos crederet. Ad quod facinus cũ ſua ipſiꝰ audacia, tũ militũ alacritate impulſus, ſtatim dat
ſignum ad erũpendum, hic celerius q̃ credi poſſit ordinibus explicitis, clamorẽ Græci tollunt,
ſimulq; in hoſtẽ decurrunt. Nec barbari pugnã detrectauere. Fit atrox prælium, multi Græ/

Terreſtris eiuſdem ſucceſſus.

corum atq; ijdem fortiſſimi primo congreſſu perierunt. Cæterũ uirtute & audacia hoſtem ad
extremum fundunt, fuſumq; caſtris multæ opulentiæ refertis exuunt. Duplex his locis erectũ
eſt à Cimone trophæũ, Salaminio & Plateenſi neutrũ inferius. Cõuerſus inde dux ad octo/
ginta Phœnicum naues opprimendas, quæ barbaro affuturę dicebant, ad Hydropem quo
eas appuliſſe cognouerat, priuſquã res perſicas accifas cognoſcerent, celeri curſu ire pergit, his

Recẽs Cimonis uictoria

ex Hydrope altum tenentibꝰ, atq; ignaris eorum, quæ ad Eurimedontẽ facta fuerunt, uictrix
claſſis ex improuiſo obuiã facta tantũ terrorẽ iniecit, ut momẽto temporis hoſtis cum multa
cæde in Græcoꝝ poteſtatẽ uenerit. Multiplex hæc clades tantũ Perſarũ regno terrorem incuſ/
ſit, ut rex in uulgatiſſimas pacis conditiones deſcenderit, quibus diſerte expreſſum eſt, ut ad
equi curſum intra Cyaneas & Chelidoneas fines Medus ſe Graio mari abſtineret, ne lon/
ga naui roſtratáue nauigaret. Graium mare idcirco (ut arbitror) eſt in fœdere poſitum, quia à
Thracio Boſphoro cui proximi ſunt Cyanei ſcopuli, in Pamphyliã, totã maris orã plurimũ
Græcanicæ accolebant gẽtes, Æoles, Iones, Dores. Quod uero ad equi curſum attinet, parũ,
ut ingenue dicã, mihi cõſtat, quãtum nos ſpatij per eũ curſum accipere oporteat, niſi ad ſtadij
menſurã totũ hoc aliquis referat. Calliſthenes nõ illa pacis fœdera ait fuiſſe, ſed regem tot cla
dibus, perculſum haud auſum eſſe amplius latius uagari. Cratherus in conditiõibus pacis ea
diſerte credidit expreſſa. Satis cõſtat pacis aram ob id ipſum Athenis poſtea dedicatam. Ci/
mon in Atticã reuerſus partẽ urbici muri quãdã proprio ſumptu extruxit. Academiã q̃ ad id

tẽpus

A tēpus fuerat aquarū indiga, fontibꝰ irriguā reddidit. Interea Perſæ q̃ Cherſonneſum adhuc
tenebāt. Thracū auxilio freti terra decedere noluerūt, Cimō cū paucis triremibus huc miſſus
haud multo poſtquam in ꝓuinciam uenit, cū hoſte maritimo p̄lio cōgreſſus, quatuor Atticis
fretus, tredecim eorum naues cepit, barbariſqꝫ tota Cherſōneſo pulſis, oēm eā terrā cū Criſ-
ſea & Thaſia ora Atheniēſibus ſubiecit. Inde tot rebꝰ terra mariqꝫ geſtis, Athenas reuerſus
inuidiā feliciū rerū alumnā uitare nō potuit. Periclis diuerſum in repu. ſtudiū primo offendit,
mox & uetus ſororis inceſtum probro eſſe cœpit. Sic enim ꝯparatū eſt, ut hoim uitia cum i-
pſa laude illuſtrent. Cū ſorore Elpinica adolſcēs ille ſtuprū feciſſe credebat̄. Qđ tū demū fuit
in ore oīm. Habebat̄ ad hæc Lacedæmoniorū ſtudioſus, ꝙ illud uſurpare eēt ſolitꝰ, At Spar
tani nō tales. Poſtremo exilij quo dānatꝰ eſt, cauſa īde illi orta eſt, ꝙ quū motꝰ terræ igēs Sp-
tæ accidiſſet, quē Anaximāder Mileſius futurū Lacedæmōijs p̄dixerat, cōuulſiſqꝫ Taygeti mō
tis lateribꝰ atqꝫ in ſubiectā urbē effuſis, quinqꝫ dūtaxat domibꝰ exceptis, cætera ædificia publi
ca & priuata ſubita fuiſſent ruina depreſſa, magnꝰ rapiēdaꝝ rerū ſtudio ex ꝓpinqs urbibꝰ eo
factus eſt mortaliū cōcurſus, fore arbitrātiū, ut in tāta aioꝝ cōſternatione impune omnia ra-
pere liceret. Cimon Atheniēſibꝰ autor extitit p̄ſidij Lacedæmonē mittēdi cōtra finitimorū ra
pinas, ipſeqꝫ p̄ſidij dux eſt in Laconiā miſſus. Procedēte deinde tēpore, quū Atheniēſes ſup-
petias eiſdem aduerſus Meſſenios tuliſſent, ſoli oīm ſocioꝝ tanqꝫ nouarū rerū cupidi, à Spar
tanis militia abdicati ſunt, qua illi ignominia inſtructi, omnē irā ſuā in Cimonē Lacedæmo-
niorū amicū flexere, Oſtraciſmoqꝫ damnatū in x. annos de more relegarūt. Meſſenij quādo
in eorū mētionē incidimꝰ, longo bello domiti, de quo alio eſt à me loco memoratū, octoginta
circiter annos ſub Lacedæmonijs fuere. Sub q̄bus oīa mala paſſi q̃ captæ ciuitates ꝑpeti ſolēt
deſperatione melioris fortunæ à Lacedæmonijs defecerant. Hi oraculo moniti, ut ex Atheniē
ſibus ad id bellum ducē ſibi quærerēt, Tyrtæus poeta claudus ipſis per legatos id petentibus
eſt in contemptū datus. Lacedæmonij huiꝰ ductu triplici p̄lio à Meſſenijs fuſi, in eā deſpera
B tionem uenere, ut in ſupplemētū copiarū ſeruos militiæ aſcripſerint, interfectorū matrimonia
uictoribus polliciti, ut quū ſe non ſolum ciuiū numero, ſed dignitati etiam ſucceſſuros ſcirēt,
fortius bellicam ciuitati operā nauarent. Iam eo ſedēdo proceſſerat deſperatio, ut de exercitu
Lacedæmonē reducendo, reges ipſi inter ſe cōſilia agitarent, ne ſi ſuper cæteras clades recētior
aliqua accidiſſet, rem Spartanā pertinacius bellādo perditū irent. Soluiſſent illi obſidionem,
ni Tyrtæus interueniſſet, qui cōpoſita à ſe carmina pro cōcione recitaſſet. Quibꝰ ille hortamē
ta uirtutis, Dānorū ſolatia, Belli cōſilia cōplexus, cantū militibꝰ ardorē iniecit, ut nō tam de ſa
lute quā de ſepultura ſolliciti, teſſerulis brachio alligatis, quibus ſua parentumqꝫ noia conti-
nerent, ut ſi tum quoqꝫ infeliciter fuiſſet dimicatū, omneſqꝫ extremꝰ belli caſus abſumpſiſſet,
confuſis alioqui facierū liniamentis ea inter ſe ratione diſcreti iacerent. Reges ipſi ubi anima-
tū uidere exercitū in pugnā procedūt. Nec Meſſenij preliū detrectant, tātaqꝫ animorū ferocia
eſt utrinqꝫ cōcurſum, ut raro unquā crudelius fuerit prælium, fuit tamē apud Lacedæmonios
uictoria. Sed hæc aliquāto antea geſta fuerāt, mox tēporis interuallo, Meſſenij tertio in Athe
niēſes bellū reparauere, ad quod trāſigēdum Lacedæmonij inter cæteros auxiliares ex Attica
quoqꝫ copias accerſiuere. Atheniēſes qui in caſtris uelut parū fidi ſocij dimiſſi fuerāt, eā in Ci-
mone iniuriā Oſtraciſmo, ut dixi, ulti ſunt. Aberat is exilij cauſa quū Lacedæmonij Delphos
à Phocēſibus liberaturi in Tanagra metati ſunt, quibꝰ Atheniēſes dimicationi inſtructi oc-
currunt, uenit eo Cimon Atticas opes adiuturus, tū ibi ab hoibus diuerſæ factionis in ſuſpi-
tionem proditiōis adductus, iuſſuſqꝫ caſtris abire, arma quibus in pugna uti conſueuerat
ſuis tribulibꝰ reliquit, eoſqꝫ ut fortiter pro patria dimicarēt, diſcedēs hortatꝰ eſt. Eius ſermo
tāti fuit, ut quū cētū ex una tribu eſſent, nemo ex acie uiuus diſceſſerit. Victi ibi Athenienſes,
quū ſub uernū tēpus Lacedæmoniorū exercitꝰ in Atticā uenturꝰ diceret̄, Cimonē ab exilio re
uocarūt. Fama eiꝰ reditꝰ oēs belli minas diſcuſſit, ueritꝰ inde ne iuuentus Attica bellis aſſueta
domeſtico ocio laſciuiēs, bellū aliquod ciuile cōcitaret. cc. inſtruxit naues aduerſus Phœnices
& Cyprios qui in fide regis adhuc erāt, prodigiū illi paulo prius quā è portu ſolueret, tale eſt
oblatū, per quietē imaginatꝰ eſt ſe canē cernere ſibi allatrātē, quæ cōfuſa id carmen uoce ede-
ret, I mihi teqꝫ meis catulis facturus amicū: alterum, quū Libero ſacrificaret, ſacerdos uictimæ
exta

Inuidia felicium rerum alumna.

Terræmotꝰ Lacedæmonem diruit.

Cimōis exilium.

Tyrtæꝰ poeta.

Tyrtæi poetæ carmen. Audi quid Tyrtæi carmē profecerit.

Cimonis modeſtia.

Cimon ab exilio reuocatur.

Prodigia.

exta ſine capite illi oſtēdit, formicarū cōcurſus eſt ad ſanguinē uictimæ cōcretū repēte factus,
ad pedes ducis tabū cogerētiū, & ſi haud ābigue cōſtabat utrūqꝫ ad uitæ diſcrimē ꝑtinere, ueri
tus ne recēs ciuiū odiū icurreret, ꝙ in tāto rei bellicæ apparatu, erectā expectatione ciuitatē de/
ſtitueret, in altū ſoluit, primū itaqꝫ oīm LX, nauibꝰ in Ægyptū trāmiſſis, ipſe curſum in hoſtes
intēdit, qbꝰ obuiꝰ factus regiā claſſem in qua Phœniſſæ & Ciliciæ naues erāt ualidæ ꝓfliga/
uit. Inde maritimas urbes uictor adortꝰ, haud magno negocio ſubegit. Victoriæ deinceps cur/
ſum ſecutꝰ in Ægyptū uertit oēm belli molē. Nihil humile āplius inuictꝰ ille agitabat animꝰ,
ſed i ſpes ampliſſimas ſeſe attollēs, ſemifracto Perſarū imꝑio moliebat̄ exitiū. Subibāt adhæc
acriores ſtimuli ducis animū, ꝙ Fama erat Themiſtoclē tantū apd' regē gr̄a & autoritate flo/
rere, ut bellū ꝙ tū ille in Græcos ſūma ope reparabat, Themiſtocli ut imꝑatori optimo admi
niſtrādū deſtinaſſe diceret̄. Quidā ꝑſuaſum habuere, eam Themiſtocli fuiſſe cauſam mortis
Recens Cy/monis ſuc/ceſſus. ſibi cōſciſcēdæ, ꝙ inſuꝑabilē Cimōis uirtutē crediderit, nec ob eā rē ꝓſtiturū ſe regi, quæ ab in/
itio recepiſſet, cæterū ſiue ſub id tp̄s quo ad Eurimedontē Cimon maritimo terreſtriqꝫ prelio
Perſas uicit, iuſſus eſt Themiſtocles ſe bello accingere, ſiue quū hæc circa Phœniciam & Cy/
prū geſta ſunt, ſatis cōſtat, taurini ꝙ diximus ſanguinis hauſtu ultro uitam finiuiſſe. Cimon
poſt tot res feliciter geſtas claſſe in Cyprū delatus ad Hāmonis Iouis oraculū miſit neſcio qd
ſciſcitatū. Sed q miſſi eo fuerāt ab ipſo tēpli aditu repulſi, retro abire iuſſi ſunt, moniti nō eſſe
cur de Cimōe q apud ſe ageret ſolliciti eſſent āplius: in Cyprū igit̄ reuerſi ubi eū extīctū audi
Oraculum. uere, diē obitꝰ cū oraculi ꝑdictiōe cōferētes, haud dubie ſenſerunt cū tū uita defunctū, quū id
rn̄ſum ab Hāmone accepiſſent. Perijt Cimō quū Cyprū obſideret mortis cauſa haud una tra
dit̄, morbo eū abſumptū qdā ꝓdiderūt, alij uulneris dolore ꝙ circa oppidū accepat aiūt extin/
ctū: eius interitꝰ tā diu in occulto fuit, donec claſſis cū nauali exercitu domū ſit reducta. Et hæc
procul domo ab Atheniēſibꝰ iā inde ex quo ad Plateas & Mychalen ꝓſpere eſt in Perſas di/
Cimonis in/teritus. micatū ad Themiſtoclis uſqꝫ & Cimonis interitū. Hæc etſi aliquot poſt annos geſta ſūt, q̃ ut
Diagoras. in hūc locū oīa reponi debuerint, ut tn̄ in uniuerſum de Cimone ſermo haberet̄, in arctū coie/
cimus, tātū alibi admonituri, quo q̄qꝫ loco memorari debuerint. Claruerunt his tp̄ibꝰ Diago/
ras phyſicꝰ, cognomēto impiꝰ. Suſtulit is ꝓuidētiā, ac quū i Samothraciā ueniſſet, ibiqꝫ impi/
tiæ à quodā appellatꝰ, quod deos eſſe inficiaret̄, tolleretqꝫ nō minꝰ inſcite q̄ impie ꝓuidentiā,
quū tot uno loco uotiuæ tabellę teſtarent̄ hominū uota extremis rebꝰ à dijs exaudita, renitēs
ille reſpondiſſe dicit̄. Sic eſt ut ais, ſed q uotis iam nūcupatis naufragiū fecerint, in albo nō re
Sophocles. ferunt̄. Fuit & Sopocles Atheniēſis tragœdiarū ſcriptor horū æqualis, qui ad cēteſimū uſqꝫ an
Euripides. num uixit. Euripides & ipſe Tragico cothurno clarꝰ ac tā uterqꝫ alteri par, ut in diſpari dicēdi
uia uter ſit melior adhuc inter plures q̄rat̄. Fuit his Herod. Alicarnaſſeus interiectꝰ, q quū hi/
Herodotus ſtoriā quā cādido tereticꝫ filo ſcripſit Athenis recitaſſet, publice ſunt ei honores habiti. Vixit
Pindarus. cū his Pindarus Cadmeis Thebis natus, Lyrici carminis autor, quem Flaccus nemini credi/
dit imitabilem. Eius memoriæ Alexāder Macedonū rex q magnꝰ eſt cognominatꝰ, Thebas
Zeuſis pi/ctor. direpturꝰ ædiū & familiæ incolumitatē donauit. Zeuſis Heracleotes pictor eadē tēpeſtate cla/
ruit, q cū uuas tā ueris ſimiles expreſſiſſet, ut aues deceptæ ad puerū eas tenentē aduolaſſent,
uelut opi iratus tabulā deleuit tantū cauſatus, ꝙ non tā in fruge explicāda naturā eſſet imita
tus, quā in deliniēdo puero procul aberraſſet, argumēto haud inepto, ꝙ niſi ita haberet, aues
hois imagine deterritæ temerario incurſu abſtinuiſſent. Per hæc quoqꝫ tēpora decidit ingens
Saxi caſum Anaxago/ras prædi/xit. è cœlo ſaxū, cuius caſum Anaxagoras Clazomenius cœleſtiū rerū ſcientia prædixerat. Ceci/
dit interdiu ad Ægos Thraciæ fluuiū uehis magnitudine, colore aduſto. Eſt id ꝓdigiū factū
altero, ut Pliniꝰ ſcribit anno, ut Euſebius ultimo octauę & ſeptuageſimę Olympiadis, qui à
ANNI MVNDI. mundi origine ſupra quater milleſimū ac ſeptingenteſimū ſextus & trigeſimꝰ fuit, Vrbis Ro
Xerxis exi/tus. mę ducenteſimus ac nonageſimus, Xerxiani regni nouiſſimus. Trogus autor eſt eum, ob res
in Gręcia infeliciter geſtas, adeo inter ſuos euiluiſſe, ut Artabanus ſpem nactus occupandi re
gni ſeptem filijs ſtipatus eū in regia trucidauerit. Sed haud mihi multū euiluiſſe uidet̄, qui di
gnus tot percuſſoribꝰ eſt habitus. Obſtabāt Xerxis filij Artabani conatibus, hos ut cōpos uo
ti fieret, dolo ꝑdere adortus: ſecuriorqꝫ de Artaxerxe puero Xerxē patrē (nā autores cędis ad
huc in occulto erant) à Dario maiore natu, ut maturius regnaret, interfectum perſuadet, ar/
matqꝫ

A matq; per hæc Artaxerxem in fratrẽ,eoq; media quiete interfecto, Artabanus timens Arta/
xerxis,qui unus ſupererat,apertũ certamẽ,capitales illi molitur inſidias. Aſſumit itaq; in conſi
lij ſocietatẽ Baccabaſſum quendã,qui præſenti rerum ſtatu contẽtus,rem omnem ad Artaxer
xem defert,docetq; inſup patrẽ ab Artabano & filijs interfectum,fratrẽq; falſa cædis ſuſpitio
ne peremptũ. Poſtremo q̃ ab ipſo cædis autore pararent,ordine explicat. Artaxerxes natorũ Artaxerxis facinus.
Artabani gregẽ ueritus,noui belli inferendi ſpecie ingentẽ contrahit exercitũ. Tum ibi, tanq;
copias recogniturus,armis tectus in medium proceſſit,Artabanumq; familiariter compellãs,
ſeq; breuiorẽ habere loricã q̃ ut ſine tædio geſtari poſſet,queſtus,uellem,inquit,tuam mecum
cõmutare. Paruit Artabanus,cõfeſtimq; ſuam ibi coram exuit,rex hominẽ iniuriæ opportu/
num ferro trãsfigit,filioſq; ſimul uinciri imperat,ſicq; ſtrenuus adoleſcẽs,paternã cædem fra/
triſq; parricidiũ,& capitales Artabani inſidias ultus eſt uno tempore. Idẽ autor ſignificare ui/
detur,occupatum fuiſſe ab Artabano regnũ,ac ſeptem mẽſes poſſeſſum. In Artaxerxis tẽpo/
ra Euſebius reponit, q̃ ego de Eſdra & Neemia Ioſephũ ſecutus haud multũ diuerſo loco ſcri
pſi,cui ſi quis incõſideratius accedat,ea quæ ad Eurimedontẽ à Cimone ſunt in Perſas geſta,
haud in Zerxianũ regnum,ſed in hoc potius quod illi fuit ꝓximum,incidiſſe fateatur neceſſe
eſt. Et res humanæ ſic alibi gentiũ habebant,quum Romę poſt Antium captum T. Æmilius T. Aemilius
& Q. Fabius conſulatum iniuere,eratq; is Fabius ille qui unus extinctæ ad Cremerã ſuperfue Q. Fabius
rat genti. Æmilius q priore conſulatu ſumma ope Agrariæ legi fauerat,in ſpem maximã ad/ conſules.
duxit tribunos & plebem,legis eo anno exequendæ,inſtabatq; certamen ingens,niſi Fabij al
terius conſulis autoritate ita cõparatum eſſet.ut in Antium nuper captum coloni ſcriberetur,
ibiq; agrũ uolentibus triũuiri ad id creati metirent̃. Peperit ut fit faſtidiũ copia,pauciq; omni/
no nomina dedere,quo contigit,ut & Volſci nominis coloni numerũ expleuerint. Fabius in
Equos duxit,q̃bus pacẽ petẽtibus reddidit,eã ipſi haud multo poſtq̃ impetrata eſt temere uio
larunt ſubita excurſione facta in Latinũ agrum. In Sabinis quo Æmilius cum exercitu exierat
B nihil memoria dignũ fieri contigit. Habuit ſequens annus Sp. Poſthumium & Q. Seruilium Sp. Poſthu/
conſules. Seruilius in Equos miſſus,exercitũ morbo implicatũ,q̃a inutilis bello eſſet, in Lati/ mius Q. Ser
norum finibus ſine expeditione ulla memorabili tenuit. Dionyſius paruã eã manũ fuiſſe ſcri uiliusconſu
bit,& ad ſociorũ præſidium non in Equos cõparatã,nec ullũ eo anno exercitũ Romæ conſcri/ les.
ptum,incertũ,religione aliqua,an morbo ꝓhibente Sp. Poſthumius tẽplũ fidei in Capitolio
dedicauit T. Fabiꝰ & T. Quintius conſules ſecuti. Fabio Equorũ prouĩcia data: Quintio ut re/ T. Fabius.
gioni hoſtibus ꝓpinquæ p̃ſidio eſſet. Fabius legatos ad Equos miſit,q in eo cõcilio dicerent ſe T. Quintius
armata dextra bellũ afferre,quam pacatã illis antea p̃buerat,quorũ ꝑfidia id fieret deos teſtes conſules.
eſſe,mox & ultores fore,uerũ ſi Equos facti pœniteret,malletq; Ro,pacatos quã hoſtes habe
re,fore ut tutus illis ad Ro. clementiã toties expertã pateret receptꝰ. Sin ꝑiurio gauderent,dijs
ultoribꝰ geſturũ ſe bellũ,quod Ro. P. ſibi adminiſtrandũ dediſſet. Parũ abfuit quin legati in
Equorũ cõcilio uiolati ſint. Dionyſius autor eſt,Fabiũ nondũ conſulẽ publico noĩe ad Equos
miſſum,q uiolaſſe fœdera dicebantur. Et ꝙ latrocinia Equoꝝ quidã in Ro. exercerẽt,ꝙq; An
tiates exules recepiſſent. Alter conſul,ubi legati retulerunt nihil eorum fieri q̃ poſtularentur,
ex urbe Roma ad id bellũ profectus,iunctis cum Fabio copijs autor fuit ut ſtructa acie confe/
ſtim ad hoſtem irẽt. Cœperat iam dies inclinare,quũ Ro. ante hoſtium uallũ ſtetit, facturꝰ il/
lis pugnãdi copiã. Tũ Equoꝝ unus inclamãs,oſtẽtare hoc eſt,inquit,Ro. non pugnam ciere,
in eminentẽ noctem ſtruitis aciem,lõgiore ſpatio opus eſt,ut prælium qd' inſtat decernamus.
Ite,& ubi craſtinus dies illuxit,in planum deſcendite. Fiet uobis ne timete pugnãdi copia. His
uocibus iritatus miles,in caſtra redijt,lõgã uenire noctẽ arbitratus,q̃ morã pugnæ factura eſ/ Equorum
ſet. Poſtero die aliquãto prius Romana acies in aptũ ꝓceſſit,nec Equi præliũ detrectauere. Fe ferocia.
rox fuit utrorũq; cõgreſſus,diuq; ancipiti eſt marte dimicatũ. Liuius,poſt longũ certamen ho
ſtem acie uictũ in ſuos fines dilapſum ſcribit: Dionyſius fortuna adhuc neutro inclinante,ſi/
gnum hinc inde receptui datũ,aliquotq; deinceps tumultuaria prelia,per alterius partis occa/
ſionẽ cõmiſſ. Poſtremo partẽ hoſtiũ occulte ꝑ montes in Ro. agrũ irrupiſſe,p̃daq; haud me
diocri inde abducta,incolumẽ in caſtra reuerſam,idq; cũ ſemel atq; iterũ hoſtis impune fecis/ Equi inſidi/
ſet,ferebãt eã ignominiã egerrime cõſules. Exploratis itaq; hoſtiũ itineribus,agmẽ præda onu is excipiun/ tur.

ſtum inſidijs excepit Fabiꝰ,exceptūq; nō ſolū p̃da exuit,ſed magna etiā ex parte cæſum mul/
tifariā diſiecit.Ea demū clades in cauſa fuit,ut relictis caſtris Equi in ſuos fines pro uictis abie C
rint.Nec inde aduerſus eā gentē eo anno eſt memorabile aliq̄d geſtū. Romanꝰ uictor in ho/
ſtico euagatus,ubi nuſq̄ obuiū hoſtē habuit,multa p̃da ſecū abducta,ꝓuincia deceſſit.Luſtrū
Quintiꝰ cōſul cōdidit,cēſaq; ſunt ciuiū capita c.uiginti quatuor milia,c c,quatuordecim p̃ter

Sp. Furius Fuſcus Aulus Poſthumiꝰ conſules.

orbos & orbas.Anno q deinceps ſecutus eſt,cōſules fuere Sp. Furiꝰ Fuſcꝰ,& Aulus Poſthu/
mius,apud quoſdā Poſthumiū Albū ſcriptū reperio.Et iā Eq in armis erāt,auxiliaribuſq; ab
Ecetrano copijs acceptis,bellū ſūma ope inſtruebāt. Venerat & Antiū colonia in ſuſpitionem
tanq̄ à Ro.defectura.Antiatū principes Romā accerſiti,rogati in curia à cōſulibus, ita ambi/
gue ad oīa reſponderunt,ut ſuſpectiores q̄ uenerāt abierint.Bello itaq; haud dubie impēden
te Sp.Furius in Equos legiones ducere eſt iuſſus.Hoſtes in Hernicorum agro inuenit,late o/

Victus acie Furius ab hoſte obſi/detur

mnia incurſantes.Ignarꝰ cōſul quātū copiarū apud hoſtes eſſet,lōge numero inferior pugnā
temere cōmiſit,primo itaq; cōgreſſu pulſus ſe trepide in caſtra recepit,nec ea pugna eſt Roma
nus periculo defunctus,q̄n ſequēti nocte & die q ꝓxime ſecutꝰ eſt,caſtra circūſeſſa ſunt ab ho
ſte,atq; acriter oppugnata,Hernici Romā nūciarunt cōſulē p̃lio uictū,cū ſuo exercitu ab ho/
ſte circūſederi. Dionyſius leuiora quædā p̃lia ait ab initio cōmiſſa,mox uero caſtris à Ro.cō/
ſule munitiore loco factis,q̄a ſub id tēpus auxilia nō parua hoſtibus ſuꝑueniſſent,ita accidiſ/
ſe,ut Furiꝰ cōſul hoſtiū ſit multitudine circūſeſſus.Nec ab Hernicis,ſed equitibꝰ,niſi forte illi
quoq; Hernici fuerint,quos Furiꝰ cōſul ꝑ hoſtiū ſtatiōes miſerit,ut in quo ſtatu res eſſent Ro
mam nūciarēt.Ingentē ciuitati terrorē incuſſit clades p̃lio accepta,ſed lōge maius periculū q̄d

T.Quintij ꝓconſularis poteſtas

obſeſſis imminebat.Patres T.Quintiū ꝓcōſulari poteſtate cū ſubitario milite quē Latini &
Hernici darēt,ita enim tū repētina appellabāt auxilia,ſubſidio cōſuli ire iubēt,alterū cōſulem
nouas interim legiones Romæ cōſcribere.Eq etſi caſtra oppugnabāt,multitudine tamē freti,
miſerāt,q Ro.agrū incurſarēt,eo credo cōſilio,ut recēti terrore iniecto,Romanū à ſubſidio ſu/
is ferēdo diſtierēt. Cōſul P.Valerio ad p̃ſidiū urbis relicto,ipſe ad arcēdā populationē occur/ D
rit.Vigiliæ circa portas ſtationeſq; diſpoſitæ.Nihil itaq; curæ & ſollicitudinis ad urbē remitte
bāt,quū Furiꝰ cōſul,q̄a prīcipio ſe in caſtris tenuerat,Decumama porta in hoſtes uallo hærē
tes ex improuiſo eruptione facta,turbauit fuditq;,quū fuſos ꝑſeq poſſet abſtinuit,ueritꝰ ne/

Furij conſulis frater interficitur

qua interim ab hoſte q multitudine abūdabat,fieret in caſtra impetꝰ. P.Furiꝰ cōſulis frater q
legatꝰ erat in caſtris ſucceſſu exultās,ſtudioq; ſequēdi nimiū à ſuis digreſſus,cū duabꝰ cohorti
bus q̄ cū illo circūuētæ ſunt,pugnādo occubuit.Liuiꝰ ſoliꝰ Furij cadētis meminit. Circūuenti
fratris nūcio cōſul in pugnā reuocatꝰ,amēti ſiſis in hoſtē irruit,ibi pugna parū feliciter inſtau/
rata,graui uulnere accepto ægre eſt ſuorū occurſu ſeruatꝰ.Recēs cōſulis caſus addidit hoſtibꝰ

Hoſtes cæ/duntur

audaciā,Ro.ademit,adeo ut uix caſtra tuerent:affuit interim Quintiꝰ, Equoſq; uallū feroci/
ter oppugnātes improuiſo acceſſu turbauit,nec q in caſtris erant ubi ſubſidij clamor eſt exau
ditus,in ocio fuere,ſed eruptiōe repēte facta,uictoriā magna ex parte iuuerūt.Multi q̄dē ho/

Prodigia.

ſtiū in medio occidione occiſi ſunt,multo adhuc plures caſuri,niſi mature fugā occupaſſent.
Interea & Poſthumius manū illam,quæ in Ro.agrū irruperat,opportuno loco adortꝰ, fœda
fuga diſſipauit.Cæterū hoſtes in unū coeūtes,quū cōſternato agmine abirēt,in Quintiū able
uata obſidione redeūtē incidunt, à quo ſubita pugna excepti lōge maiorē q̄ intulerant cladē
accepe.Valeriꝰ Antias mille & c c c.Ro.in Hernicis deſideratos ꝑdidit,Hoſtiū ad quatuor mi
lia & ſexcentos cū ijs qui à Poſthumio fuerāt in Ro.agro oppreſſi.Cœlū hoc anno uiſum eſt

Prodigia

L. Ebutius. P. Seruilius conſules.

ardere,ſunt & alia portēta oculis hominū obuerſata,q̄bꝰ auertēdis in triduū ſūt feriæ indictæ.
Comitia inde habita.Creati cōſules L.Ebutiꝰ & P.Seruiliꝰ.Horū annus peſtilēs fuit à calen/
diſſeptentribus,tetra uis morbi primo boum equarūq; armēta corripuit,inde ouiū capratūq;
greges,paſtores deinceps & cæteros agreſtes attigit.Poſtremo urbem ingreſſa,Liuius pecꝰ po
pulationis terrore intra mœnia compulſum,multāq; ſtabulantiū quadrupedum colluuiōnē
prodidit humana corpora inſolito fœtore infeciſſe, ac præter cæteram multitudinem, quæ
tanta fuit,ut uulgo cadauera in Tyberim proijcerentur,quartā Senatoꝝ partē morbo cōſum

Volſcorum conſpiratio

ptam,& cum his conſules ipſos.Domeſtica hæc clades in certam ſpem Volſcos & Equos tra/
xit Romanorū principatus per occaſionē euertendi,icto itaq; inter ſe fœdere,ſociorū opes af/
flige

A ﬂigere ſunt primo loco adorti, ut his fractis cõmodius rem Romanã, ſatis per ſe accïſam, funditus perderent. Primo igitur omnium Hernicum & Latinum agrum ferro & igni populantur. Hernici Legati eam cladẽ Romam nunciarunt, auxilium implorantes, reſpõſum eſt Romanam ciuitatẽ morbo affectã iacere, ipſi Hernici cum Latinis in præſentia res ſuas tuerẽtur. Quod ſi quies ulla ab deoꝝ ira ciuitati daret̃, tũ fore, ut ſociorũ fortunæ, Po. Ro. curę eſſent ut antea. Dimiſſi legati, ꝓ triſti nũcio, triſtiorẽ referũt, nec facile ſuccurrebat, q̇bus uirib⁹ cũ hoſtẽ ſuſtinere poſſent, quẽ Ro. p̃ſidio fulti uix ſuperiore anno ferre potuiſſent. Nec Equi Volſciq; diu in Hernico morati, Romanos fines inuadunt, inde per omnia cultu deſolata ad tertium lapidẽ cõſedere. Iam Ebutius cõſul diẽ obiuerat. Seruilius eius collega exigua ſpe trahebat animã. Iuuentus militaris morbo cõfecta iacebat, uigiliarũ munus, q̇ per ætatẽ & inoffenſam ualitudinẽ poterãt, ꝑ ſe obibãt. Circuitio Ædiliũ plebis erat, ad eos cõſularis maieſtas uenerat. Omnia humano præſidio deſerta: unũ affectę ciuitati ꝓfuit, ꝙ prædonũ mẽs magis q̃ hoſtiũ, tũ Equis & Volſcis fuit, qui potiundæ urbis ſpe abiecta, à ducibus poſtularũt, ut ex ea uaſtitate ſe confeſtim in ea loca abducerẽt, unde p̃dæ aliquid agi poſſet. Sublatis itaq; ſignis in Labicanos Tuſculanoſq; colles trãſiere. Hernici interea Latiniq;, nõ miſericordia tãtũ, ſed pudore etiã cõmoti, ſi nullã obſeſſis ſocijs ea tẽporũ iniq̇tate tuliſſent opẽ, cũctis copijs Romã uſq; proceſſere, hoſteq; non reperto abeũtiũ ueſtigijs inſiſtũt. Accidit ut ex Tuſculano in Albanam uallem deſcendẽtibus Latinus Hernicuſq; fuerit hoſtib⁹ obuius, ibi prælio confeſtim inito, parũ felix ſua fides ſocijs fuit, uicti magnaq; cũ cæde profligati in ſua quiſq; oppida abierunt. Seruilius interim moritur. Dionyſi⁹ quũ urbs adhuc obſideret̃ extinctũ eũ prodidit. Defuncti cum eo & alij pleriq; illuſtres. Supplicatũ eſt oĩbus templis, matres paſſim ſtratæ crinibus templa uerrebant, cœleſtiũ irarũ ueniã pacẽq; expoſcẽtes. Interea grauiore anni tẽpore acto, corpora morbis defuncta, ſalubriora eſſe cœperũt. Redijt cũ ſalubritate ipſa reip. cura. P. Valerius interrex, L. Lucretiũ & T. Veturium conſules creat. Iam ſatis ualida ciuitate, ut non ſolũ

Roma obſidetur.

Latini & Hernici rem Romanam tuentur.

B arcere poſſet bellũ, ſed ultro etiã inferre, nunciãt Hernici ſuũ ab hoſtibus agrũ infeſtari, reſpõſum eſt nõ defuturũ auxiliũ. Veturius in Volſcos miſſus ad bellũ ultro inferendũ. Tricipitin⁹ populationibus arcẽdis ex ſociorũ finib⁹ eſt oppoſitus. Veturius ſub acceſſum cũ hoſte proſpere pugnauit. Volſcorum manus ingens Lucretiũ in Hernicis ſedentẽ fefellit, per Præneſtinos mõtes in Sabinũ agrũ trãſgreſſa. Sabinos late dep̃dati, in Tuſculanũ agrũ deflexere. Terror hoſtiũ ad urbẽ uſq; peruenit. Ipſi late peruagati, quũ præda graues ſoluto agmine abirẽt, in Lucretiũ incidũt, qui eorũ itineribus exploratis, prælio intentus, ex improuiſo ſeſe illis obtulit, ibi fuſi fugatiq; hoſtes, & in arctiſſimã uallẽ deiecti, ad unum fere occidione occiſi ſunt x, milia ccccLxx. in pugna fugaq; cecidiſſe dicuntur Mille ccl. capti. Liuius & ſi tanto numero nõ omnino accedit, cædẽ tamẽ adeo inſignẽ à Romanis eo die editã exiſtimat, ut Volſcoꝝ ſit nomen ibi ꝓpemodũ deletũ. Ambo deinceps conſules Equorũ Volſcorũq; agros ferro & igni uaſtarũt. Quibus cladibus utraq; gens affecta, iterũ in apertũ certamen deſcendũt. Hic pari fortuna hoſtes uſi iterũ fundũtur, fuſiq; ac fugati exuũtur caſtris. Sed dum hæc foris gerebãtur, C. Terẽtillus Tribu. p. legẽ ꝓmulgauit de quinqueuiris creãdis, q̇ certis legib⁹ cõſularẽ poteſtatẽ (uidebat̃ enim uulgo multis immodica) cohiberẽt. Dionyſius ut x. uiri crearentur ſcripſit, qui leges de publico & priuato iure cõſcriptas in foro ponerẽt, nimis libera, ut dixi, habebatur conſulũ maieſtas, regioq; iuri q̃ populari poteſtati propior. Quint⁹ Fabius præfectus urbis acerbe in eã actionẽ inuectus, Terẽtillum aperte criminari, ꝙ præſidio cõſulũ ſpoliatã Rẽpu. inuaſiſſet, appellareq; Tribunoꝝ collegiũ, atq; idẽtidem admonere, ut cogitarent poteſtatem illam in ſingulorũ auxiliũ, nõ in totius ciuitatis perniciẽ ab initio quęſitã, ſeq; plebis Tribunos, non hoſtes patrũ creatos. Orare proinde obteſtariq;, ne deſertam remp. à collega uexari paterentur, agerent cũ eo, ut rem integrã in aduentum conſulum differret, ne mitius Volſci Equiq; perpetui Ro. nominis hoſtes egiſſe, q̃ Tribunus plebis uiderentur. Peperciſſe illos affectæ ciuitati ſuperiore anno, quã magiſtratuũ præſidio deſtitutã Tribunorũ unus hoſtiliter uexaret. Egerũt Tribuni cũ Terẽtillo, ut eã actionem in conſulũ reditũ differret, q̇bus haud multo poſt domũ reuerſis, Lucretius de Volſcis & Equis triũphauit. Collegę datũ ut ouans ſine militibus urbem intraret, P. Volũnius & Seruius Sulpiti⁹ ſequenti anno cõſules fuere. Cœlum ardere

L. Lucretius T. Veturius cõſules

Volſci uincuntur.

Tribunitia Terentilli actio.

P. Volūnius Seruius Sulpitius cōſu/les. | Prodigia.

uiſum,& terra horrēde eſt mota. Bouem ad id locutā,& carnē pluiſſe proditū eſt,eā uis auium uolitādo diripuit,quod ex eo imbre intercidit,per aliquot dies ita iacuiſſe ferūt, ut nihil odor colórue mutauerit. Sibyllini libri à duūuiris aditi,periculū ciuitati ex alienigenarū cōuentu in/ſtare diſſerūt,ne qs in ſumma loca impet⁹ fieret,cędeſq́ inde ſeqrent̄,fugiēdā ob id ſeditionē quæ imminētis mali origo & cauſa futura eſſet. Fremebāt Tribuni,ac fraude patrū uanā fingi religionē à duūuiris,quo minus lex perferri poſſet. Iam aſſiduis eorū criminatiōibus res haud procul ſeditione aberat,quū ut idē bellorum orbis in ſingulos annos uolueret̄ ab Hernicis nū/ciatur, Volſcos & Equos bellū accuratius ſolito inſtruere, Antiū caput belli eſſe,cui⁹ coloni ad apertā defectionem ſpectarent. Cauillabātur Tribuni,fabulāq́ eam eſſe dictitabāt, ut plebs quoquo modo urbe ablegaretur,fingi nouos hoſtes,& præſertim ex his gētibus quarū opes ſuperiore anno pene in perpetuū cōcidiſſent, Antiates colonos fideliſſimos in defectionis cri/men deuocari. Autores igitur erāt ſingulis,ne nomē cōſulibus delectū habere parātibus darēt & iam totius collegij cōſenſu plebs detrectabat militiā,patres contra legē impediebāt, eorūq́ iunior his fere certaminibus intererāt. Conſules & maiores natu,ne in tāta colluuione rerum maieſtatē ſuā temere cōtumelijs offerrēt,cōſulto abſtinebāt. Sed omniū qui à patribus ſtabāt

Cæſo Quin/tij filius.

Cæſo Quintij Cincinnati filius maxime erat plebi & tribunis infeſtus, iuuenis pręter nobili/tatē generis,magnitudine etiā corporis & uiribus pollens. Adiecerat his multa bellorum deco/ra,par uiribus facundia,ut nemo lingua manúue promptior in totā ciuitate haberet̄. Talis igi/tur oēs plebis impetus tribunitiaſq́ procellas unus ſuſtinebat. Hoc duce ſæpe Tribuni pulſi foro,alij quibus obuius fuiſſet,partim diſcerptis ueſtib⁹ ſeminudi domū abibant,partim ſer/uiliter mulctabātur. Huic tā ferociter inſultanti Au. Verginius Trib. pl. capitis diē dixit. Tātū abfuit ut futuro iudicio territus,incœpto deſtiterit,ubi legi,ſiqn̄ aliâs,tū maxime aduerſaretur plebēq́ & Tribunos ferocius exagitaret. Patiebat̄ Vergini⁹ reū ruere,ut maiores plebis iræ in

Dies Cæſo/nij dicitur.

eum exardeſcerēt. Tū demū Tribunus, Ecquid,inqt,ſentitis Quirites, Cęſonē ciuē & legē quā cupitis uos habere nō poſſe? Sed quid legē queror? cōmuni ille libertati obſtat,iā ſuperbiſſi/mos reges faſtu & arrogātia ſupat,nū uobis expectandū,ut is cōſul fiat,quē priuatū ferre non poteſtis? Hæc ille. Aderantq́ iam multi qui ſe pulſatos ab eo dicerēt, Tribunumq́ ad rē pera/gendā incitabāt. Apparebat plebē cupide Cæſonē damnaturā,quū iudicij die appropinquan/te Quintius pater,& cum eo propinqui multi & neceſſarij principes ciuitatis, paſſim ſingulos prehenſabant,orabantq́ ne tantā ex ciuitate indolē extorrem eijcerēt. Memorabant hi Quin/tiæ gentis merita in Rempublicam,ipſiuſq́ Cæſonis egregia facinora,partim in expeditionib⁹, partim in prælio edita, Excuſabant feruorem & audaciā,ætatem dicere illi omnia ademptură, quæ in eo uulgo diſplicerent,uitijſq́ ſeneſcentibus uēturā cū annis maturitatē. Hæc alij. Quin/

Quintij pa/tris mode/ſtia.

tius pater ter cōſul,filij duntaxat culpā deprecari,parce filiū laudabat,ne inuidiam cumularet quin illud orare,ut ſiqd in quēpiam Cæſo iuueniliter deliquiſſet,eam ſibi offenſam condona/rent,ne ſe iam ſenio confectum ſuauiſſimi filij præſidio ſpoliarēt. Quintij preces uarie affece/runt ciuiū animos,alij eas auerſari,uel uerecundia,uel metu,alij audire quidē,ſed queri ac mi/nitari,q̄ aut ipſi aut propinquorū aliqui à Cęſone pulſati eſſent,aliáue cōtumelia affecti. Sed

Volſcij accu/ſatio.

nihil æque reo obfuit,ac Marci Volſcij accuſatio. Fuerat is aliquot an̄ annos Trib. pl. q teſtimo/niū detulit,paulo poſtq̄ peſtilētia Romæ remiſiſſet,incidiſſe ſe in iuuētutem noctu circa ſub/urrā graſſantē,ibi rixa ex illorū iniuria orta,fratrē ſuum maiorē natu,qui nōdum recte à mor/bo conualuiſſet,pugno ictum à Cæſone,ſemianimē cōcidiſſe,interq́ manus domū relatum, cui hominis offenſæ paucis fuiſſet ille diebus ſupſtes,nec ſibi rem per ſuperioꝝ annorum cō/ſules exequi licuiſſe. Id facinus adeo atrox multitudini uiſum ut concitatis animis ægre tempe/ratū ſit,quin impetu populi fuerit reus pro cōcione diſcerptus. Eſtq́ Liuius horū autor Dio/nyſius Voluſcio nō Volſcio illi nomen fuiſſe prodidit,eumq́ Tribunū plebis, nō priuatum

Hiſtoriæ ua/riatio.

fuiſſe ſignificare uidetur,quū teſtimonium in Cæſonē dixit,in foroq́ non in ſuburra. Volu/ſcij fratrē à Cęſone percuſſum,nec tātū fratrem mortuū,ſed ſe quoq́ pro mortuo relictū. Eaq́ P. Seruilio,& L. Ebutio cōſulibus,peſtilentia tum late in ciuitatem graſſante, accidiſſe. Adeo duo clariſſimi ſcriptores in re minime obſcura diuerſi abeunt. Adijcit Dionyſius,accuſationē ad id tēpus dilatā,qa apud Ebutium & Seruilium,qui non multo poſtquam hæc acciderant,

morbo

A morbo uita deceſſerãt: Cæſo reus fieri non potuiſſet, nec apud Veturium & Lucretium, qui
externis bellis occupati in urbe nõ fuiſſent. Verginius Volſcij teſtimonio adhuc magis irita/
tus, iubet Cæſonẽ arripi, & ad diẽ iudicij in uinculis ſeruari, ibi magna altercatio orta, ac poſt
longã diſceptationẽ patrũ interuentu x. uades Tribuno dati, q pro eo, niſi ad diẽ iudicij reũ
ſiſterẽt, certã ſoluerẽt æris ſummã, interim Cæſo liber eſſet, ipſe Vadibus datis ſequenti nocte Damnatur abſens Cæſo.
iuſſu cõſulũ in Tuſcos exulatũ abijt. Iudicij die, & ſi reus nõ adeſſet, tribus in ſuffragiũ à Vergi
nio nihilo ſeci⁹ miſſæ, cupide abſentẽ dãnarũt. Liui⁹ appellatis Tribunis, nullũ de ea re ſuffra/
giũ latũ ſcribit. Pecunia à patre acerbe exacta, ut oĩbus bonis diuẽditis, aliquãdiu Quinti⁹ trãs
Tyberim tenui cõtẽtus ꝑdio uixerit. Nec cũ Cæſone ſublata ſunt patrũ & plebis certamina,
qn quoties Tribuni de lege agerẽt, toties nobiliũ man⁹ facto impetu cõcionẽ diſturbare, ijdẽ
illi legis remoratores quieſcẽtib⁹ Tribunis blãde plebẽ appellare, comitatẽq; eximiã per ſe fer
re in ſingulos, ꝑ hæcq; anno circũacto cõſules facti ſunt Appi⁹ Claudi⁹ Appij filius, & P. Va Conſules.
lerius Publicola. Perſeuerabãt interim ſuo ſtudio patricij, plebẽ omni comitate affectantes, ut
Tribunitijs eã cõcionib⁹ auerterẽt. Cõtra Tribuni illos ad plebẽ criminando uarie ſuſpectos
reddere. Illatæ ab eiſdẽ in curiã literæ, qb⁹ ſignificabãt cõiurationẽ inter patricios aduerſus ple
bem & Tribunos initã, Cæſonem Coriolani exemplo hoſtiũ copias ad urbẽ admoturũ, pa/ Tribunorũ querela.
triciorum manũ in Tribunos & principes plebis noctu graſſaturã, negare queſtionẽ ſuper ea
re decerni poſſe, quãdo eorũ, qui in curia eſſent pleriq; eius cõiuratiõis participes eſſent, & ob
eam rem nullã in ſe qſtionẽ decreturi, nec ut ſibi ſuſpectis fidem haberi, poſcere tñ, ut præſen/
ti malo q̃ primũ ab ijs, q poſſent, iretur obuiã, celeritate opus eſſe, uelox periculũ inſtare, dila/
tionẽq; ſecuritatis in ſubitis rebus ſemꝑ fuiſſe intẽpeſtiuã. Liuius nihil literaꝝ meminit, nec ait
Tribunos hæc in curia, ſed in concione queſtos. Dionyſius, q prioris eſt opinionis autor, hos
Tribunitios ſermones à Claudio cõſule exceptos prodidit, q ita ꝓfatus ſit, ut dixerit rerũ oĩm
de quibus ſermo habẽdus eſt, originẽ primaſq; cauſas ſpectari oportere, quales eas eſſe cõtin
B gat, tales de his ſermões haberi neceſſe eſſe. Neminẽ Quiritiũ eſſe, q ſciret quo animo Tribu
ni plebis tulerint oẽs actiones ſuas ſuperiore anno incaſſum ſuſceptas, qui non idem intelli/
gat oĩa eos molituros, q plebẽ armare in ſenatũ & patricios poſſint. Inde queſitũ à Verginio
& alijs ecquis eas literas attuliſſet, aut à quo redditæ dicerentur, per quæ ridiculum Tribuno/
rum mendaciũ inſectatus, omnẽ ordini intẽtatã calũniã, ut uanã diſcuſſit. Erant nihilominus
ordinum animi ad certamen accenſi. Volſci interea & Equi, quod unũ per ſe diſcordiã ſedare
potuit, in armis eſſe dicebantur. Acceſſit repẽte & alius timor. Exules ſeruiq; ad quatuor milia
Appio Herdonio duce Capitolium & arcem noctu occupauere. Erat is Sabini generis, nec ob Capitolium occupatur.
ſcuris ortus natalibus, dubiũ, ut ipſe tyrãnidẽ exerceret, an ut Romano principatu ſublato, in
Sabinos caput & arcem imperij transferri uellet. Cædes in arce per noctẽ edita, & ad arma re
pente conclamatũ. Conſternata multitudo regi nõ poterat: hoſtes in arce eſſe dicebantur. Cæ
terum qui eſſent & quãtus numerus ſciri nõ poterat. Sollicita ciuitas reliquũ noctis in ſtatio/ Nocturnus urbis metus
nibus diſponendis, opportuniſq; locis præſidio firmandis egit. Vbi uero illuxit, qui hominũ
arcẽ, & quo duce occupaſſent, uulgo conſtitit. Herdonius ex Capitolio ſeruitia ad libertatẽ uo
cabat, qui ut ipſe clare prædicabat, miſerrimi cuiuſq; cauſam ſuſcepiſſet, ut exules iniuria pul/
ſos in patriã reduceret. Serui igitur domi, & hoſtes foris timebantur, ne Volſci & Equi, quorũ
in Romanos odia nulli ad id tẽpus ignota erãt, aut cæteri finitimi, qui & ipſi Romanos infen
ſe oderant, præſentẽ occaſionẽ nacti, magno reip. periculo, parte ciuitatis capta, legiones por/
tis admouerent. Hæcq; tũc erant hoĩm cogitatiões, hi metus animos exagitabãt. Interea tan/
tus furor Tribunos tenuit, ut non id bellũ eſſe cõtenderent, ſed uanam belli imaginem ad a/ Tribunorũ ꝓteruitas.
uertendos à legiſlatione plebis animos, patriciorũ hoſpites cliẽteſq; arcẽ inſediſſe, quippe qui
perlata lege, ſua ſponte eſſent inde abituri, cõciliũ inde perferẽdæ legi cogebãt, plebe ab armis
auerſa. Qđ ubi in curiã eſt perlatũ, Tribunorũ ſuaſu deponi arma, relictiſq; ſtationibus in cõ
ciliũ iri. P. Valerius, collega ſenatũ habẽte, ex curia ſe proripuit, in tẽplũq; deuolat ad Tribu/ Valerij ue/hemẽs actio
nos: ubi uero i cõſpectũ uenit, Quid hoc eſt Tribuni? ꝓcul exclamat, eſtis ne Appij Herdonij
ductu hanc remp. euerſuri? Tã felix ille fuit in uobis corrũpendis, qui ſeruitia ex arce clamans
corrũpere nõ potuit? Hoſtes ceruicibus ueſtris imminẽt, & uos ab armis ad ferẽdas leges ple/

bem auocatis. Inde ad multitudinẽ cõuerſus, ſi uos neq; urbis huius Quirites, neq; ueſtri cura tãgit ulla, at deos ueſtros ab hoſtib⁹ captos reſpicite: Dij præſides hui⁹ urbis obſidẽt, ſeruorum arma publicos premũt penates. Vos cõcionabũdis Tribunis ocioſe uelut oĩa pacata ſint aſſidetis, & hæc ſanẽ ciuitatis forma dicẽda eſt: īgẽs uis hoſtiũ non ſolum in urbe eſt, ſed in arce quę foro iminet, uos comitia celebratis, ſenatus ut in re dubia in curia ſentẽtiã dicit, hic ciues ſuffragiũ ineũt. Nõne ſtatim oportuit, q̃cquid patrũ, plebis, hominũq; in tota urbe eſt, in

Valerij precatio.

Capitoliũ currere, auguſtiſſimũq; ciuitatis tẽplum ab ſceleris armis uindicare? Tu, inquit, Romule parens urbis eã precor da tuæ ſtirpi mentẽ, qua tu olim hunc ipſum locũ auro Sabinis proditũ recepiſti, ut nos progenies tua eadẽ uia qua tuus olim exercitus ingreſſi locũ obtineamus. En ego cõſul, quãtũ mortali licet, tua ſecutus ueſtigia, ibo obuiã periculo, ac quãtũ humana uirtus ualebit, ne diutius hoſtis arce potiatur, efficiã. Sũma ei⁹ orationis fuit ut diceret ſe arma capere, uocare ad auxiliũ patrię ferẽdũ, quicũq; rẽp. ſaluã eſſe uellet. Ac ſi quis rẽ impediret ſe cõſularis imperij, Tribunitiæ poteſtatis, ſacrarũ legũ oblitũ, eũ in Capitolio, in foro, in ſacro & prophano pro hoſte habiturũ, auſurũ ſe in Tribunos, ſi Tribuni in mora eſſent, quod princeps ſuæ familiæ in reges auſus diceretur. Nec multũ profuit tam uehemens oratio, tenuit per diem certamen, ita ut neq; lex ſit lata, neq; conſul ire potuerit in Capitolium. Ceſſere ſub noctem Tribuni conſulum arma ueriti, nec patres præſentẽ occaſionẽ omiſere, qui ſe circulis inſerendo, per noctem conati ſunt plebis animos flectere, præſentis periculi, pietatiſq; in deos idẽtidẽ admonẽtes. Interim Tuſculũ afferī Romanã arcẽ, & Capitoliũ ab hoſtibus teneri, ciuitatẽq; īteſtia ſeditiõe laborare. Erat tũ ibi L. Manili⁹ Dictator, is ſuis autor fuit, ne expectarẽt dũ ab urbe Roma auxiliũ legati petitũ uenirẽt, nunquã maiorẽ occaſionẽ Romani nominis de-

Tuſculanorũ auxilia.

merendi Tuſculano affuturã. Placuit auxiliũ mitti, cõſcribiī iuuent⁹, arma dãtur, Romam prima luce itur. Præbuit agmẽ procul cõſpectũ hoſtium ſpeciẽ, Volſci Equiq; uenire primo crediti ſunt: ubi uero qui eſſent cognitũ eſt, in urbẽ accepti in forũ ſub ſignis deſcẽdere. Valeri⁹ collega ad portarũ præſidia relicto, ipſe in foro aciẽ inſtruit, pollicitus Capitolio recuperato, ubi demonſtraſſet quid fraudis in lege eſſet, ſe cõſilium plebis non impediturũ. Tum Tribunis nequaquã reclamantibus multitudo cõſulem ſecuta eſt. In Capitolinũ cliuum acies dirigitur, adiungitur Tuſculana legio, certare inter ſe ciues, ſocijq; utris recuperatæ arcis laus deberetur, trepidare qui in arce erant, nec tam uiribus quã loco confidere. In hos ſigna inferri iubet Valerius, & iam qui primo loco pugnabant in ueſtibulũ templi irruperant, quũ cõſul ipſe inter pri-

Valerius cõſul cadit.

mores prælium ciens ſuperne ictus concidit. P. Volũnius uir conſularis cadentẽ cõſpicatus, dat ſuis negocium, ut corpus & mortẽ cõſulis obtegãt. Ipſe in eius locũ ſuccedẽs ſuos ad pugnam hortatur, tãto ardore, ĩpetuq; res geſta eſt, ut pri⁹ miles uicerit, q̃ ſe ſine duce pugnare ſenſerit. Pleriq; exulũ ſua ipſi cæde tẽplum fœdauere, q̃dã uiui capti. Herdoni⁹ telorũ multitudine obrutus, fortiter pugnãdo occubuit. Atq; ĩ hũc maxime modũ Capitoliũ recupari cõtigit. De captiuis ſumptũ eſt ſuppliciũ. Tuſculani ut ſocij fideliſſimi laudati, Capitoliũ primo purgatum

Cincinatus fit conſul.

eſt, inde ob cædẽ in eo cõmiſſam luſtratũ. In P. Valerij locũ L. Quintius Cincinnatus Cæſonis pater eſt ſurrogat⁹. Dionyſius autor eſt, agreſti operi intẽtũ ab ijs qui dignitatẽ nunciatũ uenerãt, repertũ, eoq; purpurã cæteraq; cõſularia inſignia delata. Conſul ſalutatus paululum ſe tenuiſſe dicitur, mox pauca hæc locut⁹, Ergo, inquit, agellus hic non ſerit a me hoc anno, uehemẽter uereor annu⁹ uictus deſutur⁹ ſit nobis. Liui⁹ tũ id accidiſſe ait, quũ Dictator creatus eſt. Sed quocũq; tẽpore id cõtigit, ſatis conſtat uirtutẽ ea tẽpeſtate hoĩbus ornamẽto fuiſſe, nõ diuitias: nec pauptas tũc fuit cuiq; dedecori, niſi huic q̃ eã fortiter ferre non poſſet. Pertulit Cincinnati dignitas plebẽ ſuaꝝ iniuriaꝝ cõſciam, nã præter ꝙ iratum ſe cõſulem habiturã uidebat, hoĩs uirt⁹ uulgo formidoloſa erat multitudini. Accedebat & patrũ fauor treſq; liberi quorũ nemo magnitudine animi erat Cæſone inferior. Ille uero ut magiſtratũ inijt, primis cõcionibus nihilo acerbior eſt uiſus in plebe coërcẽda, q̃ in caſtigando ſenatu, qui plures annos paſſus eſſet, Tribunos immodica lingua uaniſq; criminibus in foro regnare. Inde in Aulum Verginiũ inuectus eũ nõ minus hoſtẽ patriæ q̃ Herdoniũ fuiſſe prædicabat, caſtigabatq; conſulũ patiẽtiã, q nõ pri⁹ in eũ q̃ in exules q̃ Capitoliũ tenebãt, impetũ feciſſent. Pudere ad hęc ꝙ quũ exules ſeruiq; Capitoliũ auguſtiſſimũ urbis tẽplũ teneret, prius Tuſculi quàm Romæ

eſſent

A eſſent ſumpta arma. At ſi plebeiorũ aliqs domũ ſuã ab armata familia obſeſſam nũciaſſet, cõ
tinuo Aulus Verginiꝰ ſubueniendũ cenſuiſſet: at quũ cella Iouis ſeruilibus teneret armis, nõ
cẽſuit. Et quũ ille cæteriq́ Tribuni tales eſſent, ut ſacroſancti haberi uellẽt, per quos Dij ipſi ne
que ſacri, neq́ ſancti haberent, & qđ indignius adhuc eſſet, diuinis humaniſq́ ſceleribus pol-
luti, legẽ ſe laturos p̄dicarẽt, quæ ſi ſe cõſule ꝓferret, tũ omnibꝰ uideri uellet, eo peiꝰ die cũ rep.
actum quo ipſe cõſul creatus eſſet, q̄ quo Valerius in ueſtibulo Capitolij perijſſet. Sed iã, in-
quit, in animo habeo Quirites in Volſcos legiones, & in Equos ducere: neſcio enim quonam
fato bellãdo magis, quã quũ pacati ſumus propitios habemus deos. Edico igitur ut qui in Va-
lerij uerba pro Capitolio recipiẽdo iuraſtis, cras ad Regillũ lacũ mihi adſitis omnes. Conati
ſunt primũ Tribuni ſoluere militẽ religione, idẽtidẽ prædicãtes Quintiũ tũ priuatũ fuiſſe, quũ
milites in Valerij uerba iuraſſent, eoq́ mortuo exercitum non teneri ſacramento. Hęc illi: ſed
milites haud ſe ꝓpterea ſoluebãt: haud enim tũc erat quæ poſtea ſecuta eſt religionis negligẽ
tia. Terrebat præter cætera populũ ferox Quintij denũciatio, fore, ut q̄diu ipſe cõſul eſset, pro- Quintij de nũciatio.
cul domo habiturꝰ eſſet exercitũ. Nec ſe populũ ad comitia uocaturũ, creãdorũ cõſulũ cauſa.
Dictatore opus eſſe, ut aliq̄n reſp. domeſticis ſeditionibꝰ cõcuſſa ſiſti poſſet. Huiuſmodi minę
adeo Tribunos fregere, ut polliciti ſint ſe in autoritate patrũ futuros, modo ne exercitꝰ domo
abducerẽt. Eſt itaq́ inter ſenatũ & Tribunos ipſos cõparatũ, ut eo anno neq́ de lege ageretur, Fracti Tribuni cõſulibꝰ credũt
neq́ cõſules legiones aliquo educerẽt. Ociũ ab oĩ urbico externoq́ certamine in reliquũ anni
fuit. Plebs eoſdẽ Tribunos reficit, quo exemplo partes iritati, Quintiũ parabãt cõſulẽ reficere,
niſi grauiſsima ipſius caſtigatione moniti, alienũ ab eiꝰ ordinis dignitate eſſe, peccare alterius
exemplo, præſenti conſilio abſtitiſſent. Cõſules itaq́ creati Q. Fabius iterum, & L. Cornelius
Maluginenſis. Cœperant Tribuni ſollicitare plebẽ, quũ Romã allatum eſt, Volſcorũ legio- Conſules.
nes circa Antium eſſe. Cœperat ea colonia iam antea Romanis ſuſpecta eſſe. Ægre à Tribu
nis obtineri potuit, ut bellũ præuerti paterentur. Cõſcriptę ad bellũ legiones Latini Herniciq́
B duas militum partes de more ad bellũ dederunt. Volſcorũ prouincia Fabio data, Corneliꝰ ad
p̄ſidiũ urbis remãſit. Hoſtis ab Romano ut in pugnã deſcenderet, cõpelli nõ potuit. Tũ cõſul
tripartito caſtra adortus hoſtẽ uallo deturbat, Caſtris inde exutũ ac diſpalatũ, aperto cecidit
cãpo: deletus foret exercitꝰ ni fugiẽtes proxima ſylua peropportune texiſſet. Sed dũ hęc ad An
tium gerũtur, Equi interim p̄miſſo iuuentutis robore, noctu Tuſculanã arcem occupãt. Reli-
quus exercitus haud ꝓcul oppido cõſtitit, ut ſubſidio ſuis eſſet. Tuſculanæ arcis nũcius Romã
primo, & ab Roma Antium in caſtra perlatus, haud aliter Romanos affecit, quã ſi iterum ab
hoſte captũ eſſet Capitoliũ. Adeo Tuſculanorũ in Romana arce recuperanda recens uigebat
meritũ. Et quia relata gratia opus erat, confeſtim conſul legiones Tuſculũ admouit. Dionyſiꝰ
Fabium ſcribit urbẽ egreſſum huc primũ ueniſſe, hoſteq́ procul Romanas legiones cõſpica-
tum, ſponte priuſq̄ ſigna admouerent, deſeruiſſe arcẽ. Non defuerũt qui hoſtiũ p̄ſidiũ aliquã
diu obſeſſum ſcriberẽt, hicq́ incolumitatẽ pacti arce poſtremo abſceſſerint. Liuius plures hic
mẽſes bellatũ exiſtimat patre copiarũ à cõſule Tuſculanis data, ut ea patre qua oppidum ſpe- Tuſculana arx occupatur.
ctat arcẽ oppugnarent, ipſum interim cõſulẽ hoſtiũ caſtra oppugnaſſe, nec priꝰ Equũ arcę de
pulſum q̄ fames ad deditionẽ cõpuliſſet. Atq́ ita deditos ſub iugũ miſſos, quos domũ abeũ
tes Romanos ad Algidũ conſecutus obtruncauerit. Dionyſius reperta arce ait, Fabiũ explora
tis hoſtiũ itineribus noctu rapto agmine in Algedonẽ, ſic ipſe Algidũ uocat, ueniſſe, ibiq́ im
prouiſo acceſſu hoſtẽ fuſum, multaq́ cũ cæde diſiectũ, ac ſecundũ eam uictoriã ad Ecetranam
itum urbẽ Volſcorum ea tẽpeſtate illuſtriſsimã, ibiq́ aliquot dies prouocatus hoſtis quũ ad
pugnã exciri nequiuiſset, agrũ fœde populatũ, prędãq́ in eo partã benigne militibꝰ diuiſam:
Alterũ conſulem, q̄a aperte Antiũ defeciſſet, in Volſcos qui erant circa Coloniã inuectũ, qui
bus obuiã prodeuntibus, atrox ſit preliũ cum Romano cõmiſſum: ad ultimũ uictos hoſtes, in
Antium cõpulſos, quos cũ aggere & foſſa Cornelius claudere eſset adortus, iterum congredi
auſos nihilo meliore euẽtu dimicaſſe, q̄n fuſos, ſeq́ intra mœnia recipientes Romanum è ue-
ſtigio ſecutũ, admotiſq́ muro ſcalis ui oppidũ captum, omne aurũ, agentũ, & æs, aliamq́ præ
cioſam prædã à cõſule in publicũ relatã, principes Coloniæ cęſos ſecuriue percuſſos, atq́ his Equi in Algido cæduntur.
geſtis utrũq́ cõſulẽ Romã reuerſum, Liuiꝰ autor eſt, poſt Equos q̄ præſidio Tuſculanæ arcis

 deceſſe

deceſſerant in Algido cæſos, Cornelium cũ exercitu eo ab Roma ueniſſe, atq; ita cõſules am/
bo Equorũ fines & Volſcoꝝ ingreſſi, utraq; regionẽ late icurſarint, nec ꝑterit Liuiũ fuiſſe quoſ C
dã ex ipſo ſcriptorũ numero, q in hũc annũ, qđ & ipſe Dionyſium ſecut⁹ feci, Antiatium defe
ctionẽ reiecerint. Cæterũ abſentib⁹ cõſulib⁹ Au. Cornelius, & Seruili⁹ q̃ſtores. M. Volſcio q
Dies Volſcio dicitur. haud dubie falſus in Cæſonẽ fuiſſet teſtis, diẽ dixere, cõſtabat enim neq; Volſcij fratrẽ, ubi ſe
mel morbo decubuiſſet, cõualuiſſe amplius, nec ꝑ id tẽpus id qđ teſtis crimẽ reiecerat, Cæſonẽ
Romę fuiſſe, ſed circa ſigna frequẽtẽ, & ſine cõmeatu ullo mãſiſſe. Tribuni mora i erãt, q pri⁹
ppſm i ſuffragia ire uetabãt, q̃ lex lata eẽt, in cõſulũ aduẽtũ utraq; res extracta, qb⁹ reuerſis qa
Tributa cõmitia iſtabãt, Tribuni nõ tã de lege ſolliciti, q̃ ut quarto reficerẽtur, Volſcianũ iudi
ciũ de induſtria omiſerũt. Conſules ſumma ope reſiſtebãt, ne ijdem Tribuni fierẽt in ſequẽtẽ
annum, uictoria tamen apud plebẽ & Tribunos fuit. Eodẽ anno pax petẽtibus Equis eſt da/
Conſules. ta, luſtrũq; decimum conditũ, cenſa ciuium capita c. triginta duo milia cccc xix. Sequẽs an/
nus conſules habuit L. Minutiũ & c. Nautiũ. Apud quoſdã L. pro c. legere eſt. Impediebant
conſules legẽ, Tribuni ex aduerſo Volſcianũ iudiciũ, eratq; maior omnino autoritas in nouis
quęſtoribus M. Valerio Valerij filio, & Quintio Capitolino, q ter conſul fuerat. Verginius &
cæteri Tribuni duos mẽſes cõſulibus aſſignarũt ad legẽ inſpiciẽdã, ut populũ doceret, qd in
ea occultæ eſſet fraudis. Et res domi in hoc ſtatu erant, quum ab Equis renatum eſt bellum,
confœderant hi Graccho duce in Latinorum finibus primo, agrum inde Tuſculanum cũ præ/
da & populatione incurſarunt, & iam prædacea opulentia honuſti in Algido caſtra fece/
rant, uenerunt eo ex urbe legati ſociorum iniuriam querentes repetenteſq; res ex fœdere nu/
Audi ſuperbum hoſtiũ reſpõſum. per icto, Gracchus ſucceſſu rerũ elat⁹, indigne, inquit, facitis uos Romani iuſtã ultionẽ prohi
bituri, quaſi nefas ſit Equos à Tuſculanis, à quibus prius læſi ſunt, iniuriarũ pœnas exigere,
præſertim quum nihil diſerte ſit ſocijs in fœdere cautum. Si quid igitur uos læſi eſtis reddẽtur
res Romano ut poſtulatis, ſin aliorum cauſa pœnas exacturi ueniſtis null⁹ de his erit uobis
mecum ſermo, Sed iſta ad hanc arborẽ loquimini. Imminebat fagus, ſiue, ut Liui⁹ ait, quer/ D
cus prętorio. Tũ ex legatis unus, & hæc qdẽ ſacra arbor audiat, ac qcquid deorũ ubiq; homi/
numq; eſt, uiolata à uobis iura quæ nos iuſta ultione exequemur. Poſt legatorũ reditũ Patres
Minutium ad hoſtes in Algidũ ire iubent, alterũ conſulẽ Equorũ fines populari. Impediſſent
tum quoq;, ut ſępe alias, Tribuni delectũ, niſi Equico bello ali⁹ recens ex Sabinis ſuperueniſ/
ſet terror. Sabini ad urbẽ uſq; prædabundi uenere, qua clade & ignominia plebs conſternata
Tribunis fruſtra retinentibus arma induit. Duo exercitus conſcripti, Nautius in Sabinos eſt
miſſus, Caſtris ad Eretũ poſitis: fuit is Sabynorũ uicus Tyberi propinqu⁹, crebris incurſioni/
bus, hiſq; plurimũ nocturnis tantã in Sabino agro fecit uaſtitatẽ, ut præ cladis huius magni
tudine, Romani agri uiderentur intacti. Alteri cõſuli in gerendo bello, neq; uirtus, neq; fortu/
na affuit. Nam ubi in hoſtiũ cõſpectu fecit caſtra, nulla adhuc clade accepta ſeſe ut uictus ca/
ſtrorũ munitionibus tenebat, qui uanus metus ubi eſt ab hoſte animaduerſus, ferocius inſta/
re cœpit, noctẽq; caſtra oppugnare aggreſſus, quę quia capere nõ potuit, uallo poſtero die cir
Conſul cingitur obſidione. cunſedit, Dionyſius in cõualle quedã Romanũ ab hoſte clauſum autor eſt. Cæterũ ſiue metu
& ignauia, ſiue locorũ iniqtate fuit exercitus obſidione cinctus, tanta ciuitatẽ trepidatio inua/
ſit, obſidionis nũcio Romã perlato, quãta ſi urbem ipſam hoſtes obſiderent. Alterum cõſulẽ
confeſtim Romã uenire iubet, in quo quũ in tanto diſcrimine parũ præſidij fore crederet, Di/
ctatoreq; opus eſſe qui rem ꝓpemodũ lapſam reſtitueret, L. Quintius Cincinnatus Dictator
oĩm cõſenſu dicit. Colebat is trãs Tyberim quaternũ iugerũ pratã. Quintia deiceps nũcupata.
Huc cũ mãdatis patrũ legati ut eũ in urbẽ deducerẽt, uenere. Cõſtat agreſti opi intẽto ſub pri
mũ legatorũ acceſſum, à Racilia coniuge togã ex ꝓximo tugurio deprõptã, abſterſumq; toto
corpore puluerẽ. Nauis illi publice parata, Tyberiq; tranſuectũ tres filij uenientẽ primo, mox
propinqui & neceſſarij, inde patres cæteraq; multitudo gratulabũda excipit. Vigilatũ ſequẽti
nocte in urbe, poſtridie quũ ante lucẽ in foꝝ ueniſſet, L. Tarqniũ magiſtrũ eqtũ dixit, cũ quo i
Quintij edictum. cõcionẽ ꝓgreſſus iuſtitiũ induxit, uetuitq; priuatæ rei quicq; in urbe agi, edicit inde ut qcũq;
per ætatẽ & ualitudinẽ militare poſſent, cũ cibarijs quinq; dieꝝ, uallisq; duodenis ſibi ante no
ctem in cãpo Martio adeſſent. Ibi ſub noctẽ cõpoſito agmine Dictator legiones, Tarqnius
equi/

A equitatũ urbe educũt, multa ubiq; alacritas, alius aliũ hortari, ut gradũ adderet, celeraret, dũm nox eſſet, ut ante lucem ad hoſtem ueniri poſſet, tertiũ iam diem cõſulem & legiones obſideri. Quid nox, quid dies ferat, haud plane ſciri poſſe, paruo tẽporis momento maximarũ rerum momenta uerti, media ferme nocte ad hoſtes uentũ. Dictator equo eorũ caſtra circũuectus circuitum & formã cõtemplatur. Hicq; per Tribunos ſarcinas unũ in locũ à militibus conijci imperat, inde ſilentio in ſuos ordines omnes rediere, tũ agmen circũquaq; extenſum hoſtes circũdedit, mox ubi ſignũ audiuere, oẽs clamore ſubito uti iuſſi fuerãt, uallũ iaciũt. Voces undiq; aures feriẽtes hoſtes territãt, Romanis ſpem & audaciã afferũt. Negat cõſul morãdũ eſſe, iã enim clamore ipſo nõ modo ſuorũ aduẽtũ ſed pliũ quoq; ab altera parte initũ ſignificari, qui igitur in caſtris erant ſumptis armis hoſtẽ pugna laceſſunt. Equi exteriore parte opus prohibere cœperant, quũ eruptione ab Romanis repente facta, ueriti ne per media caſtra obſeſſi ad ſuos euaderent, introrſum cõuerſi, pugnã cũ Minutio in lucem extrahere. Foſſa interim & uallo circundati à Quintianis inuaduntur copijs. Hic ancipiti malo deprehẽſi, ab armis ad preces uerſi, nunc Dictatorẽ, nũc conſulẽ orant, ne in cæde & ſtrage hoim uictoriã reponerent. Neceſſitate igitur coacti in has conditiones deſcendũt, ut Gracchum Clœlium ducẽ, principeſq; gentis, Dictatori uinctos traderent, Corbione oppido decederent, ipſiq; inermes ſub iugũ miſſi abirent. Tribus haſtis iugũ fiebat, duabus humi defixis, ſupq; eas una tranſuerſa deligata. Huiuſmodi ignominia hoſtes à Dictatore dimiſſi. Prædã Quintius caſtrenſem ſuo dedit militi habendam, uetuitq; conſularem exercitũ ex ea q̄cq̄ attingere, indignũ prædicans, ut præda ex eo hoſte potiretur, cuius ipſe propemodũ præda fuiſſet. Inde conſulem affatus: tu, inquit, Minuti donec conſularem animum habere incipias, legatus in caſtris eris. Tantum abfuit, ut Minutius aut milites ignominia notati id ægrius tulerint, ut & abeuntem Romam patronum ſalutarint, coronãq; ex auro dono decreuerint. Ipſe triumphans Romam ingreſſus eſt, egitq; Equorum principes ante currum, ſignaq; militaria hoſtib⁹ adempta. Epulæ militib⁹ currum

Quintij ſtratagema.

Sub iugum mittuntur Equi.

Quintij triũphus.

B ſequentibus paſſim tota urbe appoſitę, multaq; hilaritate diſcumbẽtium eius diei pompa traducta eſt. Abdicaſſet ſe Quintius confeſtim magiſtratu, niſi M. Volſcij comitia tenuiſſent, ne Tribuni impedire id iudiciũ poſſent, in dictatura perſeuerauit. Damnatus Volſcius Lanuuiũ exulatum abijt, tum & ipſe ſponte ſeſe magiſtratu abdicauit XVI. Dictaturæ die, quum in ſex menſes tum magiſtratũ accepiſſet. Q. Fabius Minutio ſucceſſor in Algidũ miſſus. Mirum eſt quod de Quint. continentia Dionyſius prodidit, ſelecta ex omni præda quedã manubiarum nomine, haud quidem attigit. Et quum neceſſarij & propinqui plura pollicerentur, ut in urbe pmaneret, continuo ubi poteſtate abijt, in agrũ, quem colebat, ſeſe recepit, paupertate magis q̄ diuitijs cõtẽtus. Nautius cõſul & ipſe in Sabinis ad Heretum cum hoſte feliciter pugnauit, hoſtilem agrum aliquãto antea ferro & igni fuerat populatus.

Damnatur Volſcius.

Quintij temperantia.

## ENNEADIS III. LIBER IIII.

CONSVLES ſecuti Q. Minutius. & M. Horatius, quidam C. pro Marco ſcripſere. Incidit horum adminiſtratio in annum primum octogeſimæ primæ Olympiadis, qui quintus fuit & quadrageſimus, ſupra ſeptingenteſimum, ac quater milleſimum ab mundi origine, à Roma condita nonageſimus ſeptimus ac ducenteſimus. Tribuni principio anni huius, ob legem ſæpius tentatam, cœperant domeſtica ocia turbare, quum agreſtes fuga in urbem delati, multa trepidatione nunciant, intra Fidenas & Cruſtumeriam à Sabinis omnia obtineri. Decernũt patres ut exercitum Conſules ad bellum conſcribant. Tribuni delectum impediunt, negociũ nullum bellicum paſſuri, niſi lex Terentilla de iure ciuibus æquando, prius lata eſſet, attingi, uincebaturq; conſulare imperiũ cõſenſu Tribunorũ, quũ recentioribus nuncijs affertur Romano pſidio ad Corbionem cæſo, Equos in armis eſſe. Liuius ab Equis priuſq̄ à Sabinis, tẽ hoc anno motã prodidit. Tribuni recẽtioris belli terrore pculſi delectũ remittũt, prius tñ pacti, ut X. deinceps Tribuni crearent, rati ſuã paucitatẽ ludibrio patribus eſſe, ac tũ primũ X. creari cœpti, anno à primis Tribunis ſexto ad trigeſimo. Conſules delectu habito in hoſtes profecti ſunt. Dionyſius (nam eorum quę adhuc dixim⁹, Liuius eſt autor) Tribunis delectũ impediẽtib⁹ impetum

ANNI MVNDI

X. Tribuni.

impetũ ait cepiſſe patres,belli per ſe clientibus & amicis fretos excipiẽdi,cuius ſentẽtiæ erat L. Quintius autor,ac tũ priuſquã hæc extrema remedia quæreret̃ c.Horatiũ conſulẽ cũ ſeniori/bus patrũ ante ſuggeſtũ locatis,Tribunos & multitudinẽ ſic ait affatũ.Pulchrũ uergini opus, lõgeq; laudabile,tu tuiq; collegę ad hũc diẽ pegiſtis,plebẽ à Senatu,& quaſi diſcerpto corpo/
C.Horat oratio. re,mẽbra à capite auulſiſtis,ac quãtũ in uobis eſt perditũ itis oĩa hæc bona,quæ partim à ma/ioribus ſunt nobis relicta,partim nos ipſi bellãdo quæſiuimus.Cæterũ nos non ſine dimica/tione hæc dimittere certi ſum⁹,ſed una cũ patriã ſeruare uolẽtibus,decreuimus arma capere.I/bimus igit̃ in certamẽ nos patricij ſpem bonã ſecuti ducẽ,honeſtius ibi,ſi uincere nõ cõtingat perituri,q̃ſi hic ſedẽdo patriã,liberos,penates,noſipſos,ꝑdiderim⁹.Enimuero,ſi qs deus pie facta reſpicit,ſi fortuna urbis hui⁹ nõdũ hæc mœnia reliqt,certe eſt aliqd ꝙ ſperem⁹,ſin aliqd inimicũ numen Romanæ urbi aduerſabit̃,ſitq; tacita quædã inuidia quæ nihil in terris diu fe/lix eſſe patiat̃,ſi nulla res alia,certe una cadentes ſolabitur,ꝙ in patria tuenda,neq; uolũtas no/bis,neq; ſtudiũ defuit,eritq; exitus ipſe oĩm pulcherrimus,quia pro patria,pro libertate,ꝑ pe/natibus,pro liberis,pro ijs quæ hominibus chariſſima ſunt,mortem oppetiuerimus. Vos in/terea fidi generoſiq; urbis præſides,hic cõcionabũdi ſedebitis,fœminarũ more uerbis altercã/tes,quibus neq; uita ſi uicerimus honeſta,niſi uicti ſimus tuta eſſe poterit,niſi forte ſpem illã
Amara exprobratio. frigidã alitis,fore ut patricio ordine extincto,hoſtes mitiores habituri ſitis.Quippe qui omni certamine omiſſo,uobis principatũ,cæteraq; habẽda relinquãt,q̃uos cum recte ſentiebatis, ipſis bellãdo ademiſtis,adimẽdoq; trophea & monumẽta ꝑpetua inimicitiarũ ſtatuiſtis.Sed quid ego plebem obiurgo,quæ ſua ſponte nũq̃ fuit mala?Cur nõ te potius & alios Vergini? Quorũ quum nihil ſit humile in repu.eam tamẽ hoſtibus præſidia auferendo proditis,pro q bus ultricẽ pœnã à dijs expectate,illi quidẽ puniunt,quæ homines nequeũt,& ſi ab homini/bus eſt etiã ultio expectanda,quorũ manus in patriã armaſtis.Veſtra enim diſcordia freti ho/ſtes,tam licentioſe hodie Romano nomini inſultant.Aderunt illi poſt patriciorum cladem, hancq; urbem aut fame domitã,aut ui captam diripient,mares fœminaſq; promiſcue truci/dabunt,non ſexu,non ætate ulla abſtinebunt,non Romanorum quorum imperare propri/um eſt,ſed Barbarorum crudeliſſima exempla ſecuti,ne ueſtigia quidẽ urbis huius ulla in ter/ris relinquẽt,ut Romanum nil ad poſteros ſit niſi fama,totis uiribus curabunt.Vtinam ſim falſus uates.Video excidium ingẽs patriæ imminere,uos q hæc nõ uidetis,ſiue potius uidere diſſimulatis,pergite ut cœpiſtis,cõcionẽ aduocare,nouas inferre leges,dũ Patricij,dum Sena/tus,deuotũ ſe eunt pro patria,cui tu Vergini,& alij Tribuni,magis inimici eſtis,q̃ Sabini & Equi,qui nunc noſtra populant̃,ac neſcio amplius etiã magiſq; pernicioſi.Illi utique ex pro/feſſo hoſtes,uos nomine ciues,& ciuiũ cuſtodes,re autẽ pluſq̃ hoſtes q finitimis undiq; in per/
Peroratio. niciem urbis huius ruẽtibus,ciuibus arma adimitis.Tota multitudo mota eſt huiuſmodi Cõ/ſulis oratione,ſed maior omnino animorũ motus inde ortus,ꝙ maiores natu patricij ordinis qui in cõſpectu ſtabant,tacite ad ea,quæ dicebãtur,collachrymarunt,tum ciuiũ inclinationem ueritus Verginius mitiore ſermone uſus,precatus eſt,ut ſi in præſentia de lege tranſigi nollẽt,
Concordia ordinum. hoc ſaltẽ darent plebi,ut Tributis comitijs decẽ Tribuni crearẽtur,quod uno Appio Claudio repugnãte,eſt à patribus neceſſitate magis q̃ uolũtate,expreſſum.Verũ ea cõditiõe,ut eorum qui tunc eſſent in ſequẽtẽ annum nullus reficeretur.Poſt tributa comitia Minutius eſt in Sa/binos profectus,hoſtẽq; nuſq̃ in agris adeptus,regionẽ populatus eſt.Horatius cui Equi pro/uincia euenerãt,nõ ſolũ Corbione,ſed Hortana quoq;,ſiue,ut Dionyſius ait,Britone de Lati/nis capta,in Algido hoſtẽ inuenit.Ibi prælio cõmiſſo Equi uicti ſunt.Corbionis mœnia Ro/manus uictor à fundamentis diruit.Et hæc domi militiæq; eo anno geſta. Qui proxime ſecu/
Conſules. Lex de Auentino. tus eſt Cõſules habuit M.Valeriũ,& Sp.Verginiũ.Ab externis armis ocium fuit ciuitati.Lex de Auẽtino publicãdo lata eſt,quũ pleriq; furto multa in eo occupaſſent,Datæ omnib⁹ areæ in eo ædificare uolẽtib⁹.Fuerat prius modica ſui parte cult⁹,patet collis ambitu.XII.ſtadioꝝ. Sed quũ de lege huiuſcemodi ageret̃,Icilius & cæteri Tribuni ad Cõſules miniſtrũ miſerũt,pe/tentes ut de Auẽtino referrẽt ad p̃res,impulſ⁹ Tribuniti⁹ uiator ab uno eoꝝ,q cõſuli appebãt cui reiectus,ita percit⁹ Icili⁹ lictorẽ arripuit è rupe p̃cepitaturus,ultuſq; eſſet illico maieſtatem, niſi Tribuni hoĩs uitã precibus patrum cõdonaſſent.Tentatũ p̃terea à Tribunorum collegio

ut Se

ut Senatū ſibi i curiā uocare liceret,quū cōſulū ad eā diē ptās fuiſſet,illi dūtaxat patres accerſe/ *Conſulum fuit uocare Senatum.*
A re,nec e curia abire licebat,niſi cōſulū alter ꝓnūciaſſet,abite ſi placet,nō āplius uos moramur
patres cōſcripti.Et ut cōſularis fuit ptātis patres morari,ita Tribunitiæ cōcionē populi tenere, *Conſules*
quādiu uoluiſſet,ac quū libitū eſſet uoce ſoluere.Refecti deinceps ijdē Tribuni T.Romilio &
C.Veturio cōſulib⁹,q quū pter cętera,legē celebrarēt,opportune nunciatum eſt, Tuſculanū
agrū ab Equis uaſtari.Pergrata ea res fuit patribus,q uelut in orbē ſtatū reip.uariari nō igno
rabāt.ut bello cōcors ciuitas eſſet,in pace ſeditioſa,augeriq̧ rēp.armis,ocio deteriorē fieri.Re/
cens Tuſculanoꝝ meritū effecit,ut Tribuni auxiliū remorari nō ſint auſi.Ambo itaq̧ Conſu
les ad id bellū exiuere,hoſtēq̧ in Tuſculano adepti,& ad pugnā extractū,cū magna cæde fu/
derunt fugarūtq̧,quatuor milia Equorū & amplius deſiderata.Præda ingēs quæſita eſt,ac uē
dita,prædaceæ pecuniæ ob inopiā in ærariū repoſitæ.Quæ materia criminādorū ad plebē cō/
ſulū Tribunis eſt oblata.Nec ita multa poſt Sp.Tarpeio & Aulo Eternio ſiue Termenio con
ſulib⁹ dies Romilio dicta à C.Claudio Cicerone,& Veturio ab L.Alieno ædile.Romilius X.
milib⁹ æris,& Veturius XII.ſunt dānati.Dionyſius ſignificare uidet à Siccio Tri.pl.diem Ro
milio dictā,& à L.ædile Veturio,qa Equico bello Siccius cū tota cohorte in apertū mortis di/
ſcrimē ire iniquo impio iuſſus eſſet.Datū pterea crimini,q̄ ijdē conſules cū nobiliū manu in
Tribunos impetū feciſſent,p coſq̧ magiſtratū qui ſacroſanctus eēt,uiolari cōtigiſſet.Tarpei⁹
& Termeni⁹ cōſules dānare aiebāt poſſe cōſulares uiros,& principes Senat⁹,legē tn̄ Tribunos
ferre nō poſſe.Tum Tribuni,Terentilla lege abiecta:quæ iā cōſenuerat(Dionyſius eā latā exi *Lex Terentilla.*
ſtimare uidetur,æſtimatāq̧ per eā mulctæ ſummā,binis bobus ſiue ouibus triginta,& quod
nō ſolis cōſulib⁹,ut antea,ſed cæteris quoq̧ magiſtratib⁹,aduerſus ſuā poteſtatē delinquētes
punire liceret)cū prib⁹ agūt,ut ueterib⁹ certaminib⁹ poſitis,ſi plebeię leges diſplicerēt,ex prib⁹
& plebe creari paterētur,q leges & ea q̄ ad æquādā libertatē attinerent,ciuitati cōſcriberēt. Ro
mili⁹ q haud multo antea dānatus fuerat,ſentētiā in ſenatu dixit,æquiſſima ſibi uideri Tribu/
B norū poſtulata,habuitq̧ ſu p ea re popularē orationē,quapropter non ſolū laudat⁹ eſt à Tri
bunis,ſed à Siccio & collegis remiſſa eſt ei mulcta,quā homo cōſtāti ingenio à ſe nihilo ſecius
ſolutā uoluit,neq̄d dicēdo ambiuiſſe crederet.Ita de legib⁹ populo ęquādis inter ordines con
uenit.Miſſi in Græciā qui præclaras Solonis leges,aliarūq̧ illuſtriū ciuitatū mores & inſtituta *Solonis leges.*
cōſcriberēt.Legati ad hoc ipſum miſſi,Sp.Poſthum⁹,Alb⁹ & P.Sulpiti⁹ Camerin⁹,& Aul⁹
Manlius.Pro P.apud Dionyſiū Seruiū reperio.Fuitq̧ reliquū anni tēpus ab externis armis,
& omni domeſtica ſeditione quietū.Sed annus qui ſecutus eſt aliquāto quietior, P. Curiatio *Conſules Peſtilentia & fames.*
& Sexto Quintilio cōſulibus.Cæterū duo grādia mala urbē inuaſerunt,fames & peſtilētia o/
mniū memoriæ ad id tps traditarū maxima,urbs funerib⁹ exhauſta,& agri hoīm pecorumq̧
ſtrage pene deſolati.Quintilius cōſul mortu⁹ eſt,cui Sp.Furi⁹ eſt ſurrogatus, mortu⁹ Augur
unus,& tres Tribuni plæbis,Flamē unus Quirinalis.Interim legatis ex Græcia reuerſis,Con
ſulib⁹ L.Menenio & P.Siccio noua ſcribēdarū legū cura ciuitatē inuaſit.Placuit Decēuiros ſi/ *Conſules.*
ne ꝓuocatiōe creari,nec aliū eo anno eſſe in urbe magiſtratū,aliquādiu cōtrouerſia tenuit,de
berent ne ex utroq̧ ordine legi,an ex patricio tātū,poſtremo cōceſſum,ut ex pribus duntaxat
crearent.Cēturiatis comitijs creati ſunt Appi⁹ Claudi⁹ & T.Genutius,qui fuerāt aliqn̄ cōſu/
les deſignati,P.Seſti⁹ Sp.Poſthumi⁹ P.Sulpiti⁹ ſiue(ut alij habēt)Seruius,& Aulus Mālius, *Decēuiri ad cōſcribēdas leges.*
q leges ex Græcia detulerāt T.Romilius C.Iulius T.Veturius & P. Horatius. Sicq̧ publicæ
adminiſtratiōis ratio à cōſulib⁹ ad Decēuiros trāſlata eſt.ut olim à regib⁹ ad Cōſules. Fuitq̧
hic ann⁹ trecēteſim⁹ ſcd's ab urbe cōdita,q prim⁹ fuit octogeſimæ ſcd'ę Olympiadis in q̄ tpa
Anaxagoræ interitū reijcit Cæſarieſis Euſebi⁹,Ephefij Heracliti ſtudia,& Eſdræ acta, quo/
rū ſupra meminim⁹.Fuerūt præter hos ea tēpeſtate illuſtres Empedocles Agrigētinus,& Par/ *Empedocles. Agrigētinus*
menides Eleates Phyſicæ uterq̧ diſciplinæ ſectator.Hic Zenophanis & ut alij tradūt Anaxi
mādri,ille Anaxagorę primū,mox & Pythagorę auditor.Parmenides prim⁹ oīm globoſam *Parmenides. Eleates.*
eſſe terrā dixit,& i medio ſitā,duoq̧ elemēta ignē & humū,hūc opificis,illā materiæ ferre uicē.
Hoīm gn̄atiōnē ex ſole ortā,inter aīam & mentē nullū eſſe diſcrimē. Idē primus aīaduertiſſe
fertur luciferū & ueſperū eundē eſſe.Etſi alij ad Pythagoram id referunt.Fuit & Empedocles
medicus & orator ut Satyrus ſcripſit.Varia & miranda de eius interitu tradūtur. Hippobot⁹

Ætnā

Ætnã eũ cõſcendiſſe ſcripſit,naturã,ut arbitror,loci exploraturũ,ac ſeſe in craterẽ ipſum cõie-
ciſſe,argumẽto alterius crepidæ ductus,quã ferreã fuiſſe memoriæ proditũ eſt,& in ſupercilio
crateris repertã.Sed Pauſanias huic famæ nõ accedit.Solẽ igneã maſſã dixit,Lunã habere diſ
ſimilitudinẽ.Et ut Pythagorę diſcipulũ agnoſcas ſe aliquãdo puellã fuiſſe affirmabat,arborẽ,

Zeno Cittieus.

auẽ,atqꝫ piſcẽ.Fuit his equalis Zeno Cittieus,Stoicæ diſciplinæ longe princeps. Duo poſuit
principia,deum & materiã,unũqꝫ deum nõ plures.Eiuſdẽ illud,nõ ſi magnus,eris continuo &
bonus:ſed ſi bonus,& magnus quidem.Itidẽ ſatius labi pedibꝰ q̃ lingua.Octauo & nonage-
ſimo ætatis anno,quũ forte ſchola egreſſus digitũ offendiſſet,ſibi manũ intulit.Fuit & Zeno

Zeno Eleates.

Eleates Dialecticæ repertor.Is ut Satyrus in Epitome ꝓdidit,Nearchũ tyrannũ deijcere ador
tus,in cõiuratiõe deprehẽſus,quũ quæſtioni fuiſſet adhibitus,oẽs tyrãni amicos ut cõiuratio-
nis ſocios nominauit.Quibꝰ ſupplicio affectis,à Nearcho interrogatꝰ quæſtionẽ exercẽte,an

Conſtantiæ exemplum.

plures ſupplicio afficiendi eſſent,tu ſolus,inquit,patrię pernicies.Simulans inde ſe uelle quæ-

Pherecides Syrus.

dam ſecreto dicere,aurẽ illi dentibꝰ,ut alij dicũt, naſum lacerauit.Mox abſciſſa ſibi dentibus

Cratinus comicus.

lingua in eius ſinũ cõſpuit.Vixere cũ his Pherecides Syrus hiſtoriaꝝ ſcriptor.Cratinꝰ & Plato
ueteris comœdiæ autores,Ariſtarchus Tragicus.Et hi quidẽ ꝑ id tempus,quo Decẽuiri leges

Ariſtarchꝰ tragicus.

Romanis ſcripſere,ingenij laude claruerũt.Incidit duodecimꝰ Artaxerxis annus in hæc tpa,

Artaxerxes Heſter.

quo ut Ioſephꝰ ſcribit,ille Vaſthim uxorẽ quia ad cõuiuiũ uocata adeſſe noluiſſet,patrio mo-
re repudiauit,ſupducta illi Heſtere puella Hebraici ſanguinis,quã ex Babylõe accerſitã,inter
quadrigẽtas pellices ab initio adamauerat.Erat ꝑ id tẽpus regi chariſſimꝰ Aman Amalechita
genere,interciderat ea gens Hebraicis armis,obtuleratqꝫ Amanem ſecundũ ſe uulgo adoran-
dum.omnes itaqꝫ illũ æque ac regẽ uenerari,uno dũtaxat dẽpto Mardocheo Heſteres auun-
culo.Is gentili inſtituto unum deum adorandũ prædicabat,nec ullam Amani,aut mortalium
cuiquam uenerationẽ exhibendã.Erat Mardocheus in Artaxerxis familiaribꝰ,iã inde ex quo
Eunuchorum quorundã cõiurationẽ ꝑ Heſteren regi detulit.Cæterũ magis ualuit Amanis
odiũ recẽs,Mardochei gratia.In cuius inuidiã multa milia talentoꝝ Aman regi pollicitus,mul-
tiſqꝫ criminibꝰ oẽm Hebraicã gentem inſectatus,ꝙ cõtumax hominũ eſſet genus, ſuperſtitio-
ſum,cæteriſqꝫ mortalibꝰ inimicum,facile obtinuit,ut ad omnes prouinciarum pręſides ab In-
dia ad Æthiopiã regis nomine literæ de Iudæorũ cęde darent.Nec latuit edictũ regis Mardo-
chæũ,q ſacco idutꝰ ſqualoreqꝫ cooptus regis aulã,nulli tamen exauditꝰ,ambibat.Peruenit a-
uunculi luctus ad Heſteren haud multo poſt.Quæ quũ doloris cauſam ꝑ Eunuchos reſciuiſ-
ſet, ad regẽ auſa eſt duabus comitata ancillis ꝑuenire,quũ capitale eſſet alioq ſiquis eũ niſi ac-

Heſteres facinus.

cerſitꝰ adiret.Periculo tamẽ ꝙ uniuerſæ genti inſtabat cõmota Heſtere,propriæ ſalutis oblita
intẽpeſtiue ſeſe regi obtulit,quã ille uenientẽ quũ parum familiari uultu,ꝓcul eſſet intuitꝰ,cõſe-
ſtim illa tã pudore q̃ metu cõfuſa,ad eiꝰ pedes iacuit intermortua.Comotus puellæ caſu Arta
xerxes,humo iacentẽ ſubleuat,atqꝫ in gremio receptã iubet bono aĩo eſſe:diceret, ſiquid eſſet
quod magnopere à ſe impetratũ uellet:tum puella uix ſibi ſatis reddita, maior eſt , inquit,rex
dolor meus,q̃ ut paucis à me uerbis explicari poſſet,ſuppliciter oro, ut cum iſto Amane uiro
clariſſimo apud me cras prãdere uelis.Annuit ille,ſeqꝫ cũ amico ex cõdicto affuturũ eſt polli
citus.Nocte uero q̃ media fuit,qđ deo credas cordi fuiſſe,Rex mandat ſibi ratiocinariũ regio-
rũ actuũ afferri,ac quũ forte alia q̃dã reqrerent,ecce illud occurrit quo Mardochei indicio rex
capitalibus fuerat inſidijs ſeruatꝰ.Tũ rex ad diſpẽſatores cõuerſus,Ecquid fuerit ne Mardo-
cheo cõiurationis indici ꝓ regia beneficentia aliqd datũ,reqrit.Quũ nihil præter cõuictũ illi re-
ſpondiſſent,iubet Artaxerxes Amanẽ ad ſe per noctẽ accerſiri,ut cũ eo cõſultaret, quo potiſſi-

Amanis ſententia.

mum ꝑmio ꝓſequẽdus is eſſet,cui ſalus ſua in diſcrimine curę fuiſſet.Aman,ſentẽtiam dicere
iuſſus cẽſuit(neqꝫ enim cui hoĩm ea cõſultatio expediret exploratũ habuit)uirũ iſigni equo ſe-
dentẽ purpura & aureo torque ornatũ,per urbẽ ab uno ex regijs purpuratis circũuehi oporte-
re,q præcedens clara uoce teſtaret,tale decus eos manere,quos Rex publice honoratos uellet.
Tum ille,recte ais,inquit,tuqꝫ quo nemo eſt mihi amicior Mardocheũ ſub iſta põpa quã pro
poſuiſti,ubi primũ illuxerit,Suſianis cõſpicuũ oſtẽdito.Nihil minꝰ expectatũ & ꝙ magis ipſiꝰ
animũ afficeret audire potuit Aman,qppe q crucẽ domi paratã habebat ad Mardochei ſup-

Mardochꝰ

plicium.Verũ qa regis imperiũ detrectare non eſt auſus,Mardocheũ in publicũ inſigni orna

tu

A tu protrahit. Ludibrio ille ſe eſſe Amani ab initio arbitratus eſt. Cæterum ubi omnia ſerio
agi animaduertit, audiuitꝗ; Artaxerxis iuſſu fieri, omni ſqualore abſterſo bene ſperare icipit.
Erat tamē nihilo ſeciꝰ de ſuorum ſalute uehementer ſollicitus. Quanta in Mardocheo læti/
tia erat, tantus in Amane dolor & mœſtitia. Qui ita animo affectꝰ quum ſe domū recepiſſet,
haud multo poſt per Eunuchū ab Heſtere ex cōdicto ad cōuiuiū accerſitur, tū q ad eiꝰ domū
uenerat ſublimē crucē intuitꝰ, ab domeſtico ſeruo ſciſcitatꝰ, in cuiꝰ ſuppliciū id inſigne patibu
lum eſſet fabrefactū: Mardochęū, inqt, herꝰ noſter fuit huic cruci affixurꝰ, niſi rex aliter de eo
ſtatuiſſet. Hoc Amanis conſilio Heſtere inſtructa, cæterū iuſſa à rege in cōuiuio petere ſiquid
uellet, fidés iam illa ſuæ eſt gentis interitū deprecata, inde in Amanē inuecta crudeliter eū fecíſ
ſe teſtata eſt, q gentē pio cultui addictā, nulli nocuā, nulli infeſtā, in aptū uitæ diſcrimē conatꝰ
eſſet adducere. Turbatꝰ Artaxerxes Heſteres poſtulatis in ꝓxios hortos cōceſſerat: interim A/
man haud ignarꝰ quantū inuidiæ apud Heſteren ſuſtineret, reginæ inſinuatꝰ ut eorū quæ in
Iudæos molitꝰ erat ueniā ꝓcaret, uim Heſtere inferre paratis potiusq̃ ſupplicare uolētis, ſpe/
ciē regi iterū cōclaue ſubeūti ꝓbuit, cōfeſtimꝗ; ob id ad ſuppliciū raptus, cum tota domo ex/
tremo eſt ſupplicio affectꝰ. Ipſe eadē cruce quā Mardocheo parauerat, pepēdit. Tū Rex Ama
ne ſublato tēpeſtiuis Heſteres & Mardochei præcibꝰ fatigatus, edictū in Iudæos ꝓpoſitū reuo
cari iuſſit. Literæ ad prouinciarū præſides (nā dies cædi deſtinatus nondū aderat) ex Heſteres
ſentētia datæ, quæ præter alia multa qbꝰ Rex ſalutē gentis Dinaſtis & prouinciarū præſidibꝰ
magnopere cōmēdauit, inſertum habuere, Nos autem à peſſimo mortalium (quū interim de
Amane loqueretur) Iudæos neci deſtinatos in nulla penitus culpa deprehendimꝰ, contra iu/
ſtis utentes legibus, filios altiſſimi, maximi ſemperꝗ; uiuentis dei eſſe, cuiꝰ beneficio & patribꝰ
noſtris & nobis regnū eſt traditū, & ad hunc diē ab omni offenſa ſeruatū. Quare literas quas
ille noſtro nomine ad uos dederat, nullū habere pondus ſcitote. Cætera Ioſephus ſuis eſt cō/
mentarijs complexus. Dies qui Iudæorū fuerat neci deſtinatꝰ XII, fuit mēſis duodecimi q ab
B Hebreis Adar, Diſtrios à Macedonibus dicebāt. Fuit lux illa iam inde Iudęis in monumentū
rei omni tempore celebris. Fuit & Artaxerxis edicto cæteris gētibus, ſub Perſarū imperio tunc
agentibus. Ioſephus autor eſt Amanis liberos ab Heſtere ad ſupplicium requiſitos, eiuſꝗ;
iuſſu cruci affixos, quingētos præterea eorum qui ex confeſſo Iudæis aduerſati fuerant, & in
prouincijs ſupra ſex & ſeptuaginta milia à Iudæis cæſa. Pręter hæc quæ adhuc ſcripſimus in
Iudæis rebus nihil relatu dignum reperio, uſꝗ; ad iunioris Artaxerxis regnum qui ex huiꝰ ſo
rore eſt natꝰ. Euſebiꝰ autor eſt ad hæc uſꝗ; tpa Hebraicā hiſtoriā ex gentis annalibus ſua ſe/
rie deprōptā. Cætera q̃ Bibliacis nō cōtinentur libris ex Ioſepho Aphricano & Machabæoꝝ
uolumie ait excerpta. Quod eo mihi ueriꝰ uidetur, quia & Ioſephus quoꝗ; ſecūdum hæc quæ
de Heſtere ꝓdidit ad magni uſꝗ; Alexādri tpa in breuiſſimum caput cōtrahit hiſtoriā. Fuitꝗ;
talis ꝑ id tp̄s Iudæoꝝ ſtatꝰ. Decēuiri q ad cōdendas leges Romæ creati fuerāt, decimo die ius
ſinguli in orbē dicebāt XII, faſces pręcedebāt eū cuius erat iuriſdictio, cæteris ſinguli accēſi, mi
ra in iudicādo æquitas, moderatio adhęc tanta, ut quū ſine prouocatione creati eſſent, accidiſ/
ſetꝗ; interim ut in domo P. Seſtij fuerit cadauer refoſſum c. Iulius Decēuir in re tā atroci quā
manifeſta, Seſtio collæge ſuo diē dixerit, deceſſitꝗ; ille ſuo iure, in re cuiꝰ ipſe alioqui legitimꝰ
erat iudex. Qui quantū de ui magiſtratꝰ abſtulit, tantū Ro. populi adiecit libertati, eſſe in ore
oim id iuris exēplū, nec minꝰ uulgo probari, q̃ ſi ex oraculo fuerit aliquo deprōptū. Sūma inte
rim expectatio erat legū, quas Decēuiri ꝓmulgaturi X. tabulis æneis cōplexas, in apertū retule
re, Populūꝗ; ad cōcionē uocatū, qđ factū felixꝗ; ciuibꝰ ipſis, Romanoꝗ; nomini eſſe, ire iubēt
ſingulaꝗ; legū capita per ociū ſcrutari, ſe quantū hoīm ingenia præſtare potuiſſent, credere ſa
tis æquatum ius omnibus. Cæterum plura uniuerſam ciuitatē q̃ paucos uidere, cognoſcerent
ipſi conferrentꝗ; ſimul omnia, ſiqua addenda minuendáue eſſent, eas demum Popu. Ro. le/
ges habiturum, quas ipſe ſuo ſuffragio latas uoluiſſet. Nec ita multis interiectis diebꝰ quū uul
go oia probarent, Cēturiatis comitijs Decē tabularū leges ſunt perlatæ. Inde quū anni iperij
exiguū qđ tp̄is ad comitia fupereſſet, uocato ſuper ea re Senatu, placuit qn̄ aliqua etiam deſi
derarent ad Romani iuris corpꝰ explendū, ut in ſequentē annū idē magiſtratus crearent. Præ
textus eius poteſtatis in urbe retinēdæ hic fuit, cæterum uident mihi patres aliud omnino ſe

Heſteres preces.

Seruātur Iudæi Heſteres precibꝰ.

Aman cruci figitur.

Hebraicæ hiſtoriæ defectus.

Exemplū in Decēuiris.

Leges X. tabularum.

Patrū cōſiliū ad tollēdos tribunos.

quod & Dionyſiꝰ præclare eſt ſuſpicatus, ut Tribunitia poteſtas, ſi fieri poſſet, ex urbe in per/
petuũ tolleretur, magna hoĩm ambitio ſub ipſum comitiorũ tẽpus extitit. Principes ciuitatis
Appij ambitio. ſine pudore obuios prehẽſare, monere, precari. ſed oĩm maxime Appius Claudius multitudi
nem ambibat, nec ſatis diſcerni poterat, an inter Decẽuiros q̃ comitia habituri erãt, an inter cã
didatos eſſet, propior interdũ petẽdo magiſtratui q̃ gerẽdo, patres criminari, inter Duillios &
Icilios uiros Tribunitios uolitabat, per quos plebi inſinuabat̃. Nec collegæ interim ea clauſis
oculis ſpectare, nihil ſynceri in Appio arbitrantes, nemo erat q̃ tantã comitatẽ in tã nota ſup
bia gratuitã exiſtimaret, & ꝙ ſpõte ſe in ordinẽ redigeret, nõ tã magiſtratu abire properãtis, q̃
ad cũ cõtinuã dum uiã quærẽtis uulgo arbitrabãtur. Vt perditã igitur in homine ambitionẽ
mollirẽt, habendorũ comitiorũ illi munus iniungũt. Dionyſius nullo modo eũ auſurũ fuiſſe
ait in ſequentẽ annũ petere, niſi plebs ad id eũ hortata eſſet, ac pene inuitum impuliſſet. Sed
quocũq; ſtudio ad petẽdũ uenit. Decẽuir magno oĩm cõſenſu primo eſt loco relatꝰ. Creati in
de M. Cornelius Malugineſis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Eabius Vibulanus, M. Rabuleiꝰ
T. Antoniꝰ, & tres plebeij, Q. ſiue ut alij habẽt, T. Petiliꝰ, Cæſo Duilliꝰ & Sp. Oppiꝰ. Appiꝰ
depoſita quã ad id tẽpus finxerat perſona, alteriꝰ anni magiſtratũ auſpicatus, idibus Maij mẽ
Coniuratio decẽuirorũ. ſis ſacrificaturus cũ collegis fœdus ꝑcuſſit, ut ĩ nulla ſibi re Decẽuiri aduerſarent̃, obtinerẽtq;
ꝑpetuũ imperiũ, neminẽq; ad illud admitterẽt. Quotidie igitur remotis arbitris coibãt, ibi pra
uis Appij cõſilijs inſtructi, q̃ ſecreto inter ſe deſtinaſſent in occulto habebãt. Rari ad eos aditꝰ
patebãt, difficiles in ſermone, nec in decernẽdo mites, aderãtq; iã Maiæ idus, is enim dies ſolẽ
nis erat ineũdis magiſtratibꝰ, tũ q̃n prius ſinguli in orbẽ faſces habere cõſueſſent, ingẽti licto/
Terror in decẽuiris. rũ turba, ut ſingulis XII. apperẽt in publicũ ꝓceſſere, cẽtũ uiginti lictores foꝝ impleuerũt, quo
magis inſueta res eſt ciuiũ oculis oblata, eo formidoloſior fuit, magiſq; terrifica. Siq̃dẽ eiectis
regibꝰ Valerius cui Publicolæ fuit poſtea cognomẽ, autor extitit, ut ſine ſecuribꝰ faſces eſſent
cõſulibꝰ præterq̃ ad bellũ aut ĩ prouinciã ꝓfecturis, quũ ſub regibus uno cũ uirgis faſce cõple/
xæ eẽnt. Cepit metꝰ ingẽs ciuitatẽ, deploratãq; uulgo credere libertatẽ. Decẽ reges ꝓ uno quẽ
maiores ſui expuliſſent ſibi ortos muſſitabãt. Paulatim terror à patricijs in humiliores uerſꝰ.
Nã nobiliũ multi eius cõſpiratiõis ob eã cauſam, quã alio loco retuli, haud inſcij fuere. Conni
uere itaq; nobilitas illis in plebẽ ſæuiẽtibus. In hãc crudeliter libidinoſeq; cõſulebat̃, pleriq; in
terfecti, alij in exiliũ acti, nec in uiros tantũ ſæuire, ſed matronarũ etiã pudicitiæ, uirginibuſq;
uis intẽdebat̃. Eiuſmodi cõtumelias pleriq; declinãtes, in Latinos, & Hernicos cũ tota domo
migrauere, & ꝙ maiori terrori acciderat, nõ ſolũ oĩs ꝓuocatio ſublata erat, ſed ne intermiſſio
q̃dẽ ulla in prouocãtis auxiliũ aderat, ob Decẽuirorũ cõſenſum, ſi libera uox cuiq̃ incidiſſet, cõ
feſtim in eius tergũ & ceruicẽ uirgę & ſecures expediebant̃. Anno ꝑ hæc circũacto, plebes ꝓxi/
ma comitia optare. Iã eñ duæ reliquæ tabulæ cõſcriptę dicebant̃, Exijt interim opinio ſine au
Populi metus. tore, ictum inter Decẽuiros fœdus, ne comitia in ſequentẽ annũ haberẽt, quin Decẽuiratum
ipſi obtineret perpetuũ, quæ fama eo maiorẽ intulit terrorem, ꝙ nulla interim quum iam tem
pus appareret, comitiorũ mẽtio fiebat, & iã Decẽuiri q̃ Tribũitios uiros (q̃a id populare habe
bebat̃) circa ſe ab initio oſtẽtauerãt, patricioꝝ iuuenibꝰ ſepti ius dicebãt. Multi partim uirgis,
Priuati Decẽuiri pergunt rẽpu. adminiſtrare. partim ſecuribꝰ cædebãtur, & ne gratuita eſſet crudelitas, bonorũ direptio dãnatorũ ſuppliciũ
ſeq̃bat̃. Quo ſordido quæſtu nobiliũ iuuẽtus corrupta, hi eñ Decẽuirorũ latera ſtipabãt, non
ſolũ præſenti iniuriæ nõ ire obuiã, ſed apte etiã fateri, malle ſe præſentẽ paucorũ licẽtiã, q̃ oĩm
libertatẽ. Pręterierãt Maiæ idus, nec magiſtratu ullo ſurrogato, & Decẽuiri patrio iure priuati,
cęterum neq; animis neq; inſignibꝰ ad magiſtratũ inhibendũ imminuti, cõſueto lictorũ ſtre
pitu in publicũ prodeũt. Oritur interim bellũ à Sabinis, facta in Romanũ agrũ excurſiõe, fre/
tiq; Romana diſcordia caſtra ad Eretũ muniũt. Dionyſiꝰ ad Regillũ urbẽ ſcribit XVII. milibꝰ
paſſuũ ab urbe ꝓpe Tyberim ſitã. Decẽuiri inter plebis & patrũ odia deſtituti cõſilia cõferunt,
quid fieri oporteat, nec ſatis adhuc liq̃bat q̃d facto opꝰ eſſet. Magna dubitatio inciderat utrũ
arma darẽt inimicæ plebi, an tyrãnica fieret cõſcriptio: Patres, an plebes, an neutri fierẽt futuri
delectus autores. In his eorũ cõſultatio difficultatibꝰ hærebat, quũ diuerſa parte nũciat̃ Equos
Bellum duplex oritur Romæ. Tuſculano agro fœde populato, caſtra ad Algidũ urbẽ hr̃e. Tũ uero neceſſitate coacti citare
iubẽt p̃res in curiã, de rõne duplicis belli cõſultaturi, haud ignari quãta ſibi inuidię immineret
pro/

A procella,ꝙ ſua culpa agri ab hoſte per ociū uaſtarētur. Certo igitur cōſilio reſiſtēdi,ſiq̄s impe
riū ſibi abrogare conaret̃,atq; ad aliorū terrorē grauiter uindicādi. ſenatū accerſunt. Vox præ
conis patres ad Decēuiros citātis in foro audita admirationē attulit. Deſierāt illi diu antea Se
natū uocare,ſuo arbitrio oīa adminiſtrātes. Gratias hoſtibus habēdas uulgo prædicabāt, qui
in cauſa fuiſſent ut priſtinæ adminiſtratiōis ueſtigiū aliquod in urbe reſideret. Inſignis Sena/
torū paucitas in curia cōſpecta turbauit uehemēter Decēuiros,ſui odio arbitrātes eos in curiā
non ueniſſe. Dimiſſi q̄ domeſticatim eos citarent,caperētq; pignora niſi pręſto ſibi adeſſent,
ſciſcitarent̃q; cōſultó ne publico abſtinerēt,an maiore aliquo negocio impediti cōuenire non
poſſent. Verū ubi renūciatū eſt multo maximā Senatus partem in agris eſſe,lætius id accipere
ꝗ ſi dicti eſſent imperiū detrectare. Ex agris ergo accerſiti ubi frequētes in curiā coiuere, poſt
Appij Claudij relationē pr̃es iuſſi dicere ſentētiā,M, Horatius Barbarus,& L. Valerius Publi
colæ nepos, filius eius Valerij qui in Capitolio recuperando cōſul perijt,tumultū excitaſſe di/
cunt̃,qui petentes ut de rep. libere liceret dicere,prohibiti à Decēuiris ad populū ſe prodituros
denunciarūt,nunc Tarquinios,nūc ſæuiſſimos tyrānos Appiū & collegas appellātes,identidē
monendo uiderent ne prohibēdo Senatores quominus q̄ de rep. ſentiāt libere in curia dice/
rēt,experirent̃ quāto fortior dolor ſit in ꝓpria libertate uindicāda,q̄ in iniuſta dominatiōe cō/
tra libertatis aſsertores retinēda,de Sabino eos bello referre tanq̄ nō maiꝰ domi Po. Ro. bellū
ſuſtineret,ꝙ q̄ ęquādi iuris eſſent creati,nullū nō iuris modo,ſed ne libertatis quidē reliqſſent
in ciuitate ueſtigiū. Hæc & alia multo atrociora tūc Horatio nūc Valerio in Decēuiros procla/
mātibus,cū nec illi interim modū irę inuenirēt, c. Claudiꝰ Appij Decēuiri patruꝰ multis preci
bus eū Appiū obteſtatꝰ,ut Romanę libertatis ſocietatiſq; ciuilis potiꝰ q̄ fœderis cū collegis ne
farie icti,uellet eſſe memor. Multo magis id ſe ipſius cā q̄ reip. orare. Quippe q̄ ſi à uolētibus
nequeat,ab inuitis ſit ius ſuū repetitura. Nemini dubiū eſſe,inuitis ciuibus uelle dn̄ari,rem ty
rannicā eſſe,ijſdē uolētibus Ariſtocraticā. Reijceret ergo diſcrimē cōtinuādi magiſtratus in di/
B ſcuſſionē populi,cēturiatiſq; comitijs experiret̃,uellet ne populꝰ ita euenire,ut pn̄ti poteſtate
Appiꝰ & eiꝰ collegæ diutius fūgerent̃. Nec ſi qd' illicitum fœdus cū collegis ictū haberet,de eo
qui & armis retinēdo ſe teneri arbitraretur,qn̄ ſeruare ſit impiū & crudele,quia cōtra patriā, idē
uero ſoluere piū & ſalubre. Fauere deos iuſtis cōſpirationibus,turpibus & nefarijs iratos eſſe.
Quare tātiſper dū liceret erratū corrigeret,fateretur q; ſiquid deliquiſſet,quādo natura ita cō/
paratum eſſet,ut cōfeſſis & deprecantibus irati animi facile miteſcerent. Sæpe ſe Appiū ipſum
admonere uoluiſſe,ſempq; ab eiꝰ ianua ut ignotū & ſordidū cōtumelioſe excluſum, cæterum
tp̄s & locū ferre oīa pulchra & utilia loq̄, q̄ & ſi ſero fortaſſe dicerent̃,ſatiꝰ tn̄ ducere ſe ea tū de/
mū dici ac corā denunciari q̄ nūq̄. Sūma eius or̃onis fuit, ut diceret ſe plura dicturū fuiſſe,ſed
ſatis illa eſſe,ſi deꝰ aliquis eius mentē in meliora flecteret cōſilia. Contra ſi in mala & pernicio/
ſa,tam ea quæ dicta eſſent q̄ quæ adhuc dici poterant ſuperuacua fore,& inutilia. Adiecit & il
lud,ex magno certamine magnas iras excitari,horrere ſe ne ex tam fœda altercatiōe fœdior ſe
quere exitus. Enimuero Appio & cæteris prohibētibꝰ quēquā loq̄ niſi de eo qd' ad præſentē
relationē attineret,uideri ſibi nullū Senatuſcōſultū fieri oportere. His Appij uerbis quibꝰ po/
ſtremo eſt loco uſus,nulli dubiū fuit eiuſmodi ſententia priuatos eos iudicari. Cui facile acceſ
ſere Quintius Cincinnatus & T. Quintius Capitolinus, L. Lucretiꝰ atq; alij patrū ætate prin
cipes & autoritate. Dicta & alia ſn̄ia,quæ iubebat pr̃es coire ad ꝓdendū interregē: labētecq; iā
aperte Decēuirorū cauſa, L. Cornelius Malugineſis Cornelij Decēuiri frater belli curā ſimu
lās,hinc patres caſtigabat,qui alieno tp̄e ſererēt diſcordias,inde Decēuiros admonebat, futū
rū,ut pacata foris repu. rationē reddituri eſsent,an donec leges quas ſcripſiſſent perlatæ forēt,
interea placere ſibi ꝓnūciauit,pn̄tē belli curā cæteris rebus p̄uerti,qn̄ nō rebꝰ tp̄a ſed res tp̄ibꝰ
ſeruirent. Quū pars patrū pedibꝰ in eā ſn̄iam iret, Valerius & Horatius ferocius coorti apte uo
ciferari,niſi liceat ſibi libere de rep. dicere,dicturos ſe ad populū q̄ in curia fari ꝓhiberent̃. Cō/
tra Appius ferociter minitans ſatius eis futurū aiebat,nullā niſi de eo ꝙ in cōſultationē ueniſ
ſet uocē emittere,in Valeriū negantē priuatos ſenatori obſtare poſſe,quo minus ſn̄iam diceret
iratus lictorem miſit. Tū illo Quiritium fidem è limine curiæ implorante, L. Cornelius Appiū
cōplexus obteſtatus eſt,ut Valerio dicēdi poteſtatē faceret,qua cōceſſa quū ille nullā amplius

Accerſitur Senatus in curiam.

Diſcordia ī curia.

C. Claudij admonitio

Cornelij Malugineſis ſentētia.

Appij & collegarũ purgatio.

uocem miſiſſet. Decẽuiri ꝓpoſitũ tenuere. Dionyſius autor eſt poſt tumultũ Appiũ ſatis po/
pularẽ orationẽ habuiſſe, ſe & collegas noluiſſe cohibere Senatorũ quẽq̃ quo minꝰ libere lo/ C
querenť, q̃ uellẽt, ſed Valerij & quorũdã petulantiã, qui prius ad ſniam dicẽdã ꝓceſſiſſent, quã
dicere rogati eſſent. Qđ ad magiſtratꝰ cõtinuationẽ attineret, paratũ ſe & collegas fore, popu/
lo rationẽ reddere eorũ q̃ acta eſſent, quãdo nõ in annũ eam poteſtatẽ accepiſſent à populo,
ſed donec oẽm cõſtituiſſent legũlationẽ. Igitur quæ mẽte cõcepiſſent perfectis, futurũ ut ipſe
& alij ſponte, poteſtate abituri eſſent. Multi Senatorij ordinis Tribunitiæ poteſtatis odio ma

Decẽuiri delectũ habẽt

lebãt Decẽuiros ſpõte magiſtratu abire, q̃ inuidioſe ad id deponẽdũ cõpelli. Haud enim tãto
cõſularis impij deſiderio tenebanť, quã plebei magiſtratꝰ quẽ infenſe oderãt, abolẽdi ſtudio

Decemuiri bellũ inter ſe partiuntur.

& cupiditate. Silẽtio igiť patrũ Decẽuiri delectũ habuere. Cæterũ quia maius ꝓpemodũ cer/
tamẽ domi q̃ foris inſtare uidebať, Appiũ uiolento ingenio uirũ, & ob id ad urbanos motus

Ro. ĩ utraq; ꝓuincia uincuntur.

cõprimendos magis accõmodatũ, in urbe reliquẽdũ ſtatuere. Bellũ in Sabinos gerẽdũ, M. Ra/
buleius & Q. Petiliꝰ cũ totidẽ collegis ſuſcipiũt. Marcꝰ Cornelius cum L. Minutio & Cæſone
Duillio & L. Sergio in Algidũ aduerſus Equos duxit exercitũ. Sp. Oppius Claudio ad urbẽ
præſidio obtinendã adiutor datꝰ. Domi foriſq; res Decẽuiris infeliciter ceſſere, militibꝰ quod
ad bellũ attinet utrobiq; fugatis, ipſis ne qd ductu auſpicijsue eorũ quos oderãt ꝓſpere fieret,
ita euenire uolẽtibus. Fuſi Romani exercitꝰ & à Sabinis ad Eretũ & in Algido ab Equis, ab E/
reto noctu fugã milites moliti inter Fidenas & Cruſtumeriã edito loco caſtra muniuere, natu
ra loci ualloq; magis quã uirtute freti, ab hoſte qui fuerat è ueſtigio ſecutꝰ ſe tutabanť, in Algi
do nõ ſolũ ſe uinci acie paſſi ſunt, ſed caſtris etiã exuti Tuſculũ cõceſſere: fama rei in utraq; ꝓ/
uincia male geſtæ tãtũ ciuitati terrorẽ attulit, ut patres Decẽuiralis odij obliti urbẽ attente cu/
ſtodiendã cẽſerẽt, quiq; ꝑ ętatẽ arma ferre poſſent, frequẽtes circa muros excubarẽt, ꝓ portiſq;
ſtatiões haberẽt. Supplemẽtũ Tuſculũ mitti placuit, ut ĩde Decẽuiri digreſſi militẽ ſub dio ha
berẽt, q circa Fidenas erãt ſupplemẽto ex urbe accepto caſtra ĩ hoſticũ ꝓmouerẽt. Ad hãc du/
plicẽ cladẽ duo nefanda ſcelera à Decẽuiris addita, L. Siccio uiro fortiſſimo in Sabinis interfe D
cto, qui legati noie in ea caſtra miſſus ab Appio fuerat: depugnauerat is prelia cẽtũ uiginti, ſi

Siccij cædes

Dionyſiꝰ uera ꝓdidit, quũ annos XL. militaſſet. Quinq; & XL. acceperat uulnera, oĩaq; adue/
ſo pectore, à tergo nullũ, quatuordecim coronis quernis donatꝰ, obſidionalibus tribus, octo
caſtrẽſibus, octoginta torquibus aureis, armillis cẽtũ ſexaginta, duodeuiginti haſtis, Phaleris
quinq; & uiginti, quarũ nouẽ ex ꝓuocatione fuerat adeptus: talis itaq; exiſtẽs quũ in urbe priꝰ
inde in caſtris, quo ſpecie honoris ab Appio non multo prius fuerat miſſus, ad hoc ĩpm ut à
collegis quoquo modo tolleret, colloqa haberet de ſeceſſiõe faciẽda, filius ne hic fuerit eiꝰ Sic/
cij q autor fuit primæ ſeceſſiõis in ſacrũ montẽ à plebe factæ, haud pro certo auſim affirmare.
Nec illũ ipſum & ſi tpa cõſtare poſſint, fuiſſe dixerim, quũ diuerſo hic fuerit p̃noie ab illo. Cæ/
terũ qſqs fuit is ſuſpectꝰ Appio & collegis ſpeculatiõis p̃textu caſtris ablegatꝰ, negocio ijs qui
cũ eo miſſi ſũt occulte dato, cẽtũ eos fuiſſe Dionyſius ſcribit, ut eũ opportuno loco adorti ob/
trũcarẽt, peregerũt & illi facinꝰ. Sed acer belliciſq; caſibus aſſuetus, haud inultꝰ perijt, qppe q
ubi in ſe impetũ fieri uidit, ex equo deſiliẽs, ualide ſe tuẽdo aliquãdiu reſtitit. Poſtremo quĩde
cim circa ſe perẽptis telorũ multitudine obrutus cõcidit, qui ſupererãt tumultuoſe in caſtra nũ

Funeratur in caſtris Siccius.

ciãt Sicciũ cũ ſuis in inſidias pręcipitatũ, eũq; cũ quibuſdã ab hoſte circũuentũ perijſſe. Credi/
ta primo res eſt, uerũ ubi ij, qui ad locũ inſidiarum miſſi ſunt, ad eos qui ceciderãt ſepeliẽdos,
Sicciũ iacentẽ intuiti, haud quidẽ ab hoſte ſpoliatũ, cęteriſq; ex aduerſo proſtratis hoſtiũ neq;
cadauer ullũ neq; abeũtiũ ueſtigia extarẽt, à ſuis eũ interfectũ prędicãtes in caſtra retulere, Ro
mã cadauer relaturi, niſi Decẽuiri publica ĩpẽſa caſtrẽſi funere extuliſſent. Sepultus igiť ingẽti

Nefarium Appii conſilium.

militũ mœſtitia, peſſima Decẽuirorũ ĩ uulgꝰ fama. Alteꝝ ab Appio flagitiũ Romę editũ, unde
maior ſecutꝰ eſt motꝰ. Cœpat eũ libido plebeiæ uirginis uitiãdæ, erat puellæ pr̃, L. Verginiꝰ q
honeſtũ in his caſtris ordinẽ ducebat, q̃ Eqs circa Algidũ fuerãt oppoſita, hõ ſeuerioris uitæ,
rectiq; exẽpli, & q uxore ſuis moribꝰ inſtituta, dabat operã, ut & liberi ſancte inſtituerenť. De
ſpõderat ille filiã, L. Icilio uiro tribunicio, hãc Appiꝰ p̃tio corrũpere adortꝰ, poſtq̃ pudore pu/
dicitiaq; oĩa uidit ſuæ libidini occluſa, animũ ad nouã adiecit fraudẽ, negocio redigẽdæ ĩ ſerui
tutẽ puellę, M. Claudio cliẽti ſuo dato quẽ ab initio monuit ne ijs in iudicio cederet, qui poſtu

larent

A larẽt ſibi ius dari puellæ i libertatẽ uindicandæ. Perſuaſum habuit Appius locũ, ſibi qa abeſſet pater ad iniuriã relictũ. Claudi⁹ alienę libidinis miniſter puellę i foꝝ ueniẽti, ibi eñ ludi literaꝝ in tabernis erãt, manũ inijcit, ſeruęq; ſuę filiã ipſamq; ſeruã appellãs, ſed domũ ſeq iubet. Obſtupuit primo puella, inde clamitãs nutricis lateri hęrebat, quã cũctãtẽ minaciter ille obiugat, uiq; abſtractur⁹ uidebat̃. Fit eo cõcurſus ad uocẽ anus, Quiritũ fidẽ ĩplorantis. Cõfeſtim Verginij pr̃is, & ſpõſi Icilij popularia noĩa circũſtãtis, turbę fauorẽ puellę cõciliãt. Et iã à ui tuta erat quũ ille ad eos, q ꝓ puella ſtabãt, turbato uultu cõuerſus, iure hic, inqt, Quirites op⁹ ẽ nõ altercatiõe, puellã in ius uoco, quẽ euntẽ autorib⁹ ijs q aderãt illa ſecuta ẽ, ubi ad Appij tribunal uẽtũ eſt, tũ aſſertor fabulã iudicij nõ ignotã ex cõpoſito pagit, puellã apd̃ ſe ex ſerua natã furtóque trãſlatã inde ĩ Verginij domũ, illiq; pro filia à Numitoria cõiuge ſuppoſitã. Id ſe manifeſto idicio cõpertũ habere, ꝓbaturũq; uel ĩpo Verginio iudice, ad quẽ maior pars ei⁹ cognitionis attineret, Interim æquũ eſſe, ut ancilla dñm ſequat̃. Cõtra puellę aduocati, qñ pater reipub. cauſa abeſſet, iniquũ arbitrari uirginẽ auxilio pr̃is deſtitutã piclitari. Poſtulare igit̃ ius & poteſtatẽ retinẽdę puellę in libertate quoad res cognoſceret̃, ne ſi uindiciæ cõtra libertatẽ darentur, adulta uirgo pri⁹ fama q̃ libertate piclitaret̃. Appius placere ſibi patrẽ accerſiri pronunciat, interea aſſertorem iuris ſui iacturam facere nõ oportere, quin eam cõtinuo abduceret, ſiſteretq; rurſus in aduentũ eius, qui pater eſſe diceretur. Nemo non eoꝝ qui aderãt iniquitatẽ ſenſit decreti. Quod legi quã ĩpe tulerat haud dubie erat cõtrariũ. Peropportune priuſq̃ inde abduceretur, P. Numitorius puellæ auũculus, & ſponſus Icilius ſuperueniunt. Datur ambobus uia in conferta multitudine ad Appij tribunal, fecitq; ſuo aduentu ſpẽ Icilius iniurię reſiſti poſſe, recentem adhuc tribunatum ſpirans. Lictor decreuiſſe ait Decẽuirũ, Iciliumq; uociferãtẽ ſubmouet. Tum animus per ſe ferox iniuriæ atrocitate accẽſus uocem cõtinere non potuit, ferro hinc ait ſubmouendus ſum Appi, ut tacitũ feras ꝙ celari optas. Virginem ego hanc mihi nuptam ducturus ſum habituruſq; pudicam, cõuoca proinde quicquid lictorum tibi & collegis appa-

B ret, uirgas & ſecures in me expediri iube, Icilij ſponſa extra patrium limen nõ manebit. Nec ſi duo Romanę libertatis profugia prouocationem, & Tribunitiã poteſtatẽ euerteritis, eſt iccirco in cõiuges, & liberos nr̃os regnũ ur̃æ libidini datũ. Sæuite in tergũ & ceruices noſtras, pudicitia ſaltẽ in tuto ſit. Si huic quę mihi deſpõſa eſt uim afferri uidero, ego fidem Quiritũ qui adſunt ꝓ cõiũge, Verginius militũ ꝓ filia implorabim⁹. Nec tu decretum iſtud, unq̃ ſine cędе noſtra tecũ feres. Tu Appi tecũ conſidera quouſq; progrediare. Verginius poſtq̃ Romã uenerit ĩpe de filia uidebit, me ꝙ ad iſtas uindicias attinet, ſpõſæ libertatẽ tueri parantẽ, citius uita deſeret q̃ fides. Appius qñ haud dubium cõcitata multitudine inſtabat certamen, enimuero lictores Icilium circũſtabant, haud ultra minas ꝓgreſſus, nõ ſpõſam ab Icilio defendi teſtatus ẽ, ſed locum ſeditioni ab eo quæri, uerum ſe illi oẽm diſcordiæ materiẽ eo die adempturum, nec tũc dictũrũ ius, modo ſciret Icilius non id ſibi dari ſed libertati, & Verginio abſenti, q puellæ pater diceretur. Inde à Claudio corã petijt, ut decederet iure ſuo uindicariq; puellã in poſterum diem pateretur. Quod niſi Verginius mature iudicio occurreret, haud ſibi cõſtantiã ĩ decernẽdo defuturã. Puellæ neceſſarij tã breui tpe ad iniuriã conceſſo, Verginium ex caſtris per impigros iuuenes, fratrẽ Icilij & Numitorij filiũ accerſunt. Hi citatis eqs in quo diſcrimine filiæ libertas eſſet in caſtra illi nũciatũ abiere, plebs ſuã Icilio operã deſpõdit, quum adhuc frequẽs eſſet forũ, quibus ille obortis lachrymis, pergratũ eſt, inqt, mihi Quirites ſtudiũ ueſtrũ, cras quæſo adeſte, tũ ſi opus fuerit, utar ego ur̃a opa: propinqui pro puella deſpondentes eam domum reduxerunt. Appius parũper immoratus ne ei⁹ rei cauſa ſediſſe uideretur, domum ſe recepit, inde ad collegas ſcribit ne Verginio darẽt commeatũ, quin ne qd in caſtris moliri poſſit cuſtodiri iubeant. Ille uero uenia domum abeũdi ſub primã facẽ impetrata, auerſis itineribus ne retrahi poſſet multũ uię cõfecerat, quũ Appij literæ ſunt in caſtra delatæ. Vbi igitur Romam uenit prima luce quũ frequẽs ciuitas in iudicij euentũ erecta in foro ſtaret, Verginius ſordida ueſte reorũ more amictus, cũ filia & aliquot matronis eam comitantibus, magnaq; ciuium aduocatione in publicum uenit. Ibi ille ſingulos circuire, prẽhẽſareq; atq; orare ut ſibi pro patria, pro ciuib⁹ aſſidue in aciẽ ſtãti in unicę filiæ periculo adeſſent, Quid ſibi quid alijs profuturũ, qui circa ſigna frequentes eſſent, patriamq; armis tuerentur, ſi incolumi urbe liberi ſui ea do-

Vis Virginiæ intenditur.

Appij decretum.

Icilij ſponſi ferocia.

Reces Appij decretũ.

Verginij reditus ad urbem.

Preces Verginij & Icilij.

mi patiantur, quæ ciuitate ui capta patienda eſſent? Hæc ille cõcionabundus forum circuibat. C
Nec multũ his diuerſa Icilius, muliebres ad id comitatꝰ tacito fletu plus oĩno q̃ uirilis uox mul
titudinẽ mouebat. Conſcendit interim Appius tribunal, ibiq; pauca Virginiæ aſſertore que/
rente, ꝙ pridie ꝑ ambitionem ſibi ius dictum non eſſet, iterũ prioris diei poſtulata decurrens,
Claudij mẽ/ dacium.
Eſt, inquit, mihi ancilla paterna, cui prægnanti & familiaritate notę Numitoria uxor Verginij
perſuaſit, ut infantẽ cuiuſcũq; ſexus enixa eſſet, ſibi occulte traderet, ſeq; abortũ emiſiſſe mẽ/
tiretur, ꝙ cum illa ſiue pretio, ſiue gratia feciſſet, puellã ſubdititiam à quintodecimo inde an/
Verginij defenſio.
no apud Verginiũ pro filia educatã. Verginius non à ſerua ſed ab ingenua potius fuiſſe uxo
rem ſuam prolem ſuſcepturã, ſi ita facto opus fuiſſet dicere. Nec fœminã ſed marẽ, & ꝙ maio
ra adhuc eſſent uerę ſtirpis argumenta, pleraſq; adeſſe mulieres q̃ grauidã per id tẽpus uidiſſe
Numitoriam ſuam meminerunt, affuiſſeq; illi medio puerperio. Et ꝙ oĩm maxime indubita
bile eſſet, aluiſſe eam nonnihil ſuis uberibꝰ puellã, ꝙ euenire nequiuiſſet niſi nuper fuiſſet eni
xa. Hæc ille, q̃ñ uxore defuncta aliud uerꝰ afferri non potuit. Appius uero ſua natura parum
ualẽs ſenſu, præſentiq; poteſtate amẽtior factus, tumido animo & impotẽtibꝰ ſtimulis amoris
exagitatus, nec quæ dicerentur aduertens, nec dicenda multũ conſiderans, repente interfatus,
Ego, inquit, Vergini, & uos Quirites qui adeſtis haud nũc primũ uti res hæc habeat audio, ſed
Flagitioſa calumnia.
longe antea q̃ hũc magiſtratũ adijſſem, pater Claudij huius, q maiorum ueſtigia ſecutꝰ, q̃diu
uixit in familiæ noſtræ patrocinio mãſit, moriens hunc puerũ mihi tuendũ reliquit, dum igi/
tur ſub noſtra adhuc tutela eſſet, indicio cõperi quẽadmodũ Numitoria Verginij cõiunx puel
lã hanc à Claudij adhuc pueri ſerua occulte acceptam ſibi ſubdidiſſet, uerũ id negociũ me tũc
attingere nõ putaui neceſſariũ, ſatius fore ratus, ut hic poſtq̃ per ætatẽ adoluiſſet ipſe ſuo ĩ hac
re arbitrio uteret, abducere, ne ancillam uellet ſuam an altoribus, uel pretio uel gratia condo/
nare. Nunc nihil minus, q̃ rei eius procuranti Claudius ipſe puellam ad Tribunal ſtatuit, ſibi
Appij decretum.
indicio compertum dicens, hanc ex domeſtica ſerua natam. Ego nequid temere feciſſe uiderer,
expectandũ duxi tantiſper dum res inter ipſos aliquo modo componeretur. Cæterũ quia ni/ D
hil, ut uideo, illis, conuenit, teſtor ego & decerno Claudiũ eſſe puellæ dominũ, fuitq; tale Ap/
pij Decemuiri decretum, ſi Dionyſius uerus eſt autor. Liuius quale fuerit uelut uarie traditum
Ferox Appij denunciatio.
non poſuit. Poſt decretũ ſubmoueri turbã iubet Appius, minaciter denuncians, expedire ijs
quorum res illa nihil intererat: aut domũ abire, aut pacatum forum reddere. Conuerſuſq; ad
Claudium, tu inquit tutus, uel per mediam concionem mancipiũ abducito, ſecures duodecim
ne quam uim reformides erunt tibi comites. Fletus & cõploratio ingens ad tam crudelem uo/
cem exorta eſt. Multi ſibi pectora, & frontẽ pulſabant præ nimio dolore, ſtupore alij metuq;
defixi ueſtigio hęrebãt. Tum Verginius in tanto malo deſtitutus, conſilium inijt, ſibi quidem
erumnoſum, ſed prędarum alioqui & forti uiro dignum, ad Appium mitiore uultu cõuerſus,
ignoſce, inquit, precor Appi ſi patrio dolori indulgẽs intemperantius aliquid dixi, ac ſinas q̃/
ſo priuſquàm puella abducatur, me eam alloqui, ut ſolus cũ ſola congreſſus aliquid dicam aut
audiam, ꝙ & meũ & illiꝰ dolorẽ leniat. Liuius quaſi nutricẽ ꝓcontaturus ſecretũ petijſſe Ver/
ginium ſcribit. Data ab Appio uenia, ſeducit ille filiã ad tabernas quibus poſtea Nouis nomẽ
fuit. Ibi puellam paterno affectu complexam lachrymis perfundẽs, ſortemq; cum miſeri pr̃is,
Vergini⁹ filiam cultro tranſfigit.
tũ filiæ q̃ſtus, ſupmo oſculo cõplexuq; à ſe ſolutã arrepto ex Laniona menſa cultro, hoc uno,
inq̃t, quo poſſum modo, filia te ĩ libertatẽ uindico, ferrũq; deĩde per puellę pectꝰ exegit. Con/
uerſuſq; ad Appiũ te, inq̃t, Appi, tuũq; caput hoc cruore cõſecro. Clamore ad rẽ tã atrocẽ ex/
Verginij reditus in caſtra.
orto, excuſſus ſolio Appiꝰ Verginiũ capi iubet, ille ferro ſibi uiã faciẽs iuuenũ multitudine ſti
patus ad portas contẽdit, ibiq; equo ad id parato: cũ Icilij fratre, & Numitorio iuuene à quibꝰ
fuerat priori die accerſitꝰ irreq̃eto curſu abijt ĩ caſtra, quo apparet Verginiũ ab initio habuiſſe
ĩ aĩo id agere, ſi ꝑ Appij inclemẽtiã nõ licuiſſet filiã in libertate retinere. Icilius & Numitorius
Virginiæ corpus ſublatũ circũfuſæ multitudini oſtentãt, Appij iniuriam, infelicem puellæ ſor
tẽ, patris neceſſitatẽ deplorant, exaudiri etiã matronarũ q̃ puellã in forum comitatæ fuerant,
miſerabiles querelę, ꝙ tã iniqua conditio ꝓcreandorũ liberorũ eſſet, tã indigna muliebris pu/
dicitiæ præmia: ſed Icilij uox plena Tribunitię poteſtatis erat, patriæq; libertatis memor. Ap/
pius Icilium arripi iubet. Cæterũ quum lictoribus uia ad eum non daretur, per cõfertam mul/
titudinẽ

A titudinē ipſe furēs, ad eū capiēdū ire pgit. Erant circa Iciliū Horatiꝰ & Valerius, q audito Ver/ Valerij & Horatij in X. uiros motus.
giniæ caſu ſpe eoꝝ, q̄ ſecuta ſunt, i foꝝ tanq̄ ad ſignū aliq̄d bellicū deuolarūt. Hi repulſis licto/
ribus priuatū Appiū eſſe dictitabāt, nō oportere inuitū ciuē priuati dicto obediētē eſſe. Tum
ibi Icilio dimiſſo, Valeriū & Horatiū Decēuiri iuſſu lictores inuadunt. Atrox rixa orit̄. Frangū
tur à multitudine faſces. Appius in Vulcani tēplū cōpulſꝰ, populū ad cōcionē uocabat. Erat id Appij fuga
templū in parte Romani fori, eo Valerius & Horatiꝰ intrepide decurrūt. Ibi cū tota concio po/
pulares uiros audiret, Decēuiro fari uolēti obſtreperet, Appius ꝓpriæ ſalutis ſollicitꝰ, in ꝓpin/
quā domū, obuoluto capite, ſeſe recepit. Dionyſiꝰ, ꝙ nō multū diuerſum ē, i diuerſā fori partē
Valeriū & Horatiū totā ſecū cōcionē traxiſſe ait, ueritūq; Appiū multitudinis cōſenſum, ex pu
blico ceſſiſſe. Oppius, ut collegæ auxilio eēt, in forū tumultuoſe irrupit. Verū ubi fractū impe/
riū uidit, trepidus p̄res in curiā uocari iubet. Ibi ſpe finiēdæ poteſtatis p ſenatū facta, ſeditio cō/
preſſa ē. Miſſi i caſtra nūcij, q̄ in Vecilio mōte erāt, ex patricio ordine iuniores, q mature Decē
uiros monerēt, ut à militari ſeditione caſtra cuſtodirēt, i qbꝰ Verginij acceſſus iā oīa turbaue/
rat, ille ubi eo uenit, mœſto uultu cruētū habēs cultrū, quo filiā tranſfixerat, mœſtitiā & lachry/
mas uiri, habitūq; iſuetū mirati, q eū trāſeūtē uiderāt, partim ſciſcitādi ſtudio, qd nouę rei acci
diſſet, partim ab eo uocati è ueſtigio in cōcionē ſecuti ſunt, tū ibi ille lachrymās, qd actū Romę
eſſet ordine exponit, multa de Appij in ſe crudelitate queſtꝰ, deq; eius in filiā libidine, ꝑcurrit Verginii cōcio ad milites.
inde exilia, rapinas, cędes, & alia infanda Decēuiratꝰ in miſeros ciues flagitia. Quæ q̄ fœdiora
eſſent, eo maiori ope milites niti oportere ne diutiꝰ ea uelut uenalitia mācipia paterentur, po/
ſtremo eo flexit or̄onis impetū, ut diceret rem indignā fieri ꝓ gl̄ia & imperio, Romanā iuuen/
tutē foris dimicare, domi x. priuatis hominibꝰ turpiter ſeruire. Exegiſſe p̄res ſuos ex urbe Ro/
ma Tarqniū, qa filij iuuenis libido in Lucretiā immoderatior fuiſſet, at nō ſatis ijs q regnū fu/
rati eſſēt, laſciuire in libera corpa, niſi in ſeruitutē quoq; redigerēt. Nec petere ſe, ut ſuā iniuriā
ultū irēt, quā etſi parū humane, fortiter tñ ipſe per ſe eſſet ultꝰ. Nec ſe domi, habere ampliꝰ, ꝙ
B tali eſſet periculo obnoxiū, ipſi uxoribus liberiſq; ſuis proſpicerent, q̄q̄ ſi non aliud ad nefariā
tyrānidē tollendam animos incitaret, libertatē tanti ſibi uideri, ut ſi ij eſſent, q uideri uellēt, di/
gniq; ſuis maioribus, tū qū arma in manibus eſſent, eā ui repeterēt, ab ijs q neq; modū, neq;
menſurā ſuæ dominādi libidini facerent cōſenſu opus eſſe,; conſiliū & uires ſe uindicare uolen/ Peroratio.
tibus non defuturas. Hæc Verginio dicēti, à circūfuſa multitudine ſucclamatū, nec illius dolo/
ri, nec ſuæ libertati ſe defuturos, & iam ſuperuenerant, qui ex urbe nunciabant, Appiū pene di
ſcerptū à multitudine, ex urbe in exiliū abijſſe, quo nūcio multitudo ferocior facta, ad defectio
nē aperte inclinat. Tentarunt ꝑ noctē Decemuiri Verginium in prætoriū accerſitū in uincula
conijcere, ſtatimq; ad ſeditionem opprimendā in hoſtes mouere. Centuriones qui circa illum
ob id ipſum credo ne uiolaretur, pernoctarunt, haud ire permiſerunt. Vbi uero illuxit paululū
inter milites addubitatū, an ſacra ſigna reuellerent, ſaluaq; religione duces, in quoꝝ uerba iu/
raſſent, liceret deſerere. Sed Verginio demōſtrante Decēuiros poſt annuū tp̄s priuatos fuiſſe, Milites X. uiros deſerunt.
nullaq; lege comparatū, ut qui priuati forent quempiā ſacramēto adigerent, diſcuſſo metu cō/
feſtim reuellūt, Decēuiris alijs alio occurſantibꝰ, blandeq; appellantibꝰ ſingulos, nullo reſpon
ſo reddito, caſtris profecti, Romā uerſus iter intendunt tacitoq; agmine urbē ingreſſi Auenti/
nū occupāt. Hic ſe ſine cuiuſq̄ iniuria tenentes, plebem ad repetendam libertatē inuitant. Ap/
pius ſibi ſui ſceleris cōſcius domi ſe tenebat. Sp. Oppius ubi legiones pacate Auentinum inſe/ Auentinū occupant.
dere, ſenatū in curiam uocauit, ibi uariæ ſententiæ in utranq; partē dictæ, nam nō deerant q in
deſertores ultimam pœnam ſtatuerent. Sed rectius conſulentes tres legatos ad exercitū decer/
nunt, q à multitudine quęrerēt, cuiꝰ iuſſu ſigna deſeruiſſent, aut quid ſibi uolētes, auerſo ab ho
ſtibꝰ bello, patriā obſediſſent. Tres cōſulares miſſi, C. Iuliꝰ, P. Sulpitius, Sp. Tarpeiꝰ, quibꝰ qa
nō tā deerat, quid reſpōderi poſſet, q̄ q reſpondere uellet, ſe præcipuę inuidiæ offerente nemi/
ne, tantū ſucclamatū eſt, ut, L. Valerius & M. Horatius ad ſe mitterētur. His ſe daturos reſpon
ſum. Dimiſſis legatis admonet Verginius, aliquo capite opus eſſe enimuero in re parua paulo
ante heſitatū dicebat, q̄d i maiori negocio eſſet futuꝝ: Placere ſibi Decemuiros creari q ſummę
rei pręeſſent, militariq; honore Tribunos militū appellari. Aſſenſum ē ab omnibꝰ Verginio.
Cæterum qū talis honor ei in primis deferretur: Veſtris, inquit meiſq; melioribus rebus, iſta


de me

X. tribuni à militibus creantur.

de me iudicia cõmilitones reſeruate,acerbꝰ filiæ caſus haud patitur quicq̃ mihi hoc tempore iu
cundũ eſſe. Nec uobis expedit in hac rerũ perturbatione ducẽ habere,q proximus ſit inuidiæ,
ſiqs uſus mei eſt capietur is nihilominꝰ ex me priuato. Tũ uero x. Tribuni creati. Nec q i Sa/
binis erãt,duce Icilio q eo ſe cõtulerat,minꝰ ſunt interea tumultuati,in quibꝰ caſtris ille nõ mi/
nores motꝰ exciuerat,q̃ Verginius in altero exercitu. Idem igiť ubi audiuit q̃ in Auẽtino acta
eſſent,autor ſuis extitit,ut & ipſi priuſq̃ copiæ iũgerentur x. Tribunos crearent,nec ita multo
poſt,hę quocꝫ legiones in Auẽtinũ uenere. Duobus ibi exercitibus iũctis,datũ,xx. Tribunis
negociũ,ut ex ſuo numero duos crearẽt,q̃ totiꝰ rei ſummę p̃eſſent. M. Oppius & Sextus Mani
liꝰ creati. Patres interea,quũ de ſũma rerũ ſolliciti eſſent,quotidie in curiã,tẽpuſcꝫ magis alter/
cationibꝰ tererẽt q̃ decretis,patrũ pleriſcꝫ Appij libidinem, cædẽ Siccij,dedecora militię Decẽ/
uiris exprobrãtibꝰ,cẽſentibuſcꝫ Valeriũ & Horatiũ i Auentinũ mittẽdos,illis ſe ituros negãti/
bꝰ,niſi Decẽuiri poteſtate abijſſent,Decẽuiris q̃rẽtibus ſe in ordinẽ redigi,priuſq̃ leges,quarũ
cã creati eẽnt,ꝑferrenť. Qui in Auentino erãt ꝑ M. Duillũ,q Tribunus plebis fuerat,certiores
facti irritis altercationibꝰ ſenatũ quotidie trãſigi,eocꝫ affirmante nõ prius patres aĩm ad rẽpu.

Secedunt legiones ĩ mõtem ſacrũ.

pacãdã aduerſuros,q̃ urbẽ deſertã uiderẽt,cõtinuo ex Auẽtino Nomẽtana uia ꝓfecti,in ſacro
mõte caſtra locauere,ſuoꝝ patrũ modeſtiã imitati,q ueteri ſeceſſione haud cuiq̃ iniurij fuiſſẽt,
Secuta cętera plebs exercitũ,nemo q ꝑ ætatẽ ire poterat retrectãs. Secutę coniuges,libericꝫ mi
ſerabiliť q̃rẽtes,cui miſeri relinq̃rẽt in ea urbe i q̃ necꝫ pudicitia cuiq̃ necꝫ libertas tuta eẽt. Red
didit freq̃uẽs ſeceſſio urbẽ iſigni uaſtitate deſolatã. Nemo i foro erat p̃ter paucos ſenioꝝ, Ho/
ratiꝰ & Valeriꝰ i curia clamitãtes,ecqd ultra expectatis p̃res cõſcripti aiebãt,an niſi Decemuiri
ſua ſpõte ceſſerint,paſſuri eſtis oĩa huiꝰ urbis ruere & ad excidiũ ꝑduci? Vbi aũt ẽ iſtud impe/
riũ Decẽuiri,ꝙ amplexũ tenetis,an parietibus urbis iura dicturi eſtis? Nõ pudet maiorẽ ꝓpe
modũ lictoꝝ numerũ q̃ togatoꝝ,in foro conſpici? qd q̃ſo facturi ſitis,ſi hoſtis ad urbẽ ueniat?
aut ſi plebs rata ſe uobis ludibrio eẽ, armis ſua iura repetat? occaſu ne urbis hoc finituri eſtis
imperiũ? Atq aut plebs tollẽda eſt,aut Tribuni plebis hñdi. Citius nos patricijs magiſtratibꝰ
carituri ſumꝰ,q̃ plebs ſuis. Nec mirũ ſi ipſiꝰ ſunt magiſtratꝰ tã cupidi,nos in cã ſumus,q impe

Decẽuiri in ordinẽ rediguntur.

rijs tẽperare nequimꝰ,quo minus illi auxilij egeãt. Quũ hęc magno ſenatꝰ aſſenſu i curia iacta
renť: Decẽuiri ꝓnũciãt ſe in patꝝ poteſtate futuros. Illud orãt ut ſibi ab irata plebe caueret, ne
ſuo ſanguine patricioꝝ ſupplicijs aſſueſceret. Tũ Valeriꝰ & Horatiꝰ in ſacrũ mõtẽ miſſi ad ple
bẽ quibus eis uidereť cõditionibus reuocãdã,tãtũ iuſſi ab ira multitudinis ut Decẽuiris p̃caue
rẽt. Magna ambo lętitia ſunt in caſtra accepti. Nam hi oĩm ſoli Decẽuiris,ꝓ plebe aduerſa in/
uidia ab initio reſtiterãt,ob idcꝫ uenientibus gratiæ actæ. Quęrentibus legatis ecquęnã eſſent
plebis poſtulata,Icilius publicis actionibus ob Tribunatũ antea geſtũ aſſuetus, pro uniuerſa
multitudine iuſſus eſt uerba facere. Sũma eorũ q̃ petebãtur hęc fuit: ut tribunitia poteſtas &

Plebis poſtulata.

prouocatio quæ ante Decẽuiros creatos fuerat,plebi reſtitueret,ut nulli p̃terea fraudi eſſet, qd
milites iniuſſu ducũ caſtris abceſſiſſent conſpiraſſentcꝫ ad repetendã libertatem. Poſtremo,ut
Decẽuiri ſibi ad ſuppliciũ dederenť,quos uiuos ſe igni impoſituros minabanť. Quod ad Tri/

Legatorum uerba ad exercitum.

bunos & prouocationẽ ſpectat,ęqua (inquiunt legati) poſtulatis Quirites,& q̃ ultro deferenda
fuerint,etiã non petentibus,libertati eñ præſidia petitis,ſed q̃ hoc mite & moderatũ,tã atrox
poſtulatũ illud de Decẽuiris fuit. Cæterũ ueſtrę irę ignoſcendũ magis,q̃ indulgendũ ducimꝰ.
Quippe qui crudelitatis odio in crudelitatẽ ruitis,ac pene priuſq̃ in priſtinã libertatem reſtituti
ſitis,ſuperbe & imperioſe ſęuire uultis. Verum enimuero,ſi odio & uindictę ſtudetur,à ſuppli
cijs Romana ciuitas quieſcet nunq̃,nunc patribus in plebem ſęuiẽtibꝰ, nunc in patres plebe.
Sed nunc uobis Quirites ſcuto magis opus eſt. quàm gladio,Satis qđ ad Decemuiros attinet
humiliať,q in ordinẽ redactus ęquo iure ĩ ciuitate uiuit. Quum magiſtratibus ueſtris & legibꝰ
recuperatis,penes uos erunt iudicia,de capite & fortunis cuiuſcꝫ,ut quæcꝫ cã erit,ſtatuetis,nũc
reſtituta libertas ſatis uideri debet. Permiſſum legatis eſt,ut agerẽt quæ uellent,qui Romam
reuerſi in curia exponũt,quę à plebe peterentur,tunc cæteris Decemuiris quum præter opinio

Decemuiri abeunt magiſtratu.

nem nulla ſui ſupplicij fieret mentio,poteſtate abire nihil abnuentibus. Appius qui præcipua
inter alios flagrabat inuidia,quantũ mihi & collegis immineat mali,tam aperte uideo,inquit,
q̃ ea q̃ oculis uidentur,tãdiu aduerſus nos certamen differť,donec arma aduerſarijs tradũtur,

ſed

ſed quicqd eſt euenturũ,id euenire neceſſe eſt:dãdꝰ eſt inuidiæ ſanguis,ꝙ &ſi futurum uideo, nihil tamẽ moror,quin magiſtratu abeã.Factũ ſenatuſcõſultũ, ut Decẽuiri primo quoqꝫ tp̃e poteſtate abirẽt,nec fraudi eſſet cuiq̃ militũ plebis ſeceſſio.Nec ita multo poſt dimiſſo ſenatu,Decẽuiri ꝓdeũt in cõcionẽ,ſeqꝫ abdicãt magiſtratu,ingenti læticia populi.Plurimi ciuiũ cõcordia ciuitatis læti legatos id nunciantes in caſtra comitati ſunt,ubi mutuæ gratulationes & magnæ fuere,ꝙ libertas & cõcordia ciuibꝰ reſtituta eſſet.Ibi legati pro conciõe,quod bonum fauſtũ & felix ipſis & reip. eſſet,trãſire idẽ multitudinẽ in Auẽtinũ iubẽt,illicqꝫ Tribunos creare,affuturũ ibi p̃ſto Põtificẽ Maximũ,ꝗ felici loco,& ubi initia libertatis inchoata eſſent, comitia haberet.Aſſenſi unà oẽs,mira alacritate ſigna cõuellũt,urbẽqꝫ ingreſſi lõgo agmine in Auentinũ uenere.Ibi põtifice comitia hñte Aulũ Verginiũ,L.Iciliũ,P. Numitoriũ Verginiæ auunculũ,c.Siciniũ,M.Duilliũ,c.Aponiũ,M.Titiniũ,Ap.Iuliũ,M.Põponium & c.Oppium Tribunos creãt.Quoꝝ magiſtratu inito,L.Icilius plebẽ rogauit,& plebs rogata iuſſit,ut nulli fraudi eſſet ſeceſſio per eos dies facta.M.Dulliꝰ & ipſe rogationẽ tulit de conſulibus creãdis,à ꝗbus ꝓuocatio eſſet,ut antea,ad populũ.In pratis flaminijs ea oĩa acta,poſtea circo flaminio loco nomẽ mãſit.Per Interregẽ inde creati cõſules,L.Valeriꝰ & M.Horatius,ꝗ cõſulatũ iniuere.Horũ prima actio popularis,nec ſine offenſa patrũ fuit,legẽ Centuriatis comitijs tulere, ut quod plebs iuſſiſſet,uniuerſus populus teneret,quaſi ad id tẽpus parũ liq̃ret,tenerẽt ne patres plebiſcitis,qua lege acerrimũ eſt telũ Tribunitijs rogatiõibus datũ,Altera lege ſanxerunt, ut qui Tribunis plebis,ædilibus,iudicibus nocuiſſet,eius caput Ioui eſſet ſacrũ,familia ad ędẽ Cereris liberi liberæqꝫ uẽderent.Dubitatũ eſt cõſulibus quoqꝫ & prætoribus,qui eiſdẽ auſpicijs quibus cõſules crearentur,cautũ ea lege eſſet,nec ne.Iudicẽ conſulẽ appellari interp̃tabant quidã:ſiquidẽ cõſulere idẽ olim fuit,qđ & iudicare.Quæ ſane interp̃tatio,ideo nõ uulgo ꝓbata eſt,quia cõſul,ut Liuius ſcribit,ea tẽpeſtate p̃tor eſt appellatus,nõ iudex,M.Duillius Tribunus plebẽ inde rogauit,atque idipſum plebs ſciuit,ut capitale eſſet huic ꝗ plebẽ ſine Tribunis reliq̃ſſet,quiqꝫ magiſtratũ ſine ꝓuocatiõe creaſſet.His rogationibus legibuſqꝫ ut inuitis,ita nõ aduerſantibꝰ patricijs,plebe aduerſꝰ oẽm nobiliũ iniuriã munita,Tribuni tutũ maturũqꝫ rati,Appiũ & collegas ĩ iudiciũ rapẽ.Verginiꝰ primꝰ diẽ Appio Claudio dixit,ꝗ nobiliũ caterua ſtipulatꝰ quũ ĩ forũ ueniſſet,redintegrata eſt ſtatim inuiſæ poteſtatis memoria. Tũ Verginiꝰ,Oratio,inq̃t,rebꝰ dubijs Quirites inuenta eſt,nũc crimẽ qđ Appio obijcitur nullo indiget uerborũ apparatu.Oĩa tibi Appi q̃ impie nefarieqꝫ per biẽniũ geſſiſti,ſpõte remitto, ab uno niſi te crimine uindices,ꝙ cõtra leges,quas tu ipſe tuliſti,in iudicio filiæ meæ à ſeruitute contra libertatẽ uindicias dederis,in uincula duci te iubeo.Hic flagitij conuictus Appius Tribunos appellat,&ſi nullã in eorũ auxilio ſpem repoſitã habebat:nullo itaqꝫ morã faciẽte, arreptus à uiatore,ꝓuoco,inq̃t,ad populũ,cæterũ uox libertatis ex eius ore audita,ꝗ cõtra libertatẽ ipſam illis ipſis diebus uindicias dederat,mouit neminẽ.Implorabat nihilo ſecius Appius fidẽ populi Ro.maiorũ merita domi militiæqꝫ memorãs,ſuũ infelix in coæquãdis Po.Ro.legibꝰ ſtudiũ, ꝗbus manentibus cõtra illatũ p̃ſcriptũ in carcerẽ truderet,Poſcere ſe ut iudicium populi Romani liceret experiri,nõ ita inuidiã ſe extimeſcere,ut in clementia & æquitate ſuorũ ciuiũ nihil ſpei repoſitũ haberet,Qđ ſi cauſa nondũ dicta in uincula raperet,iterũ ſe Tribunos appellare monereqꝫ,ne quos mores oderint,imitẽt,ꝙ ſi Tribuni conſpiratiõe inter ſe inita appellati,auxilio eſſe nollent,ad populũ ſe ꝓuocare,legeſqꝫ de prouocatione nuper latas implorare. Cui plebeio & humili præſidiũ in legibꝰ fore ſi Appio nõ adſit:ſe cæteris documẽto futurum utrũ dominatio an libertas ſit nouis legibꝰ firmata,an inani literarũ notatiõe ꝓuocatio aduerſus magiſtratuum iniuriã oſtentata.Et hæc ille.Contra Verginius Appij ſcelera in Romanã plebem ordine decurrens,infandũ filiæ iudicium ante oculos ciuium ponere,quã ex amplexu patris raptã Claudio cubiculi ſui miniſtro cõdonaſſet,armaſſetqꝫ patris dexterã, q̃a aliter occurri iniuriæ non potuit,in filiã ſpõſum uirginis & auũculum magis interpellato ſtupro, quã cæde motꝰ in carcerẽ duci iuſſerit,quẽ ipſe Romanæ plebis domicilium appellare eſſet ſolitus. Prouocaret deĩde iterum ac ſæpius,qñ ipſe totidẽ ac ſæpiꝰ iudicẽ ei daret, quod cõtra libertatẽ à ſeruitute uĩdicias dediſſet. Per hæc Appiꝰ nõ ſine magno aĩoꝝ motu,ob uiri celebritatem,in carcerẽ cõiectus eſt,ita ut ſua plebi libertas iã nimia uideretur.Interea ab Hernicis & Latinis

Legiones Auentinũ repetunt.

Conſules. Leges plures.

Verginius diẽ Appio dicit.

Appij ꝓuocatio ad populum.

Conijcitur Appius in carcerem.

legati Romã uenere, publice gratulatũ, ꝙ plebs cũ patribus in gratiã rediјſſet, tulerũtq́ȝ eo nomine in Capitoliũ coronã Ioui aureã dono. Ex eiſdẽ cognitũ Volſcos & Equos ſtudio bellũ inſtruere, iã & Sabini quoqȝ ĩ armis erãt. Iuſſi itaqȝ cõſules iter ſe ꝓuĩcias ſortiri. Horatio Sabini ſorte obtigerũt, Volſci & Eq Valerio, Nullꝰ unq̃ delectꝰ in urbe tã uolũtarius fuit. Enim uero haud iuniores tãtũ ut moris erat, ſed emeriti quoqȝ ultro in utriuſqȝ cõſulis gratiã nomina

Appius ſe interfecit.

dedere. Appius priuſq́ȝ dies iudicij adeſſet, omni auxilij ſpe p̃ciſa ſibi mortem cõſciuit. Pleriqȝ opinati ſunt Tribunorũ iuſſu eũ in carcere laqueo necatũ. Scd'm Appij interitũ Sp. Oppiꝰ à P. Numitorio eſt reꝰ factꝰ. Crimini datũ, ꝙ in urbe fuiſſet dũ uindiciæ iniuſtæ à collega dicerẽtur, nec p̃nti iniurię iſſet obuiã. Plus tamẽ facta iniuria quã nõ ꝓhibita reo obfuit, teſtis affuit q. ſeptẽ & uigiti fecerat ſtipẽdia, octieſq́ȝ extra ordinẽ donatꝰ militaribꝰ donis, ĩ cõſpectu populi ſtetit, inde ueſte ſciſſa tergũ uirgis lacerũ oſtẽdit, nullũ recuſare ſupplicium dictitãs, ſi reꝰ ipſe cauſam afferre poſſet, cur Romanũ ciuem ea iniuria affecerit. Oppius & ipſe in uincula ductꝰ

Oppij interitus.

ante iudicij diem uita deceſſit. Claudij Oppijq́ȝ bona in publicũ redacta. Horũ exẽplo territi collegę ultro exilij cauſa ſolũ uerterũt. Bona ipſorũ publicata. M. Claudius aſſertor Virginiæ dãnatꝰ, ultimã Verginio remittẽte pœnã, Tybur ĩ exiliũ abijt. Tot illuſtriũ uirorũ ſupplicia metũ p̃ribꝰ ingẽtẽ iniecerũt. Eratq́ȝ iã Tribunitiũ nomẽ illis nõ minꝰ formidoloſum, q̃ nuꝑ plebi decẽuirale fuerat, quũ M. Duillius nec diẽ dici cuiquã nec quẽq́ȝ eo anno amplius in carcerem duci ſe paſſurũ pronunciauit. Ea Tribuni moderatio metũ patribꝰ dẽpſit, eadẽq́ȝ cõſulũ inuidiam auxit, ꝙ prius pœnarũ ſatietas inimicos cepiſſet, quã cõſules, nec patricius magiſtratus eorũ licẽtiæ iuiſſet obuiã. Et reip. ſtatũ ĩ hũc modũ placari cõtigit. Valeriꝰ cõſul ad bellũ ꝓfectus in Algido Equos & Volſcos exercitibus iũctis caſtra habẽtes inuenit. Niſi Romanus à

Conſul pugna abſtinet.

principio pugna abſtinuiſſet, periculũ fuit, ne ꝓlio ſuccũberet, quũ multo plures hoſtes eſſent, & in Romanos ea nouitate temporũ infelicibuſq́ȝ Decẽuirorũ expeditiõibus fortiores facti. Metatus igitur Valeriꝰ mille paſſus ab hoſte, quũ Equi Volſciq́ȝ in cõſpectu ſtãtes, pugnæ copiam feciſſent, cõſulto pugna abſtinuit, nec quũ multa ab hoſte iacerentur in Romanos probra, ulla eſt è caſtris uox reddita. Mox ubi ex utroqȝ genere hoſtiũ maiorẽ partẽ p̃darũ miſſam Valeriꝰ ſenſit, ad eorũ uallũ ꝓgreſſus, parẽ illis terrorẽ reddidit, inſtructaq́ȝ acie hoſtẽ ad pugnã ꝓuocauit, q in caſtris erãt abſentiũ uiriũ cõſcientia dimicare nõ ſunt auſi, creuitq́ȝ ex ea re Romanis animus. Verũ quũ ꝑ totũ diẽ in acie ſtetiſſent, nocti demũ ceſſere. Qui interdiu obſeſſi fuerãt, trepidiſſimis nũcijs undiqȝ prædatores ad ſigna reuocant. Recurſum igitur ex proximis locis in caſtra, q lõgius abierãt inueniri non potuere. Vbi poſtero die illuxit, Valeriꝰ copijs in ꝓcinctu ſtãtibus ſeſe hoſti oſtẽtat, ubi uero nihil inde moueri uidit, ſigna uallo inferri iubet. Hoſtes indignitate rei cõmoti, quod duo nuper uictores exercitus, à uictis oppugnarẽtur, pluſq̃ in uallo ſpei, q̃ in uirtute & armis reponerẽt, & ipſi accepto à ducibꝰ ſigno, in apertũ euadere nitunť. Valeriꝰ, priuſq̃ integra illis acies cõſtaret, ſigna intulit, ſicq́ȝ nondũ oẽs caſtris egreſſos adortus facile turbauit. Ceſſere itaqȝ ad primũ clamorẽ, nõdũ explicitis ordinibus. In

Pugnatur in Equos

crepabãt ſuorũ ignauiã duces, Algidẽſiſq́ȝ uictoriæ admonebãt, & ꝙ illis ipſis diebus Romanũ quẽ fugerẽt, intra uallum obſeſſum, ad pugnã elicere nequiuiſſent. Huiuſmodi caſtigatiõe redintegrata pugna, cõſul diuerſa parte iubet ſuos memores eſſe, illo primum die Ro. militem liberũ, pro libera patria pugnare. Sibi tũ demũ uincere, nõ Decẽuiris, nõ Appio duce, ſed Valerio cõſule dimicari, oſtẽderẽt ꝑ ducẽ nõ ꝑ militẽ ſtetiſſe, ꝙ eodẽ anno nõ eẽt, ut ſępe aliâs, feliciter in Equos & Volſcos pugnatũ. Nõ ab Appio & collegis ſeruitutẽ intẽtari, ſed ab multis mi-

Inſtauratur pugna.

libus hoſtiũ, quibus ſi uincerenť, multo maiore indignitate, quã illis ſeruiendum eſſet. His ille hortationibus inter pedites uſus, celeri inde curſu ad equites deuectus, agite iuuenes, inquit, & ut ordine & dignitate, ita uirtute quoqȝ peditem præſtate. Fudit pedes hoſtẽ primo congreſſu, uos fuſum tota planitie agite, & nunc illi magis cunctantur ꝙ reſiſtũt, concitatus eques quum ducis p̃ntia, tũ tẽpeſtiua hortatione, in hoſtem iam pedeſtri pugna turbatũ, effuſo equorũ cur-

Equi in fugã uertũtur.

ſu inuehitur, à fronte à lateribus inuecti partem longe maximã fuga auertunt, cæteri in caſtra ſunt cõpulſi, quos Romanus oppugnare adortus, paruo negocio, cũ ipſis caſtris in poteſtatẽ redigit. Proſperæ huius pugnæ fama, nõ Romam ſolũ, ſed in Sabiniam quoqȝ ad exercitum perlata, uehemẽter militũ animos ad extremum accendit certamen, quippe qui iã antea ab ho

ſte

A ſte laceſſiti, uel quia nũero pauciores eſſent, aut recentiſſimæ cladis memoria territi, ad eã diem
confligere nõ fuerant auſi, ijdem ultro ab duce ſignum depoſcunt, quærũtur pręterea quòd ſi
ne pręlio tẽpus terretur. Horatius ubi militẽ ſua ſponte ſatis ad pugnã incitatũ uidit, concio/
ne aduocata, militẽ ad uictoriam perpaucis hortatur. Sermonis quẽ ad exercitũ habuit ſũma
hęc fuit, ut cõpertũ ſe habere p̃fatus ſit Valerium collegam feliciter ad Algidũ pugnaſſe, fuiſ/
ſecꝫ ibi exercitũ Romanũ, qualẽ eſſe oportuit. Quod ad futurã pugnã attineret, tale ſe cõſiliũ Horatij uer
habiturũ, talem animũ teſtatus eſt, qualem milites feciſſent. Cernere ſe iuxta bellũ ſalubriter ba ad mili/
trahi, idẽ & mature poſſe ꝑfici, Quòd ſi ſatis animi haberẽt ad pugnam, decernicꝫ placeret, cla tes.
more id ſibi ſignificarent, eũ indicẽ uoluntatis uirtutiſcꝫ militũ habiturum. Ingẽs eſt clamor ſe
cutus, idẽcꝫ alacritatis plenus. Tũ ille. Ite, inquit, uiri fortes, armacꝫ & corpora curate, craſtina
luce, quod uobis Pop̃locꝫ Ro. bñ uertat, præliũ cũ hoſte decreturi. Poſtero die ubi Rõana a/
cies ſtetit, pugnę inſtructa, nullã hoſtes dimicãdi morã fecere. Fuit p̃liũ quale inter duos exer
citus fiducię plenos eſſe oportuit, hũc perpetua gloria, illũ recẽti ſucceſſu elatum. Sabini nouo
ſtratagemate uires iuuare ſunt conati, qui duo milia poſt ſubſidia extra ordinẽ habuerunt, ut
medio certamine in ſiniſtrũ Romanorũ cornu impetũ facerẽt, qua impreſſione haud mediо/
criter Romana eſt acies impulſa. Feciſſet & fugã, niſi duarũ legionũ equites, ad terrã deſiliẽtes
fortunã ꝓpemodũ inclinatã, ſua uirtute erexiſſent. Pedites eqtũ opera p̃lio reſtituti, nõ ſolum
quẽ omiſerãt, locũ recipiũt, ſed hoſtẽ quoqꝫ egregie fundũt, fugãtcꝫ. Tũ receptis eqs in alterũ
cornu inchoatæ uictoriæ nũcij eqtes deuolant, ſimul & in pauidũ hoſtẽ impetũ faciũt, nulloꝝ
uirtus magis eo prælio enituit. Iuuit uictoriã & cõſulis p̃ſentia q laudator uirtutis oĩm ſegnio/
riſcꝫ pugnæ caſtigator aderat. Redĩtegrato itaqꝫ clamore, undiqꝫ Horatiani cõnixi, hoſtẽ auer Victoria Romanorũ
tunt, nec deinceps Romana uirtꝰ ſuſtineri potuit ampliꝰ. Sabini late fuſi, caſtra ad prædã Ro
mano reliquere. Duplici uictoria parta malignè patres in unũ diẽ ſupplicationẽ decreuere. Po
pulus ſua ſpõte alterũ diem adiecit. Quo aliquãto frequẽtiꝰ eſt circa tẽpla ſupplicatũ. Cõſules
B ad urbẽ reuerſi, quũ in cãpũ Martiũ ſenatũ uocaſſẽt, ut de rebꝰ à ſe in ꝓuicia geſtis diſſererẽt,
maligne qdã patrũ interp̃tati, ad terrorẽ id fieri querebant, ut ſenatꝰ caſtrẽſibꝰ armis ſeptus,
metu cogeret quę ipſi uellẽt decernere, quã calũniã cõſules diſcuſſuri, in prata Flaminia ſenatũ
auocauere, ab Apollinis æde Apollinari fuit loco nomẽ, Quibꝰ quũ à patribꝰ triũphus nega/
retur, Iciliꝰ Tri. ple. ad pp̃lm tulit, de amborũ cõſulũ triũpho. Oẽs Cẽturię illis honorẽ decre/ Triumpha/
uere. Ac tũ primũ ſine patrũ autoritate populi iuſſu eſt Romæ triũphatũ, quũ ad id tp̃s ſenatꝰ tur aut. po/
non populi id iudiciũ fuiſſet, Conſules ſequenti anno creati Sp. Herminꝰ & T. Virginiꝰ Celi puli. Conſules.
mõtanus. Hoc anno ociũ domi foriſcꝫ fuit. Secuti cõſules. M. Geganiꝰ Macrinꝰ, & C. Iulius,
turbaſſent Tribunorũ inſectationes aduerſus nobiliũ iuuẽtutẽ ciuitatis ſtatũ, niſi Equici Vol
ſcicꝫ belli fama imminenti diſcordię interueniſſet. Quieſcẽti plebi ab iuniouribꝰ patrũ iniuriæ
fieri cœperant, tanquã aut facere iniuriã, aut pati ſemꝑ neceſſe eſſet. Tribuni & ipſi, in ea alter
catione pene uiolati. Sed citra maiorẽ offenſam, oĩs cõtentio ad id tẽpus ſtetit. T, Quintiꝰ Ca/
pitolinꝰ, & Aulus Furius per hęc cõſulatũ iniuere. Et iam in horas ſeditio domeſtica gliſcebat
ad cuius erupturę ſpeciẽ, uelut ad claſſicũ quodd ã Equi & Volſci exciti arma capiũt, Latinũcꝫ
& Romanũ agrũ p̃dati, ad portas uſqꝫ urbis tumultuoſe ſũt ꝓgreſſi; Vñ multã poſt ſe p̃dã agẽ
tes, Corbionẽ retro à nullo laceſsiti abierũt. Tũ Quitiꝰ in cõcionẽ egreſsus, multa de pręſenti
ciuitatis ſtatu, ſuacꝫ fortuna queſtus, quod ſe quartũ cõſule, ordinum diſcordia ita accidiſſet,
ut Equi Volſcicꝫ qui toties à Romanis uicti, caſtriſcꝫ exuti eſſent, ad mœnia uſqꝫ urbis impu/ Quintij ora
ne ueniſſent. Inde ad turbã conuerſus ipſius plebis incõſtantiã ſeueriſſima oratiõe increpuit. tio ad popu lum.
Quod omnia deſideria ab initio ad id tẽpus indulgẽtia patrũ adepta, ſeditiõibus & diſcordijs
ut ſiqñ impenſiſſime ſtuderet, & dũ Tribunitias cõciões per ocium celebraret, ſuos ſociorũcꝫ
agros cõtumelioſe uaſtari pateretur, maiores ſuos ſub claris ducibus militantes imperio & for
tuna auctos, præda & ſpolijs onuſtos domũ reuerti ſolitos. cõtra ſua tempeſtate populo Ro.
Tribunitijs actiõibus dedito, ꝓ expeditiõibꝰ ſeceſſꝰ, ꝓ p̃lijs forẽſes altercatiões cordi eſse, ſitcꝫ
ob eã rem factũ, ut quantũ olim terrori Ro. nomen hoſtibus fuiſset, tantum tũ demũ cõtem/
ꝑui ludibriocꝫ eſſet. Poſtremo ita perorauit, ut diceret ſe non ignorare multo gratiora auditu
dici potuiſſe, ſed maluiſſe ſe uera gratis proponere, ad qđ quum ingeniũ ipſum, tũ natura coẽ
giſſet,

giſſet, ſatis cupere ſe ſuis ciuibꝰ placere, ſed multo magis ea loqui, quæ iiſdem illis etiã profutura eſſent, ſi animo in ſe minus beneuolo futuri eſſent. Inde in Tribunos & in cos q multitudi C nem à cõcordia alienarẽt, oblique inuectus, hortatꝰ plebẽ eſt ad ſumẽda arma, uictoriã haud dubiã prædã[que] pollicitus. Et oratio ſimul & autoritas mouit cõcionẽ, & iam iuuentus quæ mi-

Quintianæ orationis effectus.

litiã detrectauerat, Quintij uerbis accẽſa bellũ & arma optabat. Laudatus Quintiꝰ in ſenatu & impenſius ab uniuerſo ordine ornatꝰ laudibꝰ, Orare Quintiũ ſenatus & collegã, ut rẽp. caperent, orare Tribunos ne eſſent impedimẽto quo minꝰ plebs ſumeret arma, quo demũ impe-

Celeritas in delectu.

trato, magno oĩm cõſenſu delectus decernit. Cõſules q in celeritate oẽm ſpem uictoriæ repoſitã habebãt, edicto imperãt, ut q̃cũq; per ætatẽ idonei militiæ eſſent, poſtridie ſibi in cãpo Martio armati adeſſent, cognituros ſe poſt bellũ cuiuſq; cauſam, pro deſertoribus habituros quorũ excuſationẽ nõ ꝓbaſſent. Omnis ut iuſſa erat iuuẽtus affuit, ipſi milites iuſſu cõſulũ ſibi centuriones deligũt, ſingulis cohortibꝰ bini ſenatores p̄poſiti, tãta celeritate omnia acta dicũtur, ut ſigna publica q̃ mane fuerãt à quæſtoribꝰ ærario deprõpta, quarta diei hora ſint ex campo profecta, mãſit in eo die exercitꝰ ad decimũ lapidẽ, poſtridie in hoſtiũ cõſpectũ uenit, caſtraq; ſunt ad Corbionẽ oppidũ collata. Triduo poſt in pugnã utrinq; deſcenſum, ira Romanos irritante, deſperata hoſtibꝰ uenia ꝙ toties rebellaſſent bene pugnãdi neceſſitatẽ imponente, Im-

Acre prælium

perij ſumma fuit penes Quintiũ, concedẽte collega. Is dextrum cornu in acie tenuit, Alter conſul ſiniſtrũ, Media acies Poſthumio Albo legato data. P. Sulpitiũ alterũ legatũ equitibus præ-

Equitũ uirtus.

fecere, ab eo cornu cui Quintiꝰ p̄erat egregie Romanꝰ pugnauit, Volſcis ex aduerſo nihil reſiſtentibus. P. Sulpitius cũ toto eq̃tatu ꝑ mediã hoſtiũ aciẽ perrũpẽs, pedeſtri prælio nondũ defunctus in equeſtrẽ incidit. Ibi iuſſi eq̃tes hoſtilẽ equitatũ ſpiculis obruunt, ſtrageq; equorum edita facile propulſant, cõuerſi inde in peditẽ omiſſam pugnã repetũt, & quem ſubito incurſu turbarant, nunc turbatũ paſſim diſijciũt, mittũtq; ſimul nũcios rei bene geſtæ ad utrũq; conſulem. Res hoſtiũ ubiq; iã laborare cœperãt, Romanis felici nũtio fortiꝰ connixis, aperte inclinarunt, in media acie primo uicti hoſtes, quã Romanus equitatꝰ Sulpitij ductu pruperat. Sini- D ſtrũ inde cornu à Quintio pulſum, in dextro plurimũ laboris fuit. Ibi alter cõſul ætate ferox iniquius ferens ubiq; melius quã apud ſe pugnari, arreptum ſignũ cõiecit in hoſtes, cuiꝰ recipiendi ſtudio miles fortiter inuectus, hoſtẽ & ipſe gradu ſubmouit. Tum cõſules gratulatione copias contrahentes in caſtra militẽ immiſere, quibꝰ nullo maiore negocio captis exercitũ præter res amiſſas quas recuperari cõtigit, hoſtilis etiam prędę cõpotẽ factum reduxere. Conſulibus patres etiã non petentibus triumphũ decreuere, Spreti honoris aut nõ ſperati cauſa *diffi-*

Conſulũ uerecundia.

cilis dictu eſt. Liuiꝰ in lõgo t̃pis interuallo cõiectura uſus, credere ſe ait pudorẽ Quĩtio & collegæ obſtitiſſe, quo minꝰ ꝓ dimidia p̃te peterent triũphũ, quũ Valerio & Horatio quorũ uterq; ex diuerſo hoſte uictoriã deportaſſet, denegatũ à ſenatu nõ ignoraret. Accidit ꝑ id t̃ps ut Aricini & Ardeates quum de ambiguo agro diutiꝰ diſceptaſſent, multis inuicẽ cædibꝰ feſſi iudiciũ ambiguæ rei ad po. Ro. detulerint, qui quũ ad cauſam orandã utriq; ꝓceſſiſſent, cõcilio populi

Scaptij teſtimonium.

à magiſtratibus dato. P. Scaptius homo grãdis natu p̄fatus ſe nõ paſſurũ Po. Ro. in re decipi, docuit agrũ de quo ambigeret, Coriolanorum finiũ, ſeq; prima fere ſtipendia, faciente Coriolis captis populi Romani eſſe factũ. Mirari ſe quonã more Ardeates & Aricini cuius agri ius nunquã re Coriolana incolumi uſurpaſſent, eundem ſe à populo Romano quẽ ꝓ domino iudicẽ fecerint, intercepturos ſperarẽt. Indignati conſules, palãq; nullã Scaptio deliro ſeni fidem habendã cenſent, nõ tantũ Po. Ro. intercepto agro rerũ quæſitũ iri, quãtũ infamię & dedecoris, ſi id ſoli ſibi addiceret. Quãdoquidẽ famæ ac fidei damna maiora oĩno eſſent, quã in præſentia ęſtimari poſſent. Hæc cõſulibus fruſtra prædicantibus, tribus in ſuffragiũ miſſæ ambiguã ſoli partẽ po. Ro. adiudicarũt. Id iudiciũ fœdius turpiuſq; patribus quã Aricinis & Ar-

Iudiciũ po. Ro.

deatibus uiſum. Iniuerũt inde conſulatũ, M. Minutius & P. Curiatius. Dionyſius C. Quintiũ

Conſules

ꝓ Curiatio poſuit. Fuitq; hic annus domi foriſq; Ro. Po. infeſtus. C. Canuleius Tri. ple. roga-

Tribu. rogationes.

tionem ꝓmulgauit, de cõnubio patrũ & plebis, ut mixtis per id ordinibus facilius coaleſceret ciuitatis cõcordia, abhorrere patres, ſeq; oĩa prius ꝑpeſſuros p̄dicabãt, q̃ ut ſuus cũ plebe cõfunderetur ſanguis. Eratq; talis ꝓmulgatio patribus ſatis inuiſa, quum nouem Tribunorũ altera longe adhuc inuiſior repente extitit, ut ſeu plebeiũ uellet populus ſeu patriciũ creare poſſet cõ ſulem.

A ſulem. Credere uulgo patres cōſularē dignitatē, ſi lex plata eſſet, nō uulgari ſolū, ſed ad plebē oino trāſlatū iri. Fuit itaq; pergratū audire, Ardeates ob interuerſi agri iniuriā ad defectionē ſpectare, fineſq; Romani agri à Veientib⁹ infeſtari, reparareq; Volſcos & Equos uires ad bellū, ob cōmunitā Verruginē. Tum Canuleius minaciter cōſulibus denūciat, fore, ut ſe uiuo nūquā delectū eſſent habituri, niſi prius q̄ à ſe & à collegis promulgata eſſent, plebs ſciuiſſet. Cōtra cōſules rei indignitate accenſi, in curia uociferari actū eſſe de concordia ciuitatis, aut patres tollendos eſſe, aut Tribunos, quorū ſtimulis plebs exagitata, per æqua & iniqua rueret. Reminiſcerentur q in curia eſſent quā à patrib⁹ maieſtatē accepiſſent, quā ipſi filijs eſſent relicturi. Verū enimuero, ut nō oia Tribunitius furor cōfunderet, eas demū leges promulgaret, quibus omnia diuina & humana turbarent iura, promiſcua cōnubia quæri, ut ferarū ritu patrum plebiſq; uulgentur cōnubitus, ne ſciri poſſit cuius ſanguinis, quorū ſacrorū ſit futura progenies; dimidia plebis dimidia patrū, nec ipſa q̄dē ſecū cōcors. Et nequa indignatiōis cauſa deeſſet, eo Canuleij & Icilij inſolentia euaſiſſet, ut iā & cōſulatū ſe adepturos ſperarēt, quoniā ſi deo placeret, regiæ maieſtatis imperiū, ad ſordidiſſimū quēq; deuolui oporteret, q̄ millies ſibi prius ſit moriēdū, quā tantū dedecus & ignominiā ferret. Aperte itaq; prædicabāt exterminādos tribunos eſſe, eundūq; eorū temeritati totius ordinis uirib⁹ obuiā. Auſus eſt, inquit, Canuleius in curia iactare, niſi ſuas leges uicti patres acceperint, ſe delectū impediturū. Quid aliud eſt hoc, quā minitari, ſe patriā uelle hoſtib⁹ ꝑdere? quid animorū putatis patres cōſcripti eā uocē Volſcis & Equis allaturā? nōne Canuleio duce ſperēt ſe Capitoliū & arcē poſſe capere? Quid animi ergo uobis ſit, q̄d cōſilij in hoc malo abolēdo incōpertū habemus. Satis q̄ ad nos attinet ambo parati ſum⁹, ſi ordinis cōſenſus adſit, pri⁹ in ſcelus ciuiū, q̄ in hoſtē totius poteſtatis uires experiri. Cōſulibus hæc in curia clamātibus, Canuleius frequēti populi cōciōe, haud multo poſt pro legib⁹ in hūc modū diſſeruit. Quantū uos omni tempore ſuperbiſſimus patriciorum ordo faſtidiuerit, quū ex multis alijs cognoſcere potuiſtis Quirites, tū uel maxime ex his legum promulgationib⁹, quæ ad ęquitatē & cōcordiā ſpectāt. Fremit curia, rūpitur, minatur, q̄ cōnubiū petimus, q̄ conſulatum repoſcimus, nec mirū, pro ludibrio ſemp habuerunt, ægreq; ſe ferre perbelle cōfeſſi ſunt, q̄ in eadem urbe, & intra eadē mœnia uiuimus, nūc omni conſortio & dignitate deijciūt. Sed uos Quirites cognoſcite q̄ſo, q̄d habeāt huiuſmodi rogatiōes, & an tales ſint, ut ferro petēdi ſim⁹, q̄d ſe conſules facturos cōminant, quaſi hoſtilia moliamur. Cōnubiū altera lex petit, quā ipſe promulgaui, ſed q̄d hoc inauditū eſt, quum id externis dari ſoleat? Nos ciuitatē, quod maius eſt, ijs aliquādo dedimus, qui & hoſtes prius, & mox bello à nobis capti ſunt. Altera nihil noui fertur, ſed q̄d totius populi eſt à paucis repetit, ut qb⁹ uelit populus Ro. honores deferat. Quid q̄ſo hoc eſt? q̄d, inquā, cur cœlum terrā & omnia cōfundāt? cur mō in curia ſit in me pene impet⁹ fact⁹? affirmētq; ſe ſacroſanctā poteſtatē uiolaturos? an q̄a liberū po. ſuffragiū det, ut qb⁹ uelit publicos honores mandet? quaſi oēm plebeio homini uiā ad maiorē dignitatē, etiam ſi dignus ſit, ꝑcluſam eſſe oporteat, nec urbs hæc ſtare poſſit amplius, ſitq; de impio, de dignitate actū, ſi è plebe aliq̄s cōſul fiat. Ecq̄d ſentitis Quirites, in quāto cōtēptu ſitis, q̄ oīa ueſtra ſordeāt, ſupbiſſimo huic ordini, q uitalis huius auræ, ætheræq; lucis, ſi q̄at, ſi ſui iuris ſit, oīno reddat exptes? Q̄d uiuim⁹, q̄ ſpiram⁹, q̄ hoīm faciē habem⁹, indignant. Nūc quoq; ſi dijs placet dicere audebūt, nefas eſſe plebeiū conſulē fieri, at licet excludamur, ea ſcimus q̄ & peregrini, oēs cōſules in regū locū ſucceſſere, nec hodie in his maieſtatis quicq̄ eſt, q̄d nō illis fuerit. Sed nūq̄ ne fando auditū eſt, Numā Pōpiliū, nō modo nō patriciū, ſed ne ciuē quidē fuiſſe? uerū ex Sabinis po. iuſſu aſcitus, patrib⁹ autoribus in hac urbe regnauit. L. Tarq̄ni⁹ nō mō nō Romanæ, ſed ne Italicæ q̄dē gētis, uiuis Anci Martij liberis, rex eſt fact⁹. Quid Serui⁹ Tullius, q̄ ne libera quidē matre nat⁹, nōne & ipſe uirtute ſua regnū tenuit? Tatius Sabin⁹ nō pegrin⁹ ſolū, ſed & hoſtis fuit, regniq; particeps eſt à Romulo factus. Quid igitur plebei cōſulis nūc tātope pœniteat, quū maiores noſtri aduenas reges nō faſtidiuerint? & ne nō ſemp uirtuti hæc urbs pateret, regibus eiectis Claudia gēs in ciuitatem aſcita, eſt in particiatū cooptata, fiet aliquis ex pegrino patricius, ex patricio cōſul, Romanus ciuis ſi ex plebe ſit fieri nō poterit? an nō fieri pōt, ut q plebeio ſanguine ſit ortus, ſit hic idē uir fortis & ſtrenu⁹, pace belloq; bonus, Numæ, L. Tarq̄nio & Seruio ſimilis? uel ſi ne talis ſit q̄dē,

Querelæ cōſulum.

Canuleij Trib. pl. oratio ad populum.

Externi reges.

Magiſtrat⁹ noui. nõ potius ſalubri uſq; gubernaculo reip. admouẽdus, q̃ Decẽuiri illi, qui patricij fuerunt, oĩm
mortalium peſſimi? At nemo (dicet aliq̃s) plebeius poſt exactos reges cõſul fuit, quid poſtea C
an nihil q́d nõdũ fuerit, inſtitui fas eſt, præſertim in nouo populo, in quo multa q̃dẽ, quæ nõ-
dum fieri cœperũt, ut fiãt tñ neceſſe eſt? Neq; põtifex, neq; augur fuit Romulo rege, à Numa
deinde creati ſunt: rurſus hoc regnũ tenẽte, nullus in ciuitate cẽſus, nullũ claſſiũ centuriatũq;
diſcrimen. Seruio Tullo hæc quoq; facta ſunt. Cõſules nulli fuerãt ante eiectos reges, his exa-
ctis eſſe cœperũt. Trib. pl. Ædiles alijq; magiſtrat⁹, & ipſi, neq; urbi, neq; libertati æquales De-
cẽuiri, hoc decẽnio ſcribẽdarũ legũ cauſa creati ſunt, atq; è ciuitate ſublati. Nec eſt quiſq; ita re-
rũ humanarũ expers, q̃ non intelligat, in urbe æternũ cõdita, & in immẽſum creſcente, nouos
mores, noua inſtituta oriri. Ipſum cõnubiũ q́d alterius rogationis eſt Decẽuiri peſſimi homi-
num, peſſimo exẽplo, in ordinibus diſcreuere. Enimuero quæ maior ulla cõtumelia inſignior-
ue plebi fieri potuit, quã uelut cõtaminatã ciuitatis partẽ, cõnubio indignã exiſtimari? Quid a-
liud eſt cauere ne affinitatib⁹ miſceamur, q̃ nos intra eadẽ mœnia relegare? Sed q̃ eſt hęc no-
bilitas, quã contaminatũ iri nolũt, quã pleriq; ex Albanis & Sabinis oriũdi, nõ genere, nõ ſan-
guine, ſed per cooptationẽ inter patres habẽt? cõnubiũ patrũ & plebis tollũt, cur nõ cõferunt,
ne ſit cõnubiũ diuitib⁹ & pauperibus, ne patricio plebeius ſit uicinus, ne eadẽ uia ambulet, in
eodẽ foro, duasq; ciuitates ex una faciũt? Quæ eſt hæc ordinũ cõfuſio, ſi plebeiã patricius du-
cat uxorẽ, aut plebeius patriciã? Nihil certe iuris mutat̃, liberi patrẽ ſequunt̃, nec nos quũ eoꝝ
cõnubia petimus, aliud petitũ putamus, quã ut in numero hoĩm ſimus, in numero ciuiũ. Nec
patricij, niſi in noſtrã cõtumeliã certare iuuet, q̃cq̃ in hoc habẽt ꝙ iure negare cõtendant. Po-
ſtremo meminiſſe oportuit, ſummũ imperiũ totius po. eſſe nõ patriciorũ, eiectiſq; regib⁹ liber-
tatẽ nõ illis ſolũ ſed oĩbus quæſitã. Deberet licere po. Ro. quã uellent legẽ iubere: at ubi primũ
rogatio aliqua ꝓmulgata eſt, ſtatim delectus ꝓ pœna indicit̃. Sacramento iuniores adiguntur
minæ plebem circũſtrepũt, uis intẽtat̃. Sed iam illi iterũ ac ſæpius experti ſunt, q̃ parũ ipſorũ mi-
næ aduerſus ueſtrũ cõſenſum ualeãt Quirites, nec nũc licet multa minent̃, certamẽ erit ullum
animos ueſtros ſæpe illi tẽtabũt, uires experient̃ nũq̃. Itaq; hoc cõſules ſciãt, ſiue uera, ſiue fal- D
ſa ſint bella quæ celebrãt, habituros exercitũ paratũ, ſi reddito plebi cõnubio, unã ciuitatẽ pa-
tres fecerint, ordineſq; mutua cõſanguinitate coaleſcere patiẽtur, ſi uiris fortibus & ſtrenuis è
plebe ad conſulatũ aditus fiat. Quæ ſi negare perſeuerabũt, multiplicent bella rumoribus, ne-
mo Tribunis autoribus nomẽ dabit, nemo arma capiet, nemo dimicabit ꝓ ſuperbis dominis,
Peroratio. quibuſcũ neq; in rep. cõmunis honos: neq; in priuata, ſocietas futura ſit. Poſt hanc Canuleij
actionẽ, quum cõſules in forũ ueniſſent, orta inter eos & Tribunos altercatione, è collegio uno
cõſulẽ interrogãte, q́d eſſet cur plebeiũ cõſulẽ fieri nõ liceret? Quia auſpicia, inq̃t, alter cõſulũ,
plebei non habẽt. Ad eã uocẽ adeo iræ exarſerũt, ꝙ quaſi dijs inuiſi auſpicari poſſe negarẽtur,
Lex de cõnubio. multitudine calculos petẽte, q̃a apparebat utrãq; legẽ uno tẽpore perlatũ iri, rati patres alteꝝ
de cõſulatu antiquari poſſe, de cõnubio cõſenſerũt. Qua lege perlata, quũ Canuleius in ingẽti
celebritate, & fauore eſſet: eius enim rogationis autor fuerat, cæteri Tribuni æmulatiõe accẽſi
nouum certamẽ pro lege ſua patribus intẽdunt, tum creſcẽte in dies noui belli fama, nec dele-
ctus haberi poſſet, appareretq; aut ciuibus, aut hoſtibus de uictoria cedendũ eſſe. C. Claudij
ſententia ui & armis tollẽdos Tribunos cenſebat. Cõtra Quintij, Cincinnati, Capitolini à cæ-
de abhorrebãt. Cæterũ quũ diu anceps cõſultatio tenuiſſet, eo T. Genutij ſentẽtia decurſum
Trib. militũ cõſulari poteſtate. eſt, ut Tribuni militũ conſulari poteſtate promiſcue ex patribus & plebe crearentur, de conſu-
libus interim creandis nihil mutaretur. Acquieuere huic ſentẽtiæ plebs & Tribuni, indictiſq;
ad hoc ipſum comitijs, quum ex utroq; ordine plures petiuiſſent, præter omniũ ſpem patrici-
os tantum populus creauit, contentus ꝙ plebeiorum ratio habita eſſet. Creati igitur tres Tri-
buni cõſulari poteſtate, Aulus Sempronius Atratinus, L. Attilius longus & T. Clœlius Sicu-
lus, anno CCC. decimo quam Roma condita erat. Dionyſius in annum tertium quartæ & o-
ctogeſimæ Olympiadis incidiſſe hæc autor eſt, qui quater milleſimus ac ſeptingenteſimus
ANNI MVNDI. fuit nonuſq; & quinquageſimus ab mundi origine. Euſebius in annum primum tertiæ & o-
ctogeſimæ Olympiadis magiſtratus huius initia reijcit, manifeſto librariorũ errore, qui pro
militaribus Tribunis plebeios poſuerunt.

A
TOT quidem modis publicæ adminiſtratiõis formã, paucis annis, apud Ro/
manos uariari contigit, ſed ne Tribunitia quidã illa poteſtas recens inſtitu/
ta longius proceſſit; tres illi, qui omniũ primi eũ honorem adiere, quia uitio
creati putarentur, tertio mẽſe quã rempu. adminiſtrare cœperãt, augurũ de/
creto ſe magiſtratu abdicarunt. Tenuit aliquot dies ordinum contentio, pa
tribus conſules creari uolentibus, contra Tribunis eundẽ in ciuitate magi/
ſtratum retinere conantibus. Cæterũ obtinuerunt illi, ut cõſularia comitia haberẽtur, quibus
conſules declarati ſunt, L. Semproniꝰ Atratinus & L. Papyrius Mugilanus. Hoc anno fœdꝰ Conſules.
cum Ardeatibus eſt renouatum, quod unum argumẽto fuit ad poſteros, eos conſules fuiſſe,
quum in annalibus priſcis, & libris magiſtratuũ alioqui non eſſent. Liuius Licinium Macrũ
ſcripſiſſe ait in linteis libris, qui ad Monetæ reperti ſunt, eorũdẽ cõſulũ nomina relata: Diony
ſius in annalibus digeſta, ſed ita ut plures eos præfectos quã conſules traderent. Cauſa fœde/
ris cum Ardeatibus renouandi, agri abiudicatio fuit, quem ſub defectionis denunciatiõe, niſi
reſtitueretur, per legatos illi repetẽtes moniti fuerãt à patribus ſuũ tempus expectare, daturos
ſe operam, ut Ardeates ſuæ in po. Ro. fidei & conſtantiæ non pœniteret. Fuit annus ille alio/
qui domi foriſꝗ pacatus: Qui illum proxime eſt ſecutus, conſules habuit M. Geganium Ma Conſules.
cerinum & T. Quintium Capitolinum. Primi in urbe Cenſores hijs conſulibus creati: mẽtio/
ne primum in ſenatu facta magiſtratu opus eſſe, cui ſcribarum miniſteriũ, tabularum cura,
cenſendi formula ſubijceretur. Res parua à principio, ſed quæ procedẽte tempore multo ma/
iora, quã ab initio credibile fuerit, habuit incrementa. Tanta mox dignatio ſecuta eſt, tantaꝗ
autoritas, ut omnis morum ciuiliſꝗ diſciplinæ ratio Cẽſorum eſſet, regimen adhæc ſenatus, Primi cenſo
equitũ, centuriarum, omne decoris & ignominiæ diſcrimen, horũ priuata publicaꝗ loca reco/ res.
B gnoſcere, uectigalia po. Ro. ſuo arbitrio locare. Primi itaꝗ omniũ creati Sempronius & Papy
rius, quorũ cõſulatus ambigue, ut dixi, traditur. Fuitꝗ hic annus, qui primos habuit cẽſores,
trecẽteſimus ab urbe cõdita ac XII. Domi foriſꝗ ociũ erat; cæterũ ne non ſemper aliqua bellã Diſcordiæ
di cauſa adeſſet, legati ab Ardea Romam uenere, auxiliũ & opem afflictis Ardeatiũ rebus im origo.
plorantes. Diuerſa factionũ ſtudia, quæ multis urbibus exitio fuere, eruntꝗ ſemper, ipſius ur
bis opes in apertũ diſcrimẽ adduxerunt. Contentio ex parua orta, pene ad excidiũ creuit. Pete
bant puellã indigenã plebeia familia ortam adoleſcẽtes duo in uxorẽ, nobilis unus, alter ple
beius. Hic puellæ tutoribus fretus, ille matris fauore, q̃ honeſtiſſimo matrimonio filiã locatũ
iri uolebat. Cognitione in forũ delata, ſecundũ matris arbitriũ iudicatur. Tutores de iniuria Diſcordia
decreti palã queſti, cũ plebeiorũ manu ui ex domo matris uirginẽ rapiũt. In hos accenſus ira Ardeatium
iuuenis optimarũ multitudine ſeptus, impetũ facit. Fit prẹliũ, plebs urbe eiecta locũ mœnibus ob puellæ
proximũ occupat, nobiliũ p̃dia hoſtiliter populat̃, Venere interim his auxilio Volſci Ciuilio nuptias.
duce, qbus freti exules urbẽ uallo cingere adoriunt̃. Erãtꝗ in aperto diſcrimine res nobilium
ſitæ, quum eorũ legati Romã auxiliũ imploratũ uenere, M. Geganius cõſul cum exercitu eo
profectus, Equos exuleſꝗ noctu uallo & foſſa cingit, tentaruntꝗ circũſeſſi ęquis cõditionibꝰ
inde abire, qbꝰ reſpõſum eſt, oportere uictos cõditiones accipere nõ ferre. Quia igit̃ nulli du
biũ erat ꝙ ſine ignominia abire nõ poterant, ferro conati ſunt ſibi uiã facere. Cæterũ p̃lio paꝝ
caute inito, quum paſſim cæderent̃, in preces uerſi ueniã implorãt, armiſꝗ & Ciuilio duce tra Volſcorum
ditis, ſub iugũ miſſi ſunt. Eos Tuſculani per ſuos fines trãſeuntes ex improuiſo adorti, ad unũ deditio.
peremere. Geganius, ſeditionis autoribus ſecuri p̃cuſſis, ociũ ciuitati reſtituit. Ipſe triũphãs in
urbẽ redijt, Ciuilio & hoſtiũ ſpolijs ante currũ latis. Conſules inde fuerunt. M. Fabius Vibu Conſules.
lanus & Poſthumius Ebutius Cornicen, qui quũ pax domi foriſꝗ eſſet, ut celebri monumen
to aliquo geſtæ rei annũ ſuũ inſignẽ facerẽt, agrũ infami iudicio ppl̃i paucis añ annis Ardeati
bus iterceptũ, Colonię eo mittẽdæ p̃textu reſtituerũt. Satis qdẽ fuit pacatꝰ hic ãnꝰ, ut dixi, ſed
qui ſequutus eſt adhuc pacatior. C. Furio Pacilo & M. Papyrio cõſulibus, quæſita tamẽ domi Conſules.
diſcordia, à Pẹtilio Tribuno plebis agrariæ legis mẽtiõe iniecta, nulla tñ ſecuta. Excepit hãc ci/
uilis ſtatꝰ qetẽ, turbulẽtior Proculi Geganij Macerini & L. Menenij Lanati annꝰ, fame, ſedi

tione,libertatis pericula inſignis. Primo annonæ caritas urbē inuaſit,dubiũ,deſerto agrorũ cul C
Minutiꝰ annonæ præfectus.
tu,an cœlo frugibus aduerſo,utrũq; em̃ tradit. L. Minutius eſt annonæ p̃fectus:is publica fru
mētatione parũ felix:nã p̃ter Hetruſcos,unde aliqd omnino eſt frumēti aduectũ,ſed qd in le
uãda annona nullũ fecerit momẽtũ,apud cæteros finitimos,neq; pretiũ ualuit,neq; gratia,ut
laborãti ciuitati opē ferrēt. Fame igitur inualeſcēte,ad eam rerũ deſperationē eſt uentũ,ut qdã
è plebe lõgiores uitæ cruciatus ueriti,obuoluto capite ſeſe in Tyberim præcipitarint, tãta tum
Sp. Melij largitio.
fames ciuitatē inuaſerat. Tũ Sp. Melius ex equeſtri ordine homo,ut res urbis erãt, prædiuẽs,
rem ſpecie utilē ſed libertati præcipue inimicã eſt aggreſſus. Emerat hic per cliẽtes & hoſpites
pene quicquid frumenti fuerat ex Hetruria aduectum,emptũq; multitudini gratis in grauiſſi
ma annona diſtribuit. Cõciliauit ea largitio homini tãtũ fauoris,ut quacũq; incederet frequẽs
circa illũ ciuiũ multitudo cõſpiceret,futurũ cõſulatũ haud dubio cõſenſu repromittẽs. Interea
rē malo exēplo motã,peiore cõſilio exeqtur. Em̃uero ut eſt animꝰ hominis inexplebilis,in ijs
quæ præſens fortuna ſpõdet,ad altiora & ꝓhibita mētē adiecit. Qm̃ igit̃ cõſulatꝰ erat patribus
nõ ſine certamine extorquẽdꝰ,de regno agitare cœpit. Creant̃ interim cõſules, T. Quintiꝰ Ca
pitolinꝰ & Agrippa Meneniꝰ,ad hos & patres Minutius detulit,ſe manifeſto indicio cõpertũ
habere,in Sp. Melij domo ſecreta cõſilia agitari,ingētē uim armorũ eo collatã, corruptos ex
Tribunis quoſdã,q ad ꝓdēdã libertatē cũ Melio cõſpirent,occurrēdũ ꝑiculo,qñ res ꝓpemodũ
ſero i curiã ꝓlata eēt,ne poſtea temeritatis argueret̃. Tũ qa à cõſulibꝰ ꝓuocatio erat,uiſum eſt
Dictator.
ad id malũ opprimēdũ,Dictatore opꝰ eſſe. Quintiꝰ Cincinnatꝰ dictꝰ eſt. Is Seruiliũ Halã ma
giſtrũ eqtũ dixit. Poſtero die diſpoſitis ꝑ opportuna loca p̃ſidijs,i forũ Dictator deſcẽdit. Ste
tit multitudo inſcia miraculo rei defixa,occulteq; iter ſe q̃rere,qd rei accidiſſet,quapropter ciui
tas Dictatore indigeret. Vnus Melius & q cõſiliorũ eius erãt nõ ignari,ſatis ſcire in ſe uim illã
imperij q̃ſitã. Expectare tñ taciti euentũ rei. Poſtq; igitur Dictator reſedit, magiſtrũ eqtũ mit
tit,q Sp. Mediũ ad ſe uocet. Pauidus ille primo quærere,qd uellet Dictator,ubi uero dicendã
eſſe cauſam audiuit,diluẽdũq; crimē qd eſſet à Minutio ad patres delatum,ſe in cateruã ſuo D
rũ recipere conatus eſt,cũ tergiuerſantē apparitor magiſtri eqtũ iuſſu,inuadit,quo à circũſtãti
bus repulſo ipſe Melius fugiẽs fidē Quiritiũ iplorat,cõſpiratũ in ſe clamitãs à patribus,qa Ro
manæ plebi benigne feciſſet,ferrẽt opē,ne ſinerẽt ſe inſontē inuidia opprimi. Hæc illũ uocife
Sp. Meliꝰ interficitur.
rantē Hala magiſter equitũ aſſecutꝰ obtrũcat. Ipſe pacta cæde,nobiliũ multitudine ſtipatus,
ad Dictatorē reuerſus, Meliũ à ſe,qa parere noluiſſet,interfectũ nũciat: Macte,inquit, Dicta
tor tua Seruili uirtute eſto,repu. liberata. Cõſternatã īde multitudinē,ad concionē uocari iuſ
ſit. Ibi cauſa Melianæ cædis expoſita,q etſi nũq̃ de regno cogitaſſet,iure tñ cæſus uideri pote
rat,quod Dictatori non obediẽs fuiſſet. Percurrit īde filiorũ Bruti Sp. Caſſij & aliorũ exẽpla,
q aliquid contra libertatē moliti eſſent,debuiſſe dicẽs illorũ exitũ documẽto eſſe Melio, teme
rario homini,ne ſe modio farris ſparet ſuorũ ciuiũ libertatē à ſe emptũ iri. Quaſi uero ille po.
qui ſenatorē concoquere non poſſet,frumentariũ equitē regē laturus eſſet. Placata ꝑ hæc mul
Aequimeliũ
titudine, Quæſtores iuſſi ſunt Spurij bona uēdere,pecuniãq; inde exactã in publicũ redige
re. Domus diruta,monumentũ nefariæ ſpei opp̃ſſe ut eſſet area Æquimeliũ appellatũ, L. Mi
nutius boue aurato,ut alij tradunt,ſtatua extra portã trigeminã eſt donatus. Tribuni plebis
queſti ſunt Melij mortē ad plebē,Seruiliũ & Minutiũ accuſantes,quorũ hic indēnatũ obtrun
caſſet,ille falſum homini intēdiſſet crimen,de quo (ſi rerũ ſcriptoribus coniectura in ſimilibꝰ
uti licet) nõ poſſum nõ uehemēter ſuſpicari,ſic enim Melius tũc oppreſſus,ſic Minutius Tri
bunus,ſic Sp. Caſſius quia plebi gratificati eſſent,fraude patrum potiuſq̃ uero crimine perie
re. Immodica ſane fuerunt patrũ odia in eum ordinem,ꝓpter quē ad interitũ,inſectati ſint q
cũq; benigne ei feciſſent,ſiquidē Tribunis ire obuiã nequeuntibus aut certe nolẽtibus, ſæpius
ab eiſdem plebs circũſcripta uideri poteſt,ut in eo,ꝙ augurum denũciatione, Tribunos militũ
uitio creatos uideri uoluerũt,tertio mēſe poſtq̃ magiſtratũ iniuerant,ut per eam abdicationis
ſpeciem tacitus fieret ad Cõſules reditus,& ſi minaciſſima Tribunorum denũciatione ſe Me
lianã cædē ulturos prædicantiũ,ſit factũ,ut ad plebem leniendã paſſi ſint patres ſequẽti anno
Tri. militũ.
Tribunos militũ creari. Proximis igit̃ comitijs creati ſunt, L. Quintius Cincinnati filiꝰ, M. Æ
milius & L. Iulius. Eratq; iam magiſtratus ab his initꝰ,quum Fidenæ Romanorũ colonia ad

Lartem

A Lartem Tolumniũ Veientiũ regem defecere. Sed maius omnino ſcelus eſt huic additũ: legati, qui ab urbe eo uenerant, noui cõſilij cauſam ſciſcitaturi, Tolumnij ſunt iuſſu interfecti, fuerũt qui regẽ ſceleris abſoluerẽt, ꝙ in proſpero teſſerarũ iactu uox eius ꝑperã ſit excepta. Cæterũ ſiue errore ſiue cõſulto cæſi ſunt, q̃ publico nõie Fidenas uenerãt, fuerũt, c. Fulcinius, c. Iulius, Tullus, Sp. Nautius & L. Roſcius, quibus Romæ poſt cædẽ ſtatuæ ſunt ꝓ roſtris poſitæ. Inſtabat igitur atrox cũ Fidenatibus & Veientibus bellũ, à tã fœda cauſa ortũ, cuius adminiſtrãdi ratio ut maiore cõcordia iniretur, Conſules pro Tribunis creati ſunt, M. Geganius Macerinus, & L. Sergius Fidenas, ab ipſo bello, ut credere par eſt, cognomen adeptus. Is cum Latte citra Anienem proſpere pugnauit, obtigitq; uictoria illa Romanis haud incruenta, maiorq; fuit dolor ciuitatis ex ciuibus ea pugna amiſſis, q̃ ex fuſis hoſtibus lætitia. Eſtq; ob id iuſſu patrum Mamercus Æmilius Dictator creatus. Is Quintiũ Cincinnati filiũ magiſtrũ equitum dixit. Nec mora deinceps fuit, copijs quibus cõſul fuerat uſus ſupplemento expletis, tolles trans Anienẽ, qui inter fluuium ſurgũt & Fidenas, caſtris occupat. Veiẽtes nõ multo poſt Phaliſcorũ auxilijs aucti, caſtra in apto locãt. Prius intra mœnia ſe tenebãt. Mamerc⁹ caſtris ad cõfluẽtẽ trãſlatis (haud em̃ ꝓcul inde Anio & Tyberis coeũt) utrãq; ripã uallo amplectitur. Poſtridie aciẽ in hoſtiũ cõſpectu explicat, nullam pugnæ morã facturus. Variæ ex aduerſo fuerũt ſentẽtiæ. Veiẽtes in trahẽdo bello pl⁹ ſpei habebãt, Phaliſci cõtra diuturnã militiã grauiter ferebãt: Tolũnius & ſi Veientiũ ſententiã magis ꝓbabat, ueritus tñ ne à ſocijs deſtitueret̃, ſignũ pugnę in ſequentẽ diẽ ꝓpoſuit. Poſtera luce aliquanto prius Romani in æquũ deſcẽdere, mox Hetruſci & ipſi in apertũ prodeũt: eorum acies ita inſtructa ſtetit, ut dextrum cornu Veiẽtes tuerent̃ læuũ Phaliſci, medij Fidenates ſteterũt. Dictator ſe Phaſcis oppoſuit. Veiẽtibus Capitolinus legatus eſt obiectus. Magiſter equitũ, L. Quintius ante mediã aciẽ cũ equitatu in Fidenates ſtetit. Principio eqtes à Romanis in hoſtes miſſi, hi primi omniũ cõflixere. Secuta deinde pedeſtris pugna, q̃ ex omni parte ꝓſpera Romanis fuit. Neutra parte Hetruſcæ legiões, Romanoꝝ

B impetũ ſuſtinuere. Eqtes maxime reſiſtebãt qua parte Tolũni⁹ oĩm ferociſſime pugnã ciebat, trahebatq; certamẽ. Hũc cõſpicat⁹ Au. Corneli⁹ Coſſus Tribunus militũ, ideq; lõge fortiſſimus, equeſtrẽ aciẽ quocũq; ſe intẽderat turbãtẽ. Nimirũ hic eſt, inquit, ruptor ille humani fœderis, uiolatorq; iuris gentiũ, q̃ nõ contẽtus duorũ populorũ pacem uiolaſſe, legatos, qd' nulli unq̃ Barbarorũ fecere, interfici iuſſit. Iã ego hũc inferias legatorũ manibus dabo, ſi dij quicq̃ ſancti in terris eſſe uolũt, hæc ille, calcaribuſq; equo ſubditis, infeſta cuſpide in aduerſum fert̃ hoſtẽ, quẽ bellatore equo deiectũ, haſtaq; inixũ ut ĩ pedes aſſurgeret, umbone ĩpulſum reſupinat, ferroq; ſepi⁹ repetitũ obtrũcat, ſpoliatq; dein uictor exãgue corp⁹, iacẽtiq; caput adimit, adẽptũ haſtę affigit, oſtẽtatq; hoſtib⁹. Tuſci eqtes q̃ diu anceps fecerãt certamẽ, ſubito caſu regis ꝑculſi, fugã capeſſunt. Inſtat Roman⁹ fugiẽtib⁹, & ad caſtra uſq; cũ ſtrage & cæde multa ꝑſeqt. Eodẽ tpe circa Romana caſtra pari eſt euẽtu dimicatũ, q̃ medio ardore pugnę lectæ aliquot cohortes Tolũnij iuſſu ĩuaſerãt. Triarij pricipali porta dextra Vibulani legati ductu eruptiõe repẽte facta, nõ minus trepida fuga, q̃ ĩ acie fecerãt, Hetruſcos à uallo repulſos, cũ multa cæde auerterũt. Coſſ⁹ cũ eqtatu Tyberi trãſmiſſo, Veiẽtanũ agrũ ꝑdat⁹, ĩgẽtẽ uim hoĩm atq; omnifariã quadrupedũ ad urbẽ egit. Dictator triũphãs Romã ĩgreſſ⁹ eſt, un⁹ oĩm oculos in ſe à curru Dictatoris auertit Au. Corneius, opima ſpolia poſt Romulũ portãs, feretrio Ioui dedicaturus. Ea ſolenni more, ubi in in Capitoliũ uenit, tẽplo intulit. Cæteꝝ q̃a opima ſpolia à maiorib⁹ ea nũcupata ſatis cõſtat, q̃ dux duci detraxiſſet, nec dux niſi is cuius auſpicijs res gererent̃ appellari cõſueſſent, uideri poſſunt haud rite ea opima dici, q̃ Tribun⁹ militũ, nõ Dictator, nõ Cõcul, aliuſue magiſtrat⁹ cuius auſpicia eſſent, Ioui dedicaſſet. Liui⁹ oẽs añ ſe autores Tribunũ militũ Corneliũ ſcripſiſſe memorat, quos ita erroris redarguit, ꝙ aliq̃n ex Auguſto principe audiuiſſet, in feretrij Iouis tẽplo, qd' inſtaurationis cauſa põtifex ſubijſſet, legiſſe ſe ĩ lintheo thorace, Corneliũ Coſſum Cõſulẽ opima ſpolia poſt Romulũ dedicaſſe, acceditq; libẽs autor huic fidei, argumẽto adduct⁹ haud inepto, ꝙ paucis ille annis, ut q̃dã habuerũt annales, Cõſul fuit, Tribunus militũ cõſulari ꝑtãte, & magiſter eqtũ, ut nõ Mamerci dictura q̃ his eſt tẽporib⁹ interiecta, ſint Larti ſpolia detracta, ſed Cornelio aut cõſule, aut q̃d magis placet, Cõſulari poteſtate Tribuno. Cæteꝝ utcũq; habet, cõtigit ea ſpolia dedicari, ſi Mamerco dictatore

Ro. legati interficiũtur.

Conſules.

Dictator.

Diuerſarũ acierũ cõflictus.

Lartis interitus.

Scriptorũ error.

tore Coſſus Lartē regē ꝑemit,anno ab eo quo Romulꝰ prima ſacrauerat ſpolia tertiodecimo
Conſules.
ac trecēteſimo.Fuerūt poſt Hetruſcos & Fidenates uictos,Cōſules,M.Corneliꝰ Maluginen C
ſis & L.Papyriꝰ,q Veientē & Phaliſcū agrū ingreſſi,hoſte nuſq̄ repto,agreſti prǽda cōteti,do
Minutio dies dicitur.
mū copias reduxere.Hoc anno dies Minutio dicta eſt à Sp.Melio Trib.plebis, Meliȷ publice
Conſules.
perēpti pneceſſario,& rogatio ab eodē ad populū lata de Seruiliȷ bonis publicādis,ꝙ illorū ui
ac calūnia Meliꝰ fuit opp̄ſſus.Hoīs autoritas fecit,ut oīa ad pplm fuerint leuiora.Em̄uero,in
grauefcēs morbꝰ,& crebri motꝰ terræ maiori tum curǽ erāt.Obſecratū eſt à populo duūuiris
præeuntibus.Peſtilentior inde annus fuit,L.Verginio & Claudio Iulio cōſulibus,tantaq; u
biq; uaſtitas crebris funeribꝰ eſt ſecuta,ut Veiētes,&,Fidenates Anienē trāſgreſſi,haud pcul à
Collina porta cōſederint.Nō minꝰ igit̄ in urbe q̄ in agris trepidatū.Nocte q̄ pxime ſecuta eſt,
Verginiꝰ Cōſul Aulū Seruiliū Priſcū,aliȷ Structū ſcripſere,Dictatorē dixit.Ipſe Ebutiū Eluiū
Dictator
magiſtrū eqtū ſibi cōſciuit.Vbi primū illuxit Dictatoris iuſſu oīs militaris ǽtas,extra portā col
linā,circa ſigna frequēs affuit.Id hoſtes cōſpicati in altiora ſe loca recipe conati ſunt.Dictator
eueſtigio ſecutꝰ,quū cedētibꝰ moleſtius hæreret,ſecū cōferre ſigna cōpulit,breuiq; prælio fu
dit.Hetruſcis legiōibꝰ Fidenas cōpulſis,oppidū uallo circūdedit.Tenuitq; aliquādiu obſidio:
urbs ſitu & mœnibꝰ munita ſcalis capi nō potuit,nec fame domari ob uim tritici eo cōuectā.
Fidenæ capiuntur.
Cuniculo igit̄ Romanꝰ in arcē eſt admiſſus.Hetruſcis Fidenatibuſq; ad imas partes urbis tu
Græcorum diſcordia.
endas intentis,clamor ex ſupiore loco redditꝰ,captā urbē ſignificauit.Hǽc foris domiq; eo an
no geſta.c.Furius & Pacilius,& M.Geganius cēſores uillā publicā in cāpo Martio ꝓbauerūt,
ibiq; cēſus populi eſt primo actus.Atq; is tūc erat rerū Romanorū ſtatus.Græcia interim,&ſi
ab externis armis ociū,ſe ipſam tn̄ domeſticis uexare cœperat diſcordiȷs. Iā em̄ ex quo Medi
cis fuit terroribꝰ defuncta,in diuerſa populorū ſtudia æmulatiōe accēſa,eo uſq; mutuis offen
ſis pceſſere,ut animis nō minus infeſtis in ſe bellarint,q̄ in Barbaros aliquot ante annis fece
rāt.Enimuero Atheniēſes Meſſenia expeditiōe(eſt em̄ res hic aliquāto altius repetēda)à La
cedæmoniȷs,ſoli omniū ſociorū,nō ſine ignominiæ ſuſpitiōe dimiſſi, Cimone,ut alio ſcripſi D
mus loco,in exiliū acto(habebat̄ Lacedæmoniorū ſtudioſus)ſocietatem ſoluerūt,quā cum ea
ciuitate iā inde a Medicis tēporibus cōtractā habuere,iniuerūt cum Argiuis Spartiatarū hoſti
bus nouā,eſtq; inter utroſq; ictum aduerſus Theſſalos fœdus.Interim Meſſeniȷ ſerui intra
Ithomē à Lacedæmoniȷs obſidebant̄.Id em̄ bellū in decimū eſt annū diſtractū,donec condi
tione ſunt accepti,ut tota Pelopōneſo migrarēt,nunq̄ in eā terrā reuerſuri.Erāt hi à ueteribus
Meſſeniȷs captiuis oriundi & ipſi quidē ſerui,Meſſeniȷq; appellati.Hos cū filiȷs & uxoribꝰ Pe
lopōneſo migrare iuſſos,in Lacedæmonioꝝ inuidiā Atheniēſes in Naupacto collocarūt,quā
urbē à Locris Ozolis inſeſſam haud multo priꝰ Atheniēſes ceperāt,ſed hæc aliquāto poſtea.
Acceſſerūt ad ea odia q̄ inuicē cōflata erāt,ꝙ Megarēſes à Corinthiȷs p̄lio de finibꝰ inito ſupe
rati,ad Atheniēſes defecerūt,quū antea Lacedæmoniorū ſociȷ fuiſſent:tenuerūtq; Athenien
Corinthiorū odium in Atheniē.
ſes Megara,ingēteſq; ibi extruxere muros,unde primū Corinthiorū odiū in Atheniēſes exar
ſit.Florebāt ꝑ hæc nihilo ſecius Atheniēſiū opes,lōgeq; rei maritimæ gloria pollebāt,qua fa
ma impulſus Inarus rex Libyorū,q Ægypto finitimi habitant,Erat is Pſammetici filius,quū
nō paruā Ægypti partē ab Artaxerxe alienaſſet,Atheniēſes,q cū Cimone duce claſſem circa
Cyprū habebāt,in ſocietatē traxit.Hi nihil iā hūile animo agitātes,Inari ſocietate freti, in Æ
gyptū relicta Cypro trāſmittūt,aduerſoq; Nilo in mediterranea inſinuati, duabꝰ Mēphidis
partibus breui potiūtur.Pars tertia albus murus noīata,Perſis Mediſq; tuētibꝰ capi non po
tuit.Cæteꝝ ea expeditio infeliciter Atheniēſibꝰ ceſſit,ut ſuo poſtea loco explicabit̄.Fuit ſex cir
citer annos in Ægypto,& circa Libyā Attica claſſis.Interea in Græcia Corinthiȷ & Epidauriȷ
qui partim odio,partim à Lacedæmoniȷs,q Athenienſibꝰ inuidebāt iritati aperte Atheniēſiū
hoſtes facti,eos ad Haliā p̄lio cōgreſſos uicere.Fuit ea lætitia Corinthiȷs & ſociȷs haud diutur
Atheniēſiū claſſis Memphis parte potitur.
na,quibus haud multo poſt ad Ceryphaleā nauali p̄lio uictis,acceptæ nuꝑ cladis Atheniēſes
uicē rependerūt.Et ne nō ſemꝑ nouaꝝ reꝝ materia adeſſet,bello cū Æginitis orto,Atheniēſes
totis uiribus,tum ſuis,tū ſociorū connixi,duce Socrate Stribi filio,iterū cū Peloponnēſibꝰ na
Aeginiticū bellum.
uali prǽlio cōgreſſi,hoſtes egregie ſupant,ſeptuaginta eorū nauibꝰ captis,ipſi uictoriā adepti,
Æginā obſidione cingūt,quā Corinthiȷ & Epidauriȷ eximere obſidiōe cupiētes,trecētos Ægi

nam

A nam pſidio miſerũt. Ipſi in Megaricũ agrũ trãſgreſſi, rati Athenieſes duobus exercitib⁹ abſentibus haud pares ſibi futuros, ad ſociorũ iniuriã inhibendã. Enimuero ualida claſſis tũ Æginam cũ exercitu circũſedebat, alteraq́ꝫ omnino maior iampridẽ in Ægypto erat. Athenienſes Myronidã, cũ ueteranorum & iuniorũ manu Megaram miſerũt. Is cũ Corinthijs æquo marte certauit, quibus abeuntibus Athenienſes Tropheum, ut prælio ſuperiores, hic ubi fuerat dimicatũ erexere. Corinthij à ſenib⁹ q domi remanſerãt cõuicio excepti, ad eã ignominiã abolendam in hoſticũ duodecimo poſt die reuerſi, contra Athenieſium tropheũ, & ipſi ſuum ſtatuere conati ſunt. In eos præſenti operi intẽtos Athenieſes, qui nõdũ præſidio abſceſſerãt, impetum fecere, prelioq́ꝫ cõſerto, haud dubio marte ſuperãt. Corinthij fuga diſpalati, alij alio tẽdunt, pars una pcipiti metu in pdiũ Megarẽſis agricolę cõpulſa, qa pręgrãdi erat foſſa loc⁹ undiq́ꝫ cinctus fugãq́ꝫ inde expedire nequiuerũt, ab Athenieſib⁹ q eo occurrerãt lapidibus ſunt ad unũ obruti. Per hæc tẽpora Athenieſes lõgos cœperũt muros ſtruere, hũc Phaleriũ, illũ Pyrea uerſus. Hi duo Athenarũ portus fuere. Phocẽſes tũ in armis erãt aduerſus Dores, q Bion Cytinion & Erineon tenebãt. Cæterꝫ quũ ex his oppidis ui unũ Phocẽſes cepiſſent, Lacedæmonij Nicomede duce Cleõbroti filio, cũ ſuis ſociorũq́ꝫ copijs (ad undecim milia armatorum fuere) in Phocẽſes proficiſcuntur, urbeq́ꝫ per deditionẽ recepta, ambigui qua domũ redirent, nã p Geraniã & anguſtias Megaricas haud tutũ patebat iter, locis oĩb⁹ Athenieſiũ præſidio inſeſſis, apud Bœotios ſuſtitere, cõſideraturi qua potiſſimũ uia domũ reuerterent. Eã Atheniẽſes morã ſuſpectã habuerũt, ueriti ne ſuæ democratiæ à Lacedęmõijs inſidię pararent. Nã rumor erat Athenienſium quorundã ſuaſu, qui populari erãt adminiſtrationi infenſi, in Bœotijs ſubſediſſe, gerendæ rei occaſionẽ expectantes. Plutarchus ut Delphos à Phocẽſibus liberarent, ad Tanagram Lacedæmonios ſediſſe pdidit, in hos populariter Athenieſes egreſſi, ut cũ ſociorũ appendicibus ad quatuordecim armatorũ milia eſſent, prælioq́ꝫ ad Tanagrã Bœotiæ commiſſo, magna utrinq́ꝫ cæde ſuperant. Victores Lacedæmonij per Geraniã & Iſthmũ
B domũ reuerſi ſunt. Nec diu Athenienſes & ſi uicti armis abſtinuerunt. Sed ſexageſimo ab eo, quo ita pugnatũ erat die, exercitũ in Bœotios duxerunt, ibiq́ꝫ Myronidæ ductu Bœotios plio ſuperant, omniq́ꝫ eorũ terra à Phocide potiunt, Tanagrẽſiũq́ꝫ muros diruũt. Nec ita multo poſt & Æginitæ per deditionẽ recepti ab eiſdẽ muro nudati ſunt, factiq́ꝫ uectigales. Atheniẽſes Æginitico bello pfuncti, Pelopõneſi orã claſſe circũuecti, Tolmida duce, Lacedæmoniorũ nauale incendunt. Chalcidẽ Corinthiorũ oppidũ occupãt. Sicyonioſq́ꝫ in terrã egreſſi prelio fundunt. Sed dũ hæc in terra Græcia gerũtur, Athenienſes & ſocij q Ægyptũ ingreſſi fuerant, uarijs ſunt bellorum caſib⁹ afflicti. Miſerat ab initio Artaxerxes Lacedæmona Megabazum uirũ Perſam, cũ ingẽti pecunia, ut Pelopõnenſes ad bellum Athenienſibus inferẽdũ pecunia induceret, quo impetrato, apparebat ſtatim futurũ, ut exercitũ & claſſem ex Agypto reuocarẽt. Sed quũ id conſiliũ non proceſſiſſet, pecunia incaſſum abſumpta, miſit rex Megabazum Zopyri filiũ, cum ingenti exercitũ in Ægyptũ, qui breui poſtq̃ eo uenit, Ægyptios & ſocios terreſtri prælio uicit, Græcoſq́ꝫ ex Memphi eiectos, in Proſopi inſula cõcluſit, ubi annũ & dimidiũ obſeſſos, auerſis alio aquis, ut iam carinæ nauiũ in ſicco ſederunt, ad poſtremũ quũ inſula magna iam ex parte continens facta eſſet, oppreſſit. Pauci ex tanto exercitu peragrata Libya Cyrenas peruenere, ita res Græcorũ in Aegypto, ſexto poſtq̃ eo trãſmiſſum erat anno, afflictę cõciderunt. Ægyptus, Græcis ex ipſa terra ſublatis, præter Amyrteũ in paludib⁹ regnãtem (is locorum difficultate ui nulla ſubigi potuit) à Perſis accepta eſt. Inarum, q defectionis fuerat autor, per proditionẽ captũ, Perſæ cruci affixere. Sub id tẽpus, quo hæc geſta ſunt quinquaginta Athenienſium & ſociorũ naues in ſupplementum miſſæ, ignaræ, eorũ quæ in Ægypto facta erant, Mendeſium unum ex Nili oſtijs ingreſſæ, in apertũ diſcrimẽ inciderunt, Perſico peditatu à terra, & à tergo Phœnicũ claſſe circunuẽtæ, paucæ media trepidatione dilapſæ in altũ euaſere, cæteræ in fluminis alueo partim ſunt ab hoſtibus depreſſæ, partim igni abſumptæ. Hũcq́ꝫ exitũ habuit Athenienſiũ audax illa in Aegyptũ expeditio, Cætera q̃ ad Pelopõneſiacum uſq́ꝫ bellum, in terra Græcia ſunt poſtea ſecuta, breuiter ſunt à nobis exponẽda. Athenienſes haud multo poſtq̃ hæc ſunt circa Libyã & Aegyptũ geſta, in Theſſaliã, p Oreſte & Echecratide eius filio, ex ea terra pulſis, copias inſtruxerũt. Atticus exercitus Theſſaliæ fines ingreſſus

*Corinthij uincuntur.*

*Phalerum Pyreum.*

*Vincuntur Athenieſes*

*Vincuntur Bœotij*

*Megabaz⁹ Aegypto potitur.*

*Atheniẽ. clades.*

Pharſalũ obſidione adortus,expugnare nõ potuit,atq; ita infecta re eſt domũ reuerſus. Periclẽ Xãtippi filiũ cũ mille milib⁹,& cẽtũ triremiũ claſſe,in Peloponeſum Athenięſes miſere. C

Periclis habitus. Eloquentia Liberalitas.

Fuit Pericles triſtiore uultu,multaq; ſeueritate,capiteq; enormi ꝓceritate,eius ſtatuas ad id uitiũ occultãdũ,opifices ei⁹ ætatis galeatas plurimũ figurare cõſueuerũt,una ſemꝑ uia in urbe uſus dicit̃,q̃ in forũ ducebat,nũq̃ foris ꝑterq̃ ſemel in nuptiarũ officio cœnauit. Vet⁹ comœdia uim dicẽdi tãtã in eo fuiſſe teſtat̃,ut coruſcationes effundere,ciere tonitrua,horrẽdũ in lingua fulmẽ gerere putaret̃. Verũ cũ talis eſſet,adeo de ſuæ orationis euẽtu fuit ſollicit⁹,ut pulpitũ aſcẽſurus,ſemꝑ uota faceret. Ex ſuis ꝓdijs macerias ſuſtulit,ut ad fructus inde ꝑcipiẽdos omnib⁹ pateret aditus,Anaxagoræ credo,cui operã dedit,exẽplũ ſecutus,q̃ animi magnificentia,diuinoq;,ut Plutarchus ſcribit,furore percit⁹,agrũ pecorib⁹ cõpaſcuũ reliq̃t. Is iam antea, præter alia multa,quæ egregie pro patria geſſerat,mille Athenięſes colonos in Thracia collocauerat Cherſonneſo,uallo & aggere ab uno littore ad alterũ circa Iſthmũ ad Barbarorũ motus inhibendos,operoſe ꝑducto. In Peloponneſum igit̃ aduect⁹,haud maritima dũtaxat eſt loca populat⁹,ſed in mediterranea quoq; trãſgreſſus,alios metu intra mœnia cõpulit,Sycionios q̃ uenientẽ ꝓlio exceperũt in Nemea fudit,ubi & tropheum ex fuſo hoſte monumentũ uictorię ſtatuit,hicq; ſupplemẽto accepto in cõtinẽtis orã Peloponeſo oppoſitã nauigauit. Acheloiq; oſtia ꝓteruectus,Acarnaniã excurſionib⁹ uaſtauit. Illud pene incredibile & ob id ipſum,ut arbitror,memorabile,quod in tã lõga expeditiõe cõtigit,quũ opulẽtã ille ageret claſſem,ſiue fortuna ducis,ſiue prudẽtia ſic factũ,nullũ aduerſum caſum Athenięſiũ q̃ſq̃ eſt interea expert⁹. Secundũ hæc q̃ à Pericle geſta ſunt,quũ triẽnale interim fœdus,qđ cũ Lacedæmonijs Athenienſes ictũ habebãt,exijſſet,in q̃nq; proximos annos eſt renouatũ,in qđ tẽpus incidit ultima illa Cimonis expeditio,de qua iterũ eſt ſupra memoratum.

Sacrũ bellũ circa Delphos

Nec ita multo poſt Lacedæmonij bellũ,qđ ſacrũ eſt appellatũ,ſuſceperũtq;,tẽploq;,q; Delphis fuit,potiti,ipſi⁹ loci cuſtodiã indigenis tradiderũt,qb⁹ inde digreſſis,Athenięſes cum exercitu eo ꝓfecti Delphis eiectis,templum Phocẽſibus habendũ tradidere. Interiecto deinde tꝑe Bœotiorũ quidã ab Athenienſibus defecerũt, D ad quos recipiẽdos Tolmidas,Tolmei filius,cũ exercitu eſt miſſus. Is Orchomenios & Cheroneos armis adortus,Cheroniã ui cepit,impoſitoq; in ea præſidio,quũ Athenienſes in Atticã abirẽt,Orchomenij Euboici exules,& Locri,impetu repẽte in Phocẽſes facto,partim captos ea cõditione reſtituũt,ut Athenięſes iam inde tota Bœotia abſtinerẽt. Tum populis uelut cõtagiõe quadã ad defectionẽ inclinatis,Eubœa quoq; haud multo poſt ab Athenienſibus defecit,quo Pericles cũ claſſe & exercitu miſſus,uix inſulã attigerat,quum eo affertur Megarẽſes cæſo Athenięſiũ præſidio,cũ Corinthijs & Epidaurijs ſocietatẽ iniuiſſe,& Peloponnẽſes Atticæ imminere,quo metu Pericles perculſus,continuo eſt domũ reuerſus. Corinthij & ſocij nihilo ſecius Atticã adorti,ad Eleuſinã uſq; populabũdi ꝓceſſere,qb⁹ digreſſis iterũ Pericles in Eubœã trãſmiſit,ſubegitq;. Secũdũ hæc q̃ dixi Achaia & Piſea reſtitutis Athenięſes cũ Spartiatis fœdus in triginta annos ꝑcuſſere. Sexto deĩceps anno q̃ id fœd⁹ eſt ictũ, bello inter Samios & Mileſios ob Prienẽ orto,Mileſij lõge uirib⁹ inferiores Athenas miſerũt. Fuerũt & Samiorũ quidã,qui præſenti rerũ ſtatu nõ cõtenti Mileſijs perſuaſerũt,ut Athenienſes perpellerẽt ad traijciẽdũ in Samũ,qđ quũ illi facile recepiſſent,quadraginta nauibus ad id inſtructis,popularẽ in Samo ſtatũ cõſtituerũt. Obſidib⁹ inde aſſumptis,quos in Lẽno depoſuerũt,ꝓſidioq; inſulæ impoſito,in Atticã exercitũ cum claſſe deportarũt. Athenięſib⁹ iſula digreſſis,Samiorũ ꝓfugi ſocietate iũcta cũ Piſſuthuo Hiſtapſi filio,q̃ Sardib⁹ ꝑerat,cũ ſeptingẽtis auxiliarib⁹ noctu Samũ trãſmiſerũt,multitudiniſq; uictores facti,furto obſides ex Lẽno receperũt,qb⁹ receptis apte Samij rebellarũt. Athenięſiũ præſidiũ in inſula oppreſſum Piſſuthuo tradiderũt,mox bello in Mileſios reparãdo intẽti,Bizãtios in ſocietatẽ aſſumũt. Qđ ubi Athenienſes accepere,cum LX. nauibus Samũ repetũt, quarum ſexdecim nõ ſunt uſi,partim in Cariam miſſis ad impediẽdas Phœnicũ naues,partim in Chiũ & Leſbũ,ad accerſenda auxilia. Quatuor igit̃ & XL. naues Pericle Xantippi duce aduerſus. LXX. Samias ex Mileto redeũtes,proſpere pugnarũt. Quadraginta inde nauibus in ſupplementũ domo miſſis, quinq; & uiginti ex Chio & Leſbo auxiliarib⁹ Samũ Pericles ingreſſus,pedeſtri ꝓlio inſulanos uicit, cinxitq; urbem obſidione,mox audito Phœniciæ claſſis acceſſu,cũ LX. nauibus proceſſit illi obuiam

A uiam. Interea Samij eruptione ex urbe facta,castraqꝫ paꝝ munita adorti,ſpeculatorias naues
corrumpũt,q̃ deinceps dimicandi ſtudio obuia uenere prelio ſuperãt. Sicqꝫ caſtris & portu po
titi,plures dies citro ultroqꝫ cõmeatus Samiorũ arbitrio importati ſũt. Pericle reuerſo,claſſeqꝫ Samij uecti
domeſticis ſociorũqꝫ nauibꝰ aucta,leue unũ p̄liũ fecerũt Samij,quo haud dubie ſuꝑati,arctio gales fiunt.
reqꝫ obſidiõe preſſi,nono demũ mẽſe,q̃ circũſederi cœperãt,deditionẽ his cõditionibꝰ fecere,
ut nauibus & obſidibus traditis muros demolirent̃,perſoluerẽtqꝫ pecuniã certis pẽſionibus,
quãta præſenti bello fuiſſet inſumpta. Bizantij & ipſi Samiorũ caſu territi,imperata ut antea
ſe facturos ſunt polliciti. Et hæc in Græcia,terra mariqꝫ geſta à Medicis tẽporibꝰ ad Pelopõ
neſiacũ uſqꝫ bellũ,de quo tantũmodo incipiã hinc ſcribere. Inciderũt i hæc tẽpora uiri ingeniõ
clari præter eos,quorũ ꝓxima relatione mẽtio facta eſt,q & eadẽ tẽpeſtate uixerunt,Protago- Protagoras
ras Abderites ſophiſtarũ ingenioſiſſimꝰ,q leges ſcripſit Thurijs in ora Italiæ,ut Põticus He-
raclides ꝓdidit. Huius eſt illud,ſumma rei obſcuritas & hoĩs uita breuis. Idem de dijs ita ſcri-
bere eſt exorſus. An dij ſint,ſtatuere quidẽ nequeo. Ob idqꝫ eius libri publice ſunt Athenis cõ
buſti. Ipſe ut impius ciuitate pulſus. Cœperat & Socratis nomẽ illuſtre eſſe,q primus Ethicẽ Socrates.
inuexit,ſapiẽtiſſimus inde mortaliũ Apollinis oraculo iudicatus,& ſi quidã id dubie tradunt,
cõſtanti uir ingenio inuictaqꝫ,ut Phauorinus tradidit,ſententia. Quod ſecutus Timon in ſyl
lis uafrum oratorẽ uariũqꝫ & ſubatticũ appellauit. Vnicũ bonũ ſcientiã dixit, unicũqꝫ malum
ignorãtiã. Diuitias & nobilitatẽ generis nihil in ſe honeſtatis habere. Hũcqꝫ ꝓxime ad deũ ac
cedere,q minimis indigeat. Eiuſdẽ ea uox celebris,ſcire ſe unũ,ꝙ nihil ſciret. Impietatis accerſi
tus,& ꝙ aſſectatores corrũperet ſuos,cicutæ ſuccũ extremi loco ſupplicij hauſit. Fuit & Ariſto- Ariſtopha-
phanes his interiectus,ueteris comœdiæ ſcriptor,Socratiqꝫ,ut eiꝰ carmẽ declarat,ſupramodũ nes.
infeſtus. Gorgias Empedoclis diſcipulus,qui centũ & nouẽ uixit annos,adeo multa memori- Gorgias Leontinus.
ter tenuit,ut extẽporali quacũqꝫ de re ꝓpoſita uteret̃ diſſertatione,faceretqꝫ ob id ipſum cuiqꝫ
uolẽti ſui rogãdi copiã. Primꝰ Athenis publice Rhetoricen docuit,tã locupleti mercede, ut ex
B ſolido auro ſibi ſtatuã Delphis dedicarit. Vixerunt cũ eo eadẽ diſciplina clari Hippias Ælius,
Prodicus Chius,& Traſimachus Chalcedonius,Alcidamas Eleates,Antiphon q primꝰ ora Viri illu-
tionẽ ſcripſit,Polycrates à quo eſt oratio in Socratẽ edita,& Lyſias q ꝓ eo ſcripſit. Hi & ſi una ſtres.
uixerũt,fuerũt tñ aliquãto minores natu. Fuit his æqualis Phidias Athenĩẽſis,diuerſo lapidis
gñe clarus. Olympiũ Iouẽ affabre ex ebore & auro fecit,id opus nemo eſt poſtea æmulatꝰ,hu
tũ eſſet, quũ illi de ſuoꝝ caſu audiuerũt. Deliberãtib⁹ an Plateenſem agrũ in ſuoꝝ ultionẽ ho
ſtiliter irrũperẽt,an Plateas oppugnarẽt,ſuꝑuenit ex oppido caduceator,q Thebanos iniuſte
facere dixit,ꝙ fœdere adhuc ſtãte,adorti eſſent ſuã urbẽ occupare,monere ne q̃d in agris uio/
larẽt,à quib⁹ niſi abſtinerẽt,fore,ut eos quos noctu cepiſſent,ad unũ trucidarẽt. Thebani ſuo
rũ ratione habita,Plateẽſiũ finib⁹ pacati exceſſere. Tũ in agros ex urbe cõcurſum,raptimq; oĩa
intra muros cõportata,captiuiq; cẽtũ & octoginta nũero,cũ Eurymacho duce ad unũ interfi/
ciunt̃,nec ita multo poſt Atheniẽſes,exercitu eo miſſo,uim frumẽti maximã Plateẽſib⁹ impor
tarũt,imbelliq; multitudine inde abducta,urbẽ p̃ſidio muniuere. Et hæc apud Plateas ab ini Bellici utrin
tio geſta,ꝑ q̃ ruptis fœderib⁹ Lacedęmonij & Atheniẽſes ſuis ſociorũq; opib⁹ ſtudio bellũ cõ q; apparat⁹

parant. Hi in Corcyrã mittunt Cephaleniã, Acarnaniã, Zacynthũ, quæſitũ, an hæ urbes in a c
micitia mãſuræ eſſent, qbus ſecũ ſentientibus, apparebat Athenięſes cõmodius circa Pelopõ
neſum bellaturos, Spartani in Italiã & Siciliã miſerũt, ut ꝑ eos qui in partib⁹ futuri eſſent claſ
ſis inſtrueretur, certũq; argẽti pondus expediretur, ad uſum belli. Multa ſub id tẽps oracula ho
minũ mẽtes uarijs ambagib⁹ implicuere, multaq; inſuꝑ ꝓdigia hincinde nũciata, metũ auge
bãt. Enimuero Delus parũ ante tremuit, prius ſemꝑ immota Græcoꝝ memoria. Sed qđ alij
de eius inſulæ motu memoriæ ꝓdiderint, quũ res à Medis in Græcia geſtæ à nobis explicarẽ
tur, ſcripſim⁹. Erãt interim oĩm ſtudia in Lacedæmonios ꝓpẽſiora, ꝙ liberãdæ Græciæ titulũ
Lacedæmoniorum ſocij. ſpecioſum, & populare bello prætẽderet. Fuere itaq; in Lacedæmoniorũ partib⁹ Pelopõnẽſes
oẽs, præter Argiuos & Achæos, quãquã hi utriſq; amici erãt, ſoli Pellenenſes ex Achęis ab ini
tio à Spartanis ſtetere, mox uniuerſum nomen Achaicũ, extra Iſthmũ, Megarẽſes, Phocẽſes,
Locri, Bœotij, Ambraciotæ, Leucadij, Anactorij. Ex quib⁹ claſſem ꝑbuere Corinthij, Mega
Athenię. ſocij. renſes, Sycionij, Pellenẽſes, Helij, & Ambraciotæ, & Leucadij: Equitatum Bœotij, Phocẽſes &
Locri, peditem cæteræ ciuitates. Athenięſibus affuere Chij, Lesbij, Plateenſes, Meſſenij quie
rãt in Naupacto. Acarnanũ pleriq;, Corcyrẽſes, Zacynthij. Et in his Caria quæ ad mare ſita
eſt. Dores Carib⁹ finitimi. Ionia, Helleſpont⁹, Thraciæ loca, & inſulę q̃cũq; ſupra Peloponne
ſum & Cretã ad ortũ iacẽt, Melo & Tera exceptis. Ex his naues ꝑbuere Chij, Lesbij, & Corcy
rẽſes. Cęteri pedeſtres copias & pecuniã. Hiq; ſocij atq; utrorũq; belli apparat⁹ fuere. Lacedæ
monij igit̃ in Athenięſes moturi edicunt, ut ex oĩbus ſocijs ciuitatib⁹ copiæ ad certũ diẽ circa
Iſthmũ cõuenirẽt, quo quum ad tẽps exercit⁹ affuiſſet, Archidam⁹ rex ita eſt ſocios affatus, ut
doceret ſuos, immo moneret, ne plus ſpei in multitudine q̃ in uirtute repoſitũ haberẽt, qn aĩo
ꝓponerẽt, fore, ut cũ acerrimo hoſte res ſibi futura eſſet, op⁹ itaq; eſſe ordine & cõſenſu maxĩo
in ꝓlijs obeũdis, ꝑter cætera nihil timide agendũ, ſed ut prõpti paratiq; eſſent ꝓ Græciæ liber
tate dimicare. Fore ſibi & alijs iã inde eã fortunaꝝ cõditionẽ, quã ipſi ſibi in prælio quæſiſſent.
Irent ac bellũ inituri exiſtimarent, totius Gręcię oculos & uota in ſuis eſſe defixa dexteris. Da d
rent operã, ne quũ piam & iuſtã cauſam ſuſcepiſſent, ꝓpugnatorũ ignauia male defenſa uide
retur. Hac ille uſus hortatione, ex Iſthmo mouit caduceatore Athenas ꝓmiſſo, an Athenięſes
audito hoſtiũ acceſſu humilius aliqđ ſentirent. Cæterũ eo in urbẽ non admiſſo, ſed finib⁹ iuſ
ſo ante noctẽ excedere, ubi nihil pacati⁹ in caſtra eſt renũciatũ, Archidam⁹ in Atticã ire ꝑgit.
Periclis prudentia. Athenis interim ex Periclis autoritate oĩa ex agris intra muros cõportata, migratũq; inde uul
go in urbẽ, pecus, & iumẽta in Eubœam, & alias inſulas miſſa, nec terreſtri ꝓlio cõfligendũ cen
ſuit, tuendum eſſe maris principatũ, ad quẽ defendẽdũ trecẽtas triremes adeſſe docuit, q̃ recte
agi poſſent, undetriginta armatorũ milia, & pecuniarũ affatim. Reliqt & illud teſtatũ apud po
pulũ, ſi agri ſui ab hoſte nõ uiolarẽtur, qđ futurũ ſuſpicabat̃, ut ſe ciuitati ſuſpectũ redderent,
uelle ſe tũ oĩa quæcũq; intacta eſſent pro publicis hr̃i. Reddidit agreſtiũ frequens cõmigratio
urbẽ ſuo incolatu frequentiorẽ, Lõge eñ lateq; Athenarũ muri euagabant̃, ut eorũ ambitus
ſexaginta cõtineret ſtadia, quũ dimidiũ tantũ cuſtodiretur, Sub id tẽps quo Pelopõnẽſes circa
Iſthmũ coiuere, Thebani Plateẽſem agrũ fœde populati ſunt, eoq; infenſi⁹ iræ indultũ, quo
maior in eos Thebanorũ ira exarſerat, ꝙ illi captiuos cõtra iuſiurãdũ ꝑemiſſent. Negare tñ Pla
Oenone oppidum. teenſes iuſiurãdũ ullũ à ſe ꝑſtitũ, aut incolumitatẽ illis conditione aliqua promiſſam. Archida
mus primo ad Oenonen uenit. Eſt id oppidum in Atticæ finibus, eratq; ualide munitum, hic
plures dies ſtatiua Pelopõnenſes habuere, non ſine Archidami inuidia, qui quaſi Athenien
ſibus faueret, ſuſpectus eſſe cœperat ſocijs, q ut illis gratificaret̃ ſegni⁹ bellũ adminiſtraret. Po
ſtremo ſoluta obſidione frumentis iam matureſcẽtib⁹ Atticos eſt fines Archidam⁹ ingreſſus.
Hic Eleuſina & cãpũ Thriaſion hoſtes ꝑpłati, ꝑ Cecropiã, Ægaleo dextro, ad Acharnas uſq;
maximum Atticæ oppidũ ſecdm Athenas ꝑuenere. Diſtabãt Acharnæ ab Athenis ſtad. ſexa
Attica uaſtatur. ginta. Hic quũ caſtra Archidam⁹ feciſſet, effuſeq; nõ agrũ ſolũ Acharnis circũiectũ, ſed ſubur
bana etiã Athenaꝝ ꝓdiã añ oculos ciuitatis uaſtaret, ferox iuuẽt⁹ iniquo aĩo ferre ſe intra mœ
nia teneri, dũ res ſuæ interim hoſtib⁹ ꝓdæ cederẽt. Flagrare ob eã rẽ Pericles mł̃to odio, cũq; ma
ledictis tãq̃ ꝑnitiũ maloꝝ autorẽ inſectari, continere nihilomin⁹ ille ſuos, nec publicæ ſaluti ua
nas inſectationes ꝓferre. Ne omnia tñ obſtinatius fierẽt, eqtes in Bœotiũ equitatũ emiſit, qui
pulſi,

A pulſi,aliquot etiã in pugna amiſſis,ſe trepide in urbẽ recepere.Bœotij eqtes,poſtridie q̃ eque-
ſtre p̃lium fuerat,Tropheũ hic ubi atticum eqtatum fuderant,erexerũt,late inde populatio il-
la euagata,inter Parnethũ & Brileſſum mõtes.Interea centũ Atticæ naues ducibus Carcino
Xenotimi,Protea Epiclis,& Socrate Antigenis filio ad bellũ inſtructæ, in Pelopõneſum cur-
ſum tenuere,diſponũt adhæc terra mariq; p̃ſidia,mille talẽtis in eorũ pręmiũ ſepoſitis, qui o-
ptime tandem de rep.meriti iudicarent,& alia ſeorſum pecunia in p̃ntis belli uſum irrogãda.
Hoſtes deficiẽte cõmeatu per Bœotiã uaſtatis Oropiorũ finibus demũ reuerſi,cõfeſtim,q; Pe
loponneſum ſunt ingreſſi,in ſua quiſq; oppida abierũt.Claſſis Attica Peloponneſi orã circũ-
acta,Methonẽ in Laconia terra adorta eſt,muris parũ munitã & p̃ſidio uacuã.Cæterũ Braſ-
ſidæ Spartani Thelidis filij ſubito acceſſu,q p medios Atheniẽſes cũ centũ militib⁹ in oppidũ
irrupit,urbs ſeruata eſt.Auxerãt Atticã claſſem qnquaginta Corcyrẽſiũ triremes.Atheniẽſes
Methone digreſſi,Phiam Elidẽ tenuere,ubi quũ biduo hoſtiũ agrũ multa clade affeciſſet, pu-
gnatũq; nõ nihil eſſet cũ Elijs,q ad arcẽdã populationẽ p ualles inſinuati ad mare deſcẽderãt
orta repente tẽpeſtate q in pxio erãt,cõſcẽſis nauib⁹,Piſcis pmõtorio ęgre ſupato,portũ q in
Phiã eſt ſunt ĩgreſſi.Meſſenij & alij qdã lõgius mari p̃dãdi ſtudio euecti,qa in ſubita trepida
tione,facultas ad naues recurrẽdi adẽpta eſt,terreſtri itinere pgreſſi Phiã expugnabãt,hic ĩ na
ues recepti.qa magna Eliorũ manus,arcẽdæ populatiõis ſtudio,eo occurrerat,alia paſſim loca
improuiſo acceſſu infeſtare pſeuerarũt.Per id tp̃s Atheniẽſes trĩgita alias naues miſerũt,q̃ Eu
bœã tuerent̃,Cleopõpo duce Cliniæ filio.Is terrã ingreſſus,maritima hoſtiũ loca ui adortus,
Throniũ capit.Inde apud Alopẽ,Locros,qui auxilio uenerãt,prælio ſupat.Eadẽ æſtate Athe
nienſes Æginitas cũ liberis,& uxoribus ẽ ſuis ſedibus eiecerunt,exprobrata eius belli culpa,&
Colonia in Peloponneſum miſſa.Lacedæmonij in Athenienſiũ inuidiã Thyreã cũ ſuo agro
extorribus colẽdã tradidere.Diuidit Thyreates ager Laconiã terrã ab Argiua,ad mare uſque
ptingens.Hoc anno q fuit primus Pelopõneſiaci belli legitime inchoati.Sol ſecundũ meridiẽ
B defecit,nonnullis internitẽtibus ſtellis.Per id quoq; tp̃s Atheniẽſes p Nymphodorũ Abde-
ritẽ tentarũt ſibi Sytalcẽ Terei filiũ Odriſarũ regem conciliare.Thucydides autor eſt,hunc Te
reũ nulla neceſſitudine attigiſſe Tereũ illum,qui Procnen Pandionis filiam duxit uxorẽ, neq;
ambos ex eadẽ Thracia extitiſſe,quum uetuſtior ille Dauliam,quæ terræ Phocidos fuit,inco
luiſſet,tunc à Thracibus habitatæ.Cupide igitur Sytalcis ſocietatẽ Athenienſes ſunt cõplexi,
rati fore,ut per eum Perdicã quoq; Macedonũ Regẽ in partes traherent,qđ haud multo poſt
contigit.Attica claſſis ex Phia digreſſa,Soliõ Corinthiorũ oppidũ expugnauit,Palẽſibuſq;
Acarnanũ incolẽdũ Athenienſes tradiderũt.Aſtactũ ui captũ,Euarcho tyrãno inde eiecto,in
ſocietatem recepere.Sunt & Cephalenia inde citra certamẽ potiti.Sita eſt ea inſula citra Acar
naniam Leucadem uerſus,quatuor olim ciuitatib⁹ p̃dita.Palenſibus,Cranijs,Sameis,& Prõ
neis,æſtateq; per hæc circũacta claſſis in Atticam curſum tetẽdit.Vertẽte deinceps autũno A-
theniẽſes,Pericle duce,in Megarẽſem agrũ populariter irrũpũt.Accidit tũ forte,ut Attica Me
garicam orã claſſis p̃terueheret,quæ cognita ſuorũ expeditione ad litt⁹ deflexit,auxitq; ea par
te hoſtiũ cladem.Mox ineunte hyeme Euarchus Acarnan L.Corinthiorum nauibus mille
& quingentis militibus ſeptus,Aſtactũ recepit,cæteris inde Arcananibus ad defectionem fru
ſtra ſollicitatis,in Cephaleniã tranſmiſerunt,ubi in Craniorum orã,ſpe deditiõis egreſſi,inſu
lanoꝝ inſidijs excepti cõplurib⁹ amiſſis in altũ abierũt.Eadẽ hyeme Atheniẽſes Buſtũ ueteri
inſtituto ijs publice fecerũt,q præſenti bello perijſſent,ad quorũ memoriã laudandã Pericles
Xãtippi filius delectus eſt.Is lõgiore uſus orõne,ab elegãti Athenaꝝ ſitu extorſus,inſtituta ci
uitatis,mores,ſtudia,ordine execut⁹,eqtũ laudes ĩtulit,q p tali patria fortiter bellãdo occubuiſ
ſent,eos felices beatoſq; dictitãs,qbus perpetuũ uirtutis monumẽtũ eſſet,ante ſuorũ ciuiũ ocu
los publice cõſtitutũ.In quo nõ magis ipſi ſiti eẽnt,q̃ ſempiterna ipſoꝝ gl'ia.Cęteꝝ illuſtriũ ui
torũ totã terrã ſepulchrũ merito dici poſſe,neq;.n.dõeſticoꝝ ſaxoꝝ ĩſcriptionẽ,defũctoꝝ uirtu
tẽ ſolũ teſtari,ſed ſi nulla etiã exiſteret, ĩ exteras gẽtes uiroꝝ fortiũ mẽoriã extẽdi,magiſq; apđ
aĩm cuiuſq;,q̃ apđ urnã hoſpitari.Laudauit deiceps parẽtũ fortunã,q tales p̃riæ liberos pere
aſſent,felices uel ex eo appellãs,q merito oĩb⁹ natorũ ĩteritu clariores,magiſq; uenerabiles fa-
cti eſſent,p̃ſertim quũ in affecta ætate,in qua nõ magis lucrari oblectamẽto eſſet q̃ uenerari.

Funditur Atticus equitatus

Attica claſſis.

Lacedæmonij Aeginitis dant ſedes.

Terei duo

Cephalenia.

Buſtum fortium

Pericles fortes laudat.

Hortatus

Hortatus æquales ac iuniores ad uirtutẽ imitãdam fugiendãq́; ignauiã, quæ contumeliæ per/
*Athenieſiũ gratitudo.* petua eſſet comes. Vxores inde eorum, qui perierant, laudibus extulit, quo nõ eſſent ſexu in/ C
firmiores, ſed pudicitiæ tenaces. Poſtremo gratæ ciuitati ſua eſt laus reddita, quod præter fune
ris monumentum, perẽptorũ liberis ad pubertatis uſque annos alimẽta decreuiſſet, ut talibus
præmijs cæteri allecti, pace, bello, terra, mariq́; ſtuderẽt patriã demereri. Et hæc fere primo Pe/
loponneſiaci belli anno domi foriſq́; geſta. Ineunte alterius anni æſtate, Peloponnenſes, eiuſ/
dem Archidami ductu Atticã inuadentes, pari clade, qua ſuperiore anno, eam peruagati ſũt.
*Peſtilentia inaudita.* Coorta interim grauis peſtilentia, eã ex Æthiopia primo egreſſam, Ægyptum, quæ illi proxi/
ma eſt, mox & Libyã corripuiſſe memorant. In Lemnũ inde & loca finitima, demũ Athenas
tranſgreſſam. Credere ab initio Athenieſes puteos hoſtium fraude ueneno corruptos. Vul/
*Genus morbi inauditũ* gato morbo tanta funerũ frequẽtia ſecuta eſt, quãta nunquã antea hoĩm memoria. Primo a/
cris feruor capitis ſalubria inuadebat corpora, ſuffuſio deinde ruboris, aduſtioq́; in oculis exi/
ſtere, ſtatim lingua introrſum cũ faucibus ſanguinolenta uiſebatᷣ, arctior inde ſpiritus, & cum
fœtido halitu meabat, mox ſternutatio raucitaſq́; ꝓrumpebat, nec diu poſt labor in pectus, cũ
uehementi tuſſi deſcẽdebat, & quũ præcordijs hæſiſſet, ea grauiter cruciabat, ſeq̄banᷣ guttæ
*Apocatharſes.* fellis & humoris, q̃ à medicis dicunᷣ Apocatharſes, & ipſe cum ingẽti cruciatu, pleriſq; inanis
ſingultus incidere, acrẽ ſpaſmũ cientes. Exteri⁹ interim corpus, neq; feruidũ tactu. neq; pallidũ
ſed ſubrubrũ, fuſcũ, minutis puſtulis ac papulis ſcatẽs. Interi⁹ aũt ita ardebat, ut neq; ꝑq́; te/
nuia ueſtimenta: aut ſindones, neq; aliud quippiã q̃ nuditatẽ ferre poſſet. Iucũdiſſimũ erat in
gelidã aquã ſe ipſos immergere, quo cõtigit, ut pleriq; incuſtoditi in altiſſimos ſe puteos deie/
cerint, inexhauſta ſiti adacti, q̃q̃ ꝑinde erat nimis ac parce bibere, neq; ſomnus interim ullãue
mẽbrorum quies aderat, neq; morbo inualeſcẽte mẽbrorũ lãguor ullus ſentiebaᷣ, ſed corpus
opinione hominũ par morbo reſiſtebat. Plurimi intra ſeptimũ & nonũ diem, uitalibus ardore
exuſtis, necabanᷣ, adhuc aliq̄d roboris habẽtes, nec ſi q̄s diſcrimen illud dierũ euaſiſſet, conti/
nuo pro ſeruato haberi, nõnullis pereuntibus, utero, ui graſſantis morbi, acriter cõuulſo, lan/ D
guoreq́; ex ipſo profluuio inducto, ꝑuagabaᷣ uniuerſum corpus tetra lues, à qua alioqui per
niciſſima ſiquis cõualuiſſet, quãta uis ei⁹ eſſet mẽbrorũ detrimẽta demõſtrabãt, ad uerẽda ma
nuũq́; & pedũ extrema morbi uiolẽtia ꝓrũpebat, q̄bus amiſſis nõnulli ſeruabanᷣ, q̄dã & ocu/
lis poſtremo capti ſunt, nõnullos morbo ſeruatos, oĩm ferme rerũ cepit, obliuio, ut ſui quidã i/
pſorũ obliuiſcerenᷣ. Illud q̄dẽ memorabile, ꝙ quũ multa corpora inſepulta iacerent, alites qua
drupedeſq́; ea nõ attigerit, aut ſi quę id temere feciſſent ſimul ꝑiere, manifeſto argumẽto male
ficij & ueneni, quod in morbo fuit. Accidit & aliud nõ minus mirũ & inſolens, quod uni ꝓficie
bat, officiebat alteri, q̃ euenit, ut quũ ꝑ incuriã multi perijſſent, alij nõ pauci nimis diligẽti cura
tiõe ſint abſumpti, uulgari morb⁹ miniſterio, ita ut multæ dom⁹ uacuæ factę ſint, pleriq; in uijs
deſtituti expirabãt, circa fõtes & puteos multi aquæ deſiderio ſemineces uolutari, & hæc Athe
nis. Liui⁹ anno poſtq̃ Au. Poſthumi⁹ dictator Volſcos & Equos uicit, cuius dictatura incidit
in primos Peloponneſiaci belli annos, ut Gellius colligit, teterrimo morbo, qui & ipſe attactu
uulgaretur, Romę laboratũ prodidit. Cæteꝝ hoc genere, an diuerſo, neq; ipſe explicat, neq; q̄d
ego ſuꝑ ea re affirmare poſſim, habeo. Thucydides autor eſt, eã cladem Peloponneſum non
attigiſſe. Duplici ergo malo Athenienſes uno tp̄e impliciti, domi foriſq́; laborare, dũ enim in
urbe uulgo morerentur, Peloponnenſes late Atticã populabantur. Athenienſes, ut priore an
no, ſic media hac clade, centum triremibus inſtructis, hoſtium terrã inuaſere, Chijs & Lesbijs
cum nauibus L. comitantibus, ꝓfectus eſt cum claſſe Pericles, penes quem toti⁹ fuit belli ſum/
*Epidaurus* ma, quum adhuc hoſtes in Attica eſſent. Primo itaq; Epidaurenſem agrũ populatus eſt. Fuit
& Epidaurus oppugnatione tẽtata, inde Trœzeniã oram Helladem & Hermionidẽ pari cla
de affecit: Praſias in Laconia agro prius uaſtato ui cepit, & diripuit. Domum inde claſſis redu
cta, quũ iã hoſtis Atticę finibus exceſſiſſet. Tenuit itaq; morbus quãdiu Peloponneſiacus ex
excitus in Attica fuit, claſſiſq́; domo abfuit. Eadem æſtate qua Pericles Peloponneſiaca fue
rat expeditione uſus, altera claſſis Agnone Niciæ & Cleopompo Cliniæ ducibus in Thracia
contra Chalcidenſes, qui eam terram incolebant, & Potideatas, qui adhuc obſidebantur, pro
fecta eſt. Erãt in eã quatuor milia militum, & equites CCC. Vbi nauium præfecti Thraciam te
nuere,

A nuere, Potideã machinis cum exercitu admotis expugnare ſunt adorti. Sed neqꝫ conatus hic,
neqꝫ recẽtior ullus apparatus, ꝓceſſit interueniẽte morbo, quo paucis dieb⁹ ſunt mille & am/
plius cõſumpti, ſic infecta re claſſis domũ eſt reuerſa, relictis ad obſidionẽ Potideæ copijs, q̃ ibi
ab initio fuerãt. Athenienſes morbo & agrorũ populatiõe affecti, dãnato bello aĩos ad pacẽ in/
clinant, & ut Pericle inuito ita nõ renitẽte ob metũ populi, Legati, q de pace agerẽt, Lacedęmo
na ſunt miſſi, q quũ re infecta domũ ueniſſent, tũ palã uulgi odia in Periclẽ exarſere, palã in/ Pericles odio habe/
cuſabat, ꝙ ꝑnicioſi belli autor extitiſſet, illi omnẽ cladẽ domi foriſqꝫ acceptam referre. Cernẽs tur.
ille præſentẽ rerũ ſtatũ multitudini non placere, ciuiũ iram lenitur⁹ in medium proceſſit, ac ꝓ
concione fari exorſus, incidiſſe ſe teſtatus eſt in multitudinis odiũ, neqꝫ nouũ ſibi, neque inex/
pectatũ, quippe q iã multo antea ꝓuidiſſet, dixiſſetqꝫ etiã ita euenturũ, ut ſiqd præter ſpem eo
bello accidiſſet, oẽm publicæ priuatæqꝫ cladis culpã penes ſe futurã. Sed uiderẽt ipſi cui uitio
iraſcerentur, qui, quod ſine arrogantia diceret, prudẽtia non uulgari, cõſilio, continentia, & qđ
omniũ maximũ eſſet, charitate & ſtudio erga patriã, nulli Athenienſiũ eſſet ſecundus, quũ nõ
omniũ ꝓuidere eſſet, q̃ in rẽpu. forent, ac ſi q uiderent metuqꝫ aut gratia dicere nollent, perin
de eſſe ac ſi neſcirent. Nec ſatis eſſe etiam in futurũ proſpicere, niſi quæ præuiſa eſſent dicẽdi
facultate perſuaſibilia fierent. Quæ uirtutes ſi pecuniarum cupiditate uincerent, non ſolum
non utiles reipublicæ forent, ſed funeſtæ etiã, ualdeqꝫ pernicioſæ. Quibus uitijs ſiquis liber eſ
ſet, naturaqꝫ & ſtudio eas eſſet uirtutes cõſecutus, quas ipſe ad id tẽpus inoffenſe coluiſſet, i/
pſeqꝫ Athenienſis populus in ſe probare eſſet ſolitus, merito is ſuis ciuibus non iniucundus
haberetur, quod quum adeo uerum eſſet, mirari ſe aiebat quid eſſet, quod ita in ſe ciuitas o/
dijs ſæuiret, uiderent igitur, ne priuatæ cladis dolor pluris apud eos, quàm publica commoda
ualerẽt. Neque uſqꝫ adeo dolendũ, quia Atticus ager bis hoſtem tuliſſet, imperio maris incolu
mi, quod neceſſario finiendum erat, ſi bellũ declinare uoluiſſent. Stultum præterea eſſe ꝑſua/
ſum habere, bellicis temporibus nullos aduerſos caſus ferendos, Enimuero ut diuitiæ alũnæ
B pacis eſſent, ita bellorum clades & inexpectatæ calamitates. Oportere iamdudum Peloponẽ/
ſes ipſos qui maritima incolerent belli pœnitere, ſi priuata damna publicę dignitati pręferrẽt:
quippe qui tantũ abeſſet, ut de pace cogitarẽt, ut nẽ petitã quidẽ eſſent hoſtib⁹ cõceſſuri. Nec
quia cladẽ domi accepiſſent, id bello potius quã deorũ irę referendũ. Cętera talia eſſe, ut ſi un
quam alias bellãdũ cenſuiſſet, tũ præcipue conſtanterqꝫ cenſeret, uel in primis, quod imperij
cauſa id bellũ ſuſceptũ eſſet, quod ut aſſumere inuidioſum ſit, ita deponere haud periculo ca/
reat. Nec dolori aut odio cedẽdum, quãdo utrũqꝫ ſubire oporteret eos, qui alijs uellẽt impera/
re. Hac ille hortatione uſus, qua erecti Athenienſium animi, omni mentione pacis excluſa, ali
quanto impenſius ſuſceptum bellum inſtaurare ſunt adorti.

## ENNEADIS III. LIBER VI.

POTVIT Pericles à metu ciuitatem ad belli ſtudium reuocare, offenſam ef/
fugere non potuit, reſidua multitudinis ira pecunijs mulctatus, aliquãdiu
publi. adminiſtratione abſtinuit. Cæterum haud multo poſt magno om/ Periclis interitus.
nium conſenſu in eam reſtitutus, paucis diebus uita deceſſit, altero Pelopõ/
neſiaci belli nondum anno circunacto, qua æſtate Lacedæmonij cum cen
tum triremium claſſe ſunt Zacynthum ingreſſi: ſedet inſula contra Elidẽ, e
tãtqꝫ Zacynthij Achæorum qui intra Iſthmum ſedes habuerunt coloni, ſed Athenienſium
ſocij eo bello facti. In terram igitur hoſtes egreſſi, quum inſulanos ad deditionem compelle
re nequiuiſſent, agro hoſtiliter uiolato, retro abierunt, & ne non omnia ad Atticas opes euer
tendas Lacedæmonij experirentur, ſub eius æſtatis exitum legatos ad Artaxerxem in Aſiã
miſerunt, qui ab eo ſocietatem & pecuniã in uſum belli peterẽt, & ut iter per Thraciam facien
tes, Sitalcem tentarent, an ab Athenienſium abduci poſſet ſocietate. Erat cum his Ariſte⁹ Co
rinthius, Timagoras Tegeates, & Pollis Argiuus ſuo nomine ad regem iturus, quos Helle
ſponto in Aſiam traiecturos Sadocus Sitalcę filius Athenieſiũ legatorũ qui tũ forte in Thra
cia erãt ſuaſu, oppreſſit, uinctoſqꝫ Athenas miſit. Fuerat Sadoc⁹ iam antea ab Athenieſib⁹ in Laced. legati interficiũtur.
ciuitatẽ aſcit⁹, gratificariqꝫ ob eã rem illis plus q̃ ſociũ deceret. Legati in Atticã adducti pub.
Athe

Atheniēſiū decreto interfecti ſūt,& in foueas deiecti,ſicq́ꝫ Atheñ. ſuoꝶ ſunt cædē ulti,quos in onerarijs nauib⁹ captos ſub initiū belli Lacedæmonij necarāt,inſepultoſq́ꝫ abiecerāt. In Am/ C
bracia quoqꝫ ab ijs,q in partib⁹ erāt,nōnihil eſt interea bellatū. Fuit i eo terrę tractu circa Iſth

Argos Amphilochium.

mū,q & ipſe Ambraci⁹ dicit̄,urbs uetuſta Argos,quā Amphiloc⁹ Amphiarai fili⁹ ex Ilio re/
uerſus cōdidit,eā Argiui & Barbari locoꝶ indigenæ aliquot ætatib⁹ tenuere. Procedēte deīde
tpē Ambraciotæ Græcis urbe eiectis ſoli mœnibus potiti ſunt,Amphilochij ad Acarnanes ſe
cōtulerūt,quoꝶ & Atheniēſiū opib⁹ freti amiſſam olim urbē receperunt. Odere iam inde ſein
uicem ob ea quæ acciderāt,Argiui & Ambraciotæ,q ut amiſſam urbē iterū ſibi uēdicarēt,ſub
id tēpus,quo Legati ſunt Athenis interfecti,ex Ciconū gente alijſq́ꝫ circūiectis Barbaris, au/
xilia cōtraxerāt,quib⁹ ſubnixi quū aliquādiu urbē fruſtra oppugnaſſent, oēm Amphilochiū
agrū ferro ſunt & igni populati,æſtateq́ꝫ p hæc circūacta,quū iā hyēs appeteret,uiginti Athe/

Phormio Atticæ claſſis dux.

nienſiū naues Phormione duce Pelopōneſum p̄teruectæ,circa Criſſeum ſinum ſibi ſtationē
delegerūt,quod facere iuſſæ fuerant,nequa hoſtiū nauis Corinthum curſum tēderet,aut inde

Meleſandri interitus.

alio abire poſſet,ſex aliæ in Cariā Lyciamq́ꝫ ad pecuniā exigendā profectæ,quarū dux Mele

Potideatæ

ſander in Lyciæ cōtinentē egreſſus,p̄lioq́ꝫ à locorū incolis exceptus,cū magna ſuorū parte ob/
truncatus eſt,Sub id tēpus Potideatæ,q ab initio belli ad eā diē obſidionē pertulerant,quum
nullā ſpem in Pelopōnenſiū auxilijs haberēt amplius,neqꝫ enim illorū in Atticā terrā expedi
tionibus laxamēti quicq̄ ab attenta Atheniēſium obſidione ſenſerāt,fame inſup & rerū oīm
inopia adeo confecti,ut quidā mutuo ſe depaſti dicerentur,his ſe conditionibus dediderunt,
ut uiri cum ſingulis ueſtimētis,mulieres binis,certaq́ꝫ ad uiaticum pecunia egreſſi,urbē Athe
nienſibus relinquerēt. Emiſſi itaqꝫ ex fide incolumes,in Chalcidis regionē abierunt. Nec du/
ces reprehēſione caruerūt,qđ priuata nō pub. autoritate qcq̄ ſup ea re pacti cū hoſte eſſent.
Cæterū longioris obſidionis tædio adacti, quippe quæ ad duo talentorū milia decoxerat A/
thenienſibus,nihil min⁹ quā bellū diutius trahi malebāt. Potideā ex Athenis miſſi ſunt, qui
urbē incolerent. Tertio deinceps belli anno ineunte uere Pelopōnēſes,Attica expeditiōe omiſ D

Plateenſiū uerba ad Lacedæ.

ſa,Plateas in Bœotia,Archidami Lacedæmoniorū regis ductu,ſubito bello adorti,quum ca/
ſtris haud pcul urbe cōmunitis agrorū populationi iminerēt,Plateenſiū legati ad Archidamū
uenere denunciātes,parū ex Lacedæmonioꝶ dignitate fieri,quod nulla ipſi iniuria laceſſiti,in
Thebanorū gratiā eā urbem armis circūſediſſent,quā Pauſanias & eorū patres, qui Medos
illis ipſis locis uicerant,liberam ciuibus reſtituiſſent. Iuſſi ut ab Atheniēſium ſocietate diſcede/
rent,nec in partibus eſſent amplius,ſi à ſe & ſocijs hoſtilia pati nollent,quum ad id deliberan
dum aliquot dies legati petijſſent,dū Athenas mitterēt,ubi inde reſpōſum eſt Atheniēſes au/
xilio affuturos,interim cauerēt ipſi,nequid ex fœdere mutarēt,placuit ex muris reſpōſum da/
ri,oīa prius pati malle Plateēſes,q̄ fœdus qđ cū Atheniēſib⁹ haberēt,uiolaturi eſſent,p̄ſertim
quū liberi & uxores in Athenienſiū poteſtate manerēt. Ad ea Pelopōnēſes irati primo agrum
populati ſunt,inde urbē corona cingūt,ualloq́ꝫ circūdāt,ne qs eorū,q incluſi mœnib⁹ eſſent,

Lacedæ. opera circa Plateas.

euadere in apertū poſſet,materiaq́ꝫ ex pximo Cytherone cōportata aggerem aduerſus urbis
muros erigunt. Plateenſes & ipſi ea parte lateribus domeſticaq́ꝫ materia corijs pallijſq́ꝫ contra
miſſilia p̄texētes,altius educūt,inde cuniculo ad hoſtiū operas inſinuati,humū occulte ſubtra
here,mirari primo milites operarij,qd eſſet quod tantū cōgeſtæ materiæ explere opus nequi/
uiſſet,illudebātq́ꝫ p hæc Plateenſes hoſtē,nec exiguū illi interea negociū facere,cæterum diffiſi
ſuæ paucitati,aliū interiori parte murū lunari ſpecie excitāt,ut ſi exteriorē poſtremo tueri neq/
uiſſent paratū haberēt pfugium,unde ſe tutius tuerētur: machinas p̄terea ex aggere,ad diſtur
bādos muros ppius admotas,quum ualide oppidani diſcuſſiſſent,igni petiti ſunt,tota agge/
ris materia in proximā murorū foſſam à militibus deuoluta,atqꝫ ſubito incēſa,tantū flamma

Incendium.

rum excitauit,quantū ad id tēpus hominū opera,qđ pditū eſſet,nunquā. Fumo primū mox
æſtu Plateenſes coacti,ea parte muros deſtituere. Nec dubiū fuit cuiq̄,ſi uentus quē affuturū
ab initio Pelopōnenſes ſperauerāt,ſub id tēpus ſpiraſſet,urbē ipſam incēdio correptā nō capi
ſolū,ſed deleri etiā eo die potuiſſe. Verū nō modo nō affuit, ſed qđ pdigij loco haberi potuit

Extiguitur.

ſubitus è cœlo imber,cū fragore & ſtrepitu deiectus gliſcentem in horas ignem reſtinxit. Hac
quoqꝫ ſpe fruſtrati Pelopōnenſes parte una exercit⁹ domū dimiſſa,oppidū muro circundant,
foſſa

A foſſa ab utraq; parte deducta,relicto ad murorū cuſtodiā cū Thebanis ꝑſidio. Sub arcturi exortū q̄d reliquū erat ibi copiarū in Peloponneſum abijt. Quadringenti Plateenſes,cū octoginta Athenienſibꝰ,& centum decem fœminis,cætera turba ab initio fuerat Athenas miſſa, obſidioné deinceps tulere. Cæterū dū hæc circa Plateas geruntur,duo milia Athenienſiū cum ſociorū appendicibus,Xenophonte Euripidis duce in Thracia,aduerſus Olynthios,ante Spartolum Bottieæ regionis oppidum,dubio euentu dimicarunt,inde ubi ex Olyntho noua præſidia Thracibꝰ affuerunt,Athenienſes compoſito agmine in pacatum abire conati ſunt,inceſſentemq; à tergo,& à lateribus hoſtem aliquandiu ſuſtinuerunt. Poſtremo in fugā acti, quadringentis & amplius amiſſis,Potideam in ſigni clade affecti repetūt. Ambraciotæ per id tempus Lacedæmonijs perſuaſerunt,ut claſſem ex ſocijs ad bellū inſtructā,ſibi mitterent, ſtatuiſſe ſeſe Acarnanes ab Athenienſibus alienare,qbꝰ abductis fore, ut Zacyntho & Cephalenia, nullo maiore negocio potirentur. Priꝰ Peloponeſiaca claſſis in alterā Criſſei ſinꝰ oram tranſfretauit, q̄ Phormio,q erat circa Naupactū cum uiginti nauibꝰ ullum motū ſentire potuiſſet.

Ambrociotarum conſilium.

Ibi Cneniꝰ Corinthiorū dux,nauibus relictis,ꝑ Iſthmū ad hoſtē iter fecit. Ambraciotæ Leucadij & Anactorij ꝑſto illi affuere,& cum his Chaones & Theſprotæ ſine regibꝰ agentes. Moloſſi,Oreſtæ,& à Perdica auxilia occulte miſſa. His fretꝰ auxilijs Cneniꝰ Corinthius Acarnanum fines ingreſſꝰ,Stratum pręcipuam eiꝰ gentis urbem inuaſit. Tenere ſe muris Acarnanes tantis hoſtium uiribꝰ impares,nec Phormio auxilio adeſſe iuſſꝰ,Naupactū relinquere eſt auſus,ueritꝰ ne ſe abſente ab hoſte occuparet. Tripertito Cneniꝰ Stratū uerſꝰ mouerat,erantq; Chaones dextro latere,qui ſua ferocitate freti,priuſquam caſtra facerēt expiri ſtatuerūt,an urbem primo acceſſu poſſent irrumpere. Clamore igitur ſublato,quum ad urbem incompoſiti accederent,Sratenſes ſubita eruptione ex oppido facta,uelut in inſidias lapſos, modico negocio fundunt fugantq;,à longiore inſectatione paucitati ſuę diffiſi abſtinuerunt. Chaones fuga ad ſuos delati,aliquam omnino trepidationem attulete,eaq; turbatio cauſam ꝑbuit eodem

Corinthiorum expeditio in Acarnanes.

B quo proceſſerant loco,ſtatiua habendi. Noctu Cnenius ad Anapū amnem octoginta ſtadijs à Strato diſtantem ſe recepit,ubi claſſem expectare cōſtituit,quæ per eos dies,quibꝰ ad Stratū male fuerat pugnatū,in Criſſei ſinꝰ anguſtijs,cū Phormione cōflixit. Habebat Phormio naues uiginti cum hoſtiū ſeptem eſſent & quadraginta,ualuit in eo conflictu plus uirtꝰ q̄ numerus,fuſi fugatiq; Peloponenſes. XII nauibꝰ amiſſis Patras & Dimē ſeſe turpi fuga receperūt. Culpati ſunt nauium præfecti,q ſui tyrocinij immemores ueteranæ Athenienſiū claſſi,claſſiarios rei maritimæ rudes certamine obieciſſent. Decernuntur igitur plures in ſupplementum naues,qua fama Phormio perculſus Athenas cum nuncio uictoriæ mittit,qui populum doceret, maiore nauium numero opus eē ſi hoſtiū conatibꝰ iri obuiā uelint. Viginti itaq; naues Athenis in ſupplementū decretæ,paucis diebꝰ ad Phormionē uenere,qbꝰ iuſſus eſt in Cretā contra Cydoniatas traijcere,quos Nicias Gortyniꝰ Athenienſiū amicus facile ſubigi poſſe affirmabat,ſi in inſulā tranſmitteretur. Phormio ubi in Cretam uenit Cydonienſem agrū populatus ob aduerſam tempeſtatē plures ibi dies eſt cōmoratus. Peloponēſes interea claſſe maiorē in modū aucta iterū i Acarnanes mouēt,& iā Phormio ex Creta reuerſꝰ exteriorē Molycrij promōtorij partē uiginti nauibꝰ inſederat,eſt Molycriū ad os Criſſei ſinꝰ Peloponēſo ad ſeptē ſtadia propinquū, tantū nec amplius patet ibi fretū. Hoſtes & ipſi Chaicū,quod Molycrito ex aduerſo reſpondet,cum ſeptem & ſeptuaginta nauibus ſubiere,nec interim,aut hi anguſtias egredi,aut illi occupare audebant,utriq; alteros formidantes. Poſtremo Peloponnenſium duces ſua multitudine freti,pudore etiam affecti,quod quum multo maiorem ipſi haberent claſſem,cum hoſte congredi non auderent,iterum maiori confligere ſtatuunt. Cæterum ſuorū animos,una infelici pugna collapſos tēpeſtiua oratione erigūt,culpa eius cladis in ducū temeritatem reiecta,quod claſſem non ad prælium, ſed ad traijciendum exercitum comparatam,hoſti rei maritimæ aſsueto,ex improuiſo obieciſſent. Alio tunc longeq; diuerſo apparatu dimicandum,alijs ducibus,alio conſilio. Nec quia hoſtes eſsent rei maritimæ periti, propterea formidandi eſsent,quippe qui ſua ſponte perculſi,metu quietam ſtationē in proximo haberent,artem citra præſentiam animi inter agendum parum prodeſse. Metum memoriā excutere,efficereq;,ut in medio periculo nihil ualeat artificium. Magnæ igitur illorum experien

Expeditio in Cydoniatas.

Molicrium.

Peloponneſiacorū ducum adhortatio

tiæ magnã audaciã opponi oportere, quæ ſi pugnæ affutura eſſet uiciſſe Peloponnenſes, q̃d C
.n. priore pugna ducũ temeritate peccatũ eſſet, futurũ, ut ipſi q tum rei ſummę præeſſent con/
ſilio, maturitate experientia, corrigerent. Præſenti igit eſſent anĩo gubernatoreſq; & cæteri nau
tæ ſuũ qſq; mun⁹ exeq̃ret, nõ locũ, non ordinẽ deſerentes, cætera quæ ad uictoriã pertinerent
duces ipſos mature oĩa, puiſuros, quippe q audaces & ſtrenuos p̃mio proſequuturi eẽnt, timi/
dos & deſertores ignominia & ſupplicio affecturi. Huiuſmodi uerbis Pelopõnenſiũ duces ſu/
Oratio. Phormio/nis ad ſuos
os ad pugnã cõcitarunt. Phormio diuerſarũ uiriũ non ignarus, eaq; fama ſuorũ anĩos labare
ſentiens, cõcione aduocata, mirari ſe uehemẽterq; indignari teſtat⁹ eſt, ꝙ animaduerteret eos
q nuper uicti eẽnt, quũ nihilo interim meliores fieri contigiſſet, tantopere à uictorib⁹ timeri,
ut non tam qui eſſent ij, cũ quib⁹ iterũ confligendũ eẽt, q̃ quo apparatu in p̃liũ procederẽt in/
tuerent, quaſi uero parũ cõpertũ haberent, nullã tam numeroſam Pelopõnenſiũ claſſem oc/
curſurã, quã uel minima Athenienſiũ q̃d ſæpe accidiſſet, nõ facile eẽt ſuperatura, quin remini
ſcerent potius, nõ nauiũ carinas, non remos, nõ ampluſtra, ſed animorũ robur, dextræ p̃ropti
tudinẽ in p̃lio ualere. Habeãt illi, inq̃t, lignoꝝ multũ, multũ teloꝝ, mõ plus animi ſit & uirtutis
apud Athenienſes. Vnũ illud à ſe edici, ne in arctũ ſe redigi paterent, in quo multitudo haud
dubi : eẽt p̃ualitura, q nauiũ agilitate freti eo ordine quo in ꝓcinctu ſtetiſſent, ſignũ obſeruarẽt
Se ab initio & poſt cõtractũ p̃liũ mõſtraturũ, q̃d facto opus eſſet. Irent igit, & q̃n neq; ſibi ui/
res, neq; cõſiliũ defuturũ eẽt, aĩo ꝓponerent, fore, ut eo die, aut Atheniẽſes Lacedæmonijs, aut
Phormiõis peroratio.
ille Athenienſib⁹ maris poſſeſſione perpetuo cederent. His ſuos Phormio hortat⁹, quũ aĩad/
uertiſſet hoſtiũ claſſem ex ſua ſtatione mouiſſe, & iã alterũ cornu Naupactũ uerſ⁹ inclinare,
uerit⁹ ne oppidũ ſine p̃ſidio, ab hoſte iterciperet, dexterũ litt⁹ ſec⁹ terrã legere occœpit. Hoſtes
Athen. uincuntur.
Atticã claſſem eo ꝓgreſſam intuiti, ut iã undiq; inuadi poſſet, clamore repẽte ſublato, corni/
buſq; patefactis, ꝑcurrũt, undecim Atticæ q̃ p̃ceſſerant metu in altũ euaſere, cæteræ ab hoſte
circũuentæ partim captæ, partim corruptæ ſunt. Reliquæ naues, q̃ hoſtẽ fuga p̃uerterãt, Nau/
pactũ adeptæ, obuerſis repente proris, ꝓpe Apollinis tẽplũ ad pugnã, ſi hoſtis eo annauigaſ/ D
ſet, ſeſe interim expediebãt. Harũ una q̃ ſegni⁹ fugã p̃ceperat, ubi in cõſpectũ ſuorũ uenit pau
lulũ circũacta Leucadiã unã quæ proxime ſequebat ex tranſuerſo inuecta uehementi impul/
ſu depreſſit, q inopinat⁹ caſ⁹ Pelopõnenſes, iã Pæana canentes, nõ mediocriter turbauit. Inde
tumultuoſe cõnixi, ut portũ tenerẽt, locoꝝ inſcitia, in breuia naues adegere. Quã inſperatã ho
ſtiũ colluctationẽ Athenienſes intuiti, cõfeſtim portũ egreſſi, multa trepidatione implicitos fe/
rociter inuadunt. Continuo fuga ſecuta eſt, & qui nuꝑ uicerant, uicti in priſtinã ſtationẽ, ſex
Laced. & ſocij uincuntur.
nauib⁹ amiſſis, turpi ſe fuga corripuerũt. Vtriq; ſuũ ſtatuerunt Tropheum. Athenienſes circa
Naupactũ, unde hoſtẽ non depulerãt ſolũ, ſed porro etiam fugarant. Pelopõnenſes in Achai
co ꝓmontorio, ob naues quas ſub initiũ pugnæ circa littus oppreſſerant, & æſtas illa ꝑ hæc ex/
acta eſt. Cneni⁹ & Braſidas Pelopõnenſiũ duces Pyreũ, Megarenſib⁹ id ſuadentib⁹, inopina/
to acceſſu occupare ſtatuũt, nec.n. præſidio ullo tenebatur, nec locus alioqui humano erat o/
pere munitus, ex Corintho nautæ, cũ ſingulis remis, ſunt Megarã pedib⁹ ire iuſſi, inde ex Ny
ſea Megarenſiũ nauali. XL. nauibus in mare deductis, noctu Athenas uerſ⁹ tacito curſu con/
tendunt. Cæterũ neq; uentus illis affuit, ipſiq; circa promontoriũ, quod Salaminẽ reſpicit, ſua
ſponte cõmorati, tribus Athenienſiũ nauibus, quæ ibi ad Megarenſiũ incurſus arcendos for
te ſtationẽ habebant, ex improuiſo oppreſsis, Salaminẽ curſum deflexere, unde nocturna flã
ma Athenienſibus eſt ſignificatũ, hoſtes aduentare, continuo & multa cũ trepidatione eſt ad
arma conclamatũ, naueſq; præpropere in portũ tumultuoſe deductas uoluntaria iuuent⁹ cõ
ſcendit, præſidio inde ad Pyreũ relicto Salaminẽ ire contendunt. Hoſtes ubi ſuũ acceſſum pa
tefactũ ſenſerũt, & ex Athenis præſidia adeſſe, ſuis uiribus diffiſi, Salaminẽ ꝑuagati, tribuſq;
nauibus, quæ ad Budoꝝ erant abductis, Niſiã reuerſi ſunt. Pyreũ iã inde Athenienſes inten/
tius cuſtodiuere clauſtris ad introitũ oppoſitis. Sub id tẽpus quo hæc in Gręcia geſta ſunt, Sy
talces Odryſes Terei fili⁹ bellũ Perdicæ Macedonũ regi intulit, illati belli prætextus illi fuit, ꝙ
ſua opera Athenienſib⁹ recõciliatus, Philippũ fratrẽ Amynthæ filiũ, ut f erat pollicitus, in re
gnum ad id tẽpus non receperat, intulit & Chalcidenſibus, qui Thraciã incolũt, ita eñ ex fœ/
dere Athenienſibus promiſerat, ut eam gentẽ bello adoriretur. Cũ Philippo igitur Amynthę
filio, &

A filio,& omnibus Thracũ gentibus quæ inter Æmũ montẽ incolunt & Rhodoẽ, Helleſponto
& Euxino tenus,ad Iſtrũ uſqꝫ fluuiũ,& Strymonẽ rurſus amnẽ, qui in Scomio monte ortꝰ re
gnũ ad ſeptẽtrionẽ terminat,& qua Oſcius amnis ex inculto monte Rhodope uicino orit̃,un
de Neſtus & Hebrus fluũt, q ad occaſum id regnũ ambiũt. Quibꝰ finibus longe lateqꝫ Thra
cia euagata decẽ dierũ itinere ab Abderis ad Iſtrũ patet, tantundemqꝫ à Bizantio ad Leeos q
ſupra Strymonẽ fluuiũ incolunt. Ex hac itaqꝫ terra,quũ ingentẽ. Sytalces coegiſſet exercitũ,in — Sytalcis expeditio in Macedoniã
Macedoniã per fines ſui regni eſt ingreſſus. Thucydides autor eſt, habuiſſe cũ ſub ſignis ad
centũ quinquaginta hominũ milia,quoꝝ tertia pars equitatu conſtaret. Primo igitur Sytalces
loca,quæ Philippi fuerant,recepit. Inde Ebdomenes, Gortynia, Atlanta,& alia quædam oppi
da,ob Amynthæ amicitiam,cuius Philippus erat filius,ultro in fidem uenere. Europum expu
gnare non potuit. In reliquã inde Macedoniã iugreſſus Botticam, Pieriã, Mygdoniã,quæ re
gio trans Axiũ Strymõe tenus diſcurrit, Greſtoniã & Anthemuntẽ populatꝰ eſt. Nec ita mul
to poſt Sytalces Chalcidica, terra & Bottiea uaſtatis, à Seuthe Spardoci filio patrueli fratre,
cui Perdicas occulte Stratonices ſororis nuptias ob hoc ipſum cum grandi pecunia promiſe
rat,perſuaſus,hyemeqꝫ inſuper ineunte in regnũ cum exercitu eſt reuerſus,uno duntaxat inie
cto,potiuſquã geſto cum Macedonibus p̃lio,q quũ pauci multitudine obruerent̃, facile ceſſe
runt. Et hæc à Sytalce in Macedonas & Calcidenſes geſta. Phormio & q cũ eo erant ad Nau
pactũ,eadẽ hyeme,cũ cohorte una Meſſenioꝝ,alteraqꝫ claſſarioꝝ ĩ Acarnaniæ mediterranea — Achelous fluuius.
hoſtiliter eruperũt,hic ex Strato, Corõtis aliiſqꝫ oppidis ambiguæ fidei ciuibꝰ eiectis Ofina
das ſolos oĩm Acarnanũ hoſtes hybernis pluuiis eoꝝ terrã Acheloo reſtagnãte,inuadere neq
uere. Oritur Achelous in Pindo monte,inde per Dolopiã currens Artos Amphilochos prĩo, — Vnde Acarnania dicta
moxqꝫ ſuper Acarnanum campũ ſuperne Straton urbẽ, Oeniadaſqꝫ influit, mariqꝫ poſtre
mo miſcetur. Eã terra Alcmeon Ampiarai filius,ut loco nõ multũ diuerſo eſt memoratũ,poſt
matrẽ interfectã tenuit,eſtqꝫ terra ipſa ab Acarnane eius filio nomen adepta. Inde Phormio
B ad prima ueris ſigna,eſt cum claſſe Athenas reuerſus,exacto iam tertio Peloponneſiaci belli
anno,in quod triennium incidiſſe mihi uidetur,ut ſupra teſtatus ſum,ſiccitas illa inſignis,quę
An. Cornelio Coſſo,& Quintio Pœno Ro. conſulibus in terra Italia Liuius laboratũ ſcribit.
Biennio poſtquã Poſthumius dictator Equos & Volſcos ad Algidũ,ingenti prælio ſuperauit,
in quo bello filium,quia cõtra imperiũ in hoſtẽ dimicaſſet, ab eo interfectũ fama ad poſteros — Conſules.
manauit. Annus igitur q eam cœli intẽperiem ſecutus eſt C. Seruiliũ Halã,& L. Papyriũ Mu
gilanũ Ro. conſules habuit. Bellũ Veientibus his conſulibꝰ indictũ,qꝛ priuſq̃ inducię exiiſſẽt,
quas ad Nomentũ & Fidenas uicti ſuppliciter petierant,rebellaſſent. Bellũ ipſum geſſere non — Tri. con. poteſtate.
conſules,ſed Tribuni militũ conſulari poteſtate in ſequentẽ annũ creati, T. Quintius Pœnus,
C. Furius, Poſthumius,& Au. Cornelius Coſſus,qui ad urbis præſidiũ eſt relictus,tres ad bel
lũ p̃fecti, quũ his nihil in re bellica adminiſtrãda conueniret,ſed diuerſum ſinguli tenderent, — Ro. uincuntur.
uiã hoſtibus ad uictoriã fecere. Fuſæ ibi fugatæqꝫ Ro. legiones, & quod turpiꝰ adhuc fuit, ca
ſtris ſunt ab Hetruſcis exutæ, manifeſto documento parũ utiliter rem bellicã multiplici impe — Dictator.
rio adminiſtrari. Ferre id ægre ciuitas,uincere nõ uinci aſſueta,odiſſeqꝫ Tribunos ignominię
autores. Placuit itaqꝫ confeſtim Dictatorẽ dici. Au. Cornelius,q in urbe erat,Mamercũ Æmy
liũ dixit,à quo ipſe magiſter eſt eqtum aſcitꝰ. Iactare interea Veientes ſuã uictoriã,totaqꝫ He
truria miſſi,q populos ad defectionẽ ſollicitarent. Nulli Hetruſcorũ ſuas res integras cum du
bia Veientiũ fortuna publice iunxere. Voluntarios quidẽ plures, prædæ cupidos bene geſtæ — Fidenatium defectio.
rei fama temere ad id bellũ traxit. Soli oĩm Fidenates ciuitas ad rebellandũ nata,colonis,quos
eo Biennio acceperant,fœde trucidatis,uelut bellũ nõ niſi à ſcelere inchoari oportuiſſet,ad Ve
ientes defecere. Fidenas locũ ad rem gerendã belli ſedẽ hoſtes legunt:eo itaqꝫ Veientes,Tybe
ri traiecto,oẽm bellicum apparatum contulere. Ro. interea,ubi poſt aduerſę pugnę nuncium
haud mediocriter fuerat trepidatum,nouus delectꝰ habitus, & ante Collinam portam caſtra
fuerant locata, armati in muris diſpoſiti,iuſtitiũ in foro, Tabernęqꝫ dictatoris edicto clauſę:
Nec prius metus ille eſt diſcuſſus,quam dictator pro concione ciuitatem increpuit,q̃ Veientẽ
ſepties uictũ,& Fidenas pene ſępius captas quam oppugnatas,ob unã aduerſam pugnã, quę
magis ducum diſcordia,quàm aut exercitus ignauia,aut uirtute hoſtiũ,male pugnata eſſet,ita

Hortatio Mamerci ad populũ.

animũ abieciſſet,ut nõ memor eſſet eoſdẽ Ro. eoſdẽ hoſtes, qui per tot annos fuiſſent,eoſdẽ
anĩos,eaſdẽ corpoꝝ uires,eadẽ tela gerere.Se quoq; eundẽ dictatorẽ Mamercũ Æmyliũ eẽ, q C
Veientiũ & Fidenatiũ exercitus,adiunctis etiã Phaliſcis,ad Nomentũ aliquando uiciſſet.Eun
dẽ magiſtrũ equitũ Au. Corneliũ qui Tribun⁹ militũ Tolũniũ Veientiũ regẽ,in duorũ exerci
tuũ conſpectu peremiſſet perẽptũ ſpoliaſſet,ſpolia Feretrij Iouis tẽplo intuliſſet.Secũ itaq; tri
umphos eẽ,opima ſpolia, uictoriã.Cũ hoſtibus,Legatorũ ſcelus contra ius gentiũ interfecto
rũ,Colonorũ cædẽ,inducias & uiolata fœdera,quin irent,& alacri animo arma caperent,certo
ſcire ſe gaudiũ illud,ex ignominia Ro.exercit⁹,perbreue hoſtib⁹ futurũ,intellecturũq; Popu
lũ Ro.quanto de repub.meli⁹ ſint meriti,qui ſe tertio dictatorẽ dixerint,ꝗ qui ob ademptũ cẽ
ſuræ regnũ fcdæ ſuæ dictaturæ labẽ impoſuiſſent. Tantũ Mamercus ꝑ concione effat⁹,inde
ad hoſtẽ egreſſ⁹,caſtra citra Fidenas locat,dextra montib⁹,læua Tyberi amne ſept⁹.T.Quin
tius Pœnus legatus,cũ expedita militũ manu, mõtes eſt circuire iuſſ⁹,occulteq; iugũ ꝙd hoſti
bus à tergo imminebat capere.Ipſe ubi poſtero die illuxit tantiſper cunctat⁹,dũ exploratũ ha
beret iugũ à Quintio inceſſum,Magiſtrũ eqtum ad ſe accerſitũ , iubet cũ toto eqtatu intentũ
ſignũ expectare, qñ in hoſtẽ impetũ fieri oporteret. Tũ eo accepto,regiæ pugnæ memor,opi
mi doni,Romuliq; ac Iouis Feretrij pugnã capeſſeret.Hęc ꝑcipit,ſimulq; pedeſtrẽ aciẽ pleno
gradu in hoſtẽ cõcitat,confligũt ingenti aĩo inter ſe legiones: Ro.odio plenus impiũ Fide
natẽ appellat.Veientẽ ꝑdonẽ induciarũq; ruptorẽ, perfidos ſocios, & imbelles hoſtes clami
tãs,dictiſq; ſimul odiũ ſuũ & irã explet.Eratq; haud dubie à primo cõgreſſu res Ro. ſuperior,

Phanatica acies.

quũ ex Fidenarũ portis noua erupit acieſq,ualẽ ad id tp̃s Ro.nemo uiderat, ignib⁹ inſtructa
multitudo,phanatico curſu concitata,ardentib⁹ collucẽs facib⁹,uelut amẽs in ꝓliũ ruebat.Ex
terruit nõ nihil Ro.militẽ iſueta pugnę facies.Tũ dictator magiſtro equitũ dat ſignũ,& Quin
tius è montib⁹ accit⁹ à tergo hoſtẽ cũ clamore inuadit,ipſeq; ante alios in ſiniſtrũ cornu deuo
lans,ubi maior ob nouã flammarũ ſpeciẽ ingruerat terror,irrũpens militẽ inter pugnę fugęq;
conſiliũ ancipitẽ longe increpat.Fumo,inqt, milites uelut apes uicti loco ceditis,nõ ferro extin D

Mamerci caſtigatio.

guitis hos ignes,non faces ipſas hoſtibus ademptas in eorũ perniciẽ uertitis, ſuiſq; flãmis ſce
leratã urbẽ conficitis,qn ite & Romani nominis ueſtræq; uirtutis memores,ipſam aciẽ impelli
te,impulſam proſternite:Fidenas quas nullo beneficio placare potuiſtis,funditus delete.Hoc
legatorũ manes,ueſtrorũq; cædes Colonorũ,uaſtati fines à uobis milites cõtendũt,pieq; effla
gitant.Ad hæc dictatores uerba acies cõmota,faces partim ab hoſte emiſſas, partim ui mani
bus extortas corripiunt, breuiq; utraq; acies armat̃ igni,fum⁹ paſſim ſublat⁹, puluiſq; fumo
mixtus oĩm rerũ proſpectũ adimit.Huc Romanus eques temere inuect⁹ frenis, equo,ad libe
riorẽ curſum,magiſtri equitũ iuſſu detractis,ſtragẽ dedit hoſtiũ ingẽtẽ.Audit⁹ interim aduer
ſa parte clamor:nã & Quintius dictatoris ſigno accerſitus aderat,utrãq; aciẽ perculit.Mamer
cus ſuorũ eẽ clamorẽ illũ clamitãs,q à tergo hoſtẽ à ſe circũuenire iuſſi eẽnt,creſcit ab Romanis

Fuga hoſtiũ

aĩus atq; multo forti⁹ hoſtẽ degrauãt.Cõtra Hetruſci q Romanã uim à frõte iãdudũ uix fer
re poterãt:ubi à tergo ſe circũueniri ſentiũt,abiectis armis, qa ad mõtes Quintianos iter fugæ
nõ patebat,fluuiũ petunt:Fidenates per ſuorũ caſtra curſum ad urbẽ intendunt,paſſimq; ab
Romano eqte,qui è ueſtigio aderat,cædunt̃:multaq; cũ ſtrage ad urbẽ refugiũt.Veiẽtes, quo
rũ fuga ad fluuiũ inclinauerat, partim in ripis fluminis oppreſſi, partim Tyberim tranſnare
adorti,medijs aqs,uel laſſitudine nimia,uel armorũ onere ꝑiere . Fidenates hoſtẽ ſecũ ad urbẽ

Fidenæ capiuntur.

traxere:adeoque mixto agmine portis inciderunt:ut una ciuis,hoſtiſq; urbem irruperit.Tum
Roman⁹ repente muros occupat:indeq; capti oppidi ſublato ſigno,dictatorem qui caſtra ho
ſtium iam erat ingreſſus,ad urbem cum toto exercitu exciuere.Romanus Fidenis potitus con
ſternatam multitudinẽ,in arcẽq; ſe recipere conantẽ,paſſim obtruncat nec prius cedendi eſt fi
nis factus,ꝗ abiectis armis Fidenates,nihil ꝑter uitã petentes,dedunt̃. Vrbẽ & caſtra dictator
ſuis diripenda dedit.Poſtridieq; triũphans reduxit uictorẽ exercitũ, caſtrenſi urbicaq; præda
opulentũ,iuſſoq; magiſtro equitũ ſe prius abdicare,ipſe dictaturã depoſuit, ſexto decimo die
ab eo quo magiſtratũ iniuerat.Quidã annaliũ ſcriptores claſſib⁹ ad Fidenas pugnatũ tradide
runt:cui fidei haud libenter Liuius accedit,fluuialis aluei anguſtia repugnante, niſi forte na
uigia aliqua tũ ibi Romano ꝑſto affuiſſent,ꝗ hoſtiũ fugã impedire uoluerint,ſitq; ob id.ipm
nonnihil

A non nihil circa flumē certatū. Tribuni conſulari poteſtate ſequenti anno fuere, Au. Sēpronius Atratinꝰ, L. Quintiꝰ Cincinnatus, L. Horatius Barbatus. Veientibꝰ uiginti annoꝝ, Equis trium, quū pluriū petiſſent, induciæ datæ. Et fere triennio ab Romanis domi foriſq; geſta, cui tēporis ſpatio reſpondent, aut certe nō multū diuerſa ſunt, quæ à quarto Pelopōneſiaci belli anno, uſq; ad principiū ſeptimi, in terra Græcia geſta hinc ordine explicabuntur. Pelopōnenſes Archidami regis ductu, ſub initiū quarti anni Atticā ingreſſi, ut ſępe aliâs, late eā terrā populati ſunt. Et Leſbos tota præter Metymnā, ab Athenienſibꝰ defecit: quadraginta Atticæ naues quæ in expedito erant, ut Pelopōneſi oram populatum irent, in Lesbum curſum cōtendere, Cleippide Hodinij filio duce. Is Mitylenæos bis ad pugnā exire auſos, in urbē compulit: inde caſtris duplici muro cōmunitis, inhibitoq; maris uſu, Cleippides hoſtē obſidione fatigat. Interea altera Athenienſiū claſſis, Aſopio Phormionis duce in Pelopōneſum profecta, maritimā Laconiæ oram diripuit. Parte deinceps nauium Athenas remiſſa, ipſe cum cætera claſſe Naupactum profectꝰ Acarnanū auxilijs ad ſe accitis, bellum Oeniadibus intulit, Acheloū nauib. inuectus, pedeſtri exercitu regionē populatus eſt: inde pedite dimiſſo in Leucadiam nauigauit, atq; dū forte in Noricum ſe recepit, ab locorū accolis, mutuo ſibi auxiliantibus, cum parte exercitus eſt interfectus. Et hæc in Peloponneſo & Acarnaniæ ora. Interim Mitylenæi legati in Peloponneſum uenere, ſocietatem à Lacedæmonijs petentes, & ut in ſocios reciperentur: quod ante bellum in Gręcia ortum impetrare nequiuerant. Concilio illis in templo Olympij Iouis dato (nam ita forte accidit ut Olympiorum diebꝰ eo uenerint) agone rite celebrato, placuit frequenti Peloponnenſium conuentu eos audiri. Ibi legati dicere exorſi: inde initiū ſumpſere, ut initæ cū Athenienſibꝰ amicitiæ cauſa repetita, quę magis neceſſaria ꝙ uoluntaria fuiſſet, eos criminati ſint ꝙ p̄ter paucos ſociorū, cęteros ad unū ſibi ſtipendiarios feciſſent. Quæſiuiſſe ſemper ſe occaſionē, priꝰ ab eis deficiendi, q̃ ſe quoq; ut cęteros in ſeruitutē redigerent. Ad quod ipſum haud dubie Athenienſiū ſuperbia iam inde à prima ſocietate inita, aſpirare

Tribu. con. poteſt.

Lesbus ab Athenienſibus defecit.

Lesbiorum oratio.

B non deſtitiſſet. Cæterū dū eorū uires non uſq; adeo inualuiſſent, ut omnino à ſe formidandæ eēnt, militaſſe Mitylenæos cum illis, dum nulla adhuc uiolandæ ſocietatis cauſa ſatis neceſſaria adeē uideretur: neq; em̄ ignari eramus mutuū metū ad ſocios in fide continendos arctiſſimū eē uinculū, quū neuter populorū alteri audeat uim inferre. Verū em̄uero cæteris ſocijs ſubactis, quū eorū uires ualidiores factæ eēnt, ꝙ nobis & cæteris totū uidetur, tū ad uos diſciſcere conati ſumꝰ: ſed à uobis, quia fœdere non licebat, nō fuimꝰ recepti. Vbi uero de Græciæ libertate cœptum eſt diſceptari, ſatius duximꝰ uobiſcū cōmunem libertatem tueri, q̃ in noſtram et aliorum perniciē, Athenienſiū opes iuuare: quod quū ita ſit, iterum ueſtram ſocietatem petituri publico huc noīe uenimꝰ, orantes ne indigni habeamur, qui à uobis ſocij nominemur, ueſtroq; præſidio ab Atheniēſiū iniuria perpetuo tuti ſimus: quod facile fieri poſſe arbitramur, ſi terra mariq; Atticā terrā inuaſeritis, cogentur illi uel inuiti claſſem reuocare, ſi urbē tueri uolēt. Nec Lesbij ſeruati modicā rebꝰ ueſtris facient acceſſionē: quippe qui ea parte belli opes ueſtras præcipue iuuabunt, qua hoſtes ipſi plurimū pollere exiſtimantur. Suſcipite nos igitur uiri Peloponnenſes, nec in noſtram aliorūq; perniciem patiamini nos Athenienſibꝰ prædæ eē, reueriti templū hoc Iouis auguſtiſſimū, in quo fidē ueſtrā imploramꝰ, reueriti & inuidiā, quæ uos in poſterū manebit, ſi ſpe, quæ de uobis eſt ſi p̄ſidio ſupplices fruſtratos dimiſeritis. Quin ij potiꝰ eſte quos & Græci uos eē cenſent, & quales noſtra fortuna deſiderat & optat. Quę aut in ueſtra fide quieſcat oportet, aut nullo alteriꝰ gentis præſidio ſit incolumis futura. Hæc quū Lesbij peroraſſent, magno oīm conſenſu in ſocios ſunt aſciti. Qui ut obſidione leuarent, Lacedæmonij decreta in Athenienſes terra mariq; expeditione, confeſtim ad Iſthmum bello inſtructi uenere. Contra ſocij omnia cunctantius agere, legendis fructibꝰ per id tempꝰ occupati. Athenienſes nihil eorū ignari, quæ apud hoſtes fiebant, ad oſtentandas ciuitatis opes, cētū naues ad bellū parauere, quas Pyreo eductas circa Iſthmū in hoſtiū cōſpectū dedere: ſignificauereq; eo apparatu, nihil eē q̊d à mari uanas hoſtiū minas formidarēt. Cæterū q̃draginta nauibꝰ, Laconicā orā diuerſa parte populari, q̊ terrore Lacedæmonij plures dies, ſocios ad Iſthmū fruſtra prę ſtolati, domeſticis exciti nūcijs retro abierūt. Atheniēſes ſub hoſtiū diſceſſum cū ſuo apparatu nauiū & ipſi domū abierūt. Thucydides autor eſt, Athenienſes hoc bello ducē-

Athenienſ. claſſis.

tas & quinquaginta naues, uno tẽpore inſtructas habuiſſe. Mitylenæi interea indigne ferẽtes, ꝙ Metymnæi cũ cæteris Lesbijs, non ſecũ ſentirent, à terra, quũ ipſi interim à mari obſiderent, bellũ intulere: tentata urbs eſt, q̃ quũ expugnari nequiuiſſet, ſuis circa oppidis præſidio firmatis, retro re infecta conceſſere. Ea hoſtiũ licentia effecit, ut Athenienſes ad Mitylenenſiũ uires coercendas, in Lesbũ mille milites, cũ Pachete Epicuri filio miſerint, qui in inſulã delati Mitylenen duplici muro qua mediterranea inſulæ ſpectabat, continuo cinxere, caſtellis aliquot per opportuna loca diſpoſitis. Appetebat interea eius anni hyems, quũ publica pecunia deficiẽte, Athenienſes coacti ſunt tũ primũ tributũ conferre. CC. qꝫ ex urbe talẽta coacta. Plateenſes & ipſi diu à Lacedæmonijs & Bœotijs obſeſſi, quũ omnifariã cõmeatu iam arctiſſime laborare cœpiſſent, ducenti & amplius pluuia nocte per muros hoſtiũ tranſgreſſi, Athenas incolumes euaſerunt. Qui in urbe remanſere, multitudine leuati obſidionẽ ferre perſeuerarunt. Lacedæmonij interea ueriti, ne Mitylenæi longa oppugnatiõe feſſi, ad deditionẽ cõpellerent, ſub hyemis exitũ Salethũ Lacedæmoniũ in Lesbũ miſerunt: qui per torrentis alueũ, qua hoſtiũ munitiones cõtinuari nequiuerant, Mitylenẽ ingreſſꝰ, principes ciuitatis affatus, docuit, quadraginta naues ex Peloponneſo, haud multo poſt illis auxilio affuturas. Lacedæmonios ad hæc ſtudio parare, ut cũ socioꝝ appendicibꝰ, ſub initiũ ueris Atticã popularent. Salethi acceſſꝰ per opportunꝰ fuit ad Mitylenæos in obſidione continẽdos: nec ſpes futuri prꝫſidij eos fefellit: nã & promiſſæ naues ſub principiũ æſtatis, quꝫ annũ quintũ belli, quod interea gerebatur, inchoabat, in Lesbũ uenerunt, & Lacedæmonij cũ socijs, Pauſaniæ Pliſtonactis filij ductu, q adhuc pupillꝰ erat, Atticã terrã ingreſſi, quicquid ad id tempꝰ refruticauerat, prioribuſue expeditiõibus fuerat intactũ, ferro exemerunt. Suntqꝫ tam diu in hoſtico cõmorati, dum ex Leſbo aliqd poſt ſuorũ illuc appulſum, noui nunciaretur, nihil ueriti futurũ, ut Mitylenæi, ſuoꝝ acceſſu, terra maioriqꝫ obſidione ſoluerentur. Cæterũ quũ nihil inde plures dies nunciatũ eẽt, & iã cibaria ad tempꝰ cõparata deficerent, Atticæ finibꝰ excedere ſunt coacti. Mitylenæi interim reꝝ omniũ inopia adacti, quia claſſis ex Peloponneſo haud tam cito affuit, Athenienſes in urbẽ accepere. Septimo poſt die, q̃ deditio facta erat, Alcidas claſſis prꝫfectꝰ, ad Enibatũ Erothreæ cũ socijs appulit: ibi à Teutroplo Heleo & Ionũ exulibꝰ monitꝰ, aut Mitylenen ſubito à mari inuaderet, aut Cumã in Ælide aliamue Ioniæ urbẽ occuparet, quod peropportunũ foret ad eius gentis ciuitates, quæ uulgo mœnibꝰ carerent, ab Athenienſibꝰ alienandas, nihil eoꝝ perſuaſus, retro in Peloponneſum fugienti ſimilis abijt. Paches Athenienſiũ dux, Mitylene recepta, Salethũ Lacedæmoniũ, & principes defectiõis Athenas miſit. Salethꝰ publico capite mulctatꝰ eſt. De Mitylenæis, poſtq̃ eſt ad populũ relatũ, p̃ nimia in eos ira multitudo non eos tãtum qui miſſi fuerant, ſed Mitylenæos puberes ad unũ obtruncandos cenſuit: miſſaqꝫ eſt ad hoc ipſum triremis ad Pachetem cum publico decreto, ut mulieribꝰ & pueris in ſeruitutẽ redactis Mitylenæos oẽs interficeret. Subit ciuitatẽ ſtatim tam atrocis decreti pœnitẽtia: quod ubi ijs, qui Mitylenæos ſeruatos uolebant, eſt animaduerſum, eorũ legatis ſupplicitet rogantibus, qui poſt deditionẽ factã Athenas uenerant: placuit iterũ populũ ad concionẽ uocari. Tum ibi Cleon, qui ultionis autor erat, multa de leuitate populi queſtus, ꝙ in re ſeria, & quæ ad ciuitatis ſtatũ maxime pertineret, tam facile ab paucis, & qui linguã in quæſtu, omniaqꝫ uenalia haberent, circumſcribi ſe, utiliqꝫ reipublicæ propoſito auerti paterentur: rem indignã fieri clamitans, ciuitatẽ imperandi cupidã, ſermonis lenocinia libentius, quã quod uerũ eſſet audire, oportere oratores qui dicendo oblectarent, in cæteris rebꝰ eloquentiæ uires exercere, nõ ubi ciuitas paululũ demulſa incredibilẽ faceret iacturã, cenſere ſe Mitylenꝫos, qui nulla ab Athenienſibꝰ affecti iniuria ad hoſtes deſciuiſſent, morte ad unũ mulctandos, cũ ut ultio ipſa in poſterũ documento eſſet socijs, ne temere talia molirentur, tũ quia hoſtili animo illi ſemper in Atticũ nomen fuiſſent, ſiquidẽ ægritudines corpoꝝ & languores à medicis facile curari, ingenitis animorum affectibꝰ ſolã mortẽ mederi. Quũ multa Cleon in hanc ſententiã diſſeruiſſet, Diodorus in concionẽ progreſſꝰ, Ego, inquit, uiri Athenienſes neqꝫ eos accuſandos puto, qui iterũ de Mitylenæis ad uos relatũ uoluere, neqꝫ illos aliquo modo laudandos, qui maximis de rebꝰ ſæpiꝰ conſultari uetant, quando duo ſint conſultationibꝰ maxime contraria, celeritas & ira, quarum hæc parũ ſcite quicquã fieri uult, illa temere & inconſiderate oĩa præcipitat. Ineptus quidẽ &

amens

C

Lacedæm. Mitylenæis ſuppetias eunt.

D

Decretũ in Mitylenæos

Oratio Diodori.

amens ille,qui fieri poſſe putat,ut de re aliqua recta ineatur conſultatio,niſi quid ſit illud de q̊
C A agitur,prius intelligat:quod ſi quis aliter quã cunctando diſceptandoq́ꝫ fieri poſſe arbitratur
meo iudicio opinione fallitur.Hæc ſane cognitio,quo magis neceſſaria eſt,eo indignius illoꝝ
calumnia ferenda,qui corruptelæ nomen utiliſſimæ diſcuſſioni imponunt,quaſi non liceat ci/
ui de republica quũ opus ſit,pro concione quæ ſentiat libere dicere,ſitq́ꝫ aut Cleon,aut quiuis
alius unus,in arduis rebus decernendis,non plures audiendi.Sed licuit ſemper uiri Athenien
ſes,licebitq́ꝫ in libera ciuitate, optimeq́ꝫ inſtituta, quæ è republica ſint proferre,quod quũ ita
ſit,neqꝫ ego pro Mitylenæis dicturus huc hodie proceſſi,neqꝫ quenquã accuſaturus,ſed ut ea
dicã quæ & ad ueſtram dignitatẽ, & ad imperij ſalutẽ attineant. Vos uero non quia Cleonis
oratio ad iuſtitiam ſit propẽſior,ob ueſtram quę eſt nunc in Mitylenęos iram,quę dixero mi/
nus utilia arbitremini uiri Athenienſes,haud enim in pręſentia de iure diſceptamus, ſed utrũ
Mitylenęos occidere reipub.conducat,cognoſcimus.Eſt (quis neſcit) in multis ciuitatibus, nõ
modo huiuſcemodi criminibus,ſed longe etiam minoribus mors pœna conſtituta.Spe tamẽ
ſollicitati homines periculum adeunt,neqꝫ quiſquã periclitari unquã auſus eſt,qui non ſcelus
ſibi proceſſurum arbitretur:neqꝫ unquam ciuitas ab imperio ullo,aut regno defecit, quę non
crederet ſe tantum uirium habiturã,ut aut ſuperior futura eſſet, aut illi à quo defecit omnino
par uiribus. Ingenitũ à naturali eſt omnibus priuatim & publice delinquere:nec ulla lex tanti
eſt,quę etſi per omnia ſir itum ſupplicia,hoc ipſum inhibere poſſit.Nẽpe huic neceſſitas pręe/
bet audaciã,illi auaritia & cupiditas.Impetu homines,quiſqꝫ ſuo inſanabili ac potentiore,quã — Attende quàm recte colligat.
ut frenari poſſit,in diſcrimen adducunt,ſed oĩm maxime officiunt ſpes & cupiditas: hęc dux,
illa comes,hęc inſidiarũ uitandarũ immemor,illa proſperitatis & ſucceſſus oſtentatrix, quo fit
ut incerta pręmia potentiora ſint pœnis,quę ſubiectę ſunt oculis.Accedit his fortuna, quę ni/
hilominus ad concitandos mortalium animos ualet,quippe quę nonnunquam ciuitates, tan
toq́ꝫ ciuitates ipſas facilius,quãto maius eſt de libertate,de principatu,de imperio,q̄ de mino/
D B ribus fortunis ad omnẽ animoꝝ motũ iritamentũ.Poſtremo impoſſibile eſt immo dementis
credere,quoties humana mens ad aliquid agendũ immoderato aliquo affectu rapitur,ulla ui
legũ prohiberi,aliáue difficultate.Qđ quũ ita ſit,neqꝫ oportet uos de Mitylenæis q̄a à ueſtro
imperio defecerint,qcq̄ grauius ſtatuere,neqꝫ ad deſperationẽ cęteros,qui ſimili uia peccarũt,
tãquã pœnitere non liceat,impellere.Quin ignoſcite potius,ut qui ſociorũ ad hoſtes trãſiuere
ubi ueniã haud ſibi deſperãdã uiderint,hinc cogitare incipiant,quonã modo in fidem ueſtrã
redire ualeant,parati uictoribus oẽm belli impenſam reddere,tributaq́ꝫ in poſterũ ꝑſoluere,
per quæ iampridẽ ſumus hoſtibus pares:ꝙ ſi populos lõga obſidione captos,nimia ulciſcen/
di cupiditate extinxerimus,qui nobis pecuniam ad bellicos uſus in poſterum miniſtrent, erũt
perquã pauci,deerũtq́ꝫ pecuniæ ad bellorũ uſum,q̊ præſidio adempto,haud quidẽ intelligo,
quo alio certiore reip.corpus ſtare poſſit amplius. Quapropter non tanquam iudices debe/
mus exacte de ſontibus ſuppliciũ ſumere, ſed conſiderare quemadmodũ ex ciuitatibus mo/
deratius mulctatis nobis pecunia ſuppeditari poſſit,nec populos legum ſeueritate, ſed ope/
rum ſedulitate,uirtuteq́ꝫ & innocentia in fide continere.Oportet enim non ualde plectere li/
beros,quod rebellarunt,ſed ne rebellandi occaſionẽ habeant, diligẽter cuſtodire.Nulla re fa/
cilius quã benignitate ſtudia conciliãtur,nec conciliata commodius quã innocentia retinẽtur.
Nec ſi alienata ſint efficacius quicquã reuocat,quã ſpes clementiæ.Et ut paucis,quod ſentio,
dicã,multo utilius arbitror ad imperij incolumitatem,nos iniuriã accipere non inuitos,quàm
eos q ita deliquerũt occidere,p̄ſertim cũ periculũ ſit ne nobis ultra modũ ſæuiẽtibus, quicquid
adhuc ſociorũ eſt,crudelitatis odio hoſtile fiat,ad quã iacturã euitandã,ite uiri Atheniẽſes,ac
confeſtim quæ per temeritatẽ & irã in ſocios,ſua ſponte deditos,crudeliter decreuiſtis, ueſtro
ſuffragio mutate,de principibus defectionis,quos Paches miſit,per ocium conſultaturi,Mity
lenẽ habitari patiamini.Erit id uobis quũ conducibile,tum hoſtibꝰ ipſis formidoloſum. Quiſ
quis enim mature ſibi conſulit,is contra hoſtes plus pollet, quã qui temeraria feritate in faci/
nus prorumpit.Tali Diodorus eſt ad populũ oratione uſus,qua multitudo uehementer mo/
ta & in ſuffragiũ miſſa,prius decretum mitiori inducto antiquauit.Continuo igit̃ publice al/
tera triremis eſt inſtructa,quæ irrequieto curſu cũ recẽtiore decreto in Lesbum tenderet,peri/

culũ erat ne nimis ſero mitteret̃,prior em̃ cum mandato cædis uno ferme die ac nocte una prę C
ceſſerat:Mitylenæi legati qui Athenis erant,ueriti ne triremis quę pub.mittebat̃,ad priorẽ in/
ſequendã parũ nauiter celeraret,aut aliquo,ut fit,caſu ſuo excuſſa paꝝ mature in Lesbũ ueni/

*Legatorũ prudentia.*

ret,alterã ipſi ſuo nomine inſtruunt,magniſq; pollicitis remiges onerant, iden tidẽ obteſtati,
ut uni⁹ ciuitatis ſaluti cõſulerẽt:uino itaq; & hordeaceo pane in nauẽ impoſito,q priuati mit/
tebantur irrequieto curſu uſi ſunt,ut dũ alij dormirent aut cibũ caperẽt panẽ uino & oleo ma
ceratũ eſitantes,interim non deeſſent q nauim remis agerent.Satiſq; feliciter Mitylenæis ceſ/
ſit,ꝙ decreto cædis iam lecto,altera lætioris nuncij Pacheti iam ſeſe ad cædẽ expedienti ſuper/
uenerit.Adeo Mitylenæi ꝓpi⁹ periculo fuere.Qui Athenas ab initio miſſi fuerãt,capitali ſunt
ſupplicio affecti.Naues Mitylenæis adẽptę,& muri urbis diſiecti,oĩſq; Lesbiorũ terra pręterq̃
Metymnæoꝝ uectigalis facta. Et in Lesbo res ita geſtæ ſunt. Eadẽ æſtate Minoa inſula,q̃ an/

*Minoa inſula.*

te Megara fuit,quęq; à Megarenſib⁹ p̃ſidio tenebat̃,à Nicia Nicerati filio expugnata eſt.At
henienſes ea poſtea uſi ſunt,ad p̃ſentiendos hoſtiũ mot⁹.Sub id temp⁹ Plateẽſes quoq; oĩm
rerũ inopia domiti,urbẽ ulrro Lacedæmonijs dedidere,iudices ſe eos habituros profeſſi, q de
noxijs,ſi ita uideretur,ſuppliciũ ſumerent,ijdẽ indemnatũ neminẽ occiderent, ita conditione
recepti,haud multo poſt ad eoꝝ conſpectũ conſtituti,qui ex Laceæmone miſſi fuerant,ut Pla
teenſiũ cauſam cognoſcerent,rogati hoc tantũ an quicquã de Lacedæmonijs & ſocijs eo bello
bene meriti eẽnt.Tali iudicũ petitiõe perculſi,apparebat em̃ quoquo modo ad ea reſpondere
tur periculũ inſtare,petierunt ut longiore ſibi liceret uti oratione,factaq; dicendi poteſtate,La
con Amneſti fili⁹ cui publicũ erat cũ Lacedæmonijs hoſpitiũ,cũ Antimacho Aſopali in medi

*Oratio Plateenſium ad Lacedæmonios.*

um progreſſ⁹,tali eſt ad iudices oratione uſus.Veſtrã Lacedæmonij fidẽ ſecuti,nuper deditio
nem fecim⁹,haud quidẽ rati tale ſubeundũ eẽ nobis iudiciũ,ſed ciuili⁹ aliquid apud uos, alios
iudices,de iure diſceptandũ,nunc haud immerito ueremur,ne opinione decepti,certamen no
bis de uita,& non reb⁹ ſit ſubeundũ,uoſq; non ad iudicandũ ex æquo,ſed uindicandũ potius
quodcunq; crimen Thebani in Plateenſes,quos odio pluſq̃ hoſtili ꝑſequuntur,ad libitũ con D
finxerint.Neq; em̃ accuſatio ulla,quã refellere poſſim⁹,ꝓpoſita eſt nobis, ſed ad pauciſſima
uerba iuſſi ſum⁹ reſpondere,quo uno nihil noſtræ cauſæ magis poteſt eẽ cõtrariũ,undiq; igit̃
ancipiti metu conſtituti,tutius arbitramur aliquid dicendo periclitari,q̃ per ſilentiũ ad hoſtiũ
libitũ damnatũ irj,& ſi perdifficile & arduũ fore arbitramur,ut quę à nobis in præſentia dican
tur,ſtudio ſitis & fauore excepturi,non quia hoc tantum crimini detur, ꝙ noſtra merita ſint
ueſtrorũ ſocioꝝ meritis inferiora,ſed ne in alioꝝ gratiã iudiciũ iam peractũ ſubeam⁹.Cæterũ
quocunq; in nos animo ſitis,qui iamdudum de capite & ſalute noſtra iudicaturi eſtis,quid iu/
ris aduerſus Thebanoꝝ ſimultatẽ, quid in uos, quid in cæteros Græcos habeam⁹, ordine ex/
plicabim⁹,& ut ab ijs ordiar,quib⁹ primũ reſpondere iuſſi ſum⁹,nũquid hoc bello,de Lacedæ

*Dilemma optimum.*

monijs ſocijſue aliq̃d benẽ meriti ſim⁹,dicim⁹,ſi ut hoſtes rogamur,nullã uobis iniuriã feciſ/
ſe,quod nullo uos beneficio affecerim⁹,ſin ut amici,uos poti⁹ deliquiſſe, qui nobis ultro bel/
lum intuliſtis,nõ ſum⁹ in hoc bello de uobis meriti, nam hoc ſolũ nobis obijci poteſt, at Me/
dicis temporib⁹ certe fuim⁹,quũ Bœotiorũ ſoli pro ueſtra Lacedæmonij & toti⁹ Græcie liber/
tate,& ad Artemiſiũ primo,mox & in noſtro egro Pauſania duce ſtrenue pugnauim⁹. Fuim⁹
& tunc aliquid meriti,quum uobis horrendo illo motu terræ,quo ueſtra urbs corruit, percul/
ſis,facta in Ithomen mancipioꝝ fuga,tertiã militaris ætatis partẽ auxilio miſim⁹. Et tales qui/

*Translatio culpæ.*

dem in uos & alios antea fuim⁹,proq; uirib⁹ operã nauimus.At ſumus poſtea hoſtes facti,fa
temur,ſed culpa penes uos eſt Lacedæmonij,qui fidem ueſtram aduerſus Thebanorum iniu
riam implorantes recipere noluiſtis,fuiſtiſq; nobis autores ut ad Athenienſes,qui propinqo/
res eſſent,confugeremus.Illorum igitur ſocietatem amplexi,in patribus fuimus,nihil interim
uobis aut ſociorum cuiquam iniurij.Nec crimini dandũ puto quod ab Athenienſibus ueſtro
iuſſu deficere noluimus,quippe quos prodere non perfidum ſolum, ſed pene impium fuiſſe,
quum illi nos à uobis repudiatos,non ſolum in ſocios accepiſſent,ſed ciuitate etiam donatos
contra Thebanorũ iniuriam,quãtum in ſe fuit,ad hunc diẽ armis,p̃ſidio,cõmeatu ꝓtexerint.
Quod ſi bellũ accuſari oportet,uos Lacedæmonij & Athenienſes ĩ culpa eſtis,q furoris huius
duces fuiſtis,non ſocij,q iure fœderis alterutros ſecuti ſunt. Thebani uero quum alias multas
iniurias

A iniurias nobis intulerunt, tū uero poſtremā hanc, ꝗ̄ ut noſtris, hoꝝ cauſa eſt, quæ patimur. Illi eñ quū fœdeꝝ tpe ſolenniq́ʒ die, urbē noſtrā occupaſſent, merito ſunt à nobis ſupplicio affecti, qd & leges & iura gentiū permittunt, ut qui in tuā tuæq́ʒ urbis perniciē graſſet, ut hoſtis puniat, quod factū ſi noſtra cæde expiādū arbitremini, non iura, non leges, ſed ſocietatē & uſum quē ex illorū cōmilitio percipitis, intuiti parū quidē religioſe facitis, qui non æquo & honeſto, ſed ueſtro affectui & cōmodo inſeruitis. Nec ſi Thebani nūc uobis utiles uidenī, ſunt propterea de uobis magis meriti, ꝗ̄ olim nos fuim⁹, quū medicis tēporibus, pro ueſtra & toti⁹ Grecię ſalute, contra Barbaros, pro quibus illi ſtabant, uobiſcū arma tulim⁹. Fuimus hoc bello in partibus fatemur, ſed cū Athenienſib⁹ fuimus, quibuſcū uos olim cōmunē libertatē aduerſ⁹ Barbaros defendiſtis. Nunc de principatu diſceptatis, at illi non Græcos, ſed Barbaros complexi, non de gloria, non de principatu, ſed de libertate, immo de uita, nobiſcū dimicarunt. Conſiderate præterea uos à plurib⁹ Græcoꝝ ꝓbitatis exēplar, & uirtutis æſtimari, ꝗ ſi de nobis ꝙ fidi gratiq́ʒ ſocij in Athenienſes fuerim⁹ atroci⁹ aliqd ſtatuetis (haud eñ occulte cauſam hanc iudicabitis) ne poſtea iudiciū ueſtrū nō ꝓbetur, quod de nobis bonis uiris ipſi meliores tuleritis, indignūq́ʒ uulgo arbitrentur Plateas à uobis hoſtiliter deletas, quas patres ueſtri ꝑpetuo uirtutis ſuæ argumento, in tripode Delphico inſcripſerant. O miſerā & infelicē Plateenſiū ſortē, perituri fuim⁹ Medicis temporib⁹, ſi Barbari uiciſſent, & nunc apud uos uiri Lacedæmonij, in eoꝝ gratiā periclitamur, contra quos tū Græciā defendim⁹, & qui ſupra uires tum Græcoꝝ ſtudioſi fuim⁹, nunc abiecti, deſerti, inhonorati, ante inimicorū conſpectū iacem⁹. Non amici, nō ſocij nobis adſunt, ueriti ne nos quidē Lacedæmonij, unica ſpes noſtra, paꝝ mites in nos futuri ſitis. Quos per ſociales deos, qb⁹ auſpicib⁹ uobiſcū olim arma tulim⁹, per antiquū Plateenſiū in uos & omnē Græciā, ſtudiū precamur, ut noſtrorū malorū miſereamini, ne Thebanoꝝ in nos odiū ſecuti, indigna morte afficiatis.

Efficaciſſima deprecatio.

Videndū etiā uobis eſt, ne uos dedec⁹ & infamia indigens in poſterū maneat, quod ueſtros olim ſocios, amicos, auxiliares, nunc demū non uoluntate, ſed neceſſitate hoſtes factos, crudeliter occideritis. D In prōptu eſt noſtra corpora extremis pœnis, dū inimicorū oculi noſtro cruore paſcantur afficere, at infamiā abolere arduum et difficile. Illud præterea conſiderate, ueniſſe nos ſponte in fidem non ui coactos uiri Lacedæmonij, quos ita deditos rit⁹ Græciæ occidi uetat. Reſpicite & ueſtrorū patrū ſepulchra, quos à Medis, in quorū acie Thebani ſteterant, interemptos, in noſtraq́ʒ terra ſitos, quotānis publice quū alijs inferijs, tū fructuū primitijs, pioq́ʒ ueſtimētorū apparatu, honoram⁹. Pauſanias dux ueſter eos hic, ut in amico ſolo, & amicos ſepelijt. Quod ſi nobis indigne peremptis Plateenſis ager Thebanis adijciatur, quid aliud erit, quam maiorum manes annuo honore in perpetuū ſpoliare? in terra hoſtili, & apud ipſos interfectores ihonoratos relinq̄re? ſolūq́ʒ in quo Gręci liberati ſunt, in ſeruitutem redigere? delubra deūm per quos illi uictoriam adepti ſunt deſerere? Rem ꝓfecto impiam, & à ueſtra iuſtitia & pietate porro alienam: Græciæ inſtitutis, progenitorum memoria, beneficijs noſtris, haud dubie indignam, ut alieni odij gratia, à nihil læſis crudeliter occidamur, digni quibus ultro ueniam daretis, ſi aliquid etiam deliquiſſem⁹, nō qualia ſed quales paſſuri ſim⁹ animo reputantes. Tales uos quidem in nos eſſe oportuit. Cæterū quando neceſſitas cogit, per omnes Græciæ deos, per omnia ſacra publica & priuata, per ueſtrorum patrum ſepulchra, per eorum manes, quos rite ſemper uenerati ſumus, precamur, obteſtamurq́ʒ uos uiri Lacedæmonij, ut in tanto diſcrimine nobis ꝓpitij ſitis, ne amiciſſimos ueſtros Thebanis inimicis ad ſupplicium dedatis, reueriti hunc diem, quo præclariſſime olim Medos & Thebanos ipſos, ueſtrorum patrum ductu & auſpicijs, his locis debellauimus. Et quoniam uiros tali diſcrimine conſtitutos: ut neceſſarium, ita triſtiſſimum dicendi finem facere oporteret, iam loqui deſinentes, adhuc loquimur, obteſtamurq́ʒ Plateenſes, ſe urbemq́ʒ ſuam, non Thebanis, ſed uobis Lacedæmonijs tradidiſſe, ueſtram fidem ſecuti, ut auxilio ſitis imploram⁹: aut ſi ea quæ iuſta ſunt, nobis concedenda non putatis, ueſtræ fidei erit, nos in eū locum unde ultro proceſſimus reſtituere, ut integrum ſit nobis, de uita & fortunis poſtremo conſultare. Id ſane magis ex ueſtra dignitate fiet, qui publicæ libertatis aſſertores prædicari uultis & eſtis, quàm ſi ueſtrm nomen & autoritatem ſecuti, Thebanis propter uos nobis inimicis ad ſupplicium tradamur.

Peroratio. Thebanorum recriminatio.

Hæcq́ʒ Plateenſes. Thebani ueriti ne uehementi illa oratione

Lacedæmonij

Lacedæmonij ab ultione abſtinerent,petierũt ut ſibi quoq; ad ea,q̃ Plateenſes dixiſſent,liceret
reſpondere. Qui uenia impetrata,eorũ unus ita eſt exorſus ut dixerit, potuiſſe ſine maiore di/ C
ſceptatione iudiciũ illud tranſigi,ſi Plateenſes ad interrogata reſpondiſſent. Verũ quia longio
re uſi eẽnt ſermone,quo multa mẽtiendo,ut à ſcelere & flagitio abeſſe putarentur, in Theba/
nos oĩm malorũ culpã reieciſſent,neceſſitatẽ ſibi impoſuiſſe,partim negandi ea quę ab illis eſ/
ſent dicta,partim etiã coarguendi. Cætera deinceps ita eſt ordine execut⁹,ut primæ diſcordiæ
culpã apud Plateenſes fuiſſe oſtẽderet,q̃ à Thebanis ad Athenienſes,nulla iniuria, niſi q̃a ſu
is conditionib⁹ parere nolle in animũ induxerant,ante Medorũ aduentũ defeciſſent, atq; idi/
Refutatio. pſum in cauſa fuiſſe,ꝙ illi contra Medos tulerunt arma,quia cũ Athenienſib⁹ militarent, nõ
ꝙ Lacedæmonijs gratificarentur,nec ꝙ tum Thebani cũ cætera Græcia non ſenſiſſent publi/
co conſilio,ſed nonnullorũ fraude,qui tum rẽ Thebanã oppreſſam tenebãt,accidiſſe,nec Pau
ſaniã ducẽ,& alios id prætcrijſſe,qui uel paucorũ morte eã culpã poſt uictoriã expiaſſent. Nec
quia feſto die urbẽ ſuã occupatã à Thebanis arguerent,dignos propterea fuiſſe,quibus uenia
daretur, quaſi merito nefariam illã cædẽ edidiſſent. Quippe quũ neq; ad bonorũ direptionẽ,
tum Thebana cohors Plateas occupaſſet,argumento id fuiſſe, ꝙ occupata urbe neminẽ uio/
laſſent,contenti Plateenſes in Bœotiorũ corpus redactũ iri eos,qui quũ tales fuiſſent: Plateen
ſes tamen in fidẽ receptos,impie excarnificati eſſent. Sed licuiſſe illis per Lacedæmonios inco/
lumes eſſe,ſi in partibus eſſe uoluiſſent,maluiſſe tamen omni ſcelere contaminatos,cũ Athe/
nienſibus periclitari,quã cũ Lacedæmonijs Græciæ libertatẽ tueri,indignos qui audirent, dũ
priſca decora,ſi qua extiterunt tam inſolenter memorarent, quæ ut fortibus & iuſtis præſidio
eſſe debent,ita ſceleſtis & impijs ſupplicio & detrimento,neq; hoſtiũ querelas,pluris q̃ ſociorũ
apud Lacedæmonios ualere oportere,qui multo grauiora q̃ illi paſſi eẽnt,Thebanorũ iuuen/
tute illorũ perfidia & ſcelere trucidata , quorũ parentes in Cheronia, cum ad Lacedæmonios
Bœotiã traherent,mortẽ oppetijſſent. partim filijs orbati,iam inde ab cæde illa nefaria, inopẽ
deſolatamq; uitã agere perſeueraſſent. Sepulchra præterea eorũ qui Medico bello perijſſent, D
quæ cæde primo cognatorũ , mox nefario bello uiolaſsent, non modo aliquid illis deprecari
putandũ eẽ,ſed ſtare etiã contra,ꝙ tot uirorũ fortiũ umbras inde præſenti iniuria & impietate
excitaſsent. Poſtremo haud quidẽ eos manus in pugna protendiſse, ſed ex pacto ſubijſse iu/
diciũ. Quæ quũ ita ſe haberent,orare & ipſi obteſtariq; Lacedæmonios,ut lege iudicarent,mi/
ſererenturq; ſociorũ,qui tot indigna à Plateenſibus paſsi eſsent,oſtenderent Lacedæmonios
rerũ non uerborũ proponere certamina , quæ iuſta & æqua eẽnt, breui ſermone eẽ contenta,
comptis modulatiſq; ſermonibus flagitia uelari. Quod ſi cæteri mortales,Laconicũ morẽ ſecu
ti,totã cognitionẽ in arctũ contraherent,breuiterq; rogarent,nemo quidẽ in turpibus reb⁹ cõ
poſito,fucatoq; ſermone uteretur,ſed iure ſtaretur,contentumq; iuſtitia ageret humanũ gen⁹
Peroratio. quod ſoli hominũ Lacedæmonij ſapientiſsime facerent. Quũ his Thebani Plateenſiũ uerba
excepiſsent,Lacedæmonij præſentẽ irã,magis quã uetus meritũ ſecuti,iterũ Plateenſes percon
tati an de ſe eẽnt quicquam eo bello meriti,ad quæ quũ illi nihil reſponderent,inde abductos
Plateenſes à Laced. interficiũtur. ad unũ,quum. cc. numero, eẽnt, iuſserunt interfici. Athenienſes qui una obſidionẽ pertule/
rant in ſeruitutem redacti ſunt. Thebani urbem Megarenſibus domo pulſis habitandã con/
ceſsere,reſtitutis Plateenſiũ exulibus, qui ſecum ab initio ſenſerant. Cæterum uertente anno
à fundamentis totam diruerunt,agerque publicatus eſt. Sed dum hæc ad Plateas geſta ſunt,
Corcyrenſes domeſtica ſeditione iactati,Peloponneſiacã claſsem Atticamq; Corcyram uno
pene tempore exciuere,optimatibus ad Lacedæmonios & Corinthios rem trahentibus, ple/
beijs ad Atheniẽſes. Dimicatum erat ſæpius inter ordines in urbe uario euentu,poſtremo Ni
coſtrati Athenienſiũ ducis interuentu qui ex Naupacto cum. XII. nauibus maturius affuit,
optimatium opes fractę,nec ita multo poſt. L. è Peloponneſo naues, Alcide ductu, Corcyram
appulerunt,cum quibus duodecim Atticæ & Corcyrenſes tumultuoſe dimicarunt, inclinaſ/
ſetq; iterum fortuna ad optimates, niſi LX. Athenienſium naues continuo ſubſecutæ eſsent
quas Eurymedon præfectus ex Attica celeri curſu Corcyram perducere fuerat iuſsus. Alcidas
Atticarum nauium numerum ueritus,quam occultiſsime potuit,per Leucadium Iſthmũ na/
uibus in contrariũ littus traductis,ipſe cum cæteris copijs terreſtri itinere ſe in Peloponneſum
recepit.

A recepit. Nobiliũ Corcyrenſiũ factione Lacedæmonioꝝ præſidio deſtituta, in Iunonis templũ pleriq; conceſſerũt, unde quidã ſunt ad ſuppliciũ ui extracti, nonnulli inibi ſibi mortẽ conſciuere, quidã mutuis ſe uulneribus peremerunt. Plebeius enſis ita eſt in eũ ordinẽ euagatus, ut impunæ creditores ſint, à quibuſdã debitoribus interfecti, paterq; filiũ obtruncarit. Alij obſtructo Liberi patris delubro necati ſunt, eſtq; eo res fœdior uiſa, ꝙ ad id tẽpus nulla Græcaꝝ urbiũ ciuili fuerat ſeditione iactata. Peruaſit ꝓcedente tempore id malũ uniuerſam Græciã, ut ciuitates fere omnes in diuerſas factiones abiuerint, quo accidit, ut qui opib⁹ & nobilitate pollerent, optimates ſint uocati, reliqua multitudo plebis nomẽ fuerit ſortita. Et Corcyrenſes his ſunt caſibus per id tẽpus iactati. Nec Eurymedon diutius ibi cõmoratus, ſed ſuæ factionis opibus firmatis, in Atticã cũ claſſe eſt reuerſus. Poſt cui⁹ diſceſſum Corcyrenſes exules, q medio tumultu dilapſi mortẽ effugerãt, captis muris qui in cõtinenti erãt, inde egreſſi, ſæpius prędam ex inſula agebant. Erant hi circiter quingenti, quorũ aſſiduæ incurſiones, famem haud multo poſt, ijs q in urbe agitabant, ingentẽ attulere. Miſerunt exules ipſi Lacedæmonẽ & Corinthũ auxilia imploratũ, iam enim in ſpẽ uenerant recuperandæ urbis. Sed quũ nihil impetrare potuiſſent, proprijs uiribus freti, ſexcẽti numero, incenſis nauibus, quib⁹ uſi fuerãt, ut omni euadendi ſpe adempta, cogerentur uel inuiti ſtrennue inſulã obtinere, Hiſtonẽ montẽ occupant, ibiq; muro inſtructo, ex occaſione urbanã multitudinẽ aſſiduis incurſib⁹ infeſtabant. In hocque erant res Corcyrenſiũ ſtatu, quũ Athenienſes, ſub exitũ eius æſtatis, xx. naues in Siciliam miſerunt. Lachete & Chariada ducibus. Syracuſani & Leontini contractũ inter ſe bellũ habebant. Fauebant Syracuſanis præter Camarinenſes, quæcunq; Dorici nominis in ea terra ciuitates erant. Leontinis Camarina & Chalcidicæ omnes urbes, quæ eædem erãt & Ionicæ, ſuppetias ferebant. Rhegini utpote cognati Leontinis ipſis, qui ad Athenienſes miſerant auxilia in Syracuſanos poſtulatũ, de quorũ iniuria q̃rebantur, ꝙ & terræ & maris uſu ab illis prohiberentur. Athenienſes pro uetuſta neceſſitudine, quia Leontini Iones eſſent, naues ad id bel-

Corcyrenſium nobiliũ infelix exitus.

Facin⁹ Corcyrenſium exulum.

Siculorum diſcordia.

B lũ inſtruxere. Hæc palã ſecuti. Cæterũ ſperabant fore, ut q̃ diu illic Atticæ naues eſſent, Sicula frumentatio Lacedæmonijs inhiberẽt. Putabant adhæc poſſe fieri, ut inſulæ nobiliſſimæ poſſeſſionẽ præſentis belli occaſione aliquo modo ſuis rebus adiungerẽt. Rhegium igitur primo Atticæ naues appulſæ, bellumq; ibi gerere ſocijs iunctæ. Hyeme q̃ ſecuta eſt peſtilentia Athenis orta, per annum deinceps nihil remittens, ciuitatis opes uehementer afflixit, mota eſt ꝑtæterea pleriſq; Græciæ locis terra. Qui in Siciliam acceſſerũt cum Rheginis Æoli inſulas inuaſerunt. Ex ijs Liparei, Gnidiorũ coloni, Liparã incolebãt: inde in proximas eſt inſulas trãſmiſſum, Strongylam, Didymã, & Hierã. Perſuaſum habuit uetuſtas in Hiera officinã Vulcani fuiſſe, ꝙ ibi utiq; noctu ignes exiſterent, interdiu fumus uelut ex camino quodam redderetur. Erant tunc earum accolæ Syracuſanorum ſocij, ob idq; Athenienſes & Rhegini eorum agrũ hoſtiliter ſunt populati, ſed ad deditionẽ compelli nequiuerunt. Ac quintus præſentis belli annus per hæc exactus eſt. Crebri terrarum motus, ſub initium ſequentis anni, Lacedæmonios qui cum ſocijs ad Iſthmum proceſſerunt, quo minus in Atticam erumperent, ab inſtituta expeditione auerterunt. Et in Eubœa circa Orobias partem terræ & urbis cum pernicie multoꝝ ſubitus pelagi æſtus inundauit. Ad Athlantam quoq; inſulam apud Locros ſimilis alluuio facta eſt, quæ ſine motu terræ haud quidẽ accidere potuiſſe credunt. In Sicilia Chariada Athenienſium duce à Syracuſanis in pugna interfecto, Laches penes quẽ unũ erat nauiũ poteſtas Mylas Meſſenijs ademit, duabus ibi hoſtium cohortibus oppreſſis. Inde & Mamertinos obſidibus acceptis in fidem recepit. Altera Athenienſium claſſis nauium triginta in Peloponneſum eadem æſtate domo profecta eſt, Duce Demoſthene Aluſtenis filio, & Procle Theodori, LX. q; aliæ ſeorſum in Melum inſulam, quæ imperium detrectabat. Præerat huic claſſi Nicias Nicerati filius. Melij agro hoſtiliter uaſtato ad imperium retrahi nequiuerunt. Nicias in Oropum, quod eſt contra inſulam, tranſmiſit. Vnde pedeſtri itinere Tanagram Bœotiorum urbem repente eſt adortus. Et Athenienſes ex urbe, qui bello idonei erant, Niciæ ex compoſito affuerunt. Ante Tanagram cum hoſte dimicatũ. Tanagrenſibus, & Thebanis qui cum illis erant prælio uictis, uaſtato agro urbi circumiecto Nicias, cæteris Athenas euntibus claſſiarios ad naues recepit, qui quum & Locridis oram pari clade affeciſſent, in Atticam ſunt reuerſi.

Lipara. Aeoli inſula Strongyle. Didime. Hiera.

Alluuio terræ.

Demoſthenes dux.

Oropus.

Perid

Heraclea

Per id tēpus Lacedæmonij Heracleā in Trachinia Coloniā poſuerunt, loco & ad p̄ſentis bel- C li uſum idoneo, & in Thraciā irrūpere uolētib⁹ nō minus opportuno. Aberat à Thermopylis locus ſtad. circiter quadraginta, dimidiū ſtadij à mari. Cæterum dum circa Melū Nicias rēgerit, altera Athenienſiū claſſis Procle & Demoſthene ducibus, Peloponneſi orā circūuecta, cū Acarnanū appendicib⁹ Leucadios eſt adorta. Incurſatus ager, & Apollinis tēplū uiolatū. Anceps inde cōſultatio tenuit Acarnanibus ſuadentibus, ut Leucadem muro cingerent, cinctam obſidione expugnarent: Contra Meſſenijs hortantib⁹, ut Ætolos inuaderent, gentē plurimū uicatim agentē, quib⁹ uictis oīs Epir⁹ facile eſſet Atticis reb⁹ acceſſura. His Demoſtenes aſſenſus, à Leucade ꝓfectus, cū omnib⁹ copijs in Solion nauigauit: ibi Acarnanib⁹, quia Leucadē duces oppugnare noluiſſent, cōmilitiū detrectātib⁹, cū Cephalenijs Meſſenijſq; & parte una claſſiariorū, Ætolis bellū eſt à ducib⁹ illatū. Profecti ex Oenone Locridis primo in Nemeei Iouis templo ſtatiua habuere. Hic Heſiodū poetam ab locorū incolis perēptū fama eſt. Demoſthenes inde profect⁹ Potidianam primo, mox Carylion & Tichion expugnat. Egitum inde occupat, ab incolis metu deſtitutum. Hic Ætoli ex tumulis decurrētes, leui genere pugnæ Athenienſes tam diu diſtinuerunt, nunc cedendo, nunc pliū minitando, quo ad ſagittarij, telis exhauſti inermes rederentur. Tū facto in eos impetu, feſſos magnaq; ex parte inermes adoriuntur. Fœda ibi fuga orta eſt, alij alio dilapſi, paſſim ab hoſtibus utpote locorū ignari, interfecti, q̄ cædi ſuperfuerunt ægre ad Oenidē Locridis, unde ab initio ꝓfecti fuerant, euaſerunt. Perierunt cum ex alijs multi, tum ex Athenienſibus centū. xx. & alter ex ducib⁹ Procles. Nec multo poſt Athenienſes cum nauibus in Atticā ſunt reuocati. Demoſthenes malæ geſtæ rei cōſcientia Naupacti ſubſedit. Laches, q̄ cum nauibus in Sicilia erat, quū Locros, qui ſunt in extrema Italiæ ora, ſubito illuc acceſſu inuaſiſſet, ad pugnā egreſſos egregie ſupauit. Peripolio ex ea gente oppido ad Hallecē fluuiū ui capto, Ætoli interea per legatos à Lacedæmonijs & Corinthijs aduerſus Naupactū & Athenienſes, tria armatorū milia impetrarunt, multi quoq; ex ſocijs ſunt his additi, quo exercitu apud Delphos coacto, in hoſtes Eurylocho Lacedæmonio D duce, per Locros Ozolas ad Naupactū eſt itum. Ætoli et ipſi preſto affuerunt. Ager ibi primo uaſtatus cum ſuburbanis locis, Molytium inde, quod Athenienſiū erat, ui captū. Demoſthenes ægre ab Acarnanibus, ob ſuum ab Leucade diſceſſum impetrauit, ut Naupacto ſubuenirent, mille hominū præſidio inde naui aduecto, urbs ſeruata eſt. Nec Euryloch⁹ ibi diu cōmoratus, ubi oppidū præſidiaria Acarnanū manu initū cognouit, ſoluta obſidiōe ad Calidona & Pleuronē, aliaq; Ætoliæ loca opprimēda cōceſſit. Vnde Ambraciorū ſuaſu, ad Argos Amphilochiū oppugnandū, nulla adhuc re p̄clara geſta tranſijt. Appetebat iam hyems, dum hæc in Ætolia & Acarnania gerebant, Laches q̄ in Sicilia erat, cū ſocijs Niſam expugnare conatus eſt. Tenebatur Niſcorū arx Syracuſano præſidio. Cæterū oppidū cū arce egregie defenſum, & in Athenienſes ſeſe ad naues recipientes impetus ex urbe factus. Turba fit primo, inde palā fuga facta eſt, & in ea plerīq; occidiōe occiſi. Ibiq; re male geſta Athenieſes in ora Locridis egreſſi. ccc. circiter Locrenſes ad arcendam populationē temere occurſantes, ad Caicinū amnē cepere. Delus inſula hoc anno ab Athenienſib⁹ expiata, expiationis ratio talis inita, ut cadauera ex tota inſula refoſſa, in Rheniam ſint aſportata, cōſtitutūq; ut iam inde nemo ibi naſceret̄ moreretur ue, ſed ut q̄ nixu laborare cœpiſſent, ac quoquo modo perituri, in eam inſulā deportarentur. Eſt Rhenia adeo Delo propinqua, ut Polycrates Samiorū tyrann⁹ utranq; alteri catena aliquando iunxerit. Manſit in Delo luſtrale ſacrū quod Athenienſes cū circūiectis inſulanis quinto quoq; anno deinceps celebrarunt. Tenebat adhuc hyems, quū Ambracij aliquāto prius q̄ Eurylochus Amphilochiā ingreſſi, Olpas occuparunt, imminebātq; Argiorum finibus, quum. xx, Athenienſiū naues ex Peloponneſiaca accerſitę, & Domeſthenes cū ducentis Meſſenijs ſubſidio affuere. Tū Eurylochus ex Ptoſchio Ætoliæ cum Ambracijs ad Alpas caſtra contulit. Eo & Athenienſes & ſocij uenere, ac paucis diebus utrinq; ceſſatū, inde totis uiribus acie congreſſi, Argij in ſiniſtro cornu pulſi, & ad urbem fugati. Vicit Demoſthenes Eurylochum dextro latere, arte magis q̄ uiribus, cohorte una in inſidijs locata, quæ Peloponnenſes, qui numero longe præſtabant, à tergo adorta turbauit primo, mox fortuna ſemel inclinata, non ſolū ab ijs qui Amphilochios ad urbē egerant, non eſt reſtitura, ſed qui modo uicerāt ad fugam

Margin notes: Leucas. — Heſiodi mors. — Aetolorum urbes. — Athenieſes uincuntur. — Demoſthenes. — Calidon & Pleuron. — Athenienſium fuga. — Audi Deli expiationē — Rhenia. — Olpæ occupantur.

A ad fugã inclinauit. Periȷt acie Eurylochus ac plurimi cũ eo, cætera multitudo paſſim cæſa, quæ Olpas ſe trepide recepit. Demoſthenes facta Mantineis & ex Peloponneſo auxiliarib⁹ qbuſdam ex Olpis abeundi poteſtate, ipſe per exploratores fact⁹ certior Ambracioꝝ manũ ingentem uenire ſuis auxilio, cõfeſtim mittit, qui uias occuparent, qua illi uēturi credebant. Cæteros in armis eſſe iubet, ut ſi opus eēt, continuo ſigna ſequerent. Interim Mantinei per ſpeciẽ legendoꝝ oleꝝ paululũ ab oppido progreſſi paſſimqꝫ diſpalati, apertã defectionẽ præ ſe ferre. Percuſſit ea res Ambraciorũ animos, qui haud ignari ſe ad cædẽ & ſupplicia deſtitui, ſubito & ipſi ſe ex oppido ducibus fruſtra reuocantib⁹, promunt. Terra ibi colluctatio orta, quũ confuſo agmine abire conarentur, ducenti circiter agniti interfecti ſunt, multo plures in Agridẽ quæ contermina erat præcipiti fuga ſunt delati. Demoſthenes præmiſſis, ut dixi, qui itinera inſiderent, ipſe primo noctis crepuſculo ad hoſtes profectus eſt, qui circa tumulos Idomenes noctu ſubſtiterant, ignari adhuc eoꝝ quæ ad Olpas geſta fuerant. Hos incautos ſub lucẽ adortus, modico negocio profligauit. Multi ſemiſomnes ibidem oppreſſi, ſed multo plures ab ȷs qui in inſidȷs erant excepti perierunt. Potuiſſet Ambracia duplici clade affecta expugnari, ſi poſt cædẽ confeſtim eo itum eſſet. Verum Athenienſes, erectis duplicis uictoriæ tropheis, Naupactum Demoſthenes, cæteræ naues in Peloponneſum curſum tenuerunt. Et hæc ſatis ꝓſpere in Ambracios & Peloponnenſes geſta. In Sicilia Athenienſes ex Himeta ubi hybernabãt, ſubito inſulanorum incurſu in naues compulſi, ad Ætoliæ inſulas primo appulerunt, ibi Pythodorũ Lachetis ſucceſſorẽ inuenerunt; præceſſerat is cum paucis nauibus, nec ita multo poſt cum maiore claſſe Sophoclẽ collegã expectaturus. Eo anno Athenienſes à ſocȷs ꝑſuaſi, ſexaginta nauium claſſem ad Sicilienſe bellũ compararunt, quo tẽpore proluuiũ ignis ex Ætna, quantũ raro antea ullũ memoria hominũ, manauit, corrupitqꝫ aliquantulũ Catinenſis ſoli Ætnæ radicibus adiecti, ter ad ſummũ uiolenta illa uis igniũ ad id tẽpus extitiſſe dicit, ex q̃ Sicilia à Græcis cœperat habitari. Exȷtqꝫ cum his ſext⁹ Peloponneſiaci belli ann⁹. Quo ſane tẽpore Romę

B tribuni conſulari poteſtate erãt, Ap. Claudi⁹ Craſſ⁹, Sp. Nauti⁹ Rutili⁹, T. Sergi⁹ Fidenas, & Sextus Iuli⁹ Tullus, qui ſequenti anno creati ſunt ab eo quo induciæ in. XX. annos Veientibus ſunt datæ. Au. Sẽpronio, ut ſupra memoratũ eſt, L. Quintio & L. Horatio Tribunis. Hoc igitur anno Tribuni plebis multa aſſiduis concionib⁹ ad multitudinẽ queſti, ꝙ nemo adhuc plebei⁹ tribun⁹ conſulari poteſtate creatus eēt, uetantes plebẽ mirari, ꝙ nemo eſſet amplius, q pro ei⁹ cõmodis excubaret, eo quidẽ laborẽ & periculũ ab hoſtibus impendi, unde emolumentũ ſperent & honorẽ. Oĩa mortales aggreſſuros, ſi magnis conatib⁹ magna ꝓponantur p̃mia, nec magnos animos niſi magnis honorib⁹ fieri. Deſinerent igitur ſperare futurũ, ut prius plebei à patrib⁹ deſinant contẽni, q̃ ipſi ſeſe contemnere deſiiſſent. Nã qua, per deũ, maiore contumelia ſeipſam plebs afficere potuiſſet, q̃ ꝙ tot annos neminẽ ſui corporis dignũ crediderit, cui eũ magiſtratũ daret, ad quẽ lex aditũ non negaſſet, ut multi è plebe uiri, domi militiæqꝫ ſpectati, ambitioſo plebis ſuffragio ſugillati ac repulſi, nobiliũ ſupbiæ riſui fuerint? Abȷciẽdam ſpem omnẽ futuri patrocinȷ niſi quandoqꝫ experti fuerint, an ex plebe ſit aliquis, q ſua uirtute conſularis poteſtatis pondus titulumqꝫ merito ferre poſſit. His tribunitȷs querelis accenſa multitudo, haud obſcure præ ſe ferebat, fore, ut ꝓximis comitȷs cõpetitores ſui corporis eſſet patricȷs p̃latura, q̃d ne euenire poſſet, patres ſtudio cauerunt, facto ſenatuſconſulto, ut cõſularia comitia in ſequentẽ annũ haberent. Creatiqꝫ ſunt conſules, Au. Semproni⁹ & Q. Fabius Vibulanus. Hoc anno Vulturn⁹ urbs Hetruſcoꝝ, quæ Capua eſt poſtea dicta, à Samnitibus capta eſt. Fuerant hi in ſocietatẽ agroꝝ ab ueterib⁹ colonis quos bello fugauerant accepti. Erant illi Hetruſci ſanguinis. Eos itaqꝫ feſti diei epulis & uino graues, Sãnites cæde adorti, urbe potiti ſunt. Origo urbis cũ ratiõe nominis alio eſt Rapſodię hui⁹ loco à nobis relata. Latini & Hernici, poſt creatos conſules, trepide nunciarunt Volſcos in armis eſſe, adeoqꝫ in apparando bello occupatos, ut plane appareret, tũ demũ expturos, utrũ hi eſſent, qui uirtute, patientia, diſciplina militari cum populo Ro. poſſent ex æquo contendere, an ꝑpetuo poti⁹ illis imperio cedendũ eſſent. Aul⁹ Sempronius eſt ad id bellũ miſſus, is fortuna ciuitatis fretus, exercituqꝫ uincere aſſueto, temere p̃liũ ingreſſus, nõ ordinibus firmata acie, non equitibus ſuo loco diſpoſitis, incaute oĩa & negligenter executus, facile fuiſſet ab hoſte ſupatus, niſi Sexti

Ambraciotæ ad Olpas cæduntur.

Duplex Athenienſium tropheum.

Aetnæ proluuium.

Tri. cõ. po.

Tribunorũ plebis querelæ.

Conſules Vulturnus

Tempanij indoles.

Tempanij uirtus,fortuna aperte inclinãte,rei propemodũ perditæ ſubueniſſet. Qui cum ma/ C
gna uoce exclamaſſet,ut equites qui Romanam rem eo die incolumẽ uellent, equis deſilirent,
iam enim res ad fugam ſpectabat,niſi,inquit,hæc cohors hoſtium ferociam ſiſtat, cædes in/
gens hic hodie accipienda eſt, meam cuſpidem pro uexillo ſequimini, iuxta Romani Volſci/
que ſciant,neq; uobis equitibꝰ equites pares ullos eẽ,neq; pedites peditibꝰ. Oẽs turmales equi
tes haud aliter Tempanij hortationẽ,q̃ conſulis imperiũ ſecuti,obiectis parmis, in eã pugnæ
partẽ ruunt,qua ſuos pręcipue degrauari ſentiunt,quacunq; eunt cũ cæde & ruina hoſtẽ auer
tunt.Et iam ex omni fere parte prælium reſtitutũ erat, quũ Volſci,ut iuſſi fuerãt,excõpoſito dãt
per mediã aciẽ equitibꝰ uiã,ut quũ longiꝰ à ſuis proceſſiſſent,excluſos trucidarent. Quod ubi
fieri cõtigit,Tempaniuſq; & alij in aperto diſcrimine eſſe uiderent,conſul,& qui in prima acie
pugnã ciebant,ſuoꝝ periculo cõmoti,cæci in hoſtẽ ruunt.Contra ſuſtinent Volſci fortiter to/
tas legiones,nec minꝰ introrſum,qua equites ui perrũpere conantur.Erat itaq; utrobiq; præli/
um ingens. Cæteꝝ Tempaniꝰ quũ perrũpere denſos hoſtes ſæpiꝰ conatus eẽt, nec ad ſuos re/
ditus pateret,cũ non adeo multis in proximũ tumulũ euaſit,ubi in orbẽ dimicans ſeſe Roma/
nus tuebatur,nec alibi ante noctẽ finis pugnæ fuit. Conſul q̃diu lux affuit hoſtẽ nihilo remiſ/
ſo certamine tenuit,nox incertos diremit,tã ancipitis pugnę euentu,ut noctu Romani & Vol

Anceps prælij euentus.

ſci pro uictis in proximos mõtes,deſertis caſtris,diuerſi abierint. Tumulus ad mediam noctẽ
uſq; ab hoſte circunſeſſus. Cæterũ Voſci nunciata ſuoꝝ fuga res ſuas diurna pugna perditas
rati,inde per noctẽ abſceſſerunt. Tempanius inſidias ueritus,ad lucem uſq; ſuos immotos te/
nuit,mox cũ paucis proxima loca ſpeculatus,ubi ex faucijs hoſtiũ fugã cognouit,lętus ſuos ex
ſummo colle ad ima deuocat,inde quũ Romana caſtra præter ſpem deſerta inueniſſet, ſtetit
aliq̃diu ſtupore defixus. Poſtremo ignarus quo ſe conſul recepiſſet,qua breuiſſimũ illi fuit Ro
mã cũ ſuis iter intendi. Iam ad urbẽ nuncij peruenerant, infeliciter a conſule pugnatũ, perijſ/
ſe equites,aliãq; multitudinẽ cæſam,caſtra ſimul amiſſa,quæ res luctũ ſimul & metũ attulit ci/
uitati ingentẽ. Etiam Fabiꝰ conſul circa portas ſtationes diſponebat, quũ equitũ agmen pro/ D
cul conſpectũ,appropinquantis hoſtis ſpeciẽ præbuit,tumultuatũq; in urbe eſt,quoad qui eſ/
ſent ſit cognitũ. Tum uero læti rumores ciuitatẽ peruaſere,ſaluos equites adeſſe,mulieres,quæ
nuper mœſtæ domi ſedebant,ſui decoris p̃nimia lætitia oblitæ,in publicũ deuolãt,ſeq; in ſuo
rum cõplexum cũ lachrymis effundunt. Arripuiſſet Tribunuſplebis Semproniũ ut reũ,in iu
dicium,qui non multo poſt cũ exercitu affuit,niſi aliquanto prius Tempanius,ꝓ collegio ap/
pellatꝰ,ut diceret cuiꝰ culpa eẽt recens clades accepta (nam rumor erat conſulis temeritate Ro/
manũ exercitũ uictum) ſermone ſatis rudi,cæterum moderationis & uerecundię pleno,dixiſſet
non militis de imperatore æſtimationẽ eẽ,ſed populi Romani, qui Sempronio & alijs ſuffra/
gia imperiũ demandaſſet. Veꝝ quæ ipſe uidiſſet,audiuiſſetq; ſe libenter dictuꝝ. Aulũ Sẽpro/

Tempanij teſtimoniũ in cõſulem.

nium à ſe conſpectũ,dum ſuos in prima acie hortaretur,ferociterq; prælium cieret, interim ſe
cum equitũ manu in medios hoſtes perrupiſſe,excluſumq; à ſuis,poſt uarios conatꝰ, in proxi
mũ collem euaſiſſe,credere ſe à conſule præliũ in noctẽ diſtractũ, quod ex ipſo ſtrepitu & cla/
more percipere potuiſſet,ſe poſtridie in caſtra reureſum,ea deſerta inueniſſe,ueriſimile uideri
poſt anceps prælium,conſulẽ munitiorẽ locũ aliquẽ caſtris cepiſſe,quo ſe exercitũq; graui prę
lio affectũ ſeruaret, tantũ ſe affirmare poſſe,res hoſtiũ non minus q̃ Romanas eo prælio acci/
ſas,quando ab illis quoq; noctu caſtra relicta eẽnt,pugnaq; digreſſi, pro uictis in pacatũ ab/
ijſſent. Tempanij teſtimonio tribuni inſtructi,oẽm à Sempronio irã in tribunos militũ conſu
lari poteſtate,qui non multo antea in Hetruria,ſua diſcordia uicti fuerant,auerterunt. Quoꝝ
M. Poſthumiũ decem milibus grauis æris damnarunt. T. Quintio tũ ipſius,tum patris merita
ad populũ adiumento fuerunt,quo minus damnaret. Infamis Sempronij conſulatus in cau/

Tri. cõſ. po. Sempronio dies dicitur

ſa fuit,ut patres ſequenti anno tribunos militũ conſulari poteſtate creari iuſſerint. Creati ſunt
L. Manlius Capitolinꝰ, Q. Antonius Merenda,& L. Papyrius Mugilanꝰ, nec ita multo poſt
L. Hortenſius Trib. ple. Au. Sempronio cõſuli prioris anni diem dixit,quẽ quũ quatuor è col/
legio tribunorũ orarent,ne imperatorẽ uexaret ſuũ,in quo nihil præter aduerſam belli fortu/
nam reprehendi poſſet, ad eos Hortenſius conuerſus,ſi reum perago,inquit, num erepturi
ius ſuũ populo Romano eſtis? quũ illi iudicium populi neq; tollere ſe uelle,neq; poſſe reſpon
diſſent,

A diſſent, ſed ſi preces ſuæ reo, quẽ patris loco haberent, nihil ꝓfuturæ eẽnt, mutaturos ſe cum
co ueſtẽ. Tũ Hortenſius, non uidebit plebs Romana Sẽpronij cauſa tribunos ſuos ſordida/
tos, nihil reũ moror, quando hoc eſt imperio conſecutus, ut tam charus ſuis eſſet militibus. Fu
it placabile Hortenſij ingeniũ, plebi & patribus non minus gratũ, ꝗ̃ tribunoꝝ quatuor in Sẽ/
proniũ pietas. Nec Voſci diu quieuere, ambiguã uictoriã ꝓ ſua amplexi, proximo anno C. Fa
Conſules
bio Vibulano & T. Quintio Capitolino conſulibꝰ bellũ reparare auſi. Fabij ductu, cui ea pro
uincia euenerat, leui p̃lio fuſi ſunt, nec aliud memoria dignũ eo anno foris geſtũ. Cõſul ouãs,
urbẽ ingreſſus eſt. Inter tribunos plebis & patres eodẽ anno eſt nõnihil certatũ, tribunis petẽ
tibus, ut quando de quæſtoꝝ numero agendo mentio iniecta eẽt, fuiſſentq; ad id tẽpus duo
tantũ ex patricio ordine creari ſoliti, iam inde & ex plebe crearentur, res per altercationes eo de
ducta eſt, ut patres de augendo numero actionẽ omiſerint. Exceperunt omiſſam tribuni, nec
eã ſolũ, ſed turbulentiores alias agrariæ diuiſionis, tribuniſq; per hæc quietã alioqui ciuitatẽ
exagitantibus, pars anni interregno exacta eſt. Creati inde tribuni conſulari poteſtate, quũ pa
tres conſules maluiſſent, & de quæſtoribꝰ creandis, ad arbirriũ populi ex alterutro ordine, ut
de tribunis militũ plebi conceſſum, etſi apparebat haud dubie ambitione patrũ plebeiũ nemi
nẽ creatũ iri, ut in tribunitijs ad id tp̃s comitijs euenerat, tribuni ꝓ conſulibꝰ creati L. Quintiꝰ
Cincinnatus, Sextus Furius Medullinus, M. Manlius, & Au. Sempronius. Quęſtores & ſi ex
Tri. cõ. po.
illuſtrioribus plebeis quidã petijſſent, atq; ijdẽ tribunorũ eius anni perneceſſarij, patricij tamẽ
oẽs creati. Tribuni plebis eã repulſam ægre ferentes, oẽm irã in Semproniũ detorſere, quẽ ob
Volſcũ bellũ male adminiſtratũ, populo damnandũ obiecere. Duo reo obfuere, & Au. Sẽpro
Damnatio Au. Sem/pronij.
nius patruelis eius, qui in quæſtoris comitijs habendis, fraude uſus dicebat, quo minus plebei
crearentur, & ꝙ Sempronius ipſe Agrarijs Tribunoꝝ actionibꝰ fortiter obſtiterat. xv. igitur
Poſthumia ueſtalis ampliatur.
milibus æris eſt ob priſtinã belli noxã dãnatus. Poſthumia ueſtalis eodẽ anno de inceſto cau/
ſam dixit. Elegantior cultus & longe amœnior, ꝗ̃ ueſtalẽ deceret, inuidiæ illi fuit. Eã ampliatã
B Pontifices pro collegio abſoluerunt. Iuſſa eſt à Pontifice maximo abſtinere iocis, & ut ſancte
potiuſꝗ̃ ſcite ſe coleret. Et hæc fere quadriennio domi foriſq; à Romanis geſta. In Sicilia inte/
rea ſeptimo Peloponneſiaci belli anno ineunte, ſex Syracuſanoꝝ naues, totidẽq; Locrenſium
Meſſanã oppidanorũ opera occupant. Athenienſes continuo ſe Rhegiũ receperunt, ut ſociæ
ciuitati præſidio eẽnt, & Pelopõnenſes Atticã terrã Agidis regis ductu, ut alias populatiõe fœ
darunt. Cæteꝝ Athenienſes, nihilo ſecius. xl. naues, quas ad bellũ inſtruxerant, Eurimedon/
te & Sophocle ducibus in Siciliã miſere. Qui cũ Laconicã orã præteruehereñt, etſi Corcyram
curſum intenderant, ubi Lacedæmonioꝝ naues eẽ acceperãt, aduerſa iactati tẽpeſtate, accurſu
excuſſi, Pylũ oppidũ uetuſtiſſimũ, tumultuario opere muniuere. Diſtabat locꝰ à Sparte ſtad.
circiter quadraginta, fueratq; in Meſſenij agri parte. Demoſthenes cui mandatũ erat, ut ijs na
Vbi Pylus fuerit.
uibus p̄eſſet, quæ circa Peloponneſum agerent, loci uſum ad Laconicos fines infeſtandos pri/
mus oſtendit. Pylo itaq; à continentis ora ſex dieꝝ opera munito, Demoſthenes ipſe cũ quin/
que nauibꝰ eſt ad præſidiũ loci relictus. Erat tũ Agis rex in Attica, qui de ijs quæ ad Pylum fie
bant factus certior, continuo cũ oĩbus copijs eo profectus eſt, reuocatis ex Corcyra nauibꝰ, ut
oppidũ terra mariq; adorireť. Peloponnẽſiũ claſſis per Leucadiũ Iſthmũ traiecta, latuit Athe/
nienſes duces, qui adhuc Zacynthi erant, ad quos ſubito reuocandos, duabus nauibꝰ miſſis,
ipſe ad hoſtiũ uires in ſuoꝝ aduentũ ſuſtinendas cũ quadringentis Meſſenijs, quos p̄ter claſſi
arios ſecũ habebat, oĩa terra mariq; mature cõparat. Ratuſq; à mari plus ſibi negocij cũ hoſte
futuꝝ, cũ ſexaginta circiter Athenienſiũ anguſtias ſupra portũ occupat. Ibiq; ſuos hortatꝰ, ut
natura loci freti, ſecũ fortiter reſiſterẽt, hoſtes & à mari ingruentes intrepidus excipit. Plures o/
mnino à mari conatus extiterunt, perijtq; Braſidas, unus ex Trierarchis, naui munitionibꝰ i/
pſis ferocíꝰ appulſa, triduo oppugnati Athenienſes, quibꝰ oĩa à continente ob locorũ aſperita
tem tutiora erant. Affuere interim auxilio ſexaginta naues ex Zacyntho reuocatæ, hic duces,
ubi ad pugnã Lacedæmonios, qui Sphacteriã inſulã portui p̄tentã occuparant, elicere nequi
uerunt, poſtridie in coꝝ naues impetu repente facto, quinq; illis triremes ademerunt, quũ ua
Vincuntur Lacedæmonij.
cuas alias in altũ trahere adorti eẽnt, Lacedæmonij à terra ad littus occurſantes prohibuerunt
Athenienſes quinq; hoſtiũ nauibus potiti, cæteris diſiectis, ad Lacedæmonios qui in inſula e/

ſidendos conuertuntur,quibus nequid furto importaretur,aſſidue duæ Atticę triremes inſulã
explorabundæ circuibant. Et iam nulli dubiũ erat,quin reꝝ omniũ inopia illi,ꝗ in inſula obſi C
debantur,in hoſtiũ poteſtatẽ breui conceſſuri eſſent. Tũ Lacedæmonij qui erant circa Pylum
& eoꝝ magiſtratus qui ex urbe ad hoc ipſum in caſtra occurrerant,ſuoꝝ periculo cõmoti,cum
Athenienſibus in colloquiũ uenere,ut tantiſper inter ſe inducias paciſcerentur, dũ legatos de
pace acturos Athenas mitterent,nec id Athenienſes grauate conceſſerũt, pacti ut ꝗdiu indu-
ciæ tenerẽt,ꝗ circa Pylũ ſedebant nihil ſuũ præſidiũ infeſtarent, neqꝫ ipſi Lacedæmonios, qui
obſidione tenebantur,ut uictus illis,& potus ſub cuſtodia miniſtraretur. Cæteꝝ ne furto in-
de in proximũ littus abirent,naues quæ fuerant in littus ſubductæ,Lacedæmonij uſqꝫ in lega-
toꝝ reditũ Athenienſibꝰ tradiderũt. Legati qui Athenas iuerant,multa præter morẽ gentis,de
uanitate fortunæ in ſanctiore Athenienſiũ cõcilio locuti,ad pacẽ inter ſe & ueterẽ ſocietatẽ re-
nouandã hortati,,eo proceſſerant,ut ne conditiones quidẽ,quæ tum ab Athenienſibus pro-
Cleon orator. ponebantur, aſpernarentur,quũ Cleon Cleæneti filius hõ inter Athenieſes tum maxime po
pularis,qui primus inter agendũ uociferari,femur percutere,& diſcurrere pulpito cœpit, lega-
tos ad populũ reijciens,ut cũ eo de pace agerent,ſiquid ſani attuliſſent,cauſa extitit , ut illi ſiue
noluerint,ſiue non potuerint,infecta re in caſtra ad ſuos redierint. Nec Athenienſes repoſcen
tibus Lacedæmonijs naues reſtituere uoluerunt,eos criminantes,ꝙ in ſuoꝝ munitiones indu
ciaꝝ tempore impetũ feciſſent. Tota igitur belli moles huc incubuit,Lacedæmonijs Atticũ p̃-
ſidiũ,quod munitionibus erat incluſum,die noctuqꝫ fatigantibus,contra, Athenienſibꝰ aſſi-
dua circa inſulã ſtatione Laconas interceptos,nequa dilabanť,attentius obſeruantibus. Inte-
rea Syracuſani Locrenſibus,qui Rheginis infenſi erant, ad id hortantibꝰ duodeuiginti Atti-
cas naues,quæ Rhegij ad pręſidiũ ſtabant freti anguſtias obtinentes,inuadere cõſtituũt. Erãt
Syracuſanis ſuæ ſociorũqꝫ naues.xxx.numero,his illi in Athenienſes profecti, in ipſo freto,
occaſum ſolis præliũ conſeruere. Vicit attica claſſis etſi numero inferior. Siculi turpi fuga diſie
Syracuſani uincuntur. cti,in Peloridẽ orã iteꝝ coiuere,nauibus ad Meſſanã una,& circa Rhegiũ altera amiſſis. Locrẽ D
ſes poſt naualẽ pugnã pro uictis Rhegino agro abſceſſere,nec uictor Athenienſis interim qe
uit,ſed Syracuſanos Meſſanã ſe recipientes,territãdo,laceſſendoqꝫ (trahebanť em̃ funibꝰ ſecꝰ
littus ſiculæ naues) tota ora infeſtos habuere,inde Camarinã cõtenderũt,ꝗ per Archiam quẽ
dã Syracuſanis ꝓditũ iri ĩdicio cognouerãt. Et Mamertini populariter Naxũ adorti prio agrũ
populanť,inde oppidũ oppugnare aggreſſi à Naxijs mõtanoꝝ auxilio fretis,eruptione ex op
pido repente facta,cũ multa cæde fuſi fugatiqꝫ,ad mille hoĩm amiſere. Scd̃m eã cladẽ Syracu
ſani,& ſocij claſſem à Meſſana abduxerũt,ꝗ occaſionẽ Leontini et Athenieſes adepti,terra ma
riqꝫ oppidũ ſunt oppugnatione adorti. Leontini qui à terra rem gerebant,ſubita Mamertino
rũ eruptione uicti,aperte fugã circunſpectare,ſuo ſociorũqꝫ periculo cõmoti,Athenienſes è na
Mamertini uincuntur. uibus in littus deſiliunt,Mamertinoſqꝫ ſucceſſu exultantes primo ſiſtunt,inde in fugã uerſos
trepide in urbẽ compellunt. Sed dum hæc in Sicilia geruntur,circa Pylum qui in inſula erant
ad poſtremum inedia confecti eſſent,niſi libertate ſeruis propoſita,noctu ſecundo uento,qui
dam ex proximo littore paruis nauigijs eo nonnihil eſculenti inuexiſſent. Sed res ipſa haud
Vrinatorũ facinus. diu latuit Athenienſes,quod fieri quum attentiore ſtatione inhibuiſſent,urinatores in inſulã
miſſi,qui ſub aquas nando utres cum papauere mellito,& cannabis ſemine contuſo ſubacto-
que,funiculis traherent. Tenuit obſidio illa dies ferme ſeptuaginta,poſtremo Cleon, qui tur-
bandæ pacis autor fuerat,prouincia expugnandæ inſulæ in Niciæ inuidiam cum quo aper-
tas in repub.adminiſtranda exercebat ſimultates,ſibi deſumpta. Demoſthene ad id negociũ
ſibi collega aſſumpto,occulte inſulam ingreſſus,atqꝫ ea parte qua ſyluoſa erat incenſa,Lacedę
Lacedæm. opprimuntur. monios undiqꝫ armis circumuentos,Epitida & Hippagreto ducibus cum centum & amplius
in pugna interfectis,cæteros deditos Athenas captiuos perduxit,qui numeto paulominus tre
centi fuere. Res intra.xx.dies acta,quod negocium Cleon Athenis profecturus maiore euẽ-
tu quam fide,futurum populo repromiſerat. Peloponnenſes ſpe Pyli recipiendi abiecta, ſolu
ta obſidione domum conceſſere,& Pylum Athenienſes per ocium,opere & armis adhuc uali-
dus firmarunt,quo ex Naupacto quoqꝫ Meſſenij,ſuos uelut in patriam miſerunt. Eadẽ æſta-
te.LXX.Athenienſium naues,quæ circa Pylum fuerant,Niciæ ductu,circa Corinthiacum ſi-
num,So

A num Soligiam caſtellũ intra terram adortæ,capere nequiuerunt. Vtrinq; circa oppidum uarie pugnatum,demum Athenienſes lectis hoſtium ſpolijs,ſe ad naues pauciſſimis prælio amiſſis receperunt,inde digreſſi Crommionis Corinthiorum oppidi agrũ populati,in quo Methonem inter Epidaurum & Trœzenem ſitam occupant,muroq; circũdant,p̃ſidioq; ibi ad Trœzenios & Epidaurios infeſtandos impoſito,in Atticam curſum tenuerunt.

Athenienſ. Methonem muniunt.

# ENNEADIS III. LIBER VII.

EXIERAT iam eius anni æſtas,quum Eurymedon,& Sophocles è Pylo in inſulam quo primum curſum intenderant,cum claſſe ſunt profecti qui Corcyram aduecti,in oppidanorũ gratiam exules,qui Iſthonẽ montem inſederant, ſubito adorti, ea conditione in fidẽ receperũt,ut traditis armis in Ptychia inſula,tãdiu ſub cuſtodia eẽnt,quoad Atheniẽſis populus de exulibus,q̃d fieri placeret,ſuffragio decreuiſſet:interim fides uiolari uideret,ſiquis inde moliretur fugã. Corcyrenſes ueriti nequid Athenis mitius de exulib⁹ ſtatueretur,ſubornant qui eos occulte adirent,ibiq; uelut hoſpitali iure impulſi,monerent, ut fuga ſibi ſalutem quærerent,compertum habere ſe Athenis latum ſuffragium , ut exules qui in Ptychia inſula ſub cuſtodia eſſent, Corcyrenſibus ad ſupplicium dederentur. Res in tanta animorum conſternatione credita eſt,nauigiumq; temere adepti,quum cuſtodia elapſi,naui in altũ abijſſent,ab ijs qui ad hoc ipſum præmiſſi fuerant intercepti,ab Athenienſium ducibus nullo alio ex urbe decreto expectato,Corcyrenſi populo quia fidem uiolaſſent,ad necem deduntur,ædificio quodam incluſi,ad inimicorum libitum,ſub cuſtodia non ſinguli,ſed deni uiceniue ad ſupplicium educti,cum multa exprobratione fœde trucidati ſunt,præter paucos qui uel cruoris ſatietate,uel quia non tanta inuidia,ut cæteri eminebant,ſine cuſtodia intus relicti,ædificium priuſquam animaduerteret quiſquam interiore parte occluſerunt, inde Athe-B nienſium fidem fruſtra implorantes,in ſe maiora adhuc multitudinis odia iritarunt,tum conſcenſo ab ijs qui ad eorum cædem miſſi ſunt,cuſtodiæ faſtigio, tegulis atq; alijs omnifariam telis ſuperne deiectis,uelut ruina quadam obruti ſunt. Eorum quidam ne uiui caperentur,ſpicula & ſagittas in ſe miſſas,iugulo admouerunt. Alij reſtibus,quas ex ſuis ueſtibus fecerant, ſuſpendio mortem præoccuparunt. Atq; hunc Corcyrenſiũ diſcordiæ exitũ habuerũt. Athenienſium claſſis,poſt exulum cædem,continuo in Siciliam abijt,& qui ad Naupactum præſidio erant,iunctis Acarnanibus,Anactorium Corinthiorum oppidũ, in Ambracij ſinus ora occuparunt. Hoc anno q ſeptimus Peloponneſiaci belli fuit,Artaxerxes Xerxis filius,ut Thucydides ſcribit,uita deceſſit. Euſebius anno ferme uigeſimo poſt id accidiſſe ait,tam in re non ignobili duo clariſſimi inter ſe ſcriptores uariant,quibus ne in ipſa quidem Heracliæ conditione,multum ut uideo,conuenit,quum octo circiter annos ille prius quam hic, eam à Lacedæmonijs conditam ſit autor. Euſebius in hæc tempora Bachilidem poetam reponit,& Thucididem Athenienſem,quem in hiſtorijs ſequimur,Eupolidem & Ariſtophanem ueteris comœdiæ autores. Celebrat & Platonis ortum quem in primos Peloponneſiaci belli annos ait incidiſſe. Cuius octauo ineunte anno Mitylenæi & Lesbij exules,Rheteum quod Athenienſes tenebant,ex improuiſo occuparunt,nec ita multo poſt illæſum reſtituerunt. Inde Antandrum proditione obtinuere. Noui huius motus exulibus Lesbijs prætextus fuit,earum urbium in libertatem uindicandarum, , quarum incolæ Mitylenæi eſſent,ſed Antandri poti⁹ opportunitatem ſecuti,id feciſſe creduntur. Ida ſylua oppido imminebat,materiaq; ad naualem fabricam in expedito erat,ut claſſe ibi inſtructa Lesbum inſulam,unde Athenienſium armis fuerant eiecti, ex occaſione infeſtarent. Hæcq; illi ſtudio moliri. Athenienſes interim maioribus rebus intenti. LX. nauiũ claſſe,duce Nicia Nicerati filio Cythera Inſulã Laconicæ oræ Maleam uerſus oppoſitam ſubito appulſu inuaſerunt,Scandeamq; urbem in ea maritimam,ſine ullo maiore certamine occupant. Curſu deinde auerſi ad ea inſulæ loca,quæ contra Maleæ promontorium iacent,Cythereos prælio uictos deditoſq; ea conditione,ut citra caput mulctarentur,quia Lacedæmonij eſſent,alio tranſtulerunt. Præſidioq; Cytheris & Scandeæ impoſito,circa Aſinam & Helos in terram egreſſi, ſeptem dies ſunt in hoſtico cum populatione

Corcyrenſium exulũ deditio.

Corcyrenſes exules necantur.

Hiſtoriæ uariatio.

Cythera.

euagati. Nec impune, cohorte una leuis armaturæ amiſſa, quæ prędandi ſtudio incautius pro
Thyrea. greſſa in hoſtium manus incidit, Nec ita multis interiectis diebus. Nicias Epidaurium agrum
magna clade affecit, unde in Thyream tranſgreſſus, terram inter Argiuos & Lacedæmonios
ambigui olim iuris, & quam aliquando bello quæſitam Lacedæmonij Æginitis incolendam
dederant, ueteris meriti hoſtimentum, quod ipſi horrendo motu terræ concuſſi præcipue fue
rant adiuti ab illis. Æginitæ relicto metu hoſtium, muro quem ad mare inſtruxerant, editio
Capitur. rem partem urbis retinere conſtituūt, non niſi ex occaſione quippiam moturi. Vrbs Thyrea ſi
ne maiore negocio capta diripitur, direptaq; incenditur. His per hunc modū geſtis, Nicias &
collegæ claſſem domū reduxerunt. In Sicilia per id tempus inducijs inter Gelenſes & Camari
nos primo initis, mox conuentu omnibus Siciliæ populis in Gelam indicto, Hermocrate Sy
racuſano ad pacē cohortante, bellum cōmuni conſenſu ſoluitur, rebuſq; inter ſe compoſitis,
pax ſecuta eſt, inſulæ ſtatu terra & mari pacato, Attica claſſis, cum ipſis ducibus domum eſt di
miſſa. Qui ubi Athenas uenerunt. Pythodorus & Sophocles exilio ſunt mulctati, Eurimedō
pecunia: inſimulati ꝙ per eos ſtetiſſet, quo minus Sicilia Athenienſibus ſubigeretur, quippe
qui muneribus corrupti, inſula abſceſſiſſent. Quæ publica animaduerſio palam fecit, quo con
ſilio Athenienſes in Siciliam ſub prætextu ſocietatis claſſem ab initio miſiſſent. Eadem æſtate
Athenienſ. Megarã occupant. Athenienſes Megaram proditione ceperūt, principes ciuitatis ueriti ne exules à populo in ur
bem reducerentur, quum iam eius rei mentio mota eſſet, ut gratiam apud Athenienſes præ
occuparent, eos in urbem acceperunt. Nec illi urbe ſolum potiti ſunt ſed & Nyſea, ubi nauale
erat Lacedæmoniorum, inde præſidio eiecto, occurrit eo trepidis nuncijs excitus Braſidas La
cedæmonius cum aliquot milibus hominum. Bœotij & ipſi præſto affuere, auxilium ijs q Ny
ſeam obtinebant, laturi. Cæterum ubi præſidio deceſſum uidere, omniaq; ab Athenienſibus
teneri, fruſtra tentatis Megarenſium animis, acie decertare conſtituunt. Athenienſes qui ſub
ipſum hoſtium acceſſum, ſtructa acie, iuxta Nyſeam conſtiterant, ubi hoſtem ad prælium ſeſe
expedire uident, intrepide manum cōſerunt. Fuit equeſtre prælium per aliquot horas, in quo
quum neuter equitatus alteri cederet, utriq; ſe ad ſuos recepere, neutro adhuc fortuna inclinã
te, ſtetit pedeſtris acies utrinq; per diem immota neutris prælium inchoare auſis. Athenienſi
Lacedæmonij Megarã recipiunt. bus inde in Nyſeam abeuntibus, Braſias in priſtinam ſtationem redijt. Megarenſium exules
neceſſarij, portas Braſidæ nocte quæ ſecuta eſt aperuerunt. Qui intra mœnia receptus, princi
Laconũ ſerui ſublati. pibus ciuitatis pro concione appellatis, compoſitiſq; Megarenſium rebus, in Peloponneſum
reuerſus eſt, exercitum inde in Thraciam deportaturus. Res mira accidit apud Lacedæmoni
os, in eo exercitu comparando, ubi publice eſt edictum, ut ſeruitia quæ eo bello de republica
ſibi merita uiderentur, ſeſe ab alijs ſecernerent, hi ad duo milia numero dicuntur, qui quũ co
ronati, uelut libertate donati deorum templa obiuiſſent, media luce ſubſtracti ſunt, nec cogni
tum poſtea aut auditum, quo genere mortis fuerint extincti. Thucydides eos publico conſilio
necatos credidit, quod ſeruitiorum manus ingens, poſt Pylum captam, cœperat uulgo ciuib.
eſſe ſuſpecta, ne quid ea temporum nouitate aduerſus rem publicam molirentur. Megarenſi
um principes qui Atticæ rei ſtudioſi habebantur, ab exulibus ſibi timentes, ſponte ciuitate
Chalcedon ceſſerunt, ad centum & amplius, qui fide accepta in urbem reuerſi ſunt ab exulibus & cæteris
aduerſæ factionis, ſunt ferro dediti. Sub id tempus Demodecus & Ariſtides qui erant cũ na
uibus in Helleſponto, Mitylenæis exulibus prælio uictis, Antandrum recepere. Horum colle
ga Lamachus cum. x. nauibus in pontum per id tempus penetrauerat. Cæterum Calecē flu
uiũ ꝗ perfluit Heracleenſem agrum temere ingreſſus, impetu aquarum ſuperne ruentiũ claſ
ſem amiſit: ipſe cum ſuis pedeſtri itinere, per Bithyniam Chalcedonem uenit, Megarenſium
coloniam, Braſidas interim Lacedæmonius, cum mille & ſeptingentis militibus, per Heracle
am Trachiniæ, & Theſſaliam, & radices Olympi, qui Macedoniæ eſt, & in Theſſaliam obuer
ſus, in Thraciam penetrauit, ad Athenienſium res in ea terra ſollicitãdas. Nec ille ſua ſpe fru
ſtratus, breui pleraq; loca partim uoluntaria deditione, partim metu, Athenienſibus ademit.
Braſidæ & Lacedæmoniorum conſilium eo ſpectabat, ut Athenienſes qui Pylum & Cythe
ra præſidio tenebant, à Peloponneſium rebus nouo bello auerterent. Primũ itaq; omniũ A
Acanthus canthum & Stagyrum utranq; Andriorum coloniam, ab Athenienſiũ ſocietate auertit. Hęc

ille ſub

ille ſub æſtatis exitũ in Thracia. Interim Athenienſes facta ſibi per Bœotios quoſdã ſpe (Orchomenij erant olim Miniei dicti, in Criſſeo ſinu) Cheroneę & Sypharũ partim proditione, partim uoluntate occupandarum, Demoſthenẽ ex Naupacto cũ nauib9 reuocant, claſſemq́ ex improuiſo iubent Syphas appellere, & Hippocratẽ ex Athenis terreſtri itinere eodẽ copias educere. Affuit aliquanto prior Demoſthenes, cuius appulſu confeſtim tota eſt Beotia tumultuatũ. Proditióeq́ interim patefacta, Hippocrates conſilio deſtitut9, tumultuario opere Apollinis cognomento Delij templũ cõmuniuit, ibiq́ pręſidio relicto, ipſe extra Bœotiã, in Oropię finibus fecit caſtra. Bœotij ambigentes an extra fines cum Hippocrate manũ conſererent, Pagundæ Thebani oratione confirmati, quum iam dies inclinaret, in hoſtẽ ſtructa acie ire contendunt. Erant Bœotij duodeuiginti milia, & in his mille equites peltati. Tenebant dextrũ cornu Thebani. Mediam aciem Aliartij, Coronei & Copenſes ſiniſtrum latus curabant. Theſpienſes, Tanagrei, & Orchomenij equites utrinq́ claudebant aciẽ. Erant Athenienſes graui armatura, nihilo hoſtib9 inferiores, quippe qui ad ſeptẽ milia in acie ſteterãt legitime inſtructi. Cætera multitudo longe minor, ac pene inermis. Hippocrates conflicturos milites obeundo ita hortari, ut diceret, breuẽ eſſe oportere ducis orationẽ apud ſtrenuos milites, immo ſupuacuã etiã, uerum in memoriã redigere ſe non iubere, ut nemo ſuorũ arbitraretur nefas eſſe, in aliena terra à ſe periculũ propulſare, quin ſcirent potius omnẽ belli ſummã uerti in eius pugnæ diſcrimine, futurumq́ ſi Bœotij eo prælio uincerẽtur, uti Lacedæmonij auxiliari equitatu, exuti, impares Athenienſibus deinceps forent. Adnitendũ igitur, ut una pugna, alienã ſibi terrã q̃rerent, ſuã periculo liberarent, atq́ ita efficere, ut uere gloriari poſſent, ꝙ patriã inter Græcas urbes imperio & uirtute longe principẽ haberent, digni ſuis maioribus qui Myronida duce, cadẽgente ad Oenophita ſuperata, totã Bœotiã aliquãdo domuerũt. Hæc Hippocrates hortabũdus, ad mediũ pene exercitũ in procinctu ſtantẽ peruenerat, quũ Bœotij Pagundę hortatu ex ſuperiore loco infeſti decurrunt. Athenienſes & ipſi intrepide curſu in hoſtẽ ferunt. Cõfligitur magnis utrinq́ animis acriſq́ pugna oritur, ita confertis manibus, ut ſeſe umbonib9 propellerent. Pepulerũt Athenienſes ſiniſtrum Bœotiorum cornu, ubi Theſpienſes pugnã ciebant qui loco ſubmoti ad ſuos in aduerſum cornu curſum intendũt, qua parte Athenienſes à Thebanis uicti, iam palã turbari cœperant, quin & à læua parte, qua nuper uicerant, duabus equitum turmis à Pagunda immiſſis, ut ſuis laborantibus auxilio eſſent, tumulo circũactis ex improuiſoq́ conſpectis, ea quoq́ parte nouus eſt terror repente iniectus. Athenienſes ſua ſpõte perculſi in fugam uertuntur, atq́ alij alio quo ſuo quiſq́ uel metu, uel ſpe trahebatur dilapſi, partim Oropũ, partim Deliũ, alij ad mare fugã intendunt: hi, præter littus ſunt Athenas reuerſi, ſed nihil æque ac nox uictis diſpalatiſq́ pfuit. Poſtridie qui in Deliũ ſe receperãt, Caduceatorem ad hoſtẽ mittunt poſtulatũ, ut more patrio ſibi cadauera eorum, qui in pugna cecidiſſent, reſtituerent. Negant Bœotij id ſe facturos, niſi ipſi prius excederent pręſidio, quod loco ſacro impij impie ſtatuiſſent. Athenienſibus id facere recuſantibus, paucis diebus cum toto exercitu ex Peloponnẽſiũ appendicibus præſidiũ Bœotij expugnant. Erat magna ex parte murus uitibus & lignis conſtructus, tellure ut in tumultuario opere interiecta, ad hunc ipſum flãmis conficiendũ talẽ Bœotij ſunt machinam cõmenti. Proceriſſimam antennam in tybiæ ſpeciẽ excauant, ferreis exterius annulis affabre compactam, in ſummo lebetẽ catenis appendũt, ferreoq́ ſuper illum ad inſufflandum roſtro, hanc curribus inuectam, ubi munitionibus admouere, grandibus antennæ follibus ea parte admotis, quæ maxime fuit hoſtibus auerſa, flatũ cient, qui acriter actus in ahenum ſulphure pruna & pice refertum, ingentem conciuit flãmã, corripuit illico ignis aridam materiem, qui quum iam late inualeſceret Athenienſes perculſi metu fugã capeſſunt, multi ferro oppreſſi, ducenti ferme capti ſunt, cætera multitudo conſcenſis nauibus, quæ in hunc uſum in proximo ſtabant, Athenas curſum contendunt. Perierunt Atheniẽſiũ grauis armaturæ in pugna ad mille & amplius, & in his Hippocrates dux, cæteræ multitudinis ingens numerus, Bœotiorum paulominus q̃ quingenti, & q̃d ſæpe euenire ſolet, ut clades cladi hæreat, Demoſthenes ſpe ad Syphas fruſtrat9, quũ in agrum Sycioniũ milites p̃datũ expoſuiſſet, ſubito Sycioniorum occurſu p̃datores excepti, cũ cęde multa ſũt ad naues reiecti. In Thracia q̃q́ p id tp̃s Braſidas Lacedæmoni9 Amphipolitanis Atheniẽſiũ colonis, ad Strymonem

Stagyrus.

Bœotiorũ acies.

Hippocratis hortatio

Athen. ſucceſſus.

Athen. fugiunt.

Bœotiorũ cõſilium in Delo oppido expugnando.

Variæ Athen.

Variæ athenien. clades



monem

Amphipolis conditores.

monē amnē bellū intulit. Eū locū olim Ariſtagoras Mileſius parū auſpicato munire adortus, ab Edonibꝰ eiectus, incœpto fruſtratus eſt, mox procedente tp̄e, Athenienſes eo. x. milia colonorū miſere, quibꝰ à Thracū gente ad Draueſcū interfectis, poſt aliquot annos, Agnonis Niciæ filij ductu, iterū coloni eo miſſi, urbē condidere. Amphipolim Braſidas proditionis ſpe nočtu adortus, primo pontē occupat, quo flumen tranſgreſſus, Amphipolitanos prius q̃ Athenienſiū naues adeſſent ad deditionē cõpulit. C

Defectio plurium urbium ab Athenienſibus.

Amphipolitanoꝝ defectionem ſecutæ ſunt aliæ pleręqꝫ ciuitates circa Athonſitæ, Tyſus, Cleone, Acroathos, Oloſicus, & Biſalticæ gētes, Creſtonicæ, & Edonū nonnulli uicatim agentes. Toronā inde Braſidas proditione occupat. Unde Athenienſiū p̄ſidiū eiectū ad Lechitū urbē maritimā in anguſtijs Iſthmi Traciæ Cherſoneſi ſe recepit. Tentauit Braſidas edicto ex Lechito Atheniēſes eijcere, teſtatꝰ id oppidū Chalcidenſiū eē, qui à Lacedæmonijs ſtarent. Cæteꝝ Athenienſibꝰ in præſidio perſeuerantibꝰ, biduo poſtq̃ Toronā receperat, Lechitū adortꝰ, turri lignea ingentiqꝫ machina adignē concitandū admotis, quū Athenienſes ea parte & ipſi multas aquę amphoras ſaxaqꝫ ligneis turribꝰ impoſuiſſent, turris una onere depreſſa, cum multa circumſtantium clade repente corruit, quo fragore & ſonitu territi, qui diuerſa parte murū tenebāt, rati oppidum ea parte ab hoſte captū, munitionibꝰ relictis, fugā ad mare intendunt. Id Lacon dux p̄ter ſpē intuitꝰ, illatis ſignis, ſubito oppidū irrupit, obtruncatqꝫ paſſim obuios, & in alios fuga diſpalatos militē immittit. Qui ad mare curſum occuparant, nauibꝰ q̃ ibi ad idip̄m paratæ erant conſcenſis, in Pallenē delati ſunt, Eratqꝫ iā octauꝰ p̄ſentis belli annus circūactus, quū Lacedæmonij & Atheniēſes uarijs cladibus affecti, inducias ſuo ſociorūqꝫ noie ſunt inter ſe pacti, ut rebus citro ultroqꝫ per legatos & caduceatores iactatis, aliqua ſoluendi belli iniretur ratio.

Scione Pallene.

Sed tantiſper dum de inducijs tranſigitur, Scione ab Athenienſibꝰ ad Braſidā defecit. Prędicabant Scionæi ſe ex Peloponeſo oriundos eē, ſuoſqꝫ maiores, quū à Troia reuerſi eā Pallenes orā nauigarent, tēpeſtate deiectos quo forte loco conſediſſent mœnia q̃ ipſi haberent ſtatuiſſe. Trahere itaqꝫ Athenēſes ad ſe Scionæos, ꝙ dicerent eos ineuntibꝰ inducijs ad Lacedæmonios defeciſſe. D Hi contra nouos ſibi ſocios uendicare, nec pati illos Athenienſibꝰ ad ſuppliciū dedi. Fit itaqꝫ Athenis decretū de Scione in Cleonis ſententiā, ut armis ea ciuitas ad imperiū retraheretur, & iam naues ad id ipſum expediebantur, quū & Menda ciuitas in Pallene Erithreoꝝ colonia ad Lacedęmonios defecit. Mendeſiorū defectione Athenienſes adhuc magis iritati, claſſem ad ultionem ſtudio ornant, rati nullis ſe amplius teneri inducijs. Braſidas liberos & omnē imbellē multitudinem Scionenſium & Mendeſiorum in Olynthum Chalcidicam ſub præſidio traduxit, Athenienſium impetum fortiter excepturus, eratqꝫ non parua expectatio noui belli. Interim Braſidas & Perdicas, qui iampridē in partibus erant, ad Lynciū aduerſus Arribeū, qui cū Perdica iā antea contractū bellū habebat, equeſtri prælio primo, mox & pedeſtri feliciter dimicāt. Habebat Perdicas in animo Arribei oppida inuadere, nec pati uictoriæ curſum frigeſcere, quum repente allatum eſt Illyrios, quos ille ſibi auxilio in horā expectabat, cum Arribeo ſentire, iunctiſqꝫ cū eo copijs breui affuturos. Qui circa Perdicā fuere, metu perculſi in ſuas urbes dilapſi, nočtu caſtra deſeruerunt. Braſidas quadrato agmine in pacatum abire conſtituit, leui armatura in medium accepta, ipſe cum lectiſſima trecentorū militum cohorte cogere agmen, ut Barbaros qui propinquare dicebant fortius exciperet,

Braſidæ hortatio.

Circuire ille ſuos hortatiqꝫ, ne animū ad Barbarorum nomen remitterēt, nec quia cum nouo hoſte res futura eſſet difficilius animo proponerent certamen, quando Barbarorum pleriqꝫ fuiſſent, quos illis ipſis diebus duplici pugna ſuperaſſent, eſſeqꝫ eius gentis ingenia primo congreſſu ferocia, & ad perterrendum hoſtem clamore & minis uaniſſima, ſed quæ mox conſerto prælio elangueſcerēt. Accedere illud, quod Lacedæmonios propria uirtute, non ſociorum præſentia ſtrenuos, & inuictos eſſe oporteret, meminiſſeqꝫ maiores ſuos nullo alio mō niſi uincendo potentiā adeptos. Hæc ille ſuis ſubijcere, ſimulqꝫ Barbaros iam horrifico in ſe clamore ruentes excipit. Inſtare illi ferociter ac ferrum intentare. Braſidas cum ſuis obeundo agmen, non ſolum uim arcere, ſed itineris etiā aliquid interim conficere. Ubi uero ad geminos colles uentum eſt, per quorum fauces erat euadēdum, eoſqꝫ ab hoſte teneri Braſidas cognouit, trecentos illos quos circa ſe habebat, celeri curſu in eos, qui alteꝝ iugum inſederāt, mittit, quorum feroci occurſu, Barbaris tumulo deiectis,

ſaltus

A ſaltus cæteris ad euadendũ eſt paratior factus. Tũ uero hoſtiũ impetu in horas magis magiſq̨
remittente, incolumis Lacon in pacatũ deceſſit. Peloponnenſiacus miles Perdicanis infenſus
à quibus medio fuerat periculo deſtitutus, paſſim iumenta, & deſertorũ uaſa diripuit, Quę res
effecit, ut Perdicas iam inde enixe operã dederit, ut Athenienſes ſecũ redirent in gratiã. Braſi/
das ex Macedonia reuerſus, quũ Toronã ueniſſet, Mendã ab hoſtibus receptã offendit. Athe
nienſes enim cũ claſſe nauium quinquaginta, Nicia & Nicoſtrato ducibus, poſt ſuum in Pal/
lenem appulſum, Mendam, magis oppidanorũ Peloponeſiaciq̨ p̃ſidij diſcordia, q̃ ui receptã
hoſtiliter diripuerant, ęgre à ciuiũ cæde fuerat temperatum autoribus defectionis ſupplicio af/
fectis, cæteris eſt Mendeſijs uenia data. Arcem quæ adhuc ab hoſte tenebatur Athenieſes mu
ro à mari ad mare (erat enim in iſthmo poſita) deducto, omni ſubſidio excluſerunt, ibiq̨ copi
arũ parte ad præſidiũ relicta, in Scionæos Nicias & Nicoſtratus mouere. Hi primo acceſſu ab [Perdicas]
hoſte circa muros prælio excepti ſtrenue uicerunt, erectoq̨ inibi tropheo caſtra locãt. Per eos [Athen. iun/]
dies Perdicas fœdus cum Athanienſibus ſanxit, Braſidæ odio à Lacedæmonijs alienatus, cui [gitur.]
ab atticis ducibus eſt negociũ datũ, ne per Theſſaliam tranſire pateretur Iſthagoram Laconẽ,
quem fama erat ex Lacedęmone cum nouis copijs profectũ, ut ſe cum Braſida iungeret. Athe
nienſes Scione muro concluſa, impoſitoq̨ præſidio Athenas cum claſſe, appetente iam hye/
me, reuerſi ſunt. Apud Argos æſtate qua hæc geſta ſunt, templũ Iunonis Chryſidis ſacerdotis
incuria deflagrauit. Fuit id templũ omniũ, quæ olim in Græcia ea tempeſtate erant, uetuſtate [Iunonis tẽ]
nobiliſſimũ. Romæ interea, aut certe non multo prius poſteriuſue, tribuni conſulari poteſtate [plum.]
fuerunt. Sp. Nautius, P. Lucretius Tricipitinus, & Menenius Agrippa, cognomento Lanatus, [Trib. conſ. pot.]
his rempub. domi adminiſtrantib⁹ (nã res foris pacatæ erant) ſeruitia urbem incendere deſti/
narunt, ciuitateq̨ p̃ſenti clade occupata Capitoliũ & arcem inuadere. Coniuratione ad tribu/
nos indicio delata, ſumptũ eſt de ſontibus ſuppliciũ. Libertas & dena milia grauis æris, quæ tũ
diuitiæ habebantur, indicibus data. Ab Tuſculo inde legati nunciarunt, quũ iam Tribuni cõ/ [Trib. conſ.]
B ſulares eſſent, L. Sergius Fidenas, M. Papyrius Mugilanus & Seruilius, Labicanos quorum [pot.]
fides iam antea ciuitati ſuſpecta fuerat, quod dicerent̃ cum Veientanis occulta conſilia com/
municare, aperte arma cepiſſe, & cum Equorum exercitu Tuſculanum agrum populatos
caſtra in Algido feciſſe. Bellũ eſt Labicanis indictum, decretũq̨ ut duo tribuni ad bellum exi
rent, tertius ad præſidiũ urbis remaneret Quod negociũ quũ æque oẽs ut ignobile faſtidirent,
ambitioſeq̨ bellicã p̃uinciam ſinguli ad ſe traherent, nec alius alij ceſſurus uideretur, tum Q.
Seruilius Seruilij pater, quando, inquit, uos neq̨ ordinis huius, neq̨ reipublicæ nulla mouet [Seruilij pru]
uerecũdia, filius meus urbi extra ſortẽ pręerit, utinã illi qui tã ambitioſe bellũ appetũt, id cõcor [dentia.]
dius cõſideratiuſq̨ quã cupiũt adminiſtrẽt. Quaſi diuinaſſet Seruilius, ſic accidit, ut Sergius
& Papyrius ad hoſtẽ profecti, certamẽ ſecũ ex urbe delatũ non ſolũ non remiſerint, ubi eſt bel
lũ adminiſtrari cœptum, ſed pertinacior uterq̨ fact⁹, imperiũ ad ſe trahere, uterq̨ ſuum conſi
lium, ſuã ſententiam priorẽ uelle: donec legatis eam animorum intẽperiẽ caſtigãtibus iter eos [Tribunorũ]
cõparatũ eſt, ut alternis diebus imp̃itarẽt, quod ubi Romã nũciatũ eſt, Q. Seruili⁹, hõ magna [diſcordia.]
experiẽtia, precat⁹ dicit̃ deos, ne præſens tribunorũ diſcordia funeſtior eẽt patriæ, q̃ ad Veios
non multo antea fuiſſet. Tum uelut clade haud dubia imminẽte filiũ monuit, ut militẽ ſcribe
ret, quẽ ad futuros caſus paratiſſimum haberet. Nec falſus ille uates fuit: enĩuero, L. Sergij du
ctu Rõanæ legiones hoſtiũ caſtris, metũ illis de induſtria ſimulãtibus, temere admotæ, ſubita
eruptiõe facta cũ ſtrage & ruina p̱ decliuia mõtis primo actæ, fœda deinde fuga ac multa cęde [Vincuntur]
in caſtra cõpulſæ. Vix eo die à uallo hoſtis eſt repulſus. Poſtridie uero ubi primũ caſtra ſũt ite [Romanæ le]
rũ oppugnari cœpta, turpi fuga ſunt à milite deſtitura. Tribuni legatiq̨ Tuſculũ cũ ijs, q̃ circa [giones.]
ſigna ſteterant, cõceſſerũt, cætera multitudo diſſipata, quo ſuus queq̨ metus tulit, alij alio fu
ga abierũt. Tã fœdæ cladis nũcius, ut antea expectat⁹, haud perinde ciuitatẽ affecit, ac ſi quis
tumultus eſt ex ea re ortus, Seruilij Tribuni iuſſu per mĩores eſt magiſtratus compreſſus, q̃
ſedato patrũ decreto Seruili⁹ Tribun⁹ Dictatorẽ dicere iuſſ⁹, Q. Seruiliũ p̃rem ſuũ uirũ, cui⁹
prudẽtia uarijs reipublicæ tẽpeſtatibus fuerat ciuitas ſemper feliciter uſa, dixit, à quo ipſe ma/
giſter equitũ eſt dictus. Quidã Seruiliũ Halã magiſtrũ equitũ tradidere, Hoſtes ob rem bene
geſtã negligentius prælium iniuerunt. Dictator eorum anteſignanos equite immiſſo primo
fudit,

fudit inde legionũ ſigna inferri iuſſit,quod quũ ſegnius fieret,ab eo ſignifer eſt ferro confoſſꝰ,
nec hoſtes Romani militis impetũ tulere,fuſi fugatiq; ſunt,eoꝝ caſtra direpta,legiões inde La C
Equorũ fuga & cædes bicos admotæ,quo Equoꝝ pars magna confugerat.Hic oppidũ corona cinctum,ſcaliſq; mu/
ro admotis,haud multo maiore negocio q̃ acie hoſtes uicti fuerant, captũ diripitur. Dictator
exercitu Romã reducto,octauo die q̃ magiſtratũ inierat,poteſtate abijt.Coloni mille & qn/
genti Labicos miſſi.Biẽnio inde foris pax fuit.Priore anno Agrippa Menenio Lanato P.Lu
cretio Tticipitino & Sp.Rutilio Craſſo Tribunis.Sequẽti,M.Papyrio,Sp.Nautio & Au.Sẽ
Agratiæ leges. pronio,Domi agrariæ legis autores,Sp.Mecilius & Metilius Tribuni plebis recens patribus
certamen iniecere,promulgata lege,ut quicquid agroꝝ ubiq; quæſitũ eẽt,id populo diuideret,
quã legẽ ſi plebs ſciuiſſet,oẽs nobiliũ fortunæ in publicũ redigebantur. Cæteꝝ ſex Tribunorũ
interceſſione,quos ſenatus Ap.Claudij ſenatoꝝ natu minimi monitu ſubornatos, Tribuni/
tijs actionibꝰ obiecit(erat ille legũ latoris Appij nepos)qui domeſtico conſilio in curiã delato,
autor fuit,ut cæteri Tribuni blande à principibus patrũ appellati,rem ſua interceſſione diſcuſ/
ſerint.Iactati ſunt proinde Tribuni in cõcione populi ab autoribus legis, plebiſq; proditores
appellati,nobiliũ ſatellites.Fuiſſet deinceps cũ Veientibus bellatũ,P.Cornelio Caſſo, M.Va
lerio Potito,T.Quintio Cincinato,Gn.Martio,& Q.Fabio Vibulano Tribunis conſulari po
teſtate,niſi Tyberis inundatio,qui ſuper ripas effuſus,cũ multa uillarũ clade per agros euaga/
Trib.conſ. poteſtate. tus,Senatui decernendi eo anno belli religionẽ inieciſſet.Ab Equis excurſiones in Labicanũ
agꝝ factæ,&oppidũ nouis colonis ademptũ.Volas ſequenti anno colonia miſſa eſt,Tribunis
cõſulari poteſtate,Gn.Cornelio Coſſo,L.Valerio Potito,Q.Fabio Vibulano, & M.Poſthu
mio Regillenſi.Hi bellũ in Volſcos geſſere,ut ſuo poſtea loco memorabitur.Nũc ne res Græ/
ciæ nimiũ interpolẽtur,ſintq; propterea longe retro repetendę,eo recurrat hiſtoriæ explicatio.
Delij inſula eijciuntur. Athenienſes,decimo Peloponneſiaci belli anno,ueteres incolas ex Delo inſula exegerunt,eos
paꝝ caſtos rati ad ea ſacra peragenda.Qui inde eiecti ſunt Adramytteũ in Aſia tenuerũt.Sub
id tempus Attica claſſis.xxx.nauiũ,Cleonis ductu,in Thraciã miſſa,Scionẽ iam antea rece D
ptã primo applicuit.Ibi Tleon certior factus Toronã modico præſidio teneri,agereq; inde p/
cul Braſidã cũ robore copiaꝝ,in Colophonioꝝ portũ,paꝝ à Torona diſtantẽ,nauigauit inde
x.nauibꝰ miſſis,quæ portũ occuparent,ſi per occaſionem liceret,claſſiarij in urbẽ irrũperent,
ipſe cum pedeſtribus copijs auerſa parte Toronam adortus,munitiones,quas Braſidas circa
ueterẽ murum excitarat,ſubito inuaſit.Paſſitelidas Lacedæmonius,qui urbi præſidio erat,ad
tuendum locum ferociter occurrit,ibiq; prelio inito,data eſt claſſiarijs occaſio urbis à portu oc
Cleon Toronã ui capit. cupandæ.Tum Paſſitelidas ancipiti metu conſtitutus,in urbem ſe recipere conatus, irrũpen/
tibus per refractum murum Athenienſibus,atq; à tergo urgentibus,& qui iam urbem à por/
tu ceperant à fronte occurſantibus,præſidiarij & Toronæorum multi in medio cæſi ſunt.Lacõ
uiuus eſt captus.Oppidanorum captiuam multitudinem uictor hoſtis in ſeruitutem redegit.
Siculorum diſcordiæ. Hæc Cleon in Thracia,quũ Pheax Heraſiſtrati filius,cum duobus collegis ab Athenienſibꝰ
pro legato in Italiam & Siciliam eſt miſſus.Leontini poſt Atticæ claſſis digreſſum domeſtica
fuerant ſeditione iactati.Plebs in animo habebat Leontinũ agrũ uiritim diuidere,quod opti/
mates ueriti,accitis Syracuſanis plebem ex urbe expulerant.Extorris multitudo paſſim errãs
uarie eſt diſtracta.Multi Syracuſas contendere.Alij in agris,ſine duce,ſine conſilio uagati.O/
ptimatum pleriq; ea iniuria offenſi(nam non omnes plebem eiectam uolebant) in Aldõ &
Phoces,Leontini agri loca,ex urbe demigrarũt,ad quos plebeioꝝ concurſus undiq; ingẽs eſt
factus,atq; ex his locis extorris manus urbẽ infeſtare.Is Leontinoꝝ motus cauſam Athenien
ſibus p̃buit in Siciliã mittendi,q cũ ueteribus ſocijs agerent,ut ſumptis armis quoquo modo
Italiæ ciuitates ab Athen. tentantur. poſſent,Leontinos à Syracuſanoꝝ potentia liberarent.Pheax itaq; ad id miſſus, Camarine/
os & Agrigẽtinos ad res nouas ſollicitauit,hortatus eſt & Catinenſes in reditu,& Bricinianos.
Habuit & cũ ciuitatibus Italiæ quibuſdã ſermonẽ de ſocietate cũ Athenienſibꝰ iungenda.Et
hæc Pheax in Sicilia & Italia.Cleõ interim Torona recepta nauigauit Amphipoli uerſꝰ.Sta
gyrũq; Andrioꝝ coloniã ſubito adortꝰ,expugnare nõ potuit.Expugnauit tñ Galepſios haud
p̄cul inde,Thaſiorũ colonos,Mox ad Perdicã mittit,& ad Pollẽ Odomantorum regẽ,ut ipſe
quoq; cum Thracibꝰ mercede conductis ad ſe ueniret.Ipſe Eione ſubſedit ſociorum aduentũ
operiens

A operiens. Braſidas quũ hæc ab hoſtibus parari reſciuiſſet, Cerdilũ, qui locus eſt trans Argilio/
rum flumen, haud procul ab Amphipoli, occupat, inde attente obſeruans, quæ in Amphipo
lim à Cleone pararentur. Habebat Braſidas penes ſe ad mille peditum, totidẽq; Amphipoli
ad præſidium cum Clearida reliquerat. Grauari interim Athenienſes Cleonis cũctationem,
quippe qui inuiti ab initio fuerant eum ſecuti. Quod ſentiens ille ſtatuit Amphipolim tenta
ri priuſq̃ ſocij adeſſent, copijſq; ex Eione eductis collẽ Amphipoli eminentem occupat, inde Cleonis cõ/ſilium.
per ociũ ſitum urbis contemplari. Braſidas, quẽ nulli hoſtiũ motus latebant, & ipſe occulte ur/
bem ingreſſus, ubi Athenienſes uidit negligentius conſiſtere, ac pene ſolutis ordinibus in ur/
bis admiratione defixos ſtare, eos ſubita eruptione inuadere conſtituit, ſuorumq; cõcione ad/
uocata, ità eſt milites allocutus. Quoniã uiri Peloponnenſes in ea terra nati eſtis, quæ ſua uir/ Oratio Braſidæ ad mi/lites.
tute ſemper fuit libera, eſtiſq; (quũ Dores ſitis) cõtra Iones dimicaturi, cum quibus prælio con
greſſi ſemper uiciſtis, ſatis duxi ſine alia hortatione uobis, quid in animo habeã, aperire. Iam/
dudum meditor in ocioſum hoſtẽ impetũ facere, quippe qui quantũ coniectura aſſequor, cõ/
temptu noſtri, quos non putat ad pugnã proceſſuros, locũ conſcendit, & nunc ad ſpectaculũ
conuerſus nullo ordine ſecurus agit. Hæc hoſtiũ errata ſi quis diligenter obſeruat, ex illiſq; oc
caſionẽ arripit, rem gerit plerumq; feliciter: atq; hæc belli furta ſępius honeſtiſſimã uictoriã pa
riunt, per quæ aliquis hoſtẽ ludificatus ſummo amicos afficit cõmodo, hoſtes ignominia & de
trimento. His demũ gradibus ſæpi⁹ q̃ aperta ui uincitur. Dũ ergo imparati ſunt, dũ abeundi
potius quam manendi, quantũ conijcere uideor, eſt illis animus, dũ anceps adhuc conſiliũ, pri
uſquã certi aliquid ſtatuant, cũ ijs quos mecũ duxi, improuiſus odoriar, ac quantũ adniti pote/
ro, in mediũ eorũ perrũpã agmen. Tu Clearida, ubi impreſſionẽ factã uideris, patefactis repẽ/
te portis, cũ Amphipolitanis in eos noſtra impreſſione turbatos impetũ facias, annitereq; ut
q̃ primũ te turbato agmini miſceas, ſic em̃ futuꝝ ſpero, ut ſubito terrore perculſi ad fugã incli
nent, multo enim terribiliores ſunt hoſtib⁹, qui pugnæ interueniunt, q̃ ij cũ quib⁹ iamdudũ
B prælĩu ſit cõſertũ. Et quod ad te Clearida attinet, fac (ut Spartiatã uiꝝ decet) hodie inuicto ani
mo dimices. Vos amphipolitani exiſtimate id demũ eẽ bene pugnare, ſi quis uĩcere in animũ
inducat, ignominiã reformidet, duci pareat, hodiernoq; die alteꝝ futuꝝ arbitramini, ut aut ꝑ
petuo liberi ſitis, ſi egregie dimicabitis, Lacedæmoniorũq; ſocij uocemini: aut uicti Athenien/
ſiũ ſerui, duriore etiã q̃ antea conditione, cæteriſq; Gręcis quo min⁹ liberi fiant impedimento
futuri. Sed cur nõ ſtrenui eẽ debeatis, quũ ſciatis quantis de reb⁹ ſit hodie futuꝝ certamẽ: Ipſe
ut de me pauca dicã, facile oſtendã, nõ meli⁹ poſſe me extra p̃liũ meos ad rẽ bene gerẽdã hor/ Peroratio.
tari, q̃ inter hoſtes ubi gerenda res eſt fortiter uerſari. His ille ſuos hortat⁹. Cæterũ dũ circa por Cleonis cõ/
tas milites ad irrũpendũ diſponit, Cleon qui urbẽ oculis ſubiecta habebat, ſuſpicatus ex ijs q̃ ſilium.
in urbe cũ trepidatiõe parabant, hoſtes ſe ad ſubitã eruptionẽ expedire, q̃a in animo habebat
non pri⁹ in certamẽ deſcendere, q̃ Perdicas & cætera auxilia adeſſẽt, iubet ſuos ſtatim uaſa col
ligere, atq; Eionẽ proficiſci, & iã ſiniſtrũ cornu iter intenderat, quũ id ſegni⁹ Cleon fieri cõſpi/
catus continuo & dextrũ explicat, qua re animaduerſa, nihil ampli⁹ cunctat⁹ Braſidas occulti
ore uia in hoſtẽ inuectus, mediũ Athenienſiũ agmen, ſua ſponte turbatũ cũ clamore inuadit.
Reſtitere nõ nihil Athenienſes dũ ſeſe ad fugã expedire nequnt. Interim & Clearidas diuerſa
parte cũ ſuis illat⁹ nõ ſolũ terrorẽ auxit, ſed aptã etiã fecit fugã. Ibi Braſidas feroci⁹ in hoſtes in Athen. uin/
uectus ſauci⁹ concidit, qui à ſuis ſubtract⁹ in urbẽ delat⁹ eſt: ꝓfuit ea res nihil Athenienſibus, cuntur.
neq; em̃ ipſi cadentẽ ſenſerunt, neq; hoſtes duce ſpoliati ab inchoata uictoria deſtitere, q̃n for Braſidas. moritur.
ti⁹ inſtando Atheniẽſes cũ multa cæde ad Eionẽ uſq; ſunt ꝓſecuti, quo pauci incolumes eua/
ſere. Cæteri partim cęſi, & in his Cleõ cui⁹ imperiũ erat, ꝑtim capti ſunt. Sẽſit Braſidas adhuc
ſpirãs ſe uiciſſe, nec ibi multo poſt dolore uulneris expirauit, ſecũ q̃ſitę uictorię gaudiũ ferens,
cui Amphipolitani haud monumentũ ſolũ, ſed ut Heroi fanũ etiã dedicarũt, coloniaq; ipſi⁹
nomini iſcripta, oĩ Agnonis q̃ colonos deduxerat, memoria abolita. Cecidere eo die ex Athe
niẽſib⁹ ſexcẽti, ex hoſtib⁹ ſeptẽ nec ampli⁹. Haud em̃ fuit iuſtũ præliũ, ſed alteri⁹ partis fuga.
Scd̃m eã cladẽ Atheniẽſiũ claſſis in Atticã reuerſa eſt, & nõgẽti Lacedæmonij, q̃ in ſupplemẽ
tũ ex Pelopõneſo miſſi Heracleã ꝓceſſerãt, audita pugna ad Amphipolim cõmiſſa, tentarunt
ꝑ Theſſaliã trãſire in Thraciã, ſuntq; ad Pieriũ uſq; Theſſalię mõtẽ ꝓgreſſi, ibi à Theſſalis ul
terius

terius ire prohibiti, in Peloponneſum retro abierunt. Athenienſes duplici clade paucis menſibus, affecti ad Deliũ una, & recentiore altera ad Amphipolim, belliꝗ diuturnitate feſſi, aliquãto propenſius quã antea ad pacẽ inclinarunt. Lacedæmonios autẽ iam inde à Pylo & Cytheris amiſſis pacis cupido inceſſerat. Inſtabat adhæc induciaꝝ exitꝰ, quas cũ Argiuis in triginta annos pactas habebant, qbus hoſtibꝰ ſuper Atticũ bellũ accedentibus, uehementer dubitare ne impares utriſꝗ futuri eẽnt. Animis itaꝗ utriꝗ ad cõcordiã ĩclinãtibus, reliquũ hyemis illiꝰ poſthabita omni rei bellicæ cura, ſoluendi belli eſt ſtudio impenſum. Rebꝰ citro ultroꝗ iactatis, ita demũ inter eos cõparatũ, ut Athenienſes & Lacedæmonij captiuos, & loca bello capta, utriꝗ alteris reſtituentes, in L annos fœdꝰ ſancirent, ꝗ ſocietatẽ inter ſe firmarent. Eſtꝗ id fœdus ſecutũ decimo anno Peloponneſiaci belli exacto, fuitꝗ deinceps pax inter eos ſuſpecta, parũꝗ fida ſocietas, Corinthijs & ſocioꝝ quibuſdã omnia turbantibꝰ, donec decimo poſt anno ad arma ex profeſſo utriꝗ rediere. Nã Corinthij ægre ferentes, ꝗ Anactoriũ & loca, q̃ bello amiſiſſent, nõ eẽnt à ſe recepta, ꝗ in ſocietate ineunda tm̃ Lacedęmonioꝝ mentio, nõ ſociorũ facta eẽt, uelut Peloponneſi regnũ Spartiatæ affectarent, eos apud cæteros Pelopõneſiacæ terræ populos criminari, inuitareꝗ ad fœdꝰ ſecũ, & cũ Argiuis ſanciendũ, q̊d quũ ipſi feciſſet, quædã ciuitates nec adeo multæ, Corinthioꝝ ſtudiũ ſecutæ, Argiuis ſe iunxere, & in his Mantinei, qui Lacedæmonijs inuitis, quædã in Arcadia occuparant, futuꝝ rati, ut cõpoſita cũ Athenienſibꝰ pace, ſtatim Lacedęmonij eẽnt ea armis, uindicaturi. Nec illi fruſtra ea timere, ſiquidẽ Spartiatæ æſtate illa, quæ ſecuta eſt, Pliſtoanacte Pauſaniæ filio duce, in Arcadiã irruperunt, Parrhaſijs opem laturi, qui Mantineis obnoxij, domeſtica ſeditione laborabãt, exciſuri adhęc murũ, quẽ Mantinei in Cypſelis ſtruxerãt. Cæteꝝ utrunꝗ ex ſententia adepti, haud multo poſt ſeſe domũ recepere. Inde cũ Lacedæmonij ſocietatem cũ Bœotijs iniuiſſent, excluſis Athenienſibus, quod ex fœdere fieri non licebat, Athenienſes Alcibiadis, Cliniæ filij, adhuc adoleſcentis perſuaſu, fœdus in centum annos cum Argiuis, Mantineis, & Eleis percuſſerunt. Inde orto inter Argiuos & Epidaurios bello, ob hoſtiam ab his ad Pithij Apollinis ſacra, de more, non redditam, aliquot utrorumꝗ ad alteros expeditiones, ſed obſcuræ parũꝗ memorabiles extitere, ut circa Nemeam ex alterius partis occaſione prælio cõmiſſo, ubi ex Phliaſijs, q cũ Corinthijs militabant, & Corinthij pro Epidaurijs, pleriꝗ occubuere. Et à Corinthijs Argiuoꝝ multi eodẽ loco interfecti. Inde quũ duo exercitus haud procul Lacedæmone in ꝓcinctu ſtarent, hinc Lacedæmonij Agidis regis ductu, Arcades, Bœotij, Corinthij, Sicyonij, Palenſes Phliaſii, & Megarenſes, inde Argiui Mantinei & Elei, Athẽñ. in horam expectabantur, eſſent, que aduerſe acies inter ſe concurſura: ducibus in colloquiũ progreſſis, in quatuor menſes inducias pepigere. Fuit ea res Agidi inuidiæ, quod bene pugnandi occaſione prætermiſſa, inducias, ne ſocijs quidẽ de re tanta appellatis, cum hoſte temere feciſſet. Nec Thraſylo Argiuorum duce minor, ex eodem fœdere, inuidia à ſuis conflata eſt, parum abfuit quin ob eam noxam, lapidibus ſit ſuorum incurſu interfectus. Sub acceſſum igitur Athenienſium, quia inducias ſemel initas uiolare noluerunt, Orchomenios bello in alium hoſtem auerſo, Argiui oppugnare ſunt adorti, quos nullo maiore negocio in partes traxere. Erant iam & Tegeatæ defecturi, niſi Lacedæmonij præſto affuiſſent, qui non ambiguos tãtũ ſocios, opportuno acceſſu tenuere, ſed in Mantineum agꝝ hoſtiliter ingreſſi lateꝗ terram populati, ante Phanũ Herculis metati ſunt caſtra, qua ſocioꝝ clade exciti Argiui, cũ Mantineis & Eleis & Athenienſibꝰ, haud ꝓcul ab hoſte loco edito conſedere, haud cunctãtius in aciẽ deſcenſuri, ſi pugnæ copia ab hoſte fieret. Agis q multa inter ſuos inuidia flagrabat ob inducias cũ Argiuis initas, indigus conſilij iamdudũ quid fieri oporteret, deliberabat: & ad infamiam diluendam iniuiſſet ante ſociorum acceſſum prælium, niſi ueterani unius uocem è concione emiſſam excepiſſet, meditari Agidẽ quonam modo malum malo adderet, qua uoce, uelut omine quodam territus, continuo copias ex hoſtium conſpectu abduxit. Poſtridie Argiui cum ſocijs hoſtem ſecuti, eorũ ueſtigijs inſtare: quos ubi Lacedæmonij ſenſerunt, & ipſi ſeſe ad prælium expediunt: ſocijſꝗ tumultuoſius in pugnam ruentibus, ipſi cunctantius & ad cantum tibiarum, tibicines eñ inter ipſos pleriꝗ lege interpoſiti erant, non rei diuinæ gratia, ſed ut ſedate per modulationem incederent, ne ſi inconſulte ꝓgrederentur in pugnã, ordo agminis perturbaret. Pulium primo ſiniſtrum

Atheniẽ. & Lacedæ. fœdus.

Corinthiorum & Argiuorum fœdus.

Agis rex.

Lacedæ. ad cantũ tibiarum eunt in prælium.

C

B

A Lacedæmonioꝝ cornu à Mantineis qui in dextero ſuorũ rem curabant, & ad Agidem uictor
hoſtis peruenerat, qui mediũ agmen tenebat, cũ ille CCC. uſus equitibus, non ſolũ rem ea par/
te inclinatam reſtituit, ſed hoſtẽ etiã multa ſtrage pepulit. Leuũ inde hoſtium cornu ubi Athe
nienſes erãt multa ui adortus, haud multo maiore negocio fudit. Ceciderũt ex Argiuis & ſo/
cijs ad mille & ducenti. Lacedæmonij, lectis hoſtiũ ſpolijs, tropheoq́; ibi conſtituto, domum
conceſſerũt, Carnea celebraturi: quam occaſionẽ Athenienſes, Elei, & Mantinei amplexi, Epi Carnea ſa/
daurũ expugnãt, expugnatũ mœnibus cingũt, ibiq́; Iunonis templũ in arcis uſum cõmuniũt, cra.
p̃ſidioq́; impoſito, Athenieſes in Atticã ſeſe recipiũt. Et hęc p̃ æſtatẽ geſta. Hyeme deinde ap/
petente, Lacedæmonij & Argiui in q̃nquaginta annos fœdus & ſocietatẽ iniuere, captiuis pri⁹ Lacedæ. & Argi. fœd⁹.
inter ſe reſtitutis, lociſq́; bello captis. Eſtq́; diſerte in fœdere exp̃ſſum, ne Athenienſiũ legatio,
Caduceatorue, ab illis audiretur, niſi hi pri⁹ quicq̃d in Peloponneſo tenerẽt dominis reſtituiſ/
ſent. Mantinei & ipſi cũ Lacedæmonijs fœdus p̃cuſſere. Miſerũt & ad Perdicã cõmuni nomi/
ne, qui eũ in fœdus reuocarẽt. Athenienſes iuſſi ex Epidauro p̃ſidiũ abducere, tanq̃ nihil id gra
uate p̃ſtituri, per Gymnici Agonis ſpeciem, cæteris, qui ibi una erant, excluſis, locũ retinere p̃ſe
uerarũt. Eratq́; hic Græcarum rerũ ſtatus, quũ quartuſdecimus ab eo, quo bellũ inter Spartia/
tas & Athenienſes fuerat inchoatũ, eſt circũact⁹ annus. Romæ per id tempus. Gn. Cornelius
Coſſus & collegæ, quos ſupra memoraui, Tribuni erant conſulari poteſtate, aut certe nõ mul/
to prius fuerant poſteàue futuri erãt. Hoꝝ Poſthumius exercitũ in Equos duxit, fractaq́; pau
cis leuioribus prælijs hoſtium ferocia, in Volas urbẽ ui irrupit: is primo conatu prædam mili Volæ oppi/
tis fore pronũciauit; mox capto oppido, ne q̃d à uictore exercitu tangeretur, certamine in ſuos dum.
uerſo, pertinaciter obſtitit. Alienauit ea res militum animos ab ipſo duce. Inde collegis eum in
urbem ad Tribunitias diſcordias coercendas reuocantibus, in concione uox eius audita ẽ, ma/
lũ militibus denunciantis, niſi à ſeditione quieſcerẽt. Hæc M. Sextio Tribuno pl. occaſio obla
ta eſt Poſthumi abſentis ad plebẽ criminandi, ſed maior omnino in caſtris ultio ſecuta eſt, or
B to inter milites fremitu, quũ forte ad tumultuantem quendam lictor miſſus ab ijs qui proxi/
me ſteterant uiolaretur, P. Seſtius quæſtor eo occurrit, is ſaxo ictus quũ turba excederet, Poſt/
humius homo uecordi ingenio, cæterum uiolata maieſtate adhuc magis iritatus, quũ ad ſup Dux ab exercitu lapi/
pliciũ quoſdam rapuiſſet, uexarentq́; interim lictores & centuriones multitudinem, eo milita/ datur.
ris indignatio euaſit, ut ducem ipſum lapidibus obruerit. Id atrox facinus poſtquàm eſt Ro/
mam nunciatum, Tribunis militum quæſtionem de morte collegæ decernentibus, contra ple
beijs Tribunis aduerſantibus, nouum inter ordiues, de comitijs, ortum eſt certamen: quo fa/
ctum ut res ad Interregnum redierit, obtinuerũt tamen patres, ut cõſules eo anno fierent, crea
tiq́; Au. Cornelius Coſſus, & L. Furius Medullinus. Poſthumianæ cædis quęſtio, uolente Conſules.
plebe conſulibus permiſſa, eſtq́; paucorum ſupplicio, qui ſibi mortem conſciuere, res tranſa/
cta. Furius legiones in Hernicos duxit, hoſteq́; non reperto, Ferentinũ, ubi Volſci eſſe dicebã
tur, progreſſus, oppidum priore nocte deſtitutũ, ſine certamine occupat. Ager Hernicis datus.
Licinius Tribunus plebis ſequenti anno, Q. Fabio ambuſto, & C. Furio Pacilo conſulib⁹, gẽ/ Conſules.
tile negociũ aggreſſus, agrarijs actionib⁹ cœperat urbanũ ociũ uexare, quũ peſtilentia magis
minax q̃ pernicioſa, ciuitatẽ inuaſit. Tum uero animis ciuium, eo metu à foro ad ſe & ſuos cu Conſules.
tandos auerſis, Tribunitia uis ſua ſponte paulatim remiſit. Fames inde ſecuta eſt, q̃ ſequẽtem
annũ P. Atratino & C. Nautio Rutilio conſulibus triſtiorem reddidit. Miſſi circa omnes po/
pulos legati, qui publice frumẽtum coẽmerent. Nullibi frumentatio infeſtior Romano fuit, q̃
apud Samnites, q tũ Capuã & Cumas tenebant. Ab his Romani prohibiti cõmercio, Siculã Conſules.
frumentationẽ ſecuti, conſuetã urbi annonam reſtituerunt. Erat iã periculo ciuitas defuncta,
quũ M. Æmylio, & P. Valerio Potito conſulibus, Equi in armis eſſe dicebãtur, multis Volſci
nominis priuatim ſuppetias ferentibus, & iam in Hernicũ Latinumq́; agrũ deſcenderant, quũ
Valerium conſulem delectum habentẽ, Menenius Trib. ple. agrariæ legis lator, impedire eſt
adortus. Ex iunioribus nemo citatus reſpondebat, Tribunitio auxilio fretus, quũ repẽte affer/
tur Caruentanam arcem ab hoſte occupatam, ea res Menenio inuidiæ fuit, & tribuni, qui in
gratiam patrum ſua erant ſponte interceſſuri, audaciores facti Menenio obuiam iuere. Duct⁹
itaq́; exercitus continuo eſt ad hoſtẽ, qui ſub primum conſulis acceſſum loco deceſſit: quicq̃d

 ibi p̃dæ

Ira exercit9 in Valeriũ.

ibi prædę eſt q̃ſitum, Valerius rebus uenditis Quæſtores iuſſit in ærariũ reponere, quo facto C
exercitũ ſua ſponte iratũ, in ſe dux ipſe iratiorẽ reddidit. Nec obſcure præ ſe tulit ſtudiũ ſuum
miles, qui illũ ouantem in urbẽ ſecutus, iocularibus carminibus, non ducem, ſed Meneniũ Tri
bunũ paſſim celebraret. Ea re inſtructi patres, ueriti, ne ſi tribuni conſulari poteſtate in ſeq̃n/
tẽ annũ crearentur, Menenius locũ obtineret, pro magno negocio habuerũt, conſularia comi
tia decernere, quibus poſtea conſules creati ſunt, Gn. Cornelius Coſſus & L. Furius Medulli/

Conſules.

nus. Nunq̃ aliâs plebs ægrius tulit Tribunitia comitia non ſibi credita, nec irã diu diſſimula/
uit ſuã q̃ proximis comitijs quæſtorijs, tris è plebe quæſtores creauit, quũ patricij ad id temp9
creari cõſueſſent. Qui è plebe primũ creati ſunt fuere, Q. Silius, P. Elius & P. Pipius, patriciorũ

Primi è ple/ be Quæſtó/ res.

uni C. Fabio Ambuſto loco ad dignitatem relicto. Eo ſucceſſu Trib. ple. erecti, magnum con/
ſulibus & ſenatui negociũ intendebant, ſumma ope annixi, ut in ſequentẽ annum Tribuni/
tia comitia haberentur: nemini dubiũ erat, plebem præſenti certamine iritatam, maiorem Tri/
bunorũ partẽ ſui corporis relaturam, eratq́ꝫ plebis cauſa tribunorum uiolentia ſuperior, quũ
ſubito nuncij affuere, hoſtes cæſo præſidio Caruentanam arcem iterũ occupaſſe. Tribuni fero
cius coorti omnem ſpem habendi delectus conſulibus adimunt, niſi prius ſenatuſconſultum
fieret, uti Tribuni conſulari poteſtate in ſequẽtem annũ crearentur, quod ipſum ea eſt condi/
tione conceſſum, ut nemini eorum, qui tum tribunus plebis eſſet, proximis comitijs petere lice
ret. Senatuſconſulto in eam ſententiã facto: conſules, delectu habito, ad bellum ambo ſunt p/
fecti, an alter Romę ad habenda comitia ſubſtiterit, parũ perſpicue traditur: ſatis conſtat, poſt
multos conatus, hoſtẽ ex Caruentana arce deijci nequiuiſſe, atq́ꝫ infecta re iude exercitum ab/
ductum, receptam tamen Verruginem populationesq́ꝫ in Equis & Volſcis factas multumq́ꝫ
ex hoſte prædæ Romam abactum. Romæ interim contra omnium expectationẽ, patricij om

Tri. cõ. po.

nes creati ſunt Tribuni conſulari poteſtate, C. Iulius Tullus, Gn. Cornelius Coſſus, C. Serui/
lius Hala, Fremere tũ id alij Tribuni ac fraude patrum id factũ prædicabant, quod plebei locũ
nõ tenuiſſent, quippe qui operam dediſſent, ut ſordidiſſimi dignioribus admixti peterẽt, quo D
rum tædio multitudo fraudis ignara in patricios ſua inclinaſſet ſuffragia. Et iam Volſci & Eq
in armis erãt, longeq́ꝫ maiore q̃ ſuperioribus annis apparatu, ſiue Verrugine priore anno in
Volſcis amiſſa iritati, ſiue ſucceſſu Caruentanæ arcis retentæ, bellum inſtruere, Placebat Sena
tui in tanta belli expectatione dictatorẽ dici. Contra Iulius & Cornelius negare ſe id laturos.
Patres Tribunos plebis appellant, qui pro poteſtate cogerent Tribunos militum Dictatorem

Tribuno/ rum ironia.

dicere, qñ eo inſolentiæ proceſſiſſent, ut Senatus dicto haud obedientes eſſent. Lætari eiuſmo
di certamine Tribuni, negareq́ꝫ in ſe eſſe auxilij quicquàm, qui non in ciuium, non deniq́ꝫ in
hominum numero haberentur. Cæterum tantũ ſe animaduerſuros, nequa ſenatuſconſulta
eſſent irrita, citra id unũ ſe nihil inteſtinæ patriciorum diſcordiæ interceſſuros: ſed quũ neq́ꝫ mo
dum neq́ꝫ finem præſenti altercationi collegæ facerent, Seruilius Hala aſſurgens pronũciauit,
q̃diu res quæ inſtabat dilationem pati uiſa eſſet, expectaſſe ſe, ut Iulius & Cornelius collegæ

Dictator.

ſui officij admoniti, in ſenatus autoritatem redirent. Verũ quia neq́ꝫ id facerent, neq́ꝫ p̃iculum
belli moram ullam ferret amplius, futurũ, ut ipſe proxima nocte dictatorẽ diceret, niſi ſpon/
rẽt, fore aiebat, ut alteꝝ duoꝝ populoꝝ q minꝰ uiribus polleret, ſuis fœderibꝰ ſemꝑ haberet ob
noxiũ, & quaſi miniſtrũ reꝝ in Græcia gerendarũ, multoq; cõmodiorem Athenienſiũ ſocieta/
tẽ regi, q̃ Lacedæmonioꝝ fore, quũ illi nõ de ſua tantũ, ſed de totiꝰ Græcię libertate dimicent,
nec laturi eſſent Gręcoꝝ quẽpiã ſeruire, ubi uictoriam adepti eſſent, ſcire ſe p̃terea Lacedęmo/
nios imperij in terra potiꝰ q̃ mari ꝓpagãdi eſſe cupidos, futurum qñq; ut ſibi Ionię orã, inui/
to rege, uindicaturi eſſent. Cõtra Athenienſes rei naualis magis ſtudioſos eſſe, nec libertati ut
illos fauere, ꝙ ſtudiũ ſemꝑ fuit regibus inimicũ. Hæc ille. & alia ſubijciẽdo eo ꝑpulit Tiſapher
nis animũ, ut à priſtina belli intentione auerſus, pronior ꝓpemodũ in Athenienſes, q̃ Spartia
tas eſſet. Quod ubi Attici duces qui Sami erant reſciuetũt, milites ad Alcibiadẽ, q Mileti erat, Alcibiadis poſtulata.
occulte mittũt, quem ꝓmiſſo in patriã reditu hortarent̃, ad Tiſapherñe ab hoſtibus alienan/
B dũ. Alcibiades redeũdi cupidus amicitiã regis & Tiſaphernis polliceri, ſi ipſe in patriam reſtitue
ret̃, & ſi populari ſtatuè ciuitate ſublato, Olygarchia induceret̃ Obſtitit Phrynicus Atticorum
ducũ unus Alcibiadis uolũtati, unde poſtea tantũ eſt illi inuidię cõflatũ, ut acſi cũ hoſtibꝰ ſen
titet, publica ſit adminiſtratione ſubmotus. Et Piſander Athenas eſt miſſus, qui ad populũ de
Alcibiadis poſtulatis ferret, Hic quoq; multi obnixe obſtiterũt, & in primis Alcibiadis inimici,
qui haud dubie uidebant eo in ciuitatẽ reſtituto, ſe incolumes eſſe nõ poſſe. Celebrare igitur il
li dãnationis cãm, ꝙ myſteria polluiſſet. Quapropter ut impius iudicatus, ciuitate fuiſſet eie/
ctus, diris etiam imprecationibus interpoſitis, ſiquis illi reditũ in patriã confeciſſet. Hæc & alia
illis uociferãtibus, Piſander obtinuit, ut ueteris adminiſtrationis forma ſublata, Alcibiades in
patriã reuocaret̃, inireturq; cũ rege ſocietas, ad ꝙ ipſum decernendũ duo uident̃ populũ indu/
xiſſe, afflictus reipublicæ ſtatus, q p̃ſenti calamitate defungi nõ poſſe uideret̃, niſi externis fuiſ
ſet opibus adiutus. Cupiditas adhęc ſtipendij, qđ ad claſſem alẽdam à rege ex fœdere ꝓmitte/
bat̃. Piſandro igit̃ & decẽ collegis permiſſum, ut ꝙ è republica fore arbitrarentur, in prouinciã
profecti agerent, poſt quorum in Samũ appulſum, confeſtim Phrynio & Scyronidi claſſis eſt
imperium ademptum. Diomedon & Leon, quibꝰ ſumma rei nauticę permiſſa eſt, in Rhodũ
claſſe delati, & in littus ſubito egreſſi, Rhodios q ad arcendam populationem ſubito occurre/
rant, egregie ſuperant. Nec Lacedęmonij multũ timebantur, q ſubductis nauibus, auerſa par/
te inſulæ hybernabant. Sub id tempus Pædaretus & Chij Athenieſium p̃ſidium, qđ ad Del/
phinium erat, adorti, parte nauium adempta, omnibus potiti eſſent, niſi ſuis laborantibꝰ ma
ture Attici duces, iam Rhodo reuerſi, auxilio affuiſſent, pręlioq; ſubito acceſſu contracto, Pæ/
daretus letaliter ictꝰ occubuit, Chij cum cæde multa in urbem compulſi, multo arctius q̃ antea
ſunt obſideri cœpti. Pyſander interea & decẽ legati ad Tiſaphernem profecti, cum eo de fœde
re acturi. Hic ille, quũ ab Athenienſibus, ut tota Ionia & inſulis Ioniæ adiacentibus abſtinerẽt,
poſtulaſſet, aliaſq; præter ſpem nihilo æquiores propoſuiſſet conditiones, infecta re Samum
legati conceſſerunt. Nec Barbarus multo poſt numerato claſſiarijs ſtipendio fœdus cum La/
cedæmonijs, in Lichiæ ſententiam renouauit. Sed dum hæc in Ioniæ ora geruntur, Bœotij Tiſaphernes renouat fo/
interim Oropum occupant, Athenienſium præſidio quod in oppido erat prodito. Fuit

Oropum

*fœdus cum Lacedæmo.*

Oropum in Bœotię Eretria proxima, ad ꝙ retinendũ Bœotij iu Rhodum ad Lacedæmonios C
mittunt, orantes, ut in oram Bœociæ ad ſe tuendos uenirent. Audire Lacedęmonij hoꝝ poſtu-
lata, ſed Chiorum periculo magis mouebantur. Rhodo itaqꝫ profecti Miletũ tenuere, & qa ſi-
ne ꝑlio apparebat Chijs ſuccurri non poſſe, reliquũ hyemis Mileti exegerunt, circumactuſqꝫ
eſt interim uigeſimus ab eo annus, q̊ Athenięſes & Lacedæmonij inter ſe armis diſceptare cœ-
perãt. Principio ſequẽtis anni, Chij cũ ſex & triginta ſuis nauibus, & ſocioꝝ duodecim (Aſtyo-
chum enim expectare longũ erat) cũ Athenienſiũ claſſe, quæ ad Delphinũ erat, cõgreſſi incer-
ta uictoria ad noctem dimicarunt, neutroqꝫ fortuna inclinante, pugna dirẽpta eſt, & Abydꝰ,

*Abydus.*

Mileſiorũ colonia in Helleſponto ab Athenienſibꝰ ad Pharmabayũ regis p̃fectũ defecit, & bi-
duo poſt Lampſacus. Occurrrit eo Strombichides ex Chio cũ nauibus quatuor & uiginti, Lã-
pſacũqꝫ primo occurſu recepit, nullos enim Lãpſaceni habebãt muros. Abydenis inde neqc̃q̃
oppugnatis Seſtum, q̃ ex Abydi regione in Cherſonneſo eſt, perijt, ut urbi & toti orę p̃ſidio
eſſet. Piſander interea Athenas reuerſus, Antiphone (quo nemo ad id tempꝰ capitales cauſas
melius egerat) & Theramene adiutoribus autor fuit, ꝓmulgandæ legis de populari ſtatu an-
tiquando: q̃qꝫ ciuitatis p̃ſides lecti, ꝗ centũ legerẽt, quoꝝ ſingulis ternos ſibi legere ꝑmiſſum
eſt, atqꝫ ita quadringenti, ueteri ſenatu abolito, curiã ingreſſi, de ſumma rei cõſultare cœperũt:
In horum poteſtate erat, quũ libitũ eſſet, quinqꝫ milia ciuiũ ad reꝝ diſcuſſionẽ uocare, ſicqꝫ cen-
teſimo ferme ãno, q̃ Athenięſes tyrãnide liberati fuerãt, populari adminiſtratiõe ſublata, Oli-

*Oligarchia Athenis inducta.*

garchiã, q̃ paucoꝝ potentia dici põt, induxere. Miſerunt illi ad Agidem regẽ, ꝗ Decelę erat, tã-
q̃ de pace cũ eo acturi, id ille euenire arbitratus, ꝙ ciuitas diſcordia laboraret, nullo dato Athe-
nięſibꝰ reſponſo, nouo exercitu domo acceſſito, ex Decelea Athenas deſcẽdit, ratus ita futuꝝ,
ut aliqs in ciuitate motus ſuo acceſſu fieret, ſed ubi p̃ter ſpem oĩa quieta uidit, ſuorũqꝫ nõnul-
li, ꝗ ferocius muros ſubierãt ſubita ſunt eqtum eruptione oppreſſi, negocio infecto, Deceleam
conceſſit. Ii quibus reſpublica permiſſa eſt illud primũ omniũ ſuſceperũt, ut ex omnibus Atti-
cæ ditionis locis, popularis adminiſtratio tolleretur, inducto paucoꝝ principatu, q̃ res, quũ alibi, D
tũ Sami, magni motus fuit cauſa, qua ſeditione Hyperbolus oĩm Athenienſiũ ea tempeſtate
neqſſimꝰ, quiqꝫ Oſtraciſmo ultimus oĩm fuerat damnatus, perijt. Nec milites tam eoꝝ metꝰ

*Militaris ſeditio.*

ꝗ rempublicã capeſſerãt, q̃ hoſtes in officio cõtinebãt. Enimuero Lacedæmonij, ꝗ Mileti erãt,
pugnã efflagitantes, Aſtyochum inſimulabant, ꝙ per inertiam rempublicã ꝓderet, qppe qui
neqꝫ, quũ claſſe ſuperior eſſet, cum Athenienſibus antea conflixiſſet, neqꝫ tunc quũ hoſtes ſe-
ditione laborarẽt, Atticam claſſem inuaderet. His uocibus Aſtyochꝰ cõmotus, haud ultra diſ-
ferendum ratus, cum centũ & duodecim nauiũ claſſe, ex Mycale ad hoſtem proficiſcitur. Athe-
nienſes in Glaucis Mycales erant cum duabus & octoginta nauibus, qui audito hoſtiũ appa-
ratu, ne inferiores numero congrederentur, Samum cõceſſerunt, Strombichidis ex Helleſpõ-
to aduentũ opperientes. Affuitqꝫ ille biduo poſt. Tum uero centum & octo nauiũ claſſe exple-
ta, Miletum Attici duces adnauigarunt ibiqꝫ facta hoſtibus pugnandi copia, quum diu in cõ-
ſpectu urbis in ꝓcinctu naues habuiſſent, elicere ad pugnam nequiuerunt. Nec ita multis in-

*Byzãtiũ ab Athenien. defecit.*

teriectis diebus Byzantiũ ad hoſtes defecit, quo quũ ad opprimenda Byzãtiorũ cõſilia, aliquot
Atticæ naues, celeri curſu, ex Samo affuiſſent, ciuitate iam alienata, tumultuariũ ꝑlium cũ ho-
ſte, neqꝫ nauium numero, neqꝫ euentu memorabile, cõmiſerunt. Thraſybulus, qui militari ad
Samũ ſeditione. Diomedonti & collegæ imperio abrogato, fuerat dux claſſis declaratꝰ (ſupe-
rauit is uocis magnitudine oĩes Athenienſes ſua tempeſtate) autor fuit, ut militari ſuffragio

*Alcibiades ab exilio reuocatur.*

Alcibiades ab exilio reuocaretur, accerſituſqꝫ ex Mileto Samum uenit, ubi multa prius de ſuo
infortunio queſtus, oratione adeo ad p̃ſentem ſtatum temporum accõmodata uſus ẽ, ſpe mili-
tibus facta popularis ſtatus recipiendi, cum Oligarchię iampridẽ pœnitere cœpiſſet, ut confe-
ſtim uni totiꝰ rei ſumma ſit ꝑmiſſa. Redijt haud multo poſt Alcibiades ad Tiſapherñe, Athe-
nienſium permiſſu, uelut eum à Lacedæmonijs abducturus, quæ res effecit, ut barbarꝰ adhuc
ſuſpectior ſocijs eſſe cœperit, & Aſtyochꝰ maiore inuidia flagrare cœpit apd̃ ſocios, ꝙ pecunia
corruptus reipublicę curã abieciſſet, Barbaroqꝫ ut ex ſatellitibus unus obſequeretur. Quũ hęc
paſſim miles fremeret, illeqꝫ iratę multitudini ſeſe obtuliſſet, parum abfuit quin militũ incurſu
ſit uiolatus, nec diu poſtea Mindarꝰ ex Lacedęmone ſucceſſor illi datꝰ, & ex Athenis ſub id tẽ-
pus

a pus legati Samum ab Oligarchię autoribus,ad leniendos militum animos, qui nouo ciuitatis regimini erant infenſi,uenerant,hi pro concione diſcerpti eſſent, niſi Alcibiades à Tiſapherne reuerſus,ſæuientem multitudinem ita oratione circumegiſſet, ut non ſolum à cęde reuocarit,ſed pręſenti etiam conſilio auerterit.Pluribus frementibus Athenas confeſtim cum tota claſſe eundum ad Oligarchiam tollendam,docuit ille,ſi tam alieno tempore prouincia abſcederent,haud dubie futurum,ut hoſtes continuo Ionia & Helleſponto potirentur.Fuit id conſilium Athenienſibus ſalutare,ad ſocios in fide continendos,quo poſtea uulgo Alcibiades iudicatus eſt rem Atticam ſua prudentia ſeruaſſe. Iuſſi igitur legati domum renunciare,placere exercitui,ut quadringentis uiris adminiſtratione ſublata,quinq; milibus ciuium priſtina regiminis forma reſtitueretur.Tiſaphernes per eos dies ex Mileto ad Phœnicem claſſem, quæ ad Aſpendum ſtabat (centum quadraginta naues eſſe dicebantur) eſt profectus.Percuſſit nouæ claſſis fama Athenienſium animos,qui in Samo erant,uehementer hi ſolliciti eſſe, uulgoq; arbitrari futurum, ut ſi ea nauium multitudo Peloponneſiacæ claſſi iungeretur,breui mari poſſeſſione pellerentur. Hunc ſuorum metum leuaturus Alcibiades,cum tredecim nauibus,Tiſaphernem eſt ſecutus,militibus repromittens daturum ſe operam,ut aut barbaram claſſem Atticæ iungeret,aut ſi id minus poſſet,facturum ut Peloponnenſibus nullo modo iungeretur. Fuerunt qui dicerent Alcibiadem non tam fiducia gratię qua apud Tiſaphernem polleret id pollicitum,quàm quod plane ſciebat,eum nolle Lacedæmoniorum opes nimium auctum iri,quum nemini non perſpicue liqueret, eiuſmodi claſſis acceſſione breui Lacedęmonios fuiſſe maris imperium habituros.Erantq; tum in Ionia res Atticæ in hoc ſtatu,quum Athenis Oligarchię legati domum reuerſi, maligne ſe ab exercitu acceptos nunciant,& quæ ab Alciabiade & militibus mandata ad ipſum ordinem haberent,exponunt.Erant Oligarchiæ principes Theramenes & Ariſtocrates,fauebāt his Phrynicus,Ariſtarchus,Piſander, & plerięq; alij opibus & autoritate illuſtres,qui paucorum

Militū ira i Oligarchiā.

Claſſis regia.

Militū mandata.

b tum potentiæ ſtudebant. Hi Alcibiadis potentiam ueriti,quæ maior ex Samo nunciabatur quàm omnium fuiſſet expectatio,& militare odium,conſilia inter ſe conferūt,de legatis Lacedęmonem mittendis,ad pacem,quibus poſſent conditionibus,tranſigendam.Phrynicus & Antiphon eo miſſi ſunt,qui infecta re domum reuerſi,murum circa Pyreum ſtruere ſunt adorti,ut portum in poteſtate haberent. Statutum enim ab initio habuere,nolle præſenti dignitate cedere.Tum uero orta in urbe ſeditione,inchoatum opus demoliri coacti ſunt.Etiam de ordinum reconciliatione agebatur,coieratq; ad hoc ipſum ciuitatis conciliū in Dionyſi ædem,quum tumultuoſe affertur,duas & quadraginta hoſtium naues, ex Megaris in Salaminem curſum tenere.Eo nuncio cōſternata multitudo in portū decurrit,conſcenſiſq; tumultuoſe nauibus,quæ tum forte in Pyreo erant,alijſq; trepide deductis, aliquanto inde tumultuoſius in hoſtem ſoluitur.Conſederat Agiſandridas hoſtilis claſſis præfectus ad Oropum,cui poſtridie inde profecto ſex & triginta Atticæ naues temere obijciuntur, præerat illis Timocrates,qui ſiue rei nauticæ ignarus eſſet, ſiue nautas parum dicto obſequentes haberet,nihil,quod ſatis conſtat,prudenter ſupra Erethrienſem portum cum hoſte conflixit,uix bene fuerat prælium initum ,quum Athenienſes ſua ſponte ob domeſticam ſeditionem turbati,fugam capeſſunt,ad littuſq; deinde compulſi,paſſim cū multa ſtrage aguntur,duabus & uiginti Atticis nauibus Peloponnenſes cum remige ſunt potiti,hicq; ubi pugna commiſſa eſt tropheum ſtatuere.Secuta & alia clades,quod ſecundum eam pugnā Euboea tota,præter Oreum,ab Athenienſibus ad hoſtes defecit.Aduerſę pugnę nuncius tantum terrorem attulit ciuitati,quantum ne Sicilienſis quidem clades olim nunciata.Nam tū procul res geſta eſt,aberantq; procul hoſtes,& aliquot naues inſtructæ aderant, conuenireq; tum perbelle ordinibus ciuitatis.Hoc uero tempore in ipſis pene oculis ciuium diſiecta claſſe,ingens uis hominum deſiderata eſt, nec naues illæ in portu, nec iuuentus ad tuendam urbem reliqua aderat,ac ſiqui erant ob ſeditionem omnia prius quàm præſentem ſtatum ciuitatis malle, exercitus cum claſſe qui afflictæ ciuitati auxilio eſſe poterat,longiſſime aberat.Terroris igitur erant & ploratus omnia in urbe plena, actum de republica, actum

Pyrei munitio.

Athenien. clades ad Oropum.

Athenien. metus.

de ciuium ſalute uulgo arbitrari,Nemo non paulo poſt affuturum hoſtem putabat,qui ur C
bem domi foriſq; concuſſam caperet,captam ac direptam funditus deleret,nec uanus fuiſſet metus,ſi hoſtis uti uictoria ſciuiſſet,ſed quum eo tempore,tum ſæpe aliâs Lacedæmonij utiles Athenienſibus hoſtes fuere,quippe qui multum inter ſe moribus differrent, impigri Athenienſes & manu prompti,cunctabundi illi,& in gubernanda claſſe formidoloſi. Ceſſatum itaq; peropportune ab hoſte,dataq; eſt Athenienſibus, aliquot nauium præ propere inſtruendarum,facultas. Concilio inde populi aduocato,Oligarchia antiquata,quinq;
Tollitur Oligarchia. milibus ciuium eſt reipublicæ liberum ſuffragium reſtitutum. Decretum, ut Alcibiades,&
Oligarchiarū exilia. qui cum eo exulaſſent,in ciuitatem reuocarentur. Piſander & Alexides Olygarchia ſublata Deceleam ad hoſtes cum ſuis conceſſere,ueriti,ne reddēda eſſet ſibi ratio eorum, quæ dum paucorum potentia in urbe fuit,contra multitudinem flagitioſe egiſſent. Ariſtarchus & ipſe ſimili metu perculſus,ut aliquid hoſtibus ſuo auxilio gratificaretur,ad Oenonen contendēs (erat is murus quem Athenienſes in Bœotiæ finibus præſidio obtinebant) autor ſuis fuit, ut Bœotijs locum reſtituerent. Dum hæc in Attica geruntur,Mindarꝰ Peloponneſiacę claſſis dux,in Helleſpontum cum tribus & ſeptuaginta nauibus profectus, aduerſa tempeſtate curſu diſcuſſus,Chium tenuit. Quo nuncio Traſylus ex Samo excitus,cū quinq; & quinquaginta nauibus è ueſtigio eſt ſecutus,ne hoſtis per occaſionem, ſociarum urbium aliquā ad defectionem compelleret. Is ubi Leſbum uenit,certior factus,hoſtem Chium diuertiſſe, conſilio acie dimicandi, ad eum cum ſeptuaginta ſeptem nauibus ire pergit. Nam dum in
Mindarus. Leſbo fuit,aliquot Atticæ naues,ſuper eas,quas ſecum habebat, eo uenerant. Mindarus haud ignarus eorum, quę ab hoſte pararētur,ſublatis uelis,Leſbo ad lęuam procul relicta, in Helleſpōtum abijt, Sigæumq; primo tenuit. Erant apud Seſtum duodeuiginti Athenienſium naues,quæ ubi ex ignibus paſſim ex ſpeculis circa littora ſublatis, hoſtem adeſſe
Athenien. fuga. cognouerunt,Eleuntem,priuſquàm illuceſceret,petere ſtatuerunt,ut patentiore pelago hoſtem euitarent,& iam curſum in Cherſonneſum intenderant,quū ſub lucem hoſtem in cō D
ſpectu habuere, tum fugam è ueſtigio capeſſentes in Lemnum pleręq; incolumes effugerunt,quatuor poſtremæ ſunt in curſu circumuentæ, una circa Proteſilai delubrum cum ipſis propugnatoribus impacta,duæ uacuæ oppreſſæ,quæ reliqua fuit ante Imbrum concremata eſt,Mindarus ſex & octoginta nauibus fretus Eleuntem oppugnauit,indeq; irrito cōſilio digreſſus,eodem die Abydum petijt,Atticæ claſſis duces in Leſbo ad Ereſum ſtabant, audito hoſtium in Helleſpontum ingreſſu,relicta loci oppugnatione, ſuis celeri curſu ſuppetias iuere,duabuſq; Peloponneſiacis obiter oppreſſis, Eleum poſtridie appulſi, ſuorum
Naualis pugna. naues quæ hoſtium metu nuper diſiectæ fuerant eo accerſunt. Mox quinq; diebus in pugnæ apparatu conſumptis, in hunc modum conflixere. Legebat Attica claſſis Seſtianam oram in cornua digeſta, cui Pelopōnenſes ex Abydo pugnandi ſtudio obuiam proceſſere. Tum uero ſeſe ex aduerſo intuiti ſine mora naues in pugnam expediunt. Lacedæmonij ex ora Aſiæ ab Abydo ad Dardanum octo & ſexaginta nauium aciem explicuere, quarū dextrum cornu Syracuſani tenebant læuum Mindarus. Athenienſes ab Europa inter Idacum & Arriana,cum ſex & octoginta ex aduerſo conſtitere. In ſiniſtro cornu Traſilus procura-
Canis ſepulchrum. bat. In dextero Thraſybulꝰ. Pulſū ab initio eſt dextrū Atheniēſiū,cornu, à ſiniſtro Pelopōnēſiū,& ad terrā cōpulſū circa Canis ſepulchrū. Id Hecubæ Priami fuiſſe fama ferebat,q̄ his
Athen. uictoria. in locis,Græcorū iniuria,poſt euerſum Ilium occubuerit. Thraſylus diuerſa parte,non ſolū Syracuſanos fudit,ſed & Lacedæmonios,qui nuper uicerant,ad Pydij fluminis oſtia & Abydum deiecit,undeuiginti nauibus ademptis. Nec Athenienſibus claſſis eo prælio incolumis manſit,cuius quindecim ſunt naues deſideratæ. Ea uictoria Athenienſium animos erexit in ſpem futuri ſucceſſꝰ,haud enim parum præſenti certamine effectum credere,quod aliquando uinci deſiſſent. Nuncius bene geſtæ rei Athenas perlatus ciuitatem tot cladibus alijs ſuper alias,domeſticaq; ſeditione attonitam,nonnihil in ſpem priſtinæ fortunæ reuocauit. Quarto deinceps à pugna die Athenienſes ex Seſto Cyzicum, quę ad hoſtes defecerat,petierunt,octoq; hoſtium inter eundum nauibus circa Priapum oppreſſis, quæ ex By-

zantio

A zantio eo proceſſerant, Cyzicenos ad imperium retrahunt, retractis pecuniam in ſtipendium imperant. Mindarus receptis nauibus, quas amiſerat ad Eleuntem. Subductiſq; cum tota claſſe in Eubœam nauigauit. Per id tempus Alcibiades ex Cauno & Phaſelide cum tredecim nauibus Samum reuerſus, ſua opera factum ſignificans, quo minus Phœnicum claſſis Peloponneſiacæ iungeretur, Tiſaphernemq; ab hoſte ſua arte alienatum, ut in Athenienſes ille propenſior, quàm in Lacedæmonios eſſet, inſtructiſq; ſuper eas quas habebat decem nauibus, ab Alicarnaſſeis ingentem pecuniam exegit, muroq; urbem clauſit, conſtitutiſq; in ea magiſtratibus, ſub autumnum Samum eſt reuerſus. Et Tiſaphernes ex Aſpendo in Ioniam ſe recepit, Peloponnenſibus quàm antea iratior, quod Antandrum regiæ ditionis oppidum occupaſſent. Erat Arſacus Tiſaphernis præfectus, is tum Delios qui ab Athenienſibus eiecti Adramytum tenebant, ſocietatis ſpecie in expeditionem eductos, quo in eos odio incitatus non habeo dicere, dum forte militari more cibum caperent, armatorum manu ex improuiſo circunſeſſos ad unum confixit. Vicinorum clade Antandrij conſternati, ſubita à rege defectione, Lacedæmonios ad ſe uocatos in urbem accepere. Tiſaphernes ſecum animo reputaus, quorſum noui Peloponeſium mot⁹ tenderent, qui haud multo ante ex Gnido & Mileto regia præſidia eieciſſent, in Helleſpontum tranſire ſtatuit, à ſocijs coram petiturus, quo conſilio contra fœdus Antandrum occupaſſent. Eratq; Tiſaphernes adhuc in Ionia, quando Timochares cum aliquot in prouinciam nauibus eſt miſſus, is cum Lyſandride Lacedæmonio parum proſpere conflixit: ubi pugnatum ſit Xenophon, quem in hac Rapſodiæ parte ſequimur, non explicat. Et iam ineunte hyeme Dorieus ex Rhodo cum quatuordecim nauibus in Helleſpontum profectus eſt, quem procul uenientem Athenienſium ſpeculator intuitus, dat ducibus ſignum, ad quos illi exciti, cum triremibus uiginti uenienti hoſti pergunt ire obuiam. Dorieus curſum ad terram deflexit. Fugientem Athenienſes ferociter inſecuti terreſtri naualiq; prælio circa Rhœteum fruſtra iniecto,

B infecta re ad exercitum retro abierunt. Mindarus, ſacrificio Iliacæ Mineruæ prius facto, claſſe in mare deducta, Dorieo ire obuiam parat, ne paucitate nauium ab hoſte opprimeretur. Excipiunt eum prælio circa Abydum Athenienſes, tenuitq; dimicatio aliquamdiu anceps. Poſtremo Atticæ claſſis altero iam cornu inclinante, captiſq; nonnullis ex ea parte nauib⁹ res ad fugam ſpectabat, quando Alcibiades quaſi cœlo miſſus, cum duodeuiginti nauibus in conſpectum uenit. Secutus is Dorieí ueſtigia, quem Ioniæ oram præteruectum in Helleſpontum contendere acceperat, ex Coo profectus, ut ſuis auxilio eſſet, maturo occurſu nō ſolum pugnam reſtituit, ſed hoſtes Abydum uſq; fugatos pro nauibus è littore dimicare coegit. Intereat prælio Pharnabazus regis præfectus, qui dum laborantes ſocios nimio ſtudio protegit, in altos maris fluctus (ex equo enim dimicabat) ingreſſus, hoſtem propellebat. Sunt tamen Athenienſes uacuis nauibus triginta potiti, & ijs quas ipſi ab initio amiſerant. Victrix claſſis Seſtum eſt reducta, præter quadraginta naues, aliæ alio, profectas ad tributa extra Helleſpontum exigenda. Traſylus Athenas nauigauit recentioris uictoriæ nuncius, militeſq; & naues in ſupplementum petiturus. Paucis inde diebus quibus ad Abydum eſt, ita ut dixi, ab Athenienſibus feliciter dimicatum: Tiſaphernes in Helleſpontum uenit, ad quem Alcibiades triremi una cum muneribus delatus, quæ ipſe ex ſpolijs hoſtium legerat, ab eo captus Sardis eſt in cuſtodiam miſſus. Criminari Barbarum Lacedæmonij apud regem, quod in Alcibiadis gratiam plus rei Atticæ quam ſocijs in adminiſtrando bello faueret. Ad quos de ſe rumores infirmandos Thiſaphernes, omni hoſpitali iure poſthabito, Alcibiadem cuſtodiri iuſſit. Fuit ille Sardibus dies circiter triginta, unde deceptis cuſtodibus, cum Manticheo quodam equis ad fugam uſus, Clazomenas noctu aufugit. Ibi Tiſapherni iratus, ut Barbarum Dario & ſocijs magis ſuſpectum redderet, ipſius iuſſu ſe è cuſtodia miſſum prædicabat. Athenienſes interim, qui ad Seſtum ſtabant, audito Mindari cum triremibus ſexaginta ad ſe acceſſu in Cardiam profugerant, quo Alcibiades ex Clazomenis cum triremibus quinq; eſt profectus. Edoctus ibi Mindarum & Pharnabazum cum claſſe ad Cyzicon ſtate, cum peditum manu Seſtum contendit, inde in hoſtem iturus. Affuit illi

Adramytanorum cædes.

Athen. uictoria.

Pharnabazi facinus.

Capitur Alcibiades.

Euadit.

cætera ad pugnam expedienti Thraſybulus, cum nauibus uiginti ex Tharſo, qui ad exigen
dum circa inſulas tributum fuerat profectus: atque ita forte accidit, ut eodem tempore The C
ramenes cum totidem triremibus in Macedoniam ſit reuerſus, quo contigit, ut breui o/
ctoginta Atticæ in unum naues coiuerint. Noctu igitur in hoſtem profecti, poſtero die

Alcibiadis hortatio ad ſuos.

ſub tẽpus prandij Proconneſum Attici, duces appulerunt: ibi certiores facti, Pharnaba/
zum & Mindarum ad Cyrizon, cum ſuis copijs ſtare, Alcibiades milites pro concione allo
cutus, quanta ſtipendij inopia, reiꝗ frumentariæ, res Attica laboraret, palam exponit. Eſſe
proinde ait, aut prælio cum hoſte dimicandum, aut prouincia decedendum. Cęterum uide
re ſe ita fore, ut quum primum ea decederetur, omnia eſſent in hoſtium poteſtatem con/
ceſſura. Annitendum proinde, ut ſi quando aliâs, ea maxime pugna oſtenderẽt eos eſſe A/
thenienſes, qui non minore animi promptitudine, aduerſis rebus, quàm proſperis & ſcirent
& poſſent dimicare. Terreſtri prælio naualiꝗ certandum eſſe ait. Irent atque alterutro mar
te experirentur, quantum uirtus, uel aduerſus fortunam ualere poſſit. Exemplum bene pu/
gnandi duces ipſos militibus præbituros. His uerbis ubi ſuos hortatus Alcibiades, perop
portune accidit, ut ad fallendos hoſtes hymber mixta grandine, ſub id tempus, quo ex Pro
conneſo profecta eſt Attica claſſis, repente ſit è cœlo miſſus, mox ubi in Cyzici cõſpectũ uẽ

Alcibiadis ſtratagema

tum eſt, tranquilla fulſerit ſeueritas. Hic Alcibiades cum quadraginta nauibus progreſſus,
cæteram claſſem pone ſequi iubet, quem uenientem Lacedęmonij intuiti, paucitate nauium
contempta, quod ita ille futurum uiderat, ſubito naues conſcendunt, contẽduntꝗ hoſti i/
re obuiam, ſed uix bene initum erat certamen, quum cæteram claſſem Peloponnenſes con
ſpicati, in fugam uertuntur. Inſtat dux Atticus, hoſtemꝗ ad littus deiectum à tergo premit

Mindari caſus.

Ibi Mindarus & Pharnabazus cum omni peditatu in extremum littus decurrunt, ut claſ
ſiarijs eſſent auxilio. Alcibiades uno prælio defunctus, ferociter terreſtrem pugnam ciet,
militibuſꝗ in littus deſilire iuſſis, acerrime manum conſerit, eſtꝗ dubio marte hic tandiu
pugnatum, donec Mindaro cadente Pharnabazus fuga equo abreptus, haud dubiam ho D
ſti uictoriam reliquit. Multi pugna occubuerunt, multi quoꝗ in fuga capti, nauium quæ ſe
xaginta numero fuere, ne una quidẽ potuit effugere. Syracuſani ſuas incenderunt, cæteris
Athenienſes ſunt facile potiti. Cyziceni à Pharnabazo & Peloponnenſibus deſtituti, dedi
tionem fecere, quibus pecunia mulctatis, Alcibiades in Proconneſum eſt reuerſus, ex Pro
conneſo in Perinthum & Selymbriam, acceptaꝗ à Selymbrijs pecunia, qui exercitum in
urbem non acceperant, in Chalcedonios, ut Xenophon ſcribit, profectus eſt. Plutarchus
autor eſt, Pharnabazum haud multo poſt reparato exercitu, iterum cum Atticis ducibus
conflixiſſe, nihiloꝗ meliore euentu, ab eo pugnatum, quam nuper ad Cyzicum fuerat, Al
cibiademꝗ pulſo hoſte Abydenum agrum incuſaſſe, unde captiuorum uis ingens ſit abdu

Pietatis exẽplum.

cta. Cæterum illud in ea expeditione pietatis exemplum eſt ab Alcibiade editum, quos ſa
cerdotes captos, ad unum omnes ſine precio dimiſit, ne à ſacrorũ cultu interim dum in uin

Athen. ſucceſſus.

culis eſſent, auerterentur. Ac tum demum Chalcedonem, ut ille ait, eſt Alcibiades adortus.
qui quum indicio cognouiſſet omnem imbellem multitudinem, cum precioſa ſupellectile,
à Chalcedonijs ante ſuum acceſſum, apud Bithynos depoſitam, parte exercitus circa urbẽ
relicta, ipſe cæteram claſſem in Bithynos agit, caduceatore ad eos præmiſſo, qui bellum ipſi
genti indiceret, niſi Chalcedoniorum res quas penes ſe habere dicerentur, ſibi cõfeſtim tra/
derent. Bithyni minaciſſima denunciatione territi, haud imperata abnuere ſunt auſi, quo
contigit, ut per hæc ille hoſtium rebus ſit potitus, Chalcedonem inde repetitã, ea parte, qua
urbs mari obuerſa eſt, obſidione fatigabant. Pharnabazus nouam interim apud Antan/

Chalcedõis obſidio.

drum claſſem ædificare adortus, Syracuſanis ad id opus adhibitis, aſſidua hortatione inſta
bat. Nec Chalcedon interea animo exciderat, quam graui obſidione preſſam, unam ſpem
ſui præſidij fouere certo ſciebat. Nouo itaque exercitu tumultuoſe comparato, ad ſocios ob
ſidione eximendos ire pergit. Nec Alcibiades ubi hoſtem pugnæ inſtructum uidit, præliũ
detrectauit, uno itaꝗ tempore Pharnabazus certamen inijt, & Hippocrates urbis præfect⁹
ex compoſito cum ſuis, ſubitam eruptionem fecit. Vtrobiꝗ res ab Alcibiade eſt feliciter ge
ſta.

ſta, Hippocrate in urbem, cum multa ſtrage compulſo, Pharnabazus uictus, prælio excede A re eſt coactus. Alcibiades præſenti uictoria fretꝰ, parte nauium ad obſidionem relicta, Helleſpontum ad pecuniam in ſtipendium exigendam reuerſus, quum Selymbriæ proditione occupandæ facta ſpes eſſet, ſignum maturius aliquanto, quàm conuenerat, proditores extulere. Tum ille ueritus, ne patefacta proditione tanta è manibus occaſio elaberetur, cum triginta tantum ad urbem ſucceſſit, dum cæteri arma capiunt, cum his audaciſſimus imperator, & uiginti alijs, qui urbem per patentem portam irrumpenti ſuperuenerant, Selymbriam occupat. Oppidani tumultu exciti, poſtquam hoſtem in urbe eſſet cognitum eſt, conſternati ad arma currunt, Et iam ex aduerſo aciem inſtruebant in paucos ituri, cum Alcibiades ſuę fortunæ confiſus, nouo fiduciæ exemplo, caduceatorem ad Selymbrianos in conſpectu aciem explicantes mittit, qui tuba ſilentio facto, Alcibiadis nomine denũciat, ne priꝰ quicquam mouerent, quam eum pauca dicere uolentem, audiuiſſent. Qua uoce haud aliter omnes Selymbrianorum conatus conciderunt, quàm ſi tum omnes Atticæ copiæ in procinctu ſtetiſſent. Tanta tum unius hominis erat apud hoſtes admiratio, maior meo iudicio quam Cæſaris poſtea apud Pompeianos fuit, cui paruo nauigio ſedenti, c. Caſſius cum nauibus aliquot roſtratis ceſſit. Ille aperto mari uectus in tutum, ſi hoſtis minus obediẽs fuiſſet, fuga ſeſe periculo ſubtraxiſſet. Hunc hoſtili muro cum paucis incluſum cadere haud dubie oportuit, niſi fortia audẽti fortior fortuna indulſiſſet. Circumegit ille hoſtes fando, tam diuq́; ab eorum, quæ fiebant, ſenſu Silymbranorum animos auertit, quoad ex improuiſo totus in urbem exercitus irrupit. Tum ancipiti pauore perculſi, in preces uerſi, Alcibiadis fidem implorant. Dedit dux Atticus petentibus ueniã, iuſſiq́; ſunt Thraces, qui frequẽtes in caſtris erant, ab omni iniuria abſtinere. Nec multo poſt Alcibiades, exacta à deditis pecunia, Calcedonem reuerſus eſt, quæ eo abſente deditionem fecerat. His quoq; mulcta ob defectionem irrogata, fœdus cum Pharnabazo Attici duces ſanxerunt, Vt oppida, agri, fines B eius prouinciæ Atticis armis inuiolati manerẽt, pateretq́; per ea loca Athenienſium legatis ad regem aditus. Eratq́; per hæc pacata circa Helleſpontum Atheniẽſium prouincia. Agis rex interea, qui Deceleæ erat, Athenas copias admouit, erátq́; tum in urbe Thraſylus, is cũ armata iuuentute circa Lyceum Gymnaſium uenienti obuiam prodijt, nullam dimicationis moram factus, qua hoſtium audacia territus Lacon, copias in editiora ſubduxit loca, quibuſdam etiam moratorum amiſſis, qui ab leui Atheniẽſium armatura circumuenti, ferro occubuere. Athenienſes multiplici ſucceſſu rerum audaciores facti, quinquaginta ad bellum triremes decernunt, & in his armatos mille ac centũ equites. Agis parum prodeſſe ratꝰ Athenienſes à terra obſideri, niſi cõmeatus, qui mari in urbẽ ſubuehebantur, intercluderẽtur, autor fuit, ut ex Megarenſibus, & alijs ſocijs urbibus, triremes quindecim expedirentur, cum quibus Clearchus Byzantium eſt miſſus, ut Boſphoranas anguſtias obtineret. Treis harum, interceperunt Atticæ naues, quæ Helleſponti fauces obſeruabant, reliquæ ſuo curſu auerſæ Abydum tenuerunt, & ex Abydo repetito curſu Byzantium peruenere. Ac tum demũ uigeſimꝰ primus huius belli annus eſt exactus. Incidit hic anꝰ, ut Xenophõ ſcribit, in tertiam ac nonageſimam Olympiadem, quo ſane tempore uiolentus maioris Dionyſij principatus in Sicilia eſt circa Syracuſas ortus. Huius rei autor eſt Euſebius, Nepos Cornelius in id tempus accidiſſe prodidit, quo triginta tyranni Athenis conſtituti, quod ſex circiter annis poſtea accidit, quæ opinio nihil Euſebio repugnat. Tenuit ille Tyrannidem nouem annos, potuit quidem fieri, ut Violenta adminiſtratio nonnihil antea orta, in ea tempora deſcenderit. Cornelius Tacitus belli ſcientiſſimum ait Dionyſiũ fuiſſe ac manu prõptum, minime libidinoſum, neq; auri neq; alterius rei, præterquam dominationis cupidũ, fuiſſeq́; ob eam rẽ crudeliſſimũ. Cœpit regnare ille, eo anno, qui quartus ac nonageſimus fuit, ſupra quater milleſimum ſeptingenteſimumq́; ab orbe condito, qui erat urbis Romæ ſeptimus circiter ac triceſimꝰ ſupra treceteſimum. Regnabatq́; ea tempeſtate Oreſtes, qui Perdicę ſucceſſit in Macedonia. In Perſis Darius ſecundus. Iudas Eliſaphati filius Pontifex erat maximus in Iudæa. Pleriq; in hos annos reijciunt, quæ de Heſtere alio ſunt loco à nobis

Alcibiadis uictoria.

Alcibiadis audax facinus.

Alcibiades.

Chalcedonis deditio.

Agidis conſilium.

ANNI MVNDI

bis memorata,& in Italia Veij â Romanis obſideri cœpti. Aeſtate igitur huius añi ineũte, C ꝙ Pelopõneſiaci belli alterâ uigeſimo fuit, Traſylꝰ cũ nauibꝰ ad bellũ nouiſſime decretis,ex Attica profectus,in Samũ curſum tetendit,inde Pigelam ſumma ope oppugnare adortus, quum ferocius hoſtem urgeret,Mileſij auxiliares cum Pigelenſibus in Atticos milites leuis armaturæ impetũ fecere. Res ſubita terrorẽ Athenienſibus iniecit,factaꝗ initio fuga,cæterũ ſcutatis auxilio ſubeũtibus,hoſtẽ temere inuectũ excipiũt,exceptũ multa cæde ꝑſequunt: ducentis hoſtium ſcutis dux Atticus potitus,Tropheũ erexit. Notiũ inde admota eſt claſſis, mox & Colophonẽ,ceſſerunt Colophonij uenienti Traſylo,nocteꝗ ſupueniẽte Atheniẽſes in Lydiam tranſmiſerunt commeatus inopia,ibiꝗ pluribus uicis incenſis, multaꝗ pecunia capta mortalium eſt uis ingens in prædam abducta. Athenienſes paucis quidem amiſſis,quos ſparſos prædæꝗ intentos Barbari oppreſſerant equites à Stage uiro Perſa immiſſi,qui ea præſidio obtinebat loca, ad naues compulſi Epheſum petunt. Huc Tiſaphernes,audito hoſtium acceſſu,undiꝗ auxiliares contrahit copias,ipſoſꝗ Athenienſes prælio exceptos,bis ſuperati ad Elos primo,mox & ad Coreſum:utrobiꝗ Barbarus uictoriæ Tropheum ſtatuit. Syracuſani & Selinuntij qui prelio interfuere,ab Epheſinis,ob operam ſtrenue nauatam,magnis ſunt muneribus donati,data præterea ciuitas ijs, qui urbem incolere uoluerunt. Traſylus re infeliciter his locis geſta,ex Epheſo Notio Lesbũ. Ibi quum Methymneo portu ſederet,quinꝗ & uiginti & Syracuſanorũ naues ex Epheſo Lesbiam orã legentes intuitus,claſſe in hoſtem repente immiſſa,certamine nondum iniecto,in fugam auertit. Quatuor ex his naues captæ,quarum captiuos Thraſylus Athenas deportari iuſſit, qui in lapidicinas coniecti,haud multo poſt cuſtodibus deceptis Deceleã perfugerunt. Alcibiades per id tempus,Lampſacum,ne hyberna omnino ocioſa eſſent,militari communiuit opere: infeſtabat ex proximo Abydum,quo Pharnabazꝰ occurrere auſus, cẽtum & amplius equitibus amiſſis,uictus acie aufugit. Secundum eam proſperam pugnã ueterani milites,qui ſub Alcibiade erant,Traſylianos,quod ad id tempus ut ignauos fuerant auerſati, D quia ſæpius uicti eſſent,poſtrema ſtrenue ad Abydum geſtam amice complexi,in continẽtem oram Aſiæ cum præda & populatione effuſi, duplici clade afflixerunt omnem hoſtium regionem. Per id tempus Lacedæmonij Helotas,qui ex Malea in Coryphaſium trãſfugerant,ſub conditione receptos dimiſere, Et Heraclienſes ab Achæis, à quibꝰ in ciuili adminiſtratione diſſentiebãt,Oetheis ſunt hoſtibus proditi, eorumꝗ ſeptingenti occidione occiſi à Dario Perſarum rege. Hoc quoꝗ anno Medi defeciſſe dicuntur,breuiꝗ,ut Xenophon prodidit,ad imperium reuocati.

Traſyli expeditio.

Traſyli geſta.

## ENNEADIS III. LIBER IX.

ITA res Græciæ incerta adhuc uictoria fluctuabant,quum Romani Veios perpeti obſidione adorti,quum antea ſemel atꝗ iterum eſſet intermiſſa,ut omnia domi foriſꝗ commodius gererentur, octo Tribunos conſulari poteſtate, quot nunquam aliâs, ſuffragio crearint. Fuerunt qui creati ſunt, Æmilius Mamercus, Valerius Potitus, Ap. Claudius, Quintilius Varus, Iulius Tullus, Marcus Poſthumius, Albinus, & Furius Camillus, penes quem omnis Veientanæ urbis captæ laus poſtea fuit. Veientes contra ueteri magiſtratu ex urbe ſublato, regem ſibi creant, qui & bello & pace Veientanam rem ſuo arbitrio adminiſtraret. Regium nomen adeo cæteros Hetruriæ populos offendit,ut uel ob id unum negata ſint ubiꝗ Veientibus auxilia,totiuſque gentis conuentus decretum,ut quandiu Veij ſub rege eſſent, nulla publica priuatáue iuuarentur ope. Augere Romani interea uires ſuas,caſtraꝗ ſtudio munire,uelut uno tempore,ſi neceſſitas coegiſſet,utrinꝗ in hoſtes dimicaturi,hybernaculaꝗ tum primum ſibi milites ſtruxere. Habebãt in anima Tribuni militum obſidionẽ haud quidem ut antea,intermittere,ſed ſub pellibus hyemare. Dedit ea res Trib. pl. materiam domeſticæ quietis turbãdæ. Fremere illi pro concione,non deſtitiſſe ſe deos hominesꝗ teſtari,inſuetã illam parum

Tri. cõſ. po.

Veientanus rex.

Hybernacula prima.

muniſi

A munificentiam,quod ſua ſponte æs in ſtipendium decreuiſſent,haud plebi gratuitam fore.
nunquã ſibi dubiũ fuiſſe id donum occulto aliquo ueneno illitum,ablegari à patribus mili Tribunitiæ querelæ.
tiæ prætextu perpetuo ab urbe iuuentutem,immo relegari potius,quod non reges ab initio
non conſules,non dictatores,non ipſi demũ pub.libertatis hoſtes decemuiri feciſſent. Cæ/
terum merito illa euenire,quando ne in tanta quidẽ militarium Tribunorum turba,plebeio
rum cuiquã patuiſſet ad honorẽ locus,quod ſi uel unum ſui corporis haberent milites Tri
bunũ in caſtris,auxilio illum militibus futurum,ne inſueta moleſtaq́ militia grauarentur,
ſub tecto forent cum uxoribus ac liberis,inuiſerentq́ alia deſideria qui ſeruili more procul
à foro,à comitijs,ab omniq́ ciuitatis conſpectu tenerentur. Talia Tribunis uociferantibus
Appius Claudius,qui à collegis in urbe fuerat relictus,uir non ſolum lingua promptus,ſed
iam inde à prima iuuenta Tribunitijs certaminibus aſſuetus,pro concione ita eſt plebẽ,&
Tribunos allocutꝰ,Potuerũt,uideo Quirites,multi tã antea dubitare ueſtra ne cauſa Tribu Oratio Appij Claudij.
ni plebis an ſua potius,quietam ciuitatẽ,ſeditionibꝰ & diſcordijs ꝑpetuo exagitarẽt. Nunc
uero nemo eſt qui non aperte uideat,quo præceps illorũ inuidia, quo ſolicita hæc tẽdat am
bitio,ꝙ ipſum,quia ſit dubitari deſitum,uobis Quirites,& propterea uos Reipublicæ gra/
tulor,etenim per deum,qñ illi unquam in ueſtra aliqua iniuria,ſi qua alicunde in uos profe
cta uideri poteſt,tanto dolore,& ira excanduerũt,qñ magis offenſi & concitati,quam cũ cer
ta uobis militantibus ꝓmia propoſita uiderũt?Sed quid tũ illos creditis magis timuiſſe, aut
hodie ægrius ferre,quã ordinũ concordiã?cuiꝰ ſoluendæ proprium & peculiare Tribunitiæ
poteſtatis exiſtimant improbos artifices imitari,q in omni ope aliqd deſiderãt, in quo cor
rigendo ſui ſit uſus neceſſarius,ita ipſi aliqd ægri ſemper in ciuitate eſſe cupiunt,ad cuiꝰ cu
ratione Tribunitia poteſtas adhibeat̃.Sed uos Tribuni dicite utrũ defenditis plebẽ, an im/
pugnatis?Opitulamini militibꝰ,an inuidetis?niſi forte id dicitis,qcqd patres agant, id uo
bis diſplicere,ſiue pro plebe ſit illud,ſiue contra plebem,ac quemadmodũ dñi uetãt,cæteros
quicquã rei cũ ſuis ſeruis contrahere,ita uos patribus oĩ plebis commercio interdicitis, ut ne
comitate qdẽ munificentiaue aliqua in eum ordinẽ uti liceat.At quanto melius,ſi quid in
uobis ciuilis ſit modeſtiæ,ſiqd humanitatis,huic parum faueretis comitati,militeſq́ ad ob
ſequiũ hortaremini,ut perpetua hoim cõcordia,imperiũ urbis huius& opes coaleſcerẽt.Nã
quod ad collegarũ cõſiliũ attinet,ut hyeme obſidionẽ continuare uelint,nec inde infecta re
abſcedendũ putauerint,id ego non utile tantũ,ſed neceſſariũ etiam fuiſſe exiſtimo, quippe
qui uallo,foſſa,caſtellis,ita oĩa circa Veios diſpoſuerint,ut hoſtes,oĩ externo auxilio excluſi,
poſtremo ad deditionẽ faciẽdã,uelint,nolint,cõpellẽdi ſint,Quod ſi obſidio interpolletur,
nemini dubium eſt.quin auxilijs & commeatu. Veientes per ociũ adiuti,ſi non ſuis, alienis
ſaltem opibꝰ æternum ſtaturi ſint.Nec quia oppugnatio ſit longiuſcula,is propterea labor
pertimeſcendus quin illud aio agitandũ,totam olim Græciã ob fœminæ unius rapinam de
cem annos Ilium oppugnaſſe.Veientes qui ſepties rebellarunt,qui Ro.agrum toties popu
lati ſunt,noſtras legiões Fidenis trucidarunt,qui populi Ro,legatos, quia res de more repe
titum iuiſſent,pene obtruncarũt,anteaq́ Fidenis obtrũcãdorum autores fuerũt,impune à
Romanis tot iniurias ferẽt?Quanq́ quid attinet hoc dicere.Negabatis nuper ęra militibus
danda,qa nũꝗ data eſſent,quonãmodo igit̃ indignandũ ijs eſt,quibꝰ tantũ eſt cõmodi ad
iectũ,tm̃ emolumẽti,ſi laboris etiã aliqd adijciat̃?ut eñ opa ſine quæſtu eſt natura grauis,
ita ſumptꝰ ſine opa. Labor enim & uoluptas diſſimillima ſunt,hoc uno emolumẽti uinculo
nectunt̃.Patiat̃ igit̃ equo aio miles paululũ domo abeſſe,cui impẽſa grauis eſſe non poteſt
amplius. An ſi eos ad calculũ reſp.uocet non merito dicere poſſit,poſtquã annuũ ſtipendiũ
habes,annuã militiã exhibeto?Sed ego inuitꝰ in hac parte immoror:ſic enim agũt fortaſſe
qui mercenario utunt̃ milite,nos cũ ciuibus agimus,ac uelut cum patria nobiſcũ agendum
cenſemus,aut enim bellũ ſuſcipi non oportuit,aut pro dignitate populi Roma.ſuſceptũ per
fici,ad quod ipſum nos iniuriæ acceptæ,armorum apparatus,dignitas & amplitudo patriæ
gentis odium,hortantur,concitant,impellunt.Dignũ erat hac militaris uirtutis fama, qua
inter finitimos pollemus,hybernę etiam militiæ aſſueſcere,nec ꝑegrinas aues imitari,ꝙ ſub

Dictū de hi-
rundinib⁹.

æſtatis exitum,cõtinuo receſſum circunſpicere occipiunt. An ita erit,ut qui feras uenantur
hyeme uiues & frigora tollerent in ſyluis,Romana iuuentus pro patria ſub pellibus eſſe C
non poſſit?aut tam effœminata ſunt noſtrorum corpora,adeo molles animi,ut hyemem
unam perferre non queant?Nec dubium eſt,quin ſi illi audiant ueſtram hanc nefariam a-
ctionem,ad unum deteſtaturi ſint,uelut ſuæ inertiæ & deſidiæ teſtem,meminerintꝗ pote-
ſtatem iſtam maiores ſuos,ſub dio,non in umbra creauiſſe quin autores eſtis potius finiē-
di belli,exemplicꝗ Roma.conſtantiæ finitimis exhibendi,ut omnes intelligant nullum ali-
um belli finem Romanos noſſe,quàm perſeuerantia bellare?quæ omni genere militiæ eſt
utilis,ſed in obſidendis urbibus non utilis ſolum,ſed & neceſſaria,expugnant humana ſo-
pes,uis armorum,fames,ſitis:tempus uero non expugnat ſolum,ſed atterit penitus & euer
tit,Quod ut eueniat in Veijs ſane neceſſe eſt, niſi auxilio hoſtibus Trib. pleb. erunt. Ro-
mæꝗ pręſidia inuenerint Veientes,quæ nequicquam ab Hetruſcis quæſiuerunt.Erat per

Peroratio.

hæc Appius nihilo tribunis inferior,quin maxima pas ciuium'cum eo ſentire,quum clades
interim apud Veios accepta,eum quod nemo ſperaſſet,longe ſuperiorem reddidit, fecitꝗ
ordinum concordiam maiore,& ad Veios pertinacius obſidendos animos uehemẽtius in

Clades ad
Veios acce
pta.

flammauit.Erat iam agger,uineæꝗ tantum coniunctæ mœnibus,cæterum dum bellica o-
pera interdiu diligentius fierent,quā noctu aſſeruarentur,ſubita hoſtium eruptione ſunt i-
gni abſumpta.Perierunt pleriꝗ improuiſo incendio,ſed multo plures circa incenſa opera
temere coeuntes,hoſtile ferrum confecit.Id ubi Romæ auditum eſt,cura & metus ingẽs pa
tres inceſſit,ne qua ex re male geſta in caſtris oriretur ſeditio,ac Tribuni plebis eam occaſio
nem nacti inſolentius inſtarẽt,perſuadentꝗ plebi,exercitum ex Veijs reuocãdum,Hæc tū
cura hęrebat patribus,quum repente quibus equeſter cenſus erat,curiam ingreſſi,ſe ſuis e-
quis ſtipẽdia facturos profeſſi ſunt,quod ſtudium plebs ſecuta,pedeſtrem operam & ipſa
ad bellum gratuitam pollicetur,affirmantes,ſi Veios ducti ſint,fore,ut non prius inde ab-
ſcederẽt,quam urbs ipſa caperetur.Tanta ad hoc recens equitum & plebis ſtudium, Sena D
tui & patribus orta eſt lætitia,ut non per unum aliquem agendas eſſe multitudini gratias

Publica gra
tulatio.

cenſuerint, ſed pro ſe quiſꝗ,ex ſuperiore loco,ad eos,qui in Comitio ſtabãt,uoce manibuſ
que ſignificant,felicem urbem inuictamꝗ,& æternam præſenti concordia futuram.Lauda
bant Equeſtrem ordinem,laudabant plebem,diem ipſum uelut Romanæ urbi feliciſſimū
laudibus extollere,uictam fateri ſenatus benignitatem:manabant interim patribus pleriſꝗ
præ nimia lætitia,lachrymæ,Senatus inde in curiam reuocatus decreuit,ut per magiſtratus
gratiæ ordinibus agerentur,ſignificareturꝗ Senatum,pietatis & ſtudij illius in patriā me-
morem futurum.Interea placere peditibus ſtipendia procedere, & Equitibus certam pecu
niam aſſignari,quo contigit,ut tum primum equites publicum merere cœperint ſtipendiū:
uoluntarius inde exercitus conſcriptus, Veioſꝗ perductus eſt.qui non ſolum opera quæ in
terrupta erant reparauit,ſed recentia etiam alia,incredibili celeritate conſtituit. Habuit ſe-

Tri.cõſ.po.

quens annus Tribunos militum,Seruilium Halam,Q. Seruilium,P. Verginiū,Q.Sulpiti
um,Au.Manilium,& M.Sergiū. His tota ciuitate Veientano bello incumbentibus,præſi
diū quod Anxuri erat,quum negligentius urbẽ aſſeruaret,à Volſcis eſt oppreſſum,urbsꝗ

Tribunorū
diſcordia.

Romanis colonis pulſis,ab hoſte recepta.Nec Veijs interim melius res geſta. Romanis du
cibus,in republica adminiſtranda,diſcordibus,nouū à Capenatibus & Phaliſcis ſuperue-
nit bellū,Duo populi,quum poſt Veios eſſent periculo proximi,iunctis copijs in eam par
tem,qua M.Sergius curabat,ex improuiſo impetum fecere.Intulit inopinatus illorum ac-
ceſſus terrorē Romanis ingentem,totam Hetruriā adeſſe ratis,eademꝗ opinio Veiẽtes ex
ur exciuit,& iam ancipiti prælio Romana caſtra oppugnabant,nec Sergiani in alterutram
partē arma transferẽtes,ſatis Veientē intra muros cõpellere poterāt, neꝗ Capenatē & Pha
liſcū foris ſuſtinere,una retinendi loci ſpes erat,ſi cęterę legiões præſto affuiſſent. Nec Ver-
gini⁹, quo diſcrimine res eſſent ignorabat,in cuius caſtra trepidiſſime allatū erat,iā aliquot
caſtella ab hoſtib⁹ expugnata,teneriꝗ duplici p̃lio Sergiãos,qb⁹ niſi mature ſubueniret,
p̃iculū eſſe ne ad unū i medio cæderent.Erat Vergini⁹ Sergio iā antea priuato odio iſenſus
habuit

A habuit itaque tantum copias in procinctu, affirmans miſſurum ſe ad collegam, ſi auxilio indigeret, Sergius priuati odij magis memor quam patriæ, uinci ab hoſte maluit quàm inuiſum ciuem uincere. Dum hic igitur neq; auxilio ire curat, neq; ille ut eat poſtulat, magna pars militum in medio cæſa eſt, Alijs in maiora caſtra fuga delatis. Sergi⁹ cum altera manu Romam contendit. Ibi in ſenatu (nam & Verginius Romam accerſitus eſt) inter ſe duces altercati, culpā acceptæ cladis uterq; in alterum rejciebant, inceſſebantq; ſe conuicio, donec patrum autoritate ipſi & collegę ſeſe magiſtratu abdicarunt. Noui Tribuni inde creati, Varius Potitus, M. Furius Camillus, Aemilius Mamercus, Cornelius Coſſus, Fabius Ambuſtus, & L. Iulius Tullus, qui octobribus calend. magiſtratum iniuere, quum Idus Decembres, ad eum ineundum ſolennes eſſent. His Tribunis ad Capenam & Palerios bellatum, & Anxur reciperetur, in Volſcos itum, quum nihilo ſegnius interim Veij obſideretur. Certatum etiam nonnihil domi inter ordines, contráque Treboniam legem, patrum ſtudijs, qui labefactari legem cupiebant. Claudius Lacerius & Marcus Acutius à cæteris Tribunis cooptati ſunt, quum ſuffragio populi Tribunorum numerum ex præſcripto legis augeri oportuiſſet, Publius Curatius, Marcus Metilius, & Marcus Minutius, qui eos in gratiam patrum inuita plebe, cooptauerant, quum multo odio apud multitudinem flagrarent, ut odium à ſe in patriciorum aliquem auerterent, Sergium & Verginium quorum culpa priore anno, erat infeliciter ad Veios pugnatum, in iudicium arreptos, iratæ plebi reos obiecerunt. Denis milibus æris ambo damnati ſunt. Promulgant ad hæc Tribuni plebis agrariam legem, tributumque conferri prohibent. Gliſcereq; per hæc domeſtica diſcordia, quum Tribuni militum inter ſe prouincias partiti, alius alio profecti ſunt. M. Æmilius, & Quin. Fabius Veios ſortiti, Caſtellaq; ſuperiore anno amiſſa recipiunt. Recepta præſidijs firmant. Cornelius in Capenatem agrum, ubi quum hoſtes nūquam occurriſſent, uaſtati ſunt agri, uillæ incenſæ, prædaq; opulenta utrinq; abacta. Valerius cui Volſci prouincia euenerant, quum Anxur primo impetu capere nō potuiſſet, foſſa & uallo cinxit. Turbare omnia interim Tribuni plebis, tributum conferri uetando: & miles foris ſtipendium poſcebat, nec res procul à ſeditione aberat. Hortari ad hæc Tribu. pleb. multitudinem, ut honores non Sergijs & Verginijs ignauiſſimis hominibus demandarent, ſed uiris potius ſui corporis. Quam multos credere è plebe eſſe, qui utilius reipublicæ admoueri poſſent, quam quiuis patriciorum, qui nihil ſecum præter ſuperbiam in prouinciam ferrent? Quibus ſuaſionibus adeo commota plebs eſt, ut P. Licinium è plebe proximis comitijs Tribunum crearit, cæteri patricij fuere, P. Manilius, P. Titinius, P. Metius, Eurius Medullin⁹, Popilius Volſco. Ea res, quod unus è plebe inter Tribunos militum locum obtinuiſſet, in cauſa fuit, ut de tributo, quod ante conferri uetuerant, Tribuni remiſerint. Anxur interim receptum eſt. Fuitq; annus ille inſignis gelida & niuoſa hyeme, adeo ut innauigabilis ſit Tyberis factus, Licinius ita moderate Tribunatum geſſit, ſtrenuéque rempublicam adminiſtrauit, ut ſequenti anno præter M. Veturium, qui ex patricijs unus dignitatem obtinuit, cęteri plebei Tribuni relati ſint, M. Pomponius, Gn, Duillius, P. Volero, Gn. Genutius, & L. Attilius. Fuit annus ille peſtilens, atque ad uim morbi auertendam Sibyllini libri à duumuiris ſunt aditi, quorum iuſſu lectiſternia tum primū Romæ facta, tribus lectis quā opulētiſſimo potuerunt apparatu, ſtratis. Apollini & Latonę uno, Altero Dianæ & Herculi, Tertio Mercurio & Neptuno, hos enim tum dæmones, cęca uetuſtas, ut Deos uenerari. Ad Veios interim aduerſus Phaliſcos & Capenates & Veientes, qui ut antea, in caſtra erumpere ſunt auſi, magna hoſtium cæde eſt feliciter dimicatū. Terrifico illi acceſſu caſtra oppugnare aggreſſi adduxiſſent, haud dubie rem Romanam, ea parte, qua impetum fecerant, in aliquod diſcrimen, niſi Sergij & Verginij damnatio documento Tribunis fuiſſet, ſuis mature ſubueniendi. Adductis itaq; ad hoſtem legionib⁹, qua plurimū periculi erat, cū multa ſtrage & cęde à Romano uallo reiecerūt. Capenatiū multi, circa caſtrorū perierūt munitiões, ſed multo plures, qui in Romanos populatores inciderunt. Veientes & ipſi, proportis, quum in urbem compellerent, nihilo minore ſunt ſtrage affecti. Hæc foris, Romæ interea iniquo animo

Tri. cōſ. po.

Sergij & Verginij dānatio.

B Diſcordia ciuilis.

Tri. cōſ. po.

Tri. cō. pot. Lectiſternia prima.

Hoſtiū ſtrages ad Veios.

animo nobilitas ferre,ſummũ imperium,non modo cum plebe uu lgatum, ſed proximo/ C
biennio propemodum ademptum,cum honoratiſſimo quoque ſui ordinis egere, ut pro/
ximis comitijs peterent,quo contigit,ut tantorum nominum prætereundi uerecundia,pa/
Tri.cõſ. po. tricios omnes plebs crearit,Valerium Potitum,Quin. Valerium Maximum, Furium Me/
dullinũ,Fidenatem,& Sulpitium Camerinum.Hoc anno nihil eſt ad Veios memorabile
Prodigia geſtum.Ex Capenate agro & Phaliſco præda tantum abducta.Multa interim prodigia fa
cta dicebãtur,ſed oĩm pręcipue religioni miraculoq́ꝫ fuit ciuitati, ꝙ lacus in Albano nemo
Albanus la/ cus. re,nullis cœleſtibus aquis auctus,repente in altitudinem creuit inſolitam. Miſſi confeſtim
Delphos Coſſus Lucinius,Valerius Potitus & Fabius Ambuſtus,ſciſcitatum ab oraculo
quid ea res portenderet.Dum hi in Græciam nauigant,propriorum eſt fatorum interpres
Romanis oblatus,audita uox eſt Veientani ſenis cauillantis, dum forte ſtationarij milites
utrinque ſe, ut fit,conuicio inceſſerent,tum fore,ut Romani Veijs potirentur quum Alba/
ni lacus aqua corriuaretur.Id uelut temere iactatum,primo milites aſpernari, mox ubi res
inter plures celebrata eſt,cupido animos inceſſit,ſciſcitandi ecquis ſenex ille eſſet, qui eas de
Facinus Ro.militis. Albano lacu effunderet ambages. Vbi augurẽ eũ eſſe ex quodã cognouiſſet,de priuati por
tenti procuratione,ſi uacaret, hoĩm ſe conſulere uelle cauſatus eſt miles quidam,ꝙ quum
ille haud grauate præſtitiſſet, ſecretioris colloquij ſpecie ambo inermes longius à ſuis pro/
ceſſere.Tum uero Romanus præualidus corpore ſenem nihil tale ſuſpicãtem adortus, me
dium arripit,hoſtibusq́ꝫ magis tumultuãtibus,quã mature auxilio ſubeuntibus,ſublimẽ in
caſtra detulit. Ad imperatores primo perductus, inde ab his Romam. Tum ibi coa/
ctum dicere,quæ de Albano lacu ſponte docuiſſet.Deos,inquit,meæ urbi iratos fuiſſe ſa
tis ſcio illo die,quo mihi eam mentem dederunt,ut fatale excidium patriæ proderem. Cæte
rum quæ diuino inſtinctus ſpiritu in apertum retuli,ea quin dicta ſint,iam efficere nequeo
Fatalis deri uatio. Nunc uereor, ne celando quæ dij uulgari uelint,maius adhuc nefas contrahatur.Scio ego,
Albani lac9 fatalibus Hetruſcorum libris augurumq́ꝫ diſciplina contineri,quando Albanus lacus abũ D
daſſet,tum ſiqua rite emitteretur,fore,ut uos Romani de Veientibus uictoria potiremini,
antequam id fiat,deos Veientium mœnia haud unquam deſerturos. Læti patres eam rem
audiuere,quæ tamen deriuatio adhibenda eſſet,ut rite facta uideretur,ſoliciti requirebant.
Nec omnimoda auguri,ut hoſti,fides eſt habita,uiſum itaque legatorum ex Delphis redi/
Tri.cõſ.po. tum expectare.Anno interea circumacto Tribuni conſulari poteſtate creantur,Iulius Tul
lus,Furius Medullinus,Sergius Fidenas,Aulus Poſthumius,Cornelius Maluginenſis,&
Aulus Manilius,His tri unis Tarquinienſes repente hoſtes facti,occaſionem unam ſecuti
quod Romanos multiplici bello occupatos cernerent,in Romanum agrum prædabundi
irruperunt nec illis res,impune ceſſit,quin Lucius Iulius & Aurelius Poſthumius,eos præ
da onuſtos,cum uoluntariorum manu (delectus,Tribunis impedientibus, haberi nõ po/
tuit)per Ceritanum agrum,obliquis tramitibus,abeuntes adorti,præda exuerunt, ſubito/
que terrore diſſipatos paſſim obtruncarunt.Sub id tempus legati ſunt ex Græcia reuerſi
Oraculum Delphicum Pythium carmen,quod illi ſecum detulere,id fuit.Romane aquã Albanã caue lacu cõtineri,
Caue in mare manare,ſuo flumine ſinas emiſſas agros irrigare, diſſipatamq́ꝫ riuis extin/
gues,tum inſiſte audax hoſtium muris,memor quam per tot annos obſides urbem, ex ea
tibi ijs quæ nunc panduntur ſatis uictoriam datam,bello perfecto donum amplum uictor
ad mea templa portato,ſacraq́ꝫ patria,quorum omiſſa cura eſt,inſtaurata ut aſſolet facito.
Maior tum fides Hetruſco habita eſt,ipſeq́ꝫ ingens diuinitatis opinione eſſe apud Roma
nos cœpit.Sed nulli non hodie,in hac luce qua uiuitur liquere poteſt,malos dæmones hæc
utrobiq́ꝫ reſpondenda inter ſe cõpoſuiſſe,ad eũ populum, qui maximus erat in terris non
multo poſt futurus,perpetuis tenebris immergendum,& ut uaniſſimę arti maior fides eſſet
ſimul ut profaniſſimo illi malorum dæmonum domicilio ad humani generis perniciem
Albani prodigij procuratio. Delphis conſtituto, maior poſtea religio accederet. Cornelius & Poſthumius Tribu/
ni, Albanum prodigium curare ſunt iuſſi, mox ut auſpicia de integro repeterentur, &
quia ſacrificia in Albano monte parum rite facta magiſtratibus conſtabat. Tribunis eius
anni

A nani ſeſe abdicare iuſſis, interregnum eſt initum. Poſtremo Publius Licinius Caluus
prærogatiua Tribunus conſulari poteſtate creatur. Is ætate pro concione excuſata, quod ui
res corporis iam effœtæ eſſent, ſenſus oculorum & aurium hebetes, memoria labaret, uigor
animi obtuſior factus; à populo petijt, ut id beneficium in ſe militari diſciplina, omnibusq;
ciuilibus officijs inſtitutum, conferrent, quod ubi ſeni eſt, nouo exemplo datum, refecti om Genutij interitus.
nes ex eo collegio Lucius Titinius, Pu. Menenius, Gn. Genutius, Lucius Racilius: horum
Titinius & Genutius in Phaliſcos & Capenates miſſi, in hoſtium inſidias præcipitarunt.
Genutius honeſta morte ante ſigna occubuit. Titinius collectis in editum collem, ex præ/
ſenti trepidatione, militibus aciem reſtituit. Sed confligere cum hoſte non eſt auſus. Nun/
cius acceptæ cladis Veios in caſtra perlatus tantum terrorem intulit (Rumor erat Romanis
ducibus cum exercitu cæſis, Phaliſcos & Capenates ad oppugnanda caſtra contendere (ut
uix miles in caſtris ducum ſit imperio retentus, ſed maior omnino metus ciuitatem inuaſit,
quum ſuper cladem in Phaliſcis acceptam, caſtra quoq; ab hoſte oppugnari dicerentur.
Iam ludi Latinæq; feriæ inſtauratæ erant, & aqua ex Albano lacu ritæ emiſſa. Tum quia fa
tale excidium Veijs inſtabat, ciuitas ad conſuetum malorum remedium conuerſa, M. Fu/ Camillus dictator.
rium Camillum dictatorem creauit. Is magiſtrum equitum, Pu. Cornelium Scipionem di
xit, confeſtim quaſi noui ducis præſentiretur felicitas, omnia in urbe mutata, alia ſpecies, a/
lius hominum animus, fortunaq; ciuitatis alia uideri. Habito itaque Romæ accuratiſſi Matuta.
mo delectu, cui habendo Latini Hernicíq; ſponte accerſere, uocatq; Matutæ matri æde ſi
res proſpere euenirent (eam & Leuchoteam uocatam, Plutarchus autor eſt) ad bellũ dicta
tor proficiſcitur. Nec ita multo poſt cũ Phaliſcis & Capenatibus, in Nepetino agro ſigna
contulit, hoſtesq; acie uictos caſtris exuit. Scd'm eã uictoriã exercitũ Veios admouit, quibꝰ
præſidio & munitionibꝰ firmatis excurſionibus, quæ utrinq; ex occaſiõe fiebant, inhibitis,
cuniculum in hoſtium arcem agere eſt adortus, ꝙ opus, irrequieto totius exercitus labore,
B ꝑ ciues die noctu ꝓ operãtis, ubi ad exitũ ſpectare uidit, Rõanus imꝑator, cerneretq; uicto Cuniculꝰ in Veios.
riã in manibus eſſe nequa inuidia, ex tã opulentæ urbis præda, à patribꝰ, aut ab exercitu ma
neret, ad ſenatum ſcripſit, ecce iam Deorum benignitate, ſuoque conſilio eo uentum, ut ni/
ſi caſus aliquis inopinatus interueniret, breui Veijs potiretur, ipſi uiderent, quid de Veien
tana præda ſtatuendum cenſerent. Tenuit non nihil ea conſultatio, eſtque in curia in/
ter Appium Claudium, & Licinium ſententia diſceptatum, quorum hic captam urbem
militibus diripiendam cenſebat. Damnare ille contra tam prodigam largitionem. Vicit Li
cinij ſententia, edictumque eſt, ut qui Veientanæ prædæ uellent participes fieri, in ca/
ſtra ad dictatorem irent. Tum Camillus decreto patrum ex urbe accepto, conſpicatus ad
hæc multitudinem ingentem, quæ breui in caſtra ſpę prædę confluxerat, auſpicato egreſſus
militi ut arma capiat edicit, Apollinemq; precatus, ut pręſens uolensq; ſibi & ſuis adeſſet,
ex totius pręde ſumma decimam illi uouit, Corona inde armatorum hoſtilem uallat, ut He
truſcus circunquaque pręlio occupatus, Romanorum eruptionem ex cuniculo minus prę
ſentiret. Mirari Veientes, rerum omnium ignari, quid eſſet, quod quum tot dies Romanus
ſe intra uallum tenuiſſet, tum demum ita ferociter exortus, urbẽ ſubijſſet. Haud igitur tan
tam ſibi cladem inſtare ſuſpicati, impigre arma capiunt, in muróſque & ſtationes diſcur
runt. Interea cuniculus delectis militibus plenus in ędem Iunonis quę in arce erat repente
armatos effudit, qui propugnatores terrifico clamore circa muros adorti, paſſim trucidant,
alij portarum clauſtris ui ſubita refractis, ſuos in urbem accipiũt. Tenuit aliquandiu certa
men, ſeruis mulieribusq; ſupernę regulas, in ſubiectos milites, deuoluentibus. Poſtremo,
oppidanis muro deiectis, & iam undique hoſtibus ſeſe portis inferentibus, nec una muro
rum parte tranſmiſſis, tetra eſt ciuium cędes edita, igniſque ad terrorem augendum domi
bus iniectus. Fuiſſetq; maior omnino uis hominum cæſa, niſi pugna pluribus locis ſua
ſponte remittente, Camillus parci inermibus imperaſſet. Ferunt eum direptam urbem Attende Camilli precationem.
ex arce, prędámque maiorem opinione intuitum, obortis lachrymis Deos precatum,
ut ſi maior fortuna populi Romani uideretur, quàm quę ſine clade aliqua poſſet corrigi,
quicquid

Facinus uix credibile.

quicquid incommodi ex ea inuidia Romano nomini immineret, id totum in ſuum caput uerterent, ſecundumque eam precationem offenſo pede concidiſſe. Quod omen ad ipſi- C us exilium pertinuiſſe poſtea creditum eſt. Adijciunt aliud, magis à fide abhorrens, quod uix referre eſſem auſus, niſi à Liuio & Plutarcho autoribus grauiſſimis proditum uiderem, Romanos ex cuniculo erupturos, aruſpicis uocem audiuiſſe, regem admonentis, qui in arce ſacrificabat, eum populum illo die uictorem futurum, cuius imperator exta, quæ ipſi in manibus haberent, proſecuiſſet, ac tum templi pauimento repēte diffracto milites in apertum emerſiſſe, extaq́ꝫ hoſtibus adempta ad Camillum proſecanda detuliſſe. Egeſta

Miraculū ſide uacans.

ex tota urbe præda, cum Camillus Deorum etiam ſtatuas inde amoliri imperaſſet, aliud ibi miraculum extitiſſe memorant: ſed id fabulæ ſimillimum, Dictatore cæſa Iunoni hoſtia Rogante, an uellet dea propitia Romanis eſſe, annuens uolenſq́ꝫ Romam ſe transferri ſineret, locutum ſimulachrum reſpondiſſe, uelle id ſe, affereretq́ꝫ. Hæc Plutarchus. Ego libentius Liuio accedo, qui haud ſimulachrum locutum ſcribit, ſed quum ab amolientium uno, per iocum rogaretur, an Romam ire uellet, annuiſſe ſit à circunſtantibus conclamatum, atque inde fabulæ adiectum, quaſi uox ſimulachro eſſet edita. Id Romam delatum in

Iunonis reginæ tēplū.

Auentino ſtatuerunt ubi Iunoni reginæ templum eſt poſtea conſecratum. Et Veij, urbs Hetruriæ nobiliſſima in hunc modum capti ſunt, decennio poſtquam à Romanis oppugnari cœperant. Attulit ea uictoria incredibilem ciuitati lætitiam, quatriduo circa ſacras ædes ſupplicatum. Camillus quatuor equis albis, quod imperatorum nulli antea contigerat uectus urbem triumphans ingreſſus eſt. Tota ciuitas uenienti obuiam effuſa eſt. Ipſe dedicata Matutæ æde, & altera Iunoni reginæ redemptoribus locata, dictatura ſe abdicauit. Nepos Cornelius, eadem tempeſtate Veios captos prodidit, qua triginta ſunt tyranni Athe-

Temporū collatio

nis prælati, quæ Athenienſium clades, ſi ille tempora recte digerit, in ſeptimum & quadrageſimum ſupra trecenteſimum Romanæ urbis incidit: in quæ tempora Græcarum rerum ſeries, per ea quæ Xenophon Thucydidi ſubiecit, nobis prius ſubtexenda ex ſexto retro an- B no repetenda, quàm ad Romanas res geſtas recurrat ſtilus. Alcibiades igitur poſt fœdus cū Pharnabazo ictum, quod nonnihil labefactum uideri potuit, ob Abydenam pugnam,

Byzantium

Byzantium totis copijs petijt. Sedet id contra Chalcedonem in ora Thraciæ, modico freto ab Aſia diſcretum. Huc claſſe admota, munitionibus oppidum circunſedit. Præerat ubi Clearchus Lacedæmonius, cum ſociorum manu haud cōtemptibili. Is ubi obſidionem in longum trahi uidit, præſentibus copijs diffiſus, ut maiora ad tuendam urbem præſidia contraheret, rebus in urbe conſtitutis, Pharnabazum adijt, cum quo egit, ut militibus, q̃ ad præſidium eius urbis erant, ſtipendium ſolueret, & ut naues in Helleſponti ora ad præſidium relictas, accerſeret. Interea Lycurgus & Anaxilaus, magis ſeruandæ urbis cauſa, quā ut

Alcibiadis ſtratagema

ſuis rebus conſulerent, Byzantium Alcibiadi tradiderunt. Pridie quàm in urbem receptus ſit, ex confeſſo Helleſpontum uerſus, cum tota claſſe ex conſpectu urbis abijt. Interea, conſilij conſcij, rumores in urbe diſſipant, claſſem Atticam in Ioniam abire, ob ſeditionem ibi motam res credita eſt, ubi uero nox affuit, curſum retro Alcibiades conuertit, nauibus ad urbem, quam maximo potuit ſilentio, admotis. Ipſe cum parte copiarum, per portas quæ in Thraciam ducunt, à proditoribus receptus, foram occupat, Peloponnenſes Bœotij & Megarenſes qui præſidio erant ad primum tumultum exciti, circa portum & in urbe, nonnihil prælio hoſtem fatigant, uerum ubi res perditas uident, nec ſpem ſupereſſe ullam retinendę urbis, fuga ſibi ſalutem quærunt. Xenophon in forum tantum ait decurſum ab ijs qui in præſidio erant, cæterum ubi omnia ab hoſtibus teneri uiſa ſunt, abiectis armis de-

Potitur Alcibiades Byzantio

ditionem fieri contigiſſe. At quoquo modo res acta eſt, Alcibiades, ut antea fuerat pollicitus, receptam urbem nulla clade affecit, quę res poſtea Anaxilao & Lycurgo qui Byzantium prodiderunt, apud Lacedæmonios ſaluti fuit, ubi quum cauſam dicerent, fertur Anaxilaus conſtanter affirmaſſe, nihil à ſe turpe factum, quod patriā fame ad interitum affectā ſeruare uoluiſſet, nam quum Byzantium omni re frumentaria à pręſidiarijs militibus conſumpta, obſideretur, cerneretq́ꝫ ciues ſuos inedia conſumptū iri, operam dediſſe ut omniū

for

A fortuna incolumi, præſenti prælio ſui defungerentur ciues, Lacedæmoniorum exemplum ſecutus, quibus ſemper maximæ curæ fuit, quacunq; ratione liceret, ciuitatem ſeruare. Quo tempeſtiuo adagio omnis inuidia, quæ ex ea proditione adhuc reliqua erat, eſt ab Anaxilao diſcuſſa. Sub uernum huius anni tempus Cyrus eſt à rege in prouinciam miſſus, qui maritimo bello præeſſet. Is ubi ad mare deſcendit petijt à Pharnabazo ſibi Athenienſium legatos dari, qui apud illum aliquandiu fuerant, ut per eum in Perſidem ad Darium regem iret, aut ſi nollet tradere, continuo miſſos faceret, nam poſt fœdꝰ cum Pharnabazo ictum, Athenienſium & Argiuorum legati in Bithyniam uenerant, ut inde ad regem tuto proficiſcerentur. Hos ne legationis nomine rebus gerendis pro exploratoribus adeſſent, inde ablegare Pharnabazus eſt iuſſus, qui per Aribarzanem quendam in Cium Myſię deducti, in tutum retro abierunt. Alcibiades poſt Byzantium receptum in Atticam cum uiginti nauibus profectus eſt, captiuos plurimos habens, & ſpolijs hoſtium claſſem magnifice inſtruxit, in quibus ſupra ducenta captiuarum nauium roſtra fuiſſe dicuntur. Habuiſſe traditur & Chryſogonum quendam in naui, modulatorem ea tempeſtate egregium, ad cuius concentum nautæ remorum pulſum coaptare iuſſi, ſuauem quandam harmoniæ ſpeciem repræſentabant. Duris Samius purpureis uelis prætoriam nauem Pyreum Athenarum portum ingreſſam memorię prodidit: Xenophon quem ſequimur, nihil horum meminit, neq; Theopompꝰ, neq; Ephorus, ut Plutarchꝰ ſcribit, qui hæc ipſa parum uero ſimilia arbitratur. Portum itaq; ingreſſus, non prius in terram deſcendit, quàm Euryptolemum & familiarium alios ſibi adeſſe conſpicatus eſt.

Anaxilai adagium.

Alcibiadis in patriam reditus.

Tota interim ciuitas, uidendi hominis ſtudio ad portum effuſa eſt, omnium ille oculos, tot caſibus iactatus, multiſq; uictorijs clarus in ſe uerterat. Cuncti illum intueri, ſtudio complecti, oſculaq; & dexteram iungere cupiebant. Senes qui prę nimia frequentia eum tangere non poterant, procul ſtantes, minoribus natu eũtem oſtendere, manante præ nimio affectu intuentibus lachrymæ palam prædicantibus illum inimicorum inuidia B pulſum, rem ciuitati calamitoſam, quod ſi gerendis rebus Siculo bello interfuiſſet, uix dira illa clades fuiſſet ad Syracuſas accepta. Eſſe id argumento, quod rem Atticam, iam maris imperio pene ſpoliatam, in priſtinam fortunam ſua uirtute reſtituiſſet. Hæc uulgo iactari.

Athen. ſtudium in Alcibiadem.

Ipſe ingenti multitudine ſtipatus, in forum uenit: ubi pauca de ſuo exilio pro concione queſtus, omnia quæ extorris perpeſſus eſſet, in fatum & fortunam ſuam reijciens, de rebus à ſe geſtis, deq; uniuerſo prouinciæ ſtatu, accuratiſſime diſſeruit. Tanto omnium aſſenſu auditus eſt, tantoq; ciuium fauore, ut continuo ſit ei, rerum omnium terra mariq; gerendarum, poteſtas & imperium decretum, omnibus prius bonis reſtitutis, diriſq; imprecationibꝰ, quibus abſens deuotus fuerat, ſublatis. Auxit illius famam quod myſteriorum pompam, poſt Deceleam à Lacedæmonijs occupatam, ad Eleuſim mitti deſitam, ante ipſas hoſtium ſtationes incolumi ciuitate traduxit. Id quum alijs, tum ipſi Duci, adeo præclarum facinus eſt uiſum, ut iam inde iactare auderet, ductare ſe exercitum inuictum. Nec ita multo poſt quum magnus ad eum inopum fieret concurſus, uelut ab eo genere hominum, ad rempublicam occupandam inuitaretur, cœpit eius longior mora uulgo ſuſpecta eſſe: quare pro magno negocio homines aduerſæ factionis habuerunt, efficere ut inſtructa claſſe continuo in prouinciam ablegaretur.

Alcibiadi decernitur imperium.

Cum centum igitur nauibus magniſq; copijs Athenis profectꝰ, Andrum primo applicuit, ibiq; Lacedæmonijs, qui prę ſidio loci erant, prælio uictis, in Samum traiecit. Feſtinatus ex Andro digreſſus ſuſpectiorem adhuc reddidit Alcibiadis fidem, uelut conſulto Andrũ expugnare noluiſſet. Miſerant interea Lacedæmonij Lyſandrum Ariſtocliti filium, cum imperio claſſis, in Ioniam qui ex Rhodo primum appulit, in Con inſulam cum ſeptuaginta nauibus traiecit, & mox inde Miletum claſſem adduxit, ex Mileto Sardis ad Cyrum contendit, cum quo multa de belli ratione locutus, Tiſaphernis ſegnitiem incuſare, Cyri promptitudinem affirmans perutilem bello futuram, nihil uereri ſe, fore, ut ſi large ſtipendium claſſi perſolueretur, breui cum hoſte debellaretur. Tum ibi Cyrus ſe cũ quingentis in prouinciam talentis ueniſſe dixit, uerum paratum eſſe ſe, quando ita à patre iuſſus eſſet id facere, uel regiam ſedem, quæ ex auro conſtaret & argento, ſi opus eſſet, in uſum belli con-

Digreſſꝰ Alcibiadis.

Lyſander Lacedæmonius.

Cyri ſtudiū in re bellica

li conflare. Hic lætus Lyſander,ſtipendioque in menſem unum accepto, ad mare reuer-
ſus,nonaginta nauibus ad Epheſum ſubductis,tamdiu ibi eſſe ſtatuit, donec tota claſſis
ad bellum habilior fieret. Interim Alcibiades ſtipendij inopia in Cariam proficiſcit, Antio
cho quodam rei maritimæ non imperito, cum nauibus ad Notium relicto, quem identi-
dem monuit,ne ſe abſente ad hoſtem nauigaret:ille,ut ſunt hominum quorundam inge-
nia ad contumaciam prona,uelut id facere eſſet iuſſus,cum duabus triremibus ad ipſas uſ-
que proras nauium, quæ in Epheſino portu ſtabant, inuectus, cōuicio hoſtem iritare,
quem in altum abeuntem Lyſander cum aliquot eſt nauibus inſecutus, reliquam Atheni-
enſium claſſem ſuccurrere feſtinantem,ſine imperio,ſine conſilio temere progreſſam, aper
to mari excipit,exceptam ac prælio profligatam,quindecim ex ea naues, cum totis turmis,
oppreſſit. Alcibiades nuncijs acceptæ cladis excitus,celeri curſu Samum uenit, quo naues
in altum diſiectæ uelut in pacatum conceſſerant, inde abolendæ ignominiæ cupidus cum
tota claſſe Epheſum profectus in conſpectu hoſtium naues in procinctu habuit,nullā pu-
gnæ moram facturus,ſi pugnandi copia ab hoſtibus facta eſſet, Lyſander ratus fortunam
cum proſpera ſit, nō eſſe multis caſibus fatigandam, recēti uictoria contentus, quia nume-
ro nauium aliquanto eſſet hoſtibus inferior, certamine abſtinuit. Nec ita multis interiectis
diebus Thraſibulus Thraſonis filius,uir domi æque ac militiæ clarus,cæterꝫ Alcibiadi infe-
ſtus Athenas reuerſus,ducem ipſum ad populum criminari,Epheſinæ cladis culpam in e-
um referens quòd homini temerario & imperito,cum tot interim præclari adeſſent uiri,mo
derandā claſſem reliq̄ſſet,ipſeqꝫ exigendæ pecuniæ p̄textu,in Cariā conceſſiſſet,ut cū palla
cibus quas in ea terra plurimas haberet,libidinē & ocia uelut pacato reip. ſtatu molliſſimus
imperator ageret. Corruptū eſſe exercitū ducis exemplo, actumqꝫ de repub,niſi continuo
illi ſuccederet. Multitudo his criminibꝰ accenſa, Alcibiadi abſenti imperiū abrogauit, duci-
bus q̄ Sami erant, tādiu claſſem adminiſtrare iuſſis, quoad nouus imperator in prouinciā
mitteret. Alcibiades timēs ſibi in ordinē redacto,cū ijs nauibꝰ,militibuſqꝫ,q̄s ſeorſum à pu D
blicis rationibus alebat,in Cherſoneſum abijt. Xenophon unam habuiſſe triremem ſcri-
bit,ibi urbes quæ ſine rege eſſent,ex proximo infeſtans multiplici præda militem ditauit.
Athenienſes imperio Alcibiadi adempto,Cononem cum uiginti nauibus in ſupplementū
claſſis,cuius imperium obtineret,Samum miſerunt, Iſqꝫ tum circa Ioniam erat rerum ſtatꝰ.
Carthagiuienſes interea,qui in Sicilia erant,Agrigentinos fame domitos ad deditionem cō
pulerunt. Eratqꝫ hic quartus & uigeſimus Pelopōneſiaci belli annus, quo Callicratidas Ly
ſandro eſt ſucceſſor datus. Huic uenienti Lyſander dixiſſe fertur,ſe claſſem ei ita inſtructam
tradere,ut maris imperium in Lacedæmoniorum poteſtate eſſet. Cuius inani iactātia Calli
cratidas offenſus reſpondit,ut ſibi ad ſiniſtram Sami circumageret claſſem,fore,ut ſi maris
imperium in ſuis manibus eſſet,hoſtes metu preſſi,nihil ex ſua ſtatione mouerent. Tum il-
læ naues,inquit,non meo Callicratida uerum ſub tuo ſunt imperio,ac tantū effatus in Pe
loponneſum abijt. Nec tantum hoc Lyſandro ſignum maleuoli apparuit ingenij,ſed quic
quid etiam argenti in ſtipendium claſſis à Cyro accepti ſupererat, Sardis ad eam remiſit,
ne Callicratidas eo poſtea uti poſſet,quo ille ab initio coactus eſt in Lydiam ire,ut à Cyro
pecuniam peteret. Ferunt ad illius ianuam ſtantem petijſſe regij iuuenis colloquium, cui
quum diceretur,non eſſe potanti Cyro ocium audire quempiam:tum ſecum Callicratidas
homo excelſo animo inique ferens regium faſtum,multa ijs mala imprecatus dicitur,q̄ Per
ſicis opibus allecti,tam turpiter Græciam, ſocietatis ſpecie,Barbaris apud quos nihil boni
præter aurum eſſet,irridendam obieciſſent,deos teſtatus quamprimum Spartam ueniſſet
enixe operam daturum ſe,ut Græci in priſtinam gratiam redirent,ut perpetuo terrori Bar
baris eſſent. Atque ita Cyri congreſſu ſępius fruſtra petito,ſine pecunia ad naues redijt, La
cedæmonem miſſis qui inde pecuniam in ſtipendium peterent. Ipſe Mileſios pro conciōe
hortatus eſt,ut tantiſper dum ex Peloponneſo ſtipendium mitteretur,uellent argentum in
præſentem uſum conferre:præſtiterunt id Mileſij haud grauate,atque ita Callicratidas ſti-
pendio claſſiarijs reddito,cum centum & quadraginta nauibꝰ,tam enim ualidā claſſem ille
poſt

Quindecim Athenien. naues Lyſā. der opprimit.

Abrogatur Alcibiadi imperiū.

Callicratidæ conſiliū

C post ſuum in prouinciã acceſſum conflauerat, in Leſbum cõceſſit: ibi Metymnã, quę Athe-
nienſium præſidio tenebatur, quum ad uoluntariam deditionem compellere nequiuiſſet,
ui adortus expugnauit, expugnatam militibus diripiendam dedit. Metymneis libertatem
reſtituit, atqꝫ eodem die Cononã Atticæ claſſis ducẽ auxilio uenientẽ, alio mari fugatũ, in
Mitylenẽ cõpulit. Cæterũ Leſbijs hortantibus, ante portũ iterũ confligere auſus xxx. ua- Conon à Lacedæmo. uincitur.
cuis nauibus amiſſis (nam turmæ in proximũ littus euaſerant) iterum uict⁹, ſe cum reliqua
parte nauiũ, trepide in urbem recepit, quibus in tutum ſubductis, ne ab hoſtibus abſtrahe-
rentur, urbem ſumma ope tueri parat. Callicratidas portum numeroſa claſſe inſidet, Co-
nonẽ obſidione fatigaturus, inde alio ex Chio accerſito exercitu, terra mariqꝫ Atticũ hoſtẽ
oppugnat. Conon magnitudine periculi mot⁹, haud ignarus obſidionẽ diu ſuſtineri non Conon obſidione cingitur.
poſſe, quũ unde tantam uim hominũ aleret, urbs una non haberet: ne igitur cũ tota claſſe
in hoſtiũ poteſtatẽ ueniret, duas occulte triremes, lectiſſimo remigio, inſtruit. Hæ circa me-
ridiẽ, per hoſtium ſtationẽ, remis & uelo celerrime p̃teruectæ, hoſtib⁹ fruſtra tumultuanti-
bus, in apertũ euaſere. Tum q in anchoris ſtabant oras repẽte abrũpunt, curſuqꝫ celerrimo
Atticas ſecutæ naues, illę ex compoſito diuerſæ inuicem abiuerãt, in pelagus una, altera Hel-
leſpontum uerſus, quæ altum tenuerat, ſub occaſum ſolis ab inſequentibus capta eſt. Alte-
ra ex Cherſonneſo, quo fuga delata eſt, in Atticam cladis & obſidionis nuncia peruenit. Ibi
Athenienſes inuicto animo, claſſem omni publica & priuata ope comparant: delectum ha-
bent ex omni ætate & fortuna, adeoqꝫ omnia mature acta, ut tringinta dierum ſpatio, cen-
tum & decem triremes ad bellum proceſſerint. Cæterũ dum mature hæc omnia expediun-
tur, Diomedon ex Atticis ducibus unus cum XII. nauibus Cononi, ſiqua poſſet, opem la-
turus, in cõſpectum hoſtium uenit, in quem parte nauium à Callicratida celeriter immiſſa,
decem Atticæ in hoſtium poteſtatem uenere, duab⁹ cum ipſo duce ægerrime dilapſis. Coi-
D uerant interea circa Samum ad naues XL. quo contigit, ut claſſe iam ex Attica appulſa, con-
tinuo ſit in hoſtes itum. Callicratidas audito Athenienſium acceſſu quinquaginta nauibus
cum Theonico ad obſidionem relictis, ad Maleam promontorium Mitylene proximum,
cum cxx. nauiũ claſſe conceſſit. Ita euenit, ut eodẽ die Athenienſes ex Samo ad Argynuſ-
ſas uenerint. Sunt Argynuſſæ ante Leſbum in Maleæ conſpectu, inde dux Lacon intuitus Argynuſſæ.
ſub noctem ignes, factuſqꝫ certior hoſtium eos eſſe, irruiſſet eadem nocte in Atticam claſ-
ſem, niſi pluuia & tonitruis, ſtrepente cœlo, uelut prodigio quodam abſterrit⁹ abſtinuiſſet.
Vbi uero primum illuxit, acie dimicaturus Argynuſſas ire contendit. Athenienſes hoſtes in-
tuiti ex aduerſo ſtatim erigũt aciem. Ariſtocrates cum quindecim nauibus ad læuam præi-
bat, ſuccedere illi Diomedon pari numero. Diomedonti Pericles hęrebat. Erantqꝫ in his q̃s
Pericles agebat Samariæ & alię auxiliares naues. Dextrum cornu Protomachus princeps
procurabat, poſt illum Thraſyl⁹, poſt Thraſylũ Lyſias, mox Ariſtogones, nihilqꝫ in his or-
dine aut numero uariatum. Callicratidas dexter inuectus, ab Hermone Megarẽſi, cum quo
claſſem gubernabat, monitus, ut ſine prælio abſcederet, quando maior omnino claſſis eſſet Callicratidæ reſponſum & mors
Attica, quàm Laconica (erant Athenienſium naues centum quinquaginta) reſpondiſſe dici-
tur, Spartam ſe cadentẽ nihilo deteriorem futuram, at fugere ſibi turpiſſimum eſſe. Pugna-
tum ab initio eſt conſerto utrinqꝫ agmine: mox ſparſim ſingulę ſingulis pluréſue conſertæ.
prælium acriter ciere. Callicratidas naui excuſſus medijs fluctibus occubuit. Perijt & Pro-
tomachus, alijqꝫ plures uiri illuſtres. Nec Lacedęmonijs ſocijſqꝫ, amiſſo duce, diu acies man-
ſit incolumis, quin eo cadente, confeſtim fuga ſecuta eſt, totaqꝫ claſſis fœde diſiecta, fugien- Lacedæ. ad Argynuſſas uincuntur.
tium quidam in Chium cõtenderunt curſum: Alij in Phoceam ſunt fuga delati. Naues cir-
citer ſeptuaginta in Athenienſium poteſtatem uenere. Habebãt in animo Attici duces, ho-
ſtes, qui ex acie fugerant, cum parte nauium inſectari, reliqua claſſe ad Theonicum, qui cir-
ca Mitylenem ſedebat, opprimendum relicta, ſed uentus cum tempeſtate ortus inuitos tan-
diu Argynuſſis tenuit, quoad Theonicus, ſuorum clade audita, ſuppreſſo tãtiſper nuncio,
donec claſſem in Chium miſiſſet, ipſe in littus exiens terreſtri itinere, cum ijs copijs, quæ cir-
ca urbem ſedebant, incenſis caſtris Metymnam deceſſit. Conon ſub ipſum hoſtium digreſ-

 ſum, de-

ſum, deductis repente nauibus, ſuis obuiam proficiſcitur. Ibi mutua duces gratulatione iun
cti, Metymnam primo nauigant, inde in Chium, ubi quum nihil omnino agi potuiſſet in C
Samũ uictrix eſt claſſis reducta. Theonicus & ꝗ in Leſbo erant, famã & alia incõmoda ꝑ
peſſi in Chio hyemarunt, ꝗbus hybernis annus ꝗntus belli Pelopõneſiaci ac uigeſimus ẽ
pactus. Sub initium ueris ex Chio Peloponnenſes & ſocij Epheſum petierũt, unde Lacedę
monem miſſi ſunt, ꝗ nominatim Lyſandrum claſſis ducem poſcerent. Miſerat & Cyrus, ꝗ
hoc ipſum Lacedæmonijs imperaret. Negare quidam eum mitti debere, uerſutum homi/
nis ingenium, & ſupra quàm dici poſſet ambitioſum auerſati. Obtinuerunt tamen uiri ei⁹
factiouis, ut legati nomine cum imperio ad exercitum mitteretur. Erat Lyſander callido, ut
Lyſander. fertur, uarioqꝫ ingenio: quippe qui ab Hercule oriundus quum ei diceretur, progeniem
Herculis res magnas ut autorem generis uirtute non fraude obire oportere: ita occurrere
ſit ſolitus, eſſe ſibi, ne leonis pellem ut Hercules ſemper attingeret, uulpinam inſuendam,
dicere pręterea pueros aſtragalis, uiros iureiurando fallere. Vbi itaqꝫ Epheſum uenit, Theo
nicum in Chium miſit, ut quicquid ſuarum nauiũ ibi eſſet, aut ſocioꝝ alibi ad bellũ inſtrue
retur. Ipſe interea Sardis ad Cyrum proficiſcitur. Cui uenienti Barbarus nouum imperiũ
familiariter gratulatus, non ſolũ ſtipendiũ in ipſius gratiam, ſe benigne ſoluturũ pollicere
tur, ſed ſi pecuniæ deſint aureũ ſe ſoliũ diſſecturũ, ne quid ad rem mature gerendã ipſi duci
Cyrus. deeſſet. Hic eſt Cyrus ille, cuius inſtitutionem Xenophon, quẽ in Peloponneſiaca hiſtoria
poſt Thucydidem ſecuti ſumus, pluribus eſt libris cõplexus: qui ut arctiori fœdere Dariũ
Lacedæmonijs & Lyſandro iungeret, in Perſidẽ profectus eſt. Lyſander ꝗ iã antea ad exerci
tum redierat, ex Caria in Ceauniũ ſinũ: & inde Rhodũ ꝓgreſſus eſt. Athenienſes interim
ex Samo in Chium traiecere, ex Chio Epheſum delati, hoſtiũ fines late populati ſunt. Nec
ita multis interiectis diebus, Lyſander ex Rhodo in Helleſpontũ reuerſus, Lampſacũ urbẽ
Lampſacus urbs. Athenienſiũ ſociã ſubito acceſſu expugnauit, ac diripuit. Erant tũc Athenienſes in Eleũte cũ
nauibus paulo minus ducentis: huc Lampſacenę cladis nuncio trepide allato, continuo ad
Ægos amnem claſſem promouere. Eſt is Thraciæ fluuius, haud procul Lampſaco in Hel/ D
leſpontum decurrens. Inde profecti in cõſpectu hoſtium poſtridie claſſem in procinctu ha/
buerunt, de ſumma rei dimicaturi ſi pugnæ copia facta eſſet, aut ut timoris confeſſionem
exprimerent hoſtibus, ſi certamen detrectarent. Lyſander cõſulto ſe in portu tenuit: nullam
bene gerendæ rei occaſionem prætermiſſurus. Tydeus Menander & Adimantus, quorum
Aegos fluuius. erat claſſis imperium, ad Ægos ſtationem reuerſi, loco, neqꝫ à maris iactatione, neqꝫ ab ho/
ſtium incurſu ſatis tuto, ad terreſtrem frumentationem minime idoneo, ſe tenebant. Eam
ducum inſcitiam ægre ferens Alcibiades, qui in Cherſonneſo erat, ſiue imperatoriæ diſcipli
Alcibiadis officiũ circa ſuos. næ oſtentandæ gratia, ſiue quod ſimilius uero eſt, charitate patriæ abductus, terreſtri itinere
ad naues uenit: ubi periculo quod undiqꝫ inſtabat ducibus demonſtrato, hortatus eſt ut cõ
tinuo inde digreſſi Seſtum concederent, fore, ut non minus opportuno loco ſederent, om/
nibus hoſtium motibus occurſuri & ab omni maris iniuria hoſtiliqꝫ incurſu tutiore. Hic ſi/
ue duces Alcibiadis fidem ſuſpectam haberent, ſiue quod nollent uideri imperandi peritia
illi cedere, eum conuicio & minis exceptum, caſtris eijciunt. Fuit ſiue ſtultitia ducum illa, ſiue
pertinacia, non ipſis ſed patriæ exitio. Enimuero paucis interiectis diebus, Lyſander ubi ſatis
exploratum habuit, ſolute & ſine imperio Athenienſes ex caſtris, quæ in ripa fluminis fece/
Athen. claſſis ad Egos deletur. rant, in terram dilabi, facto in Atticam claſſem ex improuiſo impetu, ſine difficili ullo certa
mine, totam ferme claſſem, triaqꝫ hominum milia & amplius oppreſſit. Cętera multitudo,
quo ſuus quemqꝫ impetus tulit, in mediterranea loca, cum conſternatione & pauore dilap/
ſa eſt. Conon media trepidatione dilapſus, ubi res porro perditas uidit, cum octo nauibus
in Cyprum ad Euagoram aufugit, incertum, conſcientia rei male geſtę, an quia de ſalute pa
triæ deſperaſſet. Paralos nauis Athenas acceptæ cladis nuncia feſtinauit. Vtebantur eo na/
Paralos. uigij genere Athenienſes, ad reos ex prouincia in urbem deportandos. Ipſa Pyreum noctu
ingreſſa, tantam attulit trepidationem, ut ex portu per longos muros clamore & fletu ho/
minum, id ſtationatim nunciantium, funeſtæ cladis nuncius ſit in urbem perlatus, tum cõ/
ploratio

A ploratio paſſim orta, omnis ſexus & ętatis multitudinem in publicum traxit: ibi per noctem nihil à fletu & lamentatione ceſſatum. Nec tantum dolor eorum, qui amiſſi erant, quãtum patriæ periculum animos inceſſere. Actum de imperio, actum de libertate affirmabant. Nihil amplius ſupereſſe, qđ ſpem ciuitatis aleret, non claſſis, non exercitus, non militaris ætas, non pecuniæ, omnia uno tempore fortunam ademiſſe, obſidionem, famem, atq; om̃ia mala, quæ uictis & obſeſſis adeunda ſunt, ſibi ante oculos proponere. Nulli dubium erat hoſtem haud multo poſt affuturum, qui expugnata urbe in omnem ſexum & ętatem, ſine diſcrimine ſęuiret, muros diſturbaret, Atticum nomen deleret. Hæc illi medio dolore augurari. Nec cura interea exciderat cuſtodiendæ urbis, ſtationes in muris & circa portas diſponũt: aliaq; præſidia ſtudio parabant, ne ad primum hoſtium acceſſum, prædę forent. Vulgo arbitrari Lyſandrum cum uictrici claſſe affuturũ, nec eos opinio fefellit. Enimuero Lacon dux Theopompo Mileſio Lacedæmonem miſſo, qui nunciaret uictoriam, cum ducentis roſtratis nauibꝰ ex Lampſaco profectus, in Leſbũ primo cõtendit: ibiq; Mitylenis receptis Theonicum cum decem nauibus ad recipiendas urbes, quę in fide Athenienſium adhuc erant, in Thraciam mittit: ipſe receptis omnibus inſulis & urbibus Ægei & Ionię orę, quę Athenienſium fuerunt, præter Samum, cum uniuerſa claſſe in Atticam delatus, Pyreum inſedit. Eodẽ tempore terreſtres Lacedęmoniorum copiæ & ſociorum ad urbem admotę, circa Academiã caſtra muniunt. Tum demum Athenienſes urbe terra mariq; obſeſſa, quum neq; ſuis opibus ſtare poſſent amplius, neq; alienis iuuarentur, ſpem illam humanarum rerum perpetuam comitem, quam tot annis, tot aduerſis caſibus, pertinaciter aluerant, quando ultima cogeret neceſſitas abiecerunt: ratiq; unum ad ſalutem conſilium ſupereſſe, ſi quum imperare non poſſent, melioribus parerent: primo experiendum putarunt, an honeſtis ullis conditionibꝰ bellum ſoluere daretur, ut maris imperio relicto, ipſi Lacedęmoniorum ſocij fierẽt, Pyreaq; tantum haberent. Legati qui ad hoc in caſtra uenerant, ab Agide Lacedæmonem ſunt ire iuſſi: inde cum multa indignitate ab Ephoris ſunt in caſtra, & ex caſtris infecta re, in urbem dimiſſi. Pertulerunt inde Athenieñ. aliquandiu obſidionem. Mox ubi commeatu rerum omniumq; copia deficiente, multitudo famem haud ferre potuit ampliꝰ, multi enim inedia abſumebantur, decem legatos & in his Theramenem & Agidem mittunt: his pacis, quibuſcunq; conditionibꝰ, componendę permiſſa facultas. Hi Lacedæmonẽ iterum ire iuſſi, ubi quę mandata publice haberent auditum eſt, frequenti ſociorum conuentu, quibus legibus accipiendi Athenienſes eſſent, eſt conſultari cœptum. Corinthijs, Thebanis & alijs ſociorum cenſentibus delendas Athenas eſſe, paſſuros ſe id negare Lacedæmonij, ut alterũ Gręcię lumen ſuo ductu extingueretur, indignum prædicantes eum populum exitio dare, aut ſeruitio adigere, qui in magnis Gręcię periculis, princeps in tuenda communi libertate fuiſſet. Mitius itaq; agere placuit, hiſq; conditionibus de pace actum, ut duodecim naues nec amplius Athenienſes haberent, longos muros à portu ad urbem diruerent, exuleſq; & transfugas Lacedæmonijs & ſocijs redderent, toto maris imperio abſtinerent. His legibus bellum ſoluere humanius Lacedæmonijs uiſum eſt, quàm Barbaros mores imitari, qui omnem uictoriæ fructum in ultione & ſæuitia reponunt. Legatos Athenas redeuntes multitudo fame confecta, ad portas ſciſcitabunda excipit. Iam nihil magis animi optabant quàm pacem, eã quæcunq; data eſſet pro magno munere amplexuri. Theramenes populo in publicum uocato, quibus ipſe & collegæ conditionibus pacem tranſegiſſent, pro concione expoſuit. Ibi uero, non quia animo grata pax eſſet, ſed quod omnino neceſſaria, recepta eſt. Ac tũ demum Athenienſes maris imperio ceſſerunt anno, ex quo rerum potiti fuerant, duo (ut Alicarnaſſeus Dionyſius colligit) de ſeptuageſimo, qui ſeptimus ac uigeſimus Peloponneſiaci belli fuit. Lyſander receptis transfugis, muriſq; ad tybiarum cantum dirutis, naues omnes pręter duodecim, Athenienſibus ademit, fuitq; populo autor ut triginta ſibi deligerent, qui ciuitatem adminiſtrarent, quod ut facerent, in ipſis cõditionibus pacis diſerte ſcriptum, Trogus & Plutarchus ſignificare uidentur. Xenophon poſtea id factum tradidit. Cęterum qui urbi pręlati ſunt, tribus Satellitum milibus ad corporum cuſtodiam delectis, ex confeſſo non multo poſt tyrãnidem exercuere. Sed quum ijdem cernerent ſe uiuo Alcibiade, diu

Lacedæm. ſucceſſus.

Athen. pacem orant.

B

Leges Ath. datæ.

Quãdiu rerum potiti ſunt Athen.

ſtare non poſſe, cum Lacedæmonijs egerunt, ut ad Pharnabazũ ſcriberent, res Græciæ nun/
quam quieturas, niſi Alcibiades è medio tolleretur. Ille uero ubi Atheniẽſium opes fractas C
uidit, ex Thracia in Perſidem ire ad regem ſtatuit, ſuum eo acceſſum haud minus regi gra/
tum fore arbitratus, quàm Themiſtoclis olim fuiſſet Xerxi. Thraces impetu in eum abeun
tem facto (erat enim fama magnum auri pondus ſecum ferre) omnia rapiunt: quibus amiſ/
ſis, ægre Barbarorum manus effugit. A Pharnabazo igitur hoſpitaliter acceptus tãdiu apud
eum in Phrygia fuit, donec ille publicis Lacedæmoniorum & Lyſandri literis, qui iam in Io
niam redierat, ad eius necem impulſus eſt. Miſſi qui uirum ipſum interficerent, Mageus &
Suſani tres & cum his ſpiculatorum manus. Erat tum forte Alcibiades apud Timandram
ſcortum: ſed tanta de uirtute hominis erat opinio, ut ij, quibus cædes demandata erat, haud
ferro ſint auſi domum, in qua erat, inuadere. Subiecto itaq; prius igne, omnes circa ædes
uiaſq; armis inſederant, Tum ille ſubita re conſternatus, facto ueſtium globo, in ſubiectum
Alcibiadis interitus. ignẽ deſiliuit. Inde per Barbaros ſtricto gladio uadens, nonnihil ſe ferro tutatus eſt. Poſtre/
mo multis ſpiculis confixus, ſeminudus ut erat, concidit. Taliſq; fuit Alcibiadis exitus, uiri
ingenio facili, & ad hominũ gratiam ſibi conciliandam magis quàm retinendam, compara
Cameleõtis color. to, eoq; tam uario, ut Camelontis naturam habere diceretur, quod animal in omnes colo/
res præterquam in albedinem transfigurari creditur, tanta interdum facilitate uſus, ut eam
comitem habere uulgo prædicaretur: natura præterea ambitioſa, & quæ à flagitio & ſcelere
Timonis præſagium haud abhorreret. Ferunt Timonem Athenienſem, qui in humani ẽ generis odium euect9,
huic puero ex occurſu blandiri ſolitum: rogatuſq; aliquando, cur tam blande unum excipe
ret, quum omnium alioqui commerciũ fugeret, reſpondiſſe dicitur, cernere ſe futurũ, ut quũ
primum ille per ætatem adoleuiſſet, ciuitatis ſtatum haud dubie euerteret, eſſeq; ob eam rẽ
ſibi non iniucundũ. Lyſander, rebus circa Athenas conſtitutis in Ioniam reuerſus, ne quid
reliquum faceret, Samum claſſem admouit. Samij Athenis ſubactis quum nihil animo oc
curreret unde auxilium ſperare poſſent, cum Lyſandro pacti ſunt, ut cum ſingulis ueſtimẽ/
tis liceret oppido & inſula incolumes abire, quibus libere miſſis, urbs direpta eſt, atq; ita ciui D
Samos diripitur. bus & fortunis ſpoliata, nobilibus, qui in exiliũ fuerãt acti, ẽ ab Lyſandro reſtituta. Ipſe ſuo
rum fama & imperio propagato, quũ ubiq; omnia pacata eſſent, tota Ioniæ ora cũ Thracia
& Helleſponto, enauigata, Æginenſibus ad hęc Melijs & Sycionijs in ſuas ſedes reſtitutis,
qui Athenienſium iniuria eiecti ad id tempus extorres fuerant, iterũ Athenas reuerſus eſt,
ac tum demum muros ab eo dirutos quidã prodiderunt, naueſq; Athenienſibus adẽptas.
Ex Athenis Lacedæmonẽ profectus, ornamẽta captaꝝ nauiũ, & aureas coronas, aliaq; am/
pliſſima munera, quę à ciuitatibus & inſulis uictor dono acceperat, prę ſe tulit, pecuniam ad
id ingentem. Xenophon quadringenta ſeptuaginta argenti talenta fuiſſe prodidit. Plutar/
Gylippi peculatus. chus autor eſt, ante ſuum reditum, per Gylippum qui in Sicilia paucis ante annis Atheniẽ
ſes uicerat, domum ab Lyſandro miſſam, qui ſacculos haud reſignare auſus, ne confuſus ſi/
gnis manifeſti peculatus cõuinceretur, latera diſſuit, atq; ex ſingulis parte aliqua adempta,
multa diligentia reſarſit. Id furtum præter chirographum, quo ſignificabatur quantũ pecu/
niarũ in ſingulis eſſet, ſerui quoq; indicio eſt proditũ. Prædicabat ille flagitij cõſcius ſub he/
Noctuæ Athen. rili tecto plurimas noctuas cubare: ſiquidẽ Athenienſes per id tempus noctuæ figura pecu/
niam obſignabant: ob id credo, quia id uoluere Mineruæ eſſet ſacrum. Conſtituit ſibi ſce/
leris conſcius Gylippus uoluntarium exilium. Difficilis inde conſultatio tenuit, an argentũ
illud in urbem admitteretur, indignantibus multis, ueterem ſolui diſciplinam, quum ad id
tempus ferreo eſſet nummo Spartiatarum ciuitas uſa, quod uetus nec tantum Laconicum
Plutarchus credidit, quoniam pleriq; mortales ferreis ab initio uericulis uterentur, id eſt O/
Obeli. belis, qui Oboli poſtea mutata litera ſint nuncupati. Lyſandri amicis annitentibus pecunia
Vnde oboli dicti. publice recepta eſt, capitaliq; lege cautum, ſi quis aurum argẽtúm ue priuato poſſideret. Ly/
Lyſandri honores. ſandro ob res in bello pręclare geſtas certatim Græciæ urbes exquiſitiſſimos honores decre
uere, à quibuſdam aræ illi, ut Deo cuidam erectæ, quod Græcorum nulli antea contigerat,
ut Duris memoriæ prodidit, Pæana eidem decantantib9. Ipſe ut res à ſe geſtæ literarum mo
numentis

A numentis complexæ, ad poſteros manarent, Chærilum poëtam penes ſe omnibus ſuis ex-peditionibus habuit. Scripſerunt certatim & Antimachus Colophonius, & Niceratus He-racleotes Lyſandria poëmata: etſi Antimachus ſuum poſtea carmen deleuit, Lyſandro ira-tus, quod Niceratum quem ęmulabatur aurea corona donaſſet. Fuit Lyſander, ut de eiꝰ mo-ribus hoc quoqꝫ loco dicam, ingenio ambitioſo admodũ & iracundo, ſuperbia ſupra quàm ab homine, in libera ciuitate nato, ferri poſſet, quo rectè Lacedæmonius Etymocles dixiſſe creditus eſt, bene actum cum terra Græcia, quod duos Lyſandros non genuiſſet. Theophra-ſtus de Alcibiade hoc ipſum ab Archeſtrato dictum memoriæ prodidit. Succeſſu igitur ge-ſtarumqꝫ rerum magnitudine elatus, quum rem Spartanam foris crudeliter & auare in ſo-cios adminiſtraret, à Pharnabazo regis præfecto, cui iniurius eſſe cœperat, ad Ephoros eſt per literas accuſatus. Erat ille ex omnibus regis præfectis præcipuo Lacedæmonijs ſtudio & charitate coniunctus. Miſerunt Ephori Lyſandro Scytalam, qua iuſſus eſt Lacedæmonem uenire. Eo libelli genere Spartiatæ, quum quid ad ſuos imperatores occultius ſcribi uellent uti conſueuere. Duo ligna teretia æquis portionibus in hunc uſum adhibebant. Pars alte-ra apud magiſtratus in urbe haberi. Reliquam ad bellum ſecum duces deferebant. Vbi ue-ro arcanum aliquid ſignificari oportuiſſet, tũ chartam in lori ſpeciem reſectam, lignoqꝫ cir-cunuolutam, ex tranſuerſo notabant: ea poſtremo explicita, uera pene ſingula, literarumqꝫ figuræ plerǽqꝫ confundebantur, adeo ut niſi perpuam ſimili fuiſſet ligno implicita, nulla le-gendi ſupereſſet facultas. Scytala Lyſander accepta, uehementer ſibi timere cœpit, habuitqꝫ pro magno negocio cum Pharnabazo in colloquium uenire, egitqꝫ cum eo ut de ſe quàm honorificentiſſime poſſet, ad magiſtratus ſcriberet. Pharnabazus uerſutum hominem uer-ſutia eludendum ratus, uelut omnium ignarus haud grauate id ſe pręſtaturum reſpondit, biniſqꝫ literis in ſecreto ſcriptis, unis ex Lyſandri ſentẽtia, alteris criminationum plenis, prio-res illas Lyſandro dat legendas, quibꝰ receptis criminatorias occulte ſubiecit, eaſqꝫ obſigna-tas Lyſandro domum referendas dedit, nec ille prius ſe à Barbaro eluſum cognouit, quàm B literæ à ſe magiſtratibus redditæ, publice recitatæ ſunt. Quum igitur per hæc ille iratos habe-ret Ephoros, nec reges multo placabiliores, per ſpeciem uoti belli tẽpore ſuſcepti, ad Ham-monem Iouem profectus eſt. Interea Lacedæmonij inſulis & urbibus omnia, quæ ille tyrã-nice inſtituerat, mutanda cenſuerunt. Sed hæc aliquanto poſtea euenere. Cæterum eo an-no quo Athenienſes imperare deſierunt, Darius rex uita deceſſit. Et Dionyſius tyrannus principatu excidit. Fuit ille Hermocratis filius, illius credo qui fuit Hermonis. Is ut Thucy-dides ſcribit, Siculo bello, ſub id tempus quo Nicias in Siciliam applicuit, copiarum eſt im-perator à Syracuſanis declaratꝰ. Plutarchus Hermocratis filiam ait Dionyſio nupſiſſe, quę quum ille tyrannide nondum ſtabilita, principatu excidiſſet, ut proxime ẽ ſignificatum, fre-quenti inimicorum coitu uexata, ſibi manum intulit. Dionyſius in regnum reſtitutus, gra-uia cum Pœnis bella in Sicilia geſſit, uictuſqꝫ ingenti prælio à Carthaginenſibus, Imilcho-nis ductu, Gelam & Camarinam amiſit. Nec ita multo poſt Leontini, qui plures annos Sy-racuſis fuerant, ea temporum nouitate uſi, ex urbe occulte profecti, in ueterem patriam po-pulariter remigrarũt. Sed quum multa Imilcho prælia proſpere in Sicilia feciſſet, eſſetqꝫ res punica in manifeſto uictorię curſu, tetra uis morbi exercitum inuaſit, ita ut breui omnibus copijs peſtilentia abſumptis, pro uicto Pœnus imperator ex Sicilia aufugerit. Ipſe Cartha-ginem ueniens, multo luctu & mœrore ciuitatis exceptus, culpam acceptæ cladis in deos re-tulit, qui pręclaram Carthaginenſibus uictoriam inuidiſſent. Se unum doloris ſui leuamẽ habere, quod nulla ex teterrima illa ſtrage, gloria ad hoſtẽ perueniſſet, durum eſſe quoquo modo uinci & affligi, ſed à cœleſtibus multo leuius quàm à mortalibus. Vbi igitur domũ uenit Imilcho, domeſticis oſtio excluſis, ſibi mortẽ cõſciuit. Admonet me tantæ urbis cele-britas quantæ Carthago poſtea fuit, ut Punicarum rerum ſerie altius repetita, breuiter quę ante hęc tẽpora ſint à Carthaginẽſibus geſta, unũ in locũ conferã: eritqꝫ eo breuior relatio, quo obſcurior eſt earũ rerũ memoria, quæ à Carthagine cõdita ad Dionyſij ętatẽ ꝓceſſere. Cæterũ de eius urbis origine diuerſa parte hiſtoriaꝝ longiorẽ traximꝰ ſermonẽ. Procedẽte deinde tẽpore, uarijs diſcordiarũ caſibꝰ ciuitas agitata, quũ ſupueniſſet domeſtico malo dira

Chærilus. Lyſandri mores. Scytala quid ſit. Literæ doloſæ. Dionyſij maioris pater. Imilcho ſibi mortem cõſciuit.

*Dira ſacrificandi ratio apud Carthag.*

peſtilẽtia, cruẽta ſactorũ religione pro remedio uſi humanas immolare hoſtias cœperunt. Pueri & infantes pro uictimis adhibebant aris, q̃ ætas, uel ſupbiſſimis hoſtibus ſolet miſerabilis uideri. Eorum itaq; cruore ueniã orabant, pro quorũ ſalute cæterę mactabantur hoſtiæ. Teterrimos eius ciuitatis conat⁹, exteraꝝ gentium primi Siculi excepere: quod uno atq; altero Rapſodiæ huius loco eſt à nobis in tranſcurſu memoratũ. Machei ductu primo Pœni in Siciliam traiecere, magnaq; ipſius inſulę parte ſuis armis domita, fortuna, ut fit medio uictoriæ curſu deſtituti, re male geſta, bellum in Sardiniam tranſlatũ eſt. Hic quoq; magno p̃lio uicti: nec parua exercitus parte amiſſa, q cladi ſuperfuere, cũ ipſo duce ob rem utrobiq; male geſtã, exules iudicati ſunt.

*Macheus cum exercitu fit exul.*

Milites ea ignominia commoti, legatos Carthaginẽ mittũt, qui conficerẽt ſibi reditum in patriã, adderent & minas, fore, ut milites armati patriã repeterent, ſi pacati prohiberentur. Sed neq; p̃cibus uenia impetrata ẽ, neq; minis. Tum milites ira accenſi, naues conſcendunt, Aphricaq; celeri curſu repetita Carthaginem obſidione cingunt, idẽtidem teſtati per ſe nõ ſtetiſſe, quin ut ciues, uõ ut hoſtes in patriam reuerterentur, breui fore ut ipſa ciuitas intelligeret, non ſibi uirtutem in bello, ſed fortunam defuiſſe. Tenuit inde aliquandiu obſidio illa, quo tempore Cartalo Machei ducis filius, ex Tyro reuerſus, quo publice fuerat miſſus, ad decimas Sicilienſis prædæ Herculi ſoluendas, quum præter caſtra iter faceret à patre accerſitus, publicæ religionis munus dixit ſe obire malle, quàm priuato officio fungi. Tulit ſuperbum filij reſponſum Macheus iniquo animo, religionem tamen reueritus, uim illi inferre nõ eſt auſus. Nec ita multis interiectis diebus, Cartalo commeatu in caſtra à magiſtratibus impetrato, cum purpura & infulis cęteroq; ſacerdotij ornatu ad patrem uenit. Macheus filio in ſecretiorem locum abducto, opportuit ne te, inquit, nefandiſſimum caput, cum huiuſmodi inſignib⁹ ad exulem patrem, & in funeſta caſtra uenire mihi & militibus meis præſentem fortunam exprobraturum? Verum quia tu nihil in patre præter nomen exulis agnoſcis: ego quoq; non patrio affectu ſed imperatoria & hoſtili ui te exceptum ulciſcar, ut ſis cæteris mortalibus documento, ne quis poſtea miſeris parentibus tam petulanter inſultare audeat. Hæc ait: filiumq; in altam crucem cum ipſis inſignib⁹ in conſpectu ciuium ſuſtulit.

*Machei facinus in filiũ.*

Vrbe deinde ui potitus, belli neceſſitate pro concione excuſata, multa de ſuo ſuorumq; militum ignominioſo exilio queſt⁹, deq; ſuarum contemptu uictoriarum, affectis iniurię autoribus ſupplicio, cæteris ciuibus ſe ueniam dare pronunciauit. Poſtremo affectati regni accuſatus, debitas patriæ & filij manibus exoluit pœnas.

*Machei cædes. Mago.*

Mago illi imperator ſucceſſit, qui Pœnorum ducum primus militarem diſciplinam inſtituit. Idem cum uires ciuitatis bellandi ſtudio & diſciplina firmaſſet, duobus filijs Haſdrubale & Amilchare ſuperſtitibus, uita deceſſit. Hi paternæ uirtutis æmuli, magno ciuitatis conſenſu, militare imperium obtinuere. His ducibus Sardinia bello repetita eſt, & aduerſus Aphros multorum annorum uectigal pro ſolo urbis repetentes nonnihil bellatum, poſtremo inde uictoria ſtetit, unde & cauſa melior, uicti Carthaginienſes pecuniæ ſolutione non armis bellum finiuere.

*Haſdrubal perit. Amilchar imperat.*

Haſdrubal Sardoo bello ictus graui uulnere perijt, imperio Amilchari fratri tradito, eius interitum dictaturæ undecim quatuor triumphi, quos ille geſſerat, nobiliorem fecere. Siculi Carthaginienſium opes, cum ipſo duce concidiſſe rati, Leonida Lacedæmonio in inſulam accerſito, bellum Carthaginienſibus intulerunt, Graue exin negocium Pœnis ex Sicilia ortum, uariaq; uictoria ſępius dimicatum: quo certamine Carthaginienſibus occupatis, Legati ab Dario Perſarum rege ſuperuenerunt, edicto humanas hoſtias immolare prohibentes, & caninam carnem eſitare, quum ueteri ritu Carthaginienſes tam obſcœno cibo ueſcerentur. Edictum etiam ne mortuorum corpora cremarent, ſed humi conderent.

*Darij mandata.*

Poſtulare & auxilia aduerſus Græcos, quibus ille paulopoſt erat bellũ illaturus, in quo ornando uita defunctus eſt: Xerxes eius filius poſtea intulit. Negarunt regi auxilia Carthaginienſes ob Siculũ bellũ, quo erant impliciti, cætera iuſſa ſe facturos polliciti ſunt, ne p oĩa cõtumaces uiderent̃. Perijt interea Amilchar Siciliẽſi bello, trib⁹ filijs, Imilchone, Annone, & Giſgone relictis. Parem liberorum numeꝝ Haſdrubal, qui in Sardinia perijt, extulerat Hannibalem, Haſdrubalem, & Sapho.

*Hannibal. Sapho.*

Horum ductu & auſpicijs res punica, domi foriſq;, inde adminiſtrata eſt. Bellum his ducibus Mauritaniæ illatum, & cum Numidis aliquandiu eſt ar

mis di

mis diſceptatum. Aphri quoq; bello uicti, compulſi ſunt in perpetuum pro patrio ſolo ſti-
A pendium Carthaginenſibus remittere. Ciues interea inſignem ducum multitudinē pertæ-
ſi, præſertim quum penes unam familiam, nō armorum ſolum, ſed iudiciorum etiam pote-
ſtas eſſet, ſuæ libertatis admoniti, centum eo ſenatorum numero creant iudices, qui à duci- Centum iudices.
bus bello reuerſis, geſtarum rationem exigerent, ut eo metu domeſticas leges & iura reſpice-
rent, foriſq; moderatius imperio uterentur. Et Charthaginenſes in hunc modum ſuorum
imperia cohibenda arbitrati ſunt. Imilcho in Haſdrubalis patris locum ad Siculum bellum
temporis interuallo repetitum, quum iam Dionyſius Syracuſis Tyrannidem obtineret, eſt Imilcho.
miſſus, qui rebus ibi præclare geſtis uniuerſum exercitum, ut ſupra eſt ſignificatum, peſtilē-
tia amiſit: cuius acerbiſſimi caſus affectu Carthaginem reuerſus manum ſibi intulit. Diony- Dionyſij potentia.
ſius igitur Pœnis Sicilia pulſis, totius inſulæ imperio per ocium potitus eſt: cæterum ne flo-
rentiſſimus exercitus, quo in domeſticis bellis fuerat uſus, deſidia & ocio corrumperetur, co-
pias in Italiam freto traiecit: primoq; Græcos adortus eſt, qui urbes habebant in extrema
Italiæ parte Siciliam uerſus: ſimulq; cæteros Græcos late terrā Italiam ea tempeſtate incolē-
tes deſtinat ſibi hoſtes. Enimuero præter oram ad Ionium mare & Salentinum obuerſam,
quæ ab ipſo gentium incolatu, magna eſt olim Græcia dicta. Iam omne Brutiorum littꝰ, Lu-
caniæ, Campaniæ, Latij, Hetruriæ, citra ultraq; Apennini iuga uſq; ad Adriam & Padum: Magna Græcia.
addo Vmbriam, Sabiniam, aut ſoli Gręci tenebant, aut Barbaris permixti Oenotrij, Abori-
genes, Arcades, Epij, Chalcidenſes Græcæ fuerunt gentes. Apparebat itaq; totam Italiam
eo bello motū iri, quod tum Dionyſius ſua, uel potentia, uel amentia potius adductus Græ-
cis inferebat. De cuius euetu prius quàm dicam, una memorabilis inter magnæ Græciæ po-
pulos pugna, quę ætatem unam & amplius hæc tempora præceſſerat, prius referenda eſt.
Fuerant olim Metapontini Sybaritæ & Crotoniatæ communi nomine, alios ſuæ gentis po- Crotoniatæ
pulos Italiæ finibus pellere adorti, Syrimq; urbem ex hoſtibus ui captam, quum forte diri-
perent, quinquaginta iuuenes Mineruę ſimulachrum amplexos, ſacerdotemq; ipſius deæ
ſuis ornamentis uelatum, inter ſacras aras impie peremerunt. Peſtilentia inde Crotoniatæ
B & Metapontini aliquandiu laborarunt, donec Delphico oraculo iuſſi ſunt interfectorū ma- Metapontini.
nes ipſumq; numen muneribus placare. Ferunt Syrim urbem Troianorum oppidum fuiſ- Syris.
ſe: idq; argumento adijciunt, quod Pallas hic religioſe coleretur. Crotoniatę peſtilentia de-
functi, bellum Locrenſibus inferunt, qui Syrina obſidione hoſtibꝰ ſuppetias tuliſſent: quo
metu Locrenſes territi, externis auxilijs opus eſſe rati, à Lacedæmonijs, cum quibus pacem
iam antea pactam habebant, ſupplices opem implorant. Spartiatæ longinquam militiam Caſtor.
detrectantes, à Caſtore & Polluce iubent legatos auxilium implorare: id omen Locrenſes Pollux.
ſecuti Caſtorum templum ingreſſi, rem ibi diuinam faciunt, puluinariaq; in naui ambo-
bus componunt, uelut propitiatos ſecum ueherent. Vbi uero domū uentum eſt xv. M. Locrenſiū
Locrenſium, cum Rheginorum appendicibus, aduerſus c xx. Crotoniatum milia, ad Sa- uictoria.
gram fluuium congreſſa, non tam aliqua uincendi ſpe, quàm certo moriendi conſilio ſi uin-
cere nequiſſent, tanta animorum ardore conflixerunt, ut dum honeſte mori cupiunt egre-
gie uicerint: nec ulla æque res ac deſperatio profuit ad uictoriam. Fertut Aquila Locrenſiū
aciem quādiu pugnatum eſt, circunuolaſſe: duoq; paludati iuuenes albis equis ſedentes, ab
utroq; cornu, pro Locrenſibus dimicare uiſi, qui parta uictoria confeſtim euanuerint. Auxit Celerrimꝰ
admirationem rei huius nuncij celeritas, quę tanta fuit, ut eodem die, quo in Italia pugnatū uictoriæ nū
eſt, tam inſignis uictorię fama Lacedæmonem, Corinthum, & Athenas peruenerit. Memi- cius.
nerunt miraculi huiꝰ Gręci & Latini autores. Diuq; geminæ arę Caſtoris & Pollucis in ex-
trema fluminis ripa, geſtæ rei monumentum durauere. Celebratum inde inter Gręcos pro- Adagium.
uerbium: Verius rebus ad Sagram geſtis. Nec poſt id tempus ulla armorum cura fuit Cro-
toniatis amplius. Odiſſe uulgo quod ſemel infeliciter mouerant, abijſſetq; breui uetus illud
bellicæ diſciplinæ ſtudium in ocium & luxuriam, niſi haud multo poſt Pythagoras inter-
ueniſſet, qui profeſſione ſapientiæ, aſſiduis iuuenum cœtibus philoſophiam æmulan-
tium urbem in priſtinam celebritatem & famam reſtituit. Et Crotoniatarum opes ſic
concide-

conciderunt, pari pene celeritate, qua ipſi Sybaritarum potentiam iam antea euerterant. Fuit enim Sybaris ab Achiuis condita. Crotonis enim origo alio quidem eſt loco à nobis relata. Sybaritę urbem inter Cratidem, & Sybaridem flumina habuerũt, utriuſq́; amnis na

Cratis & Sybaris fluuii.

tura longe inter ſe diuerſa. Conſtat equos ex Sybaride potantes confeſtim ſternutamento exagitari, ob eamq́; offenſam, pecus ab eius aquę hauſtu de induſtria arceri. Cratis ſuis undis immerſos, candidos & flauos efficit, multiſq́; morbis medetur. Sybaritæ igitur tantum

Sybaritarũ copiæ.

armorum ſtudio floruere, ut quatuor finitimas rexerint gentes, urbibus quinq́; & uiginti imperio ſubactis, quo contigit, ut ccc. armatorum milia, aduerſus Crotoniatas, uno tempore ad bellum inſtruxerint, ſed tantam rerum felicitatem luxuria & uoluptas euertere, ita ut ſeptuaginta dierum ſpatio, opibus ipſius populi afflictis, captam urbem Crotoniatæ immiſſo flumine immerſerint. Sed hęc multo prius geſta ſunt. Dionyſius qui in Italiam copias traiecerat, Locris captis, in Crotoniatas omnem belli molem uerterat. Reſtiterunt hi præter opinionem omnium multo fortius tunc armis uſi, quum pauci eſſent, quàm quum tot milia olim aduerſus Locrenſes dimicarũt, tãtum ſobria paupertas contra diuitiarum inſolentiam ſępe ualuit, inſperataq́; uictoria eſt ſperata certior. Dionyſio præſenti bello occu

Senones.

pato Gallorum Senonum qui paucis ante menſibꝰ urbem Romam ceperant, legati ſuperuenerũt, ipſiꝰ tyranni amicitiam & ſocietatem poſtulantes. Sed dum in Græcarum gentium rebus explicandis nimium immoror, factum eſt, ut præter ſtili inſtitutum. Romanæ hiſtorię relatio, quæ pręcedere alioqui debuit, tantum ſit repetenda, quãtum à captis Veijs ad Senonicum bellum temporis interfuit, etſi pauciſſimorum fuit annorum intercapedo illa. Et ne ſemel repetita externarum rerum intercurſu interpoletur, paululum adhuc procul Italia rerum hęc euagabitur relatio, nam quod ad Dionyſium attinet, quum eius conatus Crotone tenus inualuiſſent, nouum bellum ex Aphrica ortum in inſulam reuocauit. Carthaginenſes poſt cladem Imilchone duce acceptam, reparatis uiribus Siciliam Hannonis ductu petiuerunt, de quo hoſtium apparatũ quũ Dionyſius, pręter rumores, Suniatoris uiri aphri

Suniatoris ſuppliciũ.

literis fieret certior (erat is Hannonis inimicus longe alioqui opibus inter Pœnos prępotẽs) codicillos quos ille ad Dionyſium dederat deprehenſos Hanno Carthaginem miſit, quibus publice recitatis, Suniator capite damnatus, cautumq́; lege eſt, ne Pœnorum quiſpiam Græcas deinceps literas diſceret, nec cum hoſte quidem ſine arbitro loqueretur. Dionyſius,

Dionyſij opes.

quem non Sicilia tota, non Italia capiebat, pluribus poſtea pręlijs fractꝰ, ſuorum inſidijs interijt. Plutarchus autor eſt habuiſſe eum ad belli uſum triremes quadringentas, decem milia equitum, peditum uiginti, & ſupra hæc ſtipatorum decem milia. Sic quoq́; adeo meticu

Dionyſij metus.

loſe uixit, ut quum omnium mortalium metueret inſidias, pigmentarium accerſeret, qui ſibi nouaculam non admittenti capillũ candenti adureret carbone. Sunt qui filiarum miniſterio in tondendo uti ſolitum ſcribant, ſed tamdiu in hunc uſum admiſſas, quo ad per ætatem uirum appetere non potuiſſent. Metum & uiolentiam adamantina appellabat uincula, ſeq́; adamantinis uinculis principatum filio relicturum prædicans, ſed hæc quæ de Dionyſio nunc traduntur, aliquanto poſtea contigerunt, quàm ſint triginta tyranni ex Athenis exacti. Enimuero illi ſtipatorum multitudine freti quum in apertam tyrannidem euaſiſ

Tyranni Athen.

ſent, multi libertatis non immemores, metuq́; perculſi, uoluntarium ſibi exilium conſciuere, fauere interim Lacedæmonij tyrannis, & Lyſander in primis, qui fuerat præſentis ſtatus autor. Edictoq́; uetant quẽpiam ex Athenis proficiſci, profectũq́; Græciæ urbibus priuato publicóue hoſpitio iuuari. Thebani contra iniquo animo ferẽtes, ciuitatem clariſſimam tri

Thebanorũ edictum pro Athen.

ginta tyrannorum ſæuitia lacerari, & quod adhuc iniquius uideri, Lacedæmonios eſſe eiꝰ iniuriæ autores, qui liberandę Græciæ titulum bello prætuliſſent, edicunt, ut capitale eſſet, ſiqs Bœotiorũ Athenienſem extorrẽ nõ hoſpitio & omni ope iuuiſſet: uulgo igitur ex Attica in Bœotiam ab exulibus conceſſum, eratq́; in his Thraſybulus homo acri ingenio ac tyrannidi infeſto. Huius ductu quadringenti Athen. exules Thebis profecti Philam primo occupãt, inde & Pyrcũ multaq́; interim ꝑlia utrinq́; depugnata. Tyranni ex munichia uelut ex arce in exules faciebãt impetũ, ſępiuſq́; uicti q̃ uictores ꝑlio diſcedebant. Sed nihil tyrãnorum

ferociam

A ferociam magis frangebat, quàm occulta ciuitatis ſtudia, quæ pro Thraſibulo & exulibus
haud dubie ſtabant, ex occaſione in tyrannos eruptura. Mittunt itaq; illi Lacedæmonem
auxilia imploratum, redierat tum forte ex Hammonis oraculo Lyſander, qui ſuis autor ci/
uibus fuit, ut laborantibus tyrannis mature auxilium ferrent: decernuntur tyrãnis, inter q̊s
celebritate & odio Critias & Theramenes eminebant, centum ad uſum belli talenta, Lyſan/
droq; negocium datur, ut eos liberaret obſidione. Spartanorum reges, quum inuidia, tum
metu, ne Lyſander tyrannis in priſtinum ſtatum reſtitutis, ut Athenis, ita alibi, paucorum
principatum induceret, fieretq; per hæc ipſe omnino potentior, quàm tutum eſſet ciuitati,
inter ſe componunt, ut ex duobus, Pauſanias cũ Lyſandro ad id bellum proficiſceretur. Su/
ſceptę militiæ prætextus fuit, ut tyrannis auxilium ferret. Cæterum ubi enixe Pauſanias ope
ram dedit, ut Athenienſibus inter ſe reconciliatis, ſedataq; diſcordia, res ad popularem ſta/
tum retraheretur, omnis laus ſublatæ tyrannidis penes unum fuit Thraſybulum, cuius du/
ctu ex Bœotia factus erat in tyrannos impetus. Ægre tulit Lyſander tantam ſibi è manibus — *Pauſaniæ opera tollũtur.*
occaſionem extortam, ſed multo ęgrius populus, ubi non longo interiecto tempore Athenĩ.
à Lacedæmonijs defecere. Peperit res ipſa Pauſaniæ odium ingens, Lyſandro autoritatem. — *Tyranni. Dercylides.*
Erat interim bellum in Ionia cum Perſis, fueratq; ab initio eo miſſus Dercylides cum exer/
citu. Enimuero Lacedæmonij Athenienſium rebus euerſis, ad Aſiæ imperium animum ad
iecerant. Is in prouinciam delatus, ubi rem ſibi cum duobus præfectis regis futuram uidit,
Tiſapherne & Pharnabazo, pro magno habuit negocio, cum Tiſapherne in colloquium
uenire, quem hortando monendoq; perpulit, ut data ſibi in ſtipendium pecunia ab armis
diſcederet, ipſe in Pharnabazum, qui Phrygiæ pręerat, uertit omnem uim belli. Criminari
ille apud regem Tiſaphernis flagitium, quod dum Lacedęmonijs obſequęretur, regias opes
proderet, uelut parum fuiſſet uenientem hoſtem non repellere, datam ab eo etiam pecuniã
qua Græcorum claſſis & exercitus aleretur, quaſi multum intereſſet, terra an mari potius re/
giæ opes periclitarentur, indignum ſcelus admitti, quod bellum redimeretur pretio non ar/
mis. His ille querelis regem à Tiſapherne alienatum hortatus eſt, ut Cononem Athenien/ — *Conon.*
B ſem, qui tum in Cypro erat, naualis belli ducem legeret, id Artaxerxes non ſolum fecit, ſed
quingenta etiam talenta, ad inſtruendam claſſem, illi in prouinciam miſit. Lacedæmonij &
ipſi ex Ægypto, cuius terræ rex ex profeſſo erat Artaxerxis inimicus, centum triremes ad u/
ſum belli, magnamq; uim tritici accepere. Dercylides interea aduerſus Pharnabazum ali/ — *Dercylidis geſta.*
qua omnino geſſit, quæ Xenophon longiore filo hiſtoriæ eſt executus, ſed illa haud mul/
tum alioqui mirabilia. Cęterum quia nouo duce aduerſus Cononem opus eſſe uidebatur,
& qui tanto bellorum apparatui merito preeſſet, poſtulantibus ſocijs, Ageſilaus eſt ad id
bellum miſſus. Tenuit nonnihil oraculi anceps reſponſum Lacedæmoniorum conſul/
tationem, erat ex Delphis relatum, fore, ut tum Spartani imperij finis adeſſet, cum regium
claudicaſſet imperium. Erat Ageſilaus pede claudus. Ad poſtremum ſatius uiſum eſt, re
gem inceſſu, quam imperio regnum claudicare. Ageſilaum ducem eligunt, qui Agide fra/ — *Ageſilaus.*
tre mortuo rex magno fuerat conſenſu creatus, poſthabito Leutychida, qui quum Agidis
filius creditus eſſet, fama tamen eum Alcibiadis adulterio ortum, quod ille per id tempus
quo Lacedæmone fuit, cum Thimea Agidis regis coniuge commiſiſſet. Ageſilaus igitur
petijſſe dicitur, ut tria Spartanorum milia ſibi darentur, ſex ſociorum, fore, ut in Aſiam
tranſgreſſus, aut regem ad pacem compelleret, aut tantum illi negocij in ea prouin/
cia innecteret, ut nullus perſici belli ſenſus ad Græcos perueniret. Lyſander præterea
qui ab initio Ageſilao fauerat, ad Ioniæ ciuitates ſcripſit, quæ ſua à rege defectione bel/
li cauſa extiterant, ut nominatim Ageſilaum à Lacedæmonijs belli ducem poſcerent,
ad quod ipſum legati ex Aſia Lacedæmonem miſſi, facile impetrarunt, ut Ageſilaus in
Aſiam cum exercitu mitteretur. Ipſe uero inter triginta conſiliarios Lyſandrum ſibi dari — *Lyſandri Lacedæ. ambitio.*
petijt, qui ubi in Aſiam eſt uentum, omnium in ſe oculos conuertit: Lyſandrum mirari oẽs,
Lyſandrũ intueri, alebatq; per hæc ambitioſa hoĩs natura, pſonæ oblita quam gerebat, ma
iorẽ in dies inſolẽtiã. Spectare primo effrenatã uiri ambitionẽ Ageſilaus, uerũ ubi maiorẽ
ſibi

ſibi imperij partẽ uẽdicare uidit, ac iã nõ procul eſſe, ut in ordinẽ ab eo redigeretur, quũ alia C alijs militaria munera demandaret, Lyſandrum diuidundis carnib. præfectum deſignauit. Inde ad Ionas conuerſus, ite, inquit, & meum carnium ſectorem colite. Lyſander præſenti iniuria inſtructus, ab Ageſilao quæſiuiſſe dicitur, num recte ſibi facere uideretur, qui ſic amicos minores redderet. Cui ille, recte, inquit, me ſi uelint maiores fieri. Nec diu poſtea Lyſander in prouincia manſit, ſed domum ignominioſe nauigauit. Petijt Tiſaphernes qui adhuc Aſię præerat ab Ageſilao nuper in prouinciam appulſo, ut tantiſper à rebus gerendis abſtineret, quoad ipſe in Perſas ad regem mitteret, certo ſcire ſe, ita futurum ut rex permiſſurus eſſet Græcas ciuitates, quæ in Aſia eſſent, ſuis legibus degere, pactæ ad hoc ipſum in tris menſes induciæ, quibus Tiſapherni datum eſt ſpatium ad exercitum bello inſtruendum, nouarumq́ꝫ copiarum ab rege petendi. Ageſilaus etſi poſt initas inducias confeſtim ſenſit, quæ à Barbaro pararentur, ſanctum tamen habuit iuſiurandum, quo conſtantiæ exemplo magnam Aſiæ partem Spartano nomini deuotiſſimam reddidit, contra ob perfidiam Barbaro infeſtam. Confirmatis itaq́ꝫ per ocium partibus, Tiſaphernes caduceatorem miſit, qui Ageſilao nunciaret, ut niſi paucorum dierum ſpatio Aſia & Ionia excederet, uindicaturus eſſet armis prouinciam. Subridens Ageſilaus, refer, inquit Tiſapherni, me ei non paruam gratiã habere, quod deos Græcis propitios, priuſquam bellari cœptum eſſet, ſibi iratos ſuo periurio reddidiſſet. Inde ſimulata in Cariam expeditione, iuſſiſq́ꝫ urbibus commeatum comparare, quum omẽs hoſtium uires callida belli ſimulatione eo deflexiſſet, ipſe in Phrygiam repente impetum auertit, ſociorumq́ꝫ copijs itinere aſſumptis, multas hoſtium urbes improuiſo acceſſu ui cepit, captas diripuit. Ditatus eſt breui uniuerſus exercitus, multiplici hoſtium præda, & equitatus frequens quæſitus, quum ab initio null⁹ eſſet. Exercitu dein Epheſum reducto, omnes copias militari meditatione exercuit, forum interea armis equiſq́ꝫ uenalibus plenum, Ærarij fabri, Coriarij, Fullones certatim bellica parabant arma, ita ut nere à quibuſdam urbs ipſa per id tempus ſit martis officina nuncupata. Vbi uero gerendarum rerum tempus affuit, Epheſo Ageſilaus profectus, in Sardianum agrum per ardua loca irrupit, triduoq́ꝫ cum multa præda per hoſticum euagatus, quarto die regium equitatum, haud procul Pactolo amne, obuium habuit, ibi in Peloponneſiacos prædatores Barbari equites immiſſi, nonnullos, ut diſpalati & incauti uagabantur, obtruncant. Ageſilaus ſuorum periculo commotus, equitibus mandat ſuis, ut pediti ſuppetias eant, quos cum fremitu propinquantes Perſæ conſpicati, undiq́ꝫ & ipſi turmatim coeunt ualidius hoſtem excepturi, eam conferendæ pugnæ occaſionem Ageſilaus arripiens, omne robur peditum in prælium trahit, quibus maxime auxilijs cernebat hoſtem carere. Enimuero Tiſaphernes ueritus, ne in Cariam eo anno Lacon dux, ut antea in Phrygiam erumperet, omnem regium peditatũ in eam prouinciam ablegauerat. Reſtiterunt Perſæ quamdiu illis, cum equite certamen fuit, ubi uero à frõte & à laterib⁹ Pelopõneſiaca phalãge urgeri cœpti ſũt, turbati fugã capeſſunt. Multi in proximũ flumen irruere, Græci Pactolum tranſgreſſi caſtra, quæ in aduerſa ripa Barbari ſtatuerant, diripiunt: inde in Sardianum agrum effuſi, ferro & igni fœdant nobiliſſimam regionem. Sardibus interim Lacon adequitans, præconis uoce pronunciari iubet, ſiqui libertatis egeant, ut ad ſe tanquam ad ſocium, & libertatis aſſertorem tranſirent. Siqui Aſiæ imperium ſibi uendicarent in apertum egreſſi id ſecum armis decernerent. Poſtremo cum nihil ex urbe moueretur ulterius ire pergit, omnia terroris & predæ complens. Hæc ubi Artaxerxi, qui iampridem in Perſis regnabat, nunciata ſunt, Maſtum in prouinciam miſit, qui Tiſaphernem, ut omnium malorum autorem, interficeret. Fauerat ille Lacedæmonijs, quibus erat Artaxerxes non parua de cauſa, iam antea infenſus. Is a patre Dario regni hæres relictus, quum Cyrum fratrem, cui pater legauerat Lydiæ præfecturam, & omnes ciuitates ad mare iacentes, aduerſus ſe res nouas moliri reſciuiſſet, domum accerſitum aliquandiu in aureis habuit compedibus, priuaſſetq́ꝫ eum uita, niſi precibus matris Artaxerxes uictus, data uenia, uinculis eũ liberaſſet. Cyrus, ea iniuria adhuc magis accenſus, in ſuã præfecturã reuerſus, bellum ex profeſſo in fratrẽ inſtruit. Lacedæmonij, q aduerſus Athenienſes fuerãt ab eo ad-

Tiſaphernis conſiliũ

Ageſilai cõſilium.

D

Ageſilai ſtratagema.

A eo adiuti,uelut ignari in quem bellum inſtrueretur,publice ei auxilia miſerunt, ſperantes i/
ta fore,ut apud Cyrum gratiam inirent,& ſi aduerſa Cyri fortuna fuiſſet,ignoratiōis ſimu
lation non defuturum ueniæ patrocinium. Congreſſi itaq; prælio fratres, forte & manus
inter ſe conſeruerunt. Artaxerxes à Cyro uulneratus,celeritate equi ſeruatus eſt. Cyrus à re
gia cohorte circunuentus,fortiter dimicans concidit,cuius morte regnum eſt Artaxerxi ſta/
bilitum. Græci qui pro Cyro in acie ſteterant(fuerunt enim ad decem milia)egregie ea par/
te uicerant,qua fuerat ab eis pugna conſerta. Verum amiſſo duce,ea audacia fuere, ut per
impacatas gentes & Barbaras nationes,longiſſima itinerum ſpatia emenſi,ad ſuos ſint in/
columes reuerſi. Et hæc Trogus longiore quidem ſermone. Plutarchus id bellum executus
Cunaci loco nomen fuiſſe ait,ubi pugnatum ſit,qui ſexaginta ſtadia à Babylone diſtet, ad
decem ſtadiorum milia à mari remotus,unde Cyrus cū exercitu mouerat,quadraginta ho/
minum milia Artaxerxem in aciem eduxiſſe,uariaq; à Dinone & Cteſia eius belli ſcripto/
ribus tradi,& in primis de morte Cyri Dinonē ſcripſiſſe ait,occiſo à Cyro Artaxerxe quo/
Caduſiorū duce,ꝗ fuerat illi obuius,mox illū ad Artaxerxē fratrē per cōfertos hoſtes irrupiſ
ſe,cūq; uulnerato equo,ad terrā deieciſſe,ſuorūq; ſubito accurſu in equū à Teribazo impo
ſitū,altero impetu à Cyro deiectū,tum factū,ut telis certatim à ſtipatoribꝰ regis in Cyrū cō
iectis,multis ille uulneribus ttansfixus mortem occubuerit. Cteſias,Artaxerxe duce interfe
cto regem petitum à Cyro prodidit,cumq; ſpiculo uulneratum ad terram deieciſſe,tū ue
ro eum ſublatum cum paucis in proximum ſe tumultum recepiſſe. Interim uero quum Cy
rus ea parte,qua pugnabat,hoſtes territos cū cede ageret,ita accidiſſe, ut tyara ſit illi capite
excuſſa,& iam cognitus à multis pro rege adoraretur,Metrodonem uero cōtra haſta eius
tempus ſecundum oculum transfixiſſe,ac tum demum fluuio ſanguinis debilitatū præciſa
que poplitis uena concidiſſe. Vix eius caſus à Cauno quodam regi nunciatus credi potuit,
Miſit ubi eius corpus iacere dicebatur,qui omnia diligentius explorarent. Ipſe uero labore
B & æſtu affectus,quum ſitim amplius ferre non poſſet,ac parum abeſſet quin aquæ deſide
rio expiraret,à Caunorum quodam aqua illi oblata eſt,in ſordido utre coinquinata,quam
tanta cupiditate hauſit , quum octo cotylæ eſſent , ut iureiurando affirmarit, ſe nun/
quam in uita ſuauius bibiſſe,ac tum demum Cyri caput delatum. Periſſe eo prælio aiunt
quidam ex ijs,qui cum Cyro ſteterant ad nouem milia hominum,quorum ſint capita Ar
taxerxi repreſentata,Perſarum uiginti milia. Cyri interfectores magnis à rege muneribus
affectos,Paryſatis amborum mater alios alia fraude aggreſſa,exquiſitiſſimis poſtea ſuppli
cijs necauit. Carem qui poplitem percuſſerat,decem dies uarijs cruciatibus affectum , mox
effoſſis luminibus,æreq; liquefacto auribus infuſo,necari iuſſit. Metrodotem (is enim pri
mus primus circa oculum uulnus inficit)duabus clauſit ſcaphis , ita compactis ut caput,&
crura duntaxat extarent,ad ſolem inde obuolutum melle cibari iuſſit & lacte , ut inuitus
etiam comeſſe potareque cogeretur,fiebat eo muſcarum concurſus ingens,earumq; exami
na ora oculos & crura inceſſere,hæ enim partes extabant,erantq; eiſdem liquoribus delibu
tæ,excrementa corporis,utpote ex dulci materia,ſcaphis excepta uermes procreabant, qui
bus ueſtes primo,mox corpus ita eſt corroſum,ut nuda oſſa cum ſtupore ſpectantium cer
nerentur. Atque ita Metrodotes decimo die miſerabili cruciatu perijt. Nouiſſime Manieſa
tem Eunuchum qui iacenti Cyro caput & manum recidit, in ſuam poteſtatem redactum
pelle enudari iuſſit,ipſumq; tribus palis affixum euaricari fecit,atq; per hæc percuſſorum
ſupplicia Cyri manes euagati,poſtremo quieuere. Fuerunt qui traderent Clearchum à La
cedæmonijs Cyro adiutorem datum cum duodecim milibus Græcorum ac deditione facta
in Statiræ Artaxerxis coniugis poteſtatem ueniſſe,eiuſque iuſſu necatum diſſipatumq; ci
nerem à uentis,milites cæſis ducibus à canibus & uolucribus laniatos. Sed Plutarchus his
haud facile accedit, teſtatus Græcos per tam longa terrarum ſpatia in pacatum reduces
ueniſſe. Atque per hæc Artaxerxes à Lacedæmonijs alienatus, iam inde in eorum inuidi/
am Athenienſibus claſſe & pecunia fauit,quoad illi non parua ex parte priſtinam gloriam
receperunt. Artaxerxes regno potitus, unam poſtea expeditionem in Caduſios,eamq;

Cyri iunio/
ris caſus

Altera opi/
nio de Cyri
nece.

Aqua regi
oblata.

Pœna pcuſ/
ſorū Cyri.

 infeli

infeliciter egit, cum triginta milibus peditum,& mille equitibus hoſtium regionem ingreſ- C
Caduſiana expeditio. ſus,in tantam rerum omnium incidit inopiam,ob regionis ſterilitatem,ut aſſumptis equis
Fames inaudita. & iumentis omnibus,caput aſini ſexaginta uenderetur drachmis. Teribazi opera, cum du-
obus eius gentis regibus compoſita pace,pedibus in pacatum abijt,tanta celeritate ut urgẽ
te rerum inopia ille,qui duodecim milibus talentorum ornari conſueuerat, omnis Perſicæ
luxuriæ oblitus,ad cc.ſtadia per ardua & abrupta loca quotidie cõficeret,donec ſe in regnũ
recepit.Sed & de Artaxerxe hactenus.Poſt Tiſaphernis interitum Perſarum opes in Lydia
& Ionia multo maiore,quã antea ſunt clade affectæ. Ageſilaus magnis auctus ſucceſſibus,
late eſt uictoriã executus.Sed quæ deinceps ille geſſit,alio ſunt à nobis loco referenda.Nũc
Romanarum rerum explicatio,à Veientanæ urbis excidio,repetatur neceſſe eſt.Captis Ve
ijs,pax eſt Volſcis & Equis petentibus data,magis ut ciuitas longo defeſſa bello, aliquãdo
quieſceret,quàm quod perpetui Rom̃.nominis hoſtes ita meriti eſſent.Camillus autor fuit
ut decima Veientanæ prædæ quam pro uictoria uouerat,Apollini perſolueretur.Pontificũ
decreto edictum,ut quicunq; ex ea præda attigiſſet,ſe domumq; ſuam ſolueret religione,de
Decima prædæ Apollini datur. cimam partem eorum,quæ bello capta eſſent,ad donum Apollini mittendum,in pub.con
ferret.Auertit ea res multitudinis ſtudium à Camillo,materiãq; poſtea præbuit inimicis,il
lius ad populum criminandi. Tribuni conſulari poteſtate, poſt Veios captos fuere, duo
Publij Cornelij Coſſus & Scipio.M.Valerius,Fabius Ambuſtus,Furius Medullinus. Q.
Seruilius.Hi prouincias ſortiti,Capenates Valerius & Seruilius ſunt adepti. Duo Corne
lij Phaliſcos.Nulli horum in oppugnandis urbibus conatꝰ extiterunt, ſed utriuſq; populi
eſt ager populatus:neq; felix arbor fuit uſpiam,quæ non uiolata fuerit à Romanis, quæ da
des adeo Capenates fregit,ut pro ampliſſimo ſint munere pacem complexi. Reliqui erant
hoſtes Phaliſci,quum Romæ agitari cœptum,ut colonia ex patribus & plebe Veios mittere
Veios an migrandum. tur.T.Sicinius Trib.pleb.eius rogationis ad populum ferendæ erat autor.Reſiſtere patres
ſumma ope,teſtariq; rem Romano nomini pernicioſam moueri,uix unam ciuitatem à per B
petua diſcordia uindicari poſſe,quid ſi duo uelut populi,duæq; urbes,locis & mœnibus in
ter ſe diſtantes,fierent?futurum,ut paulopoſt Ro.populus,uelut ex duabus diuerſis arcibꝰ
in ſe hoſtiliter concurreret.Sæuire ob hæc multitudo,ſed multo magis decimarum dolor in
hærere,ad quam inuidiam eximendam,Pontifices Camillu iuſſu patrum adhibito, omnẽ
Aeſtimatio Veiorum. Veientanam prædam cum muris & agro æſtimarunt,quanti.ſ.incolumes adhuc Veij æſti
mari potuiſſent,tantumq; eſt pecuniarum ex publico depromptum,ut decimam rerum o-
mnium partem exæquaret,Interea noua cura inceſſerat, unde tantum auri ex ea pecunia
Matronarũ liberalitas. pararetur ut ſatis eſſe poſſet,ad donum Apollini conflandum.Matronæ ſua ſponte quic-
quid auri in ornatum habuere,ad ſacri muneris uſum in medium cõtulere.pro qua oppor
tuna munificentia eſt eis datum,ut plauſtro ad ſacra ludoſq; ueherentur, feſtis uero diebus
ac profeſtis,carpento alioqui uti poſſent,pecuniæ nihilo ſecius pro auro ſingulis datæ.Hæc
Liuius.Plutarchus non carpenti uſum,ſed ut in funere mulieres laudarẽtur, datum ſcribit,
quum ad id tempus honor ille uiris ſolum dari eſſet ſolitus,Aureus crater conflatus,qui
Tri.cõſ.po. Delphos portaretur.Sequens annus conſulari poteſtate Trib.habuit,M. Furium Camil
lum,Furium Medullinum,C. Æmylium, Valerium Publicolam,Sp.Poſthumium,& P.
Cornelium.Phaliſcum bellum Camillo euenit,ad cuius aduentum Phaliſci locorum aſpe
ritate freti,mille paſſus ab urbe caſtra locant.Camillus caſtris multa nocte motis duce regi
onum peritiſſimo uſus,prima luce loco aliquanto ſuperiore,ſeſe hoſtibus oſtẽdit.Quæ res
inopinata tantum Phaliſcis pauorem iniecit,ut præcipites,& cum multa ſtrage rerum in ur
bem abierint. Romanus hoſtium caſtris potitus,prædam omnem in publicum redegit.
Indignari miles ſe præda fraudari,mirari tamen ipſius ducis uirtutem.Obſideri inde Phali
ſci cœpti ſunt,fuiſſetq; obſidio illa nihilo Veintana breuior,cum omnibus ad tolerandam
obſidionem abundarent hoſtes,frumento,armis,iuuẽtute,ſitu urbis natura & opere mu-
nitiſſimo,fortuna & ipſa imperatoris uirtus,breuem ad uictoriam uiam inuenere, erudie-
bat tum Phaliſcorum liberos,ueteri Græcorum inſtituto literator quidam,ſiue ille eruditio

A ne præcellebat,ut Liuio placuiſſe uideo,qui principum tantum filios proditos fuiſſe ait.Cō ſueuerat is,quum omnia circa pacata eſſent,puerorum cœtum ante urbem,luſu & ambula/tione exercere,quo more nihil poſt illatum bellum remiſſo,pueros lōgo ſermone procul ab urbe ductos ad ſtationes uſque hoſtium incautos traxit.Inde ad ducis tabernaculum per/ductus,Phaliſcos,inquit,tibi tradimus,Romane imperator,nam pueri,quos ad te perduxi principum ſunt filij,in quorum poteſtate res Phaliſca eſt.Quæ ubi Camillus audiuit,Neq; ad imperatorem,ait,tui ſimilem,neque populum,ſceleſt⁹ ipſe cum ſceleſto munere ueniſti: ſunt certi belli ſicut pacis iura,quæ nos Romani non minus iuſte quàm fortiter, colere didicimus:Arma quidem gerimus,ſed non aduerſus eam ætatem,cui captis urbibus parcitur. Patres bello perſequimur qui iniuſta aduerſus nos arma induerunt,eos tu quantum in te fuit nouo ſcelere uiciſti,ego Romanis artibus,uirtute,opere,armis malo uincere.Denudatū inde manibusq; à tergo reuinctis,pueris in urbem reducendum tradidit.Additæ & uirgæ, quibus proditorem uerberantes domum agerent,qui ubi urbem ſunt ingreſſi,factus eſt ad id ſpectaculum populi concurſus ingens,mutatiſq; repēte animis,qui Veientanum nuper excidium maluiſſent quā Capenatium pacem,ſubito ad deditionem inclinant. Legati qui urbem dederent ad Camillum primo,inde ab eo Romam miſſi.Hi ubi in curiam uenere. ita locuti dicuntur.Victoria patres conſcripti,cui neque Deus neq; mortalium quiſquā in/uideat,à uobis ueſtroq; imperatore parta eſt.Victi nos urbēq; noſtram dedimus,fati⁹ ſub ueſtro imperio,quā noſtris legibus uicturi:duo quidem ſalutaria peperit hoc bellum mortalibus exempla,quod uos Romani potiorem fidem in armis,quàm uictoriā habuiſtis, nos ueſtra uirtute prouocati ultro uictoriam detulimus,ite & quando Phaliſci ſub ueſtra ditio/ne ſunt mittite,qui arma,obſides,qui urbem patentibus portis accipiant, ſatis certi ſumus nunquam fore,ut aut uos noſtræ fidei,aut ueſtri imperij Phaliſcos pœniteat. Et Phaliſci in hunc modū dediti dicuntur.Camillus impata in ſtipendiū eius anni pecunia deditis,triū/

*Produntur Phaliſcorū liberi.*

*Phaliſcorū uerba ad ſenatum*

B phans Romam reuerſus eſt,multo adhuc maiore uirtutis admiratione,quā quum de Veijs triumphauit.L.Valerius,Au.Manlius,& L.Sergius qui aureum craterem Delphos deferebant,à Liparenſium piratis,circa Siculum fretum intercepti,Liparas perducti ſunt. Gere/battum Timaſitheus ſummum in ea inſula magiſtratum.Is quum aurum(erat enim octo talentorum crater)uelut publico latrocinio quæſitum,ex æquo Liparenſibus de more diui/di oporteret,uir Romanis quàm ſuis ſimilior,multo religionis metu multitudini prius in/iecto autor extitit,ut legati cum dono Apollini deſtinato mitterent.Addidit & naues quæ Romanis euntibus præſidio eſſent,quo factum ut legatis Romam reuerſis ſocietas ſit cum Liparenſibus inita,donaq; Timaſitheo miſſa.Cum Equorum gēte eodem anno Sp. Poſthumius,& Æmylius Tri.Militum prius dubio euentu pugnarunt,mox altero prælio fuſis hoſtibus,Æmilio ad Verruginis præſidium relicto,Poſthumius hoſtium fines cum exercitu ingreſſus late omnia populari,ſed quum recenti uictoria ferox negligentius,ut fit ageret agmen,ſubito hoſtium incurſu in propinquos colles cum toto exercitu eſt compulſus. Ibi caſtigata militum ignauia quod ab eo hoſte quem illi ipſis diebus leui prelio fudiſſent, ipſi turpiter fuſi eſſent,tantum pro concione ſtantibus iniecit pudorem,ut confeſtim exclama/tum ſit,ut ad hoſtiū caſtra ducerentur quæ in plano erant,nullum ſe ſupplicium recuſatu/ros,ſi prius inde abſcederent,quàm ea ui cepiſſent.Laudata ſuorū ferocia,iubet Poſthumi/us eos curare corpora,& ut quarta uigilia circa ſigna frequentes adſint.Inſederant hoſtes uiam,quæ Verruginem ducebat,ueriti ne fuga Ro.territus euaderet.Ibi per noctem quia lu/na pernox erat, magno ardore animorum eſt utrinq; dimicatum.Audiuere clamorem qui Verrugini erant,rati Romana caſtra oppugnari,Æmilio nequicquam reuocante, minaſq; precibus miſcente conſternato agmine Tuſculum conceſſerunt.Rumor inde Romam perlatus,deletum eſſe in Equis Romanorum exercitum.Tenuit certamen noctu initum ad lucem uſq;,tum Poſthumius promiſſa à militibus repetens,tantum precibus & hortatione dimicantibus uirium iniecit,ut non ultra Romana acies ab hoſte ſuſtineri potuerit,fuſi ſunt ac paſſim cæſi hoſtes,ſicq; haud multo poſtquam ciuitas ſollicitis fuerat nuncijs in nouæ

*Votū Apollini deſtina/tū à Liparēſibus inter/cipitur.*

*Ro.uictoria*

cladis expectationē excita, Laureatæ à Poſthumio literæ uictoriæ indices Romam ſunt alla C
tæ. Sequenti anno quum plebs rogationis agrariæ autores eoſdem Tribunos refeciſſet, pa
tres & ipſi in plebis inuidiam, ut conſules magiſtratus ipſi ordini inuiſus crearentur, enixe
Conſules. curauerunt, atqꝫ ita quintodecimo poſtquam Conſules creari deſierant anno, L. Lucretius
Flauius, & Sulpitius Camerinus conſules creati ſunt. Lucretius in Equos profectꝰ, qui Vi
teliam coloniā in ſuo agro expugnauerant hoſtes prælio congreſſos egregie ſuperauit. Ro/
mæ Aulus Verginius, & Q. Pomponius qui biennio ante fuerant Tribuni militum, iratæ
multitudini ſunt à Trib. Pl. obiecti, quia patribus gratificantes tribunitiæ rogationi acrius
reſtitiſſent. Senatu & conſulibus fruſtra opem ferentibus, denis milibus æris ambo damna
ti ſunt. Huiuſmodi uictoria Tribuni plebis elati, diem indicunt ferēdæ legi, coloniæ Veios
mittendæ. Tum Camillo autore. Senatus cum uniuerſa nobilitate ſuis tribubus mixti cum
lachrymis orare, ne ueterem patriam augurio conditam, omnium circa populorum uictri/
cem, in qua tot templa, tot deorum aræ eſſent, in qua cineres & umbræ maiorum ſepulti, re
linqui paterentur, urbem nuper captam, dirutam, deorumqꝫ & hominum conſenſu dam/
natam ſecutis quid enim magis impium fieri poſſe crederent, quàm populum Romanum
exulem, & extorrem à patrio ſolo, à dijs penatibus in hoſtilem urbem agere, eoqꝫ rem addu
cere, ut melius fuiſſet non capi Veios? Nec incaſſum tot uirorum nobilium preces, & lachry
mæ effuſæ. Tribus in ſuffragia miſſæ plures leges antiquarunt. Fuit ea res adeo patribꝰ gra
ta, ut poſtero die factum ſit ſenatuſconſultum, ut Veientani agri ſeptena iugera plebi diui/
derentur, nec ut patrum familiæ tantum, ſed filiorum etiam ratio haberetur, uellentqꝫ in eā
Conſules. ſpem ciues liberos tollere, Creati deinde cōſules, L. Valerius Potitus, & M. Mālius cui poſt.
Iunonis ea Capitolino cognomē fuit. Hoc anno magni ludi facti ſunt, qui fuerant Veientano bel/
ædes. lo uoti, & ædes Iunonis à Camillo eodem bello uota magna matronarum frequentia dedi
Volſinieſes ca ta eſt. In Algido quoqꝫ à conſulibus Equi prælio uicti ſunt, Valerioqꝫ triumphus decre/
Salapina/ tus, qui hoſtibus terrore diutiꝰ ꝑculſis cædendo inſtitiſſet. Manlio ut ouās urbē ingredere D
tes. tur datum. Bellum Volſinienſibus & Salapinatibus indictum, quòd iunctis exercitibus in
Romanum agrum ciuitate morbo implicita, hoſtiliter irrupiſſent, & M. Cornelius eodē an
no in C. Iulij cenſoris demortui locum ſuffectus eſt. Id quia eo luſtro Roma à Gallis poſt/
ea capta eſt religioni fuit, ut iam inde in demortui cēſoris locum quiſquam ſufficeretur. Cō/
ſulibꝰ morbo implicitis, fuerat enim nimia ſiccitate atque inſolito æſtu annus ille Romanæ
Trib. conſ. urbi peſtilens, per interregem Tribuni conſulari poteſtate creati, L. Lucretius, Seruius Sul/
pot. pitius, M. Æmylius, L. Furius, C. Æmylius, & Furius Agrippa. Quorum Lucretius & Æmi
lius Volſinienſem ſunt prouinciam ſortiti. Salapinatem Furius Agrippa & Sulpitius, cum
Volſinienſibus leui prælio debellatum, ad octo milia hoſtium à Romano equitatu inter/
cluſa, abiectis armis deditionem fecere. Romana deinceps arma per Volſinienſem agrum
libere euagata, quoad hoſtibus multiplici clade affectis pacem ſuppliciter petentibus in ui/
ginti annos ſunt induciæ datæ, his conditionibus, ut rebus Romano populo redditis ſtipē/
dium militibus anni illius exhiberent. Salapinates ab initio ſe intra mœnia tenuerunt, terri
ti Volſinienſium clade. Fœdatus eorum ager. Nihil præterea in ea prouincia dignū memo
Vox nūcia ria fieri contigit. Hæc anno illo foris geſta. Romæ, M. Ceditius plebeius homo tribunorum
aduētꝰ Gal/ collegio conſulari poteſtate renunciauit ſe noua uia ſupra ædem Veſtæ, ubi ſacellum poſt/
lorum. ea fuit, ſilentio noctis uocem humana clariorem audiuiſſe, quæ iuberet magiſtratibus nun/
ciari Gallos aduētare. Autoris humilitas effecit, ut ſpreto oraculo, ipſe autor ludibrio ſit ha/
bitus, neque etiam Galli adhuc hominū ꝗ eſſent, ſatis erant Romanis noti. Cæterum in/
gruentibus fatis, non ſolum non res credita eſt, ſed Camillus quem Romanus populus im
minenti tempeſtati tuto obijcere potuiſſet, à L. Apuleio tribuno plebis, ob Veientanā prę/
Camilli exi/ dam (dicebatur enim æneas portas domi habere, quas inde compilaſſet) in iudicium arre/
lium. ptus, quum nihil præſidij contra uim Tribunitiam ſibi in ciuibus eſſe cerneret, ultro in exili
um abijt, deos precatus, ut ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, non multo poſt ſui deſiderium in
ingratæ ciuitati faceret, abſens quindecim milibus grauis ęris eſt damnatus. Nec ita multo
poſt

A poſt,quaſi eius preces cœlo auditæ eſſent,à Gallis Roma capta eſt, quæ res in primis memorabilis quartæ dabit Rapſodiæ huius Enneadi exordium. Fuerũt his temporibus interiecti uiri ingenio clari. Euripides & Sophocles Athenis am bo geniti, cothurnoq́; inſignes. Obijt diem Sophocles per id tempus, quo Lyſander Lacedæmonius Athenas obſidione preſſit. Ferunt illũ per quietem à quodam dæmone monitum, ut ueniam uati ſuo daret, pateretur ćq; illius funus celebrari, qui ubi Sophoclẽ Tragicũ extinctũ indicio comperit, tamdiu Athenienſibus inducias ultro dedit quoad urbem patrio more ſit ille funeratus. Euripides in Macedonia perijt quum apud Archelaum eſſet. Arbei uatis fraude à canibus diſcerptus traditur, alij à mulieribus, quum ad Craterum regi chariſſimum intempeſta nocte tẽderet, Cœpit per id tempus & Iſocrates cognoſci, quem in rhetorica arte præcipienda. Ariſtoteles poſtea ambitioſe eſt æmulatus, nota illius uox, turpe uideri Ariſtotelem ſilere, Iſocrate loquente. Democriti obitus; & Socratis damnatio in hæc tempora à nonnullis rejciunt. Regnabat per id tempus in Perſis Artaxerxes. In Macedonia Oreſtes. Archelaus, Pauſanias & Amyntas, unus poſt alium pauciſſimis annis regnum tenuerunt.

FINIS ENNEADIS III.

# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,

## ENNEADIS QVARTAE PRAEFATIO.

SOLLICITARVNT plerę que gentes Romana arma, nõnullę etiam diu exercuerunt, Soli omnium Galli feroci & inuicto alioqui populo, ſupra quàm dici poſſit, terribiles extitere. Id natura gentis in ferrum preceps, an caſus captæ urbis fecerit, haud facile dixerim. Poſt captam urbem, quod ſatis conſtat, ad omnes Gallorum motus, non Romæ ſolum ut in cæteris bellis, ſed tota etiã Italia ſemper eſt tumultuatum: habuiſſeq́; Romani dicuntur quum iam eorum opes longe lateque pollerent, aurum in hos bellorum caſus ſanctius repoſitum, & in militaribus uacationibus dandis, ſemper Gallici tumultus excipi conſueuerunt. Nec uanus talis metus, cum nulla unquam gente Roman' populus intra extraq́; Italiam, maiore hominum ſtrage, maioribuſq́; ducũ & exercituũ periculis bellauit. Tradunt Romanarum rerum ſcriptores quidam, centum Gallorum milia aliquando una acie cæſa, quo apparet indomita bello ingenia, ſcire tantum uincere, aut mori. Nulla itaque gens Italiæ formidoloſior, nulla maiores ipſi terræ intulit clades. Certarunt Romani cũ finitimis populis de principatu, cũ Carthaginenſibus de imperio, cum Gallis de uita ſemper quoad nouiſſimis temporibus à C. Cæſare qui poſtea dictator fuit, multis cladibus fracti, iugum accepere. Quo ſæpius deinceps excuſſo factum eſt, ut Auguſto principe alijſq́; Cæſaribus, qui poſt illum ſunt rerum potiti, crebro in ſe Romana arma iritarint. Fuerãtq́; illi tales. Ceterũ nullus ab initio hoſtis Romanis contẽptior, credo, qa nondũ notus, nam & oraculo denunciatũ bellũ nihil terrori fuit, & legati in Hetruriã miſſi, contra ius gentiũ in eos per contẽptũ dimicare ſunt auſi. Qua iniuria accidit, ut Cluſina obſidione omiſſa, paucis diebus Romam occuparint, de qua re prius quàm nouus inſtituatur ſermo, de Galliarum ſitu, & eius gẽtis moribus breuiſſima præcurret explicatio.

Galli præter cæteras gentes Romanis formidoloſi

Galliarũ ſitus.

PATET Tranſalpina Gallia(fuit enim altera citra alpes,quæ hodie Italiæ finibus continetur)inter Gallicum mare internum & Oceanum,à Rheno & alpibus ad Pyreneos montes extenſa. Poſſidonius minus tribus ſtadiorum milibus inter utrunque mare patere arbitratus eſt. Pyreneis iugis ad occaſum includitur,ad Septentrionem & Boream Gallico Britannicoque oceano,ad Orientem ſolem Rhenus illi paribus pene ſpatijs, ex Alpibus in Oceanum,quibus Pyreneum iugum ex interno mari ad externum procurrit.

Galliarum diuiſio. Comata. Brachata.

Qua meridiem ſpectat Narbonenſe illi prætenditur pelagus. Circuitus terræ huius à nullo(quod ſciam)diſerte ponitur. Plures totum hoc in duas Gallias partiti. Iura & Gebenna montibus interiectis,quæ ad Oceanum obuerſa eſt,à cultu credo capillorũ Comatam dixere:auſtralem à gentili habitu Brachatam. Huius longitudo ab Aphrodiſio,qui in Pyrenei parte fluit,ad Varum flu. CCLXXII. milium paſſuum proditur à quibuſdam, latitudo dimidio & amplius minor. CC. & XXV. milium totius terræ ambitus. Comatæ ſpatium à Rheno ad Pyreneum Agrippa. CCCCXX. milibus dimenſus eſt,à Brachatæ finibus ad Oceanum CCCXIII. Tranquillus tricies & bis centum milibus paſſuum ambarum circuitum patere arbitratus eſt. Sed is Rhodano Narbonenſem non interno pelago terminat, quo fit,ut pro certo eam menſuram ponere non ſim auſus. Sequitur & alia partitio qua Comata in tria abijt populorum genera,nobilibus inter ſe diſtincta fluminibus, ut à Scalde ad Sequanam Belgica ſit dicta;mox Celtica,ab eo ad Garunnam, quæ eadem eſt & Lugdunenſis,inde ad Pyrenei excurſum Aquitanica,olim Aremotica uocitata. Nec multum ab hac qua ſum uſus,Ptolomæus diuerſam poſuit partitionem,qui omnem Celtarum terram in Aquitanicam diuiſit,Lugdunenſem,Belgicam,& Narbonenſem. Celtæ à Græcis Galli nuncupãtur à Celto,ut Appianus credidit,Polyphemi filio. Cæſar Dictator omnis Gallicas gentes lingua,legibus,& inſtitutis inter ſe differte autor eſt, multa tamen multis communia,ut factiones exercere,quæ non ſolum in ciuitatibus & pagis,ſed in ſingulis pene familijs uulgo reperiantur,ut qui ingenio & opibus polleant inter ſe de principatu contendant,ut cuncta ſuo potius quàm alterius arbitrio fiat,quod ut gentile ita uetus eſſe, nec temere inſtitutum uult uideri,ut tuta plebs eſſet à potentiorum iniuria, nuſquam gentium plebs alioqui contemptior,quippe quæ olim ſeruitij pene loco haberetur,omnis publici cõſilij expers,plerique tributorum,aut alieni æris magnitudine grauati,uulgo ſoliti ſe nobilioribus addicere,ut à cæterorum iniuria tutiores eſſent omnia in eos iura,ut in ſeruos habituris. Duo hominum genera in præcipuo honore eſſe, equites & Druides. Alij Bardos & Vaties Druidibus adijciunt.

Gallorũ ordines.

Quorum hi naturalium rerum cauſis dediti eſſent inueſtigandis,illi laudationibus & poeticis rebus. Cæſar uno nomine omnes Druidas uocat,Hi ſacrificia curare publica & priuata,religiones interpretari,adoleſcentes diſciplinis inſtituere,quorum cœtibus præcipuæ uenerari. Iidem de cæde, de finibus, cæteriſq; controuerſijs cognoſcere, pœnas conſtituere. Siquis ſiue publicam,ſiue priuatam perſonam gerens decreto nõ ſtetiſſet, ſacrificijs interdicere, quæ præcipua ſit in gente animaduerſio.

Druidũ autoritas.

Druides omnem hominum congreſſum & ſermonem declinare, ne contagione polluerentur, his petentibus neque ius dici cuiquam, potuit, neque honos ullus publicus communicari, Vnus omnibus præeſſe,cui in uniuerſum ordinem ſumma erat poteſtas. In huius defuncti uelut antiſtitis locum alius ſuffragio ſurrogabatur, cogebatur horum conſilium certo anni tempore in Carnutum finibus.

Carnutes.

Eſt is locus Galliarum fere medius, controuerſiasque ex uniuerſa gente eo delatas ſuo componebant decreto. Vulgo poſtea receptum id inſtitutum,ſed ex Britannia translatitium. A bellicis rebus Druides aberant,neque ad tributum cogebantur,multa milia uerſuum ediſcere neceſſe erat;qui tali ſe diſciplinę tradidiſſet, ita ut plerique annos XX. in ea comparanda morarentur,neque fas erat quippiam ad eam

Diſciplina Druidum.

cognitionem

A cognitionem pertinens literis commendare, quod ad memoriæ cultum, & ſcientiæ autoritatem putabatur pertinere: in cæteris Græcæ ea tempeſtate literæ Gallis in uſu fuere. Credere illi animas non interire, ſed in alia tranſire corpora, atque metu mortis ita ſublato audaciores in periculis fieri, multa de ſideribus diſputabant, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, & deorum poteſtate. Mundum ipſum æternum, ignem & aquam uiciſſim præualere. Alterum genus equites. Hi cæterorum ordinum religioſiſſimi, uerũ graui morbo affecti, aut in periculis conſtituti, pro ſalute humanã hoſtiã mactabant, Druidũ miniſterio adiuti. Alij ſimulachra habebant immani magnitudine uiminibus contexta, eaque uiuis corporibus plena circuniecto igni abſumebantur. Supplicia eorum qui latrocinij alteriuſue noxæ conuicti eſſent, Dijs gratiſſima arbitrari. Mercurius in præcipua ueneratione eſſe, quem omnium artium inuentorem prædicabant, uiarum & itinerum ducem, & ad quæſtum faciendum plurimum prodeſſe. Marti in pugnam ituri quicquid cepiſſent pro uictoria uouebant, uiſebanturque ob eam rem in pleriſque Galliæ urbibus ingentes tumuli bellicis ſpolijs conſtructi, ſiquis ex præda aliquid fraudaſſet graui ſupplicio id ſcelus uindicabant. Se ex Dite procreatos perſuaſum habuere, ob idque initium feſtorum dierum ab ea nocte capere, quæ feſtam lucem præceſſiſſet, rati noctem illi ſacram eſſe. Liberos ad conſpectum ſuum, non prius uenire patiebantur, quàm per ætatem adoleuiſſent, ut militaria iam obire poſſent munia, turpiſſimum arbitrantes filium adhuc puerum patri aſſiſtere. Viri quantas ab uxore pecunias dotis nomine accepiſſent, tantundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatione cum dote conferre. Quicquid inde fructuum perciperetur id diligenter aſſeruari, eiusque eſſe qui ſuperſtes alteri fuiſſet. Viri in uxores ſicut in liberos uitæ & necis poteſtatem habuere, ſiqua ueneficij conuicta eſſet à propinquis mariti, igni ſæuiſque cruciatibus necari. In funere omnia quæ uiuis chariſſima fuiſſent, cremare cum defunctis, animalia etiam ipſa. Nec multum antea

B quàm C. Cæſar eam terram debellaſſet clientes & ſeruitia funebri rogo inferebantur. Ciuitatesque quæ optime inſtitutæ erant, hæc habuiſſe dicuntur, Siquis de republica à finitimis fama compertum haberet, id ad magiſtratus deferebat, quædam ſuo arbitrio occultare, cætera pro concione palam facere. De republica niſi in publicis concilijs loqui nemini licebat. Qui in conſilium ultimus ueniebat necabatur. Qui tumultuatus eſſet, tantum ueſtium publicus miniſter ei recidebat, ut reliquæ ueſtis partes inutiles redderentur. Hirſutis ſagulis uulgo uti, ſciſſo pro tunica amictu, qui uix nates integeret dimidias. Comas ſtudio nutriebant, corpora genti procerriora & uulgo candida, prælongi itaque gladij demiſſique in uſu eſſe, haſtas alij, alij iaculum in prælium ferre, arcubus uti nonnulli, nec adeo multi, pauciſſimi fundis aut fuſte. Humi uulgo corpora ad quietem ſternere. Strabonis ætate ſtramentis ſedentes cœnitabant. Lacte & ſuilla carne ueſcuntur. Sues in ea gente proceritate eximia agreſtique feritate, ut non minus quàm ab luporum incurſu ignotis ab earum gregibus immineat periculum. Domicilia ex plutæis & cratibus in teſtudinis ſpeciem. Ferox omnibus ingenium, ingenita ſimplicitas, plus uirium quàm conſilij in bella afferunt, maius bellorũ quàm agri ſtudiũ. Gentile & uetus aureos torques ex collo ſuſpendere. Mira fœminarum fœcunditas, ut ccc. & amplius armatorum milia gẽs una Belgica ad bellum olim mitteret. Nec illud recens manibus & lacertis armillas inducere. Veſtes auro pictas geſtare. Victoria ſupra quàm dici poſſit læta uincentibus. Victis ſtupor. Humana capita ex equinis ceruicibus ſuſpendere ex prælio reuerſi. Cæterum Romanorum commercio multa mutari contigit, tempus inde omnia in melius uertit. Ex ipſa itaque terra numeroſi ſæpe exercitus, alpium aſperitate domita, in circumpadanos ſeſe fuderunt campos, quo contigit, ut quicquid terræ inter Apenninum & Alpes iacet, uſque ad Adriam, præter uenetum latus, ab ipſius gentis incolatu, poſtea Ciſalpina ſit Gallia nuncupata. Eam terram Tuſci & circa Apenninum Vmbri olim tenuerunt. Padus mediam pene regionem irrigat in gremio Veſuli montis ortus, in quem nobiliſſimi totius Italiæ lacus exonerantur, Verbanus, Larius, Sebinus, Eupolis, & Benacus.

Dirus ſacrificandi ritus.

Ciuiles Gallorum mores.

Padi ortus

Ex his Ticinus,Abdua,Ollius,Lambrus & Mincius,omnes Padi accolę.Ipſe ſeptem oſtijs C
in Adriam euoluitur.Exprimit regio tota theatralem formam, Alpibus & Apennino ue
lut in cornua reductis, cui pro ſcena ſit Adria. Ex Celtica, quæ ad comatam pertinet
Primus Gallorũ tranſitus i Italiã. Gallorum primi, et Liuius exiſtimat, Bellouęſo duce Alpes tranſcendere. Accidit forte,
ut per id tempus,quo Priſcus Tarquinius Romæ regnum obtinebat, tam frequens & po/
Ambigatus puloſa fuerit Gallia, ut abundans multitudo uix regi poſſe uideretur, ad quam ſua mo/
le exonerandam,Ambigatus qui tum late regnum in ea terra obtinebat,duos ſororis filios
Bellouęſum & Sigoueſum cũ magnis exercitibus nouas ſibi terras quærere iuſſerit:illi pro/
uincias inter ſe partiti:Hercinios ſaltus Sigoueſus ſortitus eſt,Bellouęſus Italiam. Is Bituri
ges,Aruernos,Senones,Heduos,Ambarros,Carnutes & Aulercos ſecum traxit.Tot ferox
dux gentibus ſeptus,quum ad Alpes ueniſſet,uelut religiõe iniecta,quod uideret iuga mõ/
tium ęquata cœlo,& ad id tempus nulli peruia,præterquam Herculi ſi uera ſunt quæ de eo
feruntur,conſilium captare cœpit quonam modo in alium uelut orbem,cum tam numero
ſo tranſcenderet exercitu.Ibi fama affertur aduenas quærentes agrum ab Saluiorum gente
Maſſilien. oppugnari.Erant hi Maſſilienſes ex Phocide nauibus profecti,id omen Galli ad ſuam for
tunam pertinere rati,Gręcis enixe opitulantur,ut locum,in quem primũ egreſſi eſſent, obti
nerent,ibi poſtea ab eadem gente Maſſilia poſita eſt. Galli per Taurinos ſaltuſq́ Iulię al/
pis in Italiam tranſgreſſi,Tuſcis haud procul Ticino amne prelio fuſis,in eo quo uictores
conſederant loco,urbem condidere,omen ſecuti,quod agrum Inſubrium appellari ſenſe/
rant,quo Pagum nomine Hedui qui in Bellouęſi comitatu erant,in Gallia tenuiſſent, ur/
Mediolanũ. bem ipſam Mediolanum dixere,ob id credo,quod Aulerci,qui & ipſi eius expeditionis ſo
cij fuerant,urbem eodem nomine in Belgica habuerunt.Secuti inde diuerſo tempore alij
poſt alios,Cenomani,Libui,Saluij,Boij,Ligures,item Senones,aliiq́ ferociſſimę gẽtes,ut
Veneti. iam pręter Venetos,qui amœniſſimum Italiæ latus incolunt,quicquid terræ inter Alpes &
Padum late patet,Tranſalpinę gentes obtinerent.Polybius Venetos Adrię accolas,&ſi Pa D
phlagonum eſſe gentem non ignorat,moribus tamen & ornatu corporis Venetis Gallis
Oceani accolis uideri ſibi ait perquã ſimiles.Ego totam hanc oram Vmbrorũ ab initio fuiſ
ſe crediderim,quum propter illud,quod gens ipſa omnium quę in Italia ſunt Gręcis anti
quiſſima exiſtimatur,tum quia CCC.illorum oppida Tuſci debellaſſe dicuntur. Cęterũ qui
cunque mortalium ab initio eam terram tenuerunt,ſatis conſtat,citra ultraque Padum Tu
ſcos & cum his Vmbrorum gentem,à Gallis ea tempeſtate eiectam,qui tantum telluris ade
pti,ut abunde uictum ſuppeditaret,diu ſe intra Apennini iuga tenuerunt,uicatim,ut idem
autor ſcribit,habitantes,ſimpliciore uictu cõtenti,carnibus ueſci,ſubſtrato gramine accum
bentes,magis rei bellicę,quàm agriculturę ſtudioſi,liberalium artium diſciplinas uulgo a/
ſpernati,auro,req́ pecuaria diuitias oſtentantes, maximum gentis ſtudium in amicitijs cõ
parandis,ita quiſq́ inter ſuos populares pręcipua pollebat autoritate,quia multa pręditus
Senonum fines. eſſet factione. Taliſque tum fuit eius gentis cultus,& in primis Senonum, qui ab Vſente
fluuio ad Atheſim fines habuere.Iidem primi omnium Apennino ſuperato,Cluſium Tu
Ab Arunte accerſiti Senones ſcorum urbem oppugnare ſunt adorti.Fama eſt,eam gentem à Cluſino Arunte ad id bel
lum allectam.Is Lucumoni iratus,quod uxorem ſuam corrupiſſet,eam iniuriam quum in
adoleſcentem opibus prępotentem ulciſci non poſſet,ad Gallorum opes confugit,quos ut
facilius ad id bellum concitaret,fruges indigenas Hetruriæ ſecum attulit,uinum id fuiſſe fe
runt,& aridas ficus.Exciti ne tum Galli ſint ex togata Gallia,an ex Tranſalpina illa,dubiũ
uideri poteſt. Vix ego priuatę fortunę cuiquã per Alpes iter & ignota loca patuiſſe credide
rim ad Tranſalpinos Gallos,cum qua gente nulla erant adhuc noſtris hominibus cõmercia
Nec tã procul accerſendi fuiſſent hoſtes,quum alij,pleriq́ eiuſdem gẽtis populi, circa Padũ
late regionem incolerent,qui non minus idonei ultores,locorũ uicinitate,quã illi,qui trans
Alpes accerſebant,eſſe potuiſſent.Sed undecunq́ tum Senones p̄fecti ſunt,etenim ducẽte/
ſimo ferme anno poſt eos qui cum Bellouęſo Alpes trãſierant, omniũ recẽtiſſimi in Ciſal
pinam Galliam ueniſſe traduntur.Hi ſubito Cluſium bello adorti,late agrum populantur
Clu/

A Cluſini periculo rei pculſi,&ſi nullam cū Romanis ad id tps ſocietatem habebant, Romā tamen legatos ad auxilia contra Barbaros petenda confeſtim mittunt,nullum ſuum in Romanos beneficium allegantes,niſi quod Veientes conſanguineos ſuos aduerſus Ro. pop. nullis opibus iuuiſſent,auxilia negata ſunt,miſſi tamen tres legati,M.Fabij Ambuſti filij. Plutarchus tris ex Fabia gente miſſos ait, in quibus fuerit, Q. Fabius Ambuſtus. Hi ſenatus & Po.Ro.nomine cum Gallis egerunt,ne ſocios & amicos Romanorum,à quibus ipſi nulla prius eſſent iniuria affecti,oppugnarent.Oportere Romanos,niſi armis abſiſteretur,Cluſinos ex fœdere tueri.Cæterum malle Gallos nouam gentem pace,quàm armis ſibi cognitum iri. Ad ea Galli reſpondiſſe dicuntur,ſe tum primum Romanum nomen audiuiſſe,fortes tamen uiros credere ad quorum opes Cluſini confugiſſent,& quoniam legatione potius quàm armis,ſecum ab initio egiſſent,ſe pacem,quæ offerretur,non aſpernari, ſi parte agri,quem latius Cluſini poſſiderent quàm colerent,egentibus Gallis cederét, alioqui pacem impetrari non poſſe.Ibiq; coram Romanis ſibi reſponderi poſtulant,ut ſi ęqua negarentur,ipſis ſpectantibus in hoſtem dimicarent,ut domum reuerſi ſuis renunciarent, quantum Galli bellica uirtute cæteros mortaleſ anteirent.Romani inſolenti oſtentatione offenſi à Gallis quærunt,ecquidnam rei in Hetruria eſſet Gallis?quum in armis ſe ius ferre ferociter reſpondiſſent,omniaq; uirorum fortium eſſe,accenſis utrinq; animis ad arma diſcurritur,mox certamine iniecto legati,qui ex urbe uenerant,ut & ipſi quid Romana uirtus ualeret in armis coram oſtenderent,aduerſo patriæ fato contra ius gentium in Gallos arma capiunt.Ante Hetruſcorum ſigna tres Fabij ferociſſimi iuuenes pugnam ciere,quorum Q. Fabius extra aciem equo uectus Gallorum ducem inſigniter pugnantē adortus haſta trāsfixit,inde quum iacentis ſpolia legeret,forte agnitus,Gallos iuſta in Romanos accendit ira. It fama totis caſtris Romanos,uiolato iure gentium,in ſe arma induiſſe: à multis conclamatum,ut confeſtim ſoluta obſidione,Romam iretur. Vicit tamen ſeniorum ſententia,ut Romam mitterentur,qui legatos ad ſupplicium depoſcerent.Æqua Galli poſtulare, ſed plus apud patres nobilitatis ambitio,quàm æquitas ualuit,Verū ne qua inuidia ſenatum ex ea in poſterum maneret,placuit Gallorum poſtulata ad populum deferri.Plebs & ipſa ambitione corrupta,non modo non dedendos cenſuit,ſed in ſequentem annū Fabios iuris uiolatores conſulari poteſtate Tribunos creauit.Qua contumelia Galli inſtructi, bellum propalam minitantes ad ſuos abiere,cū tribus Fabijs creati ſunt Tribuni,Q. Sulpiti⁹ lōgus,Q. Seruili⁹,P.Seruilius Maluginēſis.Erat tñ ſumma rei penes Fabios, quoꝝ temeritate bellū erat cōtractū.Cæterū nihilo accuratiore delectu uſi, quàm ſi à finitimorū populoꝝ aliquo bellū intenderetur,famam formidoloſi hoſtis apud multitudinem eleuabant,& quod fatali neceſſitate accidiſſe uideri poteſt,ne Dictator quidem imminenti eſt periculo obiectus,ſępius in minore rerum expectatiōe dici ſolitus. Galli poſtquam ex urbe Roma renunciarūt, non ſolum reos non reddi, ſed ipſos etiam autores iniuriæ duces ad bellum creatos,ira accēſi,cuius gens ipſa impatiens eſt,reuulſis ſignis in Romanos omnem uim belli auertūt. Cōſternatæ urbes quacunq; irent ad arma concurrunt.Contra illi denunciāt Romam ſe petere.Cluſini primi omnium id Romā nūciarūt,mox ea alijs quoq; urbibus trepidiſſimi nuncij,alij ſuper alios,Barbaros omnia late proſternentes,ad urbē tumultuoſe accedere.Tanta fuit hoſtiū celeritas,ut uix ad undecimū lapidem iri obuiā potuerit.Huc Tribuni cū tumultuario exercitu (ad quadraginta armatorū milia fuiſſe dicuntur)profecti, hoſtem circa Alliam,omnia late uaſtantem offendūt.Labitur is fluuius ex Cruſtuminijs montibus,nec multo infra uiam Tyberi miſcet,ibi Romani duces,neq; militari conſilio,neq; diuina ope uſi,loco nondū caſtris capto,ut eſſet,quo ſe miles à trepidatione reciperet,aciem temere inſtruūt, cornibus adeo late extenſis,ne ab hoſte circūueniri poſſent,ut uix ordines ipſi inter ſe circa mediū cohererent.Fuit forte dexter tumultus,quē ſubſidio inſideri placuit.Complebant interim Galli oīa clamoribus horrēdoq; ut mos eſt gētis ululatu.Brēnus hoſtiū regul⁹ cōſpicatus Romanorū paucitatē,inſidias primo timuit,uelut de induſtria tā pauci in cōſpectum ueniſſent,& ubi pugna cōſerta eſſet,in ſe & ſuos à laterib⁹ impetus fieret,in ancipiti conſilio ſub

Cluſini à Ro. auxiliū petunt.

Legatio Ro. ad Gallos.

B Gallorū poſtulata

Tri.cōſ.po.

Galli ad urbem accedunt.

Allia flu.

Brennus.

ſubſidiarios,qui tumulum tenebant,ſtatuit inuadere, quibus loco depulſis apparebat ita
futurum,ut aperta planicie res gerenda eſſet,facilisq; uictoria futura,quando ipſe multitu/ C
dine & hominum ferocia longe præſtaret. Adeo tum ratio non modo fortuna pro Gallis
ſtabat. Contra pauor & fugæ impetus Romanorum animos occuparat,tantaq; rerum om
nium obliuio,ut motis in præſidiarios ſignis,confeſtim undiq; facta ſit fuga. Circa tumu
lum nonnihil pugnatum,cæterum clamore & à fronte & à lateribus reddito,inde quoq; di

Ro. metus & fuga.

ſceſſum,in pugna,quæ utiq; nulla fuit,quàm pauciſſimi periere. Dextrum Romanorũ cor/
nu ad montes,quos proximos habuit,fugam inclinauit. Fuitq; ea res ſaluti fugientibus, ꝙ
Galli locorum ignari haud longius diſpalatos inſectari ſunt auſi,& hi per locorum deuia

Ro. clades ad Alliam. accepta.

Romam abierunt. Contra qui in ſiniſtra acie locati fuerant,ad Tyberim cõpulſi, Barbaris
irruentibus,magna ex parte circa ripas periere. Multi temere fluuium ingreſſi, ut erant ar/
mis impediti,uorticibus ſunt abſorpti. Plures omnino natandi peritia Veios pertenderũt.
Vix Galli credere poterant,ſe tam cito uiciſſe. Stare itaq; uelut pauore defixi,inſidiasq; ad/
huc timere. Verum ubi tuta omnia uiderunt,paſſim cęſorum ſpolia legere incipiunt,armo
rum cumulis,ut mos eſt gentis, coaceruatis Romam iter intendũt,quo haud multo ante ſo
lis occaſum peruenere. Multi perſuaſum habuere,ſi ex acie fugientes Galli ſecuti eſſent, fa/

Variatio hiſtoriæ.

cile eo die urbe capta potuiſſe Romanum nomẽ deleri. Hæc Liuius. Plutarchus, cui liben/
tius accedo,tertio à pugna die Barbaros Romam petijſſe ait. Galli equites curſu ad urbem
progreſſi,quum neq; clauſas portas offendiſſent,neq; in his ſtationes ullas,rei miraculo cõ
moti,ſolitudinẽ urbis ſuis renunciant,ibi quoq; hoſtiles inſidias formidantes,quia iam nox
aderat,ignari quæ eſſent Romanorum conſilia,inter urbem & Tyberim conſedere. Roma

Ro. metus.

ni ad primam aduerſę pugnæ famam,quicũq; Veios aliòue fuga contenderant pro amiſſis
habuere. Vna itaque uiui ac mortui complorati ſunt. Clamor & metus ingens continuo ci/
uitatem inuaſit. Sed publicus pauor priuati doloris ſenſum auertit. Vbi circa mœnia con/
ſpectus eſt hoſtis,exaudiri per noctem ululatus,terrificiq; Barbarorum ſonitus, circa mu/ D
ros turmatim uagantiũ,& quia in tanta animorum conſternatione nulla ſpes erat retinen/

Conſiliũ retinendi Capitolij

dæ urbis,placuit ſenatum cum iuuentute militare,Capitoliũ & arcem occupare , frumẽto &
armis eo collocatis,indeq; Romanũ nomen tueri. Sacerdotes & Flamines eodẽ cum ſacris
contenderunt. Triumphales ſenes cum imbelli turba in urbe remanſerunt,uelut cum pa/
tria,ſi patria caſura eſſet,interituri. Hortari hi cum lachrymis iuuenes Capitolium ſcanden
tes,deos & urbẽ cõmendare,quæ trecẽtos ſexaginta annos oĩbus bellis uictrix fuiſſet. Cęte
ra multitudo,nam onerare nolebãt arcem nimia turba,ut diutius obſidio tolerari poſſet
ex urbe auerſa ab hoſtibus regione paſſim effuſa,continenti agmine Ianiculum petijt. Inde
pars per agros dilapſi,nam Tyberis hoſtium incurſum arcebat,pars in finitima oppida cõ/
ceſſere,ſuã quiſq; ſpem,ſua conſilia publicis deploratis ſecutus Flamen & ueſtales uirgines,
maxima ſacrorum parte in doliolis ſub terram defoſſa,cætera inter ſe onera partiti,extra ur
bem deferunt. Et iam ſublicium pontem tranſgreſſæ uirgines Ianiculum laborioſe ſubibãt.

Pietatis exẽplum in Albino

Eas L. Albinus homo plebeius procul cõſpicatus,religiõe tactus,ꝙ ſacerdotes & Romana
ſacra pedib⁹ irent,ipſe cũ uxore & liberis plauſtro ueheret,ſuis ad terrã depoſitis, Veſtales
ipſas cũ ſacris in currũ ſuſtulit,ſublatasq; Cere,quo ille iter intẽderat,deuexit. Et Liui⁹ i hũc
ferme modũ fugã & cõſternatiõnẽ illam digerit. Ego haud ſane uideo quonãmodo id acci/
dere potuerit,ſi ſub ſolis occaſum eodẽ die,quo pugnatum erat, Galli ad urbem uenerint,
poſtridieq; capta eſt,ut ſine ulla hoſtiũ inſectatione,oneroſa multitudo ſit ex urbe egreſſa.
Veriora mihi uident̃,q̃ Plutarchus ſcribit,triduo poſt pugnã Gallos affuiſſe,qd' ſpatiũ fue

Seniores ꝓ patria ſe deuouent.

rit territæ ciuitati & ad muniendũ Capitoliũ p̃ſidio,& ad imbellẽ multitudinẽ ꝓcul urbe ab
legandã. Senes q̃ in urbe remanſerãt,obſtinato moriẽdi aĩo,eo quo olim habitu quiſq; tri/
umphaſſet,in ſuarũ ædiũ atrijs triũphali ſella,ſub hoſtiũ ingreſſum,cõſediſſe dicunt̃. Sũt q̃
tradãt ſeſe ꝓ patria & Quiritibus deuouiſſe,q̃bus M. Fabius Põtifex Maximus præfat⁹ ſit
carmẽ. Galli ꝑ Collinã portã ingreſſi,recta in forũ cõtendêre. Ibi oculos ad tẽpla & arcẽ cir/
cunferentes,quam ſolam armatis teneri uidebãt,relicto hic p̃ſidio,ne quis in ſe impetus fie/
ret,

A ret cætera multitudo in prædā dilapſa eſt. Mirari primo clauſis plebeiorum domibus, nobilium tantum atria patere. Maior itaq; cunctatio tenuit apta q̄ clauſa inuadēdi, nequa fraude incauti exciperentur, inde uiros in ſellis ſedentes intuiti, ac præter ornatum corporis, habitum quoq; humano auguſtiorem admirantes, nouitate rei defixi, ſedentium maieſtatem contemplantur. Inde quum ad eos uelut deorum ſimulacra obuerſi ſtarent, M. Papyrius Galli ſibi barbam demulcentis eburneo ſcipione caput percuſſit, qua ille iniuria iritatus, ſedentem ferro oppreſſit. Tum ab uno cæde orta cęteri in ſuis ſunt ſellis trucidati. Euagatum inde ferrum per ignobilem multitudinem, nam multi, ut alio eſt loco ſignificatum, in urbe ex imbecilli humiliq; plebe remanſerant. His ſine diſcrimine ferro abſumptis aut præcipitatis, domus paſſim direptæ, flammaq; rectis iniecta eſt. Atque in hunc maxime modū Roma eſt à Gallis capta. Quam cladem futuram Heraclitus ponticus prædixit, qui priuſquam urbs ipſa caperetur, uita deceſſit. Verba ex eius commentarijs Plutarchus refert, Roma, inquit, Gręca urbs, quæ iacet ad magnum mare, ab exercitu ultra Hyperboreos montes aduētāte capietur. Sed fabuloſus Heraclitus ait Plutarchus, qui illa de magno mari & Hyperboreis confinxit, maior, inquit, omnino fides Ariſtoteli habenda, qui & ipſe Romam à Celtis capiendam prædixit, & à Lucio ſeruandam, quod ad Camillum referendum ſit, uelut M. Lucius Camillus ſit, non Furius nominatus. Cæterum nemo ignorat Lucium poſt Marcum Romanos uſurpare nō cōſueſſe, quū nemo duo prænomina ſortiret̃, niſi forte ad M. Valeriū alluſerit oraculum, q Camilli magiſter fuit equitū. Sed ſi Euſebi⁹ recte tēpora digerit, cum capta eſt Roma, aut nondum natus erat Ariſtoteles aut certe infans fuit. Annus ille quo Roma à Celtis capta eſt, ut Liui⁹ & Plutarch⁹ ſcribit, ſexageſimus fuit ab eius cōditione ac trecenteſim⁹. Plinius quatuor huic nūero annos adijcit. Fuitq; idem à mundi origine, octingenteſimus decimus ſupra quater milleſimum Olympiadis ſeptimæ ac nonageſim⁹ ſecundus, quo anno Amynthas undeuigeſimus in Macedonū gentem regnū cepit. Capta

*Heracliti & Ariſtotelis oraculū.*

*ANNI MVNDI.*

B urbe nullus erat dies qui non aliquod hoſtilis ſæuitiæ afferret ijs qui in arce erant ſpectaculū, obuerſariq; cędes, rapinę, incendia, cadentiū domorū ruinæ miſerorū ciuium oculis. Erāt interea peiore cōditione, q̄ q procul aberant, ꝙ patriæ excidiū & ſuorū ſupplicia ſpectare, q̄ mala alij tantū fama percipiebant. Nec uis illa, quæ maior omnino ab hoſte orta eſt, ubi arce potiri non eſt datū, obſtinatos animos frangere potuit, q̄n tot malis obruti, ferrū quod in manibus erat, uelut unicā ſpem uitæ intueri, mentē de induſtria à tot cladiū ſenſu auertere. Galli ubi uident nihil, ad ea q̄ fierent, Romanorū ferociā remitti, uiq; opus eſſe, ſi arce potiri uelint, ſtructa in foro acie dant ſignū ad Capitoliū inuadendum, ſublatoq; eximprouiſo clamore, facta teſtudine aduerſum collē ſubeūt. Romani p̄ſidio ad oēs adit⁹ oppoſito, ſubeūtes medio cliuo excipiūt, ex ceptoſq; ex ſuperiore loco cū ſtrage & ruina ad ima detrudūt. Fuit prim⁹ ille Gallis ultimuſq; conat⁹ Capitolij apta ui oppugnādi. Eratq; nihilo ſegnior obſidio. Frumēto interea, ꝙ in urbe fuit, incēdijs corrupto, quū cōmeat⁹ inopiā Galli ſentire cœpiſſent, diuiſo exercitu, partē copiarū ad Capitolij obſidionē relinquūt, cęteris i finitimos agros dilapſis, forte ex ijs q in ea expeditiōe erāt pars nō parua Ardeā ꝑuenere, erat ibi Camill⁹ luctu & mœrore publico magis q̄ ſuo caſu affect⁹, idētidē requirēs, ubinā uiri illi eēnt, q ſecū Veios & Phalerios cepiſſent, quiq; fortius ſemꝑ q̄ felicius pugnare conſueſſent. Igitur audito hoſtiū acceſſu, ubi Ardeates oauidos de ſumma rei cōſultare ſenſit, ultro ſe illoꝝ concioni intulit, quū ad eā diē tali cōgreſſu pertinaciter abſtinuiſſet, turpe credo ratus peregrinū hoiem in aliena ciuitate nimis curioſum eē. Vbi uero pro cōciōe ſtetit, Nemo, inquit, ueſtrū exiſtimet Ardeates ueteres hoſpites, & iā ciues mei in aduerſa fortuna facti, me p̄ſentis cōditionis meę oblitū, huc proceſſiſſe, ſed hoc ꝙ inſtat ꝑiculū me uelut unū ex Ardeatibus, impellit ac cogit, ſiquid in me p̄ſidij ſit, id ad ſalutem communē conferre. Quando eīm pro ueſtris tātis in me meritis gratiā uobis referam, ſi in tāta opportunitate ceſſauero? aut ubi erit uſus mei apud uos, ſi in bello non fuerit? hac arte in patria ſteti, & inuictum bello ingrata ciuitas togatum eiecit. Vobis nūc Ardeates fortuna oblata ē, multis & magnis Ro. po. in uos beneficijs, ea quæ ſint, haud dicam, quando ut gratam decet ciuitatem, ſemper memineritis,

*Galli à Capitolio pelluntur.*

*Oratio Camilli ad Ardeates*

gratiæ

gratiæ cumulatius referendæ, & decus ueſtræ urbi ex communi hoſte acquirendi. Sunt Gal- C
li qui incompoſito agmine aduentare dicuntur, amplo quidem corpore, ſed non minus, ut
audio, ad labores infirmo, ferociaq; magis ſtulta, quàm ut cauto ſit hoſti formidanda. Affe-
runtq; ob eam rem plus terroris, quàm uirium in certamen. Argumento clades eſſe poteſt.
Ad Alliam noſtrorum ducum ſtultitia tumultuaria illis uictoria contigit, Romam patenti-
bus portis cepere. Verum ubi Capitolium tentare ſunt auſi, à paucis tanta inde ignominia
& ſtrage ſunt repulſi, ut uix arcem amplius ſpectare audeant, non modo oppugnare, atq;
iam inde obſidionis tædio digreſſi, ad inſidias & cędem opportuni, per agros temere uagan-
tur, cibo uinoq; ſub noctem diſtenti, prope aquarum riuos, ſine munimento, ſine ſtationi-
bus, paſſim ferarum ritu ſternuntur. Et nunc ob ea quæ proſpere geſſerunt, magis etiam ſo-
lito incauti. Quare ſi urbem ueſtram, ſi fines tueri in animo habetis, nec paſſuri eſtis totum
Latium Galliam fieri, ubi nox aderit, cum armis frequentes adeſte, me ſequimini, ad cędem
potius quàm ad prelium, niſi hoſtes uelut pecora uobis trucidandos dedero, nō recuſo eun-
dem mearum rerum apud uos exitum eſſe, qui antea Romæ fuit. Nullus erat qui non pſua-
Peroratio ſum haberet, Camillū conſilio & felicitate omnes alios ea tempeſtate duces longe antecelle-
re. Magno itaq; ſtudio cōcione dimiſſa, curatiſq; corpibus, Ardeates arma capiūt, ad primū
claſſicū intenti, quo edito primo noctis ſilentio circa portas Camillo affuerūt. Ille ubi per ex-
plorato res cōpertū habuit, ubi hoſtes eſſent, tacito agmine hoſtibꝰ inſinuatus, ſomno mul-
taq; crapula grauatos, ſubito clamore inuadit, tū cędes nō præliū fuit. Corpa ſoluta ſomno
Gallorum cædes paſſim cædūtur. Extremi pauore exciti ſemiſomneſq; capeſſunt fugā. Horum pleriq; in An-
tiatem agrum per noctem delati, ubi illuxit, oppidanorum incurſu circumuenti, fœde & ipſi
obtruncantur, equites Ardeatium à Camillo in fugientes & diſpalatos miſſi, paſſim diuer-
ſa parte opprimunt. In Veienti quoq; agro per eos dies Tuſcorum cædes ingens eſt edi-
ta, quos adeo nihil Romanæ cladis miſerebat, ut & fines etiam captæ urbis, interim quum
à Gallis teneretur, hoſtiliter irrumperent, & Veios quo ſe Romani ex acie receperant D
oppugnare conati ſint. Cæterum qui ibi erant, Hetruſcos præ ſe prædam agentes conſpica-
ti, primo ſui miſeratio inceſſit, quod ab ijs etiam bello premerentur, à quibus ut bellum pro-
pulſarent, in eam calamitatem incidiſſent, indignitas inde ſimul & ira animos ad ultionem
accendunt, factuſq; eſſet ſtatim in eos impetus, niſi Ceditius centurio ultionem in noctem
differendam cenſuiſſet. Camillus unus defuit, cætera eodem ordine & euentu geſta. Ca-
pta noctu Hetruſcorum caſtra, tetraq; in illis cædes edita. Inde alia Tuſcorum manus circa
Salinas ſequenti die cæſa eſt. Circunſedere interea Galli Capitolium, in unum præcipue
opus intenti, ne quis hoſtium ex arce euaderet. Erat Fabiæ genti in Quirinali colle anniuer-
Caij Fabij pietas ſarium conſtitutum, cuius rite peragendi quum ſtatus dies forte adeſſet, C. Fabius ne genti-
le ſacrum intermitteretur, Gabino ritu amictus, per medias hoſtium ſtationes, ſacra mani-
bus ferens, nihil ad illorum clamores & minas territus, in collem euaſit. Peracto ſacro eodē
uultu & cōſtantia in Capitolium eſt incolumis reuerſus, incertum, Gallis miraculo rei atto-
nitis, an religione motis, cuius gens ipſa haudquaquā negligens eſſet. Eratq; hic rerum ſta-
tus Romæ, Veijs interim Romanorum animi quum ob ea quæ proſpere fiebāt, tum quia
ex agris ac toto Latio, magnus eo fiebat uoluntariorum concurſus, in dies gliſcebant, uulgo-
que uoces iactari, adeſſe tempus patriæ ab hoſte repetēdæ. Nec erat quiſquam, qui nō Ca-
milli ductu, & auſpicijs rem Romanam in priſtinum ſtatū reſtitui poſſe arbitraretur, ſi im-
perij ſumma ei delata eſſet. Aperte igitur poſtulabant, ut ex Ardea Veios accerſeret, quod
quum inter omnes cōueniret, placuit tamen de ea re ſenatum prius, qui in Capitolio erat,
Cominij facinus cōſulere, Pontius Cominius impiger iuuenis, ſe iturum eſt pollicitꝰ, is quia per hoſtiū ſtatio-
nes, ſine periculo ad ſuos euadere non poterat, ſuberino cortici incubans, ſecūdo Tyberi ad
proxima delatus, qua præruptis eſt rupibus munitus collis, per ſacrorū crepidinem in Capi-
toliū obrepſit. Ibi decreto patrū accepto, ut Camillꝰ, centuriatis comitijs, ab exilio reuocatꝰ,
Dictator diceret. Pōtiꝰ eadē uia, qua uenerat, Tyberi traiecto, Veios reuerſꝰ eſt. Ibi lata lex
Camillus Dictator Camilluſq; ex Ardea Veios accerſitꝰ, ac Dictator dictꝰ. Sed dū hæc foris agunt, Capitoliū
à Gallis

A à Gallis pene captũ eſt,q ſeu ueſtigio notato,qua nuncius aſcenderat,ſeu ſcãſili loco ſua ſpõ-
te animaduerſo,ad Carmentis ſaxũ nocte ſubluſtri præmiſſo q inermis uiã exploraret, alter-
na ope ſubnixi,ꝑ manus ſibi arma tradentes,ſubleuanteſq; ſe inuicẽ,trahẽteſq; alij alios,tan-
to ſilentio in ſummũ euaſere,ut nõ cuſtodes modo,ſed canes etiam,ſollicitũ alioqui animal ſe
fellerint. Anſeres falli nequiuerũt,quos Iunoni ſacros,in ſumma etiã rerum inopia religioſi fu-
it occidere. Eſt em̃ Ales ipſa pauidæ naturæ,acerrimiq; auditus:horũ clangore M.Manli⁹ ex- Anſeres Capitolini.
citus,fuerat is triennio ante cõſul,uir bello egregi⁹,arreptis armis,cæteros ad arma cõciuit. Cæ-
terũ dum alij magis trepidãt,quã arma expediũt,ipſe Gallũ qui in ſummo cõſtiterat, adortus
umbone deturbat,cuius impulſu q proximi ſteterant,facile,ut in procliui, proſternuntur. Se-
cuta inde cęterorũ ſtrages,q cautibus hærebant,brachijs & manibus diſſectis,uarieq; per cæ-
tera trucidati,præcipites alij ſuꝑ alios ad ima decidũt. Atq; ita auſpicatiſſimo alitis cãtu,uniuſ-
que Manlij uirtute,Capitoliũ ſeruari contigit. Ea res ſeruatori ipſi cognomẽ dedit,ut Capito-
linus ſit iã inde dict⁹. Vniuerſi,q in Capitolio erãt,ſinguli ſelibrã farris,& quartariũ uini, ſuo Ciuiũ gratitudo in Mãlium.
quiſq; ſe uictu fraudãs,ad Manlij ædes cõgeſſere,argumento charitatis memorabili,ſi rerum
inopiã quæ tum fuit conſideret aliquis. Hæc Manlio data. Nocturnũ uigilem,q ea parte, qua
Barbarus aſcenderat,muros negligentius cuſtodiuerat,Sulpitius tribunus militum ſaxo deie-
cit. Attentiores deinceps cuſtodię utrinq; fuere,Gallis omnia præſidio tenẽtib⁹,ne quis Capi-
tolium ingredi exireue poſſet,Romanis ob recens periculũ arcem & Capitoliũ multo diligen-
tius aſſeruãtibus. Iam fames ex longa obſidione,Romanos inuaſerat. In hoſtiũ caſtris haud Galli fame & peſtilẽtia laborant.
ſolũ frumenti inopia ſentiri,ſed & grauis peſtilentia,ęſtus & torridum recenti incendio ſolum
quorum intolerãtiſſima gens eſt humori & frigoribus aſſueta, Gallorum corpora languore
affecerat,inde morbo ſenſim uulgato,paſſim expirabãt,tãtaq; uis hoĩm breui abſumpta eſt,
ut humandi tędio,plura corpora in unum coaceruata concremarent,q̃ res ad poſteros nomẽ
loco dedit,ut Gallica ſint buſta nũcupata. Nec multo poſt hoſtes Romanis in certos dies pe- Gallica buſta.
B tentibus inducias dedere. Interim colloquia utrinq; haberi cœpta,hic quũ famem,ut fit, Galli
obſeſſis exprobrarent,& ob id ad deditionẽ hortarent̃,fama tenet ad eam opinionẽ auerten-
dam,panem pluribus locis ex Capitolio in hoſtes deiectum,ſed iam neq; id malũ diſſimula-
ri poterat amplius,itaq; dum Dictator delectũ habet,dũ copię ad bellũ in unũ cõtrahuntur,
cęteraq; neceſſaria,per ſe Camillus,& per L.Valeriũ magiſtrum equitũ ad pręlium comparat Conſilia de dedendo Capitolio.
Capitolij pręſidium,& ſi cętera mala cõſtãter tulerat,longa inedia cõfectũ,quũ infirma corpa
armorũ põdere obruerent̃,nec auxilia alicunde adeſſe cerneret,uel redimi,uel dedi ſe quacũq;
pactionẽ decreuit:nã & Galli iactabant interdum,fieri poſſe,ut tolerabili mercede obſidionẽ
ſoluerẽt. Tum Tribunis militũ à ſenatu datum eſt negociũ,ut cum hoſte rẽ ſuo arbitrio trãſige-
rent. Colloquio inde inter Brennũ Regulũ & P.Sulpitiũ Tribunũ militũ habito, ita inter ſe
pacti ſunt,ut mille pondo auri ſe populus Romanus redimeret, Brennus urbe & Romano
agro decederet cum exercitu. Fama eſt pręſenti indignitati aliam Gallos adieciſſe,iniquis põ-
deribus in mediũ prolatis,Sulpitioq; ea recuſante,ſuperadditũ his gladium, auditaq; intole-
randam Romanis uocem, Vę uictis,ſed cœleſti prouidentia factum,ut Romanum nomẽ ea
perpetui dedecoris nota nõ ſit inuſtũ,ut gens quę late erat imperatura,auro ſeruiliter redime-
retur. Nam dum per altercationem tempus teritur,priuſq̃ aurum ſit appenſum Camillus aſ-
fuit,tum auro eius iuſſu è medio ſublato,ut Galli ſe ad pręliũ expediant edicitur, quibus pa-
ctos eſſe ſe aurũ pręedicantibus,ſtariq; fœderibus oportere,nullum Dictatoris iniuſſu fœdus Camilli interuentus.
aut pactionẽ à minore magiſtratu ait fieri potuiſſe,qn ultimo ſe certamini accingerent, fore,
ut ſi ea pugna ipſis feliciter cederet,auro & arce potirent̃. Ipſe ad ſuos cõuerſus,armis nõ auro
patriã recuꝑare iubet. Deoꝝ tẽpla,Liberos,Vxores,Patriũ ſolũ ſpectarent. Omnia illa aut uir-
tute uindicanda,aut cũ ipſis fortiter & honeſte cadendũ. Inde inter ſemiruta tecta,ut loc⁹ qſq;
erat ad pugnandũ utilis,acie diſpoſita,cũ irato hoſte cõfligit. Hic haud maiore momento,quã
ad Alliã uicerãt,Galli ꝓlio uicti ſunt. Vrbe ide egreſſi Gabina uia ad octauũ lapidẽ atrociore
ſunt pugna afflicti. Caſtra capta,cędes adeo omnia obtinuit,ut ne nuncius quidẽ tãtę cladis
ſuperfuerit. Hęc Liuius,à quo nõ multũ diuerſa Plutarchus tradidit. Polybius Gallos ait ab
obſidiõe urbis,domeſtico bello auerſos,quia Veneti,Adriatici maris accolę,eorũ fines infeſta-

rent,fœdere cũ Romanis percuſſo,reſtitutaq; urbi libertate,domũ abijſſe. Quidã etiã autores C
Aurũ à Gallis receptũ. ſunt,aurum qđ Gallis fuerat appenſum,poſt aliquot annos Romã relatũ. Plinius id à Camil
lo in Capitolio dedicatũ autor eſt,qđ M. Craſſus aliquot poſt ætates ſit furatus. Camillus in
urbẽ triũphãs reuerſus eſt,inter militares iocos Romulus,ac parens patriæ,alterq; urbis cõdi/
tor appellatus. Et Roma ipſa ꝑ hũc modũ eſt à Gallis recepta. Inſtare tũ acriꝰ Tribuni plebis
agereq; cũ plebe,ut quando urbs incẽdio eſſet & ruinis deformata,populariter Veios migra/
ret. Eaq; cauſa fuit ut Camillus à patribus rogatus,ne titubantem rempub. incerto relinque/
ret ſtatu,haud tã cito ſe magiſtratu abdicarit. Fuit itaq; in primis autor, ut templa confeſtim
expiarentur,quæ hoſtis prophanaſſet,cum Ceritibus,quia Romana ſacra tutati eſſent, ho/
ſpitium iungeret. Ludi Capitolino ioui fierent,ob arcẽ,& Capitoliũ ſeruatũ. Templũ Allocu
Allocutij tẽplum. tio,ſeu ut Plutarchus ſcribit,famæ,in noua uia,ubi M. Ceditiꝰ fuerat ſilentio noctis oraculo
monitꝰ Gallos aduentare,locari iuſſit. Aurũ hoſti ademptũ ſub ſella Iouis,in Capitolio dedi
cauit. Qđ ſi qs ab hoſte id receptũ interꝑtet,iã ꝓbelle Romanos auro redẽptos fateatur neceſ/
ſe eſt. Quod miror obſcure,& ꝑplexe à Liuio traditũ. Sed ꝙ illis cœptũ erat appendi,inde Di
ctatoris iuſſu ẽ medio ſublatũ,aſſeruatũq; in euentũ pugnæ,tutiꝰ fuerit opinari. Nec ita mul
to poſt Tribunis legẽ,de urbe deſerenda,agitãtibus,ſenatu proſequẽte Dictator in concio/
Oratio Camilli ad populum. nem deſcẽdit: Ibi uero frequẽti populo,in hũc modũ eſt fari exorſus, Adeo acerbæ mihi ſunt
Quirites cũ Tribunis plebis contentiones,ut in triſtiſſimo illo exilij mei tempore,nullum pre
ter hoc unũ inuenerim ſolatiũ,ꝙ ab huiuſmodi certaminibus ꝓcul abeſſem,à quibus uſq;a/
deo animus abhorret,ut nõ ſenatuſcõſulto,non populi iuſſu,in patriã rediturus fuerim, niſi
acerbiſſimus urbis caſus,me ad reditũ compuliſſet. Etenim ut patria in ſua ſede maneret, nõ
ut ego in urbe eſſem,agebatur,quũ plebiſcito reuocabar. Et nũc libẽter qeſcerẽ,niſi hæc quoq;
ꝓ patria recens dimicatio ſubeũda eſſet,cui deeſſe turpe ſemꝑ & nefarium duxi. Sed uos dici/
te,qd opus fuit hãc urbẽ,tãto ꝑiculo,tãtaq; cura & ſollicitudine ex hoſtibus recipe, ſi receptã
deſerturi fuimus? aut cur Capitoliũ præſidio retinere placuit,ſi retentum & defenſum deſtitu/ D
endũ à nobis erat? an ſic erit,ut plus uaſtitatis ſint ſecundæ res ueſtræ huic urbi facturæ, quã
aduerſæ fecerint? Quod ſi non natale ſolũ,nõ parẽtũ ſepulchra,non lares ipſi,apud quos nati
ſumus,& educati,moueant,certe feliciſſimꝰ urbis genius mouere debet. Enimuero ſiqs monu
menta urbis huius diligẽter conſideret,plures in ea uictorias & triũphos,quã annos,à prima
Laus urbis à genio & felicitate. eius conditione reperiet. Fuit quidẽ ſemꝑ Romani nominis comes fortuna,fuerũtq; huic ur/
bi,quũ ſemper alias ꝑſentes dij & beneuoli,tũ hoc tẽpore,quo ciuitatis rebus ducũ culpa affli
ctis,urbeq; metu & pauore relicta,ne Capitoliũ à Gallis caperetur,ꝓuiderint, deceptaq; hu/
mana diligentia,ſacratã alitẽ falli non permiſerint. Pari prouidentia accidiſſe uideri poteſt,ꝙ
ſenatu,ꝙ ciuibus,ſe turpiter auro redimentibꝰ,oportune ueſtræ affuerint legiones, quod ho/
ſtis in urbe prius,mox ad undecimũ lapidẽ ſit cæſus,per quæ & decus quod amiſſum erat, &
patria nobis reſtituta eſt. Quid ꝙ ne hæc deorũ ſedes à Gallis caperetur,eorũ iam antea mo/
niti fuimus oraculo,ſatis cauere potuimus,niſi mentes hominũ,ad futura pericula proſpicien
Argumẽtũ à maiori. da,& cæcæ & amentes fuiſſent. Ecqd ſentitis Quirites,ꝙ ingrati in illos ſimꝰ,ꝙ in patriã impij,
qui urbẽ augurio conditã,ſuperis chariſſimam,omnium circa gentium haud dubie uictricẽ,
ubi Romulus Marte genitus,atq; ipſe inter deos relatus,ubi tot reges,tot duces, tanta uirorũ
ſpectata eſt indoles,uelut prophanam & damnatã deſerimus? ꝙ diſpar eſt cõſilium,quã diuer
ſum à Fabij adoleſcentis pietate? Vos in ea deorum benignitate ſeruata,publicas cerimonias
deſerere conamini. Nec eſt cur quiſquã ex Veijs,ſi illuc migratum ſit, Flamines huc & augu/
res ſacrorum cauſa mittendos exiſtimet,quum pleraq; niſi cum ciuitate ſtare non poſſint. Vi/
dete queſo quãtũ à maioribꝰ diuerſi abierimus: illi nobis in albano monte,& Lauinio ſacra fa
ciunda tradiderunt,quia ea in urbẽ trãsferre religioni fuit,nos quæ æqualia ſint huic urbi, &
quæ priuſquã cõderetur nata,ſine piaculo deſtituẽda arbitramur. Sed de ſacrorũ ratione & tẽ
plis loquimur. Quid ueſtales,qbus una illa ſedes ſacrata eſt,unde nulla unquã cauſa, præter
excidium captæ urbis,amouere potuit? Quid Dialis Flamẽ,cui uel unam noctem extra ur/
bem manere nefas eſt? Quid alia,quæ in hac urbe auſpicato aguntur,& omnia fere intra Po/
mœrium,comitia curiata,quæ rem militarẽ continerent, Comitia cẽturiata,quibꝰ cõſules crea

tis

A tis,cui obliuioni,cui negligẽtiæ hæc datur? Vbi auſpicato fient,niſi ubi fieri cõſueuerũt? Veiosne hæc transferentur? aut populus ob eã rem toties dulciſſimæ patriæ buſtũ non ſine dolore & lachrymis inuiſurus,hoc reuocabit? Sed res ipſa (dicet aliquis) cogit nos id facere. Vrbs incendijs & ruinis deleta eſt,integrã & ſartam petimus,nec inops multitudo noua uexãda eſt ædificatione. Verum migratio hæc urbe adhuc incolumi,à uobis Tribunis mota eſt. Sed uidete quantum inter meã ſentẽtiam & ueſtram interſit. Scio uos ita arbitrari,ſi prius hinc migrandum non fuerit,nunc quia hæc clades accepta ſit,migrari oportere. Ego contra, etiam ſi tunc non hic manendum fuiſſet,nunc quia omnia ſtrata ſint ruinis,nego patriã eſſe relinquẽdam. Nec id quiſq̃ miretur niſi prius quale ſit audiuerit,quippe tunc quũ uictoria nobis cauſa fuit Veios migrandi,diſceſſus ille nobis & poſteris fuiſſet glorioſus,nunc migratio nobis miſera & turpis, Gallis celebris & indyta. Non enim uictam urbẽ uictores petijſſe,ſed uicti patriam reliquiſſe iudicabimur,& Romam Galli euertere ualuiſſe credẽtur,Romani reſtituere nõ potuiſſe. Quid præterea fiat,ſi nouus Gallorum exercitus,fama noſtræ profectionis ſuis ſedibus excitus,deſertã urbẽ occupet? Quod ſi Volſci aut Equi perpetui hoſtes id faciãt,uelitis ne eos Romanos,uos Veientes nuncupari? & hæc dedecora pati potius parati eſtis,quã iterũ ædificare,quaſi ullum poſſit domiciliũ humilius hodie fieri,quã caſa illa conditoris noſtri,quæ adhuc extat? aut non in caſis paſtorũ ritu ſatius ſit habitare,quã turpiter in exilio,& alieno ſolo uiuere? Maiores nr̃i,quũ nihil præter ſyluas & paſcua his locis eſſent,tantã urbem breui cõdiderunt,nos Capitolio & arce incolumi,incolumibus templis inſtaurare piget? & q̃d ſinguli facturi fuim⁹,ſi ædes noſtræ caſu aliquo deflagraſſent,id in publico incendio facere recuſamus. Quid tandẽ,ſi caſu aut fraude aliqua,incẽdium ſit Veijs ortum,quod fieri poſſit,ut uento flãma late euagata,magnam urbis partem abſumat. Fidenas inde aut Gabios ſedes transferemus? adeo nihil nos tenet patriũ ſolum,nec terra hæc,quã matrem appellamus, ſed in tignis & parietibus omnis charitas & ſpes noſtra ſita eſt? Fateor equidem Quirites,quãdiu patria ab

B fui,quoties illius imago ſubibat mentẽ,Capitolium,& cæteri colles,forum,campi, Tiberis,& & hoc cœlum,ſub quo natus & educatus erã ſuccurrebat aĩo,nõ poterã nõ eorũ admonitu nouum quoddã deſideriũ ſentire. Hæc eadẽ moueant uos Quirites,horum charitate in patria & natali ſede poti⁹ maneatis,quã quũ temere relicta fuerit,fruſtra requiratis. Merito dij hoĩeſq; cõſenſerũt in urbe his locis ſtatuendã. Saluberrimi colles, Ager feraciſſimus, Flumẽ ad res maritimas ſubuehẽdas idoneũ, Situs ab omni externæ claſſis p̃iculo imunis. Vrbs media Italia, & ob id ad rerũ incremẽta habilior. Eſt hic quint⁹ & ſexageſimus ſupra trecẽteſimum Romanæ urbis annus, & quis unquã populorum non eorũ dico q̃ finitimi ſunt,ſed q̃ ſunt etiã intra extraq; Italiã,tã luxurioſa ſenſit incrementa? proximo luſtro CLII. milia ciuiũ cẽſa ſunt. Trãſeo duces,exercitus,uictorias,triũphos,qui pene plures ſunt nũero,quã anni urbis. Quod quũ ita ſit,quæ (malũ) ratio eſt,felicia exptis,uelle ignota experiri? Poterit fateor,uirtus ueſtra aliò transferri,at fortuna loci non poterit. An fando auditũ eſt nũquã,arcẽ omniũ gentiũ fore hic ubi humanum fuit olim caput inuentũ? Iam res ipſa,ne cui ueſtrũ dubium ſit,huic colli,q̃ nobis imminet,nomẽ dedit. Quid immobilis terminus, quid ancile cœlo dimiſſum? quæ omnia deos propitios manentibus pollicent. Quibus aduerſis nõ modo non humana augentur, ſed ſi qua quæſita ſunt in peius dilabũtur. Mouerat q̃dẽ ratio multitudinẽ Camillo perorãte, ſed religio multo magis. Eã animorũ inclinationẽ omẽ confirmauit. Reuertẽtibus tũ forte ex p̃ſidio quodã cohortib⁹,cẽturionũ un⁹,ubi in p̃tẽ fori uẽtũ eſt,ad ſignifeꝝ exclamãs, Statue,iq̃t, ſignũ,hic optime manebim⁹. Qua uoce exaudita,& ſenat⁹ ex curia egreſſus ſe omen accipe dixit,& popul⁹ q̃ in cõcione ſtabat,magno cõſenſu cõfirmauit. Antiquata deinde lege,urbs ſtudio cœpta eſt inſtaurari,tegula publice præbita,ſaxorũ materieq; cędẽdæ,unde q̃ſq; uellet ius factũ,prædibus acceptis fore,ut eo anno quicũq; hæc ex publico accepiſſet,ædificia perficeret. Viarũ ratio nulla habita,q̃n in uacuo ut cuiq; libitũ eſt ædificantibus,ita accidit,ut poſtea urbis forma,occupatæ magis quã diuiſæ,fuerit ſimilis. Atq; in hunc modũ urbs à Gallis recepta,Camilli p̃ſuaſu inſtaurata eſt, Q. Fabi⁹ q̃ legat⁹ q̃ legat⁹ in Gallos cõtra ius gẽtiũ dimicauerat,ubi primũ magiſtratu abijt,à C. Marico Tri. ple. in iudiciũ arrept⁹,peropportuna mor

Peroratio

Omen

Inſtauratur Roma

te eſt iudicio ſubtractus. Maior deinceps rerũ ſucceſſus ſecutꝰ, ut urbis uelut à ſtirpibus latiꝰ
feraciuſq; renatæ. Etiam anno per hos motus circumacto, Camillus qui rogatu patrũ tandiu C
in Dictatura perſeuerauerat, quoad ſtatus reipub. ſiſteretur, ulto poteſtate abijt. Creati inde
Tri.cõſ.po. Tribuni militũ cõſulari poteſtate, Au. Valerius publicola, L. Virginiꝰ, P. Corneliꝰ, Au. Man
lius, L. Æmilius, L. Poſthumiꝰ. Hi leges duodecim tabularũ & quaſdã ipſorũ regũ cõgſitas in
publicũ redigendas curauerũt, & circa religionẽ nõ nihil eorũ cura uerſata eſt. Diẽ ad decimũ
quintũ calẽdas ſextiles, duplici clade inſignẽ, & ꝙ ad Cremerã Fabij eo die olim cæſi eſſent, &
ad Alliã fluuiũ, cũ exitio urbis, cũ Gallis infeliciter dimicatũ, atrũ & infauſtũ habendũ cenſue
Atri poſtri- re, Alliẽſemq; uocarũt. Decretũ ut eo die nihil publice priuatiue ageret. Et qa Sulpitiꝰ Tribu
diani dies. nus poſtridie idus qntiles nõ litaſſet, placuit poſtridianos dies, q calẽdas, idus & nonas ſeque-
Fauſti & in- rentur pari ratione atros haberi. Heraclitus Heſiodũ redarguit, qđ dierũ faſtos alios, alios infa
fauſti dies. mes infeliceſq; ponere auſus, uelut nõ oĩm dieꝝ una eſſet natura, ſed caſus fecit credo, ꝙ inter
uallo annorũ & ad Leuctras & ad Geraſtũ, quarto die eius menſis, qui apud Athenienſes He
catonueon dicebat̃, duæ clariſſimæ uictorię ſunt illis quęſitæ, q̃ libertatẽ Græciæ pepererunt. V
no eodemq; die ad Mycalen & Plateas Perſæ ſunt à Græcis ſuperati, ſeptimo Vedromio
nis mẽſis die, Thargalis, Alexãder regios duces in Cranico, & Timoleon Corinthiꝰ in Sicilia
Carthaginẽſes uicit, Fuerũtq; hi mẽſes Græcis felices. Cõtra Metagetniõ ĩfelix, ſeptĩo die cuiꝰ
ad Cranonẽ Græci cæſi ſũt, & diu poſtea eadẽ luce ad Cheroneã, à Philippo Macedonũ rege
uicti. Sed talia nõ dierũ natura, ſed caſu accidere, ex ijs, quæ cõtraria ratione afferuntur, facile
poteſt intelligi. Enimuero eo die quo Romanus exercitꝰ, Cæpionis ductu, à Cymbris deletus
eſt, certa annorũ intercapedie à Lucullo Tigranes & Armenij ſũt magno ꝑlio uicti, & Attalꝰ
Rex, & Põpeius, Magnꝰ natali ſuo uterq; perijt. Quo apparet non inſcite Græco carmine in
eſſe proditũ, ipſam diem mortalibus nunc matrem eſſe, nunc nouercam, eãdem luctũ & læti-
tiam, uitam & interitũ afferre, Nec res Romana poſt receptã à Gallis urbẽ diutiꝰ quieuit, Vol
ſcis hinc, inde Hetruſcis, minaci bello iminentibus fãma erat omne Hetruſcum nomẽ, ad Pha D
num Vulturnę, in Romanos cõiuraſſe. Sed maior a Latinis & Hernicis terror ferebat̃, qui
quum centũ prope annos in fide manſiſſent, præſentem Romanæ urbis fortunam aſpernati
ad defectionẽ ſpectabãt. Nulli dubium erat, Romanum nomen, non hoſtibus ſolum, ſed &
ſocijs, ob ea, quæ acciderãt, uile & contemptibile factum. Ciuitas multiplici terrore cõcuſſa ad
Camillus cõſuetũ remedium cõfugit. Camillus dictator, magiſtrum equitũ C. Seruilium Halam dixit,
Dictator delectu inde accuratiſſime habito, partẽ unã exercitus in cõſpectu urbis caſtra habere impera
uit, ut patriæ præſidio eſſet, alterã circa Veios Hetruſcorũ motibus obiecit, ipſe cũ cætero exer
citu in Volſcos profectus eſt. Erant hoſtium caſtra ad Metium, haud ꝓcul à Lanuuio, q au-
dito Camilli noĩe, tãtũ terroris pręcepere, ut congeſtis arboribus caſtra, ne Romanus muni-
mentis inſinuari poſſet, circũdederint. Camillus igni in oppoſitam materiã iniecto, tm̃ Vol-
ſco metũ iniecit, ubi fumus & crepitꝰ flãmarũ in uiridẽ materiã graſſantiũ, ad ſenſum perue-
nit, ut minore negocio hoſtiũ uallũ, q̃ ſeptũ ipſum incenſum trãſcenderit miles. Præda exerci-
tui conceſſa eſt. Dictator Volſcã regionẽ populatus, ſeptuageſimo demum anno, quã bellari
Volſci de- cœptũ erat, totã gentẽ ad deditionẽ compulit. Victor inde exercitus in Equos ductus, q & ipſi
duntur. Equi caſtris ſumma ope bellũ cõparabãt, eorũ copijs ad Bolam repertis, caſtra q̃ ante urbẽ ualide cõmuni
exuuntur, ta erant, inde Bolas ipſas primo impetu cepit. Eratq; in hoc uictorię curſu res Romana in E-
Hetruſci quis, quũ Hetruſci q in armis erant, Sutrium ſociã Po. Ro. urbem tumultuoſe ſunt oppugna
re adorti, quoꝝ legati, quũ Romã opem imploratũ ueniſſent, Senatꝰ ad Camillum ſcripſit, ut
ſi reip. cõmodo fieri poſſet, laborãtibꝰ ſocijs ſubueniret. Interea Sutrini, aſſidua oppugnatio
ne quã Tuſcus abũdante multitudine, ne per noctes quidẽ remiſerat, paucitate potius q̃ uiri
bus uicti, ea cõditione urbẽ dedũt, ut cũ uxoribus & liberis, ſingula ueſtimenta habentes, libe
ri mitterentur. In id agmen haud multũ ab urbe progreſſum, Camillꝰ cũ exercitu incidit, mo
tus miſerabili ſociorũ aſpectu, orationeq; principũ, ſubitã deditionem, ſua paucitate, cũ fletu
excuſantiũ. Parcere iubet lachrymis, fore, ut ea clades breui in hoſtiũ ꝑniciẽ uerteret. Hæc ille,
ſimul ſarcinas in mediũ conijci imperat. Ibiq; ꝓſidio cũ Sutrinis relicto, ipſe cũ expedito exer
citu ad urbẽ cõtẽdit, ubi oĩa improuiſa & negligentia ſoluta, ſine ſtationibꝰ, haud aliter q̃ ipſe

animo

A præceperat,inuenit. Igitur pene prius Romanus,patentibꝰ portis in oppidũ irrupit, quã ab hoste adesse sentiretur,magnoqꝫ Tuscorũ cæde ædita,Sutriũ Camillus, eodẽ die quo fuerat amissum,recepit. Fuisset atrocius certamẽ accẽsum,clausis portis,& hostibus ultima despatio ne adactis,nisi Ro. Dictator pacẽ inermibus,præconis uoce edixisset. Salutis igitur spe ꝑtẽsa, dedũt sese abiectis armis hostes,quibus in custodiã traditis,oppidum Camillus inuiolatũ so cijs restituit. Ipse triũ bellorũ uictor,triũphans in urbẽ reuersus est,insigni captiuorũ multitu dine ante currũ acta,qbus sub hasta uenditis,tantũ inde pecuniarũ exactũ,ut persoluto ma tronis auro,ꝙ in mediũ Gallico bello contulerant,tres aureæ pateræ inde factæ sint,cũ Camil li inscriptione,atqꝫ in Capitolio dicatæ. Phaliscis & Capenatibꝰ,q medio belli tp̃e Romã trãs fugerãt,ciuitas data est,& ager assignatus,& ex Veijs Romã,siqui uacua tecta ibi nacti ad id tẽpus esse perseuerarant,capitalis supplicij mulcta,nisi statim inde abscessissent indicta,ad u nũ remigrarũt. Augeri itaqꝫ in dies urbana multitudo,& urbs nouis ædificijs instaurari, tãto que studio ꝓperatũ opus,ut intra annũ Roma exintegro steterit. Secuti inde Tribuni consu lari p̃tãte. Quintiꝰ Cincinnatꝰ. Seruilius Fidenas, Iuliꝰ Tullius, Aquiliꝰ Coruꝰ, Lucretius Tri cipitinus,& Sulpitius Rufus. Equorũ agri ab residuo bellorũ odio,& nequa rebellãdi materia adesset,uastati sunt. Hoc anno alter exercitus,in Hetruscos missꝰ,Cortuosam & Cõtenebrã urbes,ui ex hoste cepit. Direpta hæc, Illa direpta & incensa. Eodẽ anno Capitoliũ quadrato est saxo substructũ,opꝰ uel in ea rex opulentia,quæ postea secuta est,cõspicuũ,& Tribuni ple bis agrariæ legis autores,se ꝓfiteri Põtini agri diuisiõe,post Volscoꝝ res à Camillo accisas,mul titudini ꝓposita. Sed plebs siue cõtemptu rei,siue religiõe ꝑsentẽ Tribunoꝝ illecebrã asperna ta est,Etenim,ut auspicia renouarent,res ad Inter regnũ redijt. Creati sunt post aliquot Inter reges,Tribuni Militũ,L. Papyrius. Gn. Sergiꝰ,L. Æmylius, Licinius Meneniꝰ,& Valeriꝰ Pu blicola. Ædes Martis hoc anno dedicata est,q̃ Senonico fuit bello uota. Sunt & ueteri nũero quatuor tribus additæ,Stellatina,Sabbatina,Pometina,& Narniensis. Atqꝫ ita quinqꝫ & tri

B ginta deinceps fuerũt,quũ minor omnino ad id tẽpus numerus fuisset. Tũ de Hernico & La tino bello nõnihil agitatũ,eoqꝫ maiore ciuitatis cura,ꝙ Hetruria in armis esse dicebatur. Sed res in sequentẽ annũ dilata,quo Camillus Tribunus cõsulari p̃tãte est creatꝰ. Collegæ illi da ti Corneliꝰ Maluginensis,Seruiliꝰ Fidenas,Quintiꝰ Cincinnatꝰ,Horatiꝰ Pululillus,& Publiꝰ Valerius. Principio anni ciuitas ab Hetrusco bello in Antiates auersa,agrestiũ agmen,ex põti no agro metu depulsum,Romam confugit:nunciare hi palam Antiates bellum summa ope instruere,iuuẽtutẽqꝫ à Latinorũ populis ad bellũ,missam. Senatus & Tribuni militum in Ca millum uersi,iam de eo dictatore dicendo agitabãt:ille uero cõfusus animo,quũ ordinis am plissimi & collegarum in se ornando consensum cerneret,gratias primo egit, tantum sibi tri buerent quantũ ipse nec meritus esset nec postularet,docuit id bellum plus minarũ quã picu li habere. Cæterũ ut nihil timendi,ita non omnino contẽnendi se autorem futurũ,partitusqꝫ curas belli cum collegis,ut Seruilius cum exercitu circa urbẽ sederet,siquid Latini aut Herni ci mouerent,alterũ exercitũ ex seniorібꝰ,& ijs qui primario delectu aliquid excusassent cur mi litare non possent, T. Quintiꝰ scriberet,cum quo mœnibus urbis præsideret: L. Horatius ar ma,tela,frumentum ad bellum expediret,Seruiꝰ Sulpitiꝰ religioni,comitijs & legibꝰ præesset. Ipse cũ Lucio Valerio ad bellum profectus. M. Furio sibi adiecto quem professus est pro Di ctatore sibi futurũ,ac se illi,ꝓ magistro equitũ. Gestire præ nimia lætitia patres,ac palã iactare nihil Dictatore opus fore amplius,si ita concordes inter se magistratus,tam liberti animo pa rere possent q̃ imperare. Camillus cum exercitu ad Satricũ primo consedit,quo Antiates nõ solũ Volscos sed ex Latinis & Hernicis, ingẽtẽ uim hoĩm contraxerãt. Nouꝰ hostis ueteri ad ditus,haud mediocriter perculit Romanorum animos,mox cũ Camillo aciẽ instruenti centu riones renunciassent,turbatas esse militum mentes,segniterqꝫ ab his arma capi, auditasqꝫ uo ces singulis Romanorum aduersus centũ hostiũ rem prælio futurã,uix inermen tantã multi tudinem,nõ modo armis instructã posse à tã paucis sustineri. Tum Camillꝰ equũ ascẽdens inter ordines sublimis uectus,quæ tristitia,inqt,milites hæc est? quæ insolita cũctatio? hostẽ ducẽ an uos ipsos ignoratis? etenim hostis quid aliud est quã perpetua uestræ gloriæ materia? Vos cõtra non illi estis q meo ductu Veios,q Valerios cepistis? Qui Gallos ferocissimos ho stes

Sutriũ uno die amissũ & receptũ.

Roma intra annũ instau rata.

Capitolium quadrato sa xo substrui tur.

Martis ædes.

Tri. cõs. po.

Dictator. Bellum in Antiates.

Camilli hor tatio.

in urbe capta cecidiſtis:q hos ipſos Volſcos,Equos,& Hetruſcos uictos partim deditos,ꝑtim C
ui captos ſub haſta uẽdidiſtis:An me q̃a non Dictator ſim,ſed Tribunus militũ alium puta
tis ab eo,cuius ductu tot præclara facinora geſſiſtis:Sed ego neq; in uos maxima impia deſi-
dero,neq; uos in me quicq̃ prȩter me ipſum intueri decet. Nõ dictatoria dignitate opꝰ eſt,ſed
cõſilio ſtrenuitate & prudentia,q̃ omnia ſcio me,nec fallor,in hoc bellũ afferre. Qđ ſi eundem
me eſſe uidetis,quẽ in alijs bellis uidiſtis,ſupereſt ut nõ alio euẽtu uos hodie dimicaturos arbi
tremini,quã ad hũc diẽ meo ductu & auſpicio dimicaſtis. Cõcurrite igit̃ ſimul in hoſtes,& q;
q̃ſq; didicit ac conſueuit,faciat. Hæc Camillus cũ tota acie,tũ ante ſigna hortabũdꝰ fari. In-
de dato ſigno equo deſiliẽs,ꝓximũ ſigniferũ ſecũ in hoſtẽ rapit. Ibi milites ducẽ iã ætate grauẽ
uadẽtẽ intuiti pudore affecti,& ipſi ſublato clamore in hoſtẽ ꝓcurrũt. Immiſſum ferũt Camil
li iuſſu ſignũ i aduerſã aciẽ,eoq; repetẽdo ante ſigna nos accenſos,Antiates prio cõgreſſu pul
ſi terrorẽ ad ſubſidiarios ꝑtulerũt,aduerſa parte acies nõ ſolũ cõſtabat hoſti,ſed ſiniſtrũ etiam
Romanoꝝ cornu,qua parte Valeriꝰ procurabat,degrauatũ haud dubie fudiſſet,niſi eo Ca-
millus in equũ iterũ ſublatus celeriter aduolaſſet,q à milite cõſpectus ſua p̃ntia & hortatione
inclinatã aciẽ cõfeſtim reſtituit. Exprobrare cedentibus metũ,hoſtẽq; altera parte fuſum oſtẽ

Funduntur hoſtes.

tabat,per q̃ Romanꝰ ferocior factꝰ tãto ardore in aciẽ redijt,ut momento tp̃is,ea quoq; parte
pulſus ſit hoſtis. Erat itaq; ſuſum agmen,quũ ſubitꝰ imber ingẽti procella è cœlo deiectꝰ ma
gis uictoriã q̃ prælium diremit,ſignoq; receptui dato,nox ſecuta eſt. Hernici & Latini q̃a primi
conatus parũ proſpere ceſſiſſent,relictis caſtris diuerſi domum conceſſere. Volſci ubi ſe ab
eorũ auxilijs quorũ fiducia rebellauerant deſtitutos uidere,Satricum ſedem belli petierũt:Ca
millus eo cum exercitu profectus,oppidum aggere & operibꝰ eſt oppugnare adortus. Cæterũ
poſteaq̃ nihil ab hoſte moueri uidit,metu id fieri ratus ſuos ad ſcalas mœnibus admouendas
hortat̃,non eſſe ibi,ut ad Veios diutius ſedendum,dictitans:Milites ſublato clamore muros
ſubeũt,admotiſq; repentẽ ſcalis,non aliter q̃ ſi à nullo tenerentur,in ſummũ euaſere:qua fero
cia Volſci adhuc magis territi,abiectis ſeſe ſuppliciter dedunt. Et iam Romanus uictor An- D

Camillꝰ Satricũ oppugnat.

tio,unde bellũ erat ortum,imminebat:de cuius oppugnatione Camillus,Senatum cõſulturꝰ
Romam conceſſit,collegã in caſtris relicto,quũ legati à Nepete & Sutrio ſuperuenerunt,auxi
lium aduerſus Hetruſcorum arma implorantes. Cenſuit Senatus Antiati obſidione omiſſa,
bellũ cõtinuo in Hetruriã uerti,ut Quintius & Horatius in Volſcos irent,Camillus & Vale-
rius Sutrium ducerent legiões. Vbi eo Romani duces uenere,iam Hetruſci parte urbis capta
Sutrinos intra mœnia oppugnabãt. Tueri tamen illi interiectis uijs oppidi angulũ. Camillꝰ
ubi in quãto ſocioꝝ res periculo eſſent animaduertit,ea parte qua oppidũ ab hoſte tenebatur
Valeriũ corona muros cĩgere imperat,ſcalaſq; ut mœnibꝰ admoueant edicit,nõ tã ſpe urbis
ea parte recuperãdæ,quod haud fieri poſſe uidebat̃,q̃ ut ab inteſtino certamine externo occu
patos auerteret,ſibiq; ſpatium daretur in oppidũ ſine alia armoꝝ diſceptatione intrãdi,atque
utrũq; ex ſentẽtia ceſſit. Romanis cohortibꝰ in urbẽ admiſſis,Hetruſci ancipiti p̃lio ꝑculſi,ne
in medio cæderẽtut portarũ una q̃ nondũ fuerat à Romanis inſeſſa,cõferto agmine foras erũ

Hetruſcorũ cedes.

pũt. Multi ibi dũ ſeſe ad fugam expediũt,& inde ad noctẽ per agros ſparſi,occidiõe ſunt à Va
lerianis occiſi. Multi quoq; & à Furianis in urbe ubi ſemel manũ conſeruere in ueſtigio occu-
buerunt,Camillus Sutriũ receptũ oppidanis ut antea reſtituit. Inde Nepete ſunt legiones ad
ductæ quod deditione traditum totum hoſtes habebãt. Erat haud dubie Nepeſina oppugna

Nepete expugnatur.

tio longe difficilior Sutrina. Nã præterquã quod hoſtes toto oppido potiti erãt,factio una ci-
uiũ q̃ autor dedẽdæ urbis fuerat,ꝓ Hetruſcis ſtabat,Camillꝰ nũciari iubet,ut Nepeſini ab He
truſcis diſcederẽt,& fidẽ quã à Romanis imploraſſent,præſtarẽt. Reſponſum eſt,oppidũ nõ
in ſua,ſed Hetruſcorũ poteſtate eſſe,eorũ p̃ſidio muros & portas teneri. Tum Romanus im-
perator,agro urbi circũiecto fœde populato,ingentem ſarmẽtorũ uim in foſſas deiecit,ut faci
lior daretur militi ad muros acceſſus. Scalis deinde mœnibꝰ admotis,oppidũ ui cepit. Nepeſi
nis Romanꝰ uictor ueniã dedit,Hetruſcos armatos inermeſq; ad unũ cede confecit,ipſi quo-
que defectionis autores ſecuri ſunt ꝑculſi,Ab innoxia turba,nõ ſolũ ab iniuria temperatũ,ut
dixi,ſed urbs quoq; & fortunæ reſtitutæ ſunt,Camillus & Valerius duabus ſocijs urbibus ab
hoſte paucis diebus receptis,præſidioq; Nepete relicto,uictorẽ exercitũ ingẽti gloria domũ

A reduxere. Res inde ab Hetruſcis & Latinis repetitæ, ab utraq; gente quęſitũ, q̃d eſſet ꝙ biénio militẽ ex ueteri formula nõ dediſſet, reſpõſum eſt, nequiuiſſe iuuẽtutẽ domeſtico bello occupatã foras ablegare, negatũ p̄terea publico cõſilio id factũ, ꝙ Latinorũ q̃dã & Hernicorũ in Volſcis caſtris militaſſent, q ſiqui fuerunt, abunde pœnas ſuæ temeritatis luiſſent, q̃ppe quoꝝ nemo domũ incolumis remeaſſet. Nõ tã ſociorum cauſa q̃ haud dubie ſuſpecta erat, q̃ tẽpus patribꝰ perſuaſit, ut ultionem in aliud tẽpus differrent. Sequenti anno, Au. Manlio, P. Cornelio, duobus Quintijs, T. &, L. Capitolinis, & Papyrio Curſore Tribunis, graue bellum à Volſcis inſtabat, Latinorũ defectione atq; Hernicorũ accedente, & domi ingens erat ſeditio orta. M. Mãlius patricio genere ortꝰ, q Gallos ex Capitolio depulerat, eiꝰ p̄clari facinoris laude tumidus, præſentẽq; geſtarũ rerũ gloriã Camillo inuidens, primo uictorias cõparãdo, patriã à Camillo nũq̃ recuperari potuiſſe dictitabat, ſi non à ſe Capitoliũ defenſum eſſet. Gallos præterea inter aurũ accipiendũ, & ſpem pacis incautos uelut inſidijs ab eo oppreſſos, ſe ex Capitolio ex arce iam capta deieciſſe. Iam enim meritum ſuũ omnium animis excidiſſe, ſolũ Camillum in urbe gratia & autoritate florere, ſolũ exercitꝰ ductare, cui non ſatis eſſet Romanas legiones ſubijci, niſi & collegæ, q paribꝰ auſpicijs & eodẽ ſuffragio creati eſſent, pro miniſtris ab eo haberent. Nec interim Senatui parcere q Camillũ cõplexus cæteros uiros fortiſſimos inhonoratos uellet. Quibꝰ ille nõ contẽtus, primus patriciorũ popularis factus, cum Tribunis plebis cõſilia cõferre ad agrarias leges, & ad æs alienũ, quãdo ſupra modũ inualuiſſet, diſcutiẽdũ concitare, ſeq; autorẽ ad oĩa audenda pollicebat. His motibꝰ perculſi patres, enimuero Manlius homo uehemẽti ingenio ſummoq; loco natꝰ, multũ ꝑ hæc ſeditionis cõcitaturus putabatur. Præterea q̃a graue bellum foris impendebat, Dictatorẽ dicẽdũ cẽſuere. Au. Corneliꝰ Coſ ſus eſt dictꝰ, q magiſtrũ eq̃tũ, T. Quĩtiũ Capitolinũ dixit. Dictator &ſi maiꝰ ſibi ĩ urbe certamẽ, q̃ foris ꝓpoſitũ uidebat, tñ ſeu triũphi cupiditate, ſeu q̃a exiſtimabat foris ſtatũ reip. prius ſiſti oportere, delectu habito in Põtinũ agrũ legiões duxit. Coiuerat eo magnꝰ quidẽ Volſcorũ numerꝰ, ſed maior adhuc Latinorũ & Hernicorũ, & ex Circẽſibꝰ colonis nõnulli Velitriſq;

B aderãt. Dictator poſtridie q̃ in hoſtiũ cõſpectũ uenit, auſpicato caſtris egreſſꝰ, iubet militẽ ante pedes pila ſtatuere, gladioq; dextrã armare, nec de more ꝓcurrere, ſed incurrentẽ hoſtẽ cum impetu illatũ, ubi cõminꝰ excepiſſent, tũ gladios in eũ uibrare. Ipſe Quintiꝰ eq̃tẽ intẽtũ haberet, atq; ubi pugnã cõſertã uidiſſet, nouũ hoſtibꝰ terrorẽ adderet, ordineſq; ſubito incurſu turbaret. Iuuit ducis cõſiliũ rẽ Romanã, ipſum ducẽ fortuna, nã pedites eq̃teſq; haud aliter ac iuſſi erãt pugnã capeſſunt. Hoſtes ſuo nũero freti, nihil ſecũ in p̄liũ p̄ter temeritatẽ ferẽtes, cũ clamore ĩ Romanã aciẽ telis temere coniectis irruũt. Vbi uero gladios circa ora & oculos micare uident, haud aliter q̃ in inſidias p̄cipitati, Rõanoꝝ ardorẽ ferre nequeũt. Impulſa itaq; ſtatim acies, ui deinde ab eq̃te illata, minꝰ cõſtare ſibi cœperũt, mox fuga ſemel inclinata paſſim diſiecti cũ multa ſtrage, qua ſuꝰ queq; aut metꝰ aut impetꝰ tulit, ĩ pacatũ abierũt. Eoꝝ caſtra capta ac direpta ſunt, oĩſq; p̄da, p̄ter libera corpa, militi cõceſſa. Circẽſes coloni & Veliterni inter captiuos cogniti, Romã à Dictatore miſſi, utriq; ſui populi defectionẽ indicauere, apparebatq; iuſſuros p̄res bellũ duabus ciuitatibꝰ inferri, eratq; in eã expectationẽ Dictator erectꝰ, quũ ſeditio, quæ Romæ in dies gliſcebat, uictorẽ exercitũ domũ reuocauit. Nã ſuper alia multa Mãlij atrocia dicta factaq; quũ centurionẽ pecuniæ addictũ è foro abduci uidiſſet, cũ ſuoꝝ caterua impetu facto, creditoribꝰ manũ iniecit. Inde in patrũ auaritiã & ſupbiã inuectus, fruſtra à ſe Capitoliũ ſeruatũ p̄dicabat, ſi ciuẽ ſuum in neruos & in uincula, uelut bello captum impune trahi pateretur. Hęc ille & alia acerba, in totius ordinis inuidiã locutus, rẽ ſimul palã creditori pſoluit, ſolutũq; alieno ære domũ dimiſit. Precari ille forẽſi turbæ immixtus, deoſq; & hoĩes teſtari, ut M. Mãlio, ſuæ libertatis aſſertori, gratiã pro tãta in ſe liberalitate, uel cumulatiſſimã relatã uellent, ipſius opera ſe lucẽ forũ atq; ora ciuiũ uidere, omnia parentũ beneficia ſe ab illo habere, quicquid ſibi cum patria, cũ penatibus, publici & priuati iuris eſſet, id ſe cũ uno homine ſemꝑ habiturũ, Magnũ inde plebis ſtudium eſt Manlio conciliatum, ſed malus à patribꝰ odiũ. Ipſe p̄ceps in popularẽ aurã, fundũ, quẽ in Veienti poſſederat, præconi ſubiecit, teſtatꝰ q̃ diu ex priuatis fortunis ſupeſſet aliquid haud paſſurum ſe ſuoꝝ ciuiũ quẽpiã in neruos & uincula à creditoribus abduci. Iã frequẽs plebs Manliũ adire, quam ille uniuerſæ nobilitati ĩ dies

Latiorũ excuſatio

Manlij Capitolini inſolentia.

Dictator

Dictatoris ſtratagema

Vrbana ſeditio

magis,tam ueris quã falſis criminibꝰ reddebat infeſtã. Auꝝ ꝙ pro Capitolij redẽptiõe in me C
dium fuerat collatum,à patribꝰ interuerſum inſimulãs,ut ꝗ populũ capto ex hoſte agro frau
daſſent,fraudarent & auro. Potuiſſe ea auri ſumma plebem alieno ære liberari. Sed ceſſiſſe

Mãlij calumnia ĩ patres

rem ipſam,ut cætera publica in paucorũ prædam. Daturum tamẽ ſe operã diligenter inueſti-
gando,ut quo eſſet loco id aurũ ſuppreſſum intelligeret,eoq́ reperto ad leuandã ciuiũ ino-
piam,nõ ad luxuriã paucorum alendã, reſpu. uteret̃. His erecta uocibꝰ plebs,per æqua & ini

Dictator Manlium accerſit.

qua ſecutura uidebat̃ ſuorũ commodorũ autorẽ,ad quos motus opprimendos. Dictator ac-
cerſitus,ubi euocato in curiam Senatu,omniũ animos ſatis eſt periclitatus,patrũ multitudine
ſtipatus in forum deſcendit,inde ſella in comitio poſita,uiatorem ad Manliũ miſit,qui teſta-
tus certamẽ ingens adeſſe,cũ multitudine ſuorũ ad Tribunal uenit. Hinc patres,inde plebs ſu
um ducem intuentes,uelut in acie diuerſi conſiſtere. Tum ſilentio facto, Audio,inqt, Corne
lius factã abs te Mãli ſpẽ ciuitati,ex theſauris Gallicis,quos patres occultent,æs alienũ perſol
ui poſſe,cui rei tantũ abeſt,ut ſim ipſe aliquo modo impedimento futurus,ut te contra adhor
ter,immo iubeam,uti Romanã plebẽ,iſta ratione,liberes,& hos publicis theſauris incuban-
tes,ex nefaria præda indicio euoluas,ꝙ niſi facias,ſiue ꝗa ipſe in parte p̃dæ ſis,ſiue ꝙ uanũ in
diciũ eſt,in uicula te abduci iubeo,nec diutiꝰ patiar te uana ſpe multitudinẽ ſollicitare. Ad ea
Mãliꝰ pauca p̃fatꝰ,ꝗbus teſtatꝰ eſt,haud ſe ab initio latuiſſe. Dictatorẽ aduerſus ſe nõ adu-

Ferox Manlij reſpõſum

ſum belli,à p̃ribꝰ creatũ,& iã omiſſo bello,qđ erat ad hoc ipſum ſimulatũ,in M. Mãliũ & Ro-
manã plebẽ ĩpetũ fieri. At mirari ſe cur ĩuidia ex eo ſibi quæreret̃,ꝙ ciuiũ p̃ociniũ ſuſcepiſſet,
& ꝙ latus ſuũ plebeioꝝ multitudo cĩgeret. Inde ad Dictatorẽ cõuerſus,tuũ eſt,ĩqt,Aule Cor-
neli,ueſtrũ p̃res cõſcripti,quũ uelitis facile hũc comitatũ mihi adimere,intercedẽdo,ꝓ ueſtris ci
uibus,ꝓhibẽdo iudicatos abduci,ueſtro ære inopes ſubleuãdo,alienas neceſſitates ſuos q́ſq;
beneficio ſuſtinẽdo,ſortẽ aliquam de capite adimite,aut quod uſuris ſupnumeratũ eſt tollite,
ſic.n. nõ magis mea q̃ cuiuſpiã ueſtrũ ſpectabilis erit turba. Verũ ẽmuero,ſiq́s q̃rat qđ ſit,qđ
ſolus nũc meoꝝ curã agã,nõ multo plꝰ qđ r̃ndeã habeo,quã ſi qs me roget,cur Capitoliũ ſo D
lus defenderim,arcẽq́ ſeruauerim,& tum oĩbꝰ quã potui opẽ tuli,& nũc ſingulis ferã. Qđ au
tẽ ad Gallicos theſauros attinet,rẽ ſuapte natura facilẽ,iſthæc fecit ꝑcõtatio difficilẽ. Cur ẽm
quæritis quod ſcitis? cur quod in ſinu ueſtro eſt excuti ab alio iubetis? nõ ego ut ueſtrã prædã
indicẽ,ſed potius cogendi eſtis,ut in mediũ proferatis. Tũ iuſſus oĩbus ambagibus miſſis indi
ciũ peragere,aut fateri ſcelꝰ inſimulati falſo crimini Senatꝰ,quũ negaret ſe arbitrio inimicorũ

Manlius in carcerẽ truditur.

locutuꝝ,in uincula dictatoris iuſſu eſt ductus, Iouẽ & cæteros deos teſtatꝰ,rem indignam fieri
ſeruatorẽ patriæ,ꝗa Romanæ plebi gratificaretur,in catenas & uincula abduci,neq; oculi mul
titudinis,neq; aures,eã indignitatem ferre potuerunt. Cæteꝝ Dictatoria maieſtas effecit,ut ne
q; Tribuni plebis neq; ipſa,attollere ſit auſa frontem,aut hiſcere. Satis conſtat Mãlio in carce
rem coniecto,magnam partem plebis ueſtem mutauiſſe,multos etiam barbam & capillũ, ut
in domeſtico luctu,promiſiſſe,obuerſatamq́ in ueſtibulo carceris multitudinẽ ingentẽ,dũ di-
ctator de hoſtibus uictis inuidioſum triumphũ egit, uulgo exauditæ etiã uoces de ciue nõ de
hoſtibꝰ Dictatorem triumphare. Vnum defuiſſe,ut M. Manlius ante currum duceretur. Et
iam res haud procul erat à ſeditione. Tentarunt patres plebis irã lenire,colonia Satricũ propo
ſita ſed nulli dubiũ erat,ea illecebra Manliũ periclitari. Repudiata proinde uulgo eſt ea Sena-
tus munificentia. Abijt interim Corneliꝰ magiſtratu. Tũ Manliani palã plebis patientiã incre
pare,quę ciuem ſuorũ cõmodoꝝ ſtudioſiſſimũ,nec alia de cauſa patribꝰ offenſum,q̃ ꝙ inopũ
ciuium ſuſcepiſſet patrociniũ,inter fures & latrones in uinculis iacere pateretur, Sic Sp. Caſſiũ
ſic Melium perijſſe,quia plebi gratificati eẽnt. Deſituros tot infelicium uirorum exemplo,qui
opibꝰ & ingenio pollerent,ingratæ multitudini patrocinari amplius,quũ nihil aliud eẽt mul-
titudinem ad ſe beneficio trahere,q̃ funebrem comitatum ſuis exequijs. Talibus querelis mul
titudo accenſa,aperte ſe carcerem refracturam minitari,niſi Manlius uinculis eximeret̃, quod

Liberatur Manlius.

ne fieret ueriti patres, Senatuſconſulto eum liberarunt. Tum uero non modo non ſeditio
ſuppreſſa eſt ſed dux ſeditioni reſtitutus. Venerãt per eos dies legati è Latinis & Hernicis Ro-
mam,& cum his Veliterni & Cucenſes,purgaturi ſe à Volſci belli ſuſpitione, & ut capti ciues
ſibi redderentur, in quos ipſi patrijs legibus animaduerterent. Reſponſum eſt illis,ut confe-

ſtim à

A ſtim à conſpectu & oculis Romani populi faceſſerent, ne ſi negligentius id fieret, parum eos
ius legationis regeret. Comitia inde habita, quũ iam Manliana ſeditio recrudeſceret. Creati
Tribuni conſulari poteſtate, Cornelius Maluginenſis, Valeriꝰ Potitus. Furiꝰ Camillus, Ser-  Tri.cõſ.po.
uius Sulpitius, Papyrius Craſſus. Quintius Cincinnatus. Peropportune principio anni huiꝰ
quies ab externis armis fuit. Domi Manlius carceris iniuria iritatus, & ꝙ a dictatore nihil in
ſe atrocius pro poteſtate ſæuitum eſſet, adhuc ferocior factus, multitudinẽ in patres domeſti
cis concionibus concitabat, aut omnibus audendũ ſemel aliqd eſſe affirmãs, aut omnia patiẽ
da. Irẽt & aliquãdo reminiſcerent̃ ſe liberos eſſe, & in libera ciuitate natos, nõ mãcipia nobiliũ,
æquãdas Dictaturas, æquãdos cõſulatus eſſe, ut caput attollere Romana plebs poſſet. Adeſ-
ſent ſibi quũ primũ de pecunijs ius dici cœptũ eſſet, ſequerent̃ ſe ſiue ducẽ noĩe, ſiue maiore im
perij appellatione nominare uellẽt, ſuã felicitatẽ plebs aduerſus patriciorũ ſuꝑbiã, ſuo ductu
expiret̃. Fore ut minore negocio imponerẽt q patribꝰ imparet, q̃ imperãtibꝰ reſiſterẽt. Fue-  Recẽtes Mã lij motus.
runt ea tẽpeſtate q crederẽt cœptũ etiã apud illũ de regno agitari, ſed quatenꝰ id cõſiliũ proceſ
ſerit non tradit̃. Nec patres rẽ tantã ocioſis oculis ſpectabãt, qn fremebat curia, ſæuiebatq́ꝫ a-
nimꝰ, atqꝫ una Dictatoris clementiã incuſabãt patres, q cũ unius ciuis morte inteſtino bello
rempublicã liberare potuiſſet, uinculis & carcere id ſcelus uindicandũ putaſſet, quũ ꝑnicioſiſſi
mi ciuis cruore multo tutius potuiſſet. Iuſſi itaqꝫ Tribuni militũ diligenter aduertere, ne ex tã
nefario ſcelere maius aliqd' reſpublica caperet detrimẽtũ. Tũ, M. Menetiꝰ & Q. Publiꝰ Tribu-
ni plebis, nõ patrũ aut plebis maiore ullo certamine opꝰ eſt, inqũt, ciuitatis hæc ultio erit. Affe
ctati Manliũ accerſere uelle ſe ꝓnũciãt. Nullũ crimẽ Romanę ciuitati eſſe magis inuiſum, ſuis
Mãliũ uiribus oneratũ haud dubie caſurũ, nec multitudinẽ pro eo certamẽ ullũ ſubiturã, ſi ex
plebe accuſatores contra patriciũ ſtare uiderit, quin ad primam inuiſi criminis mẽtionẽ, regiũ
nomẽ auerſata ſuæ fauebit libertati. Patribus id probantibus, diẽ Tribuni Manlio dicũt, miꝝ  Tri.ple. Manlio diẽ dicunt.
primo fuit populo, ꝙ nemo cũ eo ne fratres qdẽ ueſtẽ mutarint. Apparuitq́ꝫ magno cõſenſu
B totius ordinis iudiciũ conſtaturũ. Vbi uero dies affuit qd p̃cipue illi ſit obiectũ Liuiꝰ haud di
ſerte poſuit. Cæterũ atrociſſimũ eius accuſationis caput fuiſſe, uel ex eo credere par eſt, ꝙ nõ
tãtẽpus q̃ locus impedimẽto fuerit, quo minꝰ ſtatim dãnaret̃. Quadrigẽtos circiter ciues ꝓdu-  Mãlij defen ſio.
xit in mediũ, quos creditoribus addictos gratuita pecunia nexu liberauerat. Protulit & trigin-
ta ſpolia cæſorũ hoſtiũ, militaria dona XL. ab imperatoribꝰ accepta, in quibus duæ fuerũt Mu
rales coronæ, octo Ciuicæ. Producti ſunt & ciues ab hoſte ſeruati, & in his, C. Seruiliꝰ abſens
ꝙ magiſterio equitũ fungeret̃, q̃ belli decora cũ magnifica Manliꝰ oratione dicẽdo exequaſſet
pectus nudauit, multis cicatricibus bello acceptis inſigne, inde capitoliũ intuitus, Iouẽ alioſq́ꝫ
deos, q loco præſidebãt, in fortunarũ ſuarũ auxiliũ deuocat, precatus ut quã ſibi mẽtem, quũ
hoſtes ex arce depulit dediſſent, ad ſalutẽ populi Romani, eandem ipſi ciuitati in ſuo diſcrimi
ne darent. Poſtremo ſingulos obteſtari, ut ſuffragiũ de ſe laturi, Capitoliũ & arcẽ ſpectarent.
Prioris uitæ merita, & oratio ad id cõpoſita in cauſa fuerunt, ut Tribuni non auſi ſint, Roma
nas tribus in campũ Martium ad ſuffragium uocare, unde Capitolium & arcem in cõſpectu
haberẽt, ueriti ne tã recentis meriti memoria præſenti iudicio obſtaret, ſed producta die po-
pulum in Petelinum lucũ extra frumẽtariam portam aduocauere, ibi ciuiũ oculis locorũ facie
liberatis plus crimẽ ualuit, quã meritũ. Damnatus Manlius populi ſuffragio, ex Capitolina  Vbi Mãlius damnatus.
rupe præcipitatus eſt, atqꝫ ſic accidit, ut idem locus in uno hoĩe gloriæ eximię fuerit, & extremi  Mãlij dãna tio.
ſupplicij monumentũ, unaq́ꝫ fœda regnandi cupiditas, quod cæteris mortalibus documento
eſſe poſſit, tanti fuit, ut multa præclara alioqui eiuſdem geſta, nõ ingrata ſolum ſed inuiſa eti-
am ad populum extiterint. Quidã duumuiros capitales ad id creatos tradiderũt, qui in Man-
lium perduelliõis accerſitũ inquiſiuerint. Sunt notæ mortuo adiectæ. Cautum ne patriciꝰ in
Capitolio aut in arce habitaret ampliꝰ, nec in Manlia gẽte quiſq̃ Marci p̃nomẽ ferret. Et hæc
domi foriſq́ꝫ poſt receptã urbẽ à Romanis geſta. Secuta inde peſtilẽtia & fames, q annus du-
plici malo inſignis, Tribunos cõſulari poteſtate habuit, L. Valeriũ, Auliũ Manliũ, Seruiũ Sul
pitiũ, L. Lucretiũ, L. Æmiliũ & M. Treboniũ. Hi magiſterio inito, bellũ in Volſcos ad Roma-
nũ nomẽ exercendũ natos, parare ſunt iuſſi. Deſtinati noui hoſtes Veliterni & Circẽſes Colo  Tri.cõſ.po.
ni. Exercitꝰ ob peſtilẽtiã eo anno educi nõ potuit, Coloni interea non ſolũ nõ id tp̃s in dep̃cã

da

da culpa cõſumpſere,ſed turbatoribus pacis multitudinem iritãtibus,auſi ſunt etiã Romanũ
*Tri.cõſ. po.* agrũ incurſare Sequenti itaq; anno,Sp.& L.Papyrij noui tribuni cõſulari poteſtate, Velitras C
ad bellũ ſunt profecti,quatuor collegis Cornelio Malugineſi,Q.Seruilio,c.Sulpitio & L.Æ-
mylio ad urbis p̃ſidiũ relictis,ſiquid ex Hetruria moueret̃,nam inde quoq; belli minæ impen
debant,ad Velitras cũ maior Præneſtinorum numerꝰ q̃ colonorum eſſet,à Tribunis feliciter
eſt dimicatũ.Oppugnatione urbis quia arduũ uidebatur opus,cõſulto Romanus uictor ab-
ſtinuit.Bellũ Præneſtinis eſt indictum,quia Veliternis hoſtibus auxilia miſiſſent.Hi cũ Vol-
ſcis coniũcti ſequenti anno Satricum populi Romani Coloniam expugnarunt,fœdeq; in co
lonos uictoriã exercuere.Romani eam rem ægre paſſi,M.Furium Camillum Tribunum cõ
ſulari poteſtate crearũt.Collegæ illi additi,Au.& L.Poſthumij,L.Furius,Fabius Ambuſtus
*Tri.cõſ.po.* & L.Lucretius.Bellum Volſcum Camillo extra ordinẽ decretũ,cui ſorte L,Furius collega in
*Hoſtiũ ĩgẽs numerus.* magiſterio adiutor eſt datus.Erat iam ſenio confectus Camillus,ut ciuilia haud iam multũ
obiret officia,uegetũ tamen ingeniũ in uiuido pectore uigebat,cũ quatuor legionibus ad Sa
tricũ profectus,tantam uim hoſtiũ ibi offendit,ut Volſci ſuis uiribus freti,ultro aciẽ in Roma
norũ cõſpectu explicauerint,nullã dimicationi morã facturi.Tenuit Camillus ſuos intra ual
lum,nihil moturus priuſq̃ omnia per ocium exploraſſet.Creuit inde ut fit hoſtibus audacia
ꝓximeq; uallum accedentes,conuicia & probra in Romanum iacere.Ægre id miles ferre, ſed
*Detrahitur Camillo à collega.* multo egrius,L.Furius Tribunus.Inſtigare itaq; milites,eleuareq; Camilli autoritatẽ,cuncta
torem ex acerrrimo bellatore factum prædicabat,ætatemq; incuſabat,cum corporibus uiuere
animos,& defloreſcere dictitãs,cum qui primo impetu urbes capere eſſet ſolitus, intra uallũ
iam timidum & inertem quieſcere,militemq; pugnare cupientem cohibere.Sed illum ſatis ui
tæ,ſatis gloriæ habere,nec attinere uires ciuitatis,quæ immortalis futura eſſet,cum uno mor-
tali corpore conſeneſcere.His ille quũ tota in ſe caſtra conuertiſſet pugnam poſcentibus, Ne-
queo,inquit,Camille militũ impetũ ferre amplius,intoleranda hoſtiũ ſuperbia,cunctantibus
nobis in horas cõtumelioſius inſultant,cede unus omnibus,& patere te uinci conſilio ut ma D
*Camilli ſapiens ꝑmiſſio* turius bello uincas. Ad ea Camillus,ſcio,inquit,quãdiu meis ſolius auſpicijs publicis exerci-
tibus p̃fui,eo euẽtu fuiſſe in hoſtes bellatũ,ut neq; me neq; mei cõſilij populũ Romanũ pœni
tuerit unq̃.Nũc uideo me collegã habere,q nõ ſolũ imperij ſit ꝑticeps,ſed flore etiã ætatis lõge
præſtet.Nã ꝙ ad milites attinet,cõſueui ego ſemꝑ regere meos exercitus,nõ regi.Nũc tuũ im
perium impedire nequeo,age tu ꝙ è republica futurũ putas,dij qđ feceris feliciter euenire ue-
lint,faxintq; ne poſtea hoc noſtrũ cõſiliũ ſatius fuiſſe credat̃.Proponit̃ itaq; ſignũ pugnæ.Fu-
rius q certaminis erat autor primã aciẽ inſtruit,Camillus ſubſidijs ordines & caſtra ualida ſta
tione firmat,ipſe editũ locũ ſpectator pugnæ in oẽm euẽtũ intẽtꝰ cõſcendit.Hoſtis primo con
greſſu dolo nõ metu pedẽ retulit,aliquot lectiſſimis cohortibꝰ ad ſubitã eruptionẽ ĩtra caſtro
rũ uallũ relictis.Inſtat Furiꝰ hoſti ſua ſpõte fuſo,donec eo ꝓtractus eſt,ut iam hoſtili eſſet eru
ptiõi ualde obnoxiꝰ.Tũ Volſcis ĩ pugnã uerſis, nouoq; ab erũpẽtibꝰ terrore ſupiniecto, ſupi
na ualle Rõana acies p̃ceps agebat̃, mileſq; ancipiti terrore ꝑculſꝰ,oĩs decoris & priſtinæ fero-
*Reparatur Ro.acies à Camillo.* cię ĩmemor,paſſim terga dabat,caſtraq; effuſo curſu repetebat. Tũ Camillꝰ ab ijs q ꝓxie ſte
terãt repẽte ĩ equũ ſublatꝰ ſubſidijs raptim oppoſitis fugiẽtibꝰ ſeſe obijcit. Hęc eſt,ĩqt, damitãs
pugna illa milites q̃ tãto ſtudio nuꝑ à ur̃is ducibꝰ efflagitatis? Quẽ hoĩm p̃ter uos ipſos accu
ſabitis? Vr̃a illa temeritas ueſtra ignauia eſt.Ductu Furij in pugnã iuiſtis, nunc Camilli redu
ctu pugnã inſtaurate,eius deniq; auſpicijs ut ſæpe alias uincite.Quid fruſtra uallũ & caſtra pe
titis? illa uos niſi uictores nõ recipiẽt.Clamat ſimul ille hæc,unaq; ad ſigna decurrẽs, aciẽ ubi
plꝰ laboris erat repat.Tãti ducis p̃ñtia ac piculo moti milites,ubi ſigna circũagi cœperũt, & ipſi
alacri aĩo ĩ hoſtẽ cõuerſi,p̃liũ ĩſtaurãt.Furiꝰ ad eqtẽ miſſus rẽ ex altera ꝑte iuuat, identidẽ ſuos
*Exuũt Ro. Volſcos caſtris.* precatur,ut ſibi eiꝰ diei ignominiã demerẽt.Tũ relictis eqs,qua ꝑte plurimũ pedeſtris acies gra
uabat̃,inſignes armis ſeſe eqtes miſerũt.Pari ſtudio duces militeſq; cõnixi,hoſtem gradu ſub
mouent,ſummotũ egregie fundũt,fuſum ſparſumq; multa cæde conficiunt. Demum captis
caſtris ſiqui eo confugerant,itidem ut in acie & fuga cæſi.Quum in recẽſendis captiuis Tuſcu
lanorum quidam agniti eſſent,ab alijs ſecreti ad Tribunos perducti ſunt Hi rogati quum ſe
publico conſilio militare dixiſſent,Tuſculaniq; & ipſi defeciſſe uiderent̃,tam ꝓpinq mœnibus
belli

A belli Camillus metu permotus,cum captiuis collega in caſtris relicto,Romam cōceſſit.Sena/
tus Tuſculanos bello perſequēdos cenſuit.Eaq́ꝫ prouincia ut antea Volſcorum,Camillo ex/
tra ſortem decernitur.Petijt ille ut ex collegijs unum adiutorē ſibi ad id bellum darent.Permiſ
ſum eſt,ut quem ex toto collegio uellet,ſibi aſſumeret.Tum cōtra ſpem omnium,L. Furium
optauit.Qua animi moderatione ingentem ſibi peperit gloriam,& collegæ infamiam leuauit.
Nec bellū cum Tuſculanis fuit,omnibus circa Tuſculum pacatiſſime reptis,Camillus præſen
tem rerum ſtatum foris miratus caſtris ante urbem poſitis Tuſculi mœnia ingreditur, omnia
intus exploraturus.Hic artifices ſuis operib⁹ intentos cōſpicatus,ludoſq́ꝫ literarios puerorum
cœtibus obſtrepere,atqꝫ alios alia munia per ocium obeūtes ut nihil ficti eſſe crederetur,rei mi
raculo commotus Tuſculanum Senatū ad ſe uocari iubet.Ibiq́ꝫ paucis affatus,Soli,inquit,oi
um ad hunc diem inueniſtis Tuſculani,quibus artibus uos & fortunas ueſtras à Romanorū
ira tueremini.Ite Romam ad Senatū,æſtimabunt patres utrum plus pœnæ delinquendo,an
ueniæ delicta corrigēdo meriti ſitis.Neqꝫ qđ ad me attinet,publici bñficij uobis materiā adi/
mo,deprecādi ſit poteſtas uobis uolo.Euentū ueſtris ꝑcibus quē uolēt ipſi dabūt.Vbi Romā
ab his itū eſt,mœſtos in ueſtibulo curiæ ſtātes patres intuiti,miſericordia mouit ordinē miti⁹,
ꝙ meriti eſſent agendi,comiter igitur appellati qd ſibi poſcerent dicere iuſſi ſunt. Ibi eorū Di/
ctator neſcire Tuſculanos cauſam dixit,cur ſibi bellū à Po. Ro. indictū illatūq́ꝫ eſſet. Illud nō
ignorare à ſe & ſuis haud alio habitu Romanis legiōibus itū obuiā, ꝙ quo tūc in curia cōſpice
rent.Nec ꝓceſſuros unquā tractaturóſue Tuſculanos arma,niſi pri⁹ à Rōanis iuſſi eſſent. A
gere itaqꝫ ſe gratias Dictatori abſenti & exercitui,ꝙ nō magis aurib⁹ ꝙ oculis crediďiſſent. Sū
ma eius orationis fuit,ut diceret pacē quā inuiolatā præſtitiſſent Tuſculanos à Senatu & Po.
Ro,precari,auerterent bellū ubi hoſtes eſſent,ſe non niſi inermes Romanas uires experturos,
ſi eas neceſſe eſſet experiri.Eā Tuſculanis omnibus mentē eſſe,quam deos precari ut tam feli
cem facerent quā pia eſſet.Tantū tempeſtiua illa ſatisfactio patrū animos flexit, ut non ſolū
pax ſit precantibus reddita,ſed haud multo poſt Tuſculani oēs ciuitate donati ſint. Legiōib⁹
à Tuſculo Romam reductis,Camillus uirtute imperatoria & felicitate inſignis magiſtratu a/
bijt.Tribuni conſulari poteſtate ſecuti,L.& P. Valerij,C.Sergi⁹ Licini⁹ Meneni⁹,P. Papyri⁹
& Cornelius Maluginenſis.Tribunis plebis delectū hoc anno ob æs alienū impedientibus,
Præneſtinis qui iam antea arma intenderant occaſio data eſt,ut cōparato exercitu ad Collinā
portam uſqꝫ proceſſerint,ingens in urbe trepidatio fuit,cōcurſumq́ꝫ eſt in muros & ad portas.
Tum ciuitas à ſeditione ad bellū conuerſa Dictatorem T. Quintiū Cincinnatū dixit,à quo
Aulus Sempronius Atratinus magiſter equitū eſt creatus.Dictatoris nomine uix bene audi
to hoſtes confeſtim ab urbe receſſere,& plebs ad danda nomina Dictatori obſequentior fuit.
Dum igitur Romæ exercitus conſcribitur,hoſtes ad Alliam fluuium caſtra muniuere,inter ſe
iactantes operepreciū eſſe eū caſtris locū à ſe potiſſimū capi,qui Romanæ ciuitati inſigni clade
funeſtus eſſet.Fore,ut Romani ſi accederent,nihilo meliore euentu pugnaturi eſſent quā an
tea cū Gallis pugnarant.Romani contra certo ſcire ubicunqꝫ Latinū hoſtem adipiſcerentur,
eundem pugnæ exitum futurum, qui ad Regillum olim lacum fuerat. Qua pugna Latini
fracti centum prope annos Romano imperio paruiſſent.Iritauit locus militum animos, ad
Senonicæ cladis infamiam recenti uictoria delendā,his utrinqꝫ animis ad Alliam diuerſi ex/
ercitus conſedere.Tū Dictator Præneſtinorū aciem pugnæ inſtructā intuitus,uides,inqt,Au
le Semproni,quonā modo hoſtes fortuna loci magis ꝙ uiribus freti parati ſint acie dimicare?
at tu non ſpe uana ut illi,ſed armis & uirtute fretus mediam aciem equitib⁹ inuade.Ego cum
legionibus adero,hoſteſq́ꝫ ab eqte turbatos pedeſtri prælio occupabo.Precat⁹ inde deos fœ/
derum teſtes,ut propitij adeſſent,Magiſtro equitum immiſſo ſigna inferri iubet.Non equitē
Præneſtini,nō peditē ſuſtinuere.Prīo impetu clamore ſoluti hoſtiū ordines fugā circūſpectare
cœperūt,mox ſub Dictatoris acceſſum,pedeſtri ꝓlio iniecto apta fuga fit,fuſi diſiectiq́ꝫ hoſtes
præter ſua caſtra præcipiti curſu deferuntur,nec prius à fuga & pauore ceſſatum,ꝙ Præneſte
ante oculos habuerunt.Erat extra urbē locus quem iam antea ad arcendas populationes cō/
muniuerāt.Hunc hoſtes ad Dictatoris uſqꝫ acceſſum tenuerunt.Qui ubi e ueſtigio ſecutus af
fuit,non minore animorū conſternatione,quā ex acie deiecti in urbē cōceſſere.Dictator circū
latis

*Humanitatis exēplū i Camillo*

*Oratio Tuſculani dictatoris*

*Tri. cōſ. po.*

*Dictator Cincinnat⁹*

*Ad Alliam Ro. & hoſtes conſederunt.*

*Funduntur acie Præneſtini.*

latis primo ſignis,octo oppida quæ Præneſtinæ ditionis erant ui ſubegit.Mox Præneſte bel/ C
lo repetitum,id non ui ſed deditione eſt receptum.Quintius dictator clariſſimã uictoriã ui/
ginti dierum ſpatio adeptus,Romam rediens triumphauit.

## ENNEADIS IIII. LIBER II.

ANNI MVNDI.

FVIT annus ille quo Præneſtini ſunt in deditionem recepti, centeſimæ O/
lympiadis ultimus.Mundanæ originis ſupra octingẽteſimũ,ac quater mil/
leſimum,quartus & uigeſimus.Ab urbe condita undeoctogeſimus ſupra
trecenteſimum.Poſt urbem à Gallis receptã ſi tempora Euſebio conſtant,
quintuſdecimus,Liuius pauciores ponit annos.Sed quantacunq; fuit illa
tẽporũ intercapedo,in exiguum hunc annorum orbem incidiſſe uideri poſ
ſunt,quæ à Lacedæmonijs in Ionia atq; Græcia,à Tiſaphernis morte geſta ſunt,uſq; ad ea tẽ
pora quibus Spartanæ opes plurib⁹ prælijs acciſæ,imperiũ amiſerũt.Sed de his priuſq; dicã
Viri illuſtres. inſtituti operis ratio exigit,ut uiri ingenio clari,q per hæc tẽpora fuerant, breui relatione po/
nantur.Enimuero tempeſtate illa latius fluere cœperunt uberrima illa ingeniorum flumina,
quæ Socratico fonte corriuata,Græciã primo,mox & alia paſſim terras late inundarunt,Fuit/
Xenophon q; horum unus Xenophon Athenis ortus,ille dico Platonis æmulus,cuius ferunt illud eſſe,
q̃q̃ alij ad Anaxagoram id referãt,ut nunciato filij interitu,ſciebam dixerit me eum mortalẽ
genuiſſe.Ephorus memoriæ ꝓdidit eius filiũ,Ageſilai ductu in ea pugna perijſſe, quę ad Mã
tineã cõmiſſa eſt,in qua Epaminundas Thebanus occubuit,auditoq; eius caſu,quũ ipſe for/
te coronatus ſacrificaret,fuiſſe enim in primis dicitur ſacrorum ſtudioſus,ad tam triſtem nun
cium coronam deieciſſe,rurſus ubi eum mortem ſtrenue oppetiuiſſe cognouit, capiti coronã
reſtituerit.Cum Cyro Darij filio,cuius uitam ſcripſit,priore anno quã Socrates dãnatus eſt,
Sardibus congreſſus dicit.Socratis uitã,mores & diſciplinã enixe retulit.Scripſit ad uolumi/
Aeſchines. na quadraginta,tãta eloquij ſuauitate,ut muſa ſit Attica appellatus.Socratic⁹ & Æſchines & D
idẽ Athenieſis,mirę indolis à puero,laborũq; patiẽtiſſim⁹,adeo pręceptoris ſtudioſus,ut nũ/
quã ab eo diſcederet,unde Socratis uox illa memorabilis.Solus Æſchines nouit Socratẽ ho/
norare. Fuit & ipſe eloquentię ſtudioſus,ac Demoſthenis ęmulus,cũ minore Dionyſio pluri
Ariſtippus. mum uixit.Dialogos ſcripſit,nec adeo multos.Fuit his æqualis Ariſtippus Cyrenaicus, eodẽ
ortus fonte ſed à Socratis parſimonia tã diuerſus,ut in philoſophorũ nullo mai⁹ ſibi patroci
nium inuenerit uoluptas,cui illud prætexuit,nõ uinci à uoluptatib⁹ optimũ eſſe,non autẽ uo
luptatibus abſtinere.Extãt & alia ei⁹ apophthegmata,qb⁹ colligit,quantũ fuerit ꝑ oĩa uolu/
ptati addictus,quã à principio uitę mortalibus natura conciliari affirmabat.Proinde finẽ à ſa
piẽtib⁹ ſtatui oportere,eſſeq; eã oĩno bonã,etiã ſi à turpiſſimis proficiſcatur: durũ ꝑterea do
lere,familiari⁹ lętari,ꝓſtantioreſq; eſſe corporũ q aĩorũ uoluptates,ut lãguores deteriores. Ni
hil natura turpe,aut iuſtũ,aut honeſtũ,ſed lege & cõſuetudine.Per hęc ille uoluptatẽ ample
xus,negabat tamen oportere ſapientẽ ſemper in uoluptate uerſari,naturalium inquiſitionẽ re
ijcere,ꝙ ea manifeſte diceret deprehendi nõ poſſe.Logicen ob eius rei uſum licentius tracta
bat,ipſeq; in Dionyſij aula diu multũq; uerſat⁹,& cum Æſchine nõnihil ſimultat⁹ eſt.Attica
Doricaq; lingua Dialogos ſcripſit,& libros tris,quibus Libycam eſt hiſtoriã cõplexus. Gran
dis ex eo familia deinceps orta,adeo plures ſemꝑ extiterũt,q uoluptati fauerent.Cyrenaici illi
nominati,quorũ alij Ægeſiaci ſunt dicti,alij Annicerij,alij Theodorij.Quidã etiam Erectrici.
Phædon. Clarũ inter Socraticos eſt & Elienſis Phędonis nomẽ,& ipſe ſuum dogma condidit.Hui⁹ ſuc
Eliaci. ceſſores,Menedemus,Pliſtan⁹ Aſclepiades,Eliaci ab autoris patria & nominati.Clarus & Eu
Euclides. clides Megarẽſis,unde,megarica familia,mox Eriſtici,poſtremo Dialectici nuncupati,quoniã
ita ſcriberẽt,ut interrogare & reſpondere uiderent,à Dionyſio Carthaginenſi ſic primum ap
Eubulides. pellati.Fuitq; hic quoq; ex Socratis aſſectatorib⁹ unus,à quo Eubulides Mileſius Soritem,
Caluũ,Inuolutũ,Ceratẽ,& alios in Dialectica Griphos commẽt⁹ dicitur.Itidẽ Ariſtoteli in fe
Diodorus Cronus. ſtus,cuius errata ſit quędã corrigere adortus.Sed eo aliquãto iunior.Dedit Eubulidi operam
Diodorus cognomẽto Cronus,qui quum apud Ptolomęũ Sotorẽ Dialecticum ſophiſma à
Stilpo Megarẽſis. Stilpone propoſitum ſoluere nequiuiſſet,uitam mœrore finiuit.Fuit quidem Stilpo ex Eucli
dis

A dis ſucceſſoribus,qui tantum eos cum quibꝰ uixit celebritate ſuperauit,ut totam Grȩciã in ſui admirationem uerterit. Nota uox eius in Athenienſem ignobilem & intempeſtiue dicacem, quum ex omnibus locis factus eſſet concurſus ad eum uidendum,ꝙ tum primũ Stilpo Athenas ueniſſet, mirantur,ait,omnes te ò Stilpo,ut beluã quãdam,immo uero,inqt, non tanq̃ beluam,ſed tã q̃ uerum hominem. Demetrius Antigoni,qui expugnator urbiũ eſt dictꝰ,quũ multa ſui milites Megarẽſibus diripuiſſent,fama & ſciẽtia hominis adductus, Stilponẽ ad ſe uocatũ rogauit,an quicq̃ ei milites ademiſſent: Nihil quidẽ reſpondit,nã eorum nemo ſapientiam diripere potuit. Ipſe iam confectus ſenio,hauſto de induſtria ueneno, ut citius extingueretur,uita deceſſit,huic Zeno & Ariſtoteles operam dediſſe traduntur,ſed hi aliquanto recentiores. Crito adhȩc & Simon Athenienſes Socratici fuerunt,quorum ille cum quatuor liberis dedit operam Socrati,dedit & Glaucon eidẽ Athenis natus,Simias & Cebes Thebani,Menedemus Erithrienſis qui periturus ſeptem diebus cibo abſtinuit. Omnium tamen longe celeberrimus Plato paterno genere à Codro oriũdꝰ,& mater genꝰ ſuũ ad Solonẽ,qui leges Athenienſibus ſcripſit,referebat. Duo is ſtatuit principia deum & materià: Deum nunc mentẽ,nũc cauſam appellauit: Mundum unũ,eumq́ genitum. Ideas in rerum natura,uelut exemplaria, permanere arbitratus eſt. Omniũ Græcorũ primus de immortalitate animȩ ſcripſit, tam late per omnes philoſophiæ partes euagatus,ut merito ſit ſapientiæ Antiſtes nominatus. Octogenarius perijt,anno primo centeſimæ octauæ Olympiadis. In Academia extra Athenas ſitꝰ eſt,ubi plurimũ philoſophatus,unde & qui ab eo fuerunt,Academici ſunt nuncupati. Vixit cum eo celebri fama Antiſthenes Cynicȩ diſciplinæ autor,Gorgiæ primo,mox & Socratis auditor. Huius eſt illud,ita inuidum conſumi inuidia, ut ferrũ rubigine. Et tũ ciuitates omnino interituras,quũ boni ab improbis nequirent diſcerni,malleq́ ſe inſania q̃ uoluptate corripi. Extant præter hæc multa ab eo & ſapienter dicta,& ingenioſe quædã reſponſa,hunc Socraticorũ unum Theopõpus maxime probauit, à Timone ingenioſus eſt nugator dictus. In hȩc tempora incidiſſe crediderim Zeuſidẽ Heracleotem,& Parrhaſiũ Epheſiũ, qui prima penicilli rudimẽta circa quintam & nonageſimã Olympiadẽ poſuiſſe traduntur. Proditũ memoriæ eſt,aues ſpecie uuarũ deceptas ad uuarũ racemos aduolaſſe,quos Zeuſis figurauerat, quarũ iudicio tumens,quũ linteũ à Parrhaſio pictũ,ut uerũ amoueri iuſſiſſet,ingenuo pudore conceſſit æmulo palmam. Pari ingenuitate puerũ uuas tenentẽ deleuit, ad quarum conſpectum iterum deceptæ uolucres occurriſſent,eo argumento offenſus, ꝙ ſi uiuere puer ab auibus creditus eſſet,ad eã illecebrã nunq̃ aduolaſſent. Sed Lacedæmonioꝝ geſta hiſtoriam ad ſe reuocant: Hi poſt Tiſaphernis interitũ,perijt is Artaxerxis,ut diximus,iuſſu, Ageſilao duce,aliquãto maiore q̃ antea ſucceſſu Perſicas opes circa Ioniã fregerũt. Tũ uero Tithrauſtes Tiſaphernis ſucceſſor cũ Ageſilao agere cœpit,ut Aſiȩ ciuitatibꝰ libero iure ĩ medio relictis,bellũ utriq́ ſolueret: ad ea Spartanus dux,nunq̃ ſe ꝓuincia diſceſſurũ reſpondit,niſi conditiones, quæ ꝓponerent,Lacedæmonij probaſſent. Hæc ille,nec ſecius interea bellũ q̃ accuratiſſime pôt comparat,cẽtum triremium claſſe inſtructa, magnoq́ terreſtriũ copiarũ apparatu,in Pharnabazum omnẽ belli impetum cõuertit. Piſandrũ uxoris fratrem rei nauticæ ꝑfecit. Ipſe cum robore copiarũ Phrygiam ingreſſus,terrore & populationibus oĩa cõplet. Tithrauſtes interea Ageſilaũ ratus ex Aſia haud temere exceſſurum, ꝙ cerneret opes regias in dies maiore detrimẽto affici,ut Lacedæmonios domeſtico bello implicaret,Timocratẽ Rhodium in Græciam cũ auro miſit,q ciuitatũ principes corrumperet,ut per eos populis à Lacedæmoniorũ ſocietate alienatis,aliquis belli motus illis exiſteret,nec Barbarus fruſtratus eſt conſilio. Pleriq́ auro capti ſunt,& in his Androclides & Allexidorus Thebani,Timolaus Corinthius,& Cilon Argiuus alijq́ in alijs urbibus autoritate & opibus longe principes. Hi Lacedȩmonios apud ſuos criminati,facile populorum ſtudia ab illorum ſocietate alienarunt. Cæterum quum nihil propterea Lacedæmonij moturi uiderentur,alia ingreſſi uia,Locros Opuntios ſubornãt,ut Phocenſibus circa Eteſinium regionem negocium inijcerent, rati fore,ut Phocenſes confeſtim in Locridem irrumperent,unde poſtea turbandarum rerum occaſio ſatis honeſta Thebanis oriretur. Et hi quidem talia ad ſtatum Græcię turbandum commenti ſunt,nec eos opinio fefellit. Phocẽſes ad primos Locrenſium motus,illorum fines ingreſſi,multo maiora damna, quàm

Stilpo Megarẽſis.
Zeno Ariſtoteles.
Crito.
Cebes.
Plato.
Antiſthenes.
Zeuſis.
Parrhaſius.
Lacedæm. geſta.
Tithrauſtes.
Defectio. Græcorũ à Lacedæm.
Locrenſes.
Phocenſes.

illata eſſent, hoſtiliter rependunt. Eam occaſionẽ amplex⁹ Androclides, Thebanos facile per/ C
pulit, ut Locrenſibus auxilio eſſent. Erat enim Locris ſocia & confœderata cum Bœotijs. The
bani comparato exercitu Phocidem inuadũt, lateq́ꝫ terrã oẽm hoſtiliter populãtur, qua ſubita
clade Phocẽſes conſternati, Lacedęmonem legatos mittunt de Thebanorum iniuria queſtũ
auxiliaq́ꝫ aduerſus Bœotiorum iniuriã imploratũ. Hi ubi Lacedæmonẽ uenere, multa de Lo
crorũ in ſe temeritate, ſed plura omnino de Thebanorum iniuria, apud Ephoros queſti, ut
plane demonſtrarent uim primo à Locrenſibus intẽtatã, rẽq́ꝫ excõpoſito motã ut ad arma ue
niretur, poſſeq́ꝫ eã fraudẽ à Thebanis uideri ortã, qui nulla ipſi iniuria laceſſiti, temere arma i
duiſſent. Lacedæmonij qui erant iam antea Thebanis & Corinthijs irati, ꝙ ob Aſiaticaꝝ ma
nubiarum partẽ ſibi denegatã, ſoli omniũ ſociorũ milites in Aſiam cũ Ageſilao nõ miſiſſent,
& ꝙ Thebani Atheniẽſes exules, cõtra edictũ, nõ ſolum recepiſſent, ſed circa Pyreũ ad tyran/
nidẽ Critiæ & aliorũ expugnandã iuuiſſent, infidã utrorũq́ꝫ ſocietatẽ iudicandã cẽſent. Facie/
bant hos aĩos illis Ageſilai in Aſia ſucceſſus, & ꝙ in terra Græcia nullo alio per id tẽpus bello
occupati eſſent. Mittunt itaqꝫ Lyſandrũ in Phocidẽ, ut ſocijs præſidio eſſet, circaq́ꝫ Aliartũ co
pias cõtraheret, ex Phocenſibus, Oethæis, Heracleotis & alijs finitimis. Pauſanias interim ex
Lacedæmone & cætera Pelopõneſo cõſcriberet exercitũ. Et in hunc modũ bellum cõparabãt.
Lyſander ad bellũ egreditur. Thebani ubi ad arma rem ſpectare uident, rati in ſe potiſſimũ illa cõparari, utpote qui oĩm ꝓ
ximi inuidiæ eſſent, Athenas mittunt, qui ciuitatẽ ipſam in ſocietatem belli traherẽt. Legati q
eo miſſi ſunt, in concionem populi producti, Thebanorum ſtudio in Atheniẽſes, quũ tyrãni
de premerentur, prius commemorato, unde Lacedæmoniorum in ſe odium originem habuiſ
Oratio Thebanorũ ad Athenien. ſet. tẽpus ueniſſe aiunt, gratiæ ab amica ciuitate repetendæ. Nam ꝙ à Lacedæmonijs bello pe/
terentur, nullã eos cauſam inferendi belli, præter unã habere, ꝙ Thebani adiutores ſe prębuiſ
ſent ijs q Tyrannidem quã ipſi in ciuitate conſtituerãt, euertere adorti eſſent, quæ iniuria, nõ
ſolũ Athenienſes attigiſſet, ſed per totam fuiſſet Græciã latenter ſurreptura, niſi Lyſandri eoꝝ
ducis cõſilio itũ eſſet obuiã. Qđ tyrannicũ rudimentũ, ſimul & auaritia ſuperbiaq́ꝫ ipſi ciuitati D
ingenita adeo populorũ ſtudia alienaſſet, ut nũq́ꝫ Peloponneſiaco bello tam populare fuerit
Lacedæmoniorũ nomen, quã oĩbus tunc deteſtabile eſſet & inuiſum. Scirẽt itaqꝫ adeſſe tẽpus
nõ ſolũ gratificãdi amicæ urbi, ſed priſtinæ etiã dignitatis ꝑ occaſionẽ recupãdæ. Stetiſſe prio/
re bello Lacedæmonios, nõ ſuis ſed alienis opibus, ſenſiſſeq́ꝫ cũ illis totã Pelopõneſum in totã
Græciam, plures inſulas, & cũ his Syracuſanos terra & mari potẽtiſſimos: Perſas præterea af/
fatim ſtipendium miniſtraſſe, ut ne ad ingentiſſimos quidem exercitus alendos pecunia deeſ/
ſe potuerit, iam omnia illa eſſe mutata, nec Lacedæmones eorũ quicquã habere amplius, præ/
ter ſuperbiã & auaritiã, quarum illa cum ipſa urbe nata eſſet, hæc in perniciẽ ciuitatis ſemel re
cepta, adeo inualuiſſet, ut iam ſoli omnium publica & priuata haberent uenalia. Contra affu
turos Athenienſibus ſi in fœdus uenit, Thebanos, Corinthios, Argiuos, & per hos maxi/
mam Græciæ partem, quibus uiribus freti, haud dubie Græciæ principatum breui recupera
turi eſſent, uiderent ipſi utram ſocietatẽ magis ſequi uellent. Thebanorum, quos in aduerſis
rebus amiciſſimos experti eſſent, an eorũ, qui non cõtenti imperiũ euertiſſe, iam & Atticum no
men ſæuiſſimis Tyrãnis cõficiendũ obiecerãt. Vnũ ſcirẽt, nullũ unquã tempus, nullã occaſio/
nem maiorẽ dari poſſe, ſeſe in priſtinũ ſtatũ reſtituendi, quã ſi uel metu, uel deſperatione præ
termitterent, uiderẽt ne tũc reſtituri eſſent, quũ aut nulla darẽt amplius, uel ſiqua dari poſſet,
Peroratio. haud quidẽ talis, quæ pñti aliquo modo eſſet cõparabilis. Veteris bñficij memoria, ſpesq́ꝫ rei
bene geredæ Atheniẽſes perpulit, ut ſoluta cũ Lacedæmonijs ſocietate, Thebanis auxilia pol
liciti ſint. Trogus autor eſt, Atheniẽſes, Cononis interuentu, ſua ſponte à Lacedęmonijs defe
ciſſe, aliquanto antea quã in Bœotia ſit bellatũ. Cæterum quoquo modo defectio illa ſecuta
eſt, Pauſanias haud multo poſtq̃ Lyſander in Phocidẽ uenerat, cũ exercitu ſecut⁹, Bœotiam
eſt tumultuoſe ingreſſus. Trahebat ille ſecũ ex tota Pelopõneſo, præterq̃ ex Corintho, copias.
Thebanorum facin⁹. Lyſander interea ex Phocide ꝓfectus, Orchomenios in fidẽ recepit, & Lebadiã diripuit, inde
literis ad Pauſaniã datis, ut ſecũ circa Aliartũ copias iũgeret, ipſe ſub occaſum ſolis, ubi caſtra
collaturi erãt, in Aliarti cõſpectu cõſedit. Thebani cognito hoſtiũ cõſilio, ex Lyſandri literis à
ſpeculatoribus iterceptis, urbe Atheniẽſib⁹ q auxilio uenerãt, relicta ipſi, cũ oĩ ætate militari,
ad

A ad Aliartũ aliquãto prius q̃ hoſtis,uenerũt,atqꝫ oppidũ ingreſſi,in omnes occaſiones erecti,
hoſtem expectabãt.Hæc Plutarchus.Xenophon ſignificare uidetur Lyſandrũ prius Aliartũ
ueniſſe,fuiſſeqꝫ Aliartios ad deditionem cõpulſurũ,niſi Thebanorum pauci,qui in urbe erãt
quo minus dederentur autores fuiſſent.Sicqꝫ infecta re Lyſandrum in colle urbi proximo,
ſub noctem caſtra muniuiſſe,noctuqꝫ Thebanorũ agmen ab Aliartijs intra mœnia acceptũ
poſtridie quũ Lyſander ad multũ diei Pauſaniam expectaſſet,lõgioris moræ impatiẽs aciem
ex tumulo explicat, muroſqꝫ ut miles ſubeat edicit.Thebani, qui multitudine abundabãt,
miſſis q extremũ hoſtium agmẽ circa Ciſſuſam fontem adorirẽtur,cæteri ad erumpendũ ſeſe Ciſſuſæ fon/
expediunt.Mirum eſt quod de natura huius fontis ſcribunt quidã,uini colorem lucido aſpe/ tis natura.
ctu in eo uideri.Eſſeqꝫ liquorẽ ipſum potu dulciſſimum,unde forte datus ſit locꝰ fabulæ,Bac
chum nuper natũ in eo fonte à nutricibus lotũ.Locorum indigenæ mõſtrabãt haud ꝓcul in
de Rhadamãti ſepulchrũ: Alcmenamqꝫ his locis humatam ꝑdicabãt, quæ poſt Amphitryo
nis interitum Rhadamanto nupſerit.Thebani qui cũ Aliartijs circa portas inſtructi ſteterant,
ubi à tergo iniectum certamẽ ſenſerunt,conſpicati adhæc Lyſandrum in prima acie ad mu/ Lyſãder ad
ros tendentẽ,eruptione repente facta,ducẽ ipſum,& qui circa illum ſteterant, in primis obtrũ Aliartum
cant:cætera acies Lyſandri caſu exterrita,conata eſt in altiores tumulos euadere, cæterũ The interficitur.
bani & Aliartij à tergo & à lateribus agmen degrauantes,plurimos interficiũt.Multi tñ fuga
delapſi,in tutiora loca trepide euaſerunt.Affuit nec multo poſt Pauſanias,q difficile opꝰ ra/
tus,Lyſandri corpus ſub ipſis pene mœnibus deiectũ,inuitis hoſtibus,recipere,& ſi ueterani
ad pugnam & ultionem hortabantur,pactus tamẽ cũ hoſte eſt,ut cæſorũ corporibꝰ receptis
ipſe exercitum ex Bœotia abduceret,Fuit res illi inuidiæ apud ſuos,quippe q ubi domũ uenit
ab Ephoris eſt ad populum iactatus,datũqꝫ crimini,ꝙ ad Aliartũ ſero uenerit,quæ mora ex
ceptæ cladis haud dubie cauſa extitiſſet,& quod cõtra urbis dignitatem cæſorum corpora fu/
ga non bello recepiſſet.Augere præſentẽ inuidiam Athenienſiũ alienatio,q̃bus ipſe in Lyſan
B dri odiũ ſeruitutis iugum ademiſſet.Ille & ſi rex,tãtę tñ inuidiæ quũ impar futurꝰ eſſet, Tegeã Pauſaniæ in
in exiliũ cõceſſit,ubi poſtea fato perijt.Xenophon talis eſt exilij autor,Plutarchus in fanũ ait teritus.
Mineruæ confugiſſe,ubi ſupplex uitã egerit.Lyſandri mortẽ eo grauius Lacedæmonij tulere,
eo ſublato cognita eſt domeſtica pauꝑtas,generos q defũcti filias ob inopiam repudiaſſent a/
cerbe cõdẽnarũt,ꝙ uiuũ diuitẽ arbitrati coluiſſẽt,defũcti memoriã ac ſane iuſti cõtẽnerẽt.Sed
dum hæc in Græcia gerũtur,Ageſilaus Phrygiam ingreſſus, pleraſqꝫ urbes partim ui,partim
uolũtaria deditione,Pharnabazo ademit,Otymqꝫ Paphlagonũ regẽ à Perſis alienatũ in bel
li ſocietatẽ recepit,à quo auxiliari eq̃tatu accepto,haud multo poſt in Daſcylium duxit.Erat
ibi Pharnabazi regia,ager urbi circũiectus ferax,& uillis frequẽs.His locis Ageſilaus hyema/
uit,Quo ſane tp̃e pabulatores procul à caſtris errãtes,à Pharnabazo ſunt inſidijs excepti.His
ille cũ duobus falcatis curribus,& quadringentis eq̃tibus ex improuiſo ſeſe obtulit:primo ita/
que aſpectu territi frumentatores,fuga diſpalati,in caſtra refugerunt,centum circiter amiſſis,
qui in unum collecti,contra eã equitum alã manũ cõſerere fuerãt auſi.Nec multis interiectis
diebus,quũ Pharnabazus ad magnã uillã caſtra haberet(Diſtabat is locus ab Ageſilai caſtris Pharnaba/
ad centũ ſexaginta ſtadia(Spitridates primis ſe tenebris intendentibꝰ,cum parte copiarũ ab zus uicitur
Ageſilao in Pharnabazũ eſt miſſus,q ſub diluculũ,hoſtiũ munimenta adortus, tantam trepi
dationem iniecit ad primũ clamorẽ,ut cunctis metu diſiectis,caſtra omnis opulẽtię referta,ad
prædã ſint relicta.Pephlagonũ equitatus,cũ Spitridate ꝑ hoſticũ euagatꝰ,multos mortales ca
ptiuos ad Ageſilaum abduxerunt.Hic Pharnabazus multiplici clade fractus,pro magno ha
buit negocio,cũ Ageſilao in colloquiũ uenire,quo impetrato,egit cũ eo,ut uictor Lacõ ingen
tẽ pecuniã accipet,ipſe priſtinũ principatũ obtineret,eſſetqꝫ Lacedęmonijs deinceps amicus ac
ſocius.Eratqꝫ iã haud dubie Ageſilaus in clariſſimæ uictoriæ curſu,meditabaturqꝫ aĩo iam cę
teras gentes,q̃ ad oriẽtẽ Artaxerxi parebãt,bello inuadere,quũ publico Lacedæmoniorũ de/
creto eſt in Græciam reuocatus,ut pr̃iæ opẽ ferret.Iam enim Thebani & Athenieſes Pelopõ
neſum ingreſſi,Laconię imminebãt,& Corinthij Arguiqꝫ ex ꝓfeſſo hoſtes erãt.Fuit is nun/
cius Ageſilao grauis,ſed ſocijs,quoꝝ ſpes ex unius uirtute uiri pẽdebat,adhuc grauior.Haud
multũ inde in ꝓuincia fuit Ageſilaus,ſed traiecto confeſtim Helleſponto,per mediterranea Ageſilai ꝑ/
peratio.

qua Xerxes olim,tãta celeritate copias egit,ut iter,ꝙ ille anno ferme cõfecerat,hic triginta die/ C.
rũ ſpatio ſit emenſus.Ex Macedonia Theſſaliã ingreſſum agmẽ Lariſſei,Cranonij,Scotẽſes,
& Pharſali q̃ cũ Bœotijs fœdus ꝑcuſſerãt,à tergo carpere occœperũt,ẽ ueſtigioq́ȝ inſtando to/
tis uirib⁹ remorari conati ſunt.Ductare iterim Lacon dux quadratũ agmen,equitũ ala una,q̃
in frõte erat p̄ſidij cauſa,ſcd'm extremos ordines hoſtibus reſiſtebat. Hic Lacon quũ cerneret
hoſtiũ audaciã ſua patientia augeri,miſſo in Theſſalos eq̃tatu cõtinuo fecit fugã, mox Phar/
ſaloꝝ Polemarcho cadente,tãtus eſt omnibus metus iniectus,ut fuga ſemel inclinata,nõ pri⁹
fuſũ agmen ſubſtiterit,q̃ ad Anthraciũ & Nartheciũ ſit uentũ.Viſa eſt Ageſilao p̄ſens uicto/
ria eo pulchrior ꝙ eq̃ſtri p̄lio Theſſalos uiciſſet,q eo pugnę genere cęterarũ gentiũ peritiſſimi
Theſſali e/quites. haberent.Etenĩ Theſſali ad Peliũ habitãtes,mortaliũ primi ex eq̃ pugnaſſe tradunt. Iã inde
exercitus uictor ꝑ pacata montiũ,ad Bœotioꝝ fines ꝓceſſit.Hic Ageſilao ſedẽti nunciat Lace/
Conon. dæmonios ad Gnidum nauali prælio ſuperatos,occubuiſſeq́ȝ Pyſandrũ claſſis præfectũ.Co/
non qui Pharnabazi ꝑſuaſu fuerat ab Artaxerxe claſſi pręfectus,intentus in omnem bene ge
rendę rei occaſionẽ,poſt Ageſilai digreſſum,cũ claſſe q̃ accuratiſſime iſtructa,ad Pyſandri ſta/
tionem,certandi ſtudio,acceſſit.Sed Conon non tã Perſis,q̃ patriæ ſtudebat, ac queadmodũ
acciſis Athenienſiũ rebus,amiſſi fuerat imperij autor,ita recuperati ſi recuperari cõtigiſſet, ui/
deri diciq́ȝ cupiebat,patriãq́ȝ uincẽdo recipere,quam uict⁹ aliquot ante annos amiſerat.Eoq́ȝ
ſpecioſiorem uictoriã aĩo cõcipere,ꝙ alienis uiribus patrię tantũ uinceret.Pyſander pręterq̃ ꝙ
Ageſilai erat neceſſarius,ut alio eſt loco ſignificatũ, tanti etiam ducis cupiebat æmulus uideri.
Enixe igitur omnia facere,ne ſplendore rerũ ab illo geſtarum decederet.Summo proinde ſtu/
Lacedæmonij uincũtur. dio & ipſe claſſem ad pręliũ parauerat ne poſſeſſione maris hoſti deceſſum uideret.Circa Gni
dum igitur claſſes p̄lio cõgreſſę,etſi Pyſander nauium numero præſtabat, quia ſociarũ urbiũ
naues quæ in ſiniſtro cornu dimicabant,ſtatim territę acie ceſſerunt,Lacedæmonioꝝ fortuna
haud multo poſtq̃ pugna inita eſt, cœpit deterior eſſe,auxiliariũ nauiũ fuga,qua animaduer
ſa,qui circa Pyſandrum dimicabant,cõtinuo & ipſi proras ad littora detorquẽt, nauibuſq́ȝ ter D
rę impactis,qua cuiq́ȝ proximũ ẽ,in pacatũ abeunt.Pyſander eo quo à prĩcipio ſteterat in ho/
ſtem animo pugnam fortiter ciens,multitudine circũuent⁹ occubuit.Tulit aduerſæ pugnæ ca
Pyſander cadit. ſum permoleſte Ageſilaus,ubi uero audiuit maiorem exercitus partem incolumẽ eſſe, p̄ſentẽ
cladem leuius ferendã ratus,porro in Gręciã ducere pergit.Cęterũ Bœotię finibus ꝓpinquãs
quũ omnia ab hoſte occluſa tenerẽtur,ad pugnam ſeſe expedit.A' Cephiſo Lacedæmonij in
aciẽ proceſſere,Thebani ab Helicone,Ageſilaus dextro cornu rẽ curabat,Leuo Orchomenij.
Thebani his obiecti ſunt,Lacedęmonijs Athenienſes.Diſtabãt inſtructę acies ad tria inter ſe
ſtadia,quũ à dextro Lacedęmoniorum cornu eſt procurſum:fuerũt hi domeſtici Ageſilai mi/
lites,quibus Euripides præerat,& cum his Iones,Æoles,& Helleſpontij. Hi uix ad teli iactum
appropinquarant,quum qui ex aduerſo ſteterant,in fugam uertuntur,ad Heliconẽ ſucceden
Fortũæ ua/rietas. tes,ac primi omnium Argiui,qui Athenienſibus iuncti ſteterant,Ibi milites præ nimia geſtiẽ
tes lætitia Ageſilaum,ut uictorem,coronant,interea aduerſa parte nunciatur, Thebanos Or/
chomenijs cæſis,circa impedimenta uerſari,in his diripiendis præcipue occupatos. Ageſilaus
eo acie conuerſa Thebanam phalangem inuadit iamdudum ſua ſponte turbatam,ubi ſocio/
rum ad Heliconem audiuerat deceſſum,cœperatq́ȝ iam ipſa quoq́ȝ eo paulatim ſe ſubducere.
Ageſilai ui/ctoria. Hic Ageſilaus quũ facile terga cædere potuiſſet,à fronte & à lateribus hoſtem inuadit,ibi The
bani pugnandi neceſſitate impoſita,ſubito in hoſtem conuerſi,fortiter pugnam cient. Mul/
ti utrinq́ȝ mortales ferro occubuerunt.Clamor nullus erat,nec tamen ſilentium, ſed mors, q̃/
Pietas in tẽplum. lem ira ſimul & pugna ederet.Euaſerunt Thebanorum plurimi in Heliconem, cæteri medio
conatu occidione occiſi ſunt.Sicq́ȝ parta uictoria, Ageſilaus ſaucius ad ſuos relatus eſt. Con/
fugerant ad octoginta hoſtium in templum Apollinis,quod ubi Ageſilaus per equites explo
ratum habuit,miſit qui ſine offenſa eos inde emitterent,atq́ȝ uſq́ȝ in pacatum comitarentur,
ueritus ne militum temeritate,locus cæde pollueretur. Iacebant ubi pugna commiſſa eſt pro/
miſcue cadauera,defracti clypei,euaginati enſes,non nulli etiam in manibus iacentium, qui/
dam ipſis uulneribus infixi,ſolum paſſim cruore perfuſum, quibus in locis Ageſilaus poſtri/
die tropheum conſtituit.Sed Thebani,per inducias,ſuorum cadauera ſepeliunt,pars uictoris
exercitus

A ſi nemo rei indignitatē ſpectet,qa ad homines ptineat,at mouere debebit religio deorū, ꝙ in primis eſt ſpectanda: Auſpicijs hæc urbs condita eſt auſpicijs, bello, pace, domi,militiæꝗ ad hunc diem adminiſtrata,at penes quos ab initio fuerint auſpicia, uos Quirites nō ignoratis. Ac ſi qs ignorat inde diſcat,ꝙ plebeius nullus magiſtratus auſpicio creatur. Contra patribus adeo auſpicia propria ſunt,ut nō ſolum quos creat patricios magiſtratus auſpicio creet,ſed Interregem,&ſine populi ſuffragio,p auſpicia creare ſit huic ordini datū.Eludant licet illi hęc,qd ſi pulli non paſcentur,ſi tardius cauea exierint, quid ſi mus,ſi auis occinuerit?parua ſunt hęc. Sed p hęc qualiacunqꝫ ſunt,maiores noſtri hanc rempublicā,ex parua & humili maximā fecere.Nunc ſi deo placet,omne maiorū inſtitutū abolere in animo eſt,omnia ſacra & prophana cōfundere, ut Sextius & Licinius in urbe regnent:quia pecunias alienas, quia agros dono daturi ſunt, tanta eſt ex alienis fortunis prædandi dulcedo: nec uenit in mentem, altera lege uaſtas ſolitudines in agris factum iri pellendo finibus dominos, altera fidem abrogari, cum qua omnis humana ſocietas tollatur neceſſe eſt. Quibus nemo non intelligit antiquandas eſſe rogationes iſtas, quæ contra ordinum dignitatem,contra religionem, contra publicū commodum,contra æquitatem, ipſamqꝫ ciuiū ſocietatē proponunt.Sed uos quicqd faxitis Quirites bene euenire & cupio &opto.

Peroratio.

Valuit Claudij oratio, ut tempus rogationibus ſit adhuc nōnihil prorogatū.Decimum inde Tribuni refecti ſunt Sextius & Licinius.Decemuiri ſacrorum creati, quinqꝫ ex plebe,cęteri patricij:eoqꝫ gradu iam uia facta ad cōſulatum uidebatur. Cęteꝝ plebs p̄ſenti uictoria cōtenta,facile paſſa eſt,ꝓximis comitijs Tribunos militū cōſulari poteſtate creati.

Tribu. con. po.

Creati ſunt Au.& M.Cornelij,M,Geganius,P.Mālius,L.Veturius & P. Valerius.Tenebat adhuc Veliterna obſidio,quum repente Gallici belli fama illata,ingentem priſtinę cladis memoria tulit ciuitati terrorē:ea res cauſa fuit,ut M.Furius Camillus quintū dictator ſit dictus.

Dictator. Gallorum tumultus.

Is T.Quintium Pœnum magiſtrū eqtū dixit:obſcura inde fama eorū ꝙ in Gallos geſta ſint,ad poſteros manauit. Claudius Quadrigarius circa Anienem fluuiū cū Gallis eo anno dimicatū in annalib⁹ ꝓdidit:inclytamqꝫ in ponte pugnā fuiſſe,qua T.Mālius Gallū, cū quo manū ex ꝓuocatione cōſeruit,in duorū exercituū conſpectu peremptū, aureo torque ſpoliauit.Plures tn̄ quib⁹ Liuius accedit,decimo poſt anno id accidiſſe aiunt: Satis conſtat in Albano agro Camillo dictatore ꝓſpere cū ea gente hoc anno dimicatū, multaqꝫ Galloꝝ milia i acie cęſa alij diſpalati Apuliā petiere.Fuerint ne ex his illi,quos ad Dionyſiū maiorē ſocietatē in Romanos petitū ueniſſe eſt ſupra memoratū,quū Crotonē tyrānus obſideret,an ex illis poti⁹ q Romā cepere,dubitarē pro certo ponere,niſi ex ſupputatione tēporū, qua Euſebi⁹ utitur,pſpicue liqret Dionyſiū minorē aliquāto antea regnare cœpiſſe: ꝙ Galli ſecundo ſint à Camillo uicti. Cęterū à capta urbe,ad hāc pugnā anni circiter xx. interfuere.Polybi⁹ trigeſimo ab urbe capta anno Gallos iterū in Romanos mouiſſe autor eſt: ſed quocūqꝫ eſt loco & tpe pugnatū,Camillus triūphans in urbē redijt. Nec ita multis interiectis diebus,Dictator & uniuerſus ordo,tribunoꝝ cōſenſu,certamineqꝫ ſeuiētis ppli uicti,leges ferri,& cōſularia comitia ex formula rogationis haberi paſſi ſunt.Creatuſqꝫ prim⁹ ex plebe.Conſul L.Sexti⁹,cuius creationis,qa patres ſe autores futuros negabant,tanta eſt pturbatio orta,ut tertio à patribus plebs ſeceſſura fuerit,niſi p Dictatorē diſcordia ſedata eſſet.

Conſul ex plebe.

Ex illi⁹ igitur autoritate ſenatus ſe autorem nouo cōſuli pręſtitit,permiſſumqꝫ eſt patribus à plebe, ut ex ſuo corpore magiſtratū crearēt,q ius in urbe diceret.Sed quū ob ciuitatis concordiā,ludos maximos faciendos ſenatus cenſuiſſet,ut dies unus triduo adijceret, Ædilib⁹ plebis id munus recuſantibus cōclamatū à iuuenibus patricijs eſt,ſe id deorū immortaliū cauſa libenter facturos,ſi ædiles fierēt.

Aediles.

Actę illis gratię,factumqꝫ ſenatuſconſultū,ut Dictator q comitia habebat, duos ædiles ex patribus pplm rogaret,atqꝫ ita factū,ut Sp. Furius Camillus Marci filius, primus prętor ſit creatus.

Prætor.

Gn.Quintius Capitolinus & P.Cornelius Scipio ædiles,quos ut prætorē curuli ſella & prætexta inſtrui placuit. Sextio primo è plebe Conſuli,L.Æmylius Mamercus collega eſt datus,ac tum demum Tribuni conſulari poteſtate anno. VI. & XL. ex quo is magiſtratus fuerat inductus,creari deſierunt.

Conſules.

NOVVS in plebe conſulatus, prętura & curulis Ædilitas, magiſtratus & ipſi tum demum nati, fecerunt annum hũc ciuitati inſignem. Qui quadringẽteſimus circiter fuit ab urbe cõdita, obſcura alioqui memoria, patribꝰ de induſtria famã de Gallis occultantibus, q per Apuliã fuga diſſipati, in unum coire dicebantur, & Hernici ad defectionem ſpectare, ne plebeio cõſule inſigne aliquid eo anno gereretur. Domi proinde foriſq; ociũ fuit. Tantum Tribuni plebis pro concione fremere, indignum facinus admitti, qđ ꝑ uno curuli magiſtratu plebi cõmunicato, duos ſibi curules nobilitas aſſumpſiſſet. Impoſuit ea res pudorem patribꝰ ne ex ſuo corpe curules ędiles creari uellent: ſed alternis annis plebeios ad eũ honorem admitti primo paſſi ſunt, mox & promiſcuũ fieri. Peſtilens annus ſecutus, L. Genutio & Q. Seruilio Conſulibus. Illuſtres uiri pleriq; defuncti, & in his M. Furius Camillus, cuius mors, etſi grandis natu perijt, acerba tamen fuit ciuitati: quippe unicus ſua tempeſtate imperator, & in omni fortuna Romanorũ omniũ longe princeps, pace belloq; ante exiliũ clarus, ſed clarior in exilio factus. Qui ad auxilium patriæ reuocatus incredibili uirtute, ſe & patriam reſtituit. Pari deinceps gloria quinq; & XXX. annos uixit. Dignus qui ſecundus à Romulo urbis conditor fuerit appellatus. Exijt ea peſtilentia in ſequentem annum quo T. Sulpitius Pœnus & C. Liciniꝰ Stolo conſules fuere. Tertiũ hoc anno lectiſternium fuit, poſt urbem conditam, & inter cętera deorum placamina, ſcęnici ludi primum celebrati, res ab initio rudis ſine carmine, ullaue carminis imitatione, Ludiones tantũ ex Hetruria accerſiti, ad Tibicinis modulos ſaltantes, haud indecoros more tuſco reddebant motus, imitari hos primo Romana iuuentus, inconditis inter ſe carminibus iocularia fundentes: nec motus interim abſoni à uoce: mox diligenti uſurpatione eo proceſſit uſus, ut uernaculi eius rei artifices: quia nihil iam à Tuſcis ludionibus diſtarent, Hiſtriones appellati ſint: quia Hetruſca uoce hiſter ludio uocaretur. Hi deinceps nõ inconditum & rude carmẽ, alterniſq; ut à principio iactatum uſurparunt, quod feſcenino fuit ſimile, ſed modulatas Satyras, deſcripto ad Tibicinem cantu, decoroq; motu peragebant. Liuiꝰ Andronicus ab Satyris digreſſus fabulam argumento fecit, factamq; quũ ſæpius egiſſet, obtuſa demum frequenti uſu uoce, puerũ qui caneret ante tibicinem ſtatuit, inde ut ad tibicinis latus Hiſtriones canerent, receptũ. Vbi igitur res à riſu & ſoluto ioco auocari cœpta eſt, ludoq; in artem paulatim uertente, iuuentꝰ fabularũ actu hiſtrionibus relicto, ueteri inſtituto, ridicula uerſibus intexta inter ſe iactabãt: unde exordia fabulis potiſſimũ Attellanicis coinſerta extiterunt. Id ludo ab Oſcis acceptũ, tenuit poſtea iuuẽtus, nec Hiſtrionibꝰ attingere ꝑmiſſum, q̊ factũ, ut Attellanarũ actores ne tribu quidẽ mouerent, unaq; cũ cęteris militarẽt, perinde ac Hiſtriones nõ eſſent. Res à modico & ſano principio orta, ſed quę ad inſanã rerũ opulentiam ſit poſtea ꝑducta. Medio taliũ ludorũ ſpectaculo, quum forte Tyberis Circũ maximũ inundaſſet, ingens ciuitatem terror inuaſit. Creditũ uulgo, ut uana tum fuit eius temporis ſuperſtitio, deos placamina repudiare. Eratq; ciuitas in conquirẽdis piaculis ſupra modũ occupata, quum C. Genutius & L. Æmyliꝰ cõſules ſunt facti, Quũ igit̃ uulgo morbi corpora afficerent, Dictator figendi cleui gratia dictus eſt L. Mãlius cognomẽto imperioſus: repetitũ erat memoria, clauo aliquando à Dictatore fixo, peſtilentiam in urbe ſedatam. Sed figendi claui ratio aliunde, ſumpta, quũ perrarę ea tẽpeſtate litterę eſſent, lex ſcripta fuit, ut q prætor maximꝰ in urbe eẽt, idibꝰ ſeptembris clauũ figeret, ut nota illa uelut annorũ eſſet. Lex ipſa iccirco in Mineruę templo creditur dicata: quia numerus ipſius ſit Deæ inuentũ. Fixus eſt clauꝰ dextero lateri in æde Iouis, qua parte Mineruę templũ proximum illi fuit. Primũ id Conſules factitarũt, ad Dictatores inde eſt id munus tranſlatum: quia maius eſſet imperium, poteſtq; ex hoc ipſo intelligi, Prætoris appellatione conſularem etiam & Dictatoriam dignitatem ueteres accepiſſe. Volſcinijs in templo Nortiæ deæ Hetruſcæ clauos annorum indices figi ſolitos tradidit Cincius. Mãlius Dictator, fixo clauo Hernici belli cauſa, uelut ad id exequendũ, non ad religionem creatus eſſet, acerbum habere delectum cœpit. Cęterũ Tribuni plebis in eum ferociter coorti incœpto abſterruerũt. Fuit ea res in cauſa, ut ſequẽti anno Q. Seruilio Hala, & L. Genutio conſulibus dies

Margin notes: Conſules Camilli interitus. — Conſules Primi ſcæni ci ludi. — Vnde Hiſtriones dicti. — D — Attellanæ. Exordia Attellanorum — Conſules Dictator. — Claui fixio. — Prætoris appellatio.

A dies illi ſit à M, Pōponio dicta. Inuiſa erat uulgo hominis natura ut in libera ciuitate, daba/ Mālio imperioſo dies dicitur.
turq; illi crimini, præterquā ꝙ in acerbiſſimo delectu iuuenum corpora nomen dare recuſan
tium, nudari cædiq; feciſſet, quod filium iuuenem nullius probri compertum, niſi quod tardi/
or lingua eſſet, procul urbe, domo, penatibus, ac luce hominū in agris haberet. Muta anima/
lia alere ſuos fœtus ac fouere, ſiquid ex ſua progenie parū proſpere natū ſit, at Hercule L. Mā/
lium malū malo augere, tarditatē ingenij premere, ac ſi quid naturalis uigoris filio inſit, id agre
ſti uita hominē ſuperbiſſimū extinguere. Mouit quidē alios id crimen, uerum tantum abfuit,
ut filio ſit ille aliquo modo gratificatus, ꝙ iuuenis ægre ferens, patrē ſua cauſa à Tribuno ple/
bis uexari, ut omnes dij hominesq; ſcirent, ſe patri in periculo non defuturū, conſiliū capit pie
tate magis quā ciuili exemplo probabile, cultro ſuccinctus, omnibꝰ inſcijs, ſub lucem Romam
abijt, & à porta Pōponij Tribuni domū petit, ibi ianitorem appellat, nūciariq; Tribuno iubet
T. Manliū Lucij filiū ad ianuā ſtare, qui eius colloquiū peteret. Cōfeſtim iuuenis introductus
tanquā patri iratꝰ aliꝗd occulti in reū criminis afferret, ſalute reddita & accepta, iuuenis ſecre/
tum à Tribuno petit, eſſe ait quæ remotis arbitris uelit cum eo agere. Confeſtim omnibꝰ abi
te iuſſis incautū ille Tribunum ſtricto cultro inuadit, atq; iacenti incubās, niſi, inquit, in ea uer Mālij iuuenis facinus.
ba quæ uoluero iuraueris, te à patris accuſatione deſtiturum, ego te hic Pōponi iacentē trāsfi/
gam. Ad ea pauidꝰ tribunus, nā ꝗd faceret, inerme erat corpus, & ſtrato cubās, atq; ob id iniu
riæ obnoxiū, cernere ad hæc ferrū, & iuuenem ſtolide ferocem ſibi imminere, periculo adactus
in Manlij iuuenis uerba iurat, cui dimiſſo præſtitit tribunus fidē, quam coactus dederat. Plꝰ
enim apud eū ualuit filij pietas, quā rei Manlij inuiſa omnibꝰ ſuꝑbia. Fuit ea res iuueni apud
populum honori: nā quū eo anno tribuni militū in legionibus, creandi ſuffragio eſſent (Impe
ratores antea eos creare conſueuerant. Rufulosq; uocabāt) factum eſt, ut ſecundū inter alios
Manlius iuuenis locū obtinuerit. Specus ingēs hoc anno medio foro uaſto repente hiatu pa/
tuit, incertū, motu terræ, ſeu ui aliqua occultiore. Ea uorago quum multo terræ ingeſtu exple/
B ri nequiuiſſet, canebāt uates in quo plurimū Ro. nomen poſſet ipſi loco dicādū, ſi rē Romanā Curtiꝰ lacꝰ.
incolumē uellēt. Quærebāt & ꝗd eēt illud, q̄ plꝰ Po. Ro. poſſet, quum M. Curtiꝰ iuuenis mi/
litari uirtute nobilis, caſtigata hominum inſcitia, uiris armisq; Romanos pręcipue pollere o/ Curtii equitis facinus.
ſtendit, equo inde ſedens, nunc Capitoliū & alia templa intuens, nunc manus ad deos infer
nos porrigens, pro patriæ incolumitate ſe deuouet, nec maius ullū carmē effatus, cum bellato/
re equo armatus ſeſe in ſubiectum deiecit ſpecum. Dona & fruges deſuper à multitudine ui/
roꝝ promiſcue & mulieꝝ congeſtæ, Eſtq; Lacus ipſe Curtius ab hoc, ut quidam crediderunt,
appellatus, in qua Liuiꝰ fuit ſententia, potius q̄ ab antiquo illo T. Tatij equite, qui ui hoſtiū
in lacū impulſus equo ad ſuos enatauit. Bellū ſub id tp̄s eſt Hernicis indictum, à quibus res
repetitæ fuerant nec redditæ. L. Genutius cōſul ad id bellū miſſus. Erat ciuitas tota in expecta
tionē erecta, quo euentu Genutius primus è plebe cōſul ſuis eſſet auſpicijs bellaturus. Sed ca/
ſus ita forte tulit, ut in inſidias præcipitatus, fuſis legionibꝰ ipſe ſit ab hoſte interfectꝰ: qua cla L. Genutiꝰ cōſul interficitur.
de Romā nūciata, fremere patres omnibꝰ locis, iret modo plebs, & cōtra auſpicia cōſulē ex ſuo
corꝑe crearet. Potuiſſe honores patribꝰ plebiſcito adimi, at dijs uim inferri nequiſſe. Vltos eſ
ſe eos ſuū numē, ſua auſpitia, q̄ ut primū contacta eſſent ab eo à quo tāgi nefas fuerat, deletū
cū ſuo duce Romanū exercitū. His uocibꝰ, ut tū ſtulta erat hoīm ꝑſuaſio, curia & forū ꝑſona
bant. Seruiliꝰ cōſul iuſſu patrū dictatorē Appiū Claudiū dixit. Is iuſtitio indicto delectum ha Dictator.
buit. Cæterū priuſq̄ legiōes in Hernicos ueniſſent. C. Sulpitij legati ductu res ꝑ occaſionē in
hoſtes eſt egregie geſta. Siquidē Hernicus pñti ſucceſſu elatꝰ contēptim ad Romana caſtra
oppugnāda ꝓceſſit. Hic Sulpitij hortatu, milites ira & indignatione accenſi, ſubita ex caſtris
eruptiōe, nō tm̄ uim ꝓcul diſtinuerūt, ſed terrore etiā hoſtibus iniecto, factū eſt, ut turbatis or
dinibus Hernici ſeſe in caſtra receperint. Dictatoris deinde aduētu nouꝰ exercitꝰ ueteri iūgit:
duplicatiſq; uiribꝰ, dictator laudata Seruilij uirtute, exercitū ſeſe ad ultionem expedire iubet.
Hernici & ipſi interea auctis copijs octo quadragenarias cohortes ex oī flore iuuētutis cōſcri
būt: q̄ ſeorſum à cætero exercitu ī acie ſtarēt, ut magis cōſpicua eſſet Phalāx, & ob id hoſti for
midoloſior. Ad duo milia paſſuū Romana caſtra ab Hernicis diſtabāt. Media planitie colla
tis ſignis, haud multo poſt eſt cōcurſum. Tētarūt ſæpe Romāi eqtes hoſtiū aciē ꝓrūpere, cōtra

tus ubi illis irrit⁹ ceſſit, dictatoris iuſſu ad terrā deſiliētes, in primā aciē ꝓuolant. Nec hoꝝ im- C
pet⁹ ſuſtineri potuiſſet, niſi extraordinarię hoſtiū cohortes, ſuis laborātib⁹ mature ſubueniſ-
ſent. Atrox ibi certamē ortū, ſtabantq; cetere copię uelut ꝑlij immunes, in Romanos eqtes pe

Grauis cū Hernicis dimicatio.

deſtrē pugnā ciētes, & ī Hernicas cohortes exaduerſo obiectas oculos defixæ. Multi qdē cade-
re, ſed plures oīno uulnerari. Fuitq; diu pugna anceps, poſtremo fuſi hoſtes, & in caſtra cōpul
ſi. A' caſtroꝝ oppugnatione Roman⁹, noctis interuētu, abſtinuit. Poſtridie caſtra ab hoſte de

Conſules.

ſerta, saucijs relictis, diffuſum palatūq; agmē ꝑ agros diuerſum in ſuas urbes abijt. Nec Ro-
manis īcolumis acies māſit, quarta pene militū pte amiſſa, L. Sulpiti⁹ & C. Licini⁹ Calu⁹ cōſu
les ſequēti anno exercitū in Hernicos duxere: nec hoſte uſpiā reperto Ferentinū urbē ui cepe-
rūt. Inde redeūtib⁹ Tyburtes portas urbis clauſere. Ea cauſa fuit, ut & Tyburti pplo ſit bellū

Dictator.

indictū. Eo anno Galli ad tertiū lapidē ſalaria uia ꝓxime urbē acceſſere. Dictator T. Quintius
Pœn⁹ eſt dictus, oēſq; iuniores ſacramēto adacti. Hoſtes ultra Anienē caſtra fecerant: eratq;

Gallus ingēti ſtatura.

pons medius iter utraq; munimēta: eū uacuū Gall⁹ ingēti ſtatura occupat, altaq; uoce fortiſſi
mū ꝓuocat Romanoꝝ ad ſingulare certamē, ut ex talis pugnæ euētu intelligi poſſet utra gens
melior bello eſſet. Silētiū aliq̄diu inter Romanos fuit, quū & abnuere certamē erubeſcerēt: nec
temere qſq̄ ꝑcipuā ꝑiculi ſortē peteret. Tū T. Māli⁹, L. fili⁹, q patrē à Tribunitia uexatione me
morabili pietatis exēplo defenderat, à Dictatore petijt, ut ſibi cū hoſte tā ferociter inſultāte li-
ceret dimicare, pollicit⁹ fore, ut eo certamine oſtēdetet, ſe uere ex ea familia ortum, quæ Gallo-
rū agmē ex Capitolina deiecit rupe. Macte, inqt, Dictator Māli eſto tua iſta in patrē & patriā
pietate, pge, Romanūq; nomē dijs auxiliarib⁹ inuictū præſta, Cū his dimiſſ⁹, ſcuto & Hiſpa-
nico gladio accinctus in hoſtē ire pergit. Excipit Gallus Romanū uenietē cū deriſu exerta ī de
ſpectū, ut mos eſt gētis, lingua. Cōgreſſi haud pari habitu. Erat Gall⁹ hoſtis eximia magnitu-
dine, uerſicolori ueſte amict⁹, pictiſq; & auro cęlatis fulgebat armis. Romano media ſtatura,
ī armis magis habilis, q̄ decora ſpecies, nō cantus, ut illi, nō uerborū ſtrepit⁹, uanaq; armorū ui
bratio, ſed pectus tacitę irę plenū. Erant duoꝝ exercituū lumina in unum id certamen defixa. D
Gallus ſcuto lęuaq; in Romanū proiecta, cęſim gladiū, cū ingenti ſonitu, in eū deiecit. Contra
ille mucrone ſurrecto, cum imū ſcutum ſcuto perculiſſet, hoſti inſinuatus, uētrē atq; inguina,

Manli⁹ Gallū ſternit.

uno atq; altero hauſit ictu, Gallūq; quāt⁹ erat, moribūdū ingēti ſpatio porrexit, iacentē aureo
torque ſpoliat, quē cruore reſperſum collo circūdedit ſuo. Inuaſit pauor Gallos inopinata da-
de attonitos, Romani contra alacres ab ſua ſtatione ſuū militem cū lętitia & gratulatione exci-

Torquati cognomen.

piunt, inter iocularia militum carmina Torquati cognomē auditū, uictori ipſi & poſteris dein
ceps manſit. Dictator coronā illi aureā dono dedit, eūq; ꝓ concione laudauit, Tanta ex ei⁹ pu
gnæ euētu Barbaris trepidatio orta eſt, ut ſequēti nocte, relictis caſtris, in Tyburtē agrū cōceſ-
ſerint. Ibiq; cum Tiburtibus ſocietate inita, cōmeatuq; adiuti, in Campaniā trāſiuere. Nec id
fœdus impune à Romano Tyburtes tulere. C. Petilius Balbus ſequēti anno in eos exercitum

Conſules.

duxit. Cōſul alter M. Fabius in Hernicos profectus eſt. Galli Tyburtiū oppugnatione ex Cā-
pania reuerſi, Labicanū agrū fœde populātur. Inde in Tuſculanū & in Albanū trāſgreſſi, pa-
rī clade proculcāt. Is terror Romam perlatus Dictatoris creandi materiam prębuit, Q. Serui-

Dictator.

lius Hala creatus eſt, qui magnos ludos uouit, ſi pręſens bellum proſpere ceſſiſſet. Conſularē
inde exercitum aduerſus Tyburtes ut antea bellare iubet, ipſe cum omni militari iuuentute q̄
ſacramento adegerat, in conſpectu urbis haud procul à Collina porta, cum Gallis qui effuſa
populatione Romam uenerant, confligit. Locus in quo eſt pręliū conſertū, multo promptio-
rem in pugnam Romanum reddidit. Habebat miles patriam ante oculos, uxores, natos, pa-
rentes, & oīa ꝓ quibus mortales libēter uitā paciſcunt̄. Connixus itaq; totis uiribus Roman⁹
miles, aliquāto facilius ſolito Gallū fudit, fuſum conſularis exercitus, qui circa Tybur ſedebat,

Galli uincūtur.

ferro exceptū deleuiſſet, niſi Tyburtes ſuoꝝ ꝑiculo commoti, auxilio fuiſſent. Fuit aliq̄diu gra-
ue prælium, poſtremo hi ſimul, Galliq; Tybur cōpelluntur: Fabius conſul interea proſpere in
Hernicos depugnauit. Petilius, ob Gallos & Tyburtes à ſe uictos, triūphās ī urbē redijt. Fabio
alteri conſuli minor triumphus datus, ut ouans Romam iugrederetur Dictator omni geſta-
rum rerum honore cōſulibus remiſſo, ſe dictatura abdicauit. Ridere interea Tyburtes Petiliū,
quod pro pręlio inter paucos ante portas ſuę urbis commiſſo, triumphum ſibi decerni paſſus
eſſet,

A eſſet. Sed breui fore, ut uana illa lętitia fieret Romanis funeſta. Hæc illi coram. Sequenti dein Conſules.
ceps anno M. Popilio Lenate & Gn. Mālio cōſulibꝰ, ſilētio noctis, infeſto Romā agmine pe/
tiere. Fuit nocturna illa trepidatio ciuibus terrori, conclamatū repente eſt ad arma, nec ſomno
exciti ſatis ſcire q̄ hoſtes, aut unde eſſent. Vbi uero illuxit, atq; Tyburtes eos eſſe cōſtitit, ipſo/
rū paucitate cōtēpta, duabus cōſules portis, cū armata iuuētute egreſſi, modico negocio in me
dio hoſtilē exercitū cecidiſſent, niſi ad primū clamorē p̄ agros delapſi Tyburtes domū abijſ/
ſent. Sub id tēpus Tarquinięſes, maiore agrorum q̄ urbis tumultu, Romanos fines ea parte, Conſules.
qua Hetrurię adiacēt populati ſunt. Quibus C. Plautiꝰ cōſul iuſſu populi bellū indixit. C. Fa/
bio eiꝰ collegæ in Hernicos ꝓuincia data. Occupat interea Gallici belli fama ciuiū animos, ꝓ/
opportuneq; pax Latinis data eſt, mileſq; ab his ex ueteri formula acceptus. Quibus freti au/
xilijs, minore animorū motu Romani audiuerunt Pręneſte Gallos ueniſſe, atq; inde Pedum
progreſſos. C. Sulpitius dictator eſt dictus, q̄ cū robore duorū cōſulariū exercituū in Gallos ꝓ C. Sulpitius dictator.
fectus, ubi hoſtes in conſpectu habuit, locū caſtris cepit. Neq; hi ullā prælio moram facere. Di
ctator etſi ſuos ſatis ad pugnā animatos uidebat, abſtinere tm̄ cōgreſſu, bellumq; de induſtria
trahebat, ratus oīa tp̄s hoſti deteriora facturū. Ægre ferre p̄ſentem morā Romanus miles,
Sulpitiūq; ut timidū, ſermonibus carpebat, Criminari ſimul patres, q̄ per dictatorē bellū geri
maluiſſent, ac per eū, qui uictoriā è cœlo in ſinū deuolaturā putaret. Iactati primo ſunt hi ſer/
mones in ſtationibꝰ, ut fit, inter paucos, mox in principijs ac ꝑtorio, poſtremo p̄ Seruiū Tul/
liū totiꝰ exercitus nomine oratio habita ad dictatorē cum multa q̄rela militū, ægre ferentiū, ſe
ut fœminas intra uallū teneri, ut ludibrio eſſent hoſtibus præſertim cum nulla culpa, nuſq; re
male geſta, tā inſigni ignominia afficerentur. Summa illius orationis fuit, ut dicerent milites, Ro. militū ferocia.
niſi in aciē educerentur, futurū, ut relictis caſtris, domū citato agmine abirent, aut ſine cuiuſq̄
imperio in hoſtē ex occaſiōe dimicarēt. Dictator quia rem bonā, etſi parū probabili exemplo,
fieri cēſebat, ne negādo magis iritaret milites ad aliquod inſuetū facinꝰ audendū, daturū ſe, q̄
tanto ſtudio efflagitarēt, pollicetur, q̄d ut celerius p̄ſtaret, ſubitus caſus cōpulit, nam concione
nondū dimiſſa, milites qui pro uallo ſtationē agebāt, cōſpicati iumēta in conſpectu paſcētia à
Gallis abigi, duo Romani milites ſubito occurſu p̄dam ademerunt, in eos Galli quū ſaxa con
iecíſſent, ꝓcurſum eſt à Romana ſtatione, inde alijs atq; alijs auxilio ſubeuntibus, haud ꝓcul
iuſto prælio res aberat. Centuriones ſuo interuentu pugnā inhibuere. Confirmata eſt eo caſu
apud dictatorem Tullij fides, tum demū pugna in ſequētem diē ꝓpoſita, rem nouam ad fal/ Dictatoris ſtratage/ma.
lēdos hoſtes dictator cōminiſcit, mulis ſtrata detrahi iubet, binis centūculis tantū relictis, in his
agaſones ſedentes captiuis armis inſtructi, cum centū lectis eq̄tibus, ita ut mille ferme numero
eſſent, ſupra caſtra in montes noctu abire iuſſi, ibiq; occulte ſedere, donec ad conſurgendū ſi/
gnum accepiſſent. Ipſe ubi illuxit, ad radices montiū aciē extendit, ut aduerſis montibꝰ cōflige
ret hoſtis. Haud credere poterant Galli duces Romanum in æquum deſcenſurū. Verum ubi Pugna atrox.
id fieri ſenſerūt, & ipſi, certaminis cupidi, in pugnā ruūt. Eſtq; pene prius concurſum, q̄ ſignū à
ducibus daretur. Inuaſit Gallus multo acrius dextrū Romanorū cornu, nec ea uis ſuſtineri po
terat, niſi dictator ea parte ſpectator pugnæ hortatorq; ſuis affuiſſet. Appellare quoſdam an/
xius dux, increpare alios, ut in caſtris feroces, in pugna timidos & imbelles, audire miles dicta/
toris cōuicia, tātuſq; inde pudor animos ſubijt, ut mente ab omni memoria p̄iculi alienata, cæ
ci ruerēt in hoſtiū tela. Turbauit ea Romanorum uecordia primo hoſtē, eques deinde immiſ/
ſus turbatū auertit. Dictator ubi ab una parte labentem Gallū uidit, ſigna in læuū cornu ſubi/
to conuertit, ſimulq; ijs qui poſt montes latebant ſignum dedit: tū uero poſtq̄ inde quoq; no
uus eſt clamor redditꝰ, tenderecq; ad Gallorū caſtra, obliquo monte, ſubitum agmē uiſum eſt,
metu ne ab illis excluderetur turbatus hoſtis eodem curſum intendit, obiecit ſe his M. Valeriꝰ
magiſter equitū, q̄ ꝓfligato dextro hoſtiū cornu, ad illorum munimenta adequitarat. Romani
igit̄ equitis occurſu, Galli ad mōtes fugā auertūt. Ingens inde cædes ſecuta, multi etiam in ſyluis Gallorum fuga.
cęca fuga errantes, ab ijs qui ſecundū mōtes latuerant ſunt oppreſſi, Poſt M. Furiū Camillum,
nemo de Gallis iuſtiorem, q̄ Sulpitius, triumphum egit. A' cōſulibus eodē anno uario eſt euē
tu pugnatū: Hernici à Fabio uicti p̄lio ſubactiq; ſunt. Contra Plautius incaute ac proinde pa
rū feliciter, in Tarquinienſes pugnauit. Nec tantū cladis in acie acceptū, q̄ quod Tarquinienſes

Tarquinienſes captiuos iugulãt.

Romanoꝝ odio. CCCVII. milites captos, uictimarũ more iugularunt. Vaſtati ſunt & Romani agri eodẽ anno, Priuernatiũ primo, mox Veliternorũ incurſione. C Ludi, quos Camillus uouerat, facti, & lex de ambitu à C. Petilio tribuno plebis patribus autoribꝰ, tũ primũ ad populum lata. Phaliſci ſequẽti anno & ipſi hoſtes facti, qa cũ Tarqnienſibus eorũ iuuẽtꝰ militaſſet. Ea puincia Cneo Mãlio ſorte euenit. C. Martius eiꝰ collega in Priuernatẽ agrũ duxit, lõga pace intactũ.. Ibiq; miles breui ꝑda expletꝰ, ad Priuernũ eſt urbẽ adductꝰ.

Priuernũ capitur.

Priuernatibus in urbẽ ꝓlio reiectis, quũ iã ſcalę mœnibꝰ admouerent, deditio ab oppidanis facta eſt. Triũphauit Martius de Priuernatibus. Ab altero cõſule nihil memoria dignũ fieri cõtigit, niſi ꝙ in illius caſtris lex tributim, de uigeſima illorũ q manumitterent, lata eſt. Eius legis abrogãdę, quia haud paruũ inde uectigal inopi ærario q̃rebat, autores fuere Tribuni plebis, nec tam re q̃ exẽplo moti, capite ſanxerunt, ne quis poſtea tali de cauſa populũ ſeuocaret, prohibitũq; in caſtris iam inde legem ſanciri ullã.

C. Licinius ſtolo dãnatur.

C. Licinius ſtolo hoc anno decẽ milibus damnatus, ex pręſcripto legis, q̃ ipſe tulerat, quoniam mille ſoli iugera cũ filio poſſideret. Secuti inde conſules M. Fabius Ambuſtus, & M. Popilius Lenas, Hic in Tyburtes proſpere rem geſſit. Alterũ conſulẽ Phaliſci & Tarquinienſes prima pugna fuderunt Romanis falſa ſpecie & uelut phanatica, deceptis. Sacerdotes hoſtiũ cũ facibꝰ incenſis, furiali inceſſu, anguiũ nodos intẽdẽtes, militẽ ſpectaculo inſueto turbauerũt. Inde ubi à cõſule & Tribunis cœptũ ẽ in uanũ illũ metũ reclamari, ꝙ puerorũ more talia expaueſcerẽt, pudore affecti milites ferociter in hoſtes uertunt, atq; in ea ipſa, q̃ nuper extimuerũt, uelut amentes ruunt. Ibi hoſtili ludibrio confeſtim diſcuſſo, in armatos cuneos ſeſe inferũt. Fuitq; tãtus Romanoꝝ in ꝓliũ impetus, ut ne armato quidem nõ modo inermi hoſte ſuſtineri potuerint, fuſa acie caſtris Romanus uictor cum multa præda potitus eſt. Concitauit hæc Phaliſcorũ & Tarquinienſiũ clades omne Hetruſcũ nomẽ in Romanos, atq; duobꝰ populis ducibus, ad Salinas uſq; prædabundus hoſtis proceſſit.

Rutiliꝰ primꝰ à plebe dictator.

Aduerſus hunc terrorem Martius Rutilius primꝰ è plebe dictator eſt dictus. Qui C. Plautiũ & ipſum plebei ſanguinis, magiſtrũ eqtũ dixit. Ferre id iniquo animo patres, indignantes non conſulatum mo- D do, ſed dictaturã etiam in ꝓmiſcuo eſſe, nihil itaq; illi decernere, ut irrita dictatura flueret, ea iniuria populus inſtructus, maiore q̃ ullo antea ſtudio omnia ad bellum neceſſaria detulit: parato itaq; exercitu Rutilius in hoſtẽ cõtendit, exercituq; ratibus Tyberim traiecto, populatoribus multifariã oppreſſis, ex improuiſo caſtra hoſtium adortus, ui cepit. Octo milia hoſtiũ capta Romã duxit, ac ſine patrũ autoritate, populi iuſſu, triũphauit.

Rutiliꝰ primus iniuſſu patrum triũphat Ochus.

Atq; ita cõtigit, ut Rutilius qui primꝰ è plebe eſt dictator creatꝰ, idẽ primus inuitis patribꝰ legitimũ de hoſte triumphum egerit, fuitq; annus ille quadringenteſimus ab urbe condita, poſt urbẽ à Gallis receptã qntꝰ, ut Liuius ſcribit, & quadrageſimus. Quo anno duo patricij, q̃q̃ Tribunis reclamantibus, creati ſunt conſules, Sulpitius Peticus & M. Valerius Publicola. Sed dũ hæc in Italia gerunt, Ochus Artaxerxis filius in Perſis regnũ obtinebat. Perijt Artaxerxes iã nonagenarius, quum duos & LX. ut Plutar. ſcribit, regnaſſet annos, ut Euſebius XL. in cuius tempa quidã rejciunt, q̃ de Heſtere puelle à nobis alio ſunt loco prodita. Plutarchus q eiꝰ uitã accuratiſſime ſcripſit, nullam fecit Heſteres mentionẽ. Fuit Ochus omniũ, q in Perſide regnarũt crudeliſſimꝰ. Is Apodaſmo Iudæoꝝ capta, loci accolas in Hyrcaniã trãſlatos, circa Caſpiũ mare collocauit. Sidonem euertit, & Nectanebone rege in Æthiopiam pulſo, Ægyptũ ſuo adiũxit imperio: Regnabat & Philippus Amyntæ filius in Macedonia, in Sicilia iunior Dionyſius, q Dionis cõſilio, cuiꝰ opera in adminiſtrando principatu nõnihil eſt uſus, Platonem in Siciliam accerſiuit.

Plato ingẽti honore à Dionyſio excipitur.

Cui uenienti uittatã nauim miſit obuiã, mox in littus delatũ quadrigis excepit albis. Hũc Dionis impulſu quũ impenſius audire cœpiſſet, pauciſq; poſt diebus præco de more illi perpetuũ principatum alta uoce precaretur, nõ deſines, inquit, nobis has diras imprecari: Percrebuit inde rumor, fore, ut Platonis ſuaſu Dioni aut ſororis eius Ariſtomachæ filijs relicto principatu, Dionyſius Athenas nauigaret, ut ibi ſub Platone magiſtro in Academia priuatus ageret. Hos rumores Dionis ęmuli diſſipandos curant, ut maior illi inuidia inde conflaretur. Hi autem ſub id tempus quo Plato per literas accerſebatur, pro magno negocio habuerunt, ut Philiſtus q à Dionyſio patre fuerat relegatꝰ, ab exilio reuocaret, ut haberẽt quẽ Platoni apd Dionyſiũ opponerẽt. Philiſti igit & alioꝝ criminationibꝰ prio Dion i ſuſpicionẽ ductꝰ, qa ad Carthaginẽſiũ ꝑ-

fectos

A fectos libellũ dediſſet, ut nõ niſi ſe p̃ſente tũ Dionyſio de pace agerẽt, ei⁹ epiſtola ad Dionyſiũ Dionis exilium.
perlata cõfeſtim Dionẽ in Italiã deportari iuſſit. Quod ubi palã eſt factũ, triſtitia & mœror ci
uitatem inuaſit, ſed maior regiã ipſam, erat Dion tyrãno pnecesſarius. Nã & ſoror Ariſtoma
cha ſeniori Dionyſio nupſerat. Erat iunior Dionyſius ex Doride Locrẽſi altera cõiuge natus,
duxiſſetq́ȝ idẽ in cõiugẽ Sophroſinã ex Ariſtomacha ortã. Dionyſius ad p̃ſentẽ inuidiã leuã
dã pbreuẽ peregrinationẽ à Dione ſuſceptã p̃dicabat, nec multo poſt illũ ſuis affuturũ, mox
poteſtatẽ fecit Dionis neceſſarijs, ex ei⁹ bonis quantũcũqȝ pecuniarũ uellẽt ad eũ trãſmittẽdi,
ut ubicũqȝ eſſet laute, & ꝓ priſtina fortuna uitã ageret. Breui poſtea Platonẽ quoqȝ nihil inui
tum ex Sicilia dimiſit, pollicitus fore, ut intra annũ Dionẽ reuocaret. Nec ita longo interiecto Archita & Pythagorici.
tempore Archita & alij Pythagorici, qui in terra Italia erãt, à Dionyſio fatigati, ut Platoni per
ſuaderent uti ad ſe ueniret, futuꝝ repromittens, ut eo audito, Dionem in Siciliã reuocaret. Mi
ſit & ipſe hoc nomine Archidamũ cũ triremibus, quibus Platonẽ q̃ honorificentiſſime in Si
ciliam deferret. Ea cauſa Platoni fuit tertio in inſulã nauigandi. Nam maiore Dionyſio ꝗ fuit Platonis caſus.
Hermocratis fili⁹ primo in inſulã nauigauit, inſulã & ætneũ craterẽ inſpectur⁹, cęterũ cũ ſęuiſ
ſimo principe congreſſus, quia tyrannidẽ uituperaret, parũ abfuit, quin ab eo ſit interfectus, à
Dione exoratus & Ariſtomene Polidi Lacedæmonio, qui publice legatus Syracuſas uenerat,
ea cõditione tradidit ut ꝓ ſeruo uenderet, Æginę uenditus eſt, & ab Anniceri Cyrenaico xx.
minis redemptus, quidã triginta prodiderunt. Eius itaqȝ aduentus æque Dionyſio Syracuſa
niſq́ȝ lętiſſimus fuit, obtulitq́ȝ tyrann⁹ illi pergrandẽ dono pecuniam, quã quũ Plato accipere
recuſaſſet, Ariſtippus dixiſſe fertur, tuto liberalis eſt, & munificus Dionyſius, ꝗ cũ plurib⁹ in
diget pauca tribuit, Platoni, ꝗ nihil accipit, multa exhibet. Primo igĩ ſatis familiariter congreſ Ariſtippi dictum.
ſi ſunt, mox ſermone de Dionis reſtitutione iniecto acerbi⁹ inter eos diſceptari cęptũ. Secuta
& cõuicia, celare tñ omnia tyrãnus. Accidit interea ut Helycõ Cyzicenus unus ex Platonis ęq̃
libus deliquiũ ſolis p̃dixerit, quare à Dionyſio argẽti eſt talento donatus. Tum Ariſtipp⁹ ego Helicon. Cyzicenus.
B quoqȝ, inquit, habeo quod diuinẽ, rogatus ut diceret, Prędico, inquit, breui fore, ut Dionyſius
& Plato ex amicis inimici fiant. Ac ſic certe accidit. Bonis enim Dionis à tyranno uenditis, Pla
to eius ſatellitibus ad cædẽ eſt obiectus, quorum ſtationi proximum eſt illi domicilium datũ.
Oderant illi Platonem, quia credebatur Dionyſio ſuadere, ut dimiſſa cuſtodia priuatus age
ret. Eratq́ȝ per hęc Plato in aperto uitæ diſcrimine conſtitutus, quum ab Archita & Pythago
ricis legati affuere Platonem à Dionyſio repetentes, cui⁹ ſalutis ipſi obſides fuiſſent. Atqȝ ita
Plato eſt à tyranni ſæuitia ſeruatus. Dion iam inde animam ad Dionyſium bello perſequen
dum adiecit, cuius cõſilij Platonẽ expertẽ habuit, uel quia iã grãdis natu eſſet, uel poti⁹ q̃d ho
ſpitalia iura, quæ illi cum tyrãno intercedebant, haud uiolaturus crederetur. Speuſipp⁹ ex Pla
tonis ſorore ortus qui cũ auunculo Syracuſis uerſatus, rerũ omniũ ſtatũ ꝑ ſe diligenter explo
rauerat, quantũ in Dionem propenſa eſſet ciuitas, & in quanta expectatione ipſius reditus fo
ret, cũ caſtris Platonicis ſe illi fautorẽ prębuit. Dion interim per alios: ut res occultior eẽt, militẽ
ad bellũ cõquirere. Adiũxerũt ſe ſpõte illi Eudemus Cyprius, ad quẽ moriẽtem librũ de anima Dion militẽ cõparat.
Plato dedit, & Timonides Leucadius. Ex Zacinthijs quoqȝ octingenti in re bellica exercitatiſſi
mi. Erat Syracuſanorũ exulũ manus ingens ſupra mille numero, ex quib⁹ uix qnqȝ & uigin
ti allici potuerũt, ut ſe expeditionis illius comites profeſſi ſint, ueriti alij Dionyſij potentiã, cui
ccc. aderãt triremes, decẽ milia equitũ, bis totidem pedites, damnare ob id multi Dionis in
ceptũ, uelut præ nimia in tyrannũ ira deſipientis. Ille accuratiſſima oratione uſus confirmauit
nõnihil ſuoꝝ animos. Cæterũ in Siciliã tranſmiſſurus, quũ luna pleno luceret orbe, repẽte ob
tenebrata eſt. Id prodigiũ, uelut infauſtum, ſocijs auerſantibus, Dion, Miltha uate in mediũ
ꝑducto, oſtendit deliquiũ lunę natura fieri. Verum ſiquid mali res ipſa portenderet, id totũ Prodigia ſub Dionis acceſſum.
ad tyranni exitium pertinere, quod principatus ille qui in omnibus gentibus clariſſim⁹ obdu
ctis uelut tenebris eẽt inuoluẽdus. Nec ſolũ id ſignũ Dionyſij cladẽ pręceſſit ſed mare etiam,
ꝙ Syracuſanã arcem alluit, dulces & potu ſuaues per diem unũ habuiſſe aquas dicitur. Sues
ſine auribus nati. Et aquila de cœlo lapſa iaculum ſatelliti abreptum in ſublime detulit. Quæ
prodigia ad ipſius principatus euerſionem attinere pleriqȝ uatum cecinerunt, fore affirman
tes, ut tyrannica illa temporum aſperitas, amariſſimuſq́ȝ rerum ſtatus miſceret, aureſq́ȝ ciuiũ
à crude

à crudeliſſimo imperio auerterentur, tollereturq́ʒ uis regia Iouis nutu, cui aquila eẽt ſacra. Militibus in naues impoſitis, quũ tertiodecimo die Dion in Siciliam ueniſſet, eſſetq́ʒ haud multo poſt in terram deſcenſurus, tẽpeſtate repente orta in altũ eſt euectus, ibi ingenti procella cum periculo iactatus, poſtremo ad maioris Syrtis capita, cum tota claſſe eſt delatus. Nec ita multo poſt, auſtro ex inſperato flare incipiente, plenis in Siciliam uelis eſt reuectus. Ante Minoam primo in ancoris ſtetit, erat id oppidum Carthaginenſium. Synabus, qui locũ præſidio obtinebat, ignarus, qui hominũ hi eſſent, arcere milites à littore primo conatus eſt. Cæterum oppidanis in fugam uerſis, mixto agmine Dionani urbem irrumpunt, Ibi duces inter ſe cogniti, erat enim Synabus peruetus Dionis hoſpes, nemine uiolato, urbs Synabo reſtituta eſt. Ibiq́ʒ bene gerendæ rei ſpem omnibus attulit. cognitum eſt Dionyſiũ in Italiam, cum octoginta nauibus trãſmiſiſſe. Maturatũ itaq́ʒ Syracuſas, omnibus auxiliaribus id petentibus. Equites qui Ecnomũ incolebant, eunti ſe Dioni ultro adiunxere, inde & Heloi. Dimocrates, cui Dionyſi⁹ ſororẽ ſuam Aretam locauerat matrimonio (fuerat Areta Dionis coniunx) audito hoſtiũ aduentu, ad Dionyſiũ expeditiſſimũ nunciũ cũ literis mittit, qui quum in Italiam traieciſſet, atq́ʒ Cauloniã ad Dionyſiũ tendit, labore uictus paululũ ſe quieti dedit, interim lup⁹ odorẽ carnis ſecutus, quam ille, ab hoſpite quodam inter eundũ dono acceptã ſacculo incluſerat, dormienti loculũ cum carne & literis abſtulit. Experrectus tabellarius quũ aliq̃diu literas fruſtra requiſiuiſſet, ueritus ad tyrannũ accedere, ex itinere auerſus, in exiliũ abijt, Atq́ʒ ita accidit, ut Dionyſius quæ in Sicilia fiebant tardi⁹ reſciuerit. Camarinei interea ſe Dioni agglomerãt, & agreſtis Syracuſanorũ multitudo ingens. Dimocrates, qui p̃ſidio urbis erat, cũ Leontinis Epipolas ab initio occuparat, à quib⁹ deſtitut⁹ ſe in urbẽ recepit. Erantq́ʒ iã circa Dionem ad quinq́ʒ armatorum milia, qui poſtridie q̃ Epipolarũ p̃ſidio Dimocrates deceſſerat, Syracuſas pgreſſus, ingenti fauore & lætitia in portis ab omnibus excipitur, mox in tyranni familiares factus eſt impetus. Dimocrates quum in ſubita defectione ĩ arcẽ recurrere nequiſſet, cõſcenſo cõfeſtim equo fuga ſibi ſalutẽ q̃ſiuit. Atq́ʒ ita anno octauo & quadrageſimo q̃ ſub tyrannis eſſe cœperãt, uetus eſt Syracuſanis libertas reſtituta. Quacunq́ʒ Dion cõmeabat, à multitudine ſpargebatur floribus, ipſe p concione ciues ad libertatẽ tuendã hortatus, muro arcẽ à terra circũſepſit, quo ſeptimo die Dionyſius claſſe aduect⁹ eſt. Fecit ille ab initio ſpem tyrannidis deponẽdę, ſuiq́ʒ in ordinẽ redigendi, petijtq́ʒ proinde à Dione ut aliquos ex ſuis ad ſe mitteret in arcẽ, cum quibus de pace certi aliquid poſſet tranſigi. Eos miſſos Dionyſius in carcerẽ cõiecit, atq́ʒ una Barbaros milites in murũ arci obductũ repẽte immiſit, cõtinuo ibi pugna cõſerta eſt, Dionq́ʒ tragula uulneratus, multi uarijq́ʒ fuerũt utrinq́ʒ conatus, ad poſtremũ ex Dionanis quatuor & ſeptuaginta cęſis, Barbari cũ aliquanto maiore cęde ſunt in arcẽ cõpulſi. Affuit interea Philiſt⁹ ex Italia cum auxiliari claſſe, quo oppreſſo ac crudeliter necato, deſperatis rebus tentauit tyrãnus certa conditione arcẽ relinquere. Cęterũ Syracuſani rati fore ut eum uiuũ caperẽt, nullas tyrãni admittebãt cõditiones, ibi Dionyſius arce Policrati tradita, ipſe ſecunda tempeſtate in Italiã nauigauit. Interim populare ſtudiũ, quo nihil in humanis rebus eſt mutabili⁹, à Dione in alios inclinauit, creãturq́ʒ p̃fecti q̃nq́ʒ & xx. q̃ rei Syracuſanę p̃eſſent, Milites q̃ cũ Dione uenerãt, tentati primo, an p̃tio ab eo alienari poſſent: ubi in fide pſtare, nec facile mutari poſſe uiſi ſunt, hoſtiliter Syracuſani in eos coorti ad unum obtruncaſſent, niſi Dion in hos caſ⁹ paratus, cum ſuorum globo, diſcuſſa multitudine, urbe exceſſiſſet. Bis conſerto prælio dimicatũ, in urbe primo, mox extra muros, atq́ʒ utrobiq́ʒ Syracuſani uicti: Dion cum auxiliariorum manu in Leontinos contendit, ubi multa apud ſocios queſtus de ſuorum ciuium iniuria, tam diu ibi fuit, donec in urbem ſit precibus reuocatus. Eo enim abſente, quum Syracuſani Nicipſium ex Italia à Dionyſio miſſum ut arci commeatum importaret, nauali prælio uictũ, quatuorq́ʒ nauibus prius adeptis, in arcẽ cõpuliſſent, ea uictoria elati, intempeſtiua cõuiuia, uelut nullus in urbe hoſtis eſſet, inter ſe agere, libertatis propriæ ſalutiſq́ʒ immemores. Ea hoſtium negligentia animaduerſa: Nicipſius Barbaris militibus repẽte immiſſis, murum quem Dion arci obiecerat, ſubita ui demolitus, urbem tumultuoſa cæde & rapina inuadit multi paſſim obtruncati, quidam etiam uiui in arcem abducti, creſcereq́ʒ in dies ferocia hoſtibus erantq́ʒ Syracuſani in luctu & mœrore, quũ eorũ conditio longe deterior eſſet, q̃ eorum q̃ bello capti ſunt.

Diõ tẽpeſtate iactatur.

Siciliæ motꝰ ſub Dionis aduẽtũ. Dionis felicitas in tabellario.

Dion Syracuſas ingreditur.

Philiſti infelix exitus

Dion à Syracuſanis pellitur.

cædes

A cędes,incẽdia,direptiões ante oculos fieri,qb⁹ malis quũ minime ab ĳs iret̃ obuiã,q reipubli/
cæ præerãt,tum demũ Dionis p̃ſentia cœpta eſt deſiderari,placuitq; Leontinos,ubi erat,lega Dion reuocatur.
tos ſuppliciter mitti,q illi publico noĩe ſatiſfaceret,orarẽtq; ut laboranti patriæ ſuccurreret,q,
tantũ abfuit ut facere recuſarit,ut milites quos ex Peloponeſo ſecũ deduxerat,q oĩa pri⁹ malle
quã Syracuſanis hominũ ingratiſſimis ſuã operã impertire,hortatus ſit ad id obſequiũ. Atq;
ita ille in patriã reuocat⁹,primo cõgreſſu Nicipſiũ & Barbaros cũ multa cæde in arcẽ conięcit.
Exin arcẽ nocte q ſecuta eſt, iterũ circũſepſit. Fuitq; id opus nõ minori ciuibus admirationi
quã hoſti,imperiũ proinde terra mariq; ei publice delatũ,nec diu hoſtea Dionyſĳ filius deſpe Arx Dioni deditur.
ratis rebus,arce Dioni tradita,cũ matre & ſororibus & triremibus q̃ndecim,regia gaza onu/
ſtis ad patrẽ nauigauit.Dion Atreta cõiuge Ariſtomacha filioq; Hipparino ſeu Areteo,ut Ti Dionis modeſtia.
mæus ſcripſit cũ arce receptis,ea Syracuſanis tradita,ipſe in paternã domũ cũ ſuis reuerſus,ci/
uilẽ uitã inſtituit.Quę modeſtia maiorẽ etiã illi famã nõ ſolũ inter ſuos,ſed tota etiam Græcia
magnaq; Italiæ p̃te peperit,Dedit inde Dion operã,ut p̃ſens ciuitatis ſtatus optime ſtabilire
tur,quo æquiore animo tulit Heraclidis cædẽ,quẽ collegã ſeditioſum in republica fuerat ſorti
tus.Ipſe haud multo anteq̃ interfectus ſit,in domeſticũ luctũ incidit,filius pubertatis annos
ingreſſus,puerili quadã iracundia,ſponte præcipitatus perĳt.Vtraq; clades terribili fuerat illi
oſtẽto præmonſtrata,ſedebat forte cogitabundus in cubiculo ſolus,primis ſe tenebris intẽdẽ Oſtentum Phaſma.
tibus quũ repẽte ſtrepitus ingens in ea parte ædiũ quæ erat cõtra cubiculũ,aures perculit.Tum Dioni oblatum.
ille maligna luce intuitus,uiſum eſt ipſi muliebri ſpecie ſimulachrum, ſtatura enormi nihil à Dion interficitur.
tragico cultu diuerſum, ſcopis pauimẽtũ uerrere,quo aſpectu perculſus,amicis ad ſe uocatis,
iuſſit eos ſecũ p̃noctare,ne id phaſma iterũ ſibi p̃ noctẽ obuerſaret.Nec multi inde dies inter/ Athenarũ ſoboles.
ceſſerũt,quũ ipſe Calippi Atheniẽſis fraude,quẽ in Sicula expeditiõe ſociũ habuerat,& à Za
cynthĳs eſt militib⁹ domi iterfectus.Nec Calippus hominum neq̃ſſimus(merito enim Athe
næ pictæ ſunt olim,ut bonorũ optimos,ita peſſimos malorũ ferre homines) Dioni multum
B ſuperſtes fuit,qui tota Sicilia eiect⁹,Rhegĳ quẽ locũ occupauerat,eodem ferro,quo Dionem
peremerat,à ſuis transfixus perĳt.Poſt Dionis interitũ,mãſit nõnihil libertas incolumis Sy/
racuſanis.Cæterum Siculis ciuitatibus uarie à Syracuſana re alienatis,alĳs alio caſu afflictis, Dionyſius principatũ recuperat.
Dionyſius mercenario milite uſus,decimo demum anno quã principatu exciderat Syracuſas
adortus,iterum in ſeruitutẽ redigit.Quos ille quum multo crudeli⁹,ut ab exilio reuerſus, quã
antea premeret, nobiliſſimi quiq; urbe dilapſi,ad Icetem Leontinorũ principem ſupplices cõ
fugiũt,eũq; ſibi ducẽ aduerſus tyrannum eligũt.Punica interim claſſis Sicilia appellitur, quo
terrore perculſi Siculi Corinthũ mittunt,qui inde auxilia implorarẽt.Corinthĳ Timoleontẽ
ducem,& copias in Syracuſanorũ gratiã cõparant.Erant Syracuſani Corinthiorum coloni,
ſed dum Timoleon ſe ad profectionẽ cõparat,Icetes interea q ad tyrannidẽ occupandam ani
mum adiecerat,ſocietate cũ Carthaginenſibus occulte inita,quos auxiliares ſe habiturũ ſpera
bat in Dionyſĳ principatu euertendo per literas Corinthios à præſenti expeditione conatur
auertere,multũ periculi adituros ſignificans,ſi in Siciliam claſſe trãſmitterent,Cartaginẽſibus
omnia circa inſulam late obtinentibus,Dediſſe pręterea ſe operã, ut ſociæ ciuitates aduerſus
punicas opes tyrãno iungerentur,Hæc ille:quibus tantum abfuit ut Corinthĳ à pręſenti ex/ Timoleon Corinthi⁹.
peditione terreri potuerint,ut maiore,quã antea,ſtudio,rebus ad bellũ paratis,Timoleon cõſe
ſtim in Siciliã trãſmittere ſit iuſſus.Icetes interea Dionyſiũ p̃lio uictum in inſula obſidebat,iu
bebatq; Carthaginẽſes bono animo eſſe,affirmans fore,ut tyrãno ante Corinthiorũ acceſſũ
ſublato,inter ſe inſulã partirent̃.Carthaginenſes & ipſi legatos Timoleoni miſerũt obuiã,qui
illũ hortarent̃,ut remiſſis Corinthũ nauibus,ipſe ſe Iceti ſociũ adiungeret,qui iam in poſſeſſi/
one eſſet uictoriæ.Benigne audire omnia Timoleõ,ſed ni hilo ſecius ex Rhegino littore Tau
rominiũ trãslat⁹,ubi Siciliã tenuit,mille ſtipatus militibus,quos ſecũ ex Peloponeſo aduexe/
rat,ab Andronico Taurominiorũ principe benigne acceptus,apud illũ nõnihil ſe tenuit dum
omnia ad bellũ neceſſaria expedit.Affuerunt interim Carthaginenſiũ legati, q ex triremi An
dronicũ affati,minaciter urbis euerſionẽ denũciant,q, eã Corinthĳs patefeciſſet.Idq; quũ ge/ Andronic⁹.
ſtu etiã manus ſignificarẽt,eã ſępius uerſando,ſubridẽs Andronicus,uidete,inq̃t,niſi hinc ſta
tim in altũ abieritis,ne iſta reſupinatio in ueſtrã nauim incidat.Fuit alioq Andronicus homo
in Si/

in Siculis,tẽpeſtate illa,longe iuſtiſſimus,ac Timei,ꝗ hiſtoriam ſcripſit,pater.Potitus eſt inde C
*Timoleonis ſucceſſus.*
Timoleon Andrano oppido,CCCXL.ſtadia à Taurominio.Erãt uulgo omnibus Siculis ſu/
ſpecti Græcorũ duces,ob Calippi Athenienſis,& Pharnacis Lacedæmonij ꝑfidiã,ꝗ Poſt Dio/
nis cędẽ Siculis ſuaſerãt,ut ſub tyranno mallent agere,ꝗ̃ ſuis legibus uiuere.Excludebãtur ob
eam rem Corinthij paſſim ab inſulanis.Andranitę diuerſis factionibus agitati, uno tpe Ice/
tem alij accerſiuerãt alij Timoleonẽ,quo cõtigit,ut Corinthius dux Icetẽ,qui cũ quinqȝ milib⁹
hominũ ante Andranũ metabatur,improuiſo acceſſu adortus,caſtris exuerit,ac tũ Andrani/
tæ fortunã ſecuti,Timoleonẽ in urbẽ accepere.Fuit ea uictoria ad res gerẽdas Cõrithijs ꝑop/
portuna,ſiquidẽ, paucis diebus,multarũ urbiũ legati ad Timoleonẽ uenere,amicitiã & ſocie/
tatẽ pollicẽtes.Quędãctiã urbes ſeſe agrũq́ȝ ſponte dediderũt,quin & Mamerc⁹ Catanię tyrã
*Dionyſius Corynthũ mittitur.*
nus cũ Corinthijs ſocietatem iniјt:Tum Dionyſi⁹ eam animorum inclinationem ſecut⁹,quũ
iam Icetem deſpicatũ haberet,ad Timoleonem mittit,qui illi & Corinthijs ſe,arcẽ, & omnem
regiam fortunam dederent,nec Timoleon tantam prętermiſit occaſionẽ,quadringentos cum
Euclide & Telemacho Corinthijs miſit,qui arcem à tyranno reciperent, in qua recepta pręter
regiam ſupellectilem,quæ immẽſi fuit precij,tantã uim armorum repertam ferunt,ut LX.ho/
minũ milia ad bellũ inde cõmode inſtruerentur.Dionyſius pręter arma,uim etiam equorum
ingentem & milites Timoleoni tradidit,ipſe ſumptis pecunijs,cum paucis neceſſariorũ, clam
Irete qui urbem obtinebat,ad Timoleonem nauigauit.Ille tyrannũ,cum una naui & modicis
pecunijs Corinthũ trãſmiſit.Quo Græcorũ multi,illius uidendi ſtudio,nauigarũt. Alij priſti/
næ fortunę celebritatẽ, alij priuatũ odiũ ſecuti,ut ueterẽ ſuperbiã priuato exprobrarent.Multi
fortunę uolubilitatem in eo intuiti dolebant, humanarum rerũ fragilitatẽ ſecũ reputãtes,ꝗ̃ ꝗ
maiores eſſent,eo ſua mole grauius ruerent.Ille uero quaſi ſui oblitus,nũc in unguẽtaria ſede
bat taberna,nũc miſcere ſe mulierculis,& cauponulas freꝗ̃ntare, ut iã uulgo potator diceret.
Interdũ & muſicos in uijs docebat, enixeq́ȝ dabat operã, ut per cõtentionẽ theatrales cantus,
& harmonias ſuauiores redderet.Id credo ſecuti ꝗdã ſcripſerũt, ludũ etiã habuiſſe,unde uox D
illa memorabilis ipſi⁹ Dionyſij ſit audita,ſe ex tanto nuper principatu deiectũ,idcirco ad pue
ros inſtituẽdos potiſſimũ mentẽ adiecisse,ut in aduerſa fortuna haberet ꝗb⁹ poſſet imperare.
Rogatus ꝑterea ꝑ contẽptũ à quodã,ecquid ex Platonis conſuetudine fuiſſet adeptus:an par
tibi,inquit,adepti uidemur,quũ ꝑſentẽ fortunã tã fortiter feramus? Multa huiuſmodi acute
dicta ab eo ferunt,quę dubiũ faciunt,eſſet ne ſordidũ ingeniũ in cauſa,ꝗ oẽm priſtinę ꝑſonę
dignitatẽ tam breui exuiſſet,an diſſimulatio potius animi,ex ſpe recuperãdi adhuc regni pen
dẽtis.Ipſe in tyrãnide ampliſſima natus,decẽ annos anteaꝗ̃ à Dione pulſus ſit, tenuit princi/
*Dionyſij caſus aduerſi*
patũ,& duodecim poſt Dionis interitũ.Quo temporis ſpatio nũꝗ̃ fere bellicis fuit curis liber.
Nec tantũ incõmoda hęc ille in tyrannide perpeſſus,que cõmunia ſunt omnibus regna obti/
nentibus,ſed filiarũ uirginũ,ſororis ac coniugis hoſtium libidinibus proſtituta corpora, atq́ȝ
in mari cum filijs pubeſcere incipiẽtibus immerſa:quæ reputatio ſatis demonſtrat, quã infe/
lix res ſit uiolentus principatus,recteq́ȝ ſenſiſſe ueteres poetas,qui tyrannos fecere amicorum
non auri inopia perire,quod Periander ille Corinthius ſecutus,frequẽter in ore habuiſſe tra/
ditur,beneuolentia regem non armis munitum eſſe oportere.Diogenes Cynicus,qui tũ Co/
rinthi,erat,cum Dionyſio cõgreſſus ita primum hominem affatus dicitur:uiuis, inquit, Dio/
nyſi,tanquã uitæ indigus:Plato priuſquã Corinthiũ ille deportatus eſſet, uita deceſſerat.Ti
moleon L.dierũ ſpatio,quã in inſulam traiecerat,Syracuſana arce potitus,quum Andrani ad
huc eſſet,parum abfuiſſet quin inter ſacrificandum ſit Icetis fraude oppreſſus.Erat Icetes Sy
racuſis, arceq́ȝ terra & mari uarijs conatib⁹ oppugnabat,Inde longiorẽ moram pertæſus Ma
gonẽ Carthaginenſem uelut in partem uictorię Syracuſas cum opulenta claſſe pertraxit.Pœ
nus cum centum quadraginta nauibus portũ ingreſſus,petẽte Icete,caſtra in urbe poſuit, ac
tum demũ Carthaginẽſes Syracuſis potiti ſunt,quum ad id tẽp⁹ multa obid ipſum bella i Si
cilia geſſiſſent.Timoleon interea lintribus per uadoſa ſtagna immiſſis, occulte ſuis, qui in ar
ce erãt,cõmeatum ex Catonia ſuggerebat,quod fieri ubi Mago & Icetes exploratum habue
re.Cataniã ſtatuunt eximprouiſo occupare,lectoq́ȝ ex omni exercitu militum robore, cũ ma
gna parte claſſis Syracuſis proficiſcunt.Nec fefellit Corinthios,qui in arce erant,hoſtium di
ceſſus:

ceſſꝰ.Neon p̃ſidij p̃fectꝰ,ubi urbẽ punico milite exhauſtã uidit,ac ſi q relicti erãt eos negligẽt Corinthij
agere, facta ex arce eruptione i ncautũ hoſtẽ aggredit̃,multaq́ʒ cæde paſſim edita Acradinã, Acradinam
locũ ſecundũ arcẽ Syracuſis munitiſſimũ,occupat,ubi immẽſa uis tritici aſſeruabat̃. Eũ locũ occupant.
Neon irrequieto opere cõmunitũ p̃ſidio firmat.Mago & Icetes trepidiſſimis nũcijs reuocati,
ubi Acradinã amiſſã audiuere, negocio infecto Syracuſas reuerſi ſunt. Interea duo milia mi
litũ ex Peloponneſo in Siciliã trãſfretauere,tãta maris trãquillitate,ut nauigijs ſedẽtes natãtis
eq̃s habenis traxerint. Timoleõ hoc copiaꝝ ſupplemẽto fretꝰ,Meſſana primo potitus ẽ,inde
ſtructa acie Syracuſas ire p̃git, fortuna magis q̃ʒ uiribꝰ fidẽs,quũ q̃tuor milia militũ nec ãpliꝰ
ſub ſignis haberet,cõtra Mago ad quadragita hominũ milia ſecũ adduxiſſet. Vbi in cõſpectu
hoſtiũ Corinthij ſtetere,colloquiaq́ʒ inter eos & ſtipendiarios milites haberentur,magna ſuſ/
picio Magonẽ inceſſit,ne ſibi inſidiæ ab Icete tenderentur.Eo itaq́ʒ inuito atq́ʒ identidẽ pre Magonis
cante,ut urbẽ ſecũ tueri perſeueraret,monſtrante ad hæc quanto ipſi uiribus & cõmeatu præ ſtultitia.
ſtarent,fore ut hoſtes breui reꝝ omniũ inopia adacti,nõ arce ſolũ,ſed tota inſula excederent,
hæc & alia Icete fruſtra prædicante Mago claſſe cũ toto exercitu ſubducta in Libyã abijt. Per/
ſeuerauit Icetes nihilo ſecius in retinenda urbe. Cæteꝝ Timoleon haud una parte urbẽ ador/
tus,ſine ullo maiore certamine,Syracuſis eſt potitus. Tum ille nihil nobiliſſimo arcis appara
tu ut Dion cõmotus,per præconẽ Syracuſanos ad tyrannorũ ſedem euertendã euocat, qua
funditus diruta,ut omnis tyrannorũ memoria aboleretur,eoꝝ ſepulchra,domũ regiã,demo/
litus eſt. Populare inde regimen induxit Timoleon,& foꝝ inſtruxit.Et quia tyrannoꝝ ſeuitia,
uarijq́ʒ bellorũ caſus,magnã fecerant in urbe uaſtitatẽ,uolentibus Syracuſanis Timoleõ Co/
rinthum ſcripſit,ut ſi ita uideretur,nouam Syracuſas coloniam mitterent. Corinthij, ut alio
eſt à me loco demonſtratum,urbem ipſam condidere,docere adhæc Timoleon, cur ita facto
opus eſſet,periculum eſſe affirmans,ne ſi paꝝ tempeſtiue nouis colonis ciuiũ numerus auge/
retur,urbs in tanta ſolitudine prædæ Carthaginenſibus eſſet,quippe qui dicerẽtur Magonis
ducis corpus,qui mortem ſibi conſciuiſſet,ob relictæ urbis irã,in crucẽ ſuſtuliſſe,ſtudioq́ʒ no/
uam claſſem parare,ut ſub uernum tempus inſulã repeterent. Corinthij colonis ex tota Græ
cia & Aſia allectis, decẽ milia numero Syracuſas habitatum trãſcripſere. Timoleon & ipſe in/
terim ex Sicilia & Italia,& loci opportunitate liberalitateq́ʒ ſua contraxerat,ut iam ad quadra
ginta hominum milia urbem incolerent. Nec Syracuſana libertate contentus Timoleon, cæ/
teros Siciliæ tyrannos bello adortus,Icetem armorum metu compulit,ut arcem demolitus in
Leontinis priuatus ageret. Alijs deinceps multis,ſecundum Icetem in poteſtatem redactis, ac
Corinthũ miſſis,Sicilia tyrannide liberata,ad urbem legibus formandam animũ adiecit,qua
media cura Carthaginenſes cum ſeptuaginta milibus hominum. cc. triremibus ad bellũ in/
ſtructis,& mille nauibus Siciliam repetunt. Præerant claſſi Bomilchar & Haſdrubal miſſi eo
conſilio,ut ex tota Sicilia Græcos eijcerent. Is Carthaginenſiũ apparatus, adeo Syracuſano/
rum animos fregit,ut dementem Timoleonem putarent,qui cum quinq́ʒ milibus peditum,&
mille equitibus ſtatuiſſet hoſtibus occurrere. Profectus tamen ille cũ ijs copijs ad Criniſiũ am Criniſius
nem quo ſciebat hoſtẽ uenturũ,octonis peruenit caſtris,quum igitur tumulum aſcendiſſent, fluuius.
unde hoſtium caſtra primo conſpici potuere,mulis apium herbam ferentibus occurrunt. Ter Omen in Apio
ruit id omen milites: Apio ſepulchra coronari ſciebant,unde adagiũ illud frequens inter Græ Adagium.
cos,incurabilẽ ualitudinẽ Apio indigere. Timoleon longe aliter interp̃tatꝰ,Coronas ſuis ante
uictoriã oblatas dixit,ĩ Iſthmijs em̃ uictores Apio coronabant̃. Poſtridie Carthaginẽſes Cri/
niſiũ ſuperare adorti,iam currus & ſcutatorũ uim ingentẽ traiecerant, cũ Timoleon priuſq̃ to/
tus exercitus fluuium ſuperaret,equitem immiſit,ipſe cum phalange peditũ è ueſtigio ſecutus
hoſtẽ ferociter inuadit. Suſtinuere Cartaginenſes ab initio Græcorũ impetũ. Cæteꝝ ubi gla/ Tempeſtas
dijs res geri cœpta eſt,ſubito ex montibus ſtupenda tonitrua ſonuere,fulguraq́ʒ cœlo caden/ ſæua.
tia pugnantium ſtrinxere oculos,inde imber uento permixtus à uertice Græcis illatꝰ,Cartha
ginenſium ora occupat. Et iam præ nimio cœli ſtrepitu ducum imperium exaudiri non pote/
rat. Degrauari interim imbribus ueſtes,arcuſq́ʒ & cætera inſtrumenta inutilia fieri. Sed nihil
æque Pœnorum animos turbauit,quàm quod tranſeuntium ſtudio refractis Criniſij aggeri
bus, uorticoſus & uiolentus amnis cœpit oĩa circa loca inundare, ut iã alijs alij auxilio eẽ non

poſſent. Poſtremo lectiſſima cohors à Timoleone in hoſtẽ ſua ſpõte turbatũ immittit᷑, tũ uero
Carthaginẽſium fuga.
Carthaginenſiũ multitudo cœno & aq̃s fœde colluctata, in fugã auertit᷑. Multi ĩ ipſa planitie
ſunt oppeſſi, alij ui aquarꝫ & fluminis uorticibus abſorpti perierunt. Decẽ Barbarorꝫ milia cõ
ꝑlio deſiderata, & in his tria Carthaginenſiũ opibus & dignitate inter ſuos longe principum.
Nullo ad id tẽpus ꝑlio Carthaginenſes tot uiros una pugna amiſerãt, nã cæteris bellis merce
Ingens præda.
nario milite plurimũ uſi fuerant, uincereq́ non uinci conſueuerant. Caſtris Timoleon potit⁹,
quinq́ milia hoſtiũ cepit, mille thoraces, ſcutorũ decẽ milia, auriq́ & argenti maius oĩno pon
dus q̃ pro numero hoſtiũ credi poſſit. Punica ſpolia Corinthũ miſſa ſolenniq́ titulo dedica
ta. Quoniã Corinthij atq́ Timoleon imperator Græcos in Sicilia è Cathaginenſiũ manibus
liberarunt, Dijſq́ munera ſuſpenderunt. Timoleon Syracuſas reuerſus mille milites qui ab
eo ante initum certamen diſceſſerant, ante occaſum ſolis Syracuſis iuſſit excedere, atq́ tota Si
cilia faceſſere. Icetes & Mamercus Cataniæ tyrannus inſignẽ uictoriã Timoleoni inuidentes,
ſocietate cũ Carthaginenſibus occulte inita impulſores fuere, ut non multo poſt Giſgonem
cũ. LXX. nauibus in Siciliã miſerint. Ac tũ primũ Carthaginenſes Græco ſunt milite uſi, circa
Meſſanã primi hoſtiũ motus extitere, ubi trecenti Timoleonis milites periere. Congreſſus in
Recens Timoleonis uictoria.
de eſt Icetes cũ Timoleonne ad Tamiriã flumẽ, milleq́ militibus amiſſis ex acie aufugit. Nec
ita longo interiecto tẽpore quũ Timoleõ aduerſus Leontinos mouiſſet, Icetẽ cũ filio Eutimo
captũ capitali ſupplicio affecit. Fama eſt Eutimũ ob uerbũ in Corinthios temere iactatũ, ꝙ ꝓ
concione dixiſſet, ſi Corinthiæ mulieres domo egrederentur nihil moleſtũ fore, nihil timen
dum; eaq́ contumelia materiã Timoleoni ꝓbuiſſe ut capitaliter in Eutimum animaduerterit.
Icetes ſupplicio afficitur.
Adeo moleſtius contumeliã quã detrimentũ ferunt mortaliũ quidã, uerba q̃ facta, quũ plus
certe odij ſit in maledictis quã uitij. Icetis uxor filiæ & ipſæ Syracuſis damnatæ Icetinæ crude
litatis uix integrꝫ hoſtimentũ, ſiquidẽ Dionis uxorẽ & Ariſtomachã ſororẽ filiũq́ adhuc pue
rum Icetes in mari uiuos merſerat. Icete cũ tota domo ſublato in Mamercũ mota ſunt caſtra,
Mamercus uincitur.
qui iuxta Cataniã prælio uictus, & intra mœnia cõpulſus, duo hominũ milia amiſit. Tyrãnus
una aduerſa pugna fractus, in Italiã ad Lucanos nauigauit, eos in Timoleonẽ exciturus. Inte
rea Timoleon Catania recepta, in Hipponem Meſſanæ tyrannum uertit omnem belli im
Mamerci tyranni exit⁹
petum. Quem cum ipſa urbe, paucis diebus, in ſuam poteſtatem redegit. Captus eſt ibi & Ma
mercus, qui ex Lucania in inſulam redierat. Is ad Timoleonem perductus, quum pro ſe dice
re eſſet exorſus, militeſq́ illi obſtreperent, dolore & ira percitus, abiecto pallio, caput in ſubſel
lia, uelut ibi moritur⁹, impegit. Sed ab ea ui reuocatus, paucis diebus, eo quo cæteri prædones
affectus eſt ſupplicio. Tyranniſq́ per hæc tota Sicilia extirpatis, inſulam non ſolum libertate
inſignem, ſed cultu etiam frequentiorem, dux Corinthius reddidit, per quæ nomen immorta
litatis adeptus, à ſummis uiris Ageſilao, Epaminonda & Pelopida magnopere colebatur, qui
adhuc in humanis agebant, quum à Timoleone hæc in Sicilia facta dicuntur. Affuit illi talia
Timoleonis exitus.
gerenti dexter quidam genius, ut quanto Epaminondas & Ageſila⁹ labore & difficultate glo
riam fuerunt aſſecuti, tanta Timoleon in clariſſimis rebus gerendis felicitate, ſecundaq́ fortu
na ſit uſus. Ipſe uxore in Siciliam accerſita domoq́ numini conſecrata, in amœniſſimo agro,
quem à Syracuſanis dono accepit, reliquum uitæ egit, neq́ enim ciuili inuidiæ ſe obtulit am
plius, quod ambitioſi quidam duces facere noluerunt, qui poſt clariſſimas res geſtas, in ciuili
Honores Timoleoni decreti.
multitudine uerſati, quia honoribus modũ ſtatuere nequerunt, naufragium in portu fecere.
Syracuſani defunctum magnifico funere extulerunt. Super alios honores, huiuſmodi præco
nium in eius funere editum. Populus Syracuſanus Timoleonẽ Timodij filium ducentis mi
nis funerauit, ac per omne æuum Muſica Equeſtria & Gymnaſtica eius honoris gratia inſtitu
Oratores.
it certamina, quoniam profligatis eiectiſq́ Siciliæ tyrannis, Barbariſq́ debellatis, leges Sicu
lis edidit. Et Sicilia in hunc modũ pacata aliquãdiu quieuit. Florebãt interim clariſſimi in Græ
Diogenes.
cia oratores, Demoſthenes Athenienſis, Æſchines eius æmulus, Hiperides, & alij Atticæ elo
quẽtiæ longe principes, uixere una. Sed procul Athenis, Diogenes Cranij Corinthiaci longæ
uus incola, Cynicæ diſciplinæ cultor. Huius illud eſt, Turba ingens, ſed uiri pauci: Omniũq́
malorum arx cupiditas. Extant & alia ab eo acute dicta, quæ numero exequi alienum ſit à pro
poſita ſtili breuitate. Nonaginta uixit annos, uiditq́ Alexandrũ ducem iam robuſtum, de cu
ius patre

A ius patre Philippo Amyntæ filio ordo tépoꝝ exigit ut dicamꝰ, ſed Romana adhuc illis præfe/
renda. Poſt Rutilij plebei hominis dictaturam C. Sulpitio Petico, & M. Valerio Publicola
Conſules.
patricijs conſulibus creatis, nono año quàm lex lata erat, ut alter ex plebe conſul crearetur, ni/
hil eo anno foris relatione dignum fieri contigit, niſi quod ex Tyburtibus Empuliũ eſt captũ.
Empulium
Maius omnino certamen conſulibus in urbe fuit cũ plebe annitentibus, ut integer conſulatus
iam inde in nobilitate eſſet. Extulerant credo Patricij animũ, quod contra præſcriptũ legis am/
bo ſui ſanguinis conſules eo anno creati eſſent: Contra plebs fremere regeſq; ac decemuiros,
Diſcordia ciuitatis.
& ſi quod triſtius imperij nomen animo occurreret, citius latura uidebatur, quàm magiſtratũ
duorũ ciuiũ uirtute quæſitũ, uniuerſo ordini per ignauiam extorqueri. Seuire tribuni aſſiduis
concionibus. Deſcenſum alienis utrinq; animis in campũ, atq; per irritas altercationes, quum
plures dies comitiales extjſſent, poſtremo Tribuni conſulum pertinacia uicti, clamitantes
actum de libertate eſſe, urbem captam & oppreſſam patriciorum regno, cũ magna parte ple/
bis ſeſe ex campo proripuerunt. Sequuntur nihilo ſecius incœptum conſules, atq; ea ciuiũ in/
frequentia, quæ aderat, comitia perficiunt, creãturq; iterum ambo patricij conſules M. Fabius
Conſules.
Ambuſtus & T. Quintius. Quidam M. Popilium pro T. Quintio ſcripſere. Tiburtes eo an/
no uicti deditionem fecere, Saſſula ex his urbe prius capta, triumphatumq; de ea ciuitate eſt.
Fuitq; uictoria illa mitis, magis in Tarquinieſes ſæuitum, q acie uicti, quotquot uiui capti ſunt
præter. CCCLVIII. nobiles, qui Romam miſſi ſunt, cæteri ad unum trucidati. Nec mitior ꝑ/
pterea factus eſt populus in eos, quibus armatus miles pepercerat, in foro uirgis cæſi, ad unũ
Tarquinieſes Romæ in foro cæduntur.
ſecuri ſunt percuſſi. Idq; ꝓ Romanis in Tarquinienſium foro immolatis, eſt pœnę hoſtibus
repenſum. Fœdus eo anno cum Samnitibus, qui ad hoc ipſum legatos Romam miſerant, eſt
ictum. Creati deinde conſules patritij ſanguinis C. Sulpitiꝰ Peticꝰ & Marcꝰ Valeriꝰ Publico/
la, bellũ & à Ceritibus inſtabat, qui Tarquinienſium conſanguineoꝝ cæde permoti, bellũ ſtu/
dio inſtruebant, & Latinoꝝ legati nũciabant Volſcos in armis eẽ, ſuiſq; finibꝰ imminere. Pro
B fecti cõſules in prouinciã Valeriꝰ in Volſcos cõtendit, q ubi ex Sulpitij literis cognitũ eſt ma/
ius, q̃ opinio eẽt, bellũ ab Hetruſcis imminere, Ceriteſq; cũ Tarquinienſibꝰ ſentire, Romam
conſul reuocatus iuſſu patꝝ T. Manliũ L. filiũ dictatorẽ dixit. Manliꝰ conſulari exercitu cõten
tus, bellũ Ceritibꝰ indixit, qui ubi ſe hoſtiliter peti uiderunt, ſubita pœnitentia adducti Romã
legatos mittunt, eiꝰ culpæ pœnã deprecaturos. Legati à patribꝰ ad populũ reiecti, multũ pro
concione obteſtati ſunt, ut pro ueteri ſua pietate in Veſtã & cæteros Romanos deos quos Sẽ
nonico bello, ab omni externa iniuria, pientiſſimo hoſpitio ſeruaſſent, ne p̃ſentem noxã ulti/
one perſequerentur. Tarquinienſes ſceleſtiſſimos homines quũ infeſtũ agmen per Ceritẽ a/
grũ ducerent, traxiſſe ſecũ ui potiuſq̃ uoluntate ſuã iuuentutẽ, iam omnes penitere facti, poſce
req; ſuppliciter ueniã, paratos eẽ ſe diſſoluere quanticunq; ea iniuria æſtimaretur, reſpicerent
uetꝰ meritũ potiuſq̃ præſentẽ culpã, paterenturq; ſuo beneficio eẽ incolume Romanoꝝ ſacro
rum uetꝰ receptaculũ: darent eam ueniã Veſtali religioni & dijs, quos Cerites non ſolũ ſeruaſ
ſent, ſed religioſe etiã & caſte coluiſſent. Valuit plus uetꝰ meritũ apud Romanos, q̃ p̃ſens cau
ſa, ueteris beneficij potiuſq̃ præſentis iniuriæ memores. Data eſt pax Ceritibꝰ, & induciæ ĩ cẽ/
tum annos. In Phaliſcos inde itum, qui in eadẽ cauſa erant, hoſtes ibi nuſq̃ reperti, ager fœda
populatione uaſtatꝰ. Nec in Hetruria aliud eſt eo anno geſtũ, legionibꝰ Romã reductis tur/
res & muri inſtaurati, Apolliniq; ædes dedicata eſt. Longũ deinde certamen plebis & patrum
conſularia comitia ad undecimũ interregnũ ꝓtraxit, Tribunis Licinia lege innixis, cõtra patri/
bus totũ potiꝰ conſulatũ tollere paratis, q̃ promiſcuũ habituris. Poſtremo Tribuni, obtinue/
Conſules.
runt, ut C. Martiꝰ Rutiliꝰ è plebe cũ P. Valerio Publicola ſit Conſul factꝰ. His conſulibꝰ ad
Quinqueuiri Menſarij.
fœnebrẽ cauſam leuandã quinqueuiri Menſarij creati ſunt, qui à pecuniæ diſpenſatione ap/
pellati, ſuo arbitrio æs alienũ ex publico diſſoluerent, q̃ res inueteratã urbanæ diſcordiæ mate
riã prorſus è ciuitate ſuſtulit. Exierant iam conſules in prouinciã, quũ ex Hetruria trepide nũ/
ciatur duodecim eiꝰ gentis populos in Romanũ nomen coniuraſſe. Patres ſenatuſconſultum
Dictator.
ad conſules in caſtra miſerunt, ut ſtatim Dictatorẽ dicerent, C. Iulius eſt dictꝰ, & foris oĩa ge/
Conſules.
ta fuere. Dictator Romã reuerſus comitia conſularia habuit. Suntq; duo patricij conſules cre
ati, C. Sulpitiꝰ Peticꝰ, & T. Quintiꝰ Pœnꝰ. Ambo copias in hoſtes duxere, hicq; Phaliſcos, il/

le Tarquinienſes petijt. Agri late utrobiq; uaſtati, quũ ipſi mœnibus incluſi tenerent. Fractiſ/ C
q; ea clade animis pacẽ petiere, quam legatis Romam miſſis in quadaginta annos impetra/
runt. M. Fabius inde Dictator eſt creatus, ut Tribunis Liciniæ legis aſſectorib⁹ reſiſteret, ſed
plus lex ualuit quàm dictatoria maieſtas. M. Popilius Lenas ex plebe cum L. Cornelio Scipi/
Conſules.
one eſt conſul creatus. Popilio Galli prouincia extra ſortem, collega infirmo, eſt data. Erant
Galli in Latino agro. Conſul cum quatuor legionibus in hoſtem iturus patrib⁹ autor fuit,
ut ad nouos caſus alterum in urbe exercitum ſubito cõſcriberent. Vbi hoſtis in conſpectu fu/
it, Popilius, niſi eorum uiribus prius exploratis, certus erat omni certamine abſtinere. Man/
dat itaq; caſtris locum cõmuniri. Galli Romana ſigna procul intuiti, nullam p̃lio moram
facturi, inſtructa acie ſe Romanis oſtentant, ubi nihil inde moueri uident, rati id metu fieri
militem operi intentũ tumultuoſe inuadunt. Opus nihil eorum incurſu eſt remiſſum. Prin/
cipes et haſtati Gallum temere ſubeuntem, facile, uelut ex ſuperiore loco ſubmouent. Iacere
interim uallũ, et foſſam ducere triarij, mox uero Galli multis telis onetati, uelut ultimo conatu
Gallorũ impetus.
in caſtra euaſuri, in aduerſos Romanorum ordines cõnixi, caſtrorum munimenta ſubeunt.
Tum Romanus et ipſe maiore impetu inuectus precipitem egit hoſtem ad imum collem, ubi
maior hoſtium moles Romanis obſtitit, abũdabat enim Gallus multitudine, Conſulq; eo
congreſſu humerum ſauciatus, parumper acie exceſſit. Fuitq; interim lentior pugna, mox ob/
ligato uulnere in prælium reuerſus, procul ad ſuos exclamat, qd ſtatis milites? non cum Vol/
ſcis & Hetruſcis uobis res eſt, quem uictum armis ex hoſte ſociũ tibi aſciſcas, à tali hoſte hauri/
endus eſt ſanguis, aut dandus. Egiſtis hoſtem ſupina ualle precipitem, ſuꝑ ſtrata corpora di/
micatis, complete eadem ſtrage campos, qua tumulos repleſtis. Nolite expectare dum ex no/
Gallorum cædes.
ſtro abeant conſpectu, conſertum p̃lium uirtute decernite. His hortationibus cõnixus miles,
hoſtium manipulos perrumpit, ordinibus inde confuſis, cum ſtrage et cęde multa totis cam/
pis Gallos diſſipat. Albana arx illis profugiũ fuit. Conſul, quia uulnere grauabatur, à longi/
ore inſectatione abſtinuit. Caſtra hoſtium uictor diripienda dedit militibus. Inde Romam D
eſt exercitus reductus. Triumphus dilatus quoad Popilius à uulnere conualuiſſet. Secuti
Conſules.
conſules, L, Furius Camillus & Ap. Claudius Craſſus, qui priuſquam magiſtratũ inirent,
Popilius de Gallis triumphauit. Galli ex Albana arce excurrentes, & Græca claſſis in Antiatis
Laurentiniq; tract⁹ oram ex alto inuecta, p̃ſentem annum fecere inſignem. Maritimi prędo/
nes cum Gallis congreſſi, incerta uictoria ſeſe ad naues receperunt. Concilium frequens La/
tinorum ad lucum Ferentinę habitum, ubi Romanis auxilia de more poſtulantibus, reſpon/
Latini à Romanis deficiunt.
ſum eſt, deſinerent tandem iis imperare, quorum auxilijs indigerent. Latinos ꝓ ſua libertate
potiuſq̃ pro alieno imperio bella obituros. Subita Latinorum defectio eo Romanis terribili/
or fuit, quod duo externa bella ſatis ſua magnitudine, ciuitatem ꝑ id tempus ſollicitam habe/
rent. Tum uero qa aut propriis uiribus ſtandum erat, aut bello ſuccũbendum, accuratiſſimus
in urbe & totis agris eſt delectus habitus. Suntq; decem legiones conſcriptę, quaternum mili/
um & ducenum peditum, equitum trecentorum. Appius Claudius medio belli apparatu uita
deceſſit, incumbebatq; totum onus reipu. Camillo alteri conſuli, qui duab⁹ legionibus ad ur/
bis præſidium relictis, cæteras copias cũ L. Pinario prætore partitus, eũ matitimam oram ad/
uerſus Græcos tutari iubet, prędoneſq; procul lictoribus arcere. Ipſe ad hoſtẽ eo conſilio pro/
ficiſcit, ut uago pabulatorum incurſu inhibito facile hoſtem, qui in horam ex rapto uiueret,
Gallorum uagi excurſus.
aſſidendo domaret. Et Galli in conſpectu erant, quum ex his unus magnitudine corporis &
armis inſignis, haſtam et ſcutum quatiens, ex Romanis, q ſecum bellũ decernat, unũ aliquem
alta uoce prouocat. Erat in caſtris, M. Valerius Tribunus militum adoleſcens, q T. Mãlii ex/
Valerij cũ Gallo certamen.
emplum imitatus, explorata conſulis uoluntate, inſtructus armis in Gallum cõtendit: mirum
eſt quid in ea pugna accidiſſe aiunt, coruũ Romani militis in certamẽ eũtis galeã inſediſſe. Tri/
bunus uelut omen cœlo demiſſũ lętus accepit, precatuſq; eſt numen, ut qcũq; deorũ eſſet, p̃ſen
tem ſibi pugnam ſecũdaret. Fuit deſceps miraculo, ꝙ illico conſertis manib⁹, ales alleuans ſe,
roſtro & alis aduerſũ hoſtẽ nõ prius infeſtare deſtitit, q̃ Gallus tali ꝓdigio territ⁹, oculoſq;
ſimul & mentẽ turbatus, ferro ſit a Valerio ꝓſtrat⁹. Fuerant utrinq; qetæ ſtationes, cæterum
Galli ſuũ bellatorem cadentẽ conſpicati, haud paſſi iacentis corp⁹ diripi, in Valeriũ ſpolia de/
trahentẽ

A trahentem decurrunt. Deuolant eo & Romani milites, aliquãto celerius, cõmittiturq; atrox p̃/
lium. Stationarij primo occurrũt. Mox leuis armatura. Poſtremo totæ utrinq; legiones in pu/
gnã ruũt. Adiuuat Romanas uires conſul ſua p̃ſentiã & hortatione, iubetq; militẽ in pugnã
fortiter ire, ac deoꝝ omẽ ſequi, ibiq; Gallorum cateruas proſternerent, ubi eorum ducẽ Roma/
nus ſtrauiſſet miles. Fuit id certamen acre ac diu anceps, inter eos q ab initio cõcurrerant. Ve/
rũ ubi Romana acies eo incubuit, oĩs Gallorum multitudo, priuſq̃ ad iactũ teli ueniret, fugã
arripuit: per Volſcos & Phalernum agrum diſſipati, ĩ Apuliam & orã ſuperi maris abierunt. Coruini co/
Conſul Tribunum pro concione laudatum, decem bobus & corona aurea donauit, manſitq; gnomen.
illi ab eius uictoriæ euentu auxiliariq; alite, Coruini cognomen, eſtq; ea apellatio in poſteros
propagata. Iunxit inde conſul caſtra cũ prætore aduerſus Græcos, qui de induſtria bellum tra/ Dictator.
hẽtes, pugna abſtinebant, dixitq; abſens patrum iuſſu, T. Manlium Torquatum ad conſula/ Coruini cõ/
ria comitia habenda dictatorem. Quibus conſules creati ſunt, Marcus Valerius Coruinus. ſulis ætas.
quum tris & uiginti natus eſſet annos, M. Popilius Lenas. Camillus interim nihil cũ Græcis
memorabile geſſit, q̃ quum aliquandiu in Latini littoris ora ſine prælio uerſati eſſent, aqua de/
ficiente, in altum abierunt. Qui Græcorum fuerint, qui tum Latium claſſe ſunt infeſtare adorti
ꝓ certo non ponit Liuius, Siculos tamen fuiſſe ſuſpicatur, atq; ab eius terræ tyrãnis claſſem in/
ſtructam. Sed Timoleonis ductu & auſpicijs, ꝑ hæc tempora Sicilia tyrannide liberata eſt, ut
Plutarchus uidet̃ ſignificare. Peſtilentia nonnihil eſt Romæ laboratum, & cũ Carthaginenſi/
um legatis fœdus ictum, ocium domi foriſq; fuit. Sequenti anno, T. Manlio Torquato, & C. Conſules.
Plautio conſulib⁹ cũ Volſcis inde bellũ fuit, quum iam cõſules eſſent Valerius Coruinus ite/ Conſules.
rũ & C. Petilius, nunciabat̃ Antiates legatos Latiũ circuire, ad cõcitandũ in Romanos bellum.
Coruinus ad Satricũ cũ exercitu ꝓficiſcitur: q̃ Antiates & alii Volſci præparatis ad id tẽp⁹ co/
piis, occurrunt. Nulla itaq; dimicandi mora facta eſt. Volſci, ferocior ad rebellandum gens q̃ ad
bella obeunda, modico negocio uicti, Satricum fuga repetunt. Cingit oppidum Romanus
uictor, ſcaliſq; circa muros admotis, deditio facta eſt: quatuor armatorum milia cum imbelli Conſules.
multitudine dediti, eos ante currum uinctos triumphaus conſul egit. Secuti conſules, M. Fabi/
us Dorſuo, & Seruius Sulpitius Camerinus, quo anno Auruncum bellum ab repentina eſt
incurſione cœptum, metuſq; ciuitatem inceſſit, ne totius Latini nominis cõſenſu, Aurunci ar/
ma induiſſent. Ob id, L. Furius Camillus, filius credo illius qui Gallos urbe expulit, aut eidẽ Dictator.
arctiſſima cognatione ꝓpinquus, dictator eſt dictus, Romanæ legiones ĩ Auruncos cõfeſtim
ductæ, ibiq; prædonũ animi magiſq̃ hoſtium reperti, deſcenſum tũ in aciem Dictatorq; Iu/ Iunonis mo
noni monetæ ædem uouit, ſi uictor acie diſceſſiſſet. Tũ damnat⁹ uoti, ubi Romã uenit, autor nætæ tẽplũ.
patribus fuit, ut duũuiri crearẽtur ad eã ædem in capitolio erigendam, ubi fuerant Mãlii Ca/
pitolini ædes, annoq; ſequenti q̃ uota fuerat dedicata eſt. Conſules dictatoris exercitu ad bel/
lũ uſi, Soram de Volſcis ui ceperunt: habuit annus q ſecutus eſt, C. Martium Rutiliũ, & Tit.
Manlium Torquatũ conſules, in Albano lapidibus pluit, & nox interdiu uiſa eſt intendi, feriæ Prodigium.
proinde indictæ, dictatorq; ad id creatus P. Valerius Publicola, nec tantum à Romanis tribu/
bus ſupplicatum, ſed á finitimis etiam populis. Iudicia eo anno po. in fœneratores facta, quib⁹ Conſules.
eſt ab ædilib⁹ dies dicta. Ortum inde bellum cum Samnitibus eſt, M. Valerio Coruino & C.
Cornelio Coſſo conſulibus, gente tum opibus & armis ualida. Quod bellum aliud graui⁹ cũ Samnites.
Pyrrho rege, mox et cum Pœnis grauiſſimum peperit. Samnites à Sabinis oriũdos eſſe Græ/
corum quidam arbitrati ſunt, & ob eam cauſam Sabellos diminuta uoce nuncupatos. Ferunt
Sabinos cũ difficile bellũ aduerſ⁹ Vmbros gererẽt, oĩa eo anno nata, ſi uincere daret̃, uouiſſe,
cui⁹ uoti haud multo poſt damnati, nata partim ſacrificarunt, pueros Marti conſecraſſe cõtẽti Opici.
adultos ĩ coloniã miſere. Hi ĩ Opicorũ agro, ueterib⁹ inde incolis bello eiectis, ſibi ſedes quæſi/
uere, q̃rũ opes adeo deiceps creuerũt, ut. lxxx. milia peditũ, &. VIII. equitũ, aliquãdo ad bellũ in/
ſtruxerint. Fuerunt q ſcriberẽt Lacones cũ his poſtea habitaſſe, alii Pithanas fuiſſe uolũt, atq;
Tarentinis oriundos, Nulla Italiæ gẽs diutius Ro. uires exercuit. Ferox genus hoĩm, & ad bel/ Samnitium exitium.
landũ natura cõparatũ. L. Sylla dictator poſtremo gentẽ ipſam deleuit, q̃s p̃lio uictos, ac fere
ad unũ ĩterfectos, ad quatuor milia, ut quidã tradũt, ꝑ deditionẽ recepta ĩ cãpo Martio ad Oui
lia militib⁹ ad cædem immiſſis triduo iugulauit, faſſ⁹ nunq̃ Romanũ populũ pacẽ habiturum

donec Samniticum per ſe nomen cõſiſteret, cui fortuna belli peperciſſet, eos proſcriptione in/ C
ſectatus, ad unum pene ſuſtulit. Eius gẽtis urbes fuere Bouianũ, Eſernia, Pãna, Teleſia, & alię

Samnitiũ urbes.

pleręqꝫ uicatim conſtitutę, quæ oẽs alię alio caſu interiere, tantum Venuſia & Beneuentum no/

Samnitium mores.

ſtra tempeſtate eius gentis urbes extãt. Veterem Samnitium morẽ fuiſſe tradũt, ut decem q̃t/
annis uirgines, forma & uirtute eximia, ex omni uirginũ numero legerentur, quæ totidẽ opti/
mis adoleſcentibꝰ matrimonio locarentur, nec in affinitate iungenda cuiq̃ rei, preterq̃ uirtutis
ratio habita, ut optima optimo locaretur, ea lege, ꝙ ſiqs uitę inſtitutũ in peius mutaſſet, publi/

Sidicini. Samnitici belli cauſa.

ce cõnubio priuaretur, qua ignominia nulla eẽ poterat grauior. Florebant itaqꝫ per id tempus
Samnitium opes, erantqꝫ ipſi Romanorum ſocii, quum Sidicinis ꝗ Teanum habuerũt, magis
qa plus poterant, q̃ ꝙ iuſtam ullam haberent belli cauſam, arma intulerunt. Sidicini Campa/
nis ſeſe iũgunt, ꝗ inter finitimos & ipſi maxime pollebant. Hi ocij & luxus magis q̃ rei bellicæ
ſtudioſi, in Sidicinio agro haud magno negocio uicti, oẽm belli molẽ in ſe uertunt. Samnites
omiſſis Sidicinis Capuam finitimorum arcem, unde maior ſpes prædæ, & gloria maior oſtẽde
batur, ferociter inuadunt. Tifata, colles Capuæ imminentes primo occupãt, inde quadrato ag/
mine urbem petunt. Campani hoſtẽ ĩ planitiem digreſſum prælio excipiunt, ſed nihilo ꝓſperi/
or fuit ea Campanis pugna, q̃ Sidicinis fuerat, uicti magnaqꝫ cum ſtrage ĩ urbẽ deiecti, Romã

Oratio Cãpanorũ ad ſenatum.

legatos mittunt, qui auxiliũ ab inuicta ciuitate peterent. Hi in curiam introducti, in hunc maxi
me modum locuti dicunť, Cãpanus populus nos huc miſerũt patres cõſcripti, perpetuã à uo/
bis amicitiã, præſensqꝫ auxiliũ petitum. Eam ſi ſecundis rebus noſtris petiſſemus, ut facilius, ita
infirmiore uinculo contrahi potuiſſet. Eteni memores nos ęquo fœdere in ueſtram amicitiam
ueniſſe, amici tantũ fuiſſemus, non ut nũc, ſi recipiamur, ueſtro beneficio obnoxii, ꝗ niſi ingra/
ti erimus, colamus perpetuo neceſſe eſt Romanũ nomen, ꝙ in dubiis rebus noſtris, ueſtra ope
adiuti ſimus, ueſtris armis, ueſtra uirtute defenſi. Neqꝫ uos mouerę debet, ꝙ Samnites prius in
fœdus uenerint. Haud enim in id eſt ea ſocietas inita, ut non liceat uobis alios aſciſcere, quum
libitum fuerit, fuit equidem eritqꝫ ſemper ut reor uobis iuſta cauſa eorum recipiendi, ꝗ ueſtrã D
ultrò appeterent amicitiam. Sumus nos Campani, etſi afflictus rerũ ſtatus prohibet noſq̃q̃
de nobis magnifice loqui, & urbis amplitudine & agri ubertate, nullis Italorum præterq̃ uobis
ſecundi, qui ſi in amicitiã recipiamur, quantæ rebus ueſtris acceſſioni futuri ſimus, facile eſt cõ/
ſiderare. Volſci & Equi æterni Romani nominis hoſtes, quum nos à tergo eſſe uiderit, deſinẽt
tandem ueſtra arma ſollicitare, uel ſi qd temere mouebũt, facilior de his uictoria ſequetur, quũ
in medio bellare coacti, uelint nolint cadant neceſſe eſt, illiſqꝫ ſubactis in Cãpaniam uſqꝫ oĩa
pacate Romani obtinebunt. Acerbum eſt & miſerum ꝙ fortũa nos fateri cogit, eo hodie res no
ſtrę ſitę ſunt loco patres cõſcripti, ut poſthac aut uobis amici futuri ſimus, aut inimici. Veſtra/
rum partium, ſi ueſtro benęficio ſeruemur. Hoſtes ſi uicti capiamur, nec tutum erit ueſtris rebꝰ
Samnitiũ opibus totã Campaniã accedere. Æquum eſt preterea omnibus ueſtrã miſericordi/
ã implorare P. conſcripti, ſed illis præcipue, qui ut ab aliis iniuriam auerterent, bellũ in ſe uerte/
runt, q̃q̃ ꝓ Sidicinis uerbo, pro nobis armis pugnauimꝰ. Nulli non perſpicuum erat Samniti/
um latrociniũ, poſteaq̃ Sidicinorum opes deflagraſſent, ad nos, qui finitimi eramus, peruentu
rum, & non tam noſtra iniuria iritati ultionẽ quærunt, q̃ oblatam occaſionem cupide complexi
noſtris fortunis imminent. Nam quæ tam infeſta eſt hæc in nos Samnitium ira, quam noſter
ſanguis duplici clade diffuſus explere nequiuerit? Adde agrorum populationẽ, prædas homi/
num atqꝫ pecudum actas, uillarũ incendia, omniaqꝫ ferro & igni uaſtata. At his ira expleri nõ
potuit, q̃ utiqꝫ nulla eſt, cupiditas eos ad noſtrã urbẽ oppugnãdã ĩpulit, aut urbẽ pulcherrimã
delere uolũt, aut certe poſſidere. Sed uos potiꝰ Romani, ueſtro beneficio, eã uobis urbẽ uendi/
cate, q̃ illos ſuo maleficio habere patiamini. Scio eqdẽ me hęc apud eos loqui, ꝗ nulla iuſta re/
cuſent bella, uerum affirmare audeo, ſi tantum auxilia oſtenderitis, bello nihil opꝰ fore. Haud
eñ ſupra nos aſcẽdit Samnitium ſuꝑbia, umbra ueſtri auxilii tuti, ꝓculdubio erimꝰ, q̃cq̃d iam
ĩde fortunarũ Cãpanis fuerit, uobis acceptũ relaturi, imò id ipſum totũ ueſtrũ exiſtimaturi, uo
bis Cãpanꝰ ager arabiť, uobis frequẽtabiť Capua, tanta ueneratione uos ꝓſequemur, quanta
gratę ciuitates atqꝫ optime ĩſtitutę, cõditores ſuos, parẽtes, deos ipſos, terrarũ uſpiã ꝓſequunť.
Annuite patres cõſcripti, inuictũqꝫ numẽ ueſtrũ, ac nutũ nobis exhibete, liceat nobis ſperare ꝑ
uos

uos Capuā incolumē futuram. Qua putatis frequentia,qb⁹ hominibus,nos huc totam ciuita/
tem dimiſiſſe? qbus uotis,qb⁹ lachrymis,ex ciuium complexib⁹ digreſſos? & nūc qua ſollicitu
dine ſuſpenſā,& erectā ciuitatē ſtare,hanc unā uiā quæ ab urbe Capuā ducit,die noctuq; in/
tuentem? Incertum habeo qd iubeatis nos illis renunciare,tantū affirmare poſſū,alterū reſpō/
ſum ſalutem,uictoriā,ac per hoc lætitiā ingentē allaturū : alterum ominari horreo quid ferat.
Proide aut ueſtris futuris ſocijs & amicis,aut de ijs,qui nulli uſquam paulopoſt futuri ſint,cō/ Peroratio.
ſulite.Summotis ex curia legatis,etſi multi nobiliſſimę urbi ſubueniendum cenſebant,plus tñ
fœdus & ſocietas ualuit,quàm mortalium preces.Reſponſum eſt dolere patribus Campano/
rum uicē,dignoſq; cenſere quib⁹ humanę opes opitularentur.Verum fœd⁹ quod ſibi cū Sam
nitibus intercederet,prohibere,aliquid ſe moliri,quod contra iura ſocietatis eſſet.Verū ut ſcirēt
aliquid à ſe impetratum,miſſuros ſe in caſtra ad Sānites,qui publico nomine hortarentur eos Cāpanorū deditio.
ut armis abſiſterent.Tum legatorum princeps,quando fœdere prohibemini patres conſcripti
ut aliena defendatis nos quod facere iuſſi ſumus,Capuam urbē,agrum,oīa diuina & humāa
uobis dedim⁹,ueſtræq; ditioni ſubiicim⁹.Iā uero nihil eſt,quod uos à ueſtris rebus tuendis re/
morari debeat.Quicqd poſthac nos Cāpani patiemur,uobis dediti,ueſtræq; fidei paſſuri ſu/
mus.Mouit Campanorum infortuniū patres,ut ea ciuitas,à qua nuper reliquæ gentes auxilia
imploraſſent,in id diſcrimen incidiſſet,ut ꝓ propria ſalute libertatem abiicerent.Cāpanis itàq;
in deditionem receptis,cōtinuo legati in Samnitiū caſtra ſunt miſſi,q deditionem à Campanis
factam exponerent,peterentq; pro mutua amicitia,quā Senatus populuſq; Romanus inoffē
ſam manere uellet.ut Cāpanis parcerent,armiſq; omnino abſtinerent.Romanorū poſtulatis
non ſolū non eſt obtemperatum,ſed confeſtim legatis ſpectantib⁹ cohortes prędatū in Cāpa Bellū Samnitibus indicitur.
num agrum ire iuſſæ ſunt.Quibus Romā nūciatis,res à Samnitibus repetitę ſunt,quæ qa nō
redderentur bellum ipſi genti iuſſu populi eſt indictū. Conſules cū duob⁹ exercitibus ab urbe
profecti,in Samnium Cornelius,Valerius in Cāpaniam diuerſi abierunt.Samnitium legio/
nes Valerio obuiam progreſſæ,ubi Romana caſtra in conſpectu habuerūt,certatim prælium
depoſcebant,nihilo meliore fortuna affirmantes Romanum Cāpanis opem laturū,q̄ Cāpa/
nus Sidicinis tuliſſet.Diſtulit tantiſper Valerius certamē,donec leuiorib⁹ prælijs uires ſit hoſti Valerij Coruini oratio ad milites.
um expertus,ide ſuos paucis hortatus,ne nouum hoſtem nouūq; bellum extimeſceret, quin
quanto longius ab urbe Roma pararentur hoſtes,tanto minus formidabiles putarent,quippe
qui neq; rei bellicæ multum aſſueti eſſent,naturaq; locorum minus feroces gignerentur. Nec
quia Sidicinos & Campanos uiciſſent,eſſe eam uictoriam multi faciendā,quum magis frugū
Campana tellus,q̄ bellatorum eſſet ferax,Quanq̄ ſi bellicoſi etiā fuiſſēt duo populi alius poſt
aliū uicti,eam propterea uictoriā haud talem eſſe,ut cum rebus à populo Romano geſtis,aliq̄
modo comparari poſſet.Succurreret animo,quot gentes,quot populos,in Sabinia, Hetruria,
Latio Romani domuiſſent.Quid Sabinis cautius? Quid opulentius Hetruſcis? Latinis con/
iunctius?Ferocius Volſcis? Hernicis bellacius?Rebellius Equis?tot tamē & tales populos Ro
mana uirtus nō ſolū domuiſſet,ſed etiam fregiſſet,ut iampridē pro uictis & proſtratis iacerent.
Et ut aliæ gentes ſilerentur,quid Gallis terribilius Romano nomini fuit unq̄? Cæterum illi ipſi
iā toties uicti,toties cæſi eſſent,ut iam nihil eo eſſet hoſte deſpicati⁹, nihil æque omnib⁹ uilius.
Irent & quū ſuæ,tū maiorū uirtutis memores, prælīū capeſſerent, atq; illud ſimul ſpectarent,
cui⁹ ductu & auſpicijs pugnaturi eſſent.Eius ſcilicet à q̄ ferociſſimū Gallorū ducē ſingulari cer/
tamine proſtratū uidiſſent,q ex ea familia eſſet procreat⁹,quæ tyrānis ex urbe eiectis,patriæ li/
bertatē quæſiuiſſet,unde populares leges popularia cognomina,quæ decemuirorū impotentē
dominatū fortiter oppugnaſſet,quæ ab initio ciuitatis nihil plebis patrocinio habuit antiquus.
Habere plebē nihil quod patrib⁹ inuideat,libertatem & magiſtrat⁹ omnib⁹ æquatos.Si patria Peroratio.
igitur chara eſſet,ſi illius dec⁹ & ornamentū,ſi ꝓpagandi imperij cupido animū tāgeret,irent &
de dijs bene iuuantib⁹,de nouo hoſte ſecum nouū triumphū quærerent.Popularis Valerij ad
hortatio ita grata fuit militib⁹,ut raro alias maiore ſit alacritate in nouū hoſtē itū.Prælīū pari
ſpe,pariq; ſui fiducia utrinq; cōmiſſū.Augebant animum Samnitib⁹ res ante geſtæ,& duplex Pugna atrox.
uictoria paucis ante dieb⁹ quæſita.Romanis quadringentorū annorū decora,æqualiſq; condi
tæ urbi uincēdi tenor. Sed qb⁹ aīs ſit cōcurſū pugna diu anceps facile demōſtrauit:acie neutro

inclinante aliquot horas dimicatũ eſt. Tum conſul immiſſo equite, prima hoſtium ſigna turbare conatus eſt, quod ubi parum proceſſit, noſtrũ (inquit) pedites illud opus nõ equitum eſt, C
perrumpẽda ui eſt illa hoſtium acies, quæ haſtarum denſitate horret: ite fortes quacũq; ueſtrũ ducem euntem uideritis. Hæc conſul ſimulq; iuſſis equitibus in cornua diſcurrere, primus omnium in cofertiſſimum hoſtium irruit agmen, & cum quo primum gradum contulit obtruncato, ſuo exemplo alios in pugnam accendit. Ciere milites dextra læuaq; memorabilem pugnã, ſtabant tamen hoſtes nihilo ſecius ſua ui obnixi, & quanquam multi inde caderent, locum tamen obtinebant, eratq; ſtrages ingens edita circa illorum ſigna, nulla tamen adhuc fuga, adeo ſola morte uinci deſtinauerãt animis. Inclinabat iã dies, & iam hoſtibus multa laſſitudine, nõ ita ut antea conſtabat acies, tum Romanus ira accenſus, renouato clamore, in aduerſos cuneos facit impetum, quo impulſu tum primum pedem hoſtis teferre coactus eſt. Secuta inde fuga ſqua diſiecti ordines paſſim cum multa cæde tota planitie aguntur. Nec multi ſuperfuiſſent, niſi nox uictoriam non prælium diremiſſet. Fatebantur Romani ſibi nunq̃ rem fuiſſe cũ ꝑtinaciore hoſte. Samnites & ipſi rogati, q̃ cauſa tam obſtinatam aciem p̄lio auertiſſet, oculos Romanorum aiebant ſibi ardere uiſos. Vęſanos uultus & ora rabie quadam contorta, & quaſi furentia ꝑferre nequiſſe, inde plus terroris, q̃ ex ferri acie ortũ, eũ nõ ſolũ euentu pugnę, ſed nocturna etiam fuga confeſſi ſunt. Conſul ſequenti die uacuis caſtris potitus eſt, q̃ oĩs Campanorũ turba gratulabunda ad conſulem uenit. Sed q̃ feliciter in Campania res geſta eſt, tã ĩ Samnio periculo & ignominiæ proxima fuit. Duxerat Cornelius conſul incaute exercitum in ſaltũ caua ualle peruium, & ab hoſte undiq; iã antea inſeſſum, nec priꝰ Sãmnitẽ capiti imminentẽ aduertit, q̃ eo uſq; proceſſum erat, ut in tutum ſigna amplius referri non poſſent. Dũ igiť Samnites tantiſper in mora ſunt, conferũtq; inter ſe, qua ratione in ſubiectum hoſtẽ explicent aciẽ, P. Decius tribunꝰ militũ, ſaxoſum iugi uerticem intuitus hoſtiũ ſtationibꝰ imminentẽ, ꝓruptũ & aditu difficilem armatis militibus, leuiter tamen inſtructis, haud inacceſſum, Vides ne tu, inquit, Aule Corneli uerrucam illã, quæ hoſti imminet? ĩ ea ſalus noſtra ſita eſt, ſi eã impigre ca- D
pimus, unius legionis haſtatos mihi depoſco, cũ quibus ſi ſummũ iugum inſedero, incolumis licet hinc cũ exercitu euadas. Neq; enĩ hoſtis nobis ſubiectꝰ, quicq̃ in nos, ſine ſua pernicie, mouere poterit. Nos deinceps, aut fortuna populi Romãi, aut noſtra uirtꝰ illĩc expediet. Collaudatus à conſule Decius, per auerſa loca montis inſinuatus, prius locum tenuit, q̃ ab hoſte ſit conſpectus. Tum Samnitibus nouitate rei ſtupentibus, nec ſe interim mouere auſis, conſul ꝑ ociũ copias in æquiorem locum, extra ſaltum, eduxit. Verterunt hoſtes omnẽ iram in eos, qui bene gerendæ rei occaſionẽ è manibus extorſerant, Cæterum dum in medium conſultant, an collẽ obſiderent, an data uia in uallem digreſſos adorirentur, nox adhuc conſilii incertos oppreſſit. Miratus Decius hoſtium ignauiam qui interdiu ſe uallo circuire potuiſſet, ſub ueſperam gregali ſagulo amictꝰ, latenter ſpeculatus eſt, quibus locis hoſtes pręſidia locaſſent, inde diſpoſitis per opportuna loca cuſtodiis, neq̃d ab illis interim mutaretur, ſecunda uigilia noctis, q̃ tempore mortales ſomno altiſſimo premuntur, per ſopitas hoſtium cuſtodias, cohors Decii ductu, ſilentio abibat, quũ iacentium uigilium ſcuto ab uno militum temere offenſo, quia hoſtis falli amplius non poterat, clamor à militibus ex cõpoſito tolliť, qui repente ſublatus Samnites ſomno torpidos ſubito pauore exanimat. Incerti hoſtes an ciues eſſent, qui ita ruerẽt, an à conſule capta eſſent caſtra, an qui in iugo etant errpiſſent, dum tumultuantur magis quàm arma expediunt, datus eſt Decio & aliis locus ad euadendum per uigilum cædem. Sicq; contigit, ut unius uiri conſilio & audacia, Romanus ſit exercitus ſeruatus, præſidium per quod ſalus parta erat, incolume ad conſulem uenerit. Decius quum noctu in caſtra uenire potuiſſet, ut magis cõſpicuus eſſet reditus, autor fuit ſociis, ut lucem, loco caſtris proximo, expectarent, poſtea uero quàm illuxit, præmiſſo in caſtra qui ſeruatum præſidium nunciaret, pauloq; poſt affuturum, ipſe per multas paſſim gratulationes, & laudes militares, cum tota cohorte ad prætorium tetendit. Ibi quum conſul Decii laudes pro concione eſſet exorſus, ille interfatus docuit poſſe paucis horis cum hoſte debellati, ſi dum caſtellatim ſparſi per tumulos à nocturna illa trepidatione adhuc eſſent ſine ſtationibus, ſine imperio, ſine præſidio ullo pleriq; errarent, raptim ad eos legiones ducerent. Placuit Cornelio id conſilium. Capiunť edicto eius arma, iť pleno ĩ hoſtem

gradu

Margin notes:
Valerij conſulis uirtus.
Veſania Romanorum in prælio.
Decii tribuni conſilium
Decij uirtute ſeruatur exercitus.
Decius cum ſuis in tutũ euadit.

C A gradu,quem ſparſum ac temere uagantem conſul adortus,quũ neq; arma capere,neq; in ordi/nes coire ſpatium daret,trepide Samnites in caſtra compellunt,ſtationibuſq; ut in re ſubita turbatis,Romanus uictor intra uallum perrumpit. Caſtris captis multi abſentes ceſſere, cæ/des ingẽs intra extraq; edita eſt,ad triginta milia hoſtium ĩ eo exercitu fuere, quorum pars lõ/ge maxima deſiderata eſt. Conſul inſigni uictoria potitus,concione iterum aduocata, peragit Decij laudes,cumulatiore etiã teſtimonio recentioris conſilii,cum aliis militarib⁹ donis, aureã illi coronam,centum boues,atq; in his album auratis cornibus donat habere, Singulis militi/bus,qui cum eo fuerant,duplex frumentum accipere,binos in pſentia boues binaſq; tunicas. Milites eam conſulis gratitudinem clamore approbantes,coronam gramineam,diſcuſſæ ob/ſidionis argumentum,Decio impoſuere. Altera corona eiuſdem honoris index a ſuo eſt pſi/dio illi impoſita,qa ipſius conſilio & uirtute ab hoſte obſeſſi,p illorum ſtationes,incolumes in Romana caſtra ueniſſent. Ipſe centum boues à conſule datos militibus expeditionis illius ſo/cijs dono dedit. Sed dum hæc fauore,& militari aſſenſu in Cornelianis caſtris agunt,Valerius trepidis ab Sueſſula nunciis accitus,q eo Samnites oẽm militarem iuuentutem exciuiſſent,ut de ſumma rei iterum dimicarent,poſtquã citato agmine ad hoſtem uenit, cõtractiorẽ cepit lo/cum caſtris. Nec Samnites in mora fuerunt. Structa acie in Romanorum conſpectu,nullam pugnæ moram facturi,conſiſtunt:qui ubi nihil in Valerianis caſtris moueri uident, contem/plari ad hæc breuẽ caſtorũ ambitum,fremere una replendas eſſe foſſas,ac reſciſſo uallo ĩ caſtra perumpendum. Caſtigare Samnitium duces ſuorum temeritatem,quin hoſtem fame domã/dũ cenſere, quãdo expeditus miles in paucos dies ſecũ cibaria attuliſſet,interim alios caſtris aſ/ſidere,relequũ copiarum frumentatũ in agros exire. Valerius q in oẽm erat occaſionem inten/tus,ubi leuatũ uidit hoſtium numerũ, & ſtationes infrequẽtiores, paucis ſuos hortat⁹ ĩ hoſtiũ caſtra ex impuiſo impetum fecit,qb⁹ haud magno negocio captis,duab⁹ legionibus ad illorũ præſidium relictis,ĩ frumẽtatores præmiſſo equite,qui celeriter exploraret,qua illi parte uaga/rent, ſubito curſu contendit,maior omnino cædes ĩ agris,quàm ĩ caſtris edita, tantaq; uis ho/minum utrobiq; deleta,ut ad XL,milia ſcutorum,& CLXX.ſigna militaria ſint ad conſulẽ relata,tã inſignis uictoria & Phaliſcos,cũ qb⁹ induciæ erant,ad fœd⁹ petendum cõpulit:& La/tinos,q exercitũ in Romanos cõparatum habebant,in Pelignos auertit. Carthaginenſes qq; legatos cũ corona aurea.XXV.põdo Romã miſerunt,q patrib⁹ & po. Ro.eã uictoriã gratu/larentur. Conſules ambo de Samnitibus triũpharunt. Campani pterea & Sueſſani a patrib⁹ petierunt,ut præſidia aduerſus Samnitiũ excurſiones in ſuas urbes mitterent,qd quũ facile im petraſſent,agri amœnitas,& ciuitatis luxus,iã inde parum diſciplinæ militari utilis, milites de/liniuit,ut cõiuratio inita ſit inter milites Capuæ ui occupãdę,ut Cãpani ſuo ipſi exemplo op/primerent,q ueteres inde colonos expuliſſent:& iã atrox inſtabat facin⁹,quum Martius Ruti/lius & Q. Seruilius ſũt cõſules facti. Rutilius,cui Cãpana puincia euenerat, poſtq ad exercitũ uenit,cõperitq; p Tribunos militũ quę cõſilia eſſent, hyberno tpe,inter milites inita,nec rem procul a ſeditione abeſſe,facta ſpe futurorum in ſequentem annum hibernorum,ex ſuis præ ſidiis milites in caſtra traduxit, inde ſeditioſam multitudinem exonerare adort⁹, alios alia de cauſa domũ ablegare cœpit,& in primis coniurationis capita, nec res ab initio animaduerſa. Verum ubi qui miſſi fuerant a patribus, & altero conſule retinebantur, nec in caſtra patere illis reditum uiderunt,perculſi milites,qui eius fuerant conſilii conſcij,ne cauſam Romę dicere cogerentur,atq; iudicium ſubire,ſeceſſione facta,primo inter Lautulas & mare haud procul Anxure munito colle conſederũt. Fuitq; cohors una hæc,unde ſeceſſio orta,inde aliis atq; aliis eo accedentibus, tantus eſt numerus confectus, ut ſub longę Albę iugo caſtra fecerint. Quæ/rebat interim dux aliquis aut imperator in tanto motu,qui cũ in caſtris nemo idoneus reperi/retur. T. Quintium qui ob uulnus bello acceptum inutilis fact⁹ in Tuſculano agro uillicabat, noctu oppreſſum ĩ caſtra pertraxerunt,ibi capitalibus minis niſi iniunctũ munus reciperet p/territũ ducẽ conſtituere. Nec mora deinceps fuit,rapto agmine Romã tẽdunt, irrupiſſentq; primo acceſſu in urbẽ,ni Valeriũ Coruinũ in ſe dictatorẽ creatum cũ exetcitu appropinquare audiuiſſent,ad octauum lapidem Appia uia conſederunt,nec ita multo poſt dictator affuit,& iã ſtabãt aduerſæ inter ſe acies,quũ ſignorũ aſpect⁹,& memoria patriæ militũ irã pmulſit. Nõ/dum

Vincuntur hoſtes Decij conſilio.

Multiplices honores Decio con geſti.

D Ro. uictoria.

Conſules.

Militũ ſeceſ ſio.

dum erat Romanus miles ciuili ſanguini aſſuetus. Hic Dictator tempeſtiua ad pacem uſꝰ hortatione, ac T. Quintio appellato, ut pacis potiuſquam pugnæ ſe autorem ſuis exhiberet, quod ille ſua etiam ſponte facturus, quũ dictatoris autoritate permotus feciſſet, illorum permiſſu in medium proceſſit, ſeꝗ & milites ſuos dictatoris fidei permiſit. Identidem eum obteſtatus, ut miſerorum ciuium ſuſciperet cauſam, nihil petens ut ſibi caueretur, quando ipſe omni culpa procul abeſſet, militibus cauendum dicere, ne apud patres aut populum ea seceſſio cuiquam fraudi eſſet. Dictator iuſſis omnibus bono animo eſſe, citato equo Romam deuectus, patribꝰ autoribus in luco Petillini ad populum tulit, ne cui ea noxa fraudi poſtea eſſet, ne ſerio iocóue seceſſio illa cuiquam poſtea exprobraretur, ne nomina ipſorum militum delerentur, niſi ipſis uolentibus. Additum ipſi legi ne qui tribunus militum in caſtris fuiſſet, deinceps ordinem duceret. Id propter P. Salonium factum prodiderunt, qui alternis annis nunc Tribunus fuerat, nunc primus centurio, quem primipilum dixere. Ita ſacrata lege res abolita eſt. Liuiꝰ autor eſt in quibuſdam annalibus proditum, comitijs illis L. Genutium Trib. pleb. ad populum tuliſſe, ne cuiquam fœnerare liceret. Item ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet, Ne duos magiſtratus uno anno gereret. Vti liceret ambos conſules plebeios creari. Alij non dictatorem ad id creatum dixerunt, ſed per conſulem rem omnem actam, Romæꝗ non foris eam seceſſionem fieri contigiſſe. Nec in T. Quintij uilla, ſed in C. Manlij domo ducem quæſitum. Inde ad quartum lapidem profectos conſediſſe, nec à ducibus concordiæ mentionẽ motam, ſed ipſos exercitus, ubi exaduerſo ſtetere, ſubita ſceleris pœnitentia adactos, cum lachrymis ſeſe inuicem complexos. Atꝗ ita auerſis à pugna animis de concordia agi cœptũ. Adeo parum fides conſtitit ijs, qui eam rem memoriæ prodiderũt. Latini & Priuernates ciuili diſcordia freti Norbam & Setiam, Romanas colonias, ſubita incurſione populati ſunt. Iſꝗ tunc erat rerum Romanarum ſtatus, quum Philippus Amyntæ filius, qui Alexandro fratre ſublato, matris Euridices fraude tutorem regni aliquandiũ pro rege egit. Supererat enim ex Perdica fratre, qui pari fraude perierat, adhuc uirilis ſtirpis ſoboles. Cæterum bellis undiꝗ imminentibus, quum ſerum uideretur maturam pueri ętatem expectare, compulſus à populo Philippus regium nomen ſuſcepit. Concitauit ille ab initio haud paruam de ſe expectationem, quũ ipſa ingenij alacritate, & ad res gerẽdas prõptitudine, tũ quia uates iam antea pdixerãt, ut uno ex Amynthæ filijs regnante, florentiſſimus Macedonum futurus eſſet ſtatus. Principio igitur regni, quum hinc cædes fratrum, inde hoſtium Macedoniæ rebus imminentium multitudo, iuuenilem animum uehementer ſollicitum haberent, accedebat his inopia rerũ omnium, ob regnum aſſiduis exhauſtum bellis, quum tot curis bellicis, quæ undiꝗ impendebant, impar futurus eſſet, alias interpoſita pactione exoluit, alias redemit pretio, oĩa aggreſſus, quibus trepidos militum animos confirmaret, ſui contemptum hoſtibꝰ demeret. Fuit itaque primũ illi certamen cũ Athenienſibꝰ quibꝰ per inſidias uictis, grauioris belli metu, ſine ꝓtio captiuos reddidit. Bellũ inde in Illyrios tranſtulit, multiſꝗ hoſtium milibꝰ in acie cæſis, Lariſſam urbẽ nobiliſſimã cepit, mox Theſſaliã, ut meliore equitatu exercitũ inſtrueret, nihil minus quàm bellum metuentem inuaſit, qua ſine maiore certamine in poteſtatẽ redacta, unum corpus equitum pedeſtriũꝗ copiarum inuicti conflauit exercitus. Duxitꝗ ſub id tps, ꝙ hęc illi proſpere euenere, Olympiadem Neoptolemi regis Moloſoꝝ filiam in uxorẽ, Ariſba altore uirginis ac patruele, nuptias conciliante. Cæterum quũ maiores ob hæc ille in horas aleret ſpiritꝰ, non contentꝰ bellum propulſare poſſe à ſuis finibꝰ, quietos ultro laceſſebat. Methonã itaꝗ urbẽ oppugnare adortꝰ, ſagitta in prætereuntem ex oppido coniecta, dextrum illi oculũ excuſſit. Qua clade neꝗ ſegnior eſt ad bellum factꝰ, nec aduerſꝰ hoſtes iracundior, ut paucis inde diebꝰ ueniam precantibꝰ dederit, in quos deditos non moderatum ſolum, ſed mitem etiam ſe præbuit. Critobolꝰ medicꝰ eiꝰ uulneris curatione magnam eſt famam adeptus, quod extracta ex regis oculo ſagitta, citra oris deformitatem, curaſſet luminis orbitatem. Græciæ deinceps ciuitates uberem bellicoſo regi gerendarum rerum materiam præbuere, quæ dum ſingulæ alijs cupiunt imperare, omnes imperium amiſere. Mutuis enim inter ſe bellis exhauſtæ dum adhuc in ſuum exitum ruunt, Macedonica arma in ſua uiſcera adegerunt, quibus oppreſſę fœdum ſeruitiũ ſeruite coactæ ſunt. Philippus harũ libertati uelut ex proxima inſidiatꝰ

ſpecula

Militibꝰ publice uenia data.

Primꝰ Centurio olim primipilus

Variatio hiſtoriæ.

Philippi regis geſta.

Athen. uincuntur.

Olympias.

Philippus Rex altero oculo priuatur.

Philip. temperantia.

Græcarum urbium diſcordiæ.

A ſpecula,mutua populoꝝ certamina ab initio aluit,minꝰ potentibus auxiliãdo,mox uictos ui-
ctoreſq; una adortꝰ facile ſubegit. Fueruntq; Thebani maloꝝ oim cauſa,qui rerũ nouiſſime
in terra Græcia potiti,uictos armis Lacedæmonios & Phocenſes,uelut parua ſupplicia cædi-
bus & rapinis luiſſent,in cõi Græcoꝝ concilio ſuperbe accuſarũt,Lacedæmonijs crimini datũ
ꝙ Thebanã arcẽ induciaꝝ tẽpore occupaſſent.Phocenſibus ꝙ eẽnt Bœotiam depopulati, &
Thebani hæc illis crimina intẽdere,uelut poſt arma,& uarias cædes utrinq; illatas & acceptas
locus eẽt legibus in medio relictus. Vtriq; uictoꝝ arbitrio tanta ſunt pecunia dãnati,ut quum
Phocenſes agris,liberis,& coniugibꝰ priuarent,deſperatione adacti,Philomene quodã duce, Phocẽſium ſacrilegiũ.
Delphici Apollinis templũ,tanq̃ deo irati,auro & pecunia ſpoliarint,mercenario deinceps mi-
lite cõducto,bellũ Thebanis intulerint.Peperit id ſcelus maiorẽ Thebanis inuidiã,qui Phocẽ-
ſes ſua iniuria ad id ſacrilegiũ coegiſſent,q̃ ipſis ſceleris autoribus.Pimo igitur congreſſu Phi-
lomenes Phocenſiũ dux Thebanos prælio uictos caſtris exuit.Idẽ altero certamine ictꝰ cõci-
dit.In huius locũ Phocenſes Oenomaũ ducẽ creauere.Thebani de euentu belli ſoliciti Philip-
pũ ex Macedonia cũ exercitu accerſunt,atq; ita ſe externo imperio ſubiecere,qui id in Græcis
tantopere auerſabanẽ.Philippus uelut ſacrilegij non Thebanoꝝ ultor militẽ lauro coronatũ
in aciẽ producit.Phocenſes Apollinis fronde territi,tanq̃ manifeſtũ numen exaduerſo ſtaret, Phocen. cædes.
abiectis armis fugã capeſſunt,pœnaſq; uiolatæ religionis ſanguine & multa ſtrage uno tẽpo-
re expendũt. Incredibile eſt quãtã ea uictoria Macedonibꝰ apud externas etiã gẽtes, uirtutis
famã conciliauerit.Illũ ut ſtulta erat hoim ſuperſtitio ſacrilegij ultorẽ prædicabant,unũ eiꝰ ſce-
leris uindicẽ repertũ,q̃d humanũ genus expiare debuiſſet.Habeẽ itaq; Deo proximꝰ per quẽ Philippus Græciæ urbes diripuit
numinis maieſtas uindicata eẽt.Athenienſes audito pugnæ euentu,ueriti ne Macedonũ ar-
ma in Græciã penetrarent,Thermopylaꝝ anguſtias,ut olim aduerſus Perſas occupãt.Philip-
pus interea nihilo in ſocios pacatiore fuit,q̃ in eos quos uicerat, animo,ciuitates, quaꝝ paulo-
ante Dux fuerat,& quæ illi uictoriã fuerant gratulatæ,hoſtiliter adortus,non ſolũ captas diri-
B puit,ſed coniuges etiã & liberos oim ſub corona uendidit,non deoꝝ tẽpla,ueritus,nõ aras,nõ
deos penates publicos priuatoſue,quos,ut hoſpes nõ hoſtis ab initio ſubierat,ut nõ tam pie-
tatis ultor extitiſſe,q̃ impie delinquendi occaſionẽ quæſiuiſſe uidereẽ:ad quã infamiã abolen-
dã,haud multo poſt per oẽs gentes miſit,qui nobiliſſimos architectos magna mercede accer-
ſerent,ꝙ aĩo deſtinaſſet,muros,tẽpla,ac fana,clariſſimis quibuſq; ciuitatibus in integꝝ reſtitu-
ere,quædã etiã ab imo excitare. Opifices qui opera redempturi conuenerant,uana expectatio-
ne decepti,tacito digreſſu,ne uim paterenẽ alij alio abierũt.Trogus autor eſt,Cappadocũ gen-
tẽ ab eo deinceps ſubactã,ſed q̃ cauſa ſit bello prætenſa nõ poſuit.Olynthijs q̃d ſatis conſtat
idcirco bellũ intulit,ꝙ duos Philippi fratres ex nouerca genitos,quos ille uelut regni æmulos
ad cædẽ requirebat,publico hoſpitio tutati eẽnt,atq; ob eã cauſam urbẽ Thraciæ nobiliſſimã
ui captã diripuit,direptã crudeliter excidit.Fratres ĩ poteſtatẽ redactos extremo affecit ſuppli-
cio.Sub id tẽpus crediderim ab eo & Potideã captã,quæ in eodẽ tractu fuit,contigitq; ut uno Olynthi excidium.
die Potideã ſit ipſe adeptus,& Alexandrũ ſibi ex Olympiade natũ acceperit,Illyrioſq; à Par- Alexandri ortus.
menione ſuarũ copiarũ duce prælio fuſos,& in Olympio ſtadio ipſius equus uictor extiterit,
adeo fortuna illi in multis unõ tẽpore arriſit.Alexander circa ſextiles idus natꝰ dicĩ, quo die Philippi felicitas.
Epheſiæ Dianæ tẽplũ deflagrauit.Id Heroſtratꝰ incẽdit,ut ſcelere atrociſſimo ſibi famã conci- Heroſtratꝰ incẽdit dianæ templũ.
liaret,qui quũ eã ſacrilegio cauſam prætendiſſet, paꝝ abfuit,quin publico edicto ex hominũ
memoria excideret.Macedo tot ſucceſſibus elatꝰ,ne quid inuiolatũ hominibꝰ relinqueret,ma-
re inſtructis ad id nauibus latrocinio infeſtare eſt adortus,ſed fœdius illud,ꝙ à duobus Thra-
ciæ regulis de regno inter ſe diſceptantibus,arbiter accerſitus,cũ exercitu ut ad hoſtes ꝓfectus,
utrunq; regno ſpoliauit.Nec ita multo poſt cũ Athenienſibꝰ ſatis æquis cõditionibꝰ pacẽ ſan-
xit.Tũ uero æmulatiõe quadã ex tota Græcia ad eum legatiões cõfluere,& in his Theſſali &
Bœotij precati,ut Phocẽſes aduerſus quos ſe ducẽ ab initio profeſſus eſſet,recenti bello perſe-
queretur.Tanto tũ Phocenſiũ odio Bœotiorum animi exarſerant,ut ſuarum cladiũ obliti peri- Græcorũ nota.
re mallent,q̃ eorum,quos inſenſe oderant,incolumitatẽ pati.Contra Phocenſium legati ad-
hibitis Lacedæmonijs & Athenienſibus bellum deprecati ſunt,cuius dilationem tum tertio à
Macedone redemerũt.Fœdũ & indignum ſpectaculum,totam Græciam uiribus & dignitate
omnium

oīm nuper terrarum principem,regūq; & gentium multarum uictricem,nonnullaꝝ etiā ur/ C
bium dominā,alienis ſedibꝰ excubantē in alterius ope omnē ſpem belli & quietis repoſitā ha/
bere. Nec Philippus tantā potiūdæ Græciæ occaſionem eſt aſpernatus, quin utriſq; ſeorſum

Philippus Græcos circūuenit.

dat reſponſum. Phocenſibus & ijs qui pro ea gēte precabant̃, ſe iniuria tēperatuꝝ pollicetur, Bœotijs in ipſoꝝ gratiā arma receptuꝝ,utroſq; ſacramento adegit,ut quæ ſecum reſponſa ferrent,in occulto haberent. Mandat interea nihil parari,ut cōmodius bellū diſſimularet̃ ipſe nō multo poſt Græciā incautā adortus, Phocenſes primo in deditionē receptos, adeo crudeliter

Phocenſiū excidium & mœror.

affecit,ut non liberi parentibus,nō uxores uiris,non coniuges maritis,non deoꝝ ſimulacra tēplis relinquerentur. Incredibile relatu eſt qua ſæuitia captiuos populos uictor Barbarus, huc atq; illuc tranſferendo,uexauerit. Nec interim comploratio ulla exaudiri,nec pauidꝰ diſcurſus erat ullus,ſed tacitus mœror hærebat animis,qui affectꝰ cū ipſa diſſimulatione creſcit,eoq; ualidius urget,quo altius deprimit̃,nūc ueteres penates,nunc tecta,quibus ipſi geniti erant,liberoſq; genuerāt deſiderantes,nunc uicem ſuā dolentes,ꝙ in eam diē uixiſſent: nunc natorum ſortes miſerantes,ꝙ ſæuo tēpore nati eēnt. Captiua gens tota eſt Macedonia diſtributa. Dardanos inde cæteroſq; finitimos armis domitos Macedo ſubegit. Poſtremo in ſuos conuerſus

Ariſba.

Ariſbā per quē Olympiadis nuptias fuerat adeptꝰ,regno ſpoliare eſt adortꝰ. Erat is Epirotaꝝ rex & patruelis frater Olympiadis,& Alexandri qui in Italia bellū geſſit. Alexandꝝ igit̃ Olympiadis nomine in Macedoniā accerſitū,ad ſtupri conſuetudinē impulit,quē poſtea uiginti an-

Philippi flagitia in propinquos.

nos natū,regno Ariſbæ erepto,infanda ſtupri mercede donauit,in utroq; turpis & iniuriꝰ,qppe q nec in ſene cognationis iura ſeruauit,cui ſine cauſa regnū ademit,& eū cui dedit, prius impudicū fecit q̃ regem. Ex prę̨da inde urbiū à ſe direptaꝝ conſiderans q̃ opulenta res eſſet Græcia, quantū manubiaꝝ ex ea armis uicta poſſet expectari, uniuerſæ genti bellū inferre ſtatuit.

Philippus Byzantium obſedit.

Byzantiū maritimā urbē oſtio pontici maris,quē Boſphoꝝ uocant,qm̃ ſibi portas clauſiſſet, ſubita obſidione cingit. Trogus præter ea quæ de ipſius urbis origine alio ſunt loco prodita, à Pauſania Spartano conditā,ſeptēq; deinceps annos poſſeſſam autor eſt,ꝓcedente deinde tē- D
pore uarie nunc Lacedæmonioꝝ,nunc Athenienſiū armis defenſam. Incertꝰ reꝝ ſtatus in cauſa fuit,ut neutri eam ſibi ex toto uendicare ſint auſi. Fueruntq; per hæc Byzantij ad id tēpus, uelut in medio poſiti,ſuā libertatē tutati. Quū Byzantina obſidio in longū traheret̃,nec Philippus haberet ũn exercitū uni urbi aſſidentē aleret,maris latrocinio aliq̃diu ſtipendij inopiā leuauit, centū ſeptuagita nauibus merce onuſtis,aut hoſtilit̃ direptis,aut ne uexarent̃ ad libi-

Macheas Scytharum rex.

tū expilatis. Cæteꝝ quū copijs abundaret,ne oīs uiriū conatus longa obſidione torpeſceret,aliquot Cherſonneſi urbes cū parte copiaꝝ in ſuā poteſtatē redegit. Erat per id tēpus rex Scytharum Macheas,qui cū ab Iſtri accolis premeretur,auxiliū à Philippo per Apollonienſes petijt, promiſſa per legatos regni adoptione. Hoſtiū interim deceſſu leuatus bello Macheas, Mace-

Eluditur Philippus à Scytharum rege.

donas qui in auxiliū miſſi fuerant retro abire iuſſit,ac Philippo nunciare, neq; ſe eius auxiliū petijſſe,neq; adoptionē cuiq̃ mandaſſe,neq; Scythas Macedonibꝰ egere ultoribꝰ,neq; incolumi filio ſibi hæredē defutuꝝ. Philippus ad Scythā miſit,qui eū rogaret,ut in ſtipendiū tā longæ obſidionis aliquid ſibi pecuniaꝝ mitteret, præſertim quū eos quos in Scythiā miſiſſet, ne uiatico quidē,nō modo ſtipendio eēt proſecutus. Ille regionis & cœli ſterilitatē cauſatꝰ, nullas ait ſibi opes eē,qbꝰ regē expleat,turpiuſq; putare paruo defungi q̃ totū abnuere,Scythas uirtute animi & duritia corporis,non opibus cenſeri. Philippꝰ perbelle ſe rideri ratus,ſoluta Byzātij obſidione Scythicū aggredit̃ bellū,præmiſſis legatis,qui Barbaro nunciarent,ſe ob Byzantinā obſidionē ſtatuā uouiſſe Herculi,uenire ſe ut eā in oſtio Iſtri dedicaret,regi & Scythis oībus amicū: Macheas ſtatuā ſibi mitti iubet,pollicitus fore, ut nō ſolū eā dedicādā curaret, ſed

Philippus Scythas prælio ſuperat.

datuꝝ etiā operā,ut inpoſteꝝ illa incolumis maneret. Exercitū in ſuos fines induci uetat, ꝙ ſi ſe iuito ſtatuiſſet,fore,ut nō multo poſt ipſiꝰ digreſſum eādē euerteret. Animiſq; ꝑ hęc utriq; iritatis,cōmittit̃ ꝑliū, quo quū uirtute & animo ꝑſtarent Scythæ, Macedonis tñ arte uicti,ad xx.M.pueroꝝ & fœminaꝝ,& cū his uim pecoꝝ ingentē amiſere,& in his. xx.equaꝝ milia q̃ alebantur ad ſobolē propagandā. Triballi,qui ad Iſtrū habitant,Macedonibus ꝑda onuſtis

Philippus uulneratur

ferociter occurrūt,negantq; Macedones per ſuos fines tranſituros,niſi tā opulentæ prædæ fierent participes,hinc iurgium primo,mox ꝑlium ortū,in quo ita grauiter eſt Philippus uulneratus,ut

A ratus,ut per eius femur telum adactum,equum in quo ſedebat,uno uulnere confecerit.Mace
dones regis caſu conſternati prædam amiſere,ita Scythica ſpolia uelut deuota Macedonibus
pene luctuoſa fuerunt.Philippꝰ in regnum reuerſus bellũ diu diſſimulatum Athenienſibus
intulit.Thebani rati id incendiũ Athenienſibus uictis ad ſe breui puentuꝝ,ſocios ſe Atheniẽ
ſibus iungũt.Hæ duæ ciuitates uniuerſam Græciã legationibus fatigant,monent, hortantur,
ut commune illud incendiũ ſecũ reſtinguerẽt.Valuit publica charitas apud quoſdam qui ſo/
cias ſibi partes ſuſceperunt,ſed multo plures metus ad Philippũ traxit. Poſtremo de ſumma
rei ad Cheroniã dimicatũ,ubi Athenienſes & Thebani, priſtinę uirtutis memores,fortiter di
micando occubuere.Quippe ꝗ aduerſis uulneribus loca quæ à ducibus tuenda acceperãt,ca/
dentes ſuis corporibus obtexerũt.Illa demũ pugna uniuerſæ Gręciæ libertatẽ ademit.Mirum
qua arte Philippus præſentẽ lætitiã texerit,neq; ſolita ſacra eo die feciſſe dicĩt,neq; de more cõ
uiuatus,nõ coronas,non unguẽta ſumpſiſſe,ne riſiſſe quidẽ,& quãtũ aſſimilare potuit,ita ui
cit,ut uictorẽ ſentiret nemo,nec ſe regẽ Græcię appellari uoluit,ſed ducẽ:demũ ita inter ſuorũ
lętitiã & hoſtiũ dolorẽ tẽperauit,ut neq; uictoribus aſſultare ſit uiſus,neq; uictis inſultare. A/
thenienſibus quos infeſtiſſimos habuit captiuos gratis reſtituit,& perẽptorũ corpora ſepultu/
ræ reddidit.Alexandrũ filiũ,quẽ iam inde à Byzãtina obſidione duodeuiginti annos natum
in caſtra accerſiuerat,ut prima militię rudimẽta apud ſe deponeret,& qui primus in ſacrã The
banorum cohortẽ irruperat,Athenas cũ Antipateo miſit,qui cũ ea ciuitate pacẽ iungeret. Cõ
tra Thebanorum captiuos non ſolum nõ dimiſit,ſed interfectorum etiam corpora uendidit,
principes ciuitatis alios percuſſit, alios in exilium egit,bonaq́; omniũ occupauit,exulibus ad
tercentum numero reſtitutis,quibus ciuitatis adminiſtrationẽ permiſit,apud quos,quum qn
que ciuitatis aſſertores poſtularent,ꝙ per iniuriã ſe in exilium egiſſent,eius conſtantiæ fuerũt
ut omnes ſe autores faterent̃,cõtẽderentq́; melius cũ republica tunc actum,quum illi damna
ti eſſent,quã quũ in urbe reſtituti.Mira hominũ cõſtãtia,de iudicibꝰ uitę neciſq́; ſuę, ingenue
B ꝙ ſentirẽt indicaſſe:& ꝙ libertatẽ,quã uiribus uindicare non poſſent,lingua uſurparẽt.Miror
Philippũ ea in Thebanos ſęuitia uſum,& ꝙ non plus uetus hoſpitiũ apud eũ,quã pręſens in
iuria ualuerit.Triennio Philippus puer Thebis fuerat,atq; ex Epaminondæ conſuetudine ea
cõſecutus credit̃. per quę poſtea tantus imperator extitit.Ipſe Gręciæ rebus cõpoſitis, uniuer/
ſę gentis conciliũ Corinthũ aduocauit,ubi pacẽ legeſq́; ſingulis Gręcię ciuitatibus, pro cuiuſ
que meritis ſtatuit,conciliũq́; omniũ ueluti ſenatũ unũ delegit.Soli Lacedęmonij legem & le
gis autorẽ contempſerũt.Auxilia inde ex tota Gręcia conſcripta,ſiue oppugnante aliquo ma
nu illa iuuandus eſſet,ſiue ipſo duce alicui bellũ inferendũ.Nec dubium erat ferociſſimum re
gem,rebus proſpere fluentibus,maiora animo cõcipientem,tantas opes in Perſas conparare.
Ad cc.milia peditũ ſcribebantur,equitũ quindecim milia,citra Macedoniæ opes,ex ea auxili
orum formula.Et iam Parmenionẽ,Amyntam,& Attalum in Aſiam pręmittere parabat, co
gebanturq́; ſub uernũ tẽpus ad Aſiaticum bellũ ex tota Gręcia auxiliares copię, quũ ipſe O/
lympiade,ob ſuſpitionẽ ſtupri,ut quidã tradiderũt,expulſa,Cleopatrã Attali filiam, ut Tro/
gus ſcribit,ut Plutarchus Attali ſorore genitã,matrimonio ſibi iunctã, medio nuptiarum ap/
paratu,à Pauſania nobiliſſimo adoleſcente interfectus eſt,dieſq́; lętitię deſtinatus, luctu eſt
& mœrore regij funeris fœdatus.Cauſam cædis inde ortã ferunt,ꝙ ab Attalo Cleopatrę auũ
culo Pauſanias conſtupratus,& ab eo per contemptũ plurium conuiuarũ libidini,ut uile ſcor
tum ſubiectus eſſet,quapropter pro ludibrio in ora omnium abiuerat,ſæpius apud regẽ tam
inſignem cõtumeliam fruſtra queſtus, quum cerneret etiam tantũ abeſſe,ut ob eam rem At/
talus quicquam eſſet incommodi aditurus,ut ducatũ etiam nuperrime à rege accepiſſet, om/
nem iram in Philipppum uertit,atque ultionem quam ab aduerſario non potuit ab eo ut ini
quo iudice audax adoleſcens exegit.Multi perſuaſum habuere Pauſaniã ab Olympiade miſ
ſum,nec Alexandro ignaro.Satis conſtat Olympiadem percuſſori fugiẽti equos præparatos
habuiſſe, & mox Pauſania in crucem ſublato (nam ad ſupplicium eſt poſt cędem retractus)
auream coronam noctu impoſitam,quod facere Alexandro filio ſuperſtite,præter ipſum,qui
dem nemo fuiſſet auſus.

**Græcorum uirtus.**

**Philippus Græcos ſubigit.**

**Prima in Alexãdro militiæ rudimenta.**

**Thebanorũ conſtantia.**

**Philippi regis interitꝰ Pauſaniæ ignominia.**

 C

PHILIPPVS Amynthæ filius qui Macedonum opes in tantum auxit,ut iā
merito Perſis formidoloſæ eſſent,in hunc modū perijt.Romani autē per id
Conſules. tp̄s aut certe non multo prius poſteriúsue c.Plautio iterū & L.Æmylio Ma
merco conſulibus,Priuernatib⁹ bellū indixere:quia Norbam & Setiam co
lonias eſſent,ut diximus populati. Voſci quoq; ad Satricū caſtra communi
uerant.Plautius cui ea prouincia ſorte euenerat,Priuernatibus prę lio uictis
eorum urbem ui cepit,captæ præſidiū impoſuit,in Antiates deinde mouit, qui ad Satricum
caſtra fecerant,dubio hic marte dimicatum,prœliūq; priusq; fortuna alterutro inclinaſſet ſu/
bita tempeſtas diremit.Tetra cædes utrinq; fuit.Parabant ſe Romani nihilo ſecius ad pugnā
in ſequentem diem.Contra Antiates præſenti clade territi,nocte quæ eſt diem illum ſecuta,re
lictis caſtris in pacatum noctis ſilentio abierunt,magna uis armorum,quum inter cadauera
cæſorum,tum in caſtris quæſita,conſul duplici prælio uictor omnem hoſtiū regionē ad mare
uſq; populat⁹ eſt.Æmili⁹ Sabellicū agrum ingreſſ⁹,quū nuſquā hoſtis occurreret,late omnia
Sabelli prædatus,cū multa populatione circum agebat exercitū.Samnites qui Sabelli à Græcis dicun
tur,agreſti illa clade perculſi,pacē per legatos orant,Conſul eos ad ſenatum reiecit. Samnitiū
poſtulata fuerunt,ut pax ſibi redderetur,ſi ita patribus placeret,& ut Sidicini belli exequendi
ius ſibi remitteretur,quando illi perpetui ſibi hoſtes eſſent,nec Romanorum amici eorūue di
tionis facti adhuc eſſent.Conſultus de his ſenatus cenſuit reddendū Samnitibus fœdus ſecū
dum eorum poſtulata.Reſponſumq; legatis eſt per populum Ro,nō ſtetiſſe,quin priſtinum
inter ſe fœdus perpetuum eſſet & inuiolabile.Nec quum belli ſua culpa contra Samnitē pœ/
niteret,obſtari quo minus amicitia reconcilietur,quod ad Sidicinos attineret,nihil intercedi
Fœd⁹ Sāniti b⁹ redditur quo minus Sānitibus pacis & belli liberum eſſet arbitriū.Fœdere iterū icto,poſtq̄ Romanus
exercitus inde abductus eſt annuo ſtipendio frumentoq; in triū mēſium alimoniā accepto,Ita D
enim fuerat conſul pactus,ob id inducias hoſtibus datas,quo ad per legatos de pace agerēt.
Samnites Romano bello ſoluti,confeſtim Sidicinos noua obſidione repetunt,qui quū ſuis
uiribus ſtare non poſſent,eſſetq; haud procul ut iam hoſtis eorū urbe potiretur,tum demū
dedentes ſeſe à Romanis auxiliū implorant,ea deditio ut ſera ultimaq; neceſſitate expreſſa,à
Sidicini Latinorū ſunt Romanis non eſt recepta.Sidicini ſpe Romani præſidij abiecta,ad Latinos qui iam dudū in
armis erant confugiunt.Latini Sidicinos complexi,confeſtim legiones tranſmittunt in Sam/
nium,iungunt ſe ijs Cāpani ſuæ in Samnites irę magis q̄ Romani beneficij memores.Fœda
tus eſt Sanniticus ager populationibus,ac ſæpius etiam certatum,quibus prælijs & ſi ſuperio
res fere Latini fuerant,ne ſæpius dimicandum eſſet haud inuiti ex hoſtico exceſſere.Legati ab
Samnitibus Romam miſſi,qui quererent ea ſe Romanorum fœderatos pati,quæ ne hoſtes
Samnitium querelæ. quidem antea paſſi eſſent.Satis Romanos habere,quod de Sidicinis & Campanis uictoriā
ſibi cripuiſſent,abſtinerent ſaltem ea iniuria,Samniticum nomen ne ignauiſſimis populis la/
ceſſendum dederent:Arcerent Latinos & Campanos,qui Romanæ ditionis eſſent Samniti/
um finibus,uel coercerent potius armis,ſi minus imperio parerent. Reſponſum eſt Campa/
nos uellent nollent quieturos,in Latino fœdere nihil poſitum eſſe,ut cum quibus uelint bel/
lare non poſſint:Id reſponſum Campanos à Romanis metu alienauit,& Latinos ad apertā
defectionem ferociores reddidit.Principes ipſius gentis per ſpeciem belli in Samnites compa
randi conſilia inter ſe conferentes Romanum bellum agitare,accedereq; his conſultationib⁹.
Campani recentiſſiuii beneficij immemores.Cæterum ut res Romana commodius oppu/
gnaretur,placebat Samnites prius debellare.Huiuſmodi conſilia indicio Romā delata,haud
legitimo comitioꝝ tēpore expectato,confeſtim noui creant̄ conſules T. Manlius Torquatus
Conſules. & P.Decius Mus.Hoc anno Alexander Epiri rex magni Alexandri auunculus in Italiā claſ/
ſe appulit.Cauſa acceſſus & eius belli euentus,loco haud multum diuerſo explicabitur.Ro
mani etſi defectio Latinorum nulli erat dubia,decem tamen eius gentis principes Romā ac
Annij oratio cerſunt,uelut de Samnitico bello cum his acturi,ſed ut coram potius cognoſcerent,q̄ illi ani
mo cōſilia agitarēt.Fuere in his L.Annius Setinus & L.Numitius Circeiēſis Latinoꝝ p̄tores
ambo

A ambo ex Romanis colonijs,qui pręter Velitras,ipſam Romanam coloniā, Volſcos etiam ad bellū conciuerant.Horū Annius priuſq̄ Romam uentū ſit,multa in Latinorū Concilio fero/citer locutus,autor fuit ſuis,ut à Romanis peteretur, ſi in fœdere uellent Latinos permanere, ut alter conſul iam inde Latini nominis crearetur,& par ſenatorū nūerus ex eadē gente,ut ex æquo Latini cum Romanis uiueret.Mōſtrare interea nullū unq̄ fuiſſe tēpus,quo Latini ue- *Annij oratio.* tus ſeruitutis iugum facilius excutere potuiſſent, q̄ tunc,quū Cāpanos,Sidicinos,& Volſcos ſecū haberent,floreretq́ꝫ Latiū quū opibus,tum militari iuuentute.Stulte quidē & ſegniter nimis facturos Latinos,ſi non ſibi libertatē uindicarent,quā illi taciti concederent. Negata iam antea ex fœdere auxilia,tacitum tuliſſe Romanos,intuliſſe arma ſuis auſpicijs Latinos finiti/mis,nec ab illis bello interdictū.Receptos in fidem Sidicinos, Campanos alienatos, Samni/tes multis cladibus affectos,nec ab Roma motū eſſe quicq̄,unde putarent eſſe eā Romanorū modeſtiam,niſi ex conſcientia ſuarum uirium.Satis compertū ſe habere,Samnitibus eorum fidem implorantibus,haud fateri auſos,Latium ſub Romano eſſe imperio.Iturum ſe,ſi ita o/mnibus uideretur,atq; cōmuni Latinorum nomine ea ſe a ſenatu & po.Ro.non minori ani/mo poſtulaturum,q̄ ibi in ſuorum conſpectu poſtulanda cenſuiſſet.Magno quidem aſſenſu & fauore Annius auditus eſt,iuſſusq́ꝫ ea Romæ agere ac dicere,quæ ex Latini nominis dignitate fideq́ꝫ ipſius eſſent. Vbi igitur in Capitolio ſtetit, ibi enim datus eſt Latinis Senatus,ac *Latinorum poſtulata.* T.Manlius conſul ab his peteret,ne Latini bello Sānites inceſſerēt, Tēpus erat,inq̄t,Annius T.Manli & patres conſcripti,iā nihil uos pro imperio nobiſcū agere,cū Latiū armis & uiris potens uideretis,Samnites à nobis uictos,Sidicinos noſtræ ditionis factos,quum Campani & Volſci nobiſcū ſint, quū ueſtræ etiā coloniæ Latinorū imperiū ueſtro ꝑtulerint. Nūc quoniā uos regno finem non imponitis,poterat Latium ſe ipſum armis in libertatem aſſerere,ſed ne nō aliq̄d cōſanguinitati à nobis datū putetis,uiſum eſt quādo uires ipſæ æquatæ ſunt,æquas uobis cōditiones pacis afferre,ut cōſul alter ex Latio creetur,alter etiā ſenatus ex ęquo utrinq;
B cōſtituatur,fiatq́ꝫ ex duobus populis unus,una reſpu.& quod utriſq; bene uertat,ſit ſane hæc patria,omnes Romani uocemur. Tanta animorū indignatione, imprudentiſſima eſt Annij uox audita,ut Manlius conſul iureiurando affirmauerit, ſi tanta patres dementia caperet, ut à Setino homine ſenatus leges acciperet,cū ferro ſe in curiā uenturū,atq; ibi quęcunq; Latinū offendiſſet hoſtiliter interfecturū.Exprobrata igitur Latinis perfidia,acceptorumq́ꝫ benefici/orū obliuione,confeſtim iuſſi ſunt curia excedere. Annius quū & ipſe concitato animo tumul- *Annij Setini caſus.* tuoſe ſe è ueſtibulo templi proriperet,lubricitate ſcalarū lapſus,ita grauiter ſaxū ceruice offen/dit,ut ſopitus ſit.Alij exanimatū dixere,quod omen ad eius belli euentū pertinere eſt uiſum. Nec id reticuit conſul curia egreſſus,prędicans ſe Latinorū legiones ita ꝓſtraturū,ut iacentē legatū uideret,quæ uox à populo excepta,tantū ardoris animis iniecit,ut cōtra ius gentium le/gati uiolandi fuerint,niſi à conſule miſſi eſſent,qui illos extra fines proſequerentur.Bellū ma/ *Bellum Latinis idicitur* gno ordinū conſenſu in Latinos decretū.Cōſules duobus exercitibus cōſcriptis,ꝑ Marſos & Pelignos in Samniū profecti,adiuncto Sānitiū exercitu,ad Capuā,quo iā Latini & ſocij con/uenerant,caſtra locant.Ibi utriq; conſuli eadē per quietē obuerſata ſpecies,uiri ſtatura auguſtiore humana habituq́ꝫ maiore dicentis,ex una acie imperatorē dijs manibus,ex altera exercitū deberi,utrius exercitus imperator ſe ſuper hoſtiū cateruas deuouiſſet,eiꝰ populi uictoriā fore. Conferunt inter ſe conſules nocturnū illud oraculū,uictimaſq́ꝫ uterq; cædit ad irā deū auer/ *Oraculum.* runcandā.Hic cū aruſpicū reſponſa conceptæ animo religioni reſponderet, inter ſe cōparant, ut utrius cornu prius inclinaſſet,ſeſe pro patria deuoueret. Cæterū ne uoluntariæ mortis cau/ſa ignoraretur,eſſetq́ꝫ proinde ducis interitus militibus terrori,Legatos & Centuriones occulte conſilij huius faciunt participes,& quia cū Latinis res futura eſſet,gente,lingua,moribus,armorū genere,Romane perq; ſimili,edictū eſt,ne quis extra ordinē in hoſtē dimicaret. Forte accidit ut inter cæteros turmarū ꝑfectos,quia omnia circa explorare iuſſi erāt,T. Mālius cōſulis filius cū ſuis turmalibus ad tumulū caſtris hoſtiū imminentē proceſſerit.Is ubi ad iactū teli in hoſtiū cōſpectu ſtetit,eſtq́ꝫ ab hominibus diuerſæ ſtationis agnitus ( uulgo enim uiri illuſtres inter ſe noti erāt) Genutius Metius Tuſculanus uir inter ſuos genere & militia clarus,paululū à ſtatione progreſſus,ecquid cauillabūdus ait,eō ne cōſilio huc Māli uenisti, ut una Romana

turma aduerſus Latinos & ſocios cõfligeres? Quid cõſules interea? Quid cõſulares exercitus
agent? Aderunt, inqt, Mãlius cõſules non multo poſt, aderitq́ꝫ cũ his Iupiter ipſe, ultor fœde C
ris à uobis uiolati, & ſi ad Regillũ lacũ ad ſatietatẽ ueſtrã maiores noſtri pugnauêre, hic q̃qꝫ
efficiemus ne acies uobis & collata nobiſcũ ſigna, multo plus ſint cordi futura q̃ tũ fuerint. Ad
ea Genutius, uis, quando dies iſta expectanda eſt, qua tãto conatu exercitus moueatis, ut me-
cũ interim cõgreſſus experiamur quantũ Latinus Romano, Romanúſue Latino uirtute præ-
Manlij filius cõtra imperiũ pugnat. ſtet? ut ex unius breuis pugnæ euẽtu decernatur, quale ſit copiarũ omniũ futurũ certamẽ? Ibi
Manlius ſeu ira impulſus, ſeu quia pudebat certamen detrectare, cõſularis imperij oblitus, pręceps in certamẽ ruit, eqtibus cæteris uelut ad ſpectaculũ ſummotis, aduerſi ambo in ſe cõcitant
equos, & cũ infeſtis cuſpidibus cõcurriſſent, Mãlij cuſpis ſup galeã hoſtis elapſa eſt, Metij trãs
ceruicẽ equi, inde ſubito equorũ circũactu infeſtius congreſſi, Mãlius inter aures Metiani equi
ſpiculũ defixit, ibi ſaucius equus, cũ anterioribus pedib⁹ arrectis, iactatione capitis ſæuiret, Me
tiũ ad terrã excuſſit quẽ parma cuſpide innixũ, dũ in pedes à graui caſu conatur aſſurgere,
Manlius à iugulo percuſſum, ut per coſtas ferrũ emineret, terræ affixit. Legit inde iacentis ſpo
Manlius uictor in caſtra reuertitur. lia, multaq́ꝫ ſuorũ lætitia in caſtra eſt ad patrẽ reuerſus, ignarus interim imminẽtis fati, parũq́ꝫ
neglecti imperij memor. Poſtq̃ igitur eſt ad prætoriũ uentũ, ut omnes, inquit, iuuenes ſcirent
Mãli pater, me uere tuam eſſe progeniẽ, equeſtria hæc ad te ſpolia retuli, ex cæſo hoſte capta.
Conſul filiũ auerſatus, confeſtim concionẽ aduocari iubet, quę ubi frequens ante prætoriũ ſte
tit, Tũ ille, quando, inquit, T. Manli neqꝫ conſulare imperiũ, neqꝫ patriã maieſtatẽ reueritus, ad
uerſus noſtrũ edictũ extra ordinẽ pugnaſti, quantũ in te fuit, ſoluiſti diſciplinã militarem, qua
Manlius in filium capitaliter animaduertit. Romana res ad hunc diem ſtetit: adduxiſti me certe in eam neceſſitatem, ut aut reipu. me obli
uiſci oporteat, aut (quod ſatius erit) ingenitæ charitatis in filiũ, triſte exemplum, ſed noſtræ ciui
tati in poſterũ ſalubre, erimus. Ego morte tua ſanciendũ conſulare imperiũ cenſeo, nec ſi quid
in te noſtri ſanguinis eſt, recuſabis, quin militaris diſciplina, quæ per te ſoluta eſt, tua in inte-
grũ pœna reſtituatur. Tantum ille effatus, lictor, inquit, deliga ad palũ. Defixit omniũ animos D
pauore ſæuũ imperium, non aliter q̃ ſi in ſe uirgæ & ſecures expedirentur. Metu proinde ma-
gis q̃ modeſtia tota concio quieuit, tenuitq́ꝫ mœſtum illud ſilentium, quoad ſanguis reciſa cer
uice fuſus eſt. Tum libera comploratio coorta, lamẽtari uulgo infeliciſſimam iuuenis ſortem,
patremq́ꝫ autorem ſupplicij ut impiũ execrari. Corpus Manlij milites, rogo extra uallum in-
Imperia Mãliana. ſtructo, quanta funeris celebritate fieri potuit, concremarunt. Manliana imperia, quia ille tam
ſeuere in filium animaduertiſſet, non tantum in præſens tempus, ſed ad poſteros horrenda,
triſtioriſq́ꝫ exempli extitere. Fuit deinceps pugna, quæ cum hoſte cõmiſſa eſt, ciuili bello ſimi-
Ordines aciei. lis, adeo omnia præter animos Romanis Latiniſq́ꝫ in acie cõformia fuêre, in prima acie haſta-
ti erant, quindecim manipulis inter ſe parum diſtantibus, & in his leuis armaturæ milites, qui
haſtas tantum habebant & geſa. Principes inde poſt hos locati robuſtioris ætatis. Hi ſcutati
omnes, inſignibuſq́ꝫ armis inſtructi. Erat id XXX. manipulorũ agmen, Antepilanos appella-
Autepilani. bant. Poſtremo loco quindecim ordines locati erant. Habebat ordo ſexcentos milites & duos
centuriones. Vnuſquiſq́ꝫ ordo in tris diuiſus erat partes, quarum unamquanqꝫ primum pilũ
uocabant. Haſtati igitur omnium primi pugnam inibãt, qui ſi hoſtem profligare nequiſſent,
medijs ordinum interuallis retro abeuntes inter principes ſe recipiebant. Erat tum principum
Principes. Triarij. certamen, quos haſtati nuper pugna egreſſi ſequebantur. Triarij ſub uexillis conſidentes ſini-
ſtro crure porrecto ſtabant, ſcuta innixa humeris, haſtas ſurrecta cuſpide in terra fixas tene-
bant, uelut uallo quodam ſepta inhorreret acies, ſi apud principes parum proſpere dimicatũ
eſſet, à prima acie ad Triarios retro abibant, inde prouerbiũ uulgo percrebuit, quum in re ali-
Adagium. qua laboraretur: Res ad Triarios redijt. Triarij conſurgentes, haſtatis & principibus inter or-
dinum interualla receptis, denſo agmine hoſti occurrebant, terrori erat noua repente acies
oculis oblata, ac cæteris multo horridior. Habuit uexillum, quando eo uenimus, ut eius rei
mentio nuper ſit facta CLXXXIII. milites, ordo uero ſexcentos, utpote, qui tria haberet uexil-
Vexillum. Ordo. Legio. la. Legio ea tempeſtate qua hæc geſta ſunt quina hominum milia, quum à principio quater-
na habuiſſet. Poſtremo ex ſenis milibus & amplius facta eſt. Et Romana acies ita ſtetit ad-
uerſus hoſtem eo die inſtructa, neqꝫ à Latinis qui tum hoſtes erant quicq̃ uariatum, ut non

uexilla

A uexilla cum uexillis ſolum,ſed haſtati cum haſtatis concurrerent,principes cum principibus, centuriones cum centurionibus.Haud procul radicibus Veſuuij prælium commiſſum. Eſt is mõs in Campania,mari incubãs,uitifer,memorabili icẽdio iſignis.Mãli⁹ dexteꝝ cornu, lęuũ Deci⁹ tenuit.Prĩo cõcurſu pari eſt ardore dimicatũ,milites hoſtiũ impetu degrauati,ſe ad principes receperũt. Decius conſul ad Mar.Valerium conuerſus,Deorũ(inquit)Valeri auxilio res Romana indiget.Age nunc Ro.Po.Pontifex pſare carmẽ,quo me pro legionibus deuoueã, pontifex illi prætextã togam primo induxit,inde uelato capite manu ſubter togam ad mẽtũ exerta,ſuper haſtas pedibus ſubiectas ſtantem dicere iubet:Iane pater,Mars,Quirine,Bellona,Lares,Diui Nouenſiles & indigetes, Diui quorum eſt poteſtas noſtrorum,hoſtiũq;, Dij manes,uos precor,ueneror,ueniam peto,uti Populi Ro.Quiritiũ uim uictoriãq; proſperetis hoſteſq; populi Ro,terrore,formidine ac morte afficiatis.Ego ſicut uerbis nuncupaui,ita pro republica Qniritiũ,legiones,auxiliaq; hoſtium mecum dijs manibus deuoueo.Hæc ita precatus lictores ire ad collegam iubet,ac nuntiare ſe iam deuotum eſſe, quod credo ideo factum ne caſu aliquo ille quoque ſe deuoueret, atque ita exercitus ducibus ſpoliatus maius aliquod diſcrimen adiret,ipſe Gabino ritu cinctus armatus in equum inſiluit, ſeq; in medios hoſtes immiſit,& Latinis & Romanis longe auguſtior humano, & quaſi cęlo demiſſus repente apparuit, ita omnis terror pauorq; cum illo in hoſtes delatus, Latinorum ſigna primo turbauit,mox tota acies perculſa,quacunq; ille equi impetu ferebãť,haud ſecus quã peſtifero aliquo ſidere icti hoſtes pauitabãt.Ad poſtremũ eo cadente conſternatæ Latinorũ cohortes fugam ea parte fecerunt.Non poſſum hoc loco,quod ſæpe alias feci, non mirari illius ſeculi amentiã,quod in re tam ſeria non cernerent uiri illi digni alioqui,qui media ambulaſſent luce,hæc malorũ dæmonũ ludibria,ut de Decio nil dicam,qui charitate patrię adductus,aut laudis cupiditate ſe hoſtibus perimendũ obtulit,utrunq; enim excuſari poteſt.Quid alij?an tãtum delirare oportuit,ut crederẽt eũ,qui ſe dæmonibus ſolenni precatione addixiſſet,eundem

D potuiſſe alios ſecum deuouere,ut eo cadente,neceſſe fuerit & eos cadere, in quos nullum ius haberet?Qua occaſione recepta ne legiones quidem armare opus fuerit, neque ferro decertare,ſi quantumuis magno prælio Romani,uel uno milite amiſſo,defungi potuiſſent. Sed hic aliquis.Satis conſtat Decij decurſu turbatos eſſe hoſtium ordines. Turbati ſunt fateor, ſed non ita fugati,ut ſigna deſererent,quod Liuius demonſtrat.Nec in Decio præter ferrumquicquam timere potuerunt,qppe quẽ deuotũ neſciebãt,quãquã ſi id quoq; ſciri potuiſſet,religionis opinio,nõ uis dæmonũ aliqua obfuiſſet.Neq; enim licet cuiq̃ deuouere,qđ nõ pprij ſit iuris,quãdo iſta ratiõe facile ab uno quouis hoim potuerit humanũ gen⁹ exterminari. In quo illud adhuc magis deteſtabile fuit,quod cõſuli ex diræ ſupſtitionis inſtituto,ut Liui⁹ ſcribit,liceret non ſe tantũ,ſed quẽuis ex ſuo exercitu,cũ legionib⁹ hoſtiũ deuouere. Qui ſi caſu aliquo ſeruat⁹ eſſet,tum ſignum ſeptem pedes altũ,aut maius in terrã defodi oportuiſſe,piaculareq; ibi hoſtiam mactari,ubi ſignũ eſſet defoſſum,Romanũ magiſtratũ eo deſcendere nefas fuiſſe.Qui ſeſe deuouiſſet ut Decius,ni mori contigiſſet,neq; publicũ ſacrũ pure faceret amplius. Cęterum terrorẽ & fugã illã Romana uirtus,ut ſæpe alias,fecit,quę iam antea hoſtibus haud ignota,nõ potuit nõ eſſe formidoloſa.Illud potius crediderim,malum aliquẽ genium,Conſules nocturna ſpecie deceptos,ad id facinus impuliſſe,ut maior cædes ex ea deuotionis forma orireť,& ut nõ ſolũ Deci⁹ ſed Decij etiã fili⁹ ſic periret,dign⁹ uterq; quoꝝ famã omnis celebret poſteritas,q; pro patria uitã abieciſſent.Mãlius audito collegæ interitu,lachrymis tẽperare nõ potuit.Verũ qa diuerſa parte pugna inſtaurata nũciabatur,paululũ addubitauit,an Triarijs ad cõſurgendũ ſignũ daret,ratus tamẽ cõducibilius id ſubſidium ad extremũ certamen ſeruare,acceſos à nouiſſima acie ante ſigna procedere imperauit.Id Latini cõſpicati,Triarios nõ acceſos eos rati,ſtatim & ipſi Triarios in primã aciẽ producunt,q quũ aliquãdiu inani pugna ſe ipſos fatigaſſent,pfregiſſentq; haſtas,aut ferrũ hebetaſſent,pulſis ad extremã aciẽ Romanis quũ ſe plio defunctos Latini arbitrabanť,Romani exercitus Triarij, ſigno à conſule accepto, recẽtes in fatigatum hoſtem impetum faciunt,armoꝝ fulgor & acies ex improuiſo coorta hoſtem percellit,perturbantq; hoſtium principia,ora haſtis ferientes,cæſoq; primo uiroꝝ robore per alios manipulos uelut inermes uadunt intacti,tantaq; ſtrage diſiecti ſunt hoſtium cunei.

Veſuuius mons.

Decius ſe deuouet.

Votiua uerba.

Turbatur hoſtiũ acies

Vanæ ſuperſtitionis exprobratio

Quid ſi deuotus ſeruetur.

Mãlij pietas in collegam

nei,ut uix quarta pars hoſtilis exercitus ſuperfuerit. Iuuere non nihil Samnites Romanã aciẽ C
qui ſub radicibus montis ad terrorẽ hoſtiũ ſteterant inſtructi. Latini ex fuga ſe Minturnas re/
cepere,prima uictorię laus penes ipſos duces fuit,quorũ Decius ſe deuouerat,Mãlius ita ſtre/
nue fuerat in acie uerſatus,ut Latini & Romani aperta prædicatione poſt pugnã teſtati ſint,
utrius partis T.Manlius dux fuiſſet,eã haud dubie uincere oportuiſſe. Decij corpus poſtridie
coopertũ telis inter hoſtiũ cumulos repertũ,collega,ꝙ ornatiſſimo potuit apparatu,funerauit.
Exibat Lauinio Milonius ꝑtor cũ magnis Latinorũ copijs ut ſuis auxilio iret, quũ nuncius ac
ceptæ cladis eſt eo perlatus, tũ ille dixiſſe fertur,pro parua uia magna eſt merces Romanis ſol
uenda. Quidã autores fuêre,Samnites & ipſos poſt cõmiſſum præliũ, Romanis affuiſſe. Pau
cis inde diebus,Numiſij imperatoris ſui ductu uno delectu habito,nihilo minore exercitu La
tini ad Trifanũ inter Sinueſſam & Minturnas Romano cõſuli occurrũt,ibi priꝰ ꝙ locus caſtris
caperetur,ſarcinis in mediũ cõiectis,recens præliũ eſt cõmiſſum,quo adeo res hoſtiũ ſunt ac/
ciſæ,ut Latini nominis ciuitates ultro ſeſe dediderint. Eã deditionẽ Cãpani ſecuti ſunt. Vtriqꝫ
agro mulctati. Latinus ager & Phalernus,qui Cãpani populi fuerat,uſqꝫ ad Vulturnũ flumẽ
Campani & Latini agro mulctantur
Romanæ eſt pelbi diuiſus. In Latio bina iugera,tria in Phalerno,quia longius diſtaret,ſingu
lis data. Latinorũ Laurentes & equites Cãpani,quia à Romanis non deſciuiſſent, extra noxã
fuêre,renouatũqꝫ cũ Laurentinis antiquũ fœdus,atqꝫ ita inſtitutũ, ut quotannis renouaretur.
Cãpanis eqtibus ciuitas data. Manlio Romã uenięti ſeniores tantũ obuiã proceſſere:iuuentꝰ
ipſa,qa filiũ occidiſſet,& tũc quidẽ,& in omni uita tantũ uirũ eſt poſtea auerſata. Cũ Antiatibꝰ
qui in Hoſtienſem agrũ excurſiões fecerãt,bellatũ eſt nõ nihil poſt Torquati reditũ,L. Papirij
Craſſi dictatoris ductu,ſed nihil interea geſtũ qđ memoria fuerit dignũ. Conſules ſecuti. T.
Conſules.
Æmylius Mamercus & P. Philo. Hi Latinos dolore amiſſi agri ad rebellandũ impulſos,prius
acie uictos caſtris exuerũt, ſed dũ Philo,cuius ductu & auſpicijs fuerat pugnatũ,cæteros Lati/
nos recepit in fidẽ,Æmylius Pedũ oppugnat. Tuebãtur Pedanos Præneſtini, Tyburtes,& Ve
literni,aderãt illis ex Lauinio quoqꝫ & Antio auxilia,his prelio uictis dũ ad Pedũ & alias ſocias D
hoſtiũ urbes circũagit exercitũ,audito collegæ triũpho,ipſe quoqꝫ Romã cupiditate laudis, in/
fecta prouicia,deceſſit. Negãtibus triumphũ patribꝰ niſi Pedũ ui captũ,aut deditũ eſſet,adeo
Æmylius eſt à patribus alienatus,ut in reliquũ tẽpus anni,non minus fuerit nobilitati infeſtꝰ
ꝙ Philo,qui plebeius erat. Nec cõtentus illa inſectatiõe,quũ ob Latij motũ dictator dicendus
eſſet,Æmylius, cuiꝰ tũ faſces erãt,Philonẽ collegã ſuũ dictatorẽ dixit,pactus credo cũ eo priꝰ,
Leges populares.
ut populares leges,quę poſtea latę ſunt,dictator ferret. Legũ quæ latę ſunt uno capite ſancitũ,
ut plebiſcita omnes ciuitatis ordines tenerẽt. Altero ut legũ quæ cẽturiatis comitijs ferrentur
priꝰ patres autores fierẽt ꝙ populus in ſuffragia mitterẽt. Poſtremo ut cẽſorũ alť ex plebe crea
retur. Perſuaſum fuit patribꝰ maiorẽ domi cladẽ eo anno,ob inuiſas leges,acceptã, ꝙ foris bel
lica eſſet opera quæſitũ. Erantqꝫ iã conſules L. Furiꝰ Camillꝰ & C. Næuius. Latini q ira adem
Conſules.
pti ſibi agri omnia prius ferre poterãt,ꝙ ociũ & quietẽ,in nouandarũ rerũ erant occaſionẽ ere/
cti. Oppugnabãtqꝫ iã cõſules Pedũ,qđ in Æmilij cõtemptũ patres,nõ ſolũ captũ,ſed etiã euer
ſum uolebant. Tyburtes & Præneſtini ſuppetias Pedanis tulere,diuerſa parte Aricini Lanuui
ni Veliterni & Antiates ad Aſturã fluuiũ caſtra fecerãt,quos Nęuius ex improuiſo adortꝰ fu
dit. Camillus interea,facta ex Pedo ſubita eruptione atqꝫ exercitus parte in fugã inclinata la/
borioſe aliquãdiu hoſtẽ ſuſtinuit,inde inſtaurato prælio nõ ſolũ aduerſam aciẽ ꝑculit, ſed op/
pidũ etiã admotis ſcalis ui cepit. Nec ſecundum eam uictoriam prius quieuere conſules,ꝙ uni
uerſum Latiũ partim ui,partim uoluntaria deditione,ſubegerint. Præſidijs inde oppidatim re
lictis ambo Romam reuerſi,magno omniũ cõſenſu,de Latinis triumpharũt. Additus trium/
pho perrarus ea tempeſtate honos,ut ſtatuæ equeſtres ſint illis in foro poſitæ. Inde Camillo
de Latij ſtatu referente,ne Latini nouis aſſidue defectionibus populum Romanum ſollicitũ
haberent,aut penitus tollendos cenſere,aut quod ſatius uideretur,in ciuitatẽ aſciſcẽdos,quan
do id demum firmiſſimũ eſſet imperiũ,quo ſubiecti gauderent populi, Decreuerũt patres,ut
pro meritis cuiuſqꝫ ciuitatis,illis ſuũ beneficium impertiretur. Lanuuinis itaqꝫ ciuitas data eſt,
Iuno ſoſpita.
ſuaqꝫ illis ſacra reddita,ut ædes lucũſqꝫ Soſpitæ Iunonis Lanuuio mũicipio & Romanis cõis
haberẽt. Aricini,Nomẽtani,Pedani eodẽ iure quo Lanuuini in ciuitatẽ aſciti. Tuſculanis ſer/
uata

A uata ciuitas,quã antea adepti fuerant. Veliterni,quoniã ſæpiꝰ rebellaſſent, grauius mulctati,
eorũ muri diſiecti. Senatꝰ Romam adductꝰ,iuſſuſq; trãs Tyberim habitare. Quibus clariga
tio eſſet ad mille paſſus cis Tyberim. Qui depreheſus fuiſſet, tãdiu in uinculis haberetur,do-
nec mulctã perſoluiſſet. In ſenatorũ agrũ noui ſunt coloni ex urbe miſſi, Antiatibus ciuitas da
ta eſt,naues adeptæ,mariq; interdictũ. Tyburtibus & Prænestinis ager ex parte ademptꝰ,nec
tãtum ob recẽs crimẽ,ſed ꝙ populi Romani odio cũ Gallis gente efferatiſſima,ſocia iũxiſſent
arma. Cæteris Latinis cõnubia,cõmercia,& concilia inter ſe adempta. Campanis equitibus
Fundanis & Formianis ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos & Sueſſulanos eiuſdem iuris
cuius Capuam eſſe placuit. Antiatium naues quædam ſunt in nauale ſubductæ,aliæ incen-
ſæ,quarũ roſtris ſuggeſtum eſt in foro exultum,id templũ roſtra ob eã rem, dixerunt. Latij
rebus in hunc modũ cõſtitutis,iam pacate Romani agebant,quũ C.Sulpitio Lõgo & P.Elio
cõſulibus bellũ inter Sidicinos & Auruncos eſt ortũ. Aurũci quia à T.Mãlio fuerant in dedi-
tionem accepti, auxiliũ ab Roma petiuere. Iuſſi cõſules Auruncis opẽ ferre,qui prius quã eo
ueniſſent cũ exercitu, nũciatũ eſt Aurũcos,relicta patria populariter ꝓfectos, Sueſſam mũiuiſ
ſe,q̃ res fuit in cauſa,ut iam inde ſit Sueſſa Aurunca dicta. Veterẽ Auruncã quã illi reliquere,
Sidicini funditꝰ deleuerãt. Senatꝰ cõſulibus iratus,ꝙ Auruncis ſero opẽ tuliſſent, Dictatorem
dici iuſſit, Claudius Regilienſis ab his dictus,religiõe ab auguribꝰ iniecta,ꝙ uitio creatus eſ-
ſet,ſe magiſtratu abdicauit. Eo anno Minutia ueſtalis uiua ſub terram ad portã Collinã dex-
tra uia eſt defoſſa. Scelerato cãpo nomẽ loco factũ. Fuit idẽ annus apud Romanos inſignis,
ꝙ P.Philonẽ primũ è plebe p̄torẽ habuit. Cõſulibus inde L.Papyrio Craſſo,& Cæſone Du
ellio cũ Auſonũ gẽte bellũ fuit. Cales oppidũ Auſones tenebãt,iunxerãtq; cũ Sidicinis arma,
uterq; populus uno leui p̄lio eſt à Romanis fuſus. Cæterũ,quando Sidicini adeo infeſto erãt
in Romanos animo,placuit id bellũ non intermitti. Interim M.Valerius Coruinꝰ & M.Atti
lius Regulus cõſules fiũt,dataq; Sidicinorũ prouincia extra ſortẽ Coruino,q uictore exercitu
B à ueteribus cõſulibꝰ accepto Cales duxit,ibi hoſtes p̄lio congredi auſos egregie uicit,inde Ca
les oppugnat. Tantus erat militũ ardor,ut ſcalis muro admotis ꝑ æqua & iniqua conarent̃ in
arduũ euadere,ſed cõſuli res difficilior uiſa,q̃ ut temere milites in apertũ uitę diſcrimen adirẽt,
tantiſper abſtinẽdũ cẽſuit,donec uineæ & turres muro admouerent̃. Interea M.Fabiꝰ Roma
ni ſanguinis,q ab Auſonibꝰ captꝰ in urbe cuſtodiebat̃,ruptis uinculis ex muro hoſtiũ ſe teſte
dimiſit. Is ad cõſulis p̄ſentiã conſtitutus,autor illi fuit,ut Calenos uino & epulis feſto die ſopi
tos,repẽte adoriret̃,quo facto haud maiore eſt certamie oppidũ captũ q̃ Caleni acie fuiſſent
nuper uicti. Calibꝰ captis ac direptis conſul Romã redijt,Calenũq; triumphũ egit. Inde am-
bo conſules in Sidicinos duxere,q priuſquã Romã ꝓficiſcerent̃,Dictatorẽ dixere ad comitia
cõſularia habẽda L.Æmiliũ Mamercũ. Creati ꝓximis comitijs cõſules T.Veturiꝰ & Sp. Poſt
humius. Gerebãt interea bellũ Coruinꝰ & collega aduerſus Sidicinos,ſed dũ illi foris agũt Ro
mæ triũuiri creati ſũt ad Coloniã Cales deducẽdã,nec ita m̃lto poſt noui cõſules Sidicino bel
lo adhuc reſiduo à ueteribꝰ exercitũ accepũt,q Sidicinos fines ingreſſi,quũ late oĩa popularen
tur,tumor ꝑcrebuit Sãnites à Sidicinis,ad arma cõciri,q̃ res effecit,ut conſules autoritate patrũ
P. Corneliũ Rufinũ dictatorẽ dixerint. Qui uitio creatꝰ ſe magiſtratu abdicauit. Creati ſequẽ
ti anno cõſules L.Corneliꝰ iterum & Gn.Domitiꝰ. Hi Gallici belli fama ciuitate perculſa, di
ctatorẽ dixere M.Papyriũ Craſſum. Et iam dictator cœperat ſumma cura delectum habere,
quũ exploratores ad id miſſi,oĩa ex Gallia pacata retulerunt. Samniũ interea ſuſpectũ Roma
uis erat,eaq; ſuſpitio in cauſa fuit,ut Romanꝰ exercitꝰ nõ ſit hoc anno ex Samnio abductus
Samnites Alexandri Epirenſis bellũ in Lucaniã traxit,ibi duo populi aduerſus regem excur
ſionẽ à Pesto facientem acie conflixerunt. Fuitq; ea pugna Alexãder ſuperior,uictorq; pacem
cũ Romanis fecit. Sic Liuius. Ego,quia nihil hoſtile in Romanos rex egerit,fœdꝰ id fuiſſe po
tius crediderim. Tribus Metia & Scaptia hoc anno ueteribꝰ additæ,& Acerranis ciuitas ſine
ſuffragio data. Infamis inde annus ſecutꝰ M.Claudio Marcello & T.Valerio Flacco ſiue Po
tito,ut alij ſcripſerũt,cõſulibꝰ,quũ multi ex primoribꝰ patrum ſimili morbo & euẽtu mortui eſ
ſent,ancilla q̃dã ad Q.Fabium Maximũ ædilẽ Curulem uenit,cauſamq; eiꝰ cladis ꝑdituram
ſe ꝓfeſſa eſt,ſi fides ſibi daretur, id indiciũ apud dominos haud futurũ ſibi noxę. Fabiꝰ re ad

Latij ſtatus cõſtituitur.

Roſtra.

Conſules

Aurunca Sueſſa.

Minutia ueſtalis uiua defoditur.

Prætor plebeius.

Fabius uinculis liberatur

Cales capiũtur.

Dictator

Alexander Epirenſis

Tribꝰ nouæ

conſules delata, à conſulibus ad ſenatũ, fide, conſenſu ordinis, indici data, patefactũ eſt mulie/ C
bri fraude eã cladẽ accidere, multas eſſe quæ in uirorũ perniciẽ coquerẽt uenena, ac ſi ſecũ cant,
fore, ut multæ ueneficio occupatæ deprehenderentur. Miſſi qui ancillã ſequerẽtur. Hi quaſdã
Romanæ ueneficæ.
medicamenta coquentes, apud alias recondita inueniunt: Quibus in forũ delatis, uigintiq; nu
mero matronis, apud quas id pharmaci genus fuerat deprehenſum, publice accerſitis, & in his
Cornelia & Seruilia patriciæ gentis, quæ quum ſalubria eſſe contenderent, ab cõfutante indi
ce bibere iuſſæ, ſpatio ad colloquendũ ſumpto, inter ſe locutæ, id haurire ſtatuũt: medicamen/
Veneficæ puniuntur.
to in conſpectu populi epoto, ad unã interiere. Inde ad CLXX. eiuſdẽ ſceleris conuictæ, capita
li ſunt ſupplicio affectæ. Atrocitas rei, quia ad eã diem in nullã fuerat ueneficij anquiſitũ, pro/
digij eſt loco habita, uelut alienatis furore mentibus id flagitiũ perpetrari contigiſſet. Dicta/
Claui fixio.
tor creatus eſt figendi claui gratia, ꝙ eo olim piaculo mens plebis diſcordia alienata compos
ſui demũ facta, & ad concordiã reuocata eſſet. Clauũ Gn. Quintilius Mineruæ poſtibus affi/
xit. Conſules poſtea fuere L. Papyrius Craſſus iterũ & L. Plautius Venox. Sub initiũ hui9 an
Conſules.
ni à Volſcis Sidicinis & Lucanis legati Romã uenerunt, Romani populi fidem implorantes,
dedenteſq; ſe & ſua, ut ab Samnitiũ iniuria defenderentur. Secundũ eam deditionẽ iuſſi ſunt
Samnites per legatos ab deditorũ finibus abſtinere. Obtemperatũ eſt à Samnitibus, nõ quia
pacẽ uellent, ſed ꝙ ad bellũ res eorũ nondũ erant inſtructæ. Priuernates interea Fundanis in
ſocios aſcitis, Romana in ſe arma uertunt. Qui Vitruuij Fũdani ductu Setinũ agrũ, Norba/
nũ, & Coranũ effuſa populatione uaſtarunt. Hos Papyrius conſul uix explicata acie fuſos ca
ſtris exuit, exutos Priuernum cõpulit. Plautius alter conſul Priuernatẽ agrũ late populatus, in
Fundanũ tranſijt. Fundani Romano fines tranſcendenti ſupplices occurrunt, orantq; ne à
ſua ciuitate exigerent pœnas eorũ, quæ Vitruuius homo facinoroſus cũ paucis ſuæ factionis,
priuato, non publico conſilio, in ſocios populi Romani feciſſet. Eã culpã procul à Fundana ci
Fundanorũ deprecatio.
uitate abeſſe. Priuerni eſſe Po. Ro. hoſtes, ibi inueſtigandos, armiſq; perſequendos, non Fun
dis, ibi Vitruuiũ & alios Vitruuij ſimiles, belli ſedẽ habere. Sceleſtiſſimos homines quoquo D
modo oppreſſos, ſuæ demũ perfidiæ pœnas expendere oportere, ut ſibi non patriæ deliquiſſe
uiderentur. Fundanis pacẽ eſſe, beneficiũq; Ro. po. ꝙ ciuitate donati eſſent, grata memoria te
nere. Romanorũ eſſe urbẽ, agrũ, ipſorũ corpora, coniugũ, liberorũq; ſuorũ, ipſi uiderent an in
ſontẽ ciuitatẽ, paucorũ ciuiũ ſcelere, maiore aliqua uelint clade affectã, unũ ſcire ſe, nullã ſibi in
iuriã tã acerbã inferri poſſe, quæ publicũ ſit ſtudium ciuitatis à Romanis alienatura. Laudati
ſunt à conſule Fundani, iuſſiq; bene ſperare, ipſe Romã ſcripſit, Fundis omnia ſe pacata inue
niſſe, Priuernũ inde belli impetũ auertit. Quidã autores ſunt, priuſq̃ conſul pacẽ Fundis red/
didiſſet, in capita coniurationis eſſe animaduerſum, trecentoſq; & quinquaginta ex coniura/
tis Romã miſſos, eamq; deditionẽ patres nõ recepiſſe, quia plæbeio ſanguine Fundanus po/
pulus præſenti uellet ſupplicio defungi. Obſidebant Priuernũ duo conſulares exercitus, quũ
conſulũ alter inde Romam ad habenda comitia eſt uocatus: crebreſcebat in dies Gallici belli
Conſules.
fama, quo contigit, ut noui cõſules L. Æmylius Mamercus & Gn. Plautius iuſſi ſint cõfeſtim
inire magiſtratũ, partiriq; inter ſe prouincias. Mamercus, cui Gallicũ bellũ ſorte obtigit, decre/
to patrũ nouũ cõſcripſit exercitũ. Opifices & ſellularij, genus hominũ parũ alioq militiæ aſſue/
tum, inautorati, adeo nõ ſemper eius gentis motus nõ Romanis formidoloſi fuere. Proceſſit
conſul Veios uſq;, inde intentius explorãs qua parte eſſet hoſti occurſurus. Cæterũ quũ quie/
Priuernum captũ muris nudatur
ta omnia ex Gallia nunciarent, omnis uis belli Priuernũ cõuerſa eſt, oppidũ paucis diebus ca/
ptũ, muriſq; nudatũ. Vitruuius ibi captus Romæ capitali eſt ſupplicio affectus. Eius ædes quę
in Palatio fuere diruendas cenſuit ſenatus, bonaq; obſcuro genio cuidã qui Semoni Iani no
mine aduerſus Quirini ædem colebatur, cõſecrauit. Hoc anno, ſiue, ut plures aiunt, eo qui pro
xime præceſſit, equorũ carceres in circo ſunt conſtituti. Plautius de Priuernatibus triumphum
egit. Mox uero cum Priuernatium cauſa in curia cognoſceret, legatorum unus à quodam in
feſtiſſimo ſenatore rogatus, ecquidnam Priuernates meriti eſſent? reſpondiſſe fertur, quod &
Reſponſum Priuernatis
illi qui ſe dignos libertate cenſerent. Tũ à conſule rogatus, quid ſi uobis pœnam remittimus,
qualis à uobis pax expectanda eſt? Perpetua, inquit, & fidelis, ſi bonam dederitis: ſi malam
haud diuturna. Apparuit ut libere ita uere id dictũ, quãdo pax nuſq̃ fida, niſi ubi fuerit uolun
taria:

A tarſa,ubi ſit ſeruitus,fidē ſperari non oportere. Atq; ita ex autoritate cōſulis,latū eſt ad popu/
lum,ut ciuitas Prinernatibus daretur. P. deinde Plautio Proculo & P. Cornelio Scapula con
ſulibus nihil memorabile eſt domi foriſue geſtū,niſi ꝙ uiſceratio populo data eſt à M. Flauio
in funere matris. Sunt qui cōuiuiū fuiſſe interpretent̄. Ego ſcio hodie in quibuſdā locis Romę
circuniectis,ueteri inſtituto corbes ſuillæ carnis aut bubulæ,in æquales partes conciſæ, oſtia/
tim circunferri,inibiq; diſpenſatores ſingulis domibꝰ fruſtū carnis unū,in defuncti alicuiꝰ me
moriā inferre. Adijciūt iterdū ſiligineū panē & uini ſextariū. Palæpolitani Sānitiū ſocietate fre
ti hoſtiliter interim Cāpanū Falernūq; agrū inuaſere. Fuit Palæpolis haud ꝓcul Neapoli,ea/
dē gens utrāq; urbē habebat Cumæis oriunda, Cūani ipſi à Chalcidēſibꝰ fuerūt & Cumæis
ex Eubœa inſula ꝓfectis. Res patrio more à Palępolitanis repetitę nō mō nō redditæ ſunt,ſed
legati etiā qui ad id miſſi fuerāt,minaciſſimū à Græcis tulere reſponſum. Erant tū conſules, L.
Cornelius & P. Philo, Palepolis prouincia Philoni euenit. Cornelius cū cætero exercitu miſ/
ſus eſt,qui Samnites obſeruaret,quorum ſocietas iamdudū parū fida haberi cœperat, & iam
rumor erat magiſtratuū iuſſu in Samnio accuratiſſimum delectum haberi, Fūdanoſq; & Pri
uernates ad defectionē ſollicitari. Mittunt̄ proinde in Samniū,qui motus ipſius gentis ex ꝓxi
mo cognoſcerēt,haud quidē Samnites laturi uidebantur,quod Romani Fregellas oppidum
Sānitici agri occupaſſent,& quū Romanus legatus cognitionem de ea re nihil grauate Popu
lū Romanū ad ſocios delaturū diceret,ad ea Samnitiū duces:quin,inquiunt,in Cāpano agro
potius armis nō uerbis,rem ipſam decernamus. Proinde inter Capuā & Sueſſulam utrinque
uelut ex cōdicto cōferamꝰ caſtra ferro decreturi,utrum Romani an Samnites Italiā imperio
regant. Romani ad ea tantum reſponderūt,ituros ſe quo ſui imperatores non quo hoſtes du/
cerent,ac cū his digreſſi apertū cū Sānitibus bellū domū renunciant. Philo interea caſtris inter
Neapolim & Palæpolim locum ceperat,ademptoq; hoſtibus cōmercio,utranq; urbē ancipiti
bello premebat: Cornelius in caſtris dictatorē dicere iuſſus, M. Claudiū Marcellū dixit,q̄ ma/
B giſtratu ſe abdicare eſt iuſſus,quia diceret̄ uitio creatus. Criminari rē Tribuni plebis,fraudeq;
eā calumniam religionis iniectā à patribꝰ ꝑdicare,quia Dictator plebeius eſſet. Haud q̄dē ui
dere ſe,quid uitij ineſſe potuiſſet,ꝙ cōſul noctis ſilentio de more Dictatorem dixiſſet,nec ex/
tare eum ſedentē uiderit,aut dicentē audire potuerit,qui auſpicia dirimeret,nec ſi quid uitij in
caſtris cōſuli euenerit,augures id ſcire potuiſſe,quum ille nec publice, nec priuatim ſcripſiſſet
aliquid. Obtinuerunt tamen patres,ut res ad interregnū rediret,ac tum demum quartodeci/
mo interregno creati ſunt conſules L. Æmylius & C. Petilius. Hoc anno Alexander Epiri rex
eſt in Lucania interfectus. Accitus ille in Italiam à Tarentinis Dodonei oraculi ſortibus iuſ/
ſus erat Acheruſiam cauere, Pādoſiamq; urbem. Ibi fatis eius terminum dari. Hæc illi cauſa
fuit in Italiam maturius tranſmittendi,ut procul eſſet à Pandoſia Epiri urbe,& Acheronte e/
iuſdem fluuio, quem ex Moloſſide fluentem in inferna ſtagna accipit Theſprotius ſinus.
Cæterum fatali neceſſitati humana prouidentiā non repugnat,ruiturq; ſæpius fugiendo in
ipſa fata. Vicerat ſæpe acie Alexander Brutios & Lucanos,ceperatq; ui Heracleam & Cōſen
tiam ex Lucanis & Brutijs, Sipontum & Eriniam,aliaſq; Meſſapiorum & Lucanorū urbes.
ccc. interim illuſtribus familijs in Epirum pro obſidibus miſſis. Interea tris haud procul Pan
doſia urbe tumulos ad Lucanos & Brutios fines infeſtandos communiuerat,atq; inde quaq;
uerſum hoſtes infeſtabat. Aſſidui etiā imbres adeo interiacentibus campis inundauerant, ut
exercitu trifariam intercluſo, nulli alijs ferre auxilium poſſent. Eam occaſionē amplexi hoſtes
Alexandro opem ſuis ferre nequeunte,duo præſidia expugnant,inde ducem ipſum magna
copiarum parte exutum obſidione cingunt. Erant ex Lucanis exulibus circa Alexandrum cir
citer ducenti,hi pacto occulte cum ſuis regem ſe aut uiuum aut mortuum,in eorū poteſtatem
daturos pollicentur. Interim rex ipſe magnū facinus auſus ꝑ medios hoſtes cum delecta manu
erumpit,ducēq; Lucanorum cominus congreſſum obtrūcat,contrahenſq; ſuos in unum, dē
ſo globo ad amnem peruenit,cuius pōtem uis aquarum nō multo antea diſcuſſerat. Hic quū
incerto uado tranſitū meditaretur,miles labore feſſus nomen fluminis regi abominandū for
te protulit,iure inclamans Acheron nominatis,quæ uox auribus excepta,ingētē regi dubita
tionē iniecit,an fluuiū tranſiret. Eum ita cunctantē Sotinius miniſter admonet, Lucanos quæ
rere,

Viſceratiō quid ſit.

Palæpolis

Conſules

Samnitium reſponſum.

Dictator

Conſules

Alexandri Epirotæ geſta

Acheron in Italia & Epiro.

Alexandri Epirotæ interitus.

rere locum inſidijs,quos ubi ille reſpiciens in ſe ruere animaduertit,exerto gladio in fluuium C
deſiluit,iam equus eum in aduerſa pene ripa ſtatuerat,quum Lucanorum unus ueruto tráſfi
xit.Eũ labentẽ aquarũ impetus hærente haſta in hoſtium præſidia exanimem traxit.Ibi fœda
corporis laceratio facta,medioq́ꝫ pręciſo partem Conſentiã miſere,alterã ad ludibrium ſerua
tam,quũ ſaxis & iaculis diutius inceſſiſſent,poſtremo mulierculæ condonarũt,quæ ut uirum
& liberos qui captiui apud hoſtes erant reciperet,cremati corporis oſſa Metapontũ ad hoſtes
tranſmiſit,unde ad uxorẽ Cleopatrã ſunt & Olympiadem ſororẽ miſſa,Erat hæc magni Ale
xandri mater,q eodẽ anno,quo auunculus in Italia perijt:ipſe ut Liuius ſcribit in Aegypto A
lexandriam condidit.Curtius poſt Darium bis uictum id accidiſſe ait.Eſt igitur proprius hic
locus,ut quæ ille magno in terra Græcia ſucceſſu,&ſi illa ſunt prius geſta,inde multo maiore
in Aſia & toto oriente geſſit,ordine referenť.Sed gerendaꝝ rerum magnitudo quãta olim fu

Alexandri magni indoles.

tura eſſet,in eo adhuc puero argumenta extiterunt,quippe qui clariſſimis Philippi patris re-
bus inter æquales haud obſcure doleret,faſſus nihil ſibi & illis gerendũ quod ad laudem per-
tineret à patre relictum iri,quum interim nullam uolũtatũ illecebrã,ſed tantũ pugnas arderet,
gloriam cõcupiſceret.Rogatus aliquãdo ab æqualiũ uno,an in Olympico agone libens decer
taret,libenter quidẽ reſpondit,ſi mecum ibi reges certaturi eſſent.Quum forte Philippo ab-
ſente Perſarũ legati in Macedoniã ueniſſent,accepit eos Alexander uiriliter hoſpitio,nec aliũ
interim cũ his ſermonẽ habuiſſe ferť,quã de Perſici regni ſtatu,de itinerũ longitudine,& ſitu
locorũ,quę res in cauſa fuit,ut quũ neqꝫ humile quicquã,neqꝫ puerile ſciſcitaretur,altiſſimũ in-
geniũ Perſæ in puero demirati,Philippi grauitatẽ & prudentiã,priuſquã cũ eo cõgreſſi eſſent

Equus Alexand.

ſint reueriti.Emerat Philonicus Theſſalus equũ Philippo ferociſſimũ XIII.talentis,quem ſua
ferocia intractabilẽ,primus oĩm Alexander aſcendit,ſponſione prius cum patre facta, fore,ut
quẽ alij tractare nõ auderẽt,ipſe breui,mãſueriorẽ redderet.Obſeruauerat equum ſua umbra
exterreri.Statuit itaqꝫ adoleſcẽs eũ ad ſolẽ conuerſum inde iubã leniter demulcẽs cum quadru
pes proflatu & capitis quaſſatione adhuc ſæuiret,reiecta paulatim chlamyde, illum repente D
conſcendit.Sed quũ multa peruicacia conſcenſus tractari nõ poſſet,cuperetq́ꝫ pręceps abire,
effuſis in collũ habenis adactiſq́ꝫ calcaribus,ingenti clamore citat in curſum.Ibi quã lõga pla

Philippi uerba de Alex. Ariſtoteles.

nities ultro citroq́ꝫ ad ſatietatẽ exagitatũ,Philippo & alijs ſtupentibus,mitiorẽ reddidit. Tum
pater eũ amplexus,I fili,inqt,& aliud tibi regnũ quæras,nam te Macedonia nõ capit. Cæterũ
quum bellicoſo eſſet ingenio,haud tamẽ ſcientiã & liberales artes eſt aſpernatus:nota eſt uox
eius ad Ariſtotelẽ,cupere ſę magis ſingulari diſciplina quã poteſtate præſtare,quã in Ariſtote
le quo uſus eſt præceptore,adeo mirabatur,ut eum non minus ſe amare quã patrẽ ſæpiꝰ præ
dicaret.Homeri Iliadẽ rei militaris uiaticum uocabat.Per hæc & alia ingenitæ uirtutis argu-
menta adultus,Philippo eo modo quo diximus extincto,uiginti iam annos natus regnũ ade

Alexan. rex

ptus,quia uarij animorum motus ab initio regni extiterant,quibuſdã de recuperãda libertate
occulta conſilia agitantibus,alijs militiã finire cupientibus,nõnulli etiã facem regalibꝰ nuptijs
accenſam,in regum regis conuerſam ferebant ægerrime,graui ad exercitũ concione uſus, pri-
mum omniũ militẽ in ſpem maximam erexit,inde rerum omniũ immunitate præterquã mili
tiæ Macedonibus data,prudentiæ ſibi opinionem & benignitatis ingentẽ conciliauit,ut uul-
go prædicarent corpus hominis in rege mutatum non uirtutem.Inde paternã cædem ultus,
incertum,pietatem ſecutus,an ne parricidij,quod rumor erat,uideretur conſcius, quicunqꝫ cæ
dis illius fuerunt participes uictimarũ more ad eius ſepulcrum iugulari fecit. Linciſtarum fra
tri uni duntaxat pepercit,ob adepti nuper regni auſpiciũ,ab eo enim primo fuerat Rex ſalu

Dux Græciæ Alexan. Triballi Demoſthenis mendacium.

tatꝰ.Ex Macedonia nõ multo poſt in Peloponneſum ꝓfectus,Corinthi, exẽplo patris, Dux
Græciæ declaratť,mox ut Aſiaticum bellũ à prẽ inchoatũ facilius exequeretur,in Triballos mo
uit,ne poſt ſe gentẽ ullã Macedonum rebus infeſtã relinqueret.Sedes habuit ea gẽs ad Iſtrũ,
cuius regem Syrmiũ,quum prælio uiciſſet,premeretq́ꝫ eam terram armis, repente ex Gręcia
affertur ad Thebanos,Athenienſes,& Lacedæmonios Perſas defeciſſe.Demoſthenẽ claꝝ A-
thenis oratorẽ,& q Philippi patris rebꝰ ſemꝑ fuerat infeſtus,auro à Perſis corruptũ autorẽ fu
iſſe tam ſubitæ defectionis.Qui præter eloquentiam qua plurimũ polleret,mendacio uſꝰ dice
retur,ꝙ in concione quẽdam produxiſſet,qui affirmaret interfuiſſe ſe prælio quo Alexãder in

Tribal-

Triballis periſſet,ſe quoq; uulneratum diceret,eſſe Macedonum copias ibi occidione occiſas.
A Plutarchus nunc puerum,nunc adoleſcentem,inter agendum à Demoſthene in contemptũ
appellatum ſcribit. Alexander ad primum defectionis nuncium citato agmine in Græciam
contendit,medio tranſcurſu Theſſalos hortatus,ut in fide permanerent,maternæ neceſſitudi
nis cum ipſa gente ob Æacidarũ genus admonitos. Athenienſes audito regis acceſſu per lega
tos ueniam precantur,quibus grauiter increpitis remiſit bellum. Alexander inde Thebas ad
ortus,uenia cum libertate propoſita,Phœnicem & Prothitẽ inqetioris ſtatꝰ autores ſibi ad ſup
plicium dari poſcebat. Thebani cõtrà cõditionẽ aſpernati Philotam & Antipatrũ Alexandro
chariſſimos iubebant ſibi ad ſupplicium dari,unaq; Græciæ ciuitates ad libertatem hortaban
tur. Alexander ira accenſus ſuos ad pugnam inſtruit,nec Thebani &ſi numero pauciores cõ
greſſu abſtinuerunt. Atrocius ab his quàm pro numero dimicatum,magnũq; hoſtibus nego
cium iniecerant,ſed à Lacedæmonijs,qui arcem præſidio adhuc tenebant,à tergo circunuenti,
ſunt in medio cæſi,urbs inde capta eſt. Phocenſes,Orchomenij, & Plateenſes Alexandri par
tes ſecuti, Thebanorum ſuperbiam, & uetera ciuitatis ſcelera in ſcænis celebrata, in me — *Thebæ capiuntur.*
dium afferentes,facile conſecuti ſunt,ut Alexander de eius urbis excidio deliberans, militi di
ruendam dederit,præter ſacerdotes,& Pindari poetæ ſtirpem,& paucos. Macedonum hoſpi — *Diruuntur Thebæ*
tes,diſſuaſoreſq; defectionis,cæterã multitudinem ſub corona uendidit. Ad triginta milia nu
mero uænijſſe dicuntur. Diripuerunt Thraces Timocliæ matronæ clariſſimæ domum,ip
ſiq; per uim ſtuprum intulerant. Tum Thracũ Dux eam ſeorſum acceſitam rogat,ubi do — *Timocliæ facinus*
meſticum aurũ occuluiſſet,demonſtraturã ſe locũ illa,ſi ſecum eat in hortos,ubi multum auri
deiectum eſſet,pollicetur. Barbarus auri cupidus eo ſe confeſtim duci imperat,quo ubi uentũ
eſt,illeq; puteo incubans(is enim locus ab illa fuerat demõſtratus)quũ intentius imas partes
oculorũ acie ſcrutaretur,à tergo impulſus in caput peſſum corruit. Timoclia multis ſuperne la
pidibus cõiectis,priuſquã ſubueniri potuiſſet,ſtupri iniuriã ulta eſt. Thraces,dolore amiſſi du
D cis,Timocliam atrociter uexatam,uelut ad certum ſupplicium ad regis cõſpectum ſtatuunt. Hic
ille mulieris aſpectu permotꝰ,quærit quænam ſit fœmina? Tũ illa ſororẽ ſe fuiſſe ait Theage — *Alexan. clemẽtia in Timocliam.*
nis,qui in Cheronia imperator,ſtructa aduerſꝰ Philippũ acie p Græciæ libertate occubuiſſet,
inuictũ mulieris aĩm,clarũq; facinus miratus Alexander,eã cũ filijs in libertatẽ reſtituit. Athe
nienſes &ſi cũ Alexandro nup fœdus ſanciuerant,Thebanorũ excidium adeo iniquo aĩo tu
lerunt,ut myſteria quæ rite per eos dies erant celebranda ſint prætermiſſa,ac ſi qui Thebano — *Alexan. clementia in Athen.*
rum cõfugerãt,contra regis edictũ,comiter & humane accepti ſunt. Sed tantum abfuit ut eo
nomine Alexandrũ infeſtiorẽ habuerint,ut eius permiſſu iam inde Athenienſes res Græciæ
publice curare cœperint,eſtq; regiæ huiꝰ clementiæ Plutarchus autor. Trogus ita Alexandrũ
ea cõtumacia offenſum ſcribit,ut Atheniẽſibus iterũ bellũ indixerit,quod illi ſuppliciter depre
cati,ea cõditione ueniã impetrauerint,ut defectionis duces, & oratores dederentur,atq; in eo à
rege tẽperatũ,ut Ducibus in exiliũ actis,oratores in ciuitate ſint retenti. Exules ad Dariũ pro
fecti,non paruũ momẽtũ rebus Perſicis attulerunt. Græciæ rebus in hunc modum cõpoſitis
Alexander ſolenni Græcorum conuentu aduerſus Perſas eſt imperator declaratus. Hic mira
tus ille ꝙ inter plurimos philoſophos,qui officij cauſa ſibi præſto affuiſſent,Sinopenſis Dio
genes nõ adeſſet,pro magno habuit negocio eum cõuenire. Diuerſabaẽ ille iam grãdis natu — *Diogenis & Alexan. cõgreſſus.*
in Cranio Corinthi,quo quum Alexãder ueniſſet,eũ inuenit ad ſolẽ apricãtẽ. Diogenes tam
celebrem comitatũ ad ſe uenire intuitus,paululũ reſedit,mox à rege familiariter ſalutato,quũ
ab eo rogaretur,an cuiuſq; eſſet rei indigꝰ,paululũ,inqt,te ueſtigio faceſſe,ne ſolẽ mihi adimas,
ridentibꝰ qui cũ Alexandro erant,ſtultã Diogenis ſecuritatẽ,ꝙ regiam maieſtatẽ nihil ueritꝰ
loco ſibi cedere iuſſiſſet,conuerſus ille ad ſuos,Ego profecto,inquit,niſi Alexander ſim,liben
ter eſſe uellem Diogenes. Cõſulturus Delphicũ oraculũ,quũ à Pythia ſub primũ acceſſum
inuictus appellatus eſſet,eo fretus homine,nihil ulteriꝰ ſciſcitatꝰ,ad exercitũ redijt. Multa dicũ
tur illi in Perſas pficiſcenti,pdigia oblata,in quibus illud maxime fuit memorabile,ꝙ Orphei
ſtatua q ex cupreſſo Libethris fuit,ſub ipſius acceſſum multo manauit ſudore,q pdigio cæte
ris exterritis,Alexãder bene ſibi ſperãdũ dixit,fore interpretatus,ut ea expeditio multũ laboris
eſſet poetis,& cæteris rerũ ſcriptoribus allatura. Quantas ille ſecum copias ad id bellum traxe

rit

rit, uarie, ut uideo, traditur: qui minimũ dicunt triginta peditum milia & quinque eqtũ in A-
ſiam traducta memorant, qui plurimum, quadringẽta peditum milia, equitum quadraginta, C
cæterum quantuſcunq; ille fuit armorũ apparatus, nam ob tantã belli molem non potuit non
mirificus eſſe, adeo certã ſpem uictoriæ ſecũ tulit, ut triginta dierum cibaria, ſi uera Ariſtobol⁹
tradidit, & ſeptuaginta duntaxat in ſtipendium talenta Macedo habuerit, quũ in Aſiã trãſmi
ſit. Nauim cõſcẽſurus alijs amicorũ alia tradidit, portoria, uillas, prædia, quibuſdã etiã oppida
diſtribuit. Perdicas ab eo ſciſcitatus, ecquid regi ſupereſſet? ſpes, inquit. Tum ille, hæc & nobis
commilitõibus cõmunis eſt; atque cum his prędiũ ſibi aſſignatum reſtituit. Helleſpõto copijs
traiecto, Iliũ aſcendit Mineruę ſacrificaturus: ibi quũ circa Achillis ſtatuã unguẽto delibut⁹ de
more cucurriſſet, felicem illum appellauit qui fidum in uita amicum, mortuus Homerum ſor-
titus eſſet uatem ſuarum rerum præconem. Rogatus cum urbem circuiret, an Paridis Cytha
Achillis ſtatua. ram uellet uidere. Achillis, inquit, mallem, qua ille fortiſſimorum hominum cantauit geſta. I-
Alexã. uerba. lio cum exercitu digreſſus, ad Granicum amnem habuit hoſtem obuium. Eſt Granicus Phry
Granicus. giæ fluuius qui magna ex parte per Adraſtiæ campos, in quibus eſt pugnatum, decurrens in-
Priapus. ter Eſapum & Priapum Helleſponto funditur. Fuit Priapus oppidum ad mare & portus. Mi
leſij qui Abydum & Proconeſum tenuerunt condidiſſe creduntur. Obſederant itaq; Daria
ni præfecti aduerſam fluminis ripam, cum maximo copiarum apparatu, quum profundita-
te fluminis, tum riparum aſperitate freti. Alexander ſuos intuitus periculo loci deterritos, cum
Alexan. uirtus. ſeptemdecim equitum ordinibus fluuium ingreſſus, per ſagittas & tela ex aduerſo coniecta,
aquarum impetu laborioſe perdomito, in ulteriorem ripam ad hoſtem euaſit, ibi Perſæ, ne
ſpatio quidem ad cogendos ordines Macedonibus dato in egreſſos hoſtes ſuperne decurrũt
Pugna ad Granicum flu. Erat Alexander quũ pelta, tũ galeæ pulchritudine inſignis, duab⁹ candidiſſimis pẽnis utrinq;
aſſurgentibus. Spitridates illũ & Thriſaces Dariani duces uno tempore inuadũt: Macedo eo-
rũ altero declinato, Thriſacẽ petit, qui thorace munitus diffracta Alexandri haſta uiolari nõ
Alexan. periculum. potuit. Spitridates ex obliquo inuectus Alexandrum in aliud certamen intentum, nam ha- D
ſta diffracta gladium continuo ſtrinxerat, ſupra galeam percutit, tantaq; ui eſt bipennis ada-
cta, ut altera ala defracta ipſa galea pene ceſſerit, ictui perſtrictaq; ſit ferro cæſaries, & iã in al-
Clytus. terũ uulnus Barbarus ſurrexerat, quũ medius à Clyto tranſfigitur, Alexãder & ipſe nihilo ſe
gnius ſuo prælio defungitur, Thriſace letali uulnere ad terrã deiecto, Eratq; per hæc iã eque-
ſtre præliũ conſtitutũ, quũ Macedonũ phalanx traiecto amne pugnã ingreſſa, cõfeſtim fugã
fecit. Græci q regis ſtipendia faciebãt, proximũ tumulũ occupãt, unde Alexandri fide implo-
rata ſeſe tueri conati ſunt. Eos Rex non mõ non recepit, ſed oĩm primus per aduerſum tumu
lũ furenti ſimilis inuectus, in mediũ agmẽ irrupit, quo certamine Bucephalas, ut quidã ſcribũt,
equus per ilia traiectus cõcidit, qui eo loco ſteterãt ad unũ occidione occiſi ſunt. Sexcẽta milia
Perſarũ eo ꝓlio fugata ſcribit Trog⁹. Sed tot hominũ miliũ Darium poſtea ſecuta Plutarch⁹
Macedonũ uictoria. ꝓdidit, uiginti peditũ milia, q; ſatis cõſtat, & duo equitũ cæſa dicuntur quum ex Macedonibus
quatuor duntaxat, & triginta cecidiſſent, & in his nouem pedites quibus totidẽ ſtatuas Lyſip-
Spolia in Græciam miſſa. pi opus Alexãder eo loco cõſtituit, miſitq; quũ alijs Græcorũ hoſtiũ exuuias, tum Atheniẽſi-
b⁹ clypeos trecẽtos, quibus dedicãdis id carmẽ adhiberet. Alexander Philippi & Græci abſq;
Lacedęmonijs hęc ex incolis Aſiæ Barbaris. Pateras adhęc precioſiq; apparat⁹ alia multa eo
ꝓlio qſita, ad Olympiadẽ matrẽ trãſmiſit habenda. Attulit ea uictoria magnũ Alexãdri reb⁹
monumentũ, poſt unã felicem pugnã Macedo Sardibus eſt potitus. Erat is locus caput mari-
timi Barbarorum imperij. Miletũ inde & Alicarnaſſum ui occupat, cætera uoluntaria eſt dedi
Tab. fatales tione adeptus. Fuit Lyco amni pons ad Xanthiorum oppidũ impoſitus, in quo æneæ tabulę
fuiſſe dicebantur, in quibus inciſæ erant literæ, Perſarũ imperiũ à Græcis olim euerſum iri. Ta
bellæ cum ponte excuſſę aliquãto antea q̃ ad Granicũ pugnatum ſit, in amnis alueum cõcide
Marſias. rant. Interfluit Lycus Celenas proximo monte ort⁹, Marſias tãdiu nũcupatus quod ipſi urbi
Lycus & Caper flu. infuſus, per eam euoluitur. Mox inde egreſſus quũ iã maiorib⁹ aquis auct⁹ fluere incipit, Ly
cus noiatur: liquid⁹ fluit, eiuſq; color placido mari ſimilis. Strabo Cadmum ait montẽ appel
lari, unde Lyc⁹ labit, & alteꝝ Cadmũ noĩe in eodẽ monte ortũ, plurimũ ſub terra fluere. Lycũ
ipſum & Caprũ in Męandrum uno ferme loco cadere, nõ procul à Laodicea. Tabularũ fama
Alexander

A Alexander permotus,quum aliquamdiu dubius ſtetiſſet,in quam potiſſimum partem flecte-
ret uictoriæ curſum,ad dexteram conuerſus,omnem oram maritimam à Lydia uſqꝫ in Phœ-
niciam,mira celeritate ſubegit:inde Phrygia ad leuam modico negocio recepta,ſola celenarū
arx in mora fuit, in qua recipienda quum plures eſſent dies conſumpti,in ea caſtra affertur,
Alexandrum Linciſtarum Antipatri quem Macedoniæ præfecerat,generum ſuo regno in-
ſidiari,quo nuncio commotus Alexander aliquamdiu dubius fuit,an de eo ſupplicium ſume-
ret:at uetitus ne quis in Macedonia motus ſequeretur,in uinculis habere tutius uiſum eſt. Ce- Gordium.
lenis inde receptis Gordium urbem quem Sangarius amnis interfluit,non tam prædę ſpem
ullā ꝗ oraculū ſecutus inuaſit. Diſtat id oppidū paribus ſpatijs à Pontico & Cilicio mari, qua Vbi Aſia anguſtiſſima.
parte eſt anguſtiſſima Aſiæ inter duo maria intercapedo,& ueluti iſthmus quidam, in eo fuit Nodus Gordij.
Gordij Midę patris iugum cū fatali nodo. Vetus erat oraculum,fore,ut qui eū nodū ſoluiſſet,
is Aſiæ imperio potiretur. Vrbe capta,Alexander templū Iouis ingreſſus, ubi loramenta illa
cū iugo aſſeruabantur,impatiens longioris moræ uictor ferociſſimus nodū gladio circumci-
dit,quoad occultiora capita intrinſecus ſolubilia ſint facta,atqꝫ ita uel eluſit oraculi ſortem,uel
impleuit. Erantqꝫ iam res Macedonum in aperto uictoriæ curſu, quum Darius tam multis
Alexandri ſucceſſibus alijs ſuper alios perculſus,omni præfectorum adminiſtratione reiecta,
quando eorū pluribus in bello cura,omnibus fortuna defuiſſet,ſuo ductu & auſpicijs iā inde-
rem gerere conſtituit. Fuit is Darius haud ab eo oriundus qui poſt Cambyſis imperiū ſubla-
tis magis Perſarum eſt regno potitus. Artaxerxes enim qui fuit Darij illius nepos,quiqꝫ de re- Darius.
gno cū Cyro fratre diſceptauit,ex centū quindecim uxoribus &pellicibus plures habuit filios,
quorū tres iuſto erant matrimonio nati,Darius,Ariarates,& Ochus. Darius maximus natu
præter Perſarū morē,ubi niſi cum morte regis imperiū non mutatur,à patre adhuc uiuo regio L. filij ab Artaxerxe infecti.
eſt faſtigio collocatus. Cæterū ille poſt inſuetū paternæ pietatis exemplū,cū L. fratribus quos
cogitati ſceleris ſocios ſibi aſciuerat, capitales patri inſidias inſtruit. Nec cauſa minus ſceleſta,
B ꝗ conſilium ꝓ Aſtaſiam paternarū pellitū unā inſigni forma ab eo non impetraſſet,interfici- Vnde Darius ortus.
endi patris conſiliū ceperat inceſtus filius. Cæterū ſceleris conuictus,cū fratribus nefariæ coniu-
rationis conſcijs,cognati parricidij pœnas,dijs paternæ maieſtatis ultoribus,dedit. Interfectæ
cū his uxores & liberi,ne ueſtigiū tanti ſceleris extaret ullū. Ochꝰ igitur in regnū ſucceſſit, qui
domeſticas inſidias ueritus,cognatorū ſanguine & ſtrage regiam domū fœdauit,atqꝫ per hæc
omni ſuſpicione liberatus bellum Armenijs intulit. Erat in his caſtris Codomanus homo Codomanus.
manu promptus. Is ex prouocatione in pugnā magno tū fauore progreſſus, cæſo hoſte ſuis
uictoriā attulit,Perſarumqꝫ laudē ſeneſcentem in priſtinā gloriā reſtituit. Id præclarū facinus
Ocho materiā præbuit Codomani Armeniæ præficiēdi,eo deinceps extincto magno omniū
conſenſu ex præfecto Perſarū eſt Rex declaratus,Darijqꝫ nomen,ne quid regiæ maieſtati de-
eſſet,eſt ei datū. Hic igitur,Macedonum bello petitus,quum eorū uires in dies magis augeren-
tur,priusꝗ incendiū in regni uiſcera penetraret,hoſtiū conatibus occurrendū ratus,accuratiſſi-
mū ex toto regno habuit delectū. Sexcēta hominū milia ſub eius ſignis fuiſſe Plutarchus ſcri-
bit. Curtius totū fere orientē ait ad arma concitatū. Copias Xerxis exemplo x. milium homi-
nū loco ad tempus parato in Meſopotamiæ campis Darius eſt dimenſus (qui cū iactabūdus
à Caudemo Athenienſi (erat is Alexandri iuſſu Athenis deiectus) quæſiuiſſet,an talis exerci- Darii Copiæ
tus ſatis ei uideretur ad Macedonū opes ꝑferendas,tū ille magis uere ꝗ oportune docuit non
in auro & in multitudine,ſed in uirtute militū cōſiſtere uictoriā. Aperuit inde durā & ſeueram
Macedonū militiā,peritiāqꝫ & uirtutē in p̄lio. Hortari ꝓinde ut id aurū ad fortiorē militem ex
Græcia conducendū Darius cōuerteret, Cuius uerba nō aliter ꝗ omen quoddā infauſtū Bar- Gaudēs ad ſuppliciū rapitur.
barus auerſatus,etſi miti alioqui tractabiliqꝫ erat ingenio, iuſſit tamē hominē ad ſuppliciū cor-
ripi. Rapior, inquit, ille ad mortem utilia ſuadēs,ſed uideo mortis meæ ultorē paratū. Tu qui-
dem licentia regni ſubito mutatus,documentū eris poſteris,ut qui magnæ ſe fortunæ permi-
ſerint naturā primo ſuā dediſcant. Sera deinde pœnitentia ſubijt regē,ueraqꝫ eum prædicaſſe
confeſſus,ſepeliri iuſſit,Timoclemqꝫ Mentoris filium iuuenem impigrū perigrinis militibus
præfecit. Suis inde cū copijs profecto,ipſa imminentiū malorū ſpecies duplici eſt illi in ſomnio
rep̄ſentata. Macedonica phalanx primo illi igne depaſci uiſa eſt,ut Plutarchꝰ memorat. Cur-

Inſomnia regis. tius caſtra ipſa magno fulgore collucere regem imaginatum prodidit, & mox paulo Alexan-
der ad ſe adduci uiſus eſt ſibi miniſtrare, ea amictus ſtola qua ipſe uti cõſueſſet, quum regi ſer- C
uiret. In eadem figura uariat itidem Curtius, qui Darium ait per quietem uidiſſe Alexandrũ
ad ſe adduci eo habitu quo ipſe rex ſalutatus fuerat, equo deinde per Babylonem uectum, ac
cum ipſo equo repente ex oculis abductum. Fuit haud dubie diuinatio illa præſagientis ani-
mi. Cæterũ peſtis regum teterrima adulatio effecit, ut non ſolũ non incœpto deſtiterit rex, ſed
maiore etiã fiducia in hoſtem ire ſit auſus, coniectoribus totũ ſchema alio, q̃ ſentiebant, defle-
Adulatio regum peſtis. ctentibus. Adijciunt & aliud omen, Dariũ, quum primũ regnare cœpit, Perſicam acinacis ua-
ginam mutari iuſſiſſe in eam formã, qua Græci tempeſtate illa utebantur, ac tum Chaldæorũ
plures uaticinatos, futurum, ut Perſarum imperium ad eos tranſiret, quoꝝ rex eſſet uaginam
Regii comitatus forma imitatus. Ipſe tamen uana ſpe plenus ad Euphratem caſtra mouit, eratq; regium agmen inte-
rea ita inſtructum, ut ignis quẽ Perſæ ſacrũ & æternũ arbitrabantur, argenteis altaribus præ-
ferretur. Magi trecenti & ſexaginta quinq; puniceis amiculis uelati ſequerentur, pari numero
dierum, quos apud illos annus habuit. Iouis inde currum trahebant equi eximij candoris, his
ſolis equi hærebant inſigni magnitudine, auratæ ueſtes erant & uirgæ aureæ ijs, qui illorum
ſedebant dorſo, nec procul inde uehicula decem auro & argento cælata, quibus. XII. gentium
hærebat equitatus uarijs armis inſtructus, proximi ibant Barbarico cultu longe conſpicui X.
milia numero, qui immortales, ſed aliter perſica lingua nuncupati, aurei torques manicatæq;
ueſtes, quum auro, tum gemmis diſtinctæ, quindecim milia modico inde interuallo, muliebri
magis cultu, q̃ armis conſpicui, cognati regis appellati, mox Doriphori his hærebant regiã ue-
ſtem induere aſſueti, hi regis currũ præibant, quem deorum ex auro ornabant ſimulacra, au-
reum iugum internitentibus gemmis, duo hinc aurei genij ſurgebant, aurea in medio Aquila
alas pandẽti ſimilis. Purpureis Darius tunicis amiciebatur, albo diſtinctis, palla ſuperiniecta
cũ accipitribus aureis, ſeinuicem roſtro inceſſentibus, aurea zona cinctus, acinace inde ſuſpen
Regius amictus. ſo, cui gemmea erat uagina. Caput cœrulea faſcia obuolutũ, albo diſtincta. Poſt currũ X. milia D
haſtatorũ, haſtæq; argento excultæ, & ſpicula auro præfixa. Ducenti ferme propinquorũ dexte
ra læuaq; regi adequitabãt, claudebantq; id agmen XXX. milia peditum, ac ſecundũ agmen
CCC. regij equi. Inde ſtadij interuallo, Siſingãbin Darij matrem uehebat currus eximie inſtru-
ctus, & alter mox proximus regiã coniugem. Cætera mulierũ turba equis ſedebat. Darij libe-
Pellicum numerus. ri cum nutricibus, & ſpadonũ multitudine ſequebantur, & cũ his CCCLX. regiæ pellices, & ipſæ
regali cultu amictæ. Poſt ſexcenti muli, & cameli CCC. numero, cum regia pecunia, ſagittarioꝝ
præſidio ſequente, propinquorũ amicorũq; coniuges proxime ibant, lixarũ & calonũ greges,
leuiſq; armaturæ extremũ cogebat agmen. Et Darius tali in Macedonem proceſſit apparatu,
quem aliquis Perſicæ luxuriæ ignarus, non exercitũ illũ ad bellũ exeuntẽ, ſed amœniſſimi ali-
cuius ſeceſſus comitatũ credere potuerit. Omnia in Macedone diuerſa, pro auro ferrũ, pro cul
Alexan. exercitus. tu ſqualor, pro ocio ſolertia, & facere & pati magna tam rex q̃ milites parati. Sed dũ Euphra-
Ciliciæ ſitus tem Darius copias tranſmittit, Alexander interea Paphlagonia & Cappadocia receptis, Cili-
ciam petit. Eſt Cilicia aſperi & prærupti montis circuitu præterq̃ à mari incluſa, perpetuus iu-
gorũ ambitus in duo cornua reductus, theatri pene formã exprimit. Littus inter utrũq; exten
ſum ꝓ ſcena eſſet, niſi in uaſtũ curuaretur ſinũ cãpeſtris regio, crebris amnibus planitiẽ diſtin
Corycũ nemus. guẽtibus, & in his Pyrrhamus & Cydnus, Corycũ hic nemus croceo fœtu olim memorabile,
tres anguſti ad eã aditus, q̃bus modico præſidio inſeſſis tuta eſt regio ab omni hoſtili incurſu.
Erat tũ Ciliciæ p̃fectus Arſanes q audito Alexãdri acceſſu omnia ferro & igni in agris abſum
pſit, ut in uaſta regione hoſtẽ cõmeatus inopia fatigaret. Sed multo tutior futura erat prouin
cia, ſi anguſtias quibus Macedo intraturus erat, ualido præſidio inſediſſet, qđ bellorũ inſcitia,
aut certe nimio metu ꝑculſus, ac proinde conſilij inops Barbarus non fecit. Arſanes paucis in
Pylæ Ciliciæ montiũ anguſtijs, quas pylas uocãt, relictis, ipſe ad populandã terrã omnẽ ſuarũ uiriũ conatũ
uertit, tanq̃ totius rei ſumma in ea ſita eſſet, ſi nihil hoſti ad prædã relinqueretur. Cæterũ q in
præſidio erãt ſe ad cędẽ deſtitutos rati, ne appropinquantẽ quidẽ hoſtẽ tulerũt, in nulla re ma
gis Alexãder ſuã miratus eſt felicitatẽ, poſtq̃ loci naturã inſpexit, iter anguſtũ uix quatuor ar-
matorũ capax, dorſum mõtis uię prærupte, & accliui multis intercurrẽtibus riuis imminet, quo
fit ut

fit ut pauciſſimi multa hoīm milia nō remorari ſolū, ſed lapidibꝰ etiā ſupne deuolutis obruere po-
A tuerint. Macedo anguſtijs potitꝰ, copias Tarſum admouit. Et iā Perſæ adorti erāt urbē incēdio abſumere, ſed Parmeniōis iteruētu ad hoc ipm inhibēdū cū expeditiſſima manu miſſi fugatis hoſtibꝰ Tarſeñ. pñti ſunt clade ſeruati. Tarſum Cydnꝰ mediā interfluit, in Tauro mōte haud ꝓcul ab ipa urbe ortꝰ, atq; in Ciliciū mare apud Rhegma ſtagnū euoluit. Cāpeſtri eſt loco Tarſus ſita, Argiuorū opꝰ, q Io Inachi filiā q̄rentes, cū Triptolemo his locis cōſediſſe dicunt. Erat tū anni æſtas, quū hoſtibꝰ inde deiectis, Alex. ſudore & æſtu feſſus, lucido aquarū nitore, placidoq; fluminis allapſu inuitatꝰ, poſitis ueſtibꝰ in cōſpectu agminis nudatū corpꝰ gelidiſſimis merſit aq̄s, pulchrū in duce exēplū ratꝰ leui & parabili cultu corporis eſſe cōtētū. Mirū hic accidiſſe aiūt, ſubito horrore natātis mēbra diriguiſſe, palloreq; ſecutū toto ꝓpemodū corpore uitali calore deſtituto, expirāti ſimilē, miniſtri nec ſatis cōpotē mētis in tabernaculū deferūt, mœror & luctꝰ ingēs inuaſit uniuerſum exercitū, dolere ſimul ac miſerari regē oī ætate & memoria clariſſimū medio uictoriæ curſu nō bellico caſu, ſed lauacro lucidarū aquarū molliſſimo extinctū iri, ſed ſuū fortuna alumnū, quē ad immortalitatē noīs extulerat haud paſſa eſt diutiꝰ iacere. Vbi uis illa graſſantis morbi paululū remiſit, cœpit ipſe ſibi cōſtare, medicos ad ſubitā curationē urgere. Enimuero Darius iā quinq; dierū itinere aberat. Satiꝰ igit ratꝰ ſtrenue mori q̄ tardiꝰ cōualeſcere, neceſſitatē medicis ipoſuit curatiōis p̄cipitādæ. Id eo amici grauiꝰ ferebāt, q̄ fama erat Dariū mille talēta interfectori ꝓpoſuiſſe, neq; medicis p̄ceps quicq̄ placebat, ne ſi p̄ter ſpē aliqd eueniſſet in crimē uerteret, inſonteſq; ꝓ ſontibꝰ ad ſuppliciū raperent. Vnꝰ in his erat Philippꝰ Acarnan, q Alexādri adhuc pueri curā à patre creditā habuerat. Is pollicitꝰ eſt ſe operā daturū, ut potiōe una cōtinuo rex morbo leuaret. Iubet eā Alex. ſubito parari, arma eñ & acies pene in cōſpectu eſſe, & aduētantis hoſtis fremitꝰ aures circūſonare. Interea Alexādro libellꝰ à Parmeniōe reddit, in eo erat ſcriptū, ut rex ſibi à Philippo medico caueret, quem ſciret à Dario mille auri talentis, ſororiſq; aut filię cōnubio corruptū. Cōmotus Alexāder aliquādiu ſecū anceps deliberauit, an Philippi curationē
B repudiaret, inde ſatiꝰ ratꝰ, alieno ſcelere q̄ ſuo metu, in lecto ab hoſte opprimi, Parmeniōis epiſtola puluino ſubdita medicū expectat, q̄ demū admiſſo, læua manu libellū tenēs, poculū intrepide hauſit, inde ad Philippū reſpiciēs dat illi epiſtolā cognoſcēdā, in q̄ cū magis ſigna excādeſcentis, q̄ exterriti, extitiſſent, oī ſuſpitione eiecta, lętꝰ rex ac ſpei plenꝰ dat medico dexterā, ſi dij, inqt, Philippe pmiſiſſent, q̄ meū in te aīm experiri uelles, hoc certe nō alio modo exptū uoluiſſes. Nec dubiū mihi fuit quin ſi priꝰ hāc epiſtolā legiſſes, minime paſſus eſſes bibi à me ob iniectā ſuſpitionē hoc qd' dilueras. Nūc uideo te nō minꝰ de tua fide q̄ mea ſalute eſſe ſollicitū. Cæterū dū ille hæc loquit uis medicaminis interiꝰ recepta, ita corpꝰ afflixit, ut pene facta ſit fides Parmenionis indicio: nā intercepta uoce, aius unā deficere uiſus eſt. Inſtare Philippꝰ fomētis, ac nūc cibi, nūc uini odore, illū excitabat, medicamēto deinde i uenas diffuſo, ſenſim toto corpore eſt ſalubritas recepta, ita ut triduo ille in ſuorū cōſpectū uenerit. Spectare Macedones nō minꝰ libēter Philippū, q̄ regē, illiꝰ dexterā oſculari, grutulariq; ſimul oēs. Dariꝰ factus certior hoſtē grauiſſimo morbo decubuiſſe, & ut in gratiā augeri ſolēt, q̄ grata regibꝰ credunt, quū modica ſpe uitā trahere diceretur, ut Macedones intra Ciliciæ anguſtias opprimeret, quinq; dierū ſpatio Euphrate ſupato, in eā terrā ire pgit. Erat in Perſicis trāffuga qdā Macedo noīe Amyntas, is ubi Alexādrū cōualuiſſe allatū eſt, & iā ſeſe pugnæ cōparare, Dariū monuit, ne ita ad hoſtē ꝓperaret, nec pgeret uelle in Ciliciæ anguſtijs dimicare, ubi locorū natura oīa hoſtibꝰ meliora fieret, cāporū uaſtitate opꝰ eſſe ut hoſtis perſicis uiribꝰ uinceret. Probabat id cōſiliū Darius, ſed uereri ſe dicebat, ne Alexāder & hoſtes inde effugerēt. Mitte, inqt, Macedo iſtud timere, Alexāder ſi recte cū noui nō modo non fugā molit, ſed certū etiā habeo, ita fore, ut cūctāti tibi ſit haud multo poſt cū oibus copijs affuturus. Dariꝰ Macedonis uerba aſpnatꝰ, nihilo ſeciꝰ in Ciliciā ire pgit. Occupauerat interea Alex. Solos urbē, arciq; p̄ſidio impoſito ludos ꝓ ſalute ſua uotos Æſculapio & Mineruæ fecit, eo Parmenio p̄miſſus ad explorādos locorū ſitus uenit, q anguſtijs ꝑ quas ad Iſſum urbē penetrādū erat, milite inſeſſis, urbē ipſam à Perſis relictā p̄ſidio munierat: ad Iſſum ꝓinde caſtra trāffert, à q̄ ſinꝰ Ciliciæ oræ uaſtiſſimꝰ nomē obtinuit, eratq; Parmenio autor, ut ibi Alexāder Dariū opperiret, futuras dictitās auxilio Macedonibꝰ regiōis anguſtias, aduerſum tantā uim hoīm, quantā ſecū hoſtis trahere dicebat. Et iā Dariꝰ erat Ciliciā ingreſſus, quū Etymocles q à Pharnabazo Græcos milites accepat, regē ut antea Amyntas monuit, ne inuictū alioq; exercitū in arctū cōijce-

Tharſus urbs. — Cydnꝰ flu. — Aegritudo Alexan. — Philippus medicus. — Alex. egregiū facinus. — Darius in Ciliciā properat. — Alex. Solos urbem occupauerat. — Etymoclis conſilium.

ret,q retro cõuerſus in Meſopotamiæ cãpis hoſtẽ opperiret,ubi Macedonũ paucitas circũueniri
à pluribꝫ poſſet. Nõ tã regi q̃ purpuratis ea ſentẽtia diſplicebat, criminariq́ꝫ Etymodis & Græ C
corũ q cũ eo erãt apud Dariũ fidẽ. Corruptos eos dicere ab Alexãdro ut Perſarũ uictoriã q̊quo
modo poſſent remorarent̃. Cẽſebãt ꝓinde Græcorũ phalangẽ cũ ipſo duce ſtatuẽdã in medio,
atqꝫ ab uniuerſo exercitu telis cõfigendã. Negat Darius ſe id ſcelꝰ admiſſurũ,ut milites ſuã fidẽ
ſecutos tã fœde trucidaret,neminẽ affirmãs ſtolidũ cõſiliũ capite luere oportere. Inde ubi Alexan
drũ in Cicilia cõmotari ſenſit fractos eſſe dicebat ferociſſimos Macedonũ ſpũs, atqꝫ ipſiꝰ ducis
uigorẽ cũ ipo morbo extinctũ. Porro igitur copias admoturꝰ, pecuniã Damaſci cũ ꝑcioſiſſimis
Congreſſus Darij & Alexandri.
rebꝫ deponi iuſſit, Matre,uxore,& cęteris domeſticis more patrio ſequẽtibꝫ. Ita ſane accidit ut eo
dẽ tpe Alexãder ab Iſſo ad fauces quibꝫ Syria adit̃ ꝑuenerit,& Dariꝰ ad eũ locũ quẽ Amanicas
pylas uocãt,admouerit copias. Habuit Barbarꝰ ab initio ꝑſuaſum, Alexãdrũ cõgreſſum ſuũ de-
clinare,q̃ res materiã illi ꝓbuit,ut poſtridie quũ Macedo iã anguſtias teneret, ſeſe illi in cõſpectũ
dederit,cuiꝰ ſubitꝰ acceſſus nõnihil turbauit Macedonũ copias,q magis itineri q̃ pugnæ parati,
Alexandri ſollicitudo.
arma exẽplo expedire coacti ſunt. Tũ pri[illegible]ũ ferũt Alexandri fiduciã in ſollicitudinẽ uerſam,ubi
tp̃s adeſſe uidit,q̊ uniꝰ pugnæ euẽtu, palã fieri oportebat, fuiſſet ne fortuna ſibi ꝑ tot ſucceſſus
inſidiata,an ſe tuendũ ꝑpetuo ſuſcepiſſet,oĩa itaqꝫ intẽtiꝰ curare. Interfluebat Pyrrhamꝰ amnis
utrãqꝫ aciẽ,miſitq́ꝫ Dariꝰ uiginti milia ſagittariorũ,q fluuio ſuꝑato hoſtẽ pugnæ intentũ à tergo
adorirent̃,aut ſi fieri poſſet circũacto ad mõtes hoſtibꝫ imminẽtes agmine ſubiectã hoſtiũ aciẽ
Darij ſtratagema.
ſuꝑne inuaderẽt,ac præcipitẽ darẽt. Cæterũ ignauia eorũ,qbus id negociũ eſt datũ, ſalubre regis
cõſiliũ fecit irritũ. Ipſe ſic ſtructa acie ſtetit. Dextrũ cornu Nabarzanes tenuit,cũ eqtatu & uiginti
Perſica acies
ſagittariorũ milibꝫ,eratq́ꝫ Timocles cũ Græcis militibꝫ triginta milibꝫ nũero. Validiſſima hæc co
piarũ pars,eſt Macedónicæ phalãgi oppoſita. In læuo cornu Ariſtomedes Theſſalus,ꝓcurabat,
cũ uiginti milibꝫ peditũ ex pugnaciſſimis gẽtibus. Ipſi regi ab eodẽ cornu dimicaturo tria milia le
ctorũ equitũ & triginta peditũ inhærebãt. Hyrcani inde & Medi equites, & ſex milia iaculatorũ,
funditorũq́ꝫ eos præcedebant. Ingẽs ꝑterea multitudo ſtabat matrẽ & cæteros regis neceſſarios, D
Macedonũ acies.
uelut armorũ uallo cõplexa,eratq́ꝫ regia acies à iugis mõtiũ ad mare extẽſa. Alex. Phalangẽ,qua
nihil erat apud Macedonas ualidiꝰ,in fr[illegible]te cõſtituit. Dexterũ cornu Nicanor Parmeniõis filius
tuebat̃,huic ꝓximi ſtabãt Conon, Perdicas, Melcaget, Neoptolemꝰ, Amyntas,ſui quiſqꝫ agmi-
nis duces. In læuo qđ ad mare ꝑtinebat, Craterus & Parmenio ſunt curare iuſſi. Eqtes ab utroqꝫ
cornu locati,añ aciẽ cõſtituit funditores ſagittarijs mixtos,iuſſit & Cretẽſes añ agmẽ ire leui arma
tura inſtructos. Parmenioni impat ut quãtũ poſſit cornu ad mare extẽdat,recedatq́ꝫ à mõtibus,
q̊s hoſtes,qa à rege ꝓmiſſi fuerãt,iãdudũ inciderãt,ſed illi Agrianorũ aſpectu,q̊s Alex.eis,re an
tea ꝓuiſa,oppoſuit cõfeſtim fugati diſiectiq́ꝫ ſunt, atqꝫ ita cõtigit,ut pene priuſq̃ cõſertũ ſit præ-
Alex. adhortio.
liũ, Macedonũ cornu ſit metu q à tergo imminebat,liberatũ. Vbi igit̃ ad teli iactũ ꝓpinquæ ſibi
acies ſtetere, Alexãder in primã aciẽ cõcurrẽs, Macedones geſtarũ rerũ futuræq́ꝫ gloriæ admone
re,futurũ,ut ea pugna,ſi ꝓſpere pugnata eſſet,oĩm gentiũ impio potirent̃. Gręcos ueterũ ipſiꝰ
gẽtis iniuriarũ & ꝙ toties Perſici reges alienã libertatẽ oppugnatũ ueniſſent. Illyricis & Thracibꝫ
rapinæ & Latrocinijs aſſuetis,& fulgẽtes in aduerſa acie ueſtes,aurũ,aliaq́ꝫ ꝑcioſa ꝑdæ expoſita
oſtẽdit,tp̃s adeſſe ait,q̊ ex inopibꝫ & egenis,ſi uiri ſint,diuites & clari fierẽt,ſiue in patriã redire ue
lint,ſiue captarũ regionũ amœnitate ꝑfrui,nõ defuturã illis facultatẽ utrobiqꝫ laute uiuẽdi. Et ut
cuiuſqꝫ erat gẽtis aĩus,ita aut monẽdo aut iritãdo ad præliũ hortari, Inhibere adhęc ꝓcurſum in
hoſtẽ,ne nimia feſtinatiõe fatigaret̃ ſpũs,priuſq̃ inita eſſet pugna,atqꝫ ita demũ terribili clamo-
Acierũ conflictus.
re à Perſis ſublato,utrinqꝫ ferociſſime cõfligitur. Darius & eqtes cũ ingẽti ſtrepitu in læuũ Mace
donũ cornu primo impetũ faciũt. Cupiebat Darius magis equeſtre præliũ fieri,ob Macedonicã
phalangẽ quã inuictã ſciebat, & ex altera parte dextrũ Alexandri cornu hoſtiũ multitudine cir-
cuiri cœperat,quod ubi Macedo fieri uidit,duas equitũ alas ad iugũ mõtis, qua hoſtẽ circumagi
oportebat,ſtatuit,ſuoſq́ꝫ à tergo tueri iubet,cęteroſq́ꝫ in mediã aciẽ infert,ſubductis inde Theſſa
lis equitibus,ipſorũ præfectũ occulte iubet circuire tergũ ſuorũ, Parmenioq́ꝫ ſe adiungere, ne ille
Atrox prælium.
ui Perſici equitatus obrueretur,præliũ interim tã atrox erat,ut tela hincinde emiſſa,inter ſe con-
currentia ſine effectu caderent,mox uero conſertis manibus gladios ſtringũt,atqꝫ interim ita co
hærebaut,ut pes pedi hæreret eques equiti,collatoq́ꝫ utrinqꝫ gradu, ſinguli inter ſe dimicarent,
nõ timido,nõ ignauo ceſſare licuit, ſtabãt ſuo innixi ueſtigio nec gradũ niſi ꝑ iacentiũ ſtragẽ his
aut

A aut illis ꝓmouere dabaꝫ, ſtrepitu & fragore armorũ mõtes, ualles, litt⁹, & oĩa ſonare, & milites in
C hũc modũ dimicabãt, at reges ipſi nihilo ſeci⁹ ſua militariaq; obibãt munia. Luſtrabat ſollicita in
dagine Alexãder, an Dariũ adeptus ſingulari certamine interficere poſſet, ſublimi curru nũc huc,
nũc illuc uolitantẽ, opima ſpolia ex cæſo rege q̃rens: eũ ita ueſtigãtẽ Oxatres Darij frater intuit⁹
cũ eqtib⁹ qb⁹ ꝑerat fraternũ currũ circũſepſit, tũ demũ ibi atrocior eſt pugna coorta, clariſſimiq;
Perſarũ Duces, in cõſpectu regis fortiter dimicantes occubuerũt, Trountes & Sathaces Ægypti
ꝑfect⁹ ambo in faciẽ, ut in aduerſum uuln⁹ cõciderãt, ingẽs circa illos ſtrages edita, peditũ ſimul
& equitũ, Macedonũq; fortiſſimi, etſi nõ adeo multi, itidẽ occubuerũt. Alexãdri quoq; dextrũ fe
mur leuiter eſt enſe ꝑſtrictũ. Chares Alexãdrũ à Dario uulneratũ ꝓdidit, ipſe quũ de ea pugna
ad Antipatrũ ſcripſit, à q̃ id uuln⁹ acceperit, haud qdẽ ſignificauit. Iã & equi q regẽ geſtabãt par
tim feſſi, partim uulnerib⁹ cõfecti, quũ ꝓcipites ageranꝫ, uerit⁹ ille ne ad terrã effuſus ab hoſte op
primereꝫ in equũ aſcẽdit, quẽ poſt ſe i hos caſus paratũ habuit, regijſq; inſignib⁹ abiectis acie ex
ceſſit. Tũ cæteri metu ꝑculſi & ipſi poſt regẽ terga uertũt, q̃ cuiq; patebat uia, ad fugã ſeſe ꝑ æqua
& iniqua expediũt. Cædit fugiẽtes eques à Parmenione immiſſus, in dextero Macedonũ cornu
nõnihil laboratũ, ſed fuga & met⁹ à dextro Perſarũ cornu ad læuũ delat⁹, ſiqd adhuc aiorũ in a-
cie ſtabat, ita fregit, ut hac quoq; parte fuga apte inclinarit, tũ uero Dariani pecorũ more paſſim
ab hoſte q ueſtigio hærebat, totis cãpis & circa mõtes cæſi, plurimi tñ ꝑoccupata fuga alij alijs tra
mitib⁹ in tutũ euaſerũt. Caſtra Macedo regio magis q̃ bellico apparatu referta occupat. Cædes
hic quoq; edita, ſed maior ꝓdæ q̃ cædis cura. Diripere milites mulierib⁹ ornat⁹, neq; illarũ corpo
rib⁹ parcere, uagabaturq; uictoris ſæuitia ꝑ armatos & inermes, fortes & imbelles, nulla mali fa
cies deerat totis caſtris, mult⁹ erat ubiq; luctus. mult⁹ pauor ac trepidatio. Darij tabernaculũ, ut
regio erat luxu inſtructũ, in Alexãdri aduẽtũ aſſeruari placuit, ibi Darij mater erat atq; uxor, quę
oim in ſe oculos uerterãt. Hæc forma illa priſtina fortuna & ætate uenerabilis. Iacebãt in ipſius
anus gremio duæ adultæ uirgines Darij filię multo mœrore cõfectæ. Regia cõiunx paruũ filiũ in
B cõplexib⁹ habebat, ſexto añ anno in tantã ſpẽ regni genitũ. Alex. ſub noctẽ à multa hoſtiũ inſe-
D ctatiõe feſſus, in caſtra ſe recepit, iuſſitq; principes ad cõuiuiũ uocari, ipſe iactatiõe uulneris inter
eſſe nõ potuit. Cęſa capta q; ex Darianis eo die cẽtũ peditũ milia, ut Curti⁹ ſcribit, & decẽ equitũ.
Trogus peditũ ſexaginta milia cecidiſſe ait, & decẽ equitũ, quadragintaq; milia capta. Hi ueriora
mihi tradidiſſe uidenꝫ, q̃ Plutarch⁹, q undecim milia tñ deſiderata autor eſt, ſed in nũero à libra
rijs erratũ credere æquũ eſt. Macedonũ quorũ fides ſit apud autores ipſos, eqtes centũ quinqua-
ginta, pedites duodetriginta deſiderati. Poſtq; Alex. in caſtra uenit, Dariano arcu, curru, & alijs
inſignib⁹ platis, q̃ ille ſeſe ad fugã expediẽs abiecerat, ꝑcrebuit rumor Dariũ ꝑijſſe, ad quã famã,
tã ſæua cõploratio circa regias mulieres eſt ſubito orta, ut tota caſtra ſint ad nouũ illũ tumultum
cõcitata. Admonit⁹ Alex. hũanę uicis miſeratuſq; afflictã mulierũ fortunã, Leonatũ ad regiũ ta
bernaculũ miſit, q captiuas cõſolareꝫ, nunciaretq; Dariũ uiuere. Cæterũ regię mulieres Macedo
nẽ armis adhuc cinctũ intuitæ, ratæ ad cædẽ eũ uenirę, finiẽdi doloris cupidæ obuiã illi ꝓgreſſæ,
ad ei⁹ genua ꝓcumbũt, iugulũq; feriẽdũ enudãt, immo uiuite, inqt ille, uoſq; Alex. bono aĩo eſſe
iubet, nũciatq; Dariũ uiuere, ac fuga elapſum. Poſtridie ipſe cũ Epheſtiõe, cętera multitudine ex
cluſa, tabernaculũ ingreſſus, ꝑmiſſo, q ſe uẽturũ nũciaret, ita cõtigit, ut quũ Epheſtio aliquãto o-
ris maieſtate ꝑſtaret, Darij mater Alexãdrũ arbitrata, priuatũ hoiem ꝓ rege patrio more adora-
uerit, tũ admonita ab Eunuchorũ uno, nõ eũ eſſe Alexandrũ, mulier cõfuſo ore errorẽ excuſans
ſuũ, ad Alexãdri pedes ꝓcubuit. Tũ ille reginã attollẽs, haud, inqt, mater errasti, nã & hic Alexã.
eſt. Erat Epheſtio in primis Alexãdro chariſſim⁹, cũ q̃ unà fuerat educat⁹, oĩaq; ſecreta iã inde à
pueris cõicare ſolit⁹, fuiſſetq; ꝑ hæc Alex. nõ min⁹ amicitia q̃ bellica uirtute felix, ſi tali in cęteros
amicos moderatiõe fuiſſet, à qua tñ abfuit, ut Clytũ & alios quoſdã ex cohorte amicorũ, nõ mi-
nus ſtulte, q̃ crudeliter occiderit. Sed tã pulchre ille ab initio naſcẽtẽ fortunã tulit, ut à nullo regũ
q ad id tꝑs fuiſſent, clemẽtia uincereꝫ & cõtinẽtia. Etenĩ regis filias iã maturas uiro, nõ min⁹ ſan-
ctè q̃ ſorores habuit, à Darij cõiuge q̃ formæ ꝑſtãtia oẽs eius ætatis fœminas antecelluit, nõ ſolũ
abſtinuit, ſed appoſitis cuſtodib⁹ cauit, neq; ei⁹ pulchritudini illuderet, mãdatq; ſimꝫ oẽm orna
tũ mulierib⁹ reſtitui. Ferũt Darij filiũ cõplexũ, quũ puer ex ipſi⁹ oſculo & cõplexu aliquãdiu ſua
uiter pepẽdiſſet, ad Epheſtionẽ cõuerſus, q̃ uellẽ, inqt, Dari⁹ aliqd ex hac indole habuiſſet. Siſin
gambis Darij mater tantã in rege hũanitatẽ intuita, Dign⁹ es Alexãder, inqt, q tantũ regẽ, nõ fe

Vulneratur Alexander. Darij fuga.

Darianorũ fuga. Capiuntur Darij caſtra

Cæſorũ nu-merus.

Cõploratio regiarũ mu lierum.

Alex. inuiſit Darij matrẽ & uxorem.

Clementia Alex. in ca-ptiuas.

licitate ſolũ,ſed æq̃tate etiã ſuparis. Dignꝰ cui ego & aliæ precemur, qđ Dario ſolitæ precari ſumus. Tu quidẽ me matrẽ & reginã uocas,ſed ego priſtinæ fortunæ haud immemor famulæ appellationẽ,& ſeruitij iugũ,ſub tãto rege,iã inde æquo aĩo ferã. Alexander bonũ aĩum habere iubet,ac bene de ſe ſperare,inde tabernaculo egreſſus tris aras in Pyrrhami fluminis ripa cõſtituit, C
Ioui,Herculi,& Mineruæ,corporaq́ꝫ cæſorũ ſepeliri iubet,permiſitq́ꝫ reginæ, ut q̊s ex ſuis uellet patrio more funeraret. Plutarchus autor eſt Alexãdrũ acie egreſſum,Darij tabernaculũ ſubijſſe, qđ ſane fieri potuit,ut diuerſus à matre & ſorore Darius tẽderet, ibiq́ꝫ quũ oĩa auro,& argẽto collucerẽt,Perſicã opulentiã aſpernatus,hoccine dixerit imperare fuit?inde balneũ,inq̃t,Darij ſubeamus,immo tuũ Alexãder reſpõdit ex familiaribus unus,uicti enim bona uictoris fiũt. Nec Alexander diu ibi cõmoratꝰ,Syriã petijt.

Cõtemptor delitiarum Alexander.

Interea Parmenio Damaſcũ p̃miſſus, urbe ꝓditione recepta regia eſt pecunia potitꝰ. Multo opulẽtior hic q̃ in caſtris præda quæſita eſt. Tradidit Curtiꝰ audito Parmeniõis acceſſu,conatos Perſas fuiſſe aurũ ex urbe in tutũ tranfferre,cęterũ hoſtiũ interuẽtu geſtantiũ agmẽ metu & pauore diſiectũ,per uias aurũ & pecunię fiſcos effuſos iacuiſſe,ut milites auro onuſti p̃cioſiſſima quędã temere occurrẽtia,ut uilia faſtidirent,ſeptẽ milia iumentorũ onera portãtiũ,atq́ꝫ hoĩm xxx.milia Damaſci capta. Satrapũ coniuges ac liberi multi, & in his Ochi q̃ añ Dariũ regnauerat,uxor,atq́ꝫ filię,tres nũero adhuc uirgines. Capta eſt & Barſane uxor Memnonis,& ipſa mulier elegãti forma, quã ut Ariſtobolus ſcribit, Alexãder Parmenionis impulſu cõpreſſit.

Præda ingens Damaſci quæſita.

Memnon.

Fuit Mẽnon multi noĩs apđ Dariũ,q̃ ſub initiũ Dariani belli ꝑierat,à cæterarũ cõgreſſu ꝑtinaciſſime Alex. abſtinuit,tantũ dicere ſolitꝰ Perſicas puellas dolores eſſe oculorũ:fuit nec multũ alioq̃ rei uenereæ deditꝰ, quippe q̃ ad Parmenionẽ ſcripſerit,in ſopore & coitu ſe mortalitatẽ intelligere. Fuit & cibi tẽperãtiſſimꝰ,qđ ex ea ep̃la,quã dedit ad Adan,quã Cariæ reginã deſignauerat,potuit ĩtelligi. Miſerat illa ad regẽ,quũ obſonia quędã,tũ optimos coquos, quorũ miniſterio uteret̃,quibus repudiatis meliores ſe habere eſt ꝓfeſſus,q̊s à pueris Leonidas pædagogus ſibi cõparaſſet,ut ad prãdiũ antelucano itinere uteret̃,moderatiore prãdio ad cœnã.

Alexandri tẽperantia.

Duo talẽtorũ milia ſignatæ pecuniæ in parte p̃dæ repta. Argẽti p̃terea immẽſum põdus. Dariꝰ D
magnis itineribꝫ,cũ quatuor milibꝫ Græcorũ,modicoq́ꝫ ſuorũ comitatu,ad Euphratẽ delatꝰ,fluuio ſuꝑato ad Alexandrũ epiſtolã dedit ſuꝑbe ſcriptã, qua petebat ut accepta quãtacũq́ꝫ uellet, pecunia,ſibi matrẽ,uxorẽ,& liberos reſtitueret,ipſe ſi ſaperet,amicꝰ ſibi ſociuſq́ꝫ ex Aſia excederet,aut ſi ſaniora nõ admitteret cõſilia, ſecũ æquo marte cõtẽderet, nihil magis Alexãdrũ offendit,q̃ ꝙ Alexãdri nomẽ nõ regis Darius in epiſtola poſuiſſet,reſcripſit tñ, docuitq́ꝫ à Perſis primo ortã belli cauſam,q̃ ſæpiꝰ in Græciã, ad alienã libertatẽ oppugnandã trãſmiſiſſent, & patrẽ ſuũ Philippũ,quũ eã iniuriã ulciſci ſtatuiſſet,ipſius fraude,q̃ illi ꝑcuſſorẽ ſubornaſſet,ꝑijſſe. Sibi quoq́ꝫ capitales inſidias,pari fraude inſtructas,mille talentis medico ꝓmiſſis, q̊ nihil turpius dici poſſit,licitari hoſtiũ capita,quũ arma teneret. Sed dijs, inq̃t,ſcelerũ ultoribꝫ fretꝰ, iã magnã Aſię partẽ ſubegi,teq́ꝫ iuſto p̃lio uictũ caſtris & exercitu exui,& nũc(licet minime meritꝰ) ſi ad me ſupplex ueneris,oẽs neceſſitudines tuas à me gratis accipies,uincere eñ,& uictis cõſulere ſatis didici. Dabo adhæc fidẽ te impune ad me uẽturũ,ne metꝰ tuis cõmodis obſtet. Poſtremo illud tibi ſuccurrat,quoties poſthac ad me ſcripſeris,te nõ ad regẽ tm̃,ſed ad tuũ regẽ ſcribere.

Darij literæ ad Alexan.

Alexandri reſponſum.

Therſippo ad Dariũ cũ huiuſmodi literis miſſo,cõfeſtim Alex. in Phœnicẽ deſcẽdit,Biblũq́ꝫ primo deditiõe recepit,inde Sydonẽ:obtinebat tũ regnũ inter Sydones Strato Darij amicꝰ. Is q̃a deditio ab oppidanis facta eſt,indignꝰ ab Alexãdro habitꝰ cui regnũ reſtitueret̃. Epheſtioni ꝑmiſſum,ut quẽ Sydonij regno dignũ arbitrarent̃,ex illorũ ſentẽtia regẽ declararet. Erãt Epheſtioni hoſpites Darianorũ quidã,hi oblatũ ultro regnũ pertinaciter recuſarũt,prędicãtes id faſtigiũ patrio more nõ recipi,niſi ab ijs,q̃ regia eſſent ſtirpe ꝓcreati. Laudati iuuenes ab Epheſtiõe, ꝙ magnitudĩe animi ſpernerẽt ea,q̃ per ignẽ & ferrũ cæteri mortales peterẽt,iuſſi ſunt cũ alijs bonis circũſpicere,q̃ oĩm optime eſſet id nomẽ inter Sydonios laturus,tũ demũ multis ambiẽtibus, res ad Abdolominũ quendã longa cognatione regiæ ſtirpi annexũ,eſt delata. Incolebat is ab omni armorũ ſtrepitu remotus ſuburbanũ hortulũ,multa parſimonia,quo cõtigit,ut agreſti operi intẽtus ſit rex cõſalutatus,illudi ſe ab ijs,qui ad id miſſi fuerãt ratus,nõ ſine cunctatione regis nomẽ & inſignia recepit.

Alex. Biblũ & Sydonem capit.

Cæterũ multis eius inopiã & ſordes criminãtibus, ad Alexandrũ ꝑductus,haud,inquit Macedo, uiri indoles famę generis repugnat. Videndũ eſt,inquit,quo aĩo inopiã tuleris:tũ ille,utinã Alexãder ſic regnũ ferre poſſim. Hæ manus ſatis ad uictum fuere,nihil habenti nihil defuit. Eo

Verba Abdolomini ad Alexan.

ſermone

C A ſermone Alexander delectatus, non ſolũ Stratonis ſupellectilẽ ad regiã inſtruẽdã detulit ſed ex Perſica etiã præda dono q̃dã habere dedit, regionẽq; urbi circuniectã eius ditioni ſubiecit. Sed dũ hęc in Phœnice gerunt̃, Amyntas q ab Alexãdro ad Dariũ transfugerat, Perſicis opibus ad Pyrrhamũ fractis, haud magis huic, ad quẽ uenerat, fidus, q̃ illi, quẽ deſeruerat, cũ fortuna fidẽ mutãdã ratus, ex fuga Tripolim delat⁹, in Cyprũ cũ quatuor milib9 trãſmiſit, & ex Cypro i Æ/gyptũ, cõſilio ei⁹ terræ p occaſionẽ occupãdę. Peluſiũ igit̃ primo occupat, dein Mẽphim copias admouit. Interim Ægyptij gẽs nouãdis reb9 aptior q̃ gerẽdis, nouo motu cõſternati ad Perſica præſidia delẽda Amynthæ ductu decurrũt. Fit præliũ. Perſæq; eo certamine uicti intra urbẽ cõ/pellunt̃. Inde iterũ acie cõgreſſi adeo egregie uicerũt, ut Amyntas, & q cum eo uenęrãt, ad unum oẽs ſint occidiõe occiſi. Tẽtarũt Darij duces, ex Pyrrhamica acie in Paphlagoniã fuga delati, Ly/diam recupare, copijs partim ſecũ ductis, partim ex proximo quæſitis. Sed horũ fortuna nihilo melior fuit, q̃ regis in Cilicia fuerat, triplici pręlio ab Antigono Lydiæ p̃tore uicti, cũ multa cęde prouincia ceſſerũt, & ne nõ ubiq; Perſicæ opes affligerẽtur, p eoſdẽ dies Macedonicę claſſis præ/fect⁹ Ariſto, q ad Helleſpõti orã recupãdã fuerat miſſus, nauali p̃lio uicit, ei⁹ nauib9 p̃tim captis, partim medio pelago depreſſis. Pharnabaz⁹ Darianę claſſis diuerſa p̃te p̃fectus, p̃ſidio in Chiũ inſulã introducto, Andrũ primo, inde Syphnũ aliaſq; pluris inſulas occupat. Nec Gręcia in tãto rerũ motu q̃euit. Agis Lacedęmonioꝝ rex, octo milib9 militũ receptis, q poſt pręliũ in Cilicia cõ/miſſum donũ incolumes uenerant, Antipatro Macedoniæ p̃fecto intulit bellũ: Cretẽſibus inte/rim ſua ſtudia, iter Macedões & Sptanos, uariãtib9. Sed mot⁹ oĩno leuiores. Vnũ illd' certamẽ, un̄ cætera pẽdebãt, oĩm gẽtiũ i ſe oculos uerterat. Iã eñ tota Syria, totaq; Phœnice p̃ter Tyrum Macedonũ armis ceſſerat, habebatq; ſtatiua in cõtinẽtis ora cõtra Tyron Alexãder, eo Tyriorũ legati uenerũt cũ aurea corõa, & larga cõmeat⁹ copia, magis ſocietatẽ q̃ impiũ accepturi. Hos Ale xãder comiter accepit, dixitq; ſe Tyrũ itutũ, ut Herculi, q ibi religioſiſſime colebat̃, oraculi iuſſu ſacrificaret. Eſſe extra urbẽ Herculis tẽplũ Tyrij reſponderũt in eo loco, quẽ ipſi Phalętyron nũ/

ætate nuper extincta. Illud etiam cogitaret, facilius quędã uincere homines quàm tueri, ac mul
to plura mortalium manus rapere quàm continerẽt. Hæc illi dicere iuſſi atq; identidem teſta- Pax à Da-
ri, nihil æque Darium ſubegiſſe, ut tertio pacem peteret, quàm ipſius Alexandri iuſtitiã & cõ- rio petitur.
tinentiam, quibus uirtutibus ſuarum pudicitia & dignitas tam inter hoſtes quàm ſi apud ſe
fuiſſent, incolumis prædicaretur. Alexander legatis iuſſis concilio cedere, quod primores ſuo-
rum cenſerent ſciſcitari cœpit. Cæteris tacentibus Parmenio cenſuit, ut captiui accepto auro re
ſtituerentur, nec uideri ſibi pacem quæ ampliſſimis offerretur conditionibus repudiandam,
Macedoniamq; potius quàm Bactra & Indos reſpici oportere. Tum Alexander ſi ego pecu-
niam mallẽ q̃ gloriam, eſſem Parmenionis perq̃ ſimilis, nũc magis mei q̃ illiꝰ memor, de pau-
pertate ſecurus oſtendam me regem eſſe non mercatorẽ. Nihil uænale apud me ſit, inquit, ca-
ptiuos honeſtiꝰ dono quàm precio reſtituã ſi reſtituendi ſint. Inde legatis iterum introductis,
ite, ait, & Dario renunciate, nullũ apud hoſtem eſſe gratiarum locũ, ſuperuacuũq; fuiſſe mihi Ferox
agere gratias, quod humane & comiter penes me habuerim matrẽ & cæteros, non id noſtræ Alexan. re-
amicitiæ q̃ nulla eſt, ſed meæ potius naturæ debet. Neq; enim in fœminas & pueros, ſed in eos ſponſum.
arma gerimus, qui mecũ certare poſſunt & uolunt. Nam quod ad pacẽ attinet, deliberarẽ forſi
tan an eam hoſti redderem, ſi fieri poſſet ut Darius bona fide mecum in gratiã rediret. Quod
autem fieri non poſſit, uel ex eo exploratũ habeo, quod nũc milites per literas ad defectionẽ,
nunc amicos ad capitales mihi inſidias inſtruẽdas, pecunia ſollicitat, quare ad internicionẽ nõ
ut legitimus hoſtis, ſed ut percuſſor & ueneficus eſt ferro & igni perſequendus. Præterea q̃d at
tinet mihi polliceri, q̃ ſunt ultra Euphratẽ, quum ego non ea ſolum, ſed quæ citra quoq; ſunt
armis obtineam: aut filiã mihi deſpõdere, quam ipſe ſit ſeruorum uni matrimonio locaturꝰ?
Ite, inquam, & illi nunciate, q̃ ad hunc diẽ amiſit, & quæ nũc quoq; habet, præmia belli eſſe, &
iam tempꝰ inſtare, quo fortuna ſit ambobus ſuos regni fines decretura, nec me arbitretur eo

cõſilio Aſiã petijſſe, ut ab alijs leges acciperẽ, ſed ut darẽ. Si inferior & nõ par Darius mihi eẽ
poſſet, impetraret forſitan ꝙ optat, ſed neqꝫ cœlũ duos ſoles habet, uel quia ferre nõ poſſit, aut C
qa nolit: neqꝫ tellus ſaluo eiꝰ ſtatu duo ſumma habere põt regna. Proinde aut deditionem ho
die, aut pugnã in craſtinũ paret, nec aliã ſibi q̃ exptus eſt polliceat̃ fortunã. Legatis hęc renun
ciare iuſſis, ipſe imbelli multitudine cũ impedimentis & modico p̃ſidio in caſtris relicta, in ho
ſtẽ cõtendit. Dariꝰ audito Macedonũ acceſſu, ſuis ut ad extremũ certamẽ ſe expediãt, edicit, cu
piebat q̃n multitudine abũdabat, apta planitie dimicare. Acies inde ita inſtructa, ut Bactriani
Darij acies. equites mille in læuo cornu ſtarent, & cũ his Dahę Aracoſij, quos centũ falcati currus ſeq̃bãn
tur. Proximus quadrigis ſtetit Beſſus cũ octo milibꝰ equitũ, q & ipſi Bactriani, Maſſagetę, alia
rũqꝫ gentiũ plurimi. Perſas inde cũ Sogdianis Ariobarzanes & Oriobates ductabãt. Præeſſe
his & Orſines, ſuũ genꝰ ad priſcũ Cyrũ referẽs. Quinq̃ginta falcati currus his attributi. Brada
tes inde cũ Caſpianis Indis & accolis rubri maris claudebãt agmẽ, q̃nquaginta alię q̃drigę pa
ri ratiõe inſtructę. Qui minorẽ incolũt Armeniã, Babylonij, Medi, Phryges, Cataones & Par
thi extremu cornu ſubſedere. Atqꝫ in hũc modũ ſiniſtra acies ẽ à Dario inſtructa. Alterius cor
nu maioris Armeniæ gentes Cadduſij, Cappadoces, & Syri in fronte cõſtiterũt, quibus quin
quaginta falcati currus hęrebãt. Sũma copiarũ oĩm equitũ quinqꝫ & q̃draginta milia, ut Cur
Bellatorum numerus. tius ſcribit, peditũ, CC. milia. Trogus C. milia equitũ, peditũ XL. in ea acie ſtetiſſe prodidit. Tan
tũ eñ copiarũ Darius ad bellũ reparauit, ut ille autor eſt. Plutarchus decies centũ milia in præ
lium ꝓducta credidit, cui ꝑpemodũ accedit Curtius, q exercitũ pene duplo maiorẽ eo, q in Ci
licia fuerat, à Dario reparatũ diuerſo teſtatur loco: ut merito ſuſpicari poſſit, parũ ſibi Curtiũ cõ
ſtare, q copiaꝝ numerũ in acie locatarũ adeo extenuat, niſi aliquis dixerit, parũ integre locũ ad
poſteros cuſtoditũ, ut dextro Darij cornu eã Curtius ſummã, nõ toti aciei tribuerit. Atqꝫ ita il
Macedonũ pauor. le inſtructus in hoſtẽ proceſſit. Cæterũ dũ Darius prælio ſe comparat, ſubitus interim pauor
Macedonũ animos occupat. Cœli fulgor æſtiuo tp̃e ardẽti ſiſ̃is internitẽtis ignis p̃buit ſpeciẽ.
Quo ſuoꝝ metu animaduerſo, tumulum Alexãder occupat, quẽ Mazeus audito hoſtiũ acceſ
ſu reliquerat, atqꝫ ibi per noctẽ quiete & hortatione ſunt militum animi inſtaurati. Plutarchꝰ D
autor eſt, Parmenionẽ & alios Alexandri amicos conſpicatos quicquid ſoli inter Nyphatem
& Gordieoꝝ montes iacet, hoſtiũ ignibus collucere, quũ inde etiam uelut pelagi longius reſo
nantis grauis fremitꝰ redderet̃, animo reputantes, quanta certaminis moles cum tam nume
roſo hoſte inſtaret, Alexandro ſuadere auſos, ut noctu confligeret, ne terribilis & immenſa il
Alexãdri uerbum. la hoſtiũ acies militũ oculis obijceretur, quibus uulgatũ illud ferociſſimꝰ rex reſponderit: Ego
Macedonũ acies. uero, inq̃t, uictoriã furari nolo, iſtud latrocinãtium eſt, nõ fortiũ uirorũ legitimeqꝫ bellãtium:
malo me fortunę pœniteat q̃ uictoriæ pudeat. Inde ſomni & quietis impatiẽs curarũ æſtu flu
ctuabat animus, nunc ex ſummo tumulo in dextrũ cornu oculum intendere, nunc in lęuũ de
flectere aciẽ. Poſtremo longo ꝑuigilio feſſus ſub lucẽ in tam altũ eſt ſoporẽ reſolutus: ut iã du
cibꝰ ſignũ expectãtibus, iniecta ſit ſuſpitio, quid eſſet ꝙ præter morẽ cũctãtius in cõſpectũ ue
niret. Demũ hilari uultu, & quaſi manifeſto uictorię p̃ſagio in eius ore ꝓminẽte tabernaculo
egreſſus, ſuos ad pugnã hortatꝰ, ita aciẽ inſtruxit, ut in dextro cornu Clytus, Philotar, & cęteri
p̃fecti eq̃tũ ordie cõſiſterẽt, poſt illos Macedonica Phalãx ſtaret, poſt Phalãgẽ Argyraſpides,
quibꝰ Nicanor Parmenionis filiꝰ p̃erat: ſubſidio his eſſet, Cenos Oreſtes, & Lyceſta: Peregri
nũ inde agmẽ ſeq, cuiꝰ Amyntas erat princeps, Aderãt Philagus & Balatros nuꝑ in ſocietatẽ
aſciti, & ipi quidẽ moderatores. Lęuũ cornu Parmenio & Craterꝰ obtinere ſunt iuſſi cũ Pelo
põnẽſiũ Achęorũ & Locrenſiũ equitatu, hos Theſſali eq̃tes claudebãt: Philippꝰ dux cũ acie pe
ditũ eq̃tibus claudebat̃, & hęc ſiniſtri cornu prima fuit acies, q̃ ne circunueniri ab hoſte poſſet
ualida manu cinxit: nec cornua recta fronte, ut ſolent, ſunt p̃ſidijs firmata, ſed auerſa à ſuis fa
cie hincinde ſtetere, altera uelut acie lõgo ordine ꝓducta, ut ſi barbarus multitudine fretꝰ cir
cuire ſuos aggreſſꝰ eſſet, utrinqꝫ aduerſam i ſe haberet aciẽ, à lateribꝰ Agriani in hũc modum
ſtare, à tergo Illyrici cũ Thracibꝰ militibꝰ mercede cõductis, atqꝫ ita eo die Macedonũ acies cõ
ſtitit. Pręceptũ inde eſt: ut falcatos currꝰ ex aduerſo immiſſos patefactis ordinibꝰ trãſmitterẽt,
inde in circumactu ex obliquo quadrigas ſuffoderẽt: uel ſi taciti hoſtes currus amiſiſſent, ipſi
eq̃s clamore territarent, Impedimenta cum captiuis & modico pręſidio poſt aciem munitiore
colle

A colle cõſtituit, dat inde negotiũ ipſis ducibus, nam præ nimio ſtrepitu imperiũ exaudiri non põterat, ut circũeundo aciem equites docerẽt, indicio cõpertũ eſſe, murices ferreos ad equoꝝ ungulas ſuffodiẽdas certa campoꝝ parte, qua Macedonic⁹ equitatus ꝓcurſurus uidebaẽ, leniter ſub terra eſſe ab hoſte cõditos, locus omnibus cõmonſtratus, ut certis erat metis ab hoſte notatus, uti facilius à ſuis id inſidiarũ genus declinareẽ: ijdem iuſſi per partes militẽ hortari, ut Granici fluminis, ut Ciliciæ, Syriæ, Ægypti, aliarũq; uictoriaꝝ memor, acriter dimicaret ſterneretq; hoſtem toties uictum, ſciretq; illius diei uictoriã, totum orbem Macedonibus & socijs in prędam daturã. His illi hortationib. & alijs ſimilibus, quę in tali diſcrimine adhiberi ſolent, ut pręceptũ erat agmen circuire. Alexãder in dextro cornu erat. Darius ex aduerſo læuũ ꝓcurabat, qui ſublimis curru hoſtium paucitate contempta, ueniſſe diem prædicabat, quo Perſæ ignominiã ad Granicũ, & in Cilicia acceptã abolerẽt. Longo inde ſermone uſus quo omnia cõplexus eſt, quæ ad uictoriã ꝑtinere uidebãtur. Per patrios, inquit, deos, æternũq; ignem uos precor uiri Perſæ, per Cyri memoriã qui tanta indole nobis hoc regnũ peperit, ab ultimo dedecore hodie nomẽ gentemq; Perſarũ uindicare, & quam gloriã à maiorib. accepiſtis poſteris relinquite, in ueſtra dextra libertatẽ, opes, ſpem futuri temporis geritis, contẽptu non metu mors effugitur: ite uiri fortes, & mecũ aciem ingreſſi pro patria, pro liberis, pro uobis ipſis fortiter dimicate, nam q̊d ad me attinet uos moneo & hortor, ut ueſtrũ regem in prælio imitemini, ſiue ille fortitudinis, ſiue ignauiæ fuerit exemplũ. Nec ille pluribus affatus, ubi Alexandrũ uidit obliquaſſe agmen ne in murices incideret, tum & ipſe repente auerſum ab eodem loco equitatũ in hoſtem immittit. Falcati currus cum impetu & fragore in equites impacti, dextra læuaq; ſtragem primo conflictu inſignẽ ediderũt, turbatiq; ſunt ordines, dum illos ut iuſſi erant per aciem tranſmittunt, auxerunt hunc metum Scythæ & Caucaſij equites, à Mazeo immiſſi ad Macedonũ impedimenta diripienda. Quod fieri intuitus Parmenio Alexandro confeſtim nunciare iubet, hoſtes impedimentoꝝ direptioni imminere: cui ille. I, & Parmenioni nuncia, oportere nos hodie acie uincere, ut illa & quæ hoſtiũ ſunt habere poſſimus. Interea qui immiſſi erant diſiecto præſidio

B tumulũ occupãt, captiuos ſoluunt, multi captiuoꝝ ſoluti circa Siſingambim circũfuſi ſtabant, uiciſſe Darium prædicãtes, Macedonibus cæſis ſuos in prædam diſcurriſſe (perſuaſum fuit his quando ſui eo irrupiſſent hoſtem acie profligatũ) illa uero etſi multi hortarẽtur, ut bono eſſet animo, immobilis & ſine uoce nullum lætitiæ ſignũ præ ſe ferens ſtabat, ſiue quia rem tantam non temere crederet, ſiue ꝙ fortunã poſt tot clades arridere incipiẽtem iritare non fuerit auſa, adeo ut quid mallet eam intuẽtibus incertũ fuerit. Occurrit eo Amyntas præfectus equitũ incertum ſua ſponte, an Alexãdri iuſſu, ſed quũ Scytharũ impetũ ferre nequiſſet, ſeſe ad regem recepit, magis amiſſorũ impedimentoꝝ teſtis ꝙ uindex. Miſſus inde eo Aretes dux haſtatoꝝ, quos Sariſſophoros uocabãt. Interea currus qui primo cõcurſu equites turbauerãt in phalangem illati, dextra læuaq; ſuffoſſis equis, multa aurigarũ ruina diſtrahuntur. Pauci ad extremã aciem ꝑuenere. Ibi fœda ſtrages editur, iacebãt paſſim membra humi effuſa. Quædam adhuc palpitãtia, alia ut ſuo habitu obriguerãt, aut gladiũ, aut parmã tenentia. Aretes Scytharũ duce interfecto grauiter hoſti inſtabat. Is recenti Bactrianoꝝ equitũ occurſu, quos Darius ſuis auxilio miſerat pene obtritus eſt, multisq; amiſſis in aciem refugit. Tum Perſæ clamore ſublato in hoſtẽ quaſi ubiq; ꝓfligatũ incurrũt: Inſtare ſuis Alexander ac territos caſtigare, pręliumq; ſua pręſentia haud uno loco inſtaurabat. Nouiſſime cõſpicatus lęuũ hoſtiũ cornu rareſcere, q̊d Bactrianoꝝ equitũ diſceſſu acciderat, qui Scythis auxilio ad impedimẽta miſſi fuerãt in eã partẽ Macedo grauiter inuect⁹ perijſſet, haud dubie à ſuis excluſus, ni Agriani eqtes in Perſas eum circũuenire adortos, effuſis repẽte habenis impetũ feciſſẽt. Hi ſubita ui degrauati, Macedonico agmine q̊d cũ rege interclusũ undiq; ꝑmebãt omiſſo, in Agrianos impetũ uertere conati ſunt, & Bactriani qui ad impedimẽta, ut ſuis auxilio eſſent occurrerãt, ſeſe ad ſigna recipiebãt, cæterũ cõfertis agminibus nõ patuit illis reditus. Et iam reges ambo uno globo dimicabãt, curru Darius, Alexãder equo: Ibi atrox utrinq; certamen accenſum. Pulchrũ quiſq; putabat in ſui regis cõſpectu cadere. Fertur aquila ſupra Alexãdri caput pene imotis alis aliquãdiu pepẽdiſſe, quo augurio Ariſtãder uates cõfirmat⁹, cãdida ut erat ueſte amictus coronã ſuis intendẽs, uictoriæ nuntiũ adeſſe exclamat. Ea uoce Macedones alacrius cõnixi, per æqua & iniqua ruere. Tum ibi

Murices.

Adhortatio Alexãdri ad ſuos.

Darij adhortatio ad ſuos.

Siſingãbis cõſtantia.

Diſijciũtur falcati currus.

Perſarum ſucceſſus.

Congreſſus regum.

Ariſtander uates.

auriga qui ante Dariũ ſedebat haſta trãsfixus concidit. Perſæ iuxta ac Macedones regem occu
buiſſe crediderũt: Hi alacri clamore ſublato prælių inſtaurãt, planctus inde & ululatus repente C
ortus aciem æquo adhuc marte dimicantẽ ita ꝑterruit, ut momẽto tẽporis ſecuta ſit fuga. Qua
inſpecta deſeritur Darij currus ab ijs, qui circa illũ pugnã obibãt. Tum ille ſtricto acynace du/
bitaſſe dicitur, an fugæ dedecus honeſta morte uitaret, cæterũ eminẽs curru, quia nondũ ubiqꝫ
apta erat fuga, ſuos deſerere erubuit: ſed res ſemel inclinata ſiſti nõ potuit amplius. Nam alijs
ſuꝑ alios ſe pugnæ ſubtrahẽtibus, ſolutis ordinibus, uia ad cædẽ & ruinã eſt hoſtibus facta, ac
Darij fuga. tum demũ Dari⁹ rebus ꝑditis, & ipſe in fugã auertit̃. Cędit uictor Macedo fugientiũ terga, ade
meratqꝫ interim omnẽ periculoꝝ, ꝓſpectũ denſiſſim⁹ puluis, ut auriũ ſenſus multo habilior eſ
ſet qꝫ oculoꝝ ad hoſtẽ ꝑſequendũ. Cæciderat iam per lõga ſpatia Alexãder fugientiũ agmen,
quũ trepid⁹ illi à Parmeniõe nuntius affuit, læuũ cornu multitudĩe hoſtiũ ita degrauari, ut niſi
cõfeſtim auxilio adeſſet reſiſti nõ poſſet ampli⁹. Infremuit ferox ille, eripiqꝫ ſibi occaſionẽ aſſe/
quẽdi regis queſt⁹, anceps, ſuis ne auxiliũ ferret, an fugientiũ terga p̃meret, ad poſtremã uicto/
riã ſequebat̃, quũ in altero hoſtiũ cornu rei male geſtæ fama, & fuga regis nunciata, ita Mazeũ
& alios ꝑculit, ut cõfeſtim ea quoqꝫ parte pugna remiſerit. Mirari primo Parmenio q̃d eſſet ꝙ
hoſtis ſua ſponte à prælio diſcederet. Verũ ratus nõ ſine cauſa id fieri, ad ſuos cõuerſus, Ecquid
uidetis, inquit, milites, hos qui modo tam ferociter pugnã ciebãt pedem territos referre? nimiꝝ
Alexãder diuerſa parte iamdudũ fuſum hoſtem inſequit̃, & nos hic ſegnes ſtamus? Ite & nobi
Mazei fuga. liſſimã uictoriã pro uiribus iuuate. Suſtinere Mazeus hoſtẽ, ac primo lento gradu agmen præ
lio ſubtrahere conatus eſt. Nec Parmenio nimis effuſo curſu inſtabat timẽs inſidias, haud eni
reſciuerat quatenus diuerſa parte Alexander prælio eſſet functus. Tum uero Theſſalis perop
portune tela inhibẽtibus, Mazeus citato gradu ſuo agmine Babylonẽ contẽdit. Darius ad Ly/
cum de reſcindẽdo ponte agitaſſe dicitur, ſed nõ ignarus quantũ hominũ ſecum in fugam tra/
heret, qui ad unũ perituri uidebãtur, ſi ſuperãdi fluminis fuiſſet facultas adempta, intactũ poſt
ſe reliquit, malle ſe dictitans ſequẽti hoſti iter dare, qꝫ ſuis fugiẽtibus pręcipere, inde inſtaurato
curſu media fere nocte ad Arbelam deuenit. Alij interim alios caſus ſortiti, & quo ſuus quenqꝫ D
impetus traxit, eo fuga inclinauit, multi cæſi, alij ad riuos & flumina delati, æſtu & ſiti confecti,
Perſarũ cla/ nimio humore hauſto exanimati ſunt. Alexãder ad Lycum ꝓgreſſus, quũ pontem fugientiũ
des ad Lycũ turba oppletũ offendiſſet, tantũ hoſtibus terrorẽ ſubito acceſſu iniecit, ut multi ex ripis, quidã
alij ex ipſo ponte cum totis armis in rapidũ amnẽ deſiliuerint, ibiqꝫ impetu aquarũ & armorũ
pondere depreſſi, altis ſunt gurgitibus abſorpti: & iam nox inſtabat, Alexãderqꝫ ex Lyco æſtu
& labore feſſus ad ſuos reuertebat̃ de læuo cornu ob ea quæ nunciata fuerant adhuc ſollicitus,
quũ interim equites à Parmenione miſſi, ab ea quoqꝫ parte uictoriã nunciãt. Sed magnũ inte/
rea rex adijt periculũ, iam enim parta uictoria exiguã manũ & incõpoſitã trahenti, repente ho
ſtium agmen fuit obuiũ, ibi nouo certamine iniecto, quũ hoſtiũ dux infeſto curſu in Alexan/
drum deferret̃, ab eo eſt haſta transfixus, ea res auxilio fuit Macedoni. Barbari qui numero &
ferocia ſuperiores erant duce ſpoliati, cunctanti⁹ præliũ obire cœperũt, inde tenebris ſeſe inten
dẽtibus fuga dilapſi, hoſti uictoriã reliquere. Atqꝫ hunc exitũ habuit pugna illa memorabilis
in Aturiæ campis trans Lycum, iuxta Gaugamelã uicum cõmiſſa, qua Darius uictus imperiũ
amiſit. Perierũt eo die Perſarũ XL. milia, quorũ numerus iniri potuit. Macedonũ paulominus
Cæſorũ nu/ merus. CCC. deſiderati. Vicitqꝫ eo die Alexander magis uirtute qꝫ fortuna, magis conſilio qꝫ loco, ob
idqꝫ uictoria ipſa multo ſpecioſiſſima eſt uiſa. Darius qui, ut dixi, media fere nocte Arbelã ue/
nerat, quo & amicorũ pauci regis ueſtigia ſecuti, & militũ manus ingens uenerat, ſuos pro con
cione affatus, docet uidere ſe breui futurũ, ut uictor hoſtis omnia uoluntaria deditione occu/
Darij pru/ dentia. paret. Cæterũ laturũ ſe æquiore animo inexhauſtã Macedonã famem Perſica gaza expleri, qꝫ
celeri curſu uictoriã ſequi, relicturũqꝫ ob id ſe omnia quæ adeſſent, aurum, pellices, & omnem
precioſam ſuppellectilẽ, ut quũ ijs, quæ ſibi oneri, potius ad res gerendas qꝫ emolumento fuiſ
ſent, ſeſe hoſtis immerſiſſet, à priſtina uirtute degeneraret. Expedire ſibi interea intacta ſui re/
gni loca adire, ubi bellum ex integro repararet, edoctus iam ferro tutius qꝫ auro bella admini/
ſtrari. His ille quum ſuorũ animos erexiſſet, haud multũ ibi cunctatus, ne hoſtium interuentu
opprimeret̃, cum ea manu quã habuit in Mediã iter intendit. Nec ita multo poſt Arbela Ale/
andro

A andro traditur, ubi præter opulentiſſimã totius exercitus prædã, regia ſuppellex cum quatuor militibus talentorũ regi eſt pręſentata. Nec diu ibi ſtatiua habita, ob morbũ qui uulgari cœperat. Profectus inde Macedo per loca ducens Arabiæ propinqua, odorũ fertilitate & paſcuis inſignia Memniũ uenit, cauerna ibi eſt cum fonte bituminis, ex qua materia Babylonis mœnia magna fuerãt ex parte interlita.

Darij ex Arbela digreſſus.

Ducebat ex Memnio Babylonẽ Alexander, quũ ex inſperato Mazeus, qui ex acie fugerat cum filijs illi occurrit, ac ſeipſum urbemq; uictori dedidit. Fuit ea deditio Alexandro admodũ grata, ꝙ regia urbe, quæ laborioſa alioqui obſidione fuerat expugnãda, primo potitus eſſet acceſſu.

Alexander Babylone potitur.

Mazeum igitur & filios cõplexus, urbem quadrato agmine ingreſſus eſt: tota ciuitas uidendi ducis ſtudio, obuiã uenièti effuſa eſt: Multitudo ob id ipſum muros occuparat. Bagophanes arcis & regiæ pecuniæ cuſtos, ne ſtudio erga Macedonẽ à Mazeo uinceretur, uiam, qua rex urbem initurus erat, floribus & coronis inſterni iuſſit, argenteis altaribus ab utraq; parte cõſtitutis, miram odorũ fragrantiã ſpirãtibus. Præibant Magi patriũ carmen canentes, poſt Chaldæi, inde opifices cum organis & fidibus ſui generis regum laudes canere ſoliti. Præibat & Babylonicꝰ equitatus, luxurioſo magis ꝗ bellico cultu inſtructus.

Babylonica luxuries.

Ipſe curru inuectus per urbem regiam intrauit. Poſtero die omnẽ Darij pecuniã & cæterã Gazam recognouit, ſed nihil æque regem ac cæteros delectauit, ꝗ magnificẽtiſſimus urbis apparatus, de quo in Semiramidis rebus explicandis longior à me habitus fuit ſermo. Adijciam ꝙ Curtius Babylonis arcem pręter cætera miratus eam uicenûm ſtadiorũ ambitu fuiſſe prodidit, murorum faſtigio LXXX. pedes in cœlum educto, & in arce penſiles hortos proceritate arborum miraculo uiſenda, in his frugiferas quaſdam octonũ cubitorũ craſſitudine, quinquagenos pedes cacuminibus extantes, quod citra fidem pene ſit, tantam arborũ proceritatẽ in aliena terra coaleſcere potuiſſe.

Babylonicæ arcis apparatus.

Hortorũ moles XX. lati parietes ſuſtinebãt, inter ſe XI. pedum interuallo diſtantes, ut procul uiſentibus, quędam ſyluarũ ſpecies montiũ uerticibus impoſita uideretur. Fuitq; ibi Alexãder quatuor & triginta dies, adeoq; breui illa temporis intercapedine captus eſt Perſicis illecebris exercitus, ut haud dubie longe debilior futurus fuerit, ſi priuſq; ad priſtinam diſciplinã reuocaretur, fuiſſet alicubi hoſtem adeptus.

B Curtius autor eſt, adeo impudice Babylonios conuiuari, ut matronæ etiam nobiliſſimæ abiecto pudore, uelamẽta corporis frequenti conuiuio deponant: ſed dum parum utili exemplo Macedonũ exercitus Babylonicis delitijs ſaginatur, ad XI. milia peditum, & D. equites Alexãdro in ſupplementũ uenere, & cum his L. principum Macedoniæ filij iam adulti qui illi miniſtrarent epulas, ac circa cubiculi fores per uices excubarent. Admouebant eiuſmodi miniſtri pugnanti regi equos quum opus eſſet, uenantẽ comitabantur.

Alex. exercitatio quum bello uacus eſſet.

Enimuero quum uacuus erat ille, ubi mane ſurrexiſſet poſt rem diuinam peractam ſedens prandebat, poſt reliquũ diei dormitabat, & interdũ etiam totum diem, aut uenabat̃ & nõnunq; per iocum uulpes, ſagittabat etiam aliquãdo, aut citatos curſus aſcendebat celeriter & deſcẽdebat, ut in pręlio. Legebat p̃terea, aut ius militibus dicebat, ſingulorũq; deſideria cognoſcere. Cœnabat ad altam noctem, trahebatq; potando lõgiſſimos ſermones, aſſentatoribꝰ ſupra ꝗ dici poſſit, deditus: quæ res quum ipſi ad uitium nocuit, tum familiariũ quibuſdã qui aſſentari neſciebãt, aut certe ſi ſciſſent nolebãt. Babylone igitur ꝓfecturus, Agathonẽ arci præfecit, Mazeum Babyloniæ Satrapẽ conſtituit, Mitreni qui Sardis ꝓdiderat Armeniã attribuit. In Satrapenẽ terrã primo exercitus eſt adductus, ibiq; militari certamine propoſito, nouem, qui omniũ fortiſſimi iudicati ſunt, Chiliarchas creauit, quũ ad id tẽpus qui cohortibus præeſſent quingentos non mille ſub ſe milites habere cõſueſſent, ſignum ꝓfectionis interdiu obſeruari iuſſit fumũ ex ſumma pertica, quæ regio iminebat tabernaculo, noctu uero ex eodem loco flammã. Satrapenã aggreſſus, quũ Suſas uerſus iter intendiſſet Abaulitis filius qui regioni p̃ſidebat, à patre miſſus deditionẽ pollicitus eſt.

Alex. Suſis potitur.

Accepit eum comiter Alexander, cæterũ urbẽ adeunti Abaulites obuius regi fuit, Dromades Camelos & XII. Elephãtos ſecum habens, ex India nuper à Dario ad uſum belli accerſitos. Ibi Gazam ſuper CC. annos à Perſicis regibus congeſtã Macedo eſt adeptus, & in his XL. milia æris talenta. Archelao ad Suſarũ præſidiũ relicto arcis & theſauroꝝ curam Callicrati demandauit, Suſianoꝝ Satrapiã Abauliti qui ultro deditionẽ fecerat reſtituit, matremq; & Darij liberos in ea urbe collocauit.

Darij mater & filiæ

Miſitq; Siſingambi purpureã ueſtẽ dono, q̃ ex Macedonia fuerat illi delata, eam ꝑ internunciũ hortatꝰ ut

neptes

Suſis collo/cantur.

neptes nobiliſſimo operi admoueret, cuius ratio ut facilius cõdiſci poſſet, miſit & opifices eius
artis peritos, qui uirgines inſtituerent. Fertur Siſingambis adhuc regios ſpirans faſtus ad eum C
nunciũ lachrymas fudiſſe, pręſentẽ fortunã ſibi exprobrari interp̃tata. Nulla maior cõtumelia
apud Perſicas mulieres habebat͛, q̃ ſi lanæ manus admouere cogerẽtur. Edoctus Alexãder in
quanto illa mœrore eſſet, ad eam ingreſſus gentilis inſtituti inſcitiã excuſauit. Nam q̊d ad Ma
cedonas attineret, ueſtem qua tum ille cultus eſſet, ſuarũ ſororũ non priuatæ fortunæ mulierũ
opus eſſe docuit. Atq; ita illa in ſpem honeſtioris fortunæ reſtituta, Suſis profectus, quartis ca

Tygris or/tus & flu/xus.

ſtris Alex. ad Tygrim uenit, eum accolæ Phaſim uocant. Oritur in Vxiorũ mõtibus, ad ſtadia
ferme L. præceps per ſyluas & ſaxa ruit, potius q̃ fluat. Acceptus inde camporũ planitie mitior
factus, ad CC. ſtadia euagat⁹, Perſico mari uno oſtio infundit͛. Vxiorũ regio Suſis finitima eſt,
longoq́; tractu in Perſidẽ excurrit, hanc terrã Tygrim om̃ibus copijs traiecto Macedo tumul/
tuoſe inuaſit, ubi nõnihil eſt à Madate regionis p̃fecto à curſu, quẽ in Perſidẽ intẽderat, retar/

Vxianæ fauces,

datus. Erat locus quẽ hoſtis præſidio inſederat, parũ aditu habilis, fueruntq́; ob id irriti primi
Macedonũ conatus. Multi qui per ſaxa, & abruptos ſcopulos caſtellum temere ſubierãt, fœde
uulnerati ſe ad ſigna receperãt. Fuiſſetq́;, non ſine regis & aliorũ indignatione ibi diutius labo
ratũ, niſi occultiorib⁹ ſemitis expeditoꝝ manus mõtibus inſinuata, iugum caſtello imminens
occupaſſet. Tum Macedo ſupra caput repente cõſpectus, tantũ terrorẽ hoſtibus iniecit, ut alij
per auerſa loca oppido egreſſi in pacatũ ꝑfugerint, plures ut in re trepida ſeſe in arcem recepe/
re. Inde à Madate XXX. ad Alexandrũ miſſi, qui ſalutẽ cum arce paciſcerent͛, triſte reſponſum
illis redditũ nõ eſſe amplius ueniæ locum. Territus Madates ad Siſingambẽ occulte miſit, qui
eam rogaret ut ab Alexãdro exitiũ, q̊d ſibi & ſuis inſtabat, deprecaret͛. Duxerat Madates eius
ſororis filiam uxorẽ, erat & Dario alioqui arcta iunctus cõſanguinitate. Illa præſentis fortunæ
haud oblita, multũ diuq́; dubitauit, an id ab Alexandro peteret, uerita ne uictoris in ſe indul/
gentiam fatigaret, demum propinqui duntaxat ſui uitam, nec alterius, per literas à rege ſuppli
citer precata eſt. Ea fuit regis clemẽtia ut in Siſingambis gratiam haud Madatem ſolum, ſed
omnes qui cum eo in præſidio fuerant, incolumes dimiſerit, oppidanosq́; immunitate dona/ D
uerit: & hæc uictor Alexãder captiuæ tribuit, quæ ne mater quidem à uictore Dario impetraſ

Suſidæ pylæ.

ſet. Vxiorum gente ſubacta triduo Alexãder ad Perſidis anguſtias uenit, quas Suſidas pylas
uocant. Rupes ſupra iactum teli ꝓminentes, Ariobarzanes cum XV. milibus hominũ occupa
uerat, iuſſit ille ſuos quietos expectare quoad Macedonicũ agmen eſſet anguſtias ingreſſum.
Stabant itaq; hoſtes uelut inter pugnæ fugæq́; conſilium ancipites, quo aſpectu Macedones
cõfirmati, montium fauces audacius ineunt. Tum Dariani hoſtem iniuriæ opportunũ nacti,
ſubita ui coorti, cum clamore & ſtrepitu grandiora ſaxa in ſubiectum agmen deuoluũt, ruere
illa cum fragore & impetu, multamq́; ſecum impulſorum lapidum ruinam trahere, donec in
denſos milites deuoluta, obiectas parmas cum ipſis corporibus obtriuerant. Fœda ibi ſtrages
momento temporis edita eſt, alij ſuper alios afflicti in numerum cadebant: metu deinceps

Macedones à Pylis cum cæde repel/luntur.

in rabiem uerſo, conantur Macedones obiectis ſcutis in aduerſos hoſtes ire, ſaxorum crepidi/
nes muricesq́; manibus prenſantes, tum aliquãdo atrocior uis orta, tantaq́; telorum uis eſt ſu
perne effuſa, ut diffracta ſolutaq́; ſcutorum crate, miſerabili modo proiecta & attrita corpora
ſint ad imum cum ſtrage deuoluta, atq; ita pluribus amiſſis, multis etiam uulneratis, Alexan/
der cum exercitu male affecto, ad XXX. retro ſtadia remẽſus, caſtra eſt in aperto metatus. Hic
alterum regi iter in Perſidem à locorum peritis demõſtrabatur, cæterum noluit ille inſepultos
milites relinquere. Conſilij itaq; inopem captiuorũ unus, qui Lycio erat patre procreatus, ma/
tre Perſica, docet, dorſo montium iter in Perſidem patere. Calles eſſe multa arborũ denſitate
perplexos, perpetua montium iuga à Caucaſo ad rubrum mare extenſa, mille & CC. ſtadiorũ
longitudine, mira arborũ denſitate ueſtiuntur, ſecundum iuga pari ſpatio, ſed plurimũ cam/

Araxes flu/uius.

peſtris Perſica regio excurrit, uicis & urbibus frequens. Araxes eam interſecat, multorũ ſecum
torrentium euoluens aquas, herbis & floribus ueſtiens quicquid abluit. Regio haud alia toto

Alexã. expe ditio.

oriente ſalubrior. Alexander quum inter loquendũ audiuiſſet eum Lycium eſſe, qui indicium
faciebat, memor oraculi quo monitus fuerat, fore, ut Perſidem Lycio duce ingrederetur, Cra
tero ad cuſtodiam caſtrorum relicto, cum expedita manu & equitibus ſagittarijs ducem ſecu
tus, per

tus, per mõtes ad hoſtem ire ſtatuit, Cratero attente obſeruare iuſſo, ut quũ prælium initum ſenſiſſet in mõtibus, cõfeſtim faucib⁹ copias admoueret. Tertia uigilia noctis ſilenti agmine monſtratũ iter ingreſſus, per abrupta loca, & aditu difficillima primo itum, tetra fuit militũ colluctatio in locoꝝ anfractib⁹, foueisq́ꝫ niue refertis, multi imprudẽter in altiores niues collapſi, poti⁹ auxiliãtes ad ſe trahere, ꝙ inde alleuari poſſent, demũ ubi multo labore in ſummũ iugum eſt uentũ, Philotã, Cenonẽ, Amyntã & Polypercontẽ, cum expedita manu ſenſim ꝓcedere ad hoſtem iubet, ipſe longiore ambitu circũuectus, ita ut maiore diei parte laborioſe cõſumpta feſſis militib⁹ ſubſtiterit, inde ſecũda uigilia ſequẽtis noctis per cõfragoſa loca ſub lucẽ in editũ montis uerticẽ euaſit, unde ſubiectæ hoſtiũ ſtatiões uideri poterãt: Ibi dato ſuis ſigno hoſtẽ à tergo inuadit. Fuit primo atrox pugna Perſis fortiter reſiſtẽtib⁹. Crater⁹ interim audito clamore ſubito cũ alia manu anguſtias occupat, Ariobarzanes & alij hoſtiũ armis undiq́ꝫ degrauati, quãdo pſens piculũ bene pugnãdi neceſſitatẽ imponebat, nõ ſolũ hoſtẽ ſuſtinẽt, ſed memorabile etiã pliũ edũt. Nudi qdã ut in re ſubita, armatos Macedonas cõplexi ad terrã deijcere, deiectis tela adimere, adẽptis in eos uertere conati ſunt. Demũ ſuperãte Macedonũ multitudine ac cæteris cadentib⁹, Ariobarzanes, cum XL. equitib⁹; per medios hoſtes elapſus, Perſepolim caput gẽtis, celeri curſu contẽdit, unde à cuſtodib⁹ urbis excluſus, Macedonũ interuẽtu, qui è ueſtigio ſeqbant̃, cũ ſuis interfect⁹ eſt. Alexãder traducto agmine, eo q̃ hoſtis ſtatiua habuerat, caſtra fecit loco. Inde Perſepolim ituro literæ à Tyridate reddunt̃ (pꝫerat is regiæ pecuniæ) ſcriptũ erat his, iminere qui in urbe erãt regijs theſauris, ut eos diriperẽt, nec ſi uis intẽderet̃ armatæ multitudini reſiſti poſſe. Properaret ipſe occupare nefariũ hominũ conſiliũ ſubito acceſſu, ut his intactis potiret̃. Alexãder huiuſmodi literis cõmotus, cũ copijs ad Araxẽ contẽdit, eo ſupato caſtra ad duo ſtadia ab urbe collata. Fœdũ ibi ſpectaculũ regis & alioꝝ oculis oblatũ, ad quatuor milia Græcoꝝ, qui diu in hoſtiũ poteſtate fuerãt, corporib⁹ miſerabili modo truncis, in conſpectum ſuoꝝ uenere, alijs pes alter deerat, alijs manus, qbuſdã oculi eruti, nõnullis aut aures, aut nares pcisæ, inſcriptaq́ꝫ corpora figuris literaꝝ, qbus Perſæ utebant̃. Magna ibi miſericordia, & cõploratio orta, ubi uoce agniti, forma ob acceptã cladẽ humanæ diſſimilis. Rex eos conſolatus iubet bene ſperare, fore ut omnes in Græciã reuerterẽtur, uiatico & uectura adiuti. Illi uero haud ignari, nullã tam aptã infelicib⁹ patriã eſſe ꝙ ſolitudinẽ & maloꝝ obliuionẽ, illud quoq́ꝫ animo uolutãtes, celeriter lachrymas in aliena calamitate exareſcere, nec fideliter diligi quenq́ꝫ ab eo cui faſtidio ſit, etſi non deerãt qui patriæ deſiderio tenerentur, plures eo inclinarũt ut ab Alexãdro locum peterẽt, ubi procul à conſpectu Græciæ miſerabilẽ illam corporũ calamitatẽ, uelut in occulto haberẽt. Iam Macedo iuſſerat mille denarium, & iumentũ ſingulis aſſignari, ut domũ abirent, quũ iterum ad illius pedes ſupplices iacuere, nullã præ pudore uocem emittere auſi, quorũ cõſilium ubi rex exploratũ habuit, iumẽta, inquit, uobis & pecuniã pro uiatico deſtinauerã, nũc ꝙ uos manere uelle intelligo, ut in his terris cõmode eſſe poſſitis, non minus libenter præſtabo, aſſignatoq́ꝫ illis agro quem colerent, terna milia denarioꝝ ſingulis & binas ueſtes dedit, addita his armenta cum pecoribus & frumẽto, ut cõli ſeriq́ꝫ poſſet attribut⁹ ager. Poſtero die milites pro concione affatus, nullus, inquit, milites locus fuit unq́ꝫ magis Græciæ infeſtus, ꝙ arx hæc Perſarũ regum, quam ante oculos habetis, hinc procellæ illæ bellorũ quæ toties maria & terras concuſſerãt. Hinc illa immenſa agmina, Darij prius, mox Xerxis imperio Europæ infuſa, haud dicam urbium excidia, cædes hominum, direptiones, rapinas, & alia mala quæ bella ipſa ferre ſolent, quæq́ꝫ maiores noſtri ab his perpeſſi ſunt olim, quorum umbris non uideo quomodo ſanctius parentari poſſit, quàm inimiciſſimæ urbis excidio quæ malorum omnium illis origo fuit & caput. Hic præterea multo maior regum Gaza congeſta eſt, quàm uſpiam locorũ alibi. Ite & urbem Græco nomini inimicam, auri refertam, magnaq́ꝫ ex parte metu deſtitutã occupate, diripite, quæ potiti, uere ulti hoſtem Perſicumq́ꝫ regnum uidebimini. Haud multa hortatione opus fuit, prædæ cupiditas ita omnium animos accenderat, ut momento temporis oppidum à Barbaris magna ex parte deſtitutũ, ſit à militibus captum. Curtius autor eſt, tantum hic auri & argenti ex regia Gaza quęſitum, quantũ neq́ꝫ Suſis, neq́ꝫ alibi terrarũ. Plutarchus Alexandrũ ſcripſiſſe ait Perſepolitanã prædam Suſianæ æqualem fuiſſe. Sed quanta fuerit ex eo conijci poteſt, ꝙ dena milia muloꝝ iuga, & quinq́ꝫ milia cameloꝝ, diuitias,

Depellũtur Perſæ ex Pylis Suſidis.

Fœdũ Græcorũ ſpectaculum.

Alexandri munificentia in Græcos mutilos.

Perſepolitana Gaza.

Opulēta præda.

diuitias,& reliquū regię dom⁹ inſtrumentū uexiſſe tradūt. Satis cōſtat milites uaſa immēſi p/
tŋ dolabris inter ſe ptitos. In nulla captarū urbiū maior eſt cędes edita. Multi etiam Barbaroꝝ
deſperata ſalute hoſtiū man⁹ uolūtaria morte euaſerūt. Incēderūt quidā proprias ædes ꝙ ho/
ſtis facturus uidebat. Alexāder arce ualide p̄ſidijs munita, cū mille eqtibus,& expedita peditū
manu ſub ipſum uergiliaꝝ ſidus, ī interiora Perſidis loca penetrauit. Per inuios ſaltus & niuo
ſos agmine laborioſiſſime acto, agreſte gen⁹ hoīm uicatim habitans domuit. Ventū inde ad

Mardorum gens.

Mardos gentē bellicoſiſſimā,& multū à cętero Perſarū cultu horrentē. Specus effodiūt, in q̄s,
ſe, liberos & cōiuges cōdunt. Pecorū ferarūq́ꝫ carnib⁹ ꝓmiſcue uictitāt, fœminis horror quidā,
atqꝫ hirtę comę prominentes, ueſtis ſuper genua, funda frontē uinciūt. Id illis telum & mund⁹
eſt. Hos quoqꝫ idē fortunę impetus domuit, unde Alexāder trigeſimo die, q̄ꝫ in eā expeditio/
nē exierat, eſt Perſepolim reuerſus. Hic intēpeſtiuis cōuiuŋs & immodica temulētia fœdare cœ

Thais ſcortū nobiliſſimum.

pit nobiliſſimę uictorię laudē. Adhibebantur caſtrēſia ſcorta regio cōuiuio,& in his Thais At
tici generis fœmina, oīm q̄ caſtra ſequebantur, ob excellentē formam nobiliſſima, eam poſtea
Ptolemęus regnās ſcortū habuit. Hic quū iā in multū uini Rex & alŋ ꝓuecti eſſent, illa Alexā
drum allocuta dicitur. Maximū, inquit, Rex oīm laborū, quos Aſiatica ſum expeditione per/
peſſa, hac nocte fructū percepi, ꝙ in ſupbiſſima Perſarū regia Alexādri regis inuictiſſimi con
uiuium celebro, ſed multo maiorē perceptura, ſi Xerxis regiā, q nostras olim Athenas crema
uit, mea manu incenderē, ꝙ & tibi gloriæ ſit, ſi ad poſteros tradatur, ut Atticę mulieres ſecutæ
Macedonum caſtra, patriæ excidium fuerint ultæ, ꝙ tot claſſes, tot exercitus, tot duces, ex terra
Græcia ꝓfecti, ad id tempus ulciſci nequiuiſſent. Hæc illa, atqꝫ una ſpectāte rege facē accendit.
Plauſus cōfeſtim & tumult⁹ toto cōclaui oritur, cęteriſq́ꝫ ad id facinus hortantibus, ebrius im/
perator, ebriū ſcortū ſecutus, facē & ipſe corripit, idē alŋ faciūt, clamoreq́ꝫ ſublato ad regiā incē

Incenditur Perſepolitana regia.

dendā diſcurrunt. Milites qui extra urbē tendebant, flammā cōſpicati, rem fortuitam rati cum
aqua in urbem concurrunt, ibi regem inter cęteros materiā igni ſuggerentem intuiti, abiecta
aqua alacri animo & ipſi faces ſubdunt. Nemo erat cui nō perſuaſum eſſet, exciſa regia urbe,
Alexandrum retro abiturum, atqꝫ ita fore, ut uictores & præda honuſti breui domum reuerte
rentur. Et domus illa inclita tot regum altrix, totius orientis imperatrix & domina, Græciæ &
caterarum gentiū terror, hunc infelicē habuit exitū, quę decem milium nauiū claſſem aliquan
do inſtruxerat, exercitus tam numeroſos coegerat, ut maria pedibus peruia fecerint, montes à
continenti abſciderint, flumina uno hauſtu exiccarint, per ludibrium meretricia manu incen/

Perſepolis excidium.

ſa & exciſa eſt. Vrbs quoqꝫ cum regia abſumpta eſt, ut procedente tēpore, ubi Perſepolis fuiſ/
ſet, ignorari potuerit, niſi Araxis uicinitas, qui ad xx. ſtadia præterfluebat, inſignē locū feciſ/
ſet. Fuerunt qui eius conſilŋ Alexandrum ignarū fuiſſe crederent, ſed nemo alius tātum fuiſ/
ſet facinus patrare auſus. Perſepoli deleta, cōtinuo Macedo in Mediam contēdit, Dariū ſecutu
rus. Erat tū ille Ecbatanæ q̄ caput fuit gētis. Parthi reges poſtea locū tenuere, aberatq́ꝫ Alexā/
der ad M. & L. ſtadia ab hoſte, nec flumina, aut montes erant ulli qui uictorem exercitum diu
tius morari poſſent. Tum Darius magis prælio q̄ fugæ intentus (nullus regum maiore animo

Oratio Darŋ ad ſuos.

aduerſam fortunam meo iudicio tulit unq́ꝫ) ita eſt ſuos pro concione allocutus. Si me, inquit,
uiri fortiſſimi, cum ignauis & timidis fortuna cōiunxiſſet,& ŋs qui pluris uitam q̄ꝫ laudē æſti/
marent, tacerem ne fruſtra hodie apud uos uerba facerem, ſed maiori q̄ uellē documēto & uir
tutē ueſtrā & fidem expertus, magis ac magis eniti debeo, ut talibus ſim amicis dignus, quàm
dubitare an ueſtri ſimiles ad huc ſitis, ex tot milib⁹ hominū, q̄ ad hoc bellū ſemel atqꝫ iterum
comparaui, uos ſoli hominum me bis uictū, bis fugientē, ſecuti eſtis. Fides ueſtra & cōſtantia
facit, ut me adhuc regē eſſe credam. Deſertores & transfugę in meis urbibus regnant, non ut
ab hoſte eo honore digni habeantur, ſed ut talibus uos illecebris & præmŋs ſollicitati, ex fidiſ/

Oblique carpit deditios.

ſimis perfidi, ut illi, efficiamini. Cęteꝝ uos ut fortes uiros decuit meam fortunam licet afflictā,
quàm uictorum ſequi maluiſtis, digni quibus, ſi ipſe non poſſim, dŋ immortales pro me gra/
tiam referant, ac referent quidem, ſi fides, ſi iuſtitia cœleſtibus curę eſt. Nulla erit tam ſurda po
ſteritas, tam ingrata fama, quæ non meritis uos laudibus ſit in cœlum latura. Nunc uero ſi
conſilium fugæ, à qua uehementer abhorret animus, aliquando agitaſſem, ueſtra uirtute con
firmatus, hoſti obuiam ire cogito. Etenim quouſqꝫ aduenam & externum regem uitabundus

mei

A mei regni fines uagus pluſtrabo, quũ liceat fortunã belli experto, aut ea quæ amiſi recuperare, aut honeſta morte pſenti calamitate defungi, niſi forte ſatius eſſe dicat aliqs uictoris arbitriũ expectare, uelit ne me ſeruatũ ut Mazeũ & alios, uni gẽti præficere, an ſuæ iræ potius ꝙ gloriæ indulgere, q̃d nefas dij auertant, ut hoc dec⁹ capitis mihi adimere quiſꝗ, aut cõdonare poſſit, quin uiuus nunꝗ hoc imperiũ amittã, cuius idem erit finis qui & uitæ, ſi hic anim⁹ uobis eſt uiri fortes, hæc ſentẽtia, parata eſt unicuiꝗ ueſtrũ libertas, nemo faſtidiũ & ſupbiã Macedonũ cogetur ferre, ſua cuiꝗ dextra tot malorũ, aut ultionẽ pariet aut finẽ. Verũenimuero fortuna, q̃d oẽs ſcitis, uariabilis eſt, & quia mutari poteſt, haud imerito mitiores uices expecto. Quod ſi dij cœleſtes pia & iuſta bella auerſanẽ, idꝗ euenire uelint, q̃d nolo ominari, ut fortibus tamẽ uiris honeſte mori licebit. Quare uos per maiorũ umbras oro & obteſtor, qui mẽorabili laude totius oriẽtis regna tenuerũt, qbus Scythia ceſſit, Thracia ſubacta eſt, Græcia cõcuſſa, Macedonia ſtipẽdiaria facta, ut nobilitatẽ ueſtrã totiusꝗ gentis dignos ſpiritus geratis, eaꝗ animorũ cõſtantia, qua cætera ptuliſtis, extremã hanc pugnæ ſorte experiri uelitis, me certe aut uictoria egregia in ppetuũ nobilitabit, aut pugna. Perſtrinxit omnium aĩos ferociſſima Darij oratio. Erãt cũ eo ad xxx. milia peditũ, & in his quatuor milia Græcorũ, quorũ fida ſtrenuaꝗ opera fuerat Rex haud uno loco uſus: Equitũ tria milia & trecenti. Cõſenſus tamen non mediocris aderat ſequi uolentiũ. Sed Beſſus Bactrianæ urbis regioniſꝗ pfectus, & Nabarzanes cõſiliũ inter ſe nefariũ iniuerãt, regis in ſuam poteſtatẽ redigendi, ut apud Macedonẽ gratiã inirent, aut ſi id cõſiliũ minus ꝓceſſiſſet, regni eo occiſo inuadẽdi. Tum ibi Nabarzanes rem ad exitũ pducere adortus, Darij orationẽ ita excepit. Scio me, inquit Rex, ſententiã dicturũ parum tuis auribus iucundã, ſed medici grauiores morbos aſperis remedijs curãt, & nauiũ gubernatores, quũ ancipiti periculo tenentur, cæterarũ rerũ iactura, quicqd ſeruari poteſt redimunt. Ego nõ ut cladem adeas ullam conſulo, ſed ut te & tuũ regnũ ſalubri cõſilio ſerues. Dijs aduerſis iampridem bellũ gerimus, pertinaxꝗ fortunæ tenor rem Perſicã multis cladibus alijs ſuper alias afflixit. Nouis igitur initijs opus eſt, auſpicia & regnũ alicui tradas cõſulo, hũcꝗ tantiſper regẽ appellari patiaris, donec Aſia decedat hoſtis. Victor deinde tibi regnũ reſtituat, hoc breui B futurũ ipſa ratio promittit. Bactra intacta ſunt, Indi & Sacæ, & aliæ plæraꝗ gẽtes, unde inuicti exercitus parari queunt, ad bellũ ſæpius inſtaurãdum, ſi inſtaurato opus ſit, ita ut maior belli moles ſupſit hoſtibus, ꝙ ad hunc diem exhauſta ſit. Quid enim beluarũ ritu in perniciẽ non neceſſariã ruimus: uirorũ fortiũ eſt, magis mortem contemnere, ꝙ uitam odiſſe. Ignaui etiam & inertes, præſentis fortunæ tædio, ſæpius uitam abijcere. Virtus nihil inexpertũ relinquit. Vltimũ omniũ mors eſt, ad quam non pigre accedere ſatis eſt. Præſtat itaꝗ ut Bactra, q̃d regnũ intactũ eſt, petamus, Beſſusꝗ ibi tantiſper regis appellationẽ gerat, donec res Aſiæ pſenti bello defunctæ ſint, ac tum tibi regi ille incolume regnũ reſtituet. Darius ad tam indignã uocem neꝗ iræ, neꝗ uoci pepercit. Inueniſti, inquit, peſſimũ mancipiũ optatũ tibi tempus, quo parricidiũ aperires, ſtrictoꝗ acynace in eum irruit, haud dubie interfectur⁹. Cæterũ Beſſus Bactrianiꝗ, deprecantiũ ſpecie illum circũſiſtunt, uicturi, ſcilicet, ſi in ultione pſeueraſſet. Nabarzane dilapſo cõtinuo Rex iubet agmen ꝓcedere. Patron, qui Grecis militibus præerat, uidens haud dubie Beſſum & Bactrianos Dario imminere, rogauit ut Græcorũ præſidio, qui omnẽ ſpem ſalutis ab Alexãdro deſperaſſent, ſuum corpus muniret, quod Darius facere recuſauit, faſſus malle ſe extrema omnia inter ſuos pati, ꝙ transfugã fieri. Sequebatur interim Beſſus regium currũ, fœdaſſet ſe continuo infando parricidio, niſi ueritus eſſet, ne apud Alexandrũ nullam gratiã iniret, ꝙ regẽ ad ſe uiuũ non perduxiſſet. Rem itaꝗ in proximã noctem diſtulit: Darius ſub noctẽ ſuorũ cuſtodia deſtitutus, uehiculo pellibus undiꝗ contecto, fugam in Parthienen intendit. Regia ſupellex à Bactrianis direpta eſt. Inde Beſſus Perſarũ agmine ſibi multis pollicitationibus adiuncto, regem tertio die aſſecutus, aureis cõpedibus uinxit. Alexander interim cognito hoſtiũ cõſilio, q̃d de futuro prælio agitarẽt, Tabas uſꝗ ꝓceſſerat, ibiꝗ audito Darij caſu, & ꝙ hoſtis ad quingẽta ſtadia abeſſet, qui citato agmine Hyrcaniã petiturus crederetur, quanta maxime potuit celeritate ad eum Macedo ire pſeuerauit. Plutarchus tria milia ſtadia & cc. undecim dierum ſpatio Alexandrũ equo ſedentẽ confeciſſe ſcribit. Curtius quingentis ſtadijs ab hoſte abfuiſſe autor eſt, quũ regem à ſuis deſtitutũ accepit, ſed quantuſcũꝗ fuit ille

B curſus,

Verba uero rege digna

Copiæ quæ Dario aderant

Nabarzanis ambitioſa oratio

Darij ferocia

Vincitur Darius

Alexandri celeritas

Beſſus & Nabarzanes Dariū cōfodiunt

curſus,quū primū appropinquare auditū eſt,hoſtes fuga diſiecti,alij alio dilabunť. Beſſus & C Nabarzanes ad Darij currū accedētes,cum hortatur,ut equum conſcēdat,ſecumq; fugam ca/peſſat:ille deos ultores adeſſe teſtatus, Alexādri fidem implorat.Tum ambo ira accenſi tela in regē conijciunt,multisq; uulneribus confoſſum in curru pro mortuo relinquūt.Nabarzanes Hyrcaniā uerſus fugam intendit.Beſſus paucis comitantibꝰ in Bactra. Ad tria hominū milia, ſub primū Macedonū acceſſum ferro interiere,cæteris Alexandri iuſſu uenia data eſt. Interim iumēta quæ erant currui alligata,ſine rectore ad quatuor ſtadia militari uia aberrātia in cōuallem quandā deceſſerāt,haud procul fons inde erat,ad quem monſtratū, quū Polyſtrates Macedo æſtu & ſiti cōfectus ueniſſet, aquam galea hauſtā poturus, iumēta inhærentibꝰ telis deficientia cōſpicatur,nouitate rei cōmotus ad currum acceſſit, ibiq; Dario reperto,aquā ori adhibuit,ut extremū ſpiritū trahentē reficeret. Hauſit ille aquā,atq; addidit,Quiſquis mortaliū es, hoc ad extremā calamitatē mihi accidit,ut pro tali in me beneficio gratiā tibi referre nequeam. Referet Alexander,Alexandro uero dij imortales, ꝗ in matrē meam,uxorē,& liberos,pius & clemens extitit.Tuq; oro in meæ pietatis argumentū,hoc dextræ pignus illi dato,ac p̄care etiā ne meū corpus inſepultū iacere patiatur. Atq; hæc dicentē accepta Polyſtratis manu uita deſtituit.Et Darius rex in hunc modū perijt. Ad quē uidendū quū Alexāder & multi accurriſſent, dicitur Rex lachrymis tēperare nequiuiſſe,demptaq; ſibi chlamyde iacentis corpus cōtexit,poſtremo regio more funeratū,reliquias corporis maioꝝ tumulis inferri iuſſit. Plutarchus autor eſt,corpus ab Alexandro ad matrē quæ Suſis erat miſſum.Cecidit cum Dario Perſarū regnū, ducēteſimo fermè anno ꝙ conditū erat,Fuitq; hic annus à mūdi origine ſeptuageſimuſſeptimus ſupra octingēteſimū ac quater milleſimū. Quo anno Alexādria in Ægypto cōdita eſt.Et Alexāder Epirota in Italia perijt.Quo item Romani Palæpolitanos in ora Cāpaniæ obſidiōe domitos,ad deditionē compulerūt. Quap̄pter bellū eſt populo Ro.cū Tarētinis ortū:& Agis Spartanoꝝ rex cōgreſſus prælio cum Antipatro Macedoniæ p̄fecto, fortiter pugnādo mortē occubuit.Fuit hic Agis multo iunior illo,& ab eo diuerſus qui Peloponneſiaci belli tēpore diu Athenas ex p̄ximo infeſtauit.Hic qui iunior fuit Græcia in ſpem recuperādæ libertatis erecta, D Lacedæmonijs autoribꝰ,copias Alexādro abſente in Macedones parauit: Sed medio belli apparatu, cum Antipatro qui ad primos Spartiataꝝ motus cū ualido exercitu occurrerat,manū cōſerere coactus,adeo ferociter in hoſtes dimicauit,ut inclināte ſuoꝝ acie intrepide omnē Macedonū impetū ſolus excepit,atq; ibi cōminus eminusq; petitus,multisq; uulneribꝰ cōfoſſus, tamdiu exaduerſo ſtetit quoad fluuio ſanguinis exhauſtū corpus ſupra arma corruit ad terrā, inde à ſuoꝝ globo(non em̄ adhuc tota acies ad fugā inclinarat)ſublatus in pedes, quū paululū q̄euiſſet in hoſtē ferocius ꝙ antea cōuerſus,ſuos ad p̄lium inſtaurandū hortatꝰ eſt. Fuitq; deinde certamē acerrimū.Spartanis uetera decora intuentibꝰ,p̄ſentia & multo maiora Macedonibus,his pro gloria & imperio,illis pro libertate dimicātibus. Locoꝝ anguſtiæ effecerāt,ut ad multū diei ſit dubio marte dimicatū. Demū Spartanoꝝ fortuna inclināte,Agis ubi res p̄ditas uidit,ſe à quibꝰ geſtabať deponi iuſſit,ibi cum dolore uulnerū pedibus cōſiſtere nō poſſet,poplitibus innixus,ut ſpatiū dareť ſuis ad euadendū,clypeū hoſtibꝰ obiecit,ferrū uibrans ab hoſtibus quærere,Ecquis eorū iacēti ſibi ſpolia detraheret.Nemo erat qui cōminus laceſſere auderet,ſed multa in unū tela uno tēpore cadebāt, quæ impune excepta in hoſtē remittebat,donec pectore lancea traiecto,moribundꝰ in clypeū procubuit,minor felicitate,uiribus & animi præſtantia nihilo Alexādro inferior. Qui nuncio amiſſi exercitꝰ cum Zopyriōe in Scythia,haud tantū doluiſſe diciť,quantū lætitia & gaudio eſt affectus, ꝙ duos æmulos reges,Agim & Alexandrū auunculū,eodem tēpore extinctos accepiſſet,quo clades illa Scythica nunciata eſt. Perierūt cum Agide quinq; milia Spartanoꝝ.Et ex Macedonibꝰ haud amplius.ccc,cætero exercitu uulneribꝰ affecto.Fregit ea clades non Spartanos ſolū ſed cæteros etiā Græcos,qui ab illis ſteterāt. Lacedæmonij miſſis ad Alexandrū legatis ueniā impetrarūt,paucis eius defectiōis autoribꝰ ſupplicio affectis.Maior omnino clades fuit,quæ Zopyrionis temeritate in Scythia accepta eſt.Is Ponticæ regioni p̄fectus,ocioſum ſe ratus,niſi aliq̄d ſuo ductu ea quoq; parte gereretur,cum XX.milibꝰ hominū,Scythis,qui ſupra Pontū incolunt,bellū intulit.Cæſusq; cum toto exercitu pœnas luit innoxiæ gentis temere laceſſitæ.Spartanū bellū Curtius cōpoſitū ſcribit.

Darij interitus

ANNI MVNDI

Agis

Agidis regis uirtus

Zopyrionis cædes

A bit, priuſq̄ Darius fuit ꝑlio in Meſopotamia uictus, Trogus in Parthia tum Alexandrū fuiſſe ait, iam Dario extincto, quū de Agidis & Alexādri auūculi interitu Macedo factus eſt certior, ſed quæ Curtius ait ꝓpiora uero ſunt, ob Alexādri cædē, quam aliquāto antea nunciari oportuit, ſi interim quū Alexādria cōderetur, ille in Italia perijt, ut Liuius ſcribit, quanq̄ utrunq̄ ut uideo euenire potuit. Satis cōſtat luctum uniuerſo exercitui, ob auunculi mortē, ab Alexādro triduo indictū. Ipſe Dario ſublato, quū ſubitū patriæ deſideriū militum aīos inceſſiſſet, & iam palam uoces iactarētur, Perſico bello ꝑfecto finiri oportere militiā, quo militari motu Alexander inſtructus, uocatū ad concionē exercitū, in hūc modum affatus dicit. Nemo ueſtrū eſt uiri fortiſſimi, quē non merito ſatietas gloriæ, finiēdæq̄ militiæ deſideriū teneat, ſi ea tantū ſpectet quæ ad hūc diem geſſim⁹. Eteni ut Illyrios omittā, Triballos, Bœotiā, Thraciā, Spartā, Achęos Pelopōneſum & alias terras in Europa, quæ partim meis, partim meoꝝ ducum auſpicijs, Macedonū armis ceſſere, ecce hoc biennio ab Helleſponto bellum exorſi, Ionas & Æolidē ſeruitio exemim⁹. Cariam, Lydiā, Cappadociā, Phrygiā, Paphlagoniā, Pamphiliā, Piſides, Ciliciā, Syriam, Phœnicē, Ægyptū, Armeniū, Meſopotamiā, Perſidē, Medos, Parthienē in poteſtate habemus, ut plures expeditiōe una ꝓuincias ceperim⁹, q̄ cæteri impatores urbes. Nūc uero ſi tot captaꝝ gentium imperiū ſtabile, & manſuꝝ nobis arbitrarer, uel uobis renitentib⁹ ad matrē & cæteras neceſſitudines reditū feſtinarē, ut cū his laude uobiſcū parta potiſſimū fruerer, ubi uos quoq̄ uiri fortes, liberoꝝ, coniugū, parentū lætitia expectat. Veriſſim⁹ uictoriæ fructus, optata quies, & rerum per uirtutē partaꝝ ſecura poſſeſſio, ſed in nouo & tumultuoſo adhuc imperio, tēpore opus eſt milites, dum efferatiſſimæ gētes mitiorib⁹ ingenijs imbuant̄, effrenatos mores cōſuetudo melius, q̄ metus mulcet, fruges quoq̄ ſua lege certoq̄ tēpore miteſcant neceſſe eſt. An putandū eſt innumeros populos, alteri⁹ imperio, & nomini aſſuetos, nō ſacris, nō morib⁹, nō linguæ cōmercio nobis cohærētes, eodē prælio domitos, quo uicti ſunt, & qui noſtris armis magis q̄ ſuis morib⁹ quieſcūt, tam paratos fore, q̄ hodie ſunt, ſi imatura uictoria relinquat̄, fallitur opiniōe ſi quis cōtingere id poſſe arbitrat̄, qui nūc ꝓſentes metuūt, abſentib⁹ hoſtes erūt,

B cum feris beſtijs nobis res eſt, quas cauea incluſas magis tēpus q̄ natura mitigat: ſed qd attinet hæc dicere, quaſi oīa quæ Darij fuerūt armis ſubegerim⁹? Hyrcaniā Nabarzanes tenet. Bactra non ſolū poſſidet Beſſus, ſed minat̄ etiā nobis. Sogdiani, Dahe, Maſſagetæ, Sacæ, Indi, ſui adhuc iuris ſunt. Omnes hi una ſi terga noſtra uiderit, ut hoſtes ſequent̄, noſtroq̄ iugo excuſſo, ſuū his gentib⁹ quas tenem⁹ ſine ullo certamine imponēt. Suis autē quiſq̄ placidius paret, q̄ externis & ignotis. Aut ꝓinde quæ cepim⁹ omittēda ſunt, aut quæ nō habem⁹ occupāda, ſicut ægris corpibus, nihil q̄d nocituꝝ ſit medici relinquūt, ita nos quicqd noſtro obeſt imperio recidam⁹ neceſſe eſt. Parua ſæpe ſcintilla ignis magnū ſuſcitat incendiū: ſed nihil tuto cōtemnit̄ in hoſte, quippe qui negligēdo uiolētior fiat. Nec Darius hęreditariū Perſaꝝ accepit imperiū, ſed in Cyri ſede Bagoæ eunuchi opera locat⁹ eſt. Nec mirū uobis uideri debet, ſi q̄s dixerit, quantūcunq̄ eſt hoc imperiū facile à Beſſo, niſi noſtra obſtent arma, breui occupatū iri. Et nos parum iuſte fecim⁹, ſi ad hoc Dariū uicimus, ut Beſſo eius ſeruo imperiū traderem⁹, qui ultimū ſcelus auſus, q̄ regē ſuū, cui hoſtis pepciſſet, in uinculis coniectū, ꝓpria manu peremit. Hūc ergo regem patimini milites? quē ego in crucē tollere iamdudū meditor, oibus regib⁹ gētibuſq̄ meritas luituꝝ pœnas? At Hercle ſi id idem nunciet̄ uobis Helleſpontū, aut Lydiā uaſtare, dolore perciti, q̄ noſtræ uictoriæ pręmia corrūperet, ad ultionē feſtinaretis. Quanto autē pręſtat nūc, territū, & uix mētis compotē opprimere? Quatridui iter eſt, nec per niues aut montiū abrupta eundū, ſed plana oīa & prona. Ad ipſum uictorię limen eſt uentū, pauci nobis fugitiui, & ſui domini interfectores aſſequēdi ſunt, q̄bus ſupplicio affectis, haud mediocris noſtræ gloriæ fiet acceſſio. Eteni tum nō ſolū extincti regis odiū finiuiſſe uidebimur, ſed eius etiā mortē uindicaſſe, atq̄ ob id quoq̄ Perſæ multo obſequētiores facti, facilius noſtro aſſueſcēt imperio. Magna militū alacritate eſt ea oratio excepta, ac quo uellet ſeſe duceret, acclamatū. Nec rex multū deinceps cūctat⁹, Cratero cū ijs copijs, q̄bus ꝑerat, ad Parthienē obtinendā relicto, ternis caſtris in Hyrcaniā uenit. Hic Phrygiū iuſſum per aperta loca ducere, ipſe cū phalāge & expedito equitatu, ad xx. milia paſſuū ꝓgreſſus, ad Zioberim amnē ꝑuenit. Fluit is haud una facie, pręceps primo & uiolētus, mox tellure abſorpt⁹, poſt aliquot milia paſſuū ad auras emerſus, nihilo mi



Oratio Alexādri ad milites

Prouinciæ bello uictæ

Quam ... ſolidā ... riā dec...

Peroratio

Zioberis. Rindachus fluuius.

tior Rindacho amni miſcet̃,mixtuſq; nomẽ amittit. Quatriduo hic circa fluuiũ caſtra habita. C
Quadrato inde agmine in Nabarzanẽ itum,à quo literæ uenerãt,quibꝰ ille cauſam reddebat,
cur Dariũ occidiſſet,ꝙ ille ſibi uitam prius adimere uoluiſſet,qua nihil mortalibus ſit charius.
Si Alexãder ad ſe uenire iuſſiſſet,intrepide ſe ad eum uentuꝝ,nihil quidem ueritũ,quin fidem
ſuam tantus rex ſancte eſſet cuſtoditurꝰ,Deum à deo falli non ſolere:ꝙ ſi indignus uideretur,
cui fidem daret,multa patere fugiẽti exilia, Patriã eſſe ubicunq; uir fortis ſibi ſedem delegiſſet.
Ad hæc nihil Macedo reſpondit,ſed ꝓperare ad opprimẽdum hoſtẽ, pugnæ tamen intentus.

De Caſpij maris natura.

Erant enim loca aditu difficilia,patens uallis ad Caſpiũ pelagus erat extenſa,cuius latera uelut
brachia utrinq; excurrẽtia,in ſemiplenę lunæ ſpeciẽ admiſſum mare amplectunt̃.Cercetę lęuũ
latus accolũt,Moſſini & Chalybes dexteꝝ,Leucoſyri & Amazonũ campi.Id mare,alij Caſpiũ,
alij Hyrcanũ uocãt,ſed neutrũ ratione caret,piſces in eo diuerſo ab alijs colore,& aqua dulcior
ꝗ̃ alibi:quo argumẽto adducti quidã,Męotidis paludis humore huc infuſo,mare ipſum dul/
corari arbitrati ſunt.Eſtq; cõiecturę huius autor Curtius.Plutarchꝰ ut tribus alijs terraꝝ locis,
hac quoq; parte Oceanũ terræ infundi arbitratꝰ eſt, quã Plinius aliquãto antea celebrauit opi
nionẽ.Ptolemæus ab omni exterioris fluctus cõmercio alteriuſ ue maris Hyrcanum uindicat.
Valle igitur ſylueſtri ad mare nullo hoſtiũ occurſu ꝑuenit Macedo.Ibi præter alios cõmeatus,
quoꝝ tum regio abũdabat,pomoꝝ uis ingens paſſim exercitũ alebat,uberrimũ gignẽdis uuis

Mel in folijs

ſolũ,frequẽs arbor quęrno ferme folio,idq; multo melle tingitur.Legatur neceſſe eſt ante ortũ
ſolis,alioq eius radijs cõtactus euaneſcit.Aruas oppidũ primo Alexãder petijt,quo Phradates
Tauroꝝ præfectꝰ occurrẽs,ultro deditionẽ fecit, cuius exemplũ ſecuti Sarrapes Hyrcaniæ ple/

Artabazus cũ filijs uenit ad Alexandrum.

raſq; ſecũ gẽtes tradidere.Venit eo Artabazus cũ nouẽ filijs,is ſe & liberos Macedoni uenienti
ultro dedidit.Habebat is ſecum Græcoꝝ manũ,fuerat Artabazus Philippi hoſpes factus,iam
inde ex quo Ochi regis tp̄ibus exul uenit in Macedoniã.Hoc fuit in cauſa ut illũ iam nonage/
nariũ,& ad pedes procũbentẽ,Alexãder dextera alleuarit. Tum Senex ego,inquit,Alexander
tua felicitate lętus,hoc uno torqueor,ꝙ diutius tuæ clemẽtiæ fructũ ob ætatẽ ꝑcipere non poſ/
ſum.Cõuerſus inde ad filios,eos obteſtatꝰ eſt,ut tandiu uiuere uellent,quoad utiles Alexãdro D
eſſe poſſent.Alexãder non Artabazũ ſolum & filios benigne excepit,ſed in ſenis gratiã,Gręcis

Democrates. Mardorũ fuga.

quoq; qui cum illo uenerãt,dedit ueniã.Fuerũt hi decem milia & quingẽti,quoꝝ unus Demo/
crates Atheniẽſis,qui ſemper Macedonũ opibus fuerat aduerſatꝰ, deſperata ſalute,ſibi manũ
intulit. Mardorũ gens inde bello petita eſt,qui neq; legatos miſerãt,neq; impetrata facturi ui/
debãtur,noctu iter cũ expedito exercitu ingreſſus Macedo,prima luce eorũ fines irrupit,fuitq;
ibi tumultus magis ꝗ̃ præliũ.Barbari collibus quos inſederãt deturbati,fuga diſſipant̃.Capti
inde uici cultoribꝰ deſerti. Montuoſa loca ad quæ hoſtes ꝓfugerãt,aditu difficillima,arboribꝰ
inexplicabili nexu, à teneris incolarũ ſtudio increſcere aſſuetis:eratq; genti pro uallo & mœni/
bus id munitiõis genus.Circuire ſeptũ Alexãder,atq; omnia à ſuis tentari iubet,ſiqua poſſint
irrũpere. Multi interim hoſtiũ intercipiebãtur,ſed & Macedonũ quoq; non pauci, ignoratiõe

Bucephalas capitur. Mardorum deditio.

locorũ,in Barbaroꝝ manus inciderãt.Et in his Bucephalas inſignis equus captus,qui chariſſi/
mus erat regi.Nobiliſſimi equi iactura rex permotꝰ hoſtibus nunciari iuſſit,fore,ut ad unum
om̃es ferro obtruncarent̃, niſi incolumẽ equũ ſibi reſtituerẽt:Mardi minaciſſima regis denun
ciatione territi,equũ & alia dona ad regẽ miſerũt.Inde quũ nihilo ſecius oppugnarẽtur deditio
facta eſt.Obſidibꝰ ab ea gente acceptis,quũ Alexãder ad Darij regiam,quæ in Hyrcania fuit,
cõtenderet,Satribarzanes accepta fide ei occurrit,ſecum habẽs Bagoam ſpadonẽ,cuius conſue

Thaleſtris Amazonũ regina. Cõgreſſus Thaleſtris & Alexandri.

tudine ob elegantẽ formã Darius tenebatur. Erat Hyrcaniæ finitima gens Amazonũ, regna/
batq; tum in his locis Thaleſtris,omnẽ late terrã inter Caucaſum montẽ & Phaſim imperio
obtinẽs.Hæc uiſendi regis cupiditate accenſa,cum una equitũ ala fines egreſſa eſt.Longũ inde
iter emenſa,priuſq; in conſpectũ ueniſſet,p̄miſit qui regi nunciarẽt,ueniſſe Thaleſtrim Ama/
zonũ reginã ipſius adeũdi cupidã.Tum facta ueniẽdi poteſtate,cũ ccc.mulieribꝰ,ut Curtius
ſcribit,ad regẽ uenit.Vbi igitur primo ſtetit,cõfeſtim equo deſiluit,binas haſtas manu geſtãs.
Erat læua pars ueſtis ad pectus nuda,ſinuſq; in nodum collectus.Intuebat̃ Thaleſtris regem
interrito uultu,habitumq; corporis tantaꝝ rerum famæ imparẽ (nam non omnia uni dij de/
derũt ut ſapiens ait poëta) tacitis luſtrabat oculis.Semꝑ hominibꝰ Barbaris ueneratio in maie
ſtate

A ſtate corporis non parua fuit, magnorumque operũ non alios capaces putat, quam quos eximia ſpecie donare dignata ſit natura. Cæterũ interrogata nũquid aliqd petere uellet à rege, haud uerita eſt fateri ſe eo cõſilio ad Alexandrũ ueniſſe, ut ex eius cõgreſſu cõciperet, ſi ſe nõ indignã exiſtimaret, ex qua regni heredẽ tolleret, ſi puer editus eſſet, muliebrẽ ſtirpem gentili inſtituto ſecum habitura. Rogata an una militare uellet, regnũ ſine cuſtode à ſe relictũ cauſata cõmilitiũ detrectauit. Cõtendere tum nihilo ſecius ne ſe rex ſuo cõgreſſu fruſtraret. Abſumpti inde XIII. dies in obſequij deſideriũ. Trogus XXX. ſcribit: qd tempus ad conceptũ deprehẽdendũ magis idoneum fuiſſe mihi uidetur, quam qd Curtius poſuit. Thaleſtris ubi uterum impleſſe ſibi uiſa eſt, in regnũ cum ſuo comitatu abijt. Meminerũt rei huius præter Curtiũ & Trogũ, plerique Græcorũ: Clitarchus, Polycritus, Oneſicritus, Antigenes, & Hiſtros. Plures contra id figmentũ arbitrati ſunt, & in his Ariſtobolus, Chares, Hyſingelus, Ptolemæus, Philon Thebanus, Hecatæus Eretrienſis, Philippus Chalcidicus & Duris Samius, quibus Alexãdri teſtimoniũ, ut Plutarchus ſcribit, aſtipulat, qui ad Antipatrũ ſingula perſcribẽs, Scytharũ regem ſibi filiã deſpõdere uelle ſignificauit, nulla interim Amazonũ mentione facta. Lyſimachus qui ex Alexandri comitatu unus fuit, quartũ Oneſicriti librũ aſpernatus dicitur, qui hæc habuit, quæ de Amazone ſunt ab illo & alijs pdita. Secundũ hæc Macedo in Parthiã pfectus (ut ſunt hominũ ingenia, quæ cum fortuna ſæpius mutãtur) felicitate nimia corruptus, barbarã primo ſtolam induit, dubiũ, ad conciliãdos Barbarorum animos, an ut Macedonas tentaret, poſſent ne à patrio ritu, ad barbarũ traduci. Inde deorũ faſtigiũ æmulatus iacere ante pedes patiebat, uenerabũdos hoies, qui ad ſuum conſpectũ uenirẽt, ſumpto diademate, quali Darius fuerat uſus albo purpurã uariãte. Literas ad hæc Aſiaticas Darij obſignabat annulo. Pellicibus CCC. & LX. ut ille, regiã repleuit. Sequebãtur & ſpadonũ greges, & ipſi muliebria pati aſſueti, ingemiſcebãt ueterani milites ac uehemẽter indignari, eratque iam ppemodũ unus in totis caſtris ſenſus, plus amiſſum eſſe tam clara uictoria, quam quæſitũ. Alexandrũ ex imperatore clariſſimo Darij Satrapẽ factũ uideri: Ipſe ad conciliãdos ſibi barbarorum animos, Roxanen, ut quidam tradunt, elegãti forma uirginẽ ſibi matrimonio iunxit. Cæterũ plures autores ſunt Roxanen aliquãto poſtea, locoque multũ diuerſo, ab Alexãdro in matrimoniũ receptã. Triginta præterea puerorum milia barbarici ſanguinis græcarum literarum diſciplina inſtrui iuſſit: Macedonicoque ritu armis aſſueſcere. Alienatiſque per hæc militũ animis, res haud procul à ſeditione aberat, quũ peropportune affertur, Beſſum regio habitu ſumpto Artaxerxem à ſuis appellari, Scythaſque & cæteros Tanaidis accolas, bellũ ſtudio comparare. Tum Macedo in hoſtẽ moturus, omnes fere totius exercitus ſarcinas in apertã iubet planitiẽ contrahi. Mox haud uno loco ſubiecta flãma momẽto tẽporis omnia corripuit incendiũ. Tum uero quiſque pro ſe quæ maxime neceſſaria putauit flãmis ſubtrahere eſt conatus, cætera luxuriæ inſtrumẽta pmiſcue deflagrarũt. Tulit eam cladem miles æquiore animo, quod Alexãder ſuas quoque res ignibus cremãdas ſubiecit: in Beſſum inde mota ſunt caſtra, magniſque itineribus in eum Macedo tendebat, quũ factus eſt certior Satribarzanẽ, quem ipſe Ariorũ genti preſecerat, ad hoſtẽ defeciſſe. Alexãder barbari defectione cõmotus, cũ expeditiſſima manu, ad eum opprimendũ iter deflexit, ſubitus regis aduentus adeo hoſtem perculit, ut Satribarzanes cum duobus militibus equitũ prouincia digreſſus, ad Beſſum celeri fuga abiuerit. Inſederat Ariorũ multitudo ingens locũ undique præruptũ, quo pregrãdi lignorum materia militari opere admota, atque ſubiecto igni, fumo & æſtu ſemineces barbari arce deturbati, partim in ſubiectũ ignẽ deſiluere, partim in ferrũ temere ruentes occidione ad unũ occiſi ſunt, plerique etiam per rupes & abrupta loca montis pcipites acti, uolũtaria morte occubuerũt. Pauci ſemiuſtis corporibus uiui in poteſtatẽ ſunt redacti. Recepta inde per deditionẽ urbe, quæ caput erat gentis, in Dracas tranſijt Macedo quinque milibus peditũ, atque equitibus quadringẽtis, ex Macedonia, Græcia, & Lydia in ſupplementũ, quũ adhuc in Aria eſſet, acceptis. Erat Dracarũ Satrapes Nabarzanes, qui cũ Beſſo Darium obtruncauit. Is nefariæ cædis ſibi conſcius, auditu hoſtiũ acceſſu in Indiam aufugit. Sed dum hic Macedones ſtatiua haberẽt, Dymnus quidam ex Caleſtra Macedoniæ oppido, cum pleriſque alijs regi inſidiatus eſt. Amabat is Alerandri exoletũ Nicomachũ nomine, quem ratus fore ut in ſocietatẽ ſceleris aſciſceret, deſtinatæ cædis participẽ fecit. Ille ut cõmodius falleret iureiurãdo pollicitus eſt, rem in occulto habiturũ, inde per Cebalinũ fratrem, ne ſuſpi-

[Margin notes: Hiſtoriographi. — Mutatur Alexãdri uita. — Alexãder Roxanen ducit uxorem. — Alexãdri facinus. — Alexander Ariam recepit. — Domeſtici in regẽ coniurant.]

tionem cõiuratis faceret, dat operam ut regi indiciũ deferretur. Cebalinus Philotæ Parmenionis filio qui plurimũ apud regem autoritate & gratia ualebat, primo rem aperuit: ut per eum C
rex de ijs quæ pararentur certior fieret. Is ubi alia atqꝫ alia cauſando indicium de induſtria detrectare uiſus eſt: Cebalinus per Metionem armentarij præfectũ, rem detulit. Iubet confeſtim Alexander Dymnum ad ſe trahi, qui deſtinati parricidij conſcius, continuo ſibi manũ intulit. Inde quæſtione habita pleriqꝫ conuicti ſceleris, pro concione, Macedonico more lapidibus cooperti ſunt. Philotas & ipſe multis cruciatibus prius affectus, ut coniuratorũ unus occiſus eſt.

Parmenio & Philotas filius ab Alexãdro occiduntur.

Occiſus & Parmenio pater, tanq̃ & ipſe eius conſilij non ignarus. Eum Mediæ Alexãder præfecerat, nec ullius opera magis fuerat eo bello uſus, quippe qui omnibus prælijs læuum cornu ꝓcurare ſolitus eſſet. Perijt ille ſeptuagenarius ſecutus ex Macedonia regem, cum tribus filijs, quorũ Hector minimus natu, quũ Alexander in Ægypto eſſet, fortuito caſu in Nilum nauigio excuſſus perijt. Nicanor quũ ex Hyrcania Alexander in Ariam duceret, fato multo prius deceſſerat, & Philotas cuius nũc mencio facta eſt. Plutarchus duos priores filios prælio abſumptos ſcribit. Non defuerũt qui crederent Parmenionẽ & Philotam inuidia interfectos, quãdo iam antea Philotæ ingenio regis animus offenderet: quippe qui quũ Antigonæ Pydneæ, ſcorti haud ignobilis cõſuetudine teneretur, puellæ indicio Alexander comperit, ferocem iuuenem iactare ſolitum nunc ſua, nunc patris opera, Macedonibus haud uno loco uincere contigiſſe, qua inſolenti p̃dicatione ratus Alexander ſuam laudem denigrari, occaſionẽ magis q̃ crimen ſecutus, utrunqꝫ occiderit. Ad q̊d ipſum non mediocriter creditur à Cratero impulſus, qui cum Parmenione & Philota nihil obſcurã exercebat ſimultatẽ. His ita peractis Alexander in Euergetas iter ꝓnunciari iubet. Id nomen genti ab eo inditum, ꝙ Cyri regis exercitũ frigore & fame

Euergetæ.

confectũ, tecto & cõmeatibꝰ olim iuuiſſent. Euergetas in poteſtatẽ redactos, ob egregiã fidem, quã Cyro olim p̃ſtitiſſent, Alexãder grandi pecunia donauit. Aliquot dein, in gentis ſtatu or-

Aracoſij.

dinando, diebus cõſumptis, relicto qui regioni p̃ſideret, Aracoſios ſubegit, ibi exercitu, qui ſub Parmeniõe fuerat, recepto, ſex milia Macedonũ erant, & Græ generis quinqꝫ milia, Mẽnona

Paropamiſadæ.

Aracoſijs prætorẽ dedit: ipſe cum cætero exercitu Paropamiſadas agreſte hoim genus, & inter D
Barbaros inconditũ bello perijt. Ea regio ad ſeptentrionẽ magna ſui parte expoſita, ad occidentem ſolem Bactrianis ſubnixa, ad meridiẽ indico pelago iacet obuerſa, gentis ædificia ex latericulis carinato faſtigio, in quo, ad domiciliũ illuſtrandũ, foramina relinquũtur, uites & arbores hyeme aduerſus frigora humo tegũt, cœlũ tanto rigore obſtringit̃, ut neqꝫ auiũ ueſtigiũ, neqꝫ ferarũ tota regione extet ullum. Obſcura cœli uerius umbra, q̃ lux nocti ſimilis, premit terrã. Talis cœli inclemẽtia uaria clade affecit exercitũ. Multi frigore exanimati, aliorũ pedes aduſti, quidã etiã pene oculis capti. Incolæ armatoꝝ ſpeciẽ tum primũ intuiti, tanto ſunt metu perterriti, ut præ nimia formidine oĩa in apertũ deferrẽt, ueniã ſuppliciter orãtes. Circuire rex ſuos inter eundũ, alios iacẽtes erigẽs, alios corpis adminiculo ſuſtinẽs, nũc affectũ agmẽ agere, nũc extremũ cogere, nunc in medio ſpectare, donec ad cultiora eſt loca peruentũ, exercituſqꝫ largo cõmeatu recreatus: Proceſſit inde Macedo ad Caucaſum montẽ, cuius dorſum Aſiam ꝑpetuo iugo diuidit. Hinc pelagus q̊d Ciliciã ſubit, illinc Caſpium mare ſpectat, & cætera Scythiæ de-

Taurus mõs Caucaſus.

ſerta. Taurus Caucaſo cõmittitur, à Cappadocia ſe tollens, Ciliciã præterit Armeniæqꝫ montuoſa, atqꝫ ita plura inter ſe iuga, uelut ſerie cohærentia, perpetuũ ad orientẽ extendũt dorſum. Omnia Aſiæ flumina his orta. Hæc in rubrũ & indicũ mare, inde illa in Caſpiũ & Ponticũ dilabũtur. Caucaſus ſeptẽdecim dierũ ſpatio ab exercitu eſt ſuperatus. Monſtrabat̃ ibi rupes in

Spelunca Promethei

qua Prometheus religatus fabuloſe tradebat̃. Græci ſcriptores Alexãdro adulantes apud Paropamiſadas ſpeluncã ſe uidiſſe affirmare ſunt auſi, in qua Prometheus religatus fuiſſet: Sed integre fidei ſcriptores, nihil eius rei meminerũt. Trogus autor eſt, non Parapamenos ſolum, quos Curtius Paropamiſadas, alij Parapamiſſas uocant, ſed Hydaſpios quoqꝫ ea expeditiõe domitos, & alias pleraſqꝫ gẽtes, quæ ad Caucaſi radices accolũt, urbem q̃ his locis Alexandriã nomine, ſuper amnẽ Tanaim VIII. & XL. ſtadioꝝ muro in urbẽ deducto, ſeptem dierũ ſpatio conditã Curtius ꝓdidit. Sed dum hæc circa Caucaſum gerũtur, Beſſus regia appellatione tumens, intẽpeſtiuis cõuiuijs de bello cõſultabat, nũc hoſtis temeritatẽ, nunc Darij uecordiã accuſans, qui florẽtiſſimo exercitu hoſtibus in Ciliciæ anguſtijs obiecto, Macedonibꝰ gradum ad

uictoriã

A uictoriã feciſſet. Obiectũ ſe Alexãdro Oxum amnẽ, dum ex Choraſmijs, Dacis, Sacis, Indis, Scythis, qui trans Tanaim incolerẽt, auxilia cõtraheret. Approbãtibus id conſiliũ cunctis, qui una uino incaluerant, Cobares natione Medus, magicæ diſciplinæ haud ignarus, præfatus in primis multo utilius ſeruis eſſe dicto regis parere, ꝙ̃ conſiliũ adferre ullum, ita tum eſt aperte fatus. Quàm parũ, inquit, mortaliũ natura ſapiat, quũ ex multis alijs rex cognoſci poteſt, tum ex eo ꝗd dicam maxime. Nemo eſt qui in proprio negocio nõ minus ſapiat, ꝙ̃ in alieno. Turbida eſt ratio eorũ qui ſibi conſulũt, alijs metus obſtat, alijs cupiditas, alij alio affectu trahunt. Nemo, aut pauci omnino ſibi ſapiũt. Magnũ eſt regni onus. Inſigne iſtud, aut moderate ferendum eſt, aut ꝗd deus auertat, in te cito corruet. Cõſilio non impetu opus eſt. Latrãt timidiores canes, non mordẽt, & altiora flumina ſine ſtrepitu labunt. Fugę cõſilia, ut uideo, moues, uelut iter non ubiq; tutius ſit uictori ꝙ̃ uicto, quanto utilius tutiusq; ſit tibi nomen regis per eum tibi ſtabilire, qui dare poteſt tibi regnũ, ſi uolet, atq; idem auferre. Conſiliũ habes fidele, ꝗd tardius exequi ſuperuacuũ erit. Nobilis equus uirgæ umbra regitur, ignauus ne calcaribus quidẽ excitari poteſt. His Beſſus uerbis non ſolum non paruit, ſed in tantã exarſit iram, ut ſtricto acinace fuerit Magum traiectur⁹, niſi ab amicis eſſet inhibitus. Cobares inter tumultũ elapſus, ab Alexandrũ transfugit. Habuit circa ſe VIII. milia Bactrianoꝝ Beſſus, quoad Alexãder in Indiã ꝓficiſci eſt creditus. Vbi uero in Bactra iter flexit, alijs alio dilapſis, ſolus cum modica clientum manu deſtitutus, adhuc ferociter bellum meditabat. Interea in Ariorum gente Satribarzanes transfuga, qui hoſtibus præerat, quũ forte acies in procinctu ſtaret, adempta ſibi galea, in medium proceſſit, alta uoce inclamans, an ex hoſtibus eſſet, qui ſecum uellet ſingulare certamen obire. Tum Eriginus, etſi iam grauis ætate, pulchrũ tamen ratus cum duce hoſtium depugnare, capitis & menti caniciem oſtentans, dimicatuꝝ ſe dixit, ut ex euentu unius ſenilis pugnæ intelligi poſſet, quantũ Alexandri milites, quibus integra ætas eſſet, Barbaros uirtute anteirent. Dato itaq; ad concurrendũ ſpatio, equos in ſe concitãt. Eriginus hoſtis ictu capitis acclinatiõe uitato, haſtam in aduerſum Barbari guttur defigit, quem ad terrã deiectũ, altero ictu repetitũ, B per concauũ oris ſariſſam inſerit. Satribarzanes hoſtilẽ haſtam manu cõplexus, ut maturius expiraret, uictoris ictum altius adegit. Extinctũ Eriginus ſpoliat. Inde hoſtiũ exercitu ſua ſponte diſiecto, Eriginus opima præ ſe ferens ſpolia, Alexãdro in Beſſum eunti ſeſe multa gratulatione obtulit. Exceſſerat interim Beſſus è medio, quem ſecuturus Alexãder, relictis cum Artabazo, & parte copiarũ impedimẽtis, ipſe exercitũ trahens expeditum, deſerta loca ingreditur. Torrida erat regio & ſiticuloſa, noctu proinde potiuſꝙ̃ interdiu rex iter faciebat, ſitiq; interim & æſtu pene ad interitũ laboratũ, quo cõtigit, ut repertis aquis tantũ humoris hauſerit auidus miles, ut ad ſuſtinẽda arma pene inutilis ſit factus. Tum quoq; editũ ferunt exemplũ illud continẽtiæ in ſummo rege, qui ſitibundus, quũ ægrum ac ſeminecẽ traheret exercitũ, forte accidit, ut quidã utrem aquæ habens filio occurreret, ne intoleranda ſiti abſumeret. Is regem intuitus æſtu & labore affectũ, uas aquę illi obtulit. Tum rex, cui, inquit, opem ferre deſtinaueras? meo, ait, filio, ueritus ne priuſꝙ̃ ad flumen uenerit extinguat. Reſtituit Alexander illi poculũ, faſſus ſe bibere non poſſe, tot militibus ſitiẽtibus, quorũ deſideria exiguũ uas aquæ explere non ualeret. Atq; per hunc modũ ad Oxum amnem non multo poſt uentũ eſt, ubi ſub noctẽ ignes regis iuſſu in edito ꝙ̃plurimi excitati ſunt, ut ad eos tardum agmen flecteret ueſtigia. Miſit & qui cum utribus fluuiali aqua plenis ueniẽtibus prodirẽt obuiã, ut ſiti & æſtu affecta corpora potu leuarent. Fama eſt ibi aquã tam cupide hauſtã, ut plurimi intercluſo ſpiritu cõfeſtim exanimati ſint, nec ullo unꝙ̃ loco citra pugnã maior eſt Macedoni clades accepta. Alexãder quia materiæ defectu fluuius pontibus iungi non poterat, utres ſtramẽto refertos militib⁹ diuiſit, quibus ſinguli biniue incubãtes ad ulteriorẽ ripam tranauere. Oxo in hunc modũ ſuperato, haud multũ itineris inde exercitus fecerat, quũ regi nunciaretur Beſſum in Suſiana captum à Spitamene & Datapherne, quos ille inter fideliſſimos habuerat amicos. Rex ad Branchidaꝝ oppidũ ꝓgreditur, id ſubita ui captũ hoſtiliter diripit. Violauerant olim maiores Didimaonis templũ, ꝗd apud Mileſios fuit, atq; à Xerxe ob id in Aſiã traducti. Direpta urbe ciues ad unũ ſunt trucidati, nec cõmercio linguæ, aut ſupplicioꝝ uelamẽtis, ꝑcibus'ue, ferrũ inhiberi potuit. Muros urbis à ſummo ad imũ uictor Macedo demolit⁹ eſt. Sacros etiã lucos extirpauit, ut ne

Cobáris Magi uerba.

Beſſi ira.

Singulare certamen.

Sitis militũ.

Oxus fluuius.

Beſſus traditur Alexandro.

ueſtigiũ quidẽ ullum extaret in poſterũ. Nec ita multo poſt Spiramenes Beſſum in caſtra regẽ
traxit. Eum Alexãder Oxarti (fuerat is Darij frater, quẽ Macedo nõ ſolum incolumẽ præſtitit,
ſed inter cuſtodes etiã corporis habuit) cuſtodiendũ dedit, ut loco quo Darium occidiſſet, meri
tum expenderet ſuppliciũ. Laudati ſuut à rege qui Beſſum uinxerãt, ampliſſimis muneribꝰ do
nati. Poſtridie Barbari, qui ad montes conceſſerãt, facto in Macedonas pabulatores impetu,
totis campis diſpalatos adepti, plurimos obtruncãt. Multi etiã ex his capti, atqꝫ in altos mõtes
abducti. Macedo ulciſcendæ cladis cupidus, inter audaciſſimos militũ poſtridie aduerſos mon
tes ſubiturꝰ, ſagitta ictus acie exceſſit. Ferrũ cruri altius infixũ extrahi nõ potuit. Nec latuit regia
clades Barbaros, quo caſu ueriti ne ad unũ uicti cędereñt, ultro deditionẽ fecere, quũ XX. milia
numero eſſent. His in fidẽ receptis, ubi caſtra mota ſunt, ingẽs certamen geſtãdi regis eſt inter

Affectus militum in Alexandrum.

equites & milites ortũ, tantiſper dum uulnus curareñt. Ille ratus fore, ut dum unis om̃ino ſe cre
deret, alios offenderet, per uices gratiſſimũ onus utriſqꝫ partitus eſt. Ad Marupenta dein quar
tis caſtris uentũ eſt. Patebat urbs LXX. ſtadioꝝ ambitu, qua recepta Aulorũ, qui iuſtiſſimi in
ter Scythas habẽtur, ac bellorũ expertes, legati ſuperuenerũt deditionẽ ultro faciẽtes. Fuerat ea
gens iam inde à primi Cyri tẽporibus libera. Hos benigne Alexãder audiuit, laudatoſqꝫ in fi
dem recepit. Miſit inde Penidam ad eos Scythas, qui ſupra Boſphoꝝ & Męotim incolũt quos
tranſire Tanaim uetaret. Ipſe interim diligẽter regionẽ exploraret, & locoꝝ ſitum animo conci
peret, conſideraretqꝫ locũ urbi ſuper ipſius amnis ripam ſtatuẽdæ. Diſcuſſit id conſiliũ Sogdia
norũ defectio, cuius gentis ad ſeptẽ milia ex improuiſo ad arma recurrerãt, falſis rumoribꝰ im
pulſi, Bactrianos equites Macedonẽ idcirco ad ſe accerſiuiſſe, ut infeſto exercitui trucidandos
obijceret, ad quẽ motũ cõprimendũ Spiramenes eſt à rege miſſus. Cęterũ animi ad defectionẽ
ſemel inclinati, ad officiũ retrahi nequiuerũt. Alexãder trãsfugaꝝ defectione cõperta, Craterũ
Cyropolim obſidere imperat, ipſe aliã regionis urbẽ corona adortus, ui cepit, ſignoqꝫ dato ut
puberes interficereñt, reliqua multitudo prędæ fuit militi. Vrbs diruta eſt, ut unius excidiũ cęte
ris documẽto eſſet, ne extrema experiri uellẽt. Miſit & ad Memacenos Macedo gentẽ ualidam
equites L. qui eos ad deditionẽ faciendã hortarẽtur, ut finitimoꝝ excidio edocti periculũ, quod

Memacenorũ perfidia.

uniuerſis immineret, uolũtaria pace ſubterfugerẽt. Hos benigne acceptos, extraqꝫ urbis muni
mẽta iuſſos tẽdere, ſomno & uino grauatos intẽpeſta nocte Memaceni adorti, cõtra ius gentiũ
interficiũt. Barbaroꝝ perfidia adeo regẽ uniuerſæ genti reddidit infeſtũ, ut Cyropolim interim
captã, quam ob Cyri memoriã incolumẽ ſeruare in animo habebat, diripuerit. In duobus ille
regibus præcipuã animi uirtutẽ miratus dicitur, in Semiramide & Cyro, atqꝫ ob eam rem am
borũ memoriã ſemꝑ ueneratꝰ eſt. Memacenoꝝ obſidio diutius tenuit, ꝙ rex ab initio perſua

Alexander uulneratur.

ſum habuit, nullaqꝫ ciuitas laborioſius à Macedone eſt oppugnata. Quũ rex incaute muros

Memacenorũ excidiũ.

ſubijſſet, ceruice ſaxo ꝑcuſſa, parũ abfuit quin caligine oculis oborta caderet. Sed nihil ea clade
territus, non prius incœpto deſtitit, ꝙ muroꝝ parte cuniculo nudata, urbem ui cepit, captã diri
puit, direptã ſolo æquari iuſſit. Miſit & Menedemũ, cum tribus milibꝰ peditũ, & CCCC. equiti
bus ad Maracandã urbem, quã Spiramenes transfuga occupauerat. Ipſe ad Tanaim ꝓfectus

Alexãdria.

locũ caſtroꝝ, quẽ ſexagenũ ſtadioꝝ habuit, muro circũdedit, urbemqꝫ Alexandriã nũcupauit.

Tanais fluuius.

Id opus tanta eſt celeritate perfectũ, ut XVII. die ꝙ ibi metatus eſt caſtra, domus tectæ ſartæqꝫ
cõſtiterint. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europeos uocant, diuidit, id Aſiæ Europæqꝫ
confiniũ. Et hæc nõ paruo quidẽ errore de Tanai, & rebus ab Alexãdro circa illum geſtis, pro
didit Curtius. Eteni magna Aſiaticæ terræ pars fuit, inter Tanaim & Hyrcanũ mare, quæ non
ſenſit Macedonũ arma. Eſtqꝫ huius opinionis autor Strabo. Is quia in tanto Aſiæ motu, hæc
quoqꝫ terra magnos cõtraxerat exercitus, perſuaſum habuiſſe quoſdã exiſtimat, eum gentium
tractũ fama Alexandrũ obtinuiſſe, ſed quũ Strabo hoc ipſum, tum Plutarchus haud obſcure
demonſtrat Alexandrũ, & qui cum illo in Aſia fuere, opinione deceptos, quia Hyrcani maris
aquã dulciorẽ guſtu deprehendiſſent ad Męotim ſe paludem perueniſſe, cuius Tanais eſt ac

Ochus. Oxus. Iaxarthes. flu.

cola. Cadunt in Hyrcanũ pelagus grãdiora flumina, ex Scythiæ mõtibus decurrẽtia, Ochus,
Oxus, Iaxarthes, quorũ Ariſtobolus Ochum maximũ omniũ fluminũ, quæ in Aſia uiderit
ſecundũ Indica arbitratus eſt. Hunc Strabo Tanaim falſo appellatũ ab ijs qui cum Alexãdro
fuerũt exiſtimat, quo errore Polycletus, Tanaim ex Indiæ montibus lapſum in id mare cadere
arbitratus

A arbitratꝰ eſt,conatus cõiectura haud inepta oſtẽdere,lacum eum eſſe,nõ mare,quia ſerpentes
aleret,& dulcioris eſſet guſtus,ꝙ cætera maria.Idem Curtius,& qui Curtiũ in eum errorẽ tra-
xere Bactrianã ab occaſu Tanai fluuio allui opinati ſunt,ſed quantũ Tanais ab ea terra diſtet
facile deprehẽditur.Taurus ex Pamphylia aſſurgens,perpetua iugoꝝ ſerie,in Hyrcaniã exten
ditur,cuius ſeptẽtrionale latus habent Gelæ,Caduſij,Mardi,Hyrcani,Parthi,Margiani,Arij,
tum deſerta regio,quã Samus amnis interſecat. Suntq; ab Hyrcano mari ad Arios ſex milia
fere ſtadioꝝ.Inde Bactriana eſt regio,cui Curtius & qui eius erroris autores fuere,Tanaim ad
finem fecerũt,quũ tot alioqui gentes lõgiſſimaq; terraꝝ ſpatia, Tanaim,qui in Ripheis ortus
mõtibus in Mæotim labitur,à Bactris procul dirimãt. Ptolemæus q̊d ad Alexandriã attinet,
duas urbes huius nominis in Sogdianis retulit, quarũ alterã Oxianam uocat,ab Oxo credo,
qui terrã ipſam à Bactriana diuidit:quo apparet Oxum eſſe,ſiue Ochum,ut alij tradunt,quẽ
illi Tanaim falſo nominãt, Sed uereor ne maiore uerboꝝ cõplexu,ꝙ neceſſe fuit locus ſit hic
à me diſcuſſus, quũ omnes qui de ratione terræ ſcribunt,opinioni,quã ſequimur,haud dubie
aſtipulẽtur. Illud memorabile adijciunt,q̊d ad Caſpium mare attinet, tanto impetu flumina
quædã ex rupibus,quæ aliqua ſui parte mari ꝓminẽt,ſuas aquas in ſubiectũ pelagus eiaculari, Mira aquarum eiaculatio
ut infernũ litus ne aſpergine quidẽ cadentiũ aquaꝝ attinguatur,ſitq; exercitibꝰ peruium, uul-
goq; locoꝝ indigenæ æſtiuis horis cõuiuia ibi inter ſe celebrẽt.Alexãder urbe,ut diximus,con-
dita dubium aliquandiu habuit,deberet ne Scythas bello perſequi,an Bactrianoꝝ defectionẽ
ulciſci. Cui deliberãti nuncius affertur,Menedemũ,qui in Bactris fuerat relictus,in inſidias la-
pſum, cum duobꝰ militibus peditũ, & ccc.equitibꝰ cæſum. Hic ille etſi ceruicis uulnere haud
ſatis cõualuerat,dolore & ira acceptæ cladis,quã pro magno habuit negocio occultare,ne ſuoꝝ
animi à rerum gerendaꝝ curſu auerterẽtur,eſſe ſibi in animo ꝓnunciat,ſtatim in hoſtẽ ducere
atq; equeſtres copias ratibꝰ fluuio traijcere.Ipſe identidẽ noctu ſummotis tabernaculi pellibꝰ,
hoſtiũ numerũ,qui ultra flumen erant,ex ignibus in cõſpectu accenſis,tacitus explorat.Et iam
omibus ad traijciendũ paratis xx.Scythaꝝ legati uenerũt in caſtra,qui ubi ante regẽ conſtite
B runt,maximus natu ita eſt eum allocutus.Si dij imortales Alexander tui corporis habitũ(erat Scytharũ oratio ad Alexãdrũ
enim in illo præſentia oris omnino maieſtate nominis inferior) imenſæ animi iſtius cupiditati
parem eſſe uoluiſſent,iam te totus orbis non caperet unaq; manu orientẽ tangeres,altera occi
dentẽ,ac tum quoq; haud dubie requireres,ubi tanti nominis fulgor conderet.Sic quoq; plus
nũc(q̊d fari liceat)cõcupiſti ꝙ capias,an ſi humanũ genus tibi ceſſerit,cum ſyluis & fluminibꝰ,
cunq; ipſa rerũ natura bellare incipies? An ignoras imenſas arbores diu creſcere,una deinceps
hora,aut hominũ iniuria,aut caſu extirpari? Leo quoq; minimaꝝ auium fit pabulũ,& ferrum
cõſumit rubigo. Nihil eſt tam ſolidũ & firmũ, cui nõ demũ ab inualido ſit periculũ. Quid tibi
rei cum Scythis eſt? aut qua noſtra iniuria laceſſitus,nobis bellũ infers? & quis homo eſſes,&
unde uenires ignorare poteramꝰ,in ꝓfundis ſyluis agẽtes, nec q̊d ad nos attinet,ulli hominũ
ſeruire poſſumꝰ,nec cuiq; imperare deſideramꝰ,contẽti uno iugo boum,aratro,ſagitta,& pha
retra,fruges amicis impertimur honeſto labore quæſitas. Eminus hoſtẽ ſagitta petimus,cõmi
nus uero haſta.Tu te ad latrones ꝑſequẽdos ueniſſe gloriaris,quũ iſtud ipſum ſit uere latroci-
nari,eos tibi ad prædã deligere,à quibus nulla ſis iniuria affectꝰ.Iam à Lydia ad Bactra omnia
tibi ſubieciſti,nunc noſtris pecoribꝰ inhias,quid tibi diuitijs opus eſt,quæ te eſurire cogũt? Pri
mus omniũ ſatietate paraſti famẽ,ut quo plura haberes,acrius quæ nõ habes cuperes.Bellum
tibi ex uictoria naſcitur,quũ pax ex bello alijs quærat̃.Verũ eniuero iſta ratiõe quo tibi plura
parabũtur,eo minus quietus eſſe poteris.Ecce dum Bactra ſubigis,Sogdiani in te arma indue
rũt.Nemo alienigenã dominũ uult pati. Tranſi modo Ochũ,uelocior Scythaꝝ pauꝑtas erit,
ꝙ Macedonicꝰ exercitꝰ tot gentiũ ſpolijs onuſtus.Rurſus quũ procul nos à bello eſſe credide
ris,tum fortaſſis aut à fronte inſultabimꝰ, aut à tergo erimus,eadẽ uelocitate & fugimus & ſe-
quimur. Nos deſerta & humano cultu uacua ſequimur,nõ urbes,nõ opulẽtos agros,facileq;
hoſtẽ ludimus,rurſusq; quũ opus eſt petimꝰ.Contine ꝓinde fortunã tuam preſſis manibꝰ,lu
brica eſt,tuæq; felicitati impone frenos.Sine pedibꝰ aiunt fortunã eſſe,manꝰ tantũ & pennas
habere,atq; eadẽ quũ manus porrigat,pennas cõprehendi nõ patiat̃.Deniq; ſi deus es,benefa
cere mortalibꝰ debes,nõ obeſſe,munera imꝑtire,nõ ſua eripere cuiq̃:ſin homo,hoc q̃d certe es,
te ſemꝑ

te ſemꝑ eſſe cogita. Stultũ eſt eorũ meminiſſe, ꝓpter quæ tui obliuiſcaris. Quibus adhuc bellũ non intuleris, bonis amicis uti poteris, nam firma & ſtabilis eſt inter pares amicitia, inter dominum & ſeruũ, ne media quidẽ pace, amicitia ulla eſſe poteſt. Nec de Scythaꝝ fide, ſi in amicitiã recepti ſint, quicꝙ dubitari oportet, qui eam colẽdo iurãt. Gręcis iuſiurandũ cautio eſt, nos religionẽ in ipſa fide nouimꝰ. Qui nõ reuerẽtur homines, fallunt & deos. Nec tibi amico opus eſt, de cuius beneuolẽtia dubites. Scythicæ gentes magnã Aſiæ partẽ obtinẽt, magnã & Europæ, ſi bellũ cum uno eius gentis populo cõtraxeris, cum omnibꝰ erit habendũ, tam hic ꝙ ibi tuo imperio finitimi ſumus. Proinde hoſtes an amicos habere uelis priuſꝙ arma inferas, tecũ etiã atꝙ etiã cõſidera.

C

Peroratio.

Alexander Oxũ tranſgreditur

Quũ ad hæc Macedo nihil pacate reſpõdiſſet, ut erat in omne uetitũ pręceps, confeſtim copias fluuio admouit, rates primo in hoſtẽ miſſæ, has ſequi pedites iuſſi utribus incubãtes. Equeſtris Scythaꝝ acies aduerſam ripam magno agmine inſederat, qui in prima fronte ratiũ cõſtitere, obiecto clypeo in genua ſubſidere iuſſi ſunt, ut cęteros protegerẽt, à lateribus locati erãt qui tormẽta in hoſtes intẽderẽt. Remigẽ lorica indutũ, clypeoꝝ teſtudo inter agendũ tegebat, erat rex in prima rate, multũꝙ ſollicitus an ripã obtinere poſſet, ſiquidẽ tanta uis ſagittaꝝ ab hoſte ſub ipſum appulſum in Macedonẽ miſſa eſt, ut pauci è primoribꝰ, intactis corporibꝰ, in hoſticũ euaſerint. Ceſſit feliciter regi, ꝙ ubi prima ratis terræ appropinquare cœpit, tormẽtis ſubito in hoſtẽ excuſſis, quia nullũ telum in cõfertũ agmen irritũ cadebat, paululũ ceſſit hoſtiũ acies, quo factũ, ut plures una cõnixi cõtinuo ripam occuparint. Tum uero ſtrepitus & clamor applicantiũ, penè priuſꝙ ullum ſit iniectũ certamen, hoſtem in fugã uertit. Tenuit tamen nõnihil pugna. Scythæ fuſi fugatiꝙ ad mille & octingentos equos amiſerũt. Victor Macedo fugiẽtes ad noctem uſꝙ ꝓſecutus eſt.

Liberi patris metæ

Trãſgreſſus iam Liberi patris terminos, quoꝝ monumẽta lapides erãt, crebris interuallis diſpoſiti, arboresꝙ proceræ, quaꝝ ſtipites hædera contexerat, Alexãder ad cõciliandam benignitatis famam captiuos Scythis ſine pretio reſtituit, ut de uirtute ſe cõtendere non de uita aut diuitijs, intelligerẽt. Vix credi poſſit quantũ ea uictoria famæ & celebritatis inter Scythas & alias gẽtes Macedoni parauerit. Nulla gens in terris Alexandri armis par futura credebatur amplius.

D

Cõparatio Ro. & Macedo.

Sed illi quibus Macedonũ uires cũ ijs, quæ ea tempeſtate populi Ro. fuerũt, cõferre curæ fuit, multũ diuerſi à uulgi opinione fuerũt, & in his Liuius Romanaꝝ rerum autor clariſſimꝰ. Is omnia quæ uictoriã parere poſſunt, militũ copiam, uirtutẽ, duces, ducum felicitatẽ, diligẽter cõplexus, adeo hæc Romanis, per id tempus, quo res Macedonũ longe lateꝙ Alexãdri ductu floruere, ſuꝑfuiſſe exiſtimat, ut uelut ab alijs regibꝰ gentibusꝙ, ita ab hoc quoꝙ Quiritiũ nomen, ſi ille in Italiam ueniſſet, fuerit incolume manſurũ. Nec (quod ad imperatorẽ attinet) Alexandrũ egregium fuiſſe ducem inficiatur, ſed multũ illi ad celebritatẽ contuliſſe, ꝙ unus inter ſuos fuerit, ꝙ adoleſcens nullum ſæuientis fortunæ impetũ ſit expertus. Cyrum quẽ omniũ ducum maxime Gręci probarũt, ut alij reges ducesꝙ omitterent, non paruum exemplũ fuiſſe humanoꝝ caſuum, mutabiliſꝙ fortunæ. Romanos duces ut illi tantum cenſerẽtur, cum quibus bellandũ Alexandro fuiſſet, ſi hos ſibi hoſtes deſtinaſſet M. Valeriũ Coruinũ, C. Martiũ Rutilium, C. Sulpitiũ, T. Manlium Torquatũ, Q. Publium Philonẽ, L. Papyriũ Curſorem, Duos Decios, Q. Fabium Maximũ, & M. Curium indole & ingenio nihilo inferiores Alexandro, idem autor arbitratur, quippe qui ea militia imbuti eſſent, quam ſub regibus primo Romanus populus imbibiſſet, Iunij, Valerijꝙ regum exactores cõfirmaſſent, Valerij, Fabij, Quintij, Cornelij auxiſſent. Nec quia Alexãder militatia opera obiuerit, quo eſt illius nomen & imperiũ illuſtratũ, Torquatus ei aut Valerius Coruinus ceſſiſſent, qui prius inſignes milites, ꝙ duces fuere? An Papyrius illi corporis robore ceſſiſſet? An Decij deuotis corporibus in cuneos hoſtium ruentes? An unius iuuenis conſilijs, ne ſinguli duces nominentur, ſuperari potuerit ſenatus ille, quem Cyneas hoſtis haud multo poſtꝙ hæc geſta ſunt intuitus, ex regibus conſtare dixit? Nec periculũ fuiſſe, ut ꝙ quiuis horum, aut caſtra diligẽtius metaturus eſſet, aut cautius inſidias uitaturus. Rurſus ne, aut pugnæ tempus aptius captaret, melius aciem inſtrueret, ſubſidijs firmaret: nec cum Dario rem illi futurã fuiſſe, qui ſpadonũ & fœminaꝝ maius penè agmen ꝙ militũ trahebat, uerius pręda ꝙ hoſtis. Vicit demũ ille incruẽtus, nil aliud tam bene auſus, ꝙ uana contẽnere. Lõge alius Italiæ ꝙ Indiæ ſitus, ꝑ quã ille comeſſabũdus temulentũ circũegit agmẽ. Horridiores Lucaniæ tumuli,

domeſtica

A domeſtica clade inſignes,oculis occurriſſent.Quid ꝙ ille ſecundis rebus merſus,barbaricaq́ʒ illecebra captus,ſimilior Dario ꝗ ſibiipſi fuiſſet Italiã ingreſſus?Quid corporis habitus?Quid, humi iacentiũ deſideratæ adulatiões, uictis etiã non modo uictoribus graues? Quid infanda ſupplicia? in cœnis mediaq́ʒ potatione amicorũ cædes?uanitaſq́ʒ ementitæ ſtirpis?Nec maius aliqd à Græcis pro Macedone allatũ idem autor ait,ꝗ ꝙ Parthi,quos ille ſubegit,graui prælio Romanos uicerint,ꝗ ſi uero ea gens,non fuerit poſtea ſæpius à Rõanis uicta. Nec illud multo maius habendũ,ꝙ ubiq́ʒ Alexander feliciter pugnauerit,quũ multi ex Romanis ducibus,pari felicitate bellarint,ut nulla non acie uictores extiterint.Inuicto igitur cũ inuictis bellandũ fuit, habuiſſentq́ʒ Macedones unũ Alexandrũ: Contra Romanoꝝ pleriq́ʒ extitiſſent,uirtute,cõſilio,felicitate pares. Nec ſi copiæ collatæ eſſent,copijs res Romana fuiſſet inferior,quando ſcriptores qdam cũ xxx.milibꝰ peditũ,& quatuor duntaxat equitũ,Macedonẽ Aſiam traieciſſe memorẽt. Etenĩ ſi Perſæ oriẽte domito,aut Indi illi acceſſiſſent, talia auxilia impedimẽto potiꝰ ad rem gerendã,ꝗ adiumẽto fuiſſent,quũ interim ducena quiquagena milia capitũ cenſerent, urbanoq́ʒ delectu decẽ nõnunq́ʒ ſcriberent legiones,ſæpeq́ʒ per eos annos quaternis quiniſue exercitibus ſit reſpub.foris adminiſtrata. Acceſſiſſent his ſociæ uires,Hetruria,Latini,Sabini, Marſi,Picẽtes,Equi,Volſci aliæq́ʒ gentes fortiſſimæ Italiã incolẽtes. Arma Macedoni clypeus & ſariſſa,Romano ſcutũ & pilũ habilius,& telũ pnicioſius.Illi Phalanx,ſed cõfuſa. Huic acies ex pluribꝰ ordinibus cõpacta.Vterq́ʒ ſtatariæ pugnæ aptus,ſed Romanꝰ ad tolerandũ laborẽ melior.Vno ꝑlio uictus Alexãder bello uictus eſſet. Romanũ quẽ ſub id tẽpus non Caudiũ, non Tranſimenꝰ,nõ Cannæ fregerũt,nulla certe acies fregiſſet.Ille autẽ etiã ſi prima proſpere eueniſſent,cõfeſſus eſſet,ſibi in Aſia cum fœminis bellatũ, ꝗd Alexãder eius auũculus dixiſſe fertur. Poſtremo bella punica facile demonſtrãt,an populus Ro.uinci potuerit,quorũ ſpatijs ne par quidẽ Macedo fuiſſet,atq́ʒ ſic demũ ille colligit,fuiſſe Romanũ nomen aliquãdo prælio uictũ,bello uero nunꝗ.Sed nos hęc ex Liuij diſſertatiõe,pluribꝰ fortaſſe ꝗ inſtituti operis breuitas exigat,executi ſumus. Nunc quãdo ex magnitudine rerũ ab Alexãdro geſtaꝝ,eo ꝓceſſit

Quid pro Macedone Græci afferant

B ſermo,ut Romanaꝝ uiriũ mẽtio ex collatione fieret,ut noſtratia,ꝗd ubiq́ʒ penè fecimus,ꝑegrinis ꝑferãtur,iam in ijs,quæ per id tẽpus Ro.po.in terra Italia geſſit,nõnihil imorabimur.Principio eius anni quo Romanæ legiones ad Caudiũ,cuius proxime mentio facta eſt, à Sãnitibꝰ circũſeſſæ iugũ ſubierũt,Cõſules Romæ creati ſunt,T.Veturius,& Sp.Poſthumius.Hi Samnium ꝓuinciã adepti,copias in hoſticũ eduxerũt.Iam Samnites & ipſi Herennij Pontij ductu arma induerãt.(quã rebellionis cauſam ꝑtenderẽt,proximo uolumine explicauimꝰ)Incẽderat Pontius ſuoꝝ animos ad Romanoꝝ uim fortiter ꝓpulſandã. Expiatũ dicere quicqd cœleſtiũ irarum erat ex rupto fœdere, deditos ad ſuppliciũ autores uiolatæ pacis,deditionẽ ipſam à Romanis neglectã. Oĩa Samnites feciſſe,quæ ad placãdos deos homineſq́ʒ fieri potuerũt.Nec ſe uidere quid Samniũ aut Romanis,aut dijs fœderũ,deberet amplius. Quod ſi cum potẽtioribus nihil humani iuris inopi relinqueret, ad deos intolerãdæ ſupbiæ uindices ſuam Samnites cauſam relegarẽt,aut ſi quibus ſatisfactũ uoluiſſent, aliter placari nõ poſſent,niſi ſanguinẽ hauriendũ,ſuaq́ʒ corpora laniãda darent. irent & fortiter uitam,parentes,liberos,penates,aduerſum ſupbiſſimũ hoſtẽ tuerent. Iuſtũ eſſe bellũ,quibus & neceſſariũ. Pia etiã arma,quũ his ſolis ſpes uitæ relicta eſſet. Talibus Herennius quũ multũ iræ ſuoꝝ animis addidiſſet,ad Caudium non multo poſt cum ualido exercitu cõſedit.Mittit inde decem milites paſtorali habitu, qui pecus in conſpectũ Romani præſidij darent,captiq́ʒ Samnitiũ legiones dicerẽt, Luceriã in Apulia circũſedere.Romani cõſules caſtra ad Calatiã fecerãt,apparebatq́ʒ ita futurũ,ut Lucerina obſidione audita,cõtinuo ad opem ſocijs ferendã occurrerẽt. Milites pro paſtoribus in caſtra adducti,quũ de ſtatu ꝓuinciæ appellati idem omnes dicerent,facile fidem fecere.Duæ uiæ erãt,una per oram ſuperi maris,ſed quo tutior eo magis prolixa,reliqua per Caudinas furcas, ſaltus duo ſunt præalti, atq́ʒ ſilueſtres iugorũ ꝑpetuitate inter ſe iuncti, iacet inter eos ſatis patens clauſus in medio cãpus,herbidus,& aquis irriguus per quẽ mediũ eſt iter.Huc adeuntibꝰ intrãdæ ſunt anguſtiæ,tum ſi retro abire uelis, aut eadẽ qua te inſinuaueris uia petẽda eſt,aut per arctiorẽ impeditioreq́ʒ ſaltum euadendũ.Huc igitur Romani cõſules temere ingreſſi,quũ ad ulteriores anguſtias occupãdas,citato agmine irent,multa mole arborũq́ʒ deiectu obſeptas inueniũt

Conſules

Herẽnij ars in includendo Ro. exercitu

Intercluditur Ro. exercitus inter Caudinas furcas

inueniũt fauces, tum demũ fraude hoſtiũ cognita, præſidiũ quoq; in ſummo iugo cõſpiciunt. C
Conuertit inde retro curſum miles, eadẽ qua uenerat in apertũ euaſurus. Hunc quoq; aditũ obice, & armis occluſum cõſpicatus, ſtupore defixus cõſtitit. Tum ibi alius aliũ intuẽtes, tacito obtutu requirere, & quæ omniũ fortuna futura eſſet: Inſolitus torpor ſimul mentes occupat. Mox ubi conſulũ prætoria ſtatui cœperũt, ad munienda caſtra cõuertũtur, uelut munitio ulla adiumẽto eſſe poſſet quo minus capti caperent. Multa per diem inter duces & milites iactata, qua arte, qua ui inde abirẽt, atq; per irrita cõſilia luce exacta, nox incertos oppreſſit. Tum Herennius dux patrẽ in tanta re cõſulendũ ratus, miſit, qui ab eo ſciſcitaret ecquid ſibi agendum putaret? Romanas legiones cum cõſulibus intra Caudinas furcas à ſe iamdudum obſideri.

Herennii patris duplex ſententia

Incolumes cum ſuis ducibus exercitus mittendos cenſuit ſenex, q̃d conſiliũ quũ uulgo diſplicuiſſet, ſecũdo ad eum filius miſit, qui iterũ ab eo ſciſcitaret, quid opus eſſet facto? uideri ſibi reſpondit, Romanos ad unũ interficiẽdos. Herennius in tam diuerſa ſentẽtia anceps patrem in caſtra plauſtro aduehi iuſſit. Ibi ſenẽ coram ſciſcitat9, ecquid tam diuerſæ in eadẽ conſultatiõe ſentẽtiæ ſibi uellẽt? Tum ille, uidebã, inquit, cõducere Samnitibus, ut cum potẽtiſſimo populo per ſummũ beneficiũ pacem firmarẽt, Id quia diſplicuit duos cõſulares exercitus interficiẽdos duxi, ut res Romana, huiuſmodi clade afflicta, in plures annos acciſa iuuẽtute, minus formidabilis fieret, Tertiũ nullũ eſſe conſiliũ affirmãs, quod initũ Sãniticæ rei expediret. Quid, inq̃t, ille ſi media quadã uia ingreſſi incolumes dimittam9, & uelut bello uicti leges pacis à nobis accipiãt? Iſtud ait ſenex neq; amicos parat, neq; hoſtes tollit, ſeruetis modo quos ignominia irritetis. Ea eſt Romana gens, quæ ne uicta q̃dem q̃eſcat. Vos quicq̃d feceritis Deo ſecundare uolo, atq; his dictis ſenex caſtris exceſſit. Romani interim poſt multos irritos ad erũpendũ conatus,

Irriti Ro. conatus

quia ſuper alia mala inopia rerũ omniũ premebãtur, ad hoſtes mittũt, qui pacẽ peterẽt, quam ſi æquã impetrare non poſſent, hoſtẽ ad pugnã prouocarẽt. Pontius debellatũ eſſe reſpondit, inermes quũ ſingulis ueſtimẽtis ſub iugũ ſe Romanos miſſurũ, conditiões pacis fore, ut Samnitiũ finibus Romanus decederet, Colonias abduceret. Suis inde legibus Romani Sãnitesq; uiuerẽt. Si quid eorũ diſpliceret, uetuit legatos ad ſe redire. Vix maior luctus caſtra occupaſſet, D
ſi renunciatũ eſſet mortẽ ibidẽ omnibus oppetendã. Nec Conſules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam neceſſariũ quicq̃ hiſcere. Tum L. Lentulus legatus, Audiui ego, inquit,

Oratio L. Lentuli

ex patre meo, ſe unũ fuiſſe eorũ, qui negabãt Capitoliũ auro à Gallis eſſe redimẽdũ, quũ foſſa & uallo clauſis, etſi non ſine periculo, ſine certa tamen pernicie eruptio fieri potuiſſet, quod ſi hodie tali fortuna p̃meremur, ut quemadmodũ illis ex ſupiore loco in hoſtẽ decurrere liceret, ſi q̃ pauciſſimi etiam eſſemus, potius diſcrimen adeundũ, q̃ præſentẽ ignominiã accipiendã cenſerẽ, uellemq; fieri poſſe, ut hodie ego pro ſalute populi Ro. meũ hoc caput deuouerẽ, primus ut ego in hoſtiũ legiones irruerẽ, duo Cõſulares exercitus me cadente ſeruarent. Sed quũ ea ſit locorũ iniquitas, quibus tenemur, ut ne cum hoſte quidẽ pugnã detrectãte manũ conſerere liceat, ſitq; aut fortunæ cedendũ, aut ad unũ hic omnibus cadendũ, ſubeundã hanc dignitatẽ quantũlibet magnã, parendumq; neceſſitati cenſeo, redimendam q̃ armis ciuitatẽ, quam maiores noſtri auro redimere non recuſarũt. Hic enim omnis ætas militaris eſt, quam ſeruãdo patriã ſeruamus, ad necem dedendo deſeritur patria ac proditur. Conſules huiuſmodi hortatione adducti, in colloquiũ cum Pontio uenere, ibi negãtes fœdus ullum fieri poſſe iniuſſu populi Romani ſponſione rem tranſegerũt, fore, ut ſtaretur conuẽtis. Conſules ſpopõdere, Præfecti, Legati, Quæſtores, Tribuni militũ. Sponſorũ nomina monumẽtis literarũ poſtea extiterunt, Sexcenti præterea equites obſides dati, qui capite luerẽt, ſi pacto non ſtaretur. Claudius

Turpis Ro. emiſſio

annaliũ ſcriptor, fœdus ibi percuſſum tradidit, ſed falſo, ut Liuius exiſtimat. Tempus inde conſtitutũ ad emittendũ exercitũ, reintegratus eſt in caſtris dolor, ac uix miles à uiolandis conſulibus abſtinebat, quorũ temeritate tanta eſſet ignominia accipiẽda, nunc arma intueri, quæ hoſtibus relinquẽda eſſent, nũc ludibrioſa iugi ſpecies animo obuerſari, fœdiſſimusq; per ſocias

Ro. ignominia

urbes in patriã reditus, quo triumphãtes redire conſueſſent. Conſules lictoribus abire iuſſis, paludamentiſq; exuti, ſeminudi ſub iugum miſſi, à quo indigno ſpectaculo milites non aliter auerterũt oculos, q̃ ab ſcelere aliquo atrociſſimo. Tum ut gradu quiſq; proximus erat, ita fuit ignominiæ ſubiectus, ipſæ deinceps legiones, circũſtabant armati exprobrantes conuiciumq;

facientes

A faciẽtes ſingulis,quibuſdã etiã ferrũ intentatũ,uulnerati etiã atq; interfecti nonnulli, q̃ con/
tumaciore uultu hoſtem reſpexiſſent.Atq; in hũc modũ Romanos exercit⁹ ad Caudium lo/
coꝝ iniq̃tate,nõ uirtute hoſtiũ ſubiugari cõtigit. Triſte agmen quũ Capuã ante noctẽ ingre/ Officium in
dipotuiſſet,noluit,incertũ,ſociorũ fidẽ ueritum,an ut pudorẽ celaret ſuũ.Euicit iuſta miſera/ Romanos
tio ſuperbiã Campanę ciuitati ingenitã,faſces,purpura,lictores cõſulib⁹,ueſtimenta &cõmea
tus alijs benigne data.Capuã ingredientib⁹ Senat⁹ & popul⁹ obuiã ſeſe effudit,multaq; hor
tãdo monẽdoq; cõſolari dolẽtes.Nec ulla ſociorum comitas tãti fuit,ut aut in ſermonẽ ꝓrum
peret quiſq̃ aut oculos attolleret,Poſtridie,quum nobiliſſimi quiq; iuuenum , abeũtes cõſules
cõmuni nomine proſecuti eſſent,nec ex toto agmine uerbum elicere potuiſſent, ĩ curiã retule/
runt,nullam maiorem cladem po.Ro.accidere potuiſſe,ꝓſtratã ac in omne tp̃s extinctã cum
ea clade Romanã indolẽ,cecidiſſe martium illum uigorẽ , atq; inuictum aĩm Romanoꝝ , nec
Samnites in præſens tp̃s uiciſſe ſolum,ſed perpetuã ſine ſanguine uictoriam adeptos.Hæcq;
illis affirmãtib⁹,Offilius Acalanius clarus genere,longe aliter ſe opinari dixit:ſilentium illud,
fixoſq; in terrã oculos,& q; aures ad omnia ſolatia obſurduiſſent,intuẽdæ lucis pudorem eſſe,
ingentẽq; irarum molẽ agitantis animi indiciũ , aut ſe multũ opinione falli, aut breui futurũ,
ut Caudina uictoria inexpectatũ afferret Samnitibus luctum, triſtioremq; eius rei euentum
ipſis q̃ Romanis futurum.Hæc tum Campani uarie cõiectare.Romæ interim accepta clades
infamis erat,perculerat primo ciuitatẽ fãma obſidionis,ſecutus inde acceptæ ignominiæ nun
cius,q non minus triſtis fuit,q̃ ſi exercitus ipſi acie deleti eſſent.Circa forũ uelut in publico lu/
ctu tabernę clauſæ ſunt,iuſtitiumq; in foro prius cœptũ q̃ indictum,laticlaui annuliq; aurei
poſiti,nec ciuitas duces ſolũ,ſed innoxios etiã milites odiſſe,uulgoq; negare urbe aut tectis ac
cipiendos.Flexit tñ ciuitatis irã miſerabilis illorum aduent⁹.Quippe qui noctu urbẽ ingreſſi,
quũ ſe q̃ſq; domũ tacitus recepiſſet,plures dies foro oĩq; publico cõgreſſu abſtinuerunt. Con
ſules & ipſi in priuato abditi,nihil iã inde ꝑ magiſtratũ agere ſunt auſi.Demũ ſenatuſcõſulto
B iuſſi dictatorẽ dicere,Q.Fabiũ Ambuſtũ,mox Æliũ Petũ,comitiorum cauſa,dictatorem dixe
re.Per interregnum inde comitia diſtracta,quoad conſules creati ſunt,Q.Publius Philo,& L.
Papyrius Curſor,clariſſimi ea tẽpeſtate duces.Hi eo die,quo creati fuerant,quũ magiſtratũ
iniuiſſent primũ oĩm de Caudina pace ad ſenatũ retulere.Ibi Sp.Poſthumi⁹ prim⁹ ſñiam di/ Poſthu. ſententia
cere iuſſus autor fuit,ut ipſe & collega qñ pplm Ro.ſua ſpõſione obſtringere nequiſſent,nudi
uinctiq; hoſtib⁹ dederent,cõſcriberentq; cõſules exercitũ,copias finib⁹ hoſtium admouerent,
nihilq; prius gererent,quã ſui deditio rite facta eſſet.Hæc quũ ille diſſeruiſſet,tanta eius cõſtã
tiæ admiratio patres inceſſit,ut uix crederent eundem eſſe,qui tam fœdę pacis nuper autor ex
titiſſet,miſereri etiã multi pñtis fortunæ,adeout ex tribuno cũ collegio,L.Liuius & Q.Melius
intercedere conati ſint,quo min⁹ dederent.Sed eo plus ualuit religio & ciuitatis dignitas:ut i/
pſi tribuni qui intercedere erãt auſi,ultro in ordinẽ redacti cũ cæteris dediti ſint.Delect⁹ prope
uolũtarius fuit.Scriptæ ex eodẽ milite nouæ legiões.Exercituſq; cõfeſtim ad Caudiũ ductus.
Ibi feciales ad hoſtiũ portas progreſſi,ueſtes ſponſoribus pacis detrahi iubent, manuſq; poſt
feſtare,donec aſſidua rotatũ uertigine,terra grauiter eius caſu concuſſa, ſolo afflixit.Sed ego
neq; pro ueris hæc affirmanda dixerim,neq; quoniã ſunt ab alijs tradita,pro uanis repudian-

Indi magnitudo.

da.Alexãder regno Sophiti reſtituto ad Hypanim fluuiũ ꝓceſſit,hic poſtremus eſt oĩm fluui
orũ,q Indũ ingrediunt̃,q quindecim nũero tradũtur, quibus infuſis tantũ auget̃,ut ad centũ
ſtadia,ut quidã memorãt,ab una ripa ad alterã late pateat.Indus(ut qui uerecũdius hęc tradi
derũt dicũt)quinquaginta duobus oſtijs in Eoum mare euoluit̃,mille ſtadijs ut Ariſtobolus,

Vrbium frequentia.

ut Nearchus mille & octingentis inter ſe diſtãtibus.Regio q̃ inter Hidaſpẽ & Hypanim iacet,
nouẽ habet gentes, quarũ ciuitates quinq; milia nũero tradunt̃, neq; ulla Co Meropide mi-
nor. Alexãdro ad Hypanim tendẽti Phegelis Sophiti regno finitimus cũ donis occurrit,eo in
fidẽ recepto triduo poſt Macedo Hypanim ſupatur⁹, Phegelẽ ꝑcõtatur,ecquænã terræ eſſent

Gangaridũ opes.

ultra fluuiũ.Docet ille xi.dierũ trans Hypanim ſolitudines eſſe, excipere inde Gangẽ oĩm In
diæ fluuiorũ maximũ,Gangaridũq; ulteriorẽ ripã eſſe,& Pharraſiorũ,quorũ rex eſſet Gram-
men,eſſe illi in armis cc.milia peditũ, & xx.equitũ, duo milia quadrigarũ, & qđ præcipue ti-
mori acceſſit,tria milia elephantorũ.Incredibilia hæc primo regi uideri, ex Poro inde quẽ ſecũ
habebat,uera omnia eſſe cognouit,tantũ adijcere ad metũ eleuandũ,ultimę ſortis hominẽ ibi
regnũ obtinere,opificis filiũ,qui in diẽ ſordido quæſtu famẽ propulſare cõſueſſet.Cæterũ præ
ſtantia formæ conciliatũ reginæ,primo rege per inſidias interfecto, mox regno tutelæ noĩe re-
cepto,regijs quoq; pueris crudeliter necatis,regnũ occupaſſe,ab eoq; Grammẽ procreatũ uilẽ,
ſuiſq; ob ingenij ſordẽ popularib⁹ iuiſum,paternæ fortunæ magis q̃ ſuæ memorẽ. Pori affir
matio uarie affecit Macedonis animũ,regẽ & beluas aſpernari, contra locorũ ſitũ & uim flu-
minis extimeſcere,nec interim ſatis ſcire,q̃ animati eſſent milites ad ſe in ultimas terras ſequen
dũ,nã poſt præliũ ad Hidaſpem cũ Poro cõmiſſum multo remiſſiores erant Macedones facti D
ad extrema prælia tentanda.Nõ erat igitur militibus,qui & regi animus,hic cupiditate gloriæ
accenſus,ac totius orbis imperiũ mente cõplexus,uideri ſibi in primordio ſuorũ operũ adhuc
ſtare.Contra illi labore feſſi longinquã finire militiã optabant. Et iam multi ſenes ſub pellib⁹
facti,ad extrema terrarũ per labores & pericula traducti,militiã nihil obſcure detrectabãt. Pe

Alexandri hortatio ad milites.

riclitatur⁹ itaq; rex ſuorũ animos,ꝑ cõcione,ita eſt exercitũ allocut⁹, ut multo minora eſſe con
tenderet,q̃ de ijs Indis accepiſſent,qui trans Gangem incolerent, q̃ uulgo fama ferrentur, ſic
pugnæ ad Granicũ cõmiſſæ magis arduã expectationẽ,q̃ opus fuiſſe,ſic Ciliciæ fauces,ſic Me
ſopotamię campi,Tygris,Euphrates,& Hidaſpes maiores,inquit,animo occurrebãt,q̃ poſtea
ſubigẽdo uiſi eſſent.Tacere ſe numeroſos hoſtiũ exercitus, & beluarũ greges, q̊s uincẽdo ex-
perti eſſent maiori incõmodo ſuis q̃ Macedonib⁹ fuiſſe.Nec Gãgis latitudinẽ extimeſcendã,
qui q̊ latius flueret,eo mitius.Nec multũ referre aiebat,an tria milia Elephãtorũ eſſent,ut fal-
ſis rumoribus ferretur,an quot ad Hidaſpen cũ Poro nuper fuiſſent, cũ uno aut altero cõſter-
nato,totũ agmen in ſuarũ partiũ perniciẽ rueret, nec ꝓ cc. milia peditũ,& xx. equitũ aducr-
ſam ripã inſiderẽt,ſi cũ longe maioribus copijs, ſæpius ac proſpere ſemper cõflixiſſent,adeſſe
præterea Bactrianos auxiliares,Scythas,Dracas,Sogdianos,qui haud antea affuiſſent, etſi
ipſe ſuorũ Macedonũ manus,nõ Barbarorũ intueretur,cũ q̇bus quoties in acie ſtaturus eſſet
nõ paucitatis ſuæ,nõ hoſtiũ multitudinis,ſe memorẽ futurũ.Adhiberent modo animos ala-
critatis & fiduciæ plenos,quando nõ in lumine ſuorũ laborũ,ſed in exitu atq; eo ipſo minime
pœnitẽdo ſtarent,uincendo ad extremũ terrarũ ꝑueniſſe,terrarũ oĩm uictores domũ reuerſu-
ros,ſi paululũ adhuc niti uellent,nec malos agricolas imitarẽtur, q̃ maturas fruges ꝑ inertiã è
manibus labi paterẽtur,maiora eſſe periculis p̃mia,diuitẽ & imbellem regionẽ eſſe,crederẽt ſe
ad prædã & gloriã,non ad præliũ duci,dignos eſſe qui talibus ſpolijs quibus litt⁹ illud abun-
daret, onuſti in patriã redirẽt,dignos q nihil inexꝑtum,nihil metu omiſſum relinquerẽt.Ro
gare obteſtariq; ꝑ eximiã ipſoꝝ gloriã qua humanũ faſtigiũ excederẽt,ꝑ ſua i ſingulos,oĩnq;
in ſe merita,q̇bus inuicti cõtenderẽt,ne ſe alumnũ & cõmilitonẽ(ne regẽ diceret)humanarũ re
rũ terminos adeuntem deſererẽt, cætera impaſſe ſe, illud unũ à ſuis precibus contendere, qui
niſi

A niſi in ſuis manibus palmā infringerent, Herculis & Liberi patris (abeſſet uerbo inuidia) bre- Mœſtū mili tum ſilentiū
ui gloriā eſſet æquatur⁹. Nullus ad ea uerba ſecut⁹ eſt militaris clamor, quin oculis ad terram
defixis mœſtum milites ſilentiū tenuere. Tum ille, ubi eſt, inquit, milites clamor ille ueſtræ ala-
critatis index? ubi ille meorū Macedonū uultus? quid ſurdas pulſo aures? iā ī ſolitudine mihi
eſſe uideor: q̄d nemo reſpōdet? neget ſaltē aliquis, ſed eſto ſolus ire ꝑſeuerabo, obiicere me flu
minibus & beluis illis, quas ꝑhorreſcitis, inueniā qui deſertū ſequan̄t. Non ſequen̄t Alexādrū
Macedones. At Scythæ & Bactriani ſequi uolēt, mori p̄ſtat q̄ imperiū precib⁹ mercari. Ite du
ces domum. Ite deſerto rege ouātes. Ego hic deſpatæ à uobis uictoriæ, aut certæ mortis locū
inueniā. Stabat adhuc immota cōcio, lachrymis ubertim manātibus, donec Pœnus, ſic enim
ſcriptū reperio apud eos quos ſequimur, ſed Pœonus libētius legerim, tacito militū conſenſu,
paucis eſt regē affat⁹, quib⁹ oſtēdit paratos eſſe Macedones regē & imperatorē ſuum ꝑ æqua Pœni reſpō ſum ad Ale- xandrum
& iniqua ſeq, cæterū reſpiceret ipſe ſuorū ora, atq; habitū corporis, trunca iā debilitata uulneri
bus membra, cicatricibus reliquū corpus deformatū. Nihil p̄ter militiæ nomen Macedonib⁹
ſupereſſe, nō uires, nō cultū deniq; patriū, oīa mutata, iam uulgo Perſico cultu Macedones u-
ti, quia Macedonius tam procul deferri nō poſſit, in eas terras uentū, unde ſi ueteranus miſ-
ſus fiat, uix tantū uitæ ſuperſit, ut in patriā redire poſſit, patereꝛ ueteranorū corpora maiorū ſe
pulcris inferri, miſereretꝛ eoꝝ ſenectę, parceret illoꝝ infirmitati, ꝑ quos clariſſimā adept⁹ eſſet ui
ctoriā, nec ꝑgeret, dum laudum cupiditatē ſectaretur, florentiſſimi olim exercit⁹ reliqas Indiæ
beluis laniandas obiicere, aut abſorbēdas fluminibus, parceret ſibiipſi, nec fortunā ſuā nimis
onerādo fatigaret. Quod ſi in India bellare adhuc uellet, flecteret ſaltē ad Oceanum curſum,
maximā eius terræ partē, quæ ad Eoum mare expoſita eſſet, ipſius armis adhuc eſſe intactā,
nec circuitu peteret gloriā, quæ ad manus poſita eſſet, illuc potius belli impetū flecteret, unde
nō minor uictoria, cæterum longe tutior expectari poſſet. Quod ad milites attineret, neminē
nō Macedonū libēter iturū, quo ipſi⁹ fortūa duceret mō & ſalutis & breuioris militię ſpes ali-
B qua, effœto iam ætate & uulneribus militi, in futurum oſtenderetur. Excepit militaris clamor
ſermonē, fletuſq; & miſerabilis cōploratio orta, regem & patrē appellantiū. Circūſtabāt ex ſe-
Pœnioribus pleriq; ueniam ætati implorātes. Huiuſmodi cōſenſu uict⁹ Alexander, quia nec
caſtigare obſtinatos poterat, nec iratos mitigare, amēti ſimilis, ex concione ſe in regiam proti- Aræ Alexandri
puit, eaq; clauſa biduū mitigande iræ induit. Poſtremo in publicū egreſſus ex quadrato lapi-
de duodecim erexit aras, monumentū ſuæ expeditionis in omne æuum, caſtrorūq; metas la-
tius ꝓpagari iuſſit, ut uel molitiones ipſæ hoſtibus terrori eſſent, maiorq; ſuarū rerū in poſte-
rum maneret fama. Quin & arma aliquāto ampliora q̄ milites geſtarēt relinqui iuſſit, & frena
multo grādiora, ut maiorē ſui admirationē apud locorū īdigenas relinqueret. Inde ab Hypa-
ne ad Aceſinē amnē, q̄ Pori regis termin⁹ erat, ad ortū ſolis reuerſus, mille nauiū claſſe Pori &
Taxilis opera ad tēpus inſtructa, elephātis cū impedimētis ꝓpter amnē ſeq iuſſis, ipſe cū toto Sobi
exercitu, ſcd'o fluuio delat⁹ ad cōfluentē Hidaſpis & Aceſinis in Soborū regionē copias expo
ſuit. Hi maiores ſuos ex Herculis comitatu fuiſſe memorabāt, ægros olim ab ipſo heroe, quū Populi ex comitatu Herculis
Indiā circuiret his locis relictos, ferinis pellib⁹ in argumētū rei amiciebanꝛ, clauas ꝓ telo habē-
tes. Sexaginta milia Barbarorū ripā obtinebāt, q̄bus in fugā actis, aliquot eorū urbes Macedo
ni cepit, una hoſte à mœnib⁹ repulſo, aliquādiu ꝓtulit obſidionē. Eam quū Macedo obſidere
ꝑſeueraſſet, deſperatis rebus oppidani incenderūt, ſeq; cū liberis & uxoribus in medios ignes
uelut grauiora ab hoſte expectāda eſſent, p̄cipitarūt. Nec ꝓcul inde Hidaſpes & Aceſines Hi
daſpi à meridie ī fuſ⁹, cū Indo cōfluunt. Quæ flumina tātos ſuo cōgreſſu cient fluct⁹, tāta ua-
datim oblimatio, ut uelut irato mari uaſte cōciten̄t, unde magno cum periculo eo fluminū cō- Hidaſpis & Indi cōfluēs
greſſu laboratū, ut duob⁹ nauigiis abſorptis, regia q̄q; nauis tā ꝓxime ꝑiculū adierit, ut Alexā
der poſitis ueſtib⁹, ſeſe uelut naufrag⁹ expediuerit. Cæterū remotū pulſu euerberati fluct⁹ ceſ
ſerūt. Statuit ibi Alexāder in ripis aras, ꝓ fluuiorū nūero, inde in Sādracas & Mallos eſt uentū.
Trogus Ambros & Sycūbros uocat. Idē autor eſt ipſam gentē ad LXXX. milia hoīm ī armis
habuiſſe. Curti⁹ minorē poſuit nūerū, ſed quātæcūq; tū illis copiæ fuere, ex eo īgētes fuiſſe ſu
ſpicari libet, q̄ Macedones hic quoq; multa de regis ꝑtinacia queſti, pene militiā detrectarint.
Placat⁹ tñ p̄cib⁹ & hortatiōe exercit⁹ ſub primā lucē eſt hoſtibus admotus. Barbari dubium

D metu

metu an ſeditione inter eos orta, in proximos montes, nõ expectato ut prælių̃ iniretur, diſſipa C
ta multitudine fuga cõceſſerũt. Alexãder hoſtiũ impedimẽtis potitus, ad Mallorũ oppidũ ſca
las admoueri iubet. Curtiꝰ Sandracarũ nõ Mallorũ id fuiſſe ſcribit, Demophõte uate fruſtra

*Alex. uictoria aduerſꝰ Sandracas.*

clamitante, ut incœpto abſtineret, periculũ ingẽs ipſius uitæ imminere. Hic cęteris cũctantibus oĩm primus in muros euaſit. Stabat undiq; telis expoſitus, multaq; interim è ꝓximis turribꝰ cadẽtia excipiebat tela, quũ ſcalis feſtinantiũ põdere diffractis, omni ſuorũ auxilio deſtitutus, nõnihil uim cadentiũ telorũ ꝑtulit: inde ſuis hortãtibus, ut ſeſe è murorũ faſtigio, ſaltu ad terrã demitteret, excepturos ſe eũ ruentẽ ſuo cõplexu, ac ſtatim ꝓtecturos, nõ ſolũ nõ id fecit, ſed faci

*Alex. periculum in Mallis.*

nus auſus eſt incredibile, multoq; ad famã temeritatis q̃ ad gloriæ inſigniꝰ, in urbẽ hoſtiũ plenã præcipiti ſaltu deſiluit: potuiſſet uiuus opprimi, nõ modo interimi, niſi hoſtiũ ſegnitia, aut fortuna potius eũ ſolo afflictũ protexiſſet. Ipſe cõfeſtim in pedes erectus, uibrãs gladiũ, clypeũ hoſtibus obiecit, ſaluti fuit arboris ſtipes, cui inhærẽs hoſtẽ à fronte diſtinebat, ꝑfregerãt galeã ſaxa è muris cõiecta, egreq; uim telorũ excipiebat, multo labore feſſus, & iã genu ſubnixus pugnabat, quũ corpus ſuſtinere nõ poſſet, tũ duo ꝓpius accedere auſi unus poſt alterũ ab eo letali uulnere excepti, cõcidunt, tranſfigitur interim ſagitta duorũ cubitorũ qualibus Indi utũtur, paululũ ſupra dextrũ latus, quo uulnere afflictꝰ, magna ui ſanguinis cõtinuo effuſa, moribundo ſimilis remiſit arma, q uulnus intulerat, uelut uoti cõpos eo occurrit, ut cadentẽ ſpoliaret, ipſe ut hoſtẽ corpori manũ iniJcere ſenſit, ultimi dedecoris indignitate cõmotꝰ, linquentẽ aĩm reuocãs, nudũ hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit, iacebãt circa regẽ tria cadauera, Barbaris ſtupẽtibus, altera manu ramos arboris apprehendit, atq; ita ſubnixus, quũ ſe paululũ alleuaſſet, cõtinuo in genua recidit, ac ſic uix cõpos mẽtis uitã tueri. Affuit interim Peuceſtes, mox Timeus, inde Lenoatus & Ariſtonius qui hoſtibus muro deturbatis ꝑ media tela eo aduolarũt, hi obiectis ante regẽ clypeis Barbarorũ impetũ ſuſtinent, ſed quũ miles adhuc ceſſaret, Timeo & Peuceſte cadentibus, duo reliqui grauiter uulnerati, uix à rege hoſtẽ diſtinebãt, tũ Macedo

nes rabie accenſi (rumor erat regẽ cecidiſſe) dolabris muros haud uno loco ſubruunt, inde per D

*Falſus rumor Regij interitus.*

oppidũ cũ cæde euagati obuiũ quenq; ut regis interfectorẽ cupide obtruncãt. Alexãder in caſtra relatus, inſpecto à Critobolo uulnere quũ ſectione opus eſſe appareret, quia hamos haberet ferrũ, timidusq; ille manꝰ admoueret, quid, inquit, rex cũctaris? quin me uel moriturũ hoc dolore liberas? an times ne meę fias mortis reus, quum inſanabile ſit uulnus? Patefacta igitur plaga, quum larga uis ſanguinis effluxiſſet, caligine oculis oborta, uelut exanimis aliquãdiu iacuit, donec cõploratiõe circa illũ orta, ad ſe rediJt. Iam rumor exierat in Barbaros extinctũ eſſe regẽ, ad quã famã redarguendã, ſeptimo poſt die, uulnere nondũ curato, in conſpectũ militũ uenit. Hinc Polyparconte cũ cætero exercitu Babyloniã, ut Trogus ſcribit, miſſo, ipſe cum lectiſſima copiarũ manu, ſecundo flumine in regionẽ ab incolis nuper belli metu deſertã, cæterũ frugũ & pecoris abundantẽ delatus, aliquot ibi dies uelut in pacato habuit caſtra. Rogari interim à primoribus Macedonũ, ut in bellicis negocijs obeundis iã inde cautius ageret, ſuamq; cuſtodiret uitã, ne militaria munera temere capeſſendo, pulcherrimã uictoriã, ducis interitu deformaret. Obſcura bella, inquiunt, & ignobiles pugnas nobis depoſcimus, tu te ad ea pericula reſerua, quæ tuã magnitudinẽ capiũt, gloria ex ſordido hoſte quæſita cito oboleſcit, q̃bus rex pauca ſubiJciẽs, Ego, ait, uiri fortes, nõ ætatis, ſed gloriæ magnitudine, uitã metior. Ecce an

*Alex. uerba de ſeipſo.*

nos octo & xx. natus magnã orbis partẽ adeptus, uideor ne uobis in augenda gloria, cui uni me ſemel deuoui, honeſte ceſſare poſſe? Sed cur uidear? ego ubicunq; pugnauero in theatro terrarũ orbis me eſſe exiſtimabo, nobilitabo ignobilia loca, aperiã cunctis gẽtibus terras, quas lõge natura ſubmouerat. In his operibus extĩgui, ſi ita ſors ferat, pulchrũ & laudabile arbitror ea ſum ſtirpe ꝓcreatꝰ, ut nõ tã longã uitã, q̃ nõis immortalitatẽ optare debeã. Vos ite & me ab inteſtina fraude & domeſticorũ inſidijs cuſtodite. Philippꝰ pater tutior in acie, q̃ ĩ theatro fuit.

*Luxꝰ regalis. Dioxippus*

Et rex ſuos hæc uoluit curare. Interea legati duarũ gentiũ, quas nuꝑ oppugnare cœꝑat, ad eũ uenere, deditionẽ facturi. ccc. erãt equites, quos Macedo ſplẽdiſſimo accepit cõuiuio, centũlectis auro & purpura modico inter ſe ſpatio inſtratis. Intererat epulis Dioxippꝰ Athenieñ. pugil nobilis, regi ob uiriũ præſtantiã haud mediocriter charꝰ. Hũc uelut regij cõuiuij ſaginæ addictũ, Horatas Macedo maledictis inſectabatᷣ, adeoq; liuori indulgens, ut nõ cõtẽtus cõuicio

ad ſin

A ad ſingulare etiā certamen ꝓuocaret, nec Dioxippus pugnam detrectauit. Poſtridie rege & le
gatis ſpectātibus, ꝓceſſit Macedo accinctus gladio, in læua lanceā habēs & aureū clypeū, dex
tera leuiorē haſtam quā Macedones Sariſſam uocant. Dioxippus coronatꝰ atq; oleo nitens,
hac manu puniciū gerens amiculū, altera ꝑgrandē & nodoſum ſtipitē, ſeſe in conſpectum de-
dit. Iniquū ab initio certamē oībus uiſum. Nemo nō Dioxippū augurari ſua temeritate peritu-
rū. Contorſit itaq; in eū ſub primū cōgreſſum Sariſſam Macedo, qua ille paululum declinata
priuſq̃ lanceā ex læua in dexterā trāsferret, eū Dioxippus occupat, haſtaq; ſtipitis ictu perfra
cta, gladiū exerere conantē amplectit, nodoq; cruris implicitū, ꝓualidus pugil grauiter ad ter-
ram reſupinat, ferroq; è manibus extorto, iacēti ſtipitē intētat, nec ultra in prouocatorē regis
interuētu ſæuit. Ipſe paucis diebꝰ eadē inſectatione in ſuſpitionē deuocatꝰ, ꝙ aureū poculum
ex triclinio furto ſubtraxiſſet, tā fœdæ calūniæ impatiēs, datis prius ad regē literis, qbus crimē — Indorū munera.
purgaret, ſibi manū intulit. Legati paucis diebus reuerſi, mille & xxx, quadriiugos currus re-
gi dono abduxerunt, mille ſcuta indica, & cādidi ferri centū talēta, Cicures leones adhæc inuſi-
tatæ magnitudinis, & cū his Tygres, lacertarūq; ingentiū pelles, ac teſtudinū putamina. Mota
deinde caſtra. Cæterū quū tota Indi fluminis uaſtitas nauiū magnitudine opperiretur, territi
paſſim locorū accolæ, ultro deditionē fecere. Cōdita eſt hoc tractu urbs quā rex à ſuo nomine
Alexādriā uocauit. Muſicanos inde & Præſtos utraq; gentē inter Indos nō ignobilem, Mace- — Alexandria indiæ
do ſubegit. Eſt & Sabi regis terra hinc hoſtiliter inita, regia urbs cuniculo capta, fuitq; ea res
miraculo Indis militariū operū ignaris, ꝙ armati, media urbe, uelut terra geniti repēte extitiſ-
ſent. Petijt Sami regnū quatriduo poſt Alexāder, hoſteſq; inſidijs exceptos ad quingentos ce- — Sami regnū
cidit, mille & ampliꝰ cepit, alij metu in urbē cōiecti, ferrū ueneno tinxerunt. Multi Macedonū
ea oppugnatione ſaucij extincti ſunt, perijſſet & Ptolemæꝰ, q poſtea in Ægypto regnauit acce- — Herba ſalubris Alexandro per quietē monſtrata.
pto uulnere, niſi ꝑ quietē herba regi demōſtrata eſſet, quo remedio ille ſeruatꝰ eſt, ſeruati & cū
eo multi. Fama erat Ptolemęū Philippo genitū, eius pellice natū ſatis cōſtabat. Draco iſomnis
B Alexādro inſpectꝰ, eā herbā ore geſtās, remediū ſibi nocturna illa imagine cōmōſtrari rex ar-
bitratꝰ, herbā ſtudio cōquiſitā ac reptā potioni diluit, ut Trogꝰ ſcribit, dilutā Ptolomęo & alijs
ꝑſens remedium obtulit. Idē autor eſt, in Muſicanis id accidiſſe. Curtiꝰ, q in Sami regno hæc
geſta arbitratꝰ eſt, foliū ait uulneri applicitū. Barbari ꝑſenti ſpe fruſtrati, urbem dedūt. Patha-
lia gens q̃ ab his ꝓxima fuit, hoſtibus regiōe relicta, in altos & deuios mōtes cū Mœri rege ad
tps cōceſſit. Eoꝝ terrā populatꝰ Alexander, opulētaq; inde ꝑda abacta, ad inſulā medio flumi
ne ſitā admota eſt claſſis. Hic duces fluuialis nauigatiōis incautius aſſeruatos Macedo amiſit.
Iuſſi nihilo ſeciꝰ gubernatores ulterius tēdere, locorū qdē & gētiū ignari, & iā ꝓgreſſa claſſis ad
quadringēta ſtadia ſine ducibꝰ, quū maris aura cœpta eſt ſentiri: capti idē, circa fluuiū agreſtiū
quidam, ac rogati, quantū adhuc à mari diſtarēt, reſpōderunt ſe nō habere qd de mari dicerēt,
ignotā ſibi rē, uerū ſcire ſe ad triū dierū nauigationē, uaſtitatē immēſam ſalſarū aquarū iacere,
qbꝰ uerbis Oceanū ſignificari nulli dubiū fuit, triduo inde ꝑſeueratū. Tum mare fluuio mixtū
ſentiri cœptū, claſſeq; ad ꝓximā inſulā appulſa, res noua, & tum primum uiſa ualde Macedo
nas perculit. Subitus Oceani æſtus, oēm terræ cōſpectum oculis ademit, magnoq; impetu nō
aliter quā torrentis alicuiꝰ trāſuerſæ naues, quo ſe milites tumultuoſe receperant, agebantur. — Oceani æſtꝰ
Rei igitur ignari (nam Oceani natura nondū cuiquā eorū erat nota) à tertia diei hora ad meri
diem iactati, inde ubi dies inclinare cœpit, uariātē uice, modico temporis ſpatio naues in ſicca
tellure ſtatuuntur, aliæ alio ſtatu ut uaria erat terræ facies, in qua quiſq; erat ab æſtu deſtitutꝰ,
hæ in proram, illæ in puppim, aliæ in latus ꝓcūbētes, ibi fœda colluctatio orta, metuſq; ingēs
omniū animos occupat, ſed aquis ſub noctē alternātibus, ubi rurſus omnia ſibi fluctus uendi
care uiſus eſt, ſublato metu intelligere cœperunt Oceani eam uiciſſitudinē eſſe. Alexander cū
paucis nauigijs ad oſtiū fluminis progreſſus, ad cccc ſtādia in altū enauigauit, ac tum demū
factus uoti cōpos ſacrificio undarū & locorum dijs facto, ad claſſem reuerſus eſt, Aduerſoq;
deinceps fluuio nonnihil ſubuectus, Leonatum præmiſit qui paſſim puteos effoderet, qua
exercitum ducturus eſſet. Erat plurimum regio ſiticuloſa, Nearchoq; & Oneſicrito iuſſis cum
robore nauium Oceani oram uſq; ad Euphratis oſtia circuire, ipſe reliquum hyemis circa In-
di ripas egit, qbus locis aliquot ſunt ab eo urbes conditæ, & in his una Barce nomine, ut Tro-

gus ſcribit,mox ad prima ueris ſigna ſtatiuis egreſſus nonis caſtris in Aboridon regionem ue
nit.Hinc populis ultro ſe dedentibus,bis ſeptenis ad Barbarũ amnem Macedo conſedit,quo C
Tripertito ducit Macedo. ſuperato per deſertas regiones ad Noritas uenit exercitus,hic cũ Ptolemæo & Leonato parti/
tus triplici agmine,ut latius Barbaros affligeret,ductare cõſtituit:Ptolemęus propius mare du
ceret,maxime ab eo diuerſus Leonatus.Ipſe mediũ agebat agmen.Peruentum interea eſt per
Amerchoſios,ad maritimos Indos,genus hominũ incultũ,nullo finitimorũ commercio aſſue
tum.Prominent uulgo ungues,ut nunꝙ reſecti.Comæ hirſutę & intonſæ.Tuguria conchis
& Oceani purgamentis conſtructa,ferarũ pellibus ueſtiuntur,piſcibuſꝙ duratis,aut beluarũ
De Oceano. quas Oceani æſtus eijcit,ueſcuntur carnibus. Nec me præterit Ptolemæũ & alios cũ ſecutos,
eam maris uaſtitatẽ,quæ Indiæ præiacet,negare Oceani eſſe partẽ,ſed mare undiꝙ terra am/
bitum. Sed plures tam græci ꝗ latini ſcriptores diuerſam ab eo tuẽtur opinionẽ,& in his Pli/
nius,qui haud obſcuris uſus argumẽtis,ab Indico mari demonſtrat Oceanũ uſꝙ in Germa/
niã enauigatũ,& rurſus ad meridiẽ ab Ægypto & extrema Arabia,præter utramꝙ Æthiopiã,
in Atlanticũ & Hibericũ Oceanũ,perpetua nauigatione itũ. Alexander omnibus gentibus de
xtera læuaꝙ domitis,multũ iã terrarũ emẽſus,ubi ad loca humano cultu deſerta ꝑuenit,con/
Inedia Macedonum. feſtim commeatuũ ſentire cœpit inopiã,palmarũ radices,quã ſolã arborẽ ea alit tellus,pro ci/
bo militibus fuerũt,ac iumenta paſſim cæſa,ne inedia miles cõficeretur,ſecuta eſt peſtilentia,
Peſtilentia. quã ciborũ inſalubritas fecerat,ſtratiꝙ erant campi cadaueribus,quo quiſꝙ ui morbi uictus
procubuerat,ibi nullo opẽ ferente,quando agmẽ raptim ageretur,expirabant. Plutarchus au
tor eſt,ex centũ xx.milibus peditũ,& quindecim equitũ,quæ illi quũ ab Indo mouit affuere,
uix quartã partẽ Babylonẽ perueniſſe incolumẽ.Nec prius his malis eſt exercitus defunctus,
ꝗ Gedroſię fines ſit ingreſſus,ibi clemẽtiore cœlo,copiaꝙ rerũ oĩm confirmari cœpit.Eodẽ &
à Leonato literæ perlatæ,quibus ſignificabatur cõflixiſſe ſe cũ Noritarũ gente,atꝙ octo milia
hoſtiũ eo prælio occidiõe occiſa.In Carmaniã inde itũ. Hic Alexãdri exercitus iumentis eſt &
cõmeatu ab Aſpaſte adiutus.Rex Bacchũ imitatus,quacũꝙ erat iter facturus,uicos paſſim & D
oppida floribus ſpargi iuſſerat,crateres uino repletos ante domorũ limina prætereũtibus ſta/
tui,ipſe cũ regia cohorte,curribus precioſa ueſte ſtratis,ad fiſtularũ & tibiarũ cantũ uehebatur,
armis eximio fulgore circũpendẽtibus,impudicæ mulieres laſciua ſaltatione regiũ currũ circũ/
ſtrepere,atꝙ ita ſeptẽ cõtinuos dies,per gẽtes nõ bene pacatas,comeſſabũdus inceſſit exercitꝰ,
Alex. error maximus. qđ merito in tanto duce reprehendat poſteritas.Nã ſi cũ uiris nõ fœminis,ut Alexãder Epiro
ta huius auũculus uere dixiſſe fertur,tũ bellatũ eſſet,mille duntaxat ſobrij temulentũ illud a/
gmẽ longa crapula ſepultũ modico negocio deleuiſſent.Eratꝙ Alexãder haud procul à mari,
Mare rubrũ quũ Nearchus & Oneſicritus illi affuerũt,affirmabãt hi præter alia multa,quæ eo tractu ex/
plorauerãt memoratu digna,ſtulte ꝑſuaſum eſſe uulgo,rubras alicubi eſſe maris aquas quin
ab Erithro rege nomẽ pelago inditũ credere ſe,cuius ſepulcrũ,eius gẽtis literis inſignitũ,in in/
ſula haud procul à terra intuiti eſſent: hæc illi,quorũ eſt Curtiꝰ autor. Alij aquã uideri rubrã
etſi nõ ſit affirmãt,ſeu quia rubẽs ſit arena,qua leuiter cõmota,talis exiſtat in fluctibus color,
aut ꝙ montiũ qui argilloſi ſint repercuſſu,pacata pelagi facies fureſcat.Nec illud uideo,quod
ad illorũ nauigationẽ attinet,quonã modo rubri maris naturã tã cito illi exploratã habere po
tuerint,quũ priuſꝙ in Perſidẽ uenerint,Alexãdro occurriſſe dicantur,quũ rubrũ mare dici con
ſtet,quod à Perſico ſinu in Arabiã extenditur,ſed fides apud illos erit,qui hæc tradiderũt.Ale/
xander Oneſicrito & Nearcho ulterius progredi iuſſis,quoad per Euphratẽ ſubuecti Babylo
nẽ uenirẽt,ipſe haud pręſenti uictoria cõtentus,ex Syria petere Aphricã ſtatuit,Carthaginẽſi
bus iã inde à Tyria obſidiõe infenſus,quibꝰ ſubactis per Numidiã & Mauritaniã Gades pro
ficiſci,ubi Herculis metę eſſe dicerẽtur.Inde per Hiberiã & alpes Italiã petere,eaꝙ domita Epi
rũ & Macedoniã æquata Herculis gloria inuiſere,tantã belli molẽ animo cõplexus,ingentẽ in
Lybano mõte materiã ad naualẽ uſum parari iuſſit,Thaſpacũꝙ in Syriã deportari,ibiꝙ opu
lentã fieri claſſem,ſeptiremeſꝙ texi,nec nauẽ minori ordine ullã:Cyprij reges ęs darẽt ſtuppã
& uela.Ipſe Sagara gẽtẽ Perſicã petijt.Orſynes eiꝰ terræ Satrapes regi occurrit,erat is à priſco
Cyro oriũdus,obtulitꝙ dono regi aurea uaſa,gẽmas,ueſtes & quatuor milia talẽtorũ ſignati
argẽti,largaꝙ ad hæc in oẽs Alexãdri pricipes uſus munificẽtia,Bagoan eunuchũ ſtupro Ma
cedoni

A cedoni cōciliatum nullo ꝓſecutus eſt munere, faſſus ſe regis amicos non ſcorta colere. Crimi-
natus ab eo apud Alexandrū, ꝙ multa talentorū milia furatus eſſet ex Cyri cōditorio, qđ Ale
xander per id tēpus uiſere uoluit, ut nobiliſſimo regi inferias redderet, indigenis qbuſdā ab eo
ſubornatis, qui id ſe cōpertū habere regi affirmarent, innoxiꝰ Orſynes damnatus eſt, cui quū
Bagoas manū inieciſſet, Mirabar, inqt, ille mulieres olim in Syria regnaſſe, at nunc magis mi-
ror caſtratū hominem regnare. Plutarchus Polymachū ab Alexādro interfectū ſcribit, qa Cy
ri ſepulchrū demolitus eſſet, in quo id ſcriptū fuiſſe memorāt. Quiſqs es mortaliū, & undecūq; — Cyri ſepulcrum.
aduenis, aduenturū enim te ſcio, Cyrus ſum, q Perſis imperiū qſiui. Hoc igitur humi paululū
quo meū corpꝰ tegit̄, mihi ne inuideas. Erat in Sagaris adhuc Alexāder, cū illi à Ceno literæ al
latæ ſunt, de rebꝰ in Europa & Aſia geſtis, his ſcriptum erat, Zopyrū Thraciæ præfectū, dum
Getas bello ꝑſeq̄ret̄, tēpeſtatibꝰ ꝓcelliſq; ſubito coortis, cū toto exercitu opp̄ſſum, qua clade to
ta pene Thracia defeciſſet, quū Græciæ ſtatꝰ iterea nihilo pacatior eſſet, Arpalo & Atheniēſiū
primoribus ab eo corruptis res nouas aperte molientibꝰ. His Macedo & alijs, quæ nō minꝰ tu
multuoſe nūciabant̄ claſſem in Græciā parari iuſſit. Cæterū Arpali interim cæde nūciata lætꝰ,
traijciēdi in Europā cōſiliū omiſit, inde ueterano exercitu alieno ære liberato, p̄ter xiij. milia pe — Alexā. milites liberat alieno ære.
ditū & duo eqtū, q̄ ſecū retinere ſtatuit, cæteros exautoratos in Macedoniā dimiſſurꝰ, pecunia
rias mēſas i caſtris diſpoſuit ad alienū æs diſſoluēdū, decē fere milia talētoꝝ ea diſſolutio deco
xit regi, idē ubi auditū eſt, nō oēs dimitti, ſed ꝑtē exercitꝰ i Aſia retineri, tāta rabies militū aīos
inuaſit, ut ipſi regi nō aliter inſultarēt, quā ſi ex cōmilitonibꝰ eſſet unꝰ, lōgā illi militiā ac ꝑicula
exprobrātes. His ægre pacatis Suſas cōtēdere ſtatuit, qbus diebꝰ Calanꝰ ex Gymnoſophiſtis
unꝰ, ad id tēpus Alexādrū comitatꝰ, alui fluuio uexatꝰ, ſibi pyram ſtrui iuſſit, Calano illi inter
græcos nomē inditū ab Indicæ uocis frequentiſſimo uſu, ad oēm amicorū occurſum, cala uox
q̄ apud illos ſalutātis eſt, i eiꝰ ore eſſe. Viuꝰ igit̄ p̄rio more ī ignē deſcēſurꝰ, ſpectāte Macedonū
exercitu, ab Alexādro interpellatꝰ, an mādare uellet aliqd, priꝰ q̄ in ignē deſiliret, paulopoſt, in
B quit, te uidebo, ꝙ omē ad ipſius regis interitū q breui poſtea ſecutꝰ eſt, haud dubie pertinuit.
Oneſicritus memoriæ ꝓdidit, ſe ad Gymnoſophiſtas ab Alexādro miſſum, quos nudos Ma- — Calani itertus Gymnoſophiſtæ.
cedo agere audiuiſſet, corpaq; ad tolerātiā exercere, inuētoſq; à ſe ad xx. ſtadia procul ab ur-
be xv. hoies alios alio ſtatu meditātes, & in his quoſdā nudis corpibꝰ in feruida iacētes arena
alios cautibꝰ ſedētes, atq; ita ſe cū Calano cōgreſſum, q ſit poſtea Alexādrū uſq; in Perſidē ſe-
cutus, reptū à ſe Calanū meminit Oneſicritus nudū in ſaxis iacētē, ac cōtiuuo in riſum irrupiſ-
ſe, ubi ſe chlamyde amictū cū crepidis & pileo uidiſſet. Hæcq; ꝓtinꝰ fari exorſum. Olim plena
erāt oia triticea & hordeacea farina, ut nūc puluere. Fōtes p̄terea, alios lacte, alios melle, alios
uino fluxiſſe, nōnullos etiā oleo. Tū uero mortales ſatietate corruptos, delitijs addictos, quas
Iupiter auerſatus, oia quæ fuerāt aboleuiſſet, ut uita ꝑ laborē ageretur. Tum uero cōtinētia & — Labor ab Ioue inditus
uirtutibus in mediū ꝓdeūtibus, bonorū copiā iterū factā, ſed cernere ſe rem ad ſatietatē & cō-
tumeliā iterū delabi. Qđ ſi ſapiētiā audire uellet, poſitis ueſtibus ſupra cautes, ſyderis intempe
rie æſtuātes, ſecū aſſideret, & hæc ille Calanū dixiſſe ꝓdidit. Mox cum Mandane maiore na- — Mandanis.
tu locutū, q Alexādrū eo noie laudaſſet, ꝙ unus omniū in medijs armis ſapientiā reſpexiſſet,
qui quū multa de rerū natura, & mentis affectibꝰ ſedandis diſputaſſet, diceretq; Oneſicritꝰ ta
lia apud Græcos ſenſiſſe Socratē, Pythagoram, & Diogenem, probauit Mandanis illos ut ſa-
piētes, in eo Græcos accuſans, ꝙ legē anteponerēt naturę, nec ſe pudore affici, ꝙ nudi degerēt,
quū alioqui frugaliter uiuerent, optimā domū eſſe, quę minimę ſupellectilis indigeret. Et Ca-
lanus qui horū unus fuit, ita ut dixi, perijt. Alexander eo extincto ſolenne cōuiuiū inſtituit, in
quo temulentię certamen ꝓpoſuit, ut oim bibaciſſimus unius talēti coronā acciperet. Proma- — Promachi bibacitas
chus quatuor ingurgitās cantharos uictor iudicatus, nec multis diebus huic uictoriæ ſupſtes,
q ut Chares tradidit, quū unū & quadraginta cyathos continenter bibiſſet, ex improuiſo expi — Alex. Statyram ducit uxorem.
rauit. Exercitus dein Suſas ductus, ubi Alexāder Statyrā Darij filiā uxorē duxit, locauit & ali-
as nobiliſſimas fœminas Macedonū primoribꝰ, qua nuptiaꝝ celebritate, quū nouē milia cōui
uaꝝ accubuiſſent, ſingulis aureā phialā ad ſacrorū uſum, dono à rege datā Plutarchus ſcribit.
Nec ea liberalitate cōtētus hic, ut ille ait, exercitū alieno ære liberauit, pecunia creditoribꝰ ex fi-
de rep̄ſentata. Adduci inde in cōſpectū iuſſit triginta milia tyronū, quos pueros Macedonico

habitu & militia inſtruendos reliquerat,qui quũ iã robuſti eſſent,atq; in aperto futuræ ſtrenui C
Tyronum multitudo ingens. tatis experimẽta depoſuiſſent,mira regẽ lætitia affecerũt,ſed uix ille tm̃ lętus eſt,quantũ Mace dõnũ animi ad id ſpectaculũ ingemuere,ibiq; multo mœrore affecti, eò magis affligebãtur, ꝙ nulli dubiũ erat futuros ſe iã inde minori curæ regi,qui partim ſenio cõfecti, ac tũ demũ qđ in Sagaris accidiſſet,ut proximo eſt à me loco memoratũ,quidã ſcripſere, uulgatis rumoribus fore,ut rex XIII.milibus peditũ Macedonici generis,& duobus equitũ in Aſia ſecũ retẽtis,cęte ros breui eſſet exautoraturꝰ. Tanta Macedonũ animi ira in eũ exarſerũt, ut ſubito furore cor repti,cõuicia in imperatorẽ & regẽ iactarẽt,corãq; ſine pudore,ut gregario militi, obſtreperẽt, cõtumelioſe ſe negligi querẽtes, ſe per omnes præliorũ uſus ductos, ſe iã longa militia emeri tos,ut inutiles dimitteret, omneſq; Macedonas inutiles & imbelles uocaret. Ipſe tyrones na ctus,cũ his Pyrrhicã ſaltaret, atq; orbis imperiũ quæreret. Hanc militũ intemperiẽ adeo ægre tulit Alexãder,ut quibuſdã ad ſuppliciũ correptis,cæteros pro cõcione ciues nõ milites appella rit,omneſq; ſe miſſos facere pronũciauerit. Incedere inde Perſarũ manu ſtipatus. Perſæ circa illũ excubabãt,ſoli Perſæ illi apparebãt,quæ præſidij ratio,lõge ab ea quæ fuerat diuerſa,adeo Macedonũ animos æmulatione accendit,ut abiectis armis,unaq; duntaxat tunica amicti, ta
Macedonũ conflictatio bernaculũ regis cõploratione & lachrymis circũſederent, ſeſe iniquos ingratoſq; fateri,implo rare regiã fidẽ,quo libitũ eſſet duceret: ituros ſe ipſiꝰ ductu & imperio in apertũ diſcrimẽ mor tis,nil antiquius omni tempore habituros,q̃ pro imperatore optimo, quicquid adhuc ſangui nis ſupereſſet effundere. Plures dies in hoc illi luctu & mœrore fuerũt,poſtremo ab imperato re appellati,uiderũt illũ lachrymantẽ. Varia inde regis oratione affecti, nunc ipſorũ contuma ciã accuſantis,nũc bene nauatã in bellis operã grate & amice memorãtis, demũ pluribus exau toratis,qui partim caſu,partim ætate,iã inutiles facti eſſent,cæteri in integrũ reſtituti ſunt. Qui cunq; ſunt dimiſſi magnificentiſſime donatos per literas Antipatro cõmendauit, ut primũ in theatris locũ obtinerent,coronatiq; ſpectarent, ut defunctorũ liberis paterna procederent ſti pendia. Militari ſeditione in hũc modũ cõpoſita,in Mediam cõceſſit,ubi prouincię rebus com D poſitis, quũ ſpectacula & ſolẽnes dies indixiſſet, tria hiſtrionũ milia ex Græcia ad id miſſa in
Epheſtionis interitus. publicũ produxit. Per eos dies Epheſtio qui cũ Alexãdro à pueris cõiũctiſſime uixerat fato de ceſſit,quẽ acerbiſſimũ caſum tã impatiẽter rex tulit,ut mulis & equis detonſis,finitimarũ urbiũ pinnacula decuſſerit, Glaucũ medicũ quo abſente Epheſtio in theatro aſſam ex capro carnẽ ederat,hauſeratq; pſicteris uinũ,uelut eius mortis autorẽ,in crucẽ ſuſtulit. Tibias & cætera in
Funebris impenſa. ſtrumẽta aliquãdiu in caſtris canere uetuit,donec ex Hammonis Iouis oraculo diuinos illi ho nores ut Heroũ uni indixit. Extulit eũ Alexãder,quod à fide propemodũ abhorreret, decẽ ta lentorũ milibus. Dein ad mitigandã doloris magnitudinẽ in Cuſſeos mouit, quorũ puberes ad unũ interfectos uelut inferias defuncto dedit. Ex Media Babylonẽ petenti, Nearchus cæte ra maris ora enauigata, per Euphratem incolumi claſſe ſubuectus,occurrit. Is in Chaldæos
Prodigia. quoſdã incidiſſe ſe aiebat, qui dixiſſent ad regis ſalutẽ pertinere, ut Babylone procul abeſſet, quã uocẽ aſpernatus,quũ pergeret ad urbẽ ire,in aliud infauſtũ omẽ incidit. Corui ſublimi uo latu ſe mutuo inceſſentes quoſdã afflictos ac pene diſcerptos,in illius cõſpectu,ad terrã demi ſere. Apollodoro quoq; Babylonis præfecto ꝓ rege immolãti,ſine capite iecur extitit, & igno tus quidã diademate & ſtola inſignis,in regio ſolio ex improuiſo reſedit,iuſſum à Serapide ſe id facere prędicãs,qui augurũ iuſſu cõfeſtim neci eſt deditus. His Alexãder prodigijs territus,
Alex. ira in Caſſandrũ. iuxtà deos homineſq; ſuſpectos habere cœpit, atq; oĩm maxime Antipatrũ,cuiꝰ filiũ Caſſan drũ capillis arreptũ parieti afflixerat,ꝙ Barbaros intuitus regẽ adorãtes, ut adoleſcens nuper domo ꝓfectꝰ cachinno nõ abſtinuiſſet. Nec ita multis interiectis diebus quũ ex Græcia & Ma cedonia adeſſent,q Antipatrũ accuſarẽt apud regẽ,atq; ille patris dignitatẽ acerbius tueretur. Alexãder quid ais inquit: an putandũ eſt uiolatos hoĩes, tã longis itineribus huc patrẽ tuũ fal ſo criminatũ ueniſſe: Tũ ille,immo, ait,hoc ipſum calũniæ indiciũ eſt maximũ,ut tã longis iti neribus huc uenerint,ne q̃ mẽtirẽtur redarqui poſſent. Ridens Alexãder hęc illa ſunt dixit A riſtotelis ſophiſmata,quæ utriq; plorabũt,ſi quẽq; à uobis uiolatũ cõperero, q̃ minaci denun
Timor Caſſandri. ciatiõe tãtus timor Caſſandri aĩm inceſſit,ut ꝓcedente tẽpore quũ ipſe Macedoniæ & Græciæ imperaret,animaduerſa forte Delphis magni Alexãdri ſtatua,tanto defuncti regis admonitu

eſt ter

A eſt terrore perculſus, ut trepidatio illa aliquãdiu ſedari nequierit. Alexander plures dies ſacris
operatus ut prodigia quę facta erãt, ꝓcuraret, eſſetq́ iam ſacrificulis addictus, quũ ad xiiij. Ca
lendas quintilis diẽ nocti potãdo iũxiſſet, Herculis ſcypho nondũ epoto, in febrẽ incidit. De — Dubia mortis cauſa
cauſa eius mortis non una eſt opinio. Ariſtobolus tradidit eum ſæuitia febris ſitim collegiſſe,
uinoq́ ab eo epoto mente alienatũ, pridie Cal. Iulij diẽ obiuiſſe. Fuerũt q̃ traderẽt illi uenenũ
ab Iolla regio pincerna datũ, q̃ erat Caſſandri frater, qđ quũ Olympias Alexãdri mater ſexto
anno poſt reſciuiſſet, Iollæ (nã & ipſe interea perierat) oſſa in ultionẽ filij diſſipauerit. Venenũ — Venenũ aquæ Nonacriæ
fuiſſe aiũt gelidiſſimã aquã ex Nonacriæ petra in Arcadia ſudantẽ, quæ in morẽ tenuiſſimi ro
ris collecta, equina ungula exciperetur, cæteris uaſorũ generibus nimio frigore fathiſcentibꝰ.
Creditur Ariſtoteles eius conſilij fuiſſe particeps, quippe q̃ Antipatro tranſmittendi in Aſſy-
riam ueneni rationem oſtẽderit. Eleuat ut Plutarchus ait hanc receptã à multis de eius morte
opinionẽ, quod nulla ueneni argumenta in eius corpore extiterũt. Perijt, ut Trogꝰ ſcribit, tres
& triginta annos natus, uir ſupra quã dici poſſit animi magnitudine excellẽs, cũ nullo unquã — Alexan. interitus.
hoſtiũ eſt cõgreſſus, quẽ non uicerit, nullam obſedit urbẽ, quã nõ expugnauerit, nullam gentẽ
adijt, quã non calcauerit. Poſtremo qui cæteros uicerat, ſuorũ fraude, uel qđ plures ꝓbant, fa-
tali eſt neceſſitate uictus. Eius interitus fama ad Darij matrẽ delata, abſciſſa ueſte qua utebat̃,
lugubrẽ ſumpſit, humiq́ ſeſe præ nimio dolore afflixit, & quæ patrẽ & octoginta fratres uno
die ab Ocho regũ ſæuiſſimo cæſos uidit, parq́ tãto fuit dolori, quæ Dario filio ampliſſimi im-
perij faſtigio deiecto & extincto ſuperfuit, genero, quẽ magis quã filium amauit, eẽ nõ potuit,
Enimuero nepotẽ ac neptẽ auerſata, q̃ Epheſtioni nupſerat, Statyra enim aberat, luce & cibo — Siſingam bis mors
ꝑtinaciter abſtinuit, donec quinto die uita deceſſit. Alexandro nondũ ſepulto cœptũ eſt inter
duces de regno ambigi: requirebant illi animo, ecq̃s Macedonũ tãti imꝑij dignꝰ eẽt ſucceſſiõe:
erãtq́ regnũ Herculi, quẽ Alexãder ex Barſine cõcepat, quoad pupillares eſſet annos egreſſus
aſſeruandũ cẽſerẽt. Alij Roxanes partũ expectãdũ dicere, q̃ ꝑgnãs ex eo relicta erat. Nonnulli
B Perdicę q̃ ꝓfectꝰ erat eq̃tũ, regnũ decernebãt, cui oculis req̃ſito moriẽs Alexãder annulũ, q̃ res
imꝑij obſignabat, tradidiſſet. Quidã ad ipſos duces regni adminiſtrationẽ relegabãt, q̃ de ſum
ma rei circa Alexãdri ſellã ĩ mediũ cõſultarẽt: ſed quũ ĩ uarij uolũtatibꝰ plures regẽ uellent, poſt
multas altercatiões, Arideꝰ Alexãdri frater, ex Philippo & Theſſala matre genitꝰ, ut ĩ regia ſtir — Arideus Alex. frater rex declaratur
pe imꝑij faſtigiũ maneret, Meleagro peditũ ꝓfecto ſnĩam dicẽte, rex declaratꝰ eſt. Peditibꝰ in-
de cũ impetu curiã irrũpẽtibꝰ, eq̃tes Perdicæ ductu urbe exceſſerũt, ortaq́ hinc prima ĩter Ma
cedones ſeditio, cæterũ ducibꝰ inter ſe recõciliatis, Arideo regnũ ſtabiliri cœpit, Philippuſq́ ut
gratior militibꝰ eſſet, pro Arideo à ſuis eſt appellatꝰ. Imꝑij adminiſtratio, ita inter primores di
uiſa, ut alij ducũ alias p̃ſidio ꝓuincias obtinerẽt: Ptolemæus Arabiã, Ægyptũ, & Aphricæ gen
tes tueretur: Philotæ Cilicia data eſt: Syria & Phœnice Laomedõti Mitylenæo. Antigono ma — Prouinciæ aliæ alijs ceſſerunt.
ior Phrygia ceſſit. Lycia & Pãphila Learcho. Caſſandro Caria, Lydia Menandro, Helleſpon
tus cũ minori Phrygia Leonato. Eumenes Cappadociã cũ Paphlagonia ſortitꝰ. Platon Medi
am. Thraces Lyſimachꝰ & cũ his põticas gẽtes Thraciæ finitimas. Parapamenos & fines Cau — Diuiſio Macedonici regni
caſi mõtis Axiarches tenuit, Dracas Statanor. Amyntas Bactrianos, Nicanor Parthos, Philip
pus Hyrcanos. Armenios Phartaphares. Neoptolemus Perſas. Peuceſtes Babylõios Arche-
laus Meſopotamiã: Græciæ & Macedoniæ regnũ Antipater ut antea, ꝓuinciã hr̃et. Quidã alij
aliarũ ius gentiũ obtinere ſunt iuſſi, earũ præſertim quas ab Alexãdro accepiſſent. Decretũ ad
hæc ut Perdicas cũ rege eſſet, copijſq́ p̃ficeret, quæ cũ rege aſſidue eſſent: Seleucus in caſtris tri
bunus eſſet: Caſſander Antipatri filꝰ regis ſtipatoribꝰ p̃ſideret. Meleager Perdicæ opera in ſe
ditione quæ ab initio mota eſt perijt. Rebus in hunc modũ cõpoſitis Alexãdri corpꝰ, quod iã,
ſeptimũ diem incorruptũ manſerat, ſepeliuere Chaldæi. Ægyptijq́ more gẽtis ꝓcurarũt, q̃ ta- — Curatur Alex. corpꝰ
cita religione cõtacti, uix ab initio manꝰ admouere ſunt auſi, uelut adhuc ſpirãtẽ regẽ reueriti
dein ꝑcati, ut ius faſq́ eẽt mortalibꝰ eũ attractare, corpus purgauere, qđ odoribꝰ refertum, au
reo ſolio cũ eius fortunæ inſignibꝰ locauere. Id poſtea Ptolemæus, cui Ægyptꝰ ceſſit, Memphi
primo, mox Alexãdriæ collocauit. Sed dũ hæc in Aſia à Macedonibus gerunt̃, Athenienſes
& Ætoli bellũ in Græcia ſumma ope inſtruebant, rebellandi cauſam ex eo adepti, q̃ Alexãder — Noui Græciæ motus

ex India reuerſus,omnibus Græciæ ciuitatibus ſcripſerat,placere ſibi exules, præter eos qui cæ
dis damnati eſſent,reſtitutũ iri. Literę ab rege miſſæ, Olympio cõuentu omnibus Gręcę popu C
lis recitatæ,magnũ animorũ motũ fecere. Fremere principes ciuitatũ, ac palã fateri rẽ uniuerſæ
Græciæ ꝑnicioſam imperari,haud dubie futurũ,ut exules in ſuas quiſq; ciuitates reſtituti,con
feſtim in homines aduerſæ factionis ſæuirent, & principatus & ultionis cupidi. Multæ igitur
ciuitates libertatẽ bello uindicandã cenſuere,ſed omniũ maxime Athenienſes & Ætoli,qui no
ui motus in Perſas delati,adeo regẽ ira accẽderunt,ut confeſtim nũeroſam claſſem parari iuſſe
rit,ad Athenas excidio delendas,in Græciã traiecturus. Verũ Arpali interitu audito,qui eius
Athen. exercitus. motꝰ autor fuerat,ad Aphricũ bellũ,quod iã pridẽ animo moliebatur,om̃e ſtudiũ, ut diximꝰ,
& curã retorſit,cæterũ parauerãt nihilo ſecius Atheniẽſes exercitũ,ut ſub id tẽpus,quo Alexan
der uita deceſſit xxx. hominũ milia haberẽt in armis,& cc. naues ad bellũ inſtructas. In An
tipatrũ igitur coorti,cũ circa Heracleã aliquã diu obſidiõe fatigarũt. Interea Demoſthenes qui
ob pecuniã ab Arpalo acceptã urbe eiectus,Megaris exulabat, quũ Hyperidẽ ex Athenis pu
Demosthenes ab exilio reuocatur. blice in Pelopõneſum miſſum cognouiſſet, ut in ſocietatẽ belli Pelopõnenſes traheret,eũ ſua
ſponte ſecutus,Argiuos,Corinthios,Sycionios & alias terrę ciuitates,ſua eloquentia Atheni
enſibus iũxit,quo merito ab exilio reuocatus, quũ Athenas ueniret nauis publice inſtructa illi
eſt obuiã miſſa. Miſerat interea ex Heraclea Antipater ad Leonatũ,cui Helleſpõtus cũ minore
Leonati interitus. Phrygia euenerat,ut laborãti ſibi auxiliũ ferret. Leonati aduentũ quũ Atheniẽſes p̃ſenſiſſent,
eũ ꝓcul Heraclea uenientẽ equeſtri prælio excipiũt. Fuit aliquãdiu atrox pugna, qua dux ipſe
graui uulnere percuſſus,mortẽ occubuit. Iunxerũt ſe nihilominus illius copiæ Antipatro, cui
Leonati interitus haud proinde grauis fuit,nã & fortunarũ æmulũ ſublatũ uidebat, & quicqd
illi uiriũ fuerat,ſuis adijcere opibus cogitabat. Auctis itaq; copijs, quũ par eſſet iã hoſtibꝰ, ſine
alio certamie,Atheniẽſes ſoluta obſidione in Græciã abierũt, auditoq; Antipatri in Macedo
niã acceſſu, Græcorũ exercitus militibus domũ dilabẽtibus breui ſolutus eſt, Erãtq; res Græ
Aristoteles. ciæ in hoc ſtatu. Interea pleriq; ſtudio ſapiẽtiæ uiri in ea terra illuſtres fuere, & in his Ariſtote D
les Stagyrites Nicomachi & Feſtiadis filius,quo Alexãder uſus fuit pręceptore,Peripatetici co
gnomẽ inde adeptus,ꝙ Athenis in Lycio Peripatũ habuit, quo inambulãdo philoſophari ſit
ſolitus,uel ꝙ Alexãdro ex morbo cõualeſcenti,atq; ambulanti aſſiſtẽs,quędã diſſerere ſoleret.
Is oẽs Philoſophiæ partes erudite & copioſe tractauit,nec minus ſtudiorũ euẽtu q̃ ingenio fe
lix. cccc. circiter uolumina librorũ ſcripſit. Huiꝰ eſt uox illa, diſciplinã ſenectutis uiaticũ,& ue
rã amicitiã unã eſſe in duobus corporibꝰ animã. Deũ,ut Plato,incorporeũ finiuit, Entelechiã
animã. Platonẽ naturę priuilegium dixit, Theophraſtũ tacitã deceptionẽ, Theocritũ eburneũ
detrimentũ, Xenocratẽ regnũ ſolitariũ. Rogatus quid differret doctus ab indocto,quod uiuꝰ,
inquit,à mortuo. Tria ad profectũ neceſſaria arbitratꝰ eſt,ingeniũ,exercitationẽ, & diſciplinã.
Vixit Alexãdro ob Calliſthenis interitũ inuiſus,nec minus illi infenſus, utpote qui eius necis
Demosthenes. haud inſcius ſit à multis exiſtimatus,ab eo Peripatetici ſunt. Platonẽ annos ferme. xx. audi
Hyperides. uit. Deceſſit uita in Chalcide anno tertio fere & ſexageſimo ætatis,ſub id tẽpus q̊ Demoſthe
Xenocrates. nes orator Antipatri metu Athenis fugatus in Calabria Trœzenis, ad Neptuni arã,unde ui
abſtrahebat̃,ueneni hauſtu perijt,& Hyperides eiuſdẽ hoſtis iuſſu,lingua prius auulſa,Ægi
næ in tẽplo Æaci interfectꝰ eſt. Fuit his & Ariſtoteli æqualis Xenocrates Chalcedoniꝰ,& ipſe
Platonis auditor,adeo tñ diſpari ingenio,ut ſæpius uox Platonis ſit audita, cui eq̊ quẽ aſinũ
iungo? tantũq; Ariſtoteles præſtabat ingenio,ut eiuſdẽ p̃dicatiõe freno indigere crederet̃,Xe
Polemo. nocrates calcaribꝰ,qđ in Ephorũ & Theopompũ ab Iſocrate uſurpatũ autores ſunt quidã. Ab
Crantor. Xenocrate Polemo Athenieñ. & Crãtor extiterũt. Academici ambo,& qui his operã dederũt,
Arceſilaus Scytha,& Crates Atheniẽſis,ſed horũ tẽpora aliquãto recẽtiora. Oneſicritus Ægi
nẽſis,uł ut ab alijs tradit̃,Aſtipalẽſis,& Anaxarchꝰ Abderites, Alexãdri comites fuere,ob idq;
eadẽ ætate clari,Metrodori hic,ille Diogenis diſcipulus. Sed Anaxarchi exitꝰ memorabilis,q
in Nicocreontis Cyprij Tyrãni ſinũ,medio cruciatu,linguã mordicꝰ p̃cioſam cõſpuit. Ex Ari
ſtotele Thephraſtus & alij,q poſt illũ in peripatetica diſciplina claruerũt. Demades Athenien
Apelles. ſis & Æſchines, Demoſthenis,cuiꝰ nuꝑ mẽtionẽ feci,& æquales & æmuli fuerũt. Fuit & Apel
les Cous ꝑ id tẽpus in ſuo genere clarus. Is nõ tñ Alexãdri tẽporibus uixit,ſed ſuperfuit etiã

pene

A pene plura unus quã cæteri in pictura cõtulit,uoluminibus editis,quæ eã continerent artem.
Venus mari exiens inter p̃clara illius monumẽta,inſigni fama defluxit ad poſteros,cuius infe
riorem partẽ uetuſtate corruptã,nemo poſtea reficere eſt auſus. Auguſtus eam tabulã in tem/
plo Cæſaris dedicauit. Parem laudẽ in altera Venere aſſecutus,quam Cois imperfectam reli
quit. Idẽ in equæ figuratione æmulos ambitu p̃ualere ratus,ad mutas quadrupedes ab homi
nibus prouocauit,ſua æmulorũq; pictura inductis ſeorſum eq̃s,hiſq; ad Apellei operis ima/
ginẽ,ut ad uerum animal hinnientibus. Primus corp̃is uitia in figura abſcõdidit,Antigoni re/
gis imagine,qui ob uulnus ad Olynthum ſub Philippo acceptũ luſcus erat,ex obliquo delini
ata,ut quod corpori fuerat ademptũ picturæ deeſſe crederet. Campaſpen nobiliſſimũ Alexã
dri ſcortum,& ob formæ elegantiã regi chariſſimũ,quia nudam ipſius inductu mirũ in modũ
expreſſit,ab iuuene puellæ cupido dono accepiſſe traditur,apud Alexandrum tantũ gratia &
autoritate ualuit,ut rex ſup̃biſſimꝰ uetuerit ſe ab alio q̃ ab Apelle figurari,ut à Lyſippo fingi, Lyſippus
& Pyrgotele cælari. Claruerunt cũ eo & alij. Protogenes ad quem uidendũ Rhodum Apelles Pyrgoteles.
nauigauit,ubi inter eos contigit memorabile illud certamen,quo Protegenes ſe ſuperatũ uere Protogenes
cundo eſt pudore confeſſus,tribus uerſicoloribus lineis uno corpore mirifice inſertis,ut quæ
in duarum medio nouiſſime eſt ab Apelle deducta,nullum amplius deducendæ locũ relique/
rit. Nobiliſſimum Protogenis opus Ialyſus,ob cuius tabulæ præſtantiam,ne pictura incen/
dio deflagraret,Demetrius hoſtis quum ea parte capere Rhodũ potuiſſet,abſtinuit. Fuit ho/
rum æqualis Ariſtides Thebanus,qui primus animũ pinxit,& ſenſus oẽs mirifice expreſſit,
Vixiſſe cum his uideri poteſt Lyſiſtratus Sycionius Lyſippi frater,qui primus ex gypſo fecit i/ Ariſtides
maginem,& ſi multum antea q̃d ad plaſticen attinet,quæ ſtatuaria eſt longe uetuſtior, Dibu/ Lyſiſtratus. Sycionius.
thades Corinthius primus ex Argilla typũ feciſſe dicatur,deliniata ad lucernę lumen à filia a/
doleſcentis,quem amabat,facie. Multi hac quoq; parte ingenij ſunt laudẽ adepti,ſed nos flo/
res hoĩm delibare contenti ſumus. Inciderunt extrema Alex. tẽpora in duorũ Luciorũ Flacci/
B Plautijq; cõſulatũ,q̃ poſt Papyriũ Curſorẽ,& Aureliũ Ceretanũ,quoꝝ mẽtio in ſup̃iore libro Conſules.
facta eſt,rẽp. foris adminiſtrare iuſſi,Flaccus Samnitibus fœdus petẽtibus in bienniũ induci
as dedit,Plautius ex Appulis Theanenſes & Canuſinos populationibus feſſos,ad deditionẽ
cõpulit,obſidibus in fidẽ eorũ,q̃ p̃mittebãt,ab utriſq; acceptis. Duæ tribꝰ hoc anno priori ſũt Tribus ad/
nũero additæ Vfentina & Faleria. Theates & ipſi Appuli ſequẽti anno deditionẽ fecere, quũ ditæ.
C. Iunius Bubulcus,& Q. Æmylius Barbula iam conſules eſſent,atq; per hæc Appulorũ ani/ Conſules.
mis ad accipiendũ iugũ ſemel inclinatis,tota fere gens in deditionẽ uenit. Ex Apulia cõſules in
Lucaniã tranſiuere paucis diebus Florẽto & Nerulo ex ea gẽte captis. Securi cõſules Sp. Nau
tius,& M. Popilius,habuitq; principiũ huiꝰ anni dictatorẽ L. Æmyliũ,q̃ quũ Satriculã oppu
gnare eẽt adortꝰ,rebellãdi cauſam Sãnitibꝰ dedit: ancipiti p̃inde terrore eſt ibidẽ dimicatũ,hĩc Dictator
Sãnitibꝰ,q̃ coacto exercitu ſocijs auxilio uenerãt,inde Satriculanis eodẽ tp̃e patefactis rep̃ẽte
portis in Romanos irruentibus,conſtitit tamẽ immota acies dictatori,mox Satriculanis urbẽ
reiectis,tota uis in Sãnites uerſa eſt,cũ his quoq; haud dubia eſt uictoria pugnatũ, uicti p̃lio
hoſtes nocte,q̃ ſecuta eſt,ſilẽti agmine caſtris exceſſerũt,q̃ quũ Satriculã haud defendi poſſe Vincuntur
cernerẽt, Poſtiã ſeu Pliſtiã, Romani nois ſocios,ut pari iniuria hoſtes afficerẽt,tumultuoſe cir Satriculani.
cũſident. Excepit id bellũ adminiſtrandũ Q. Fabius dictator,cõſules Romæ ut priore ãno mã
ſerũt,Fabius cũ ſupplemẽto ad Satriculã p̃fectus,ibi Sãnites inuenit,q̃ Pliſtina obſidiõe omiſ
ſa,cũ maioribus copijs eodẽ quo priore anno cõſederãt,iterũ p̃iculũ facturi,an ſociam ciuitatẽ
obſidioni eximere poſſent. Imminere nihilo ſecius dictator Satriculanis,ſatis habiturꝰ,ſi ſedẽ
do hoſtẽ domuiſſet. Cõtra Sãnites Romanoꝝ uallũ ferociter obeq̃tare,laceſſereq; ſimul cõui
cio. Nõ tulit eã hoſtiũ intẽperiem Aulus Ceretanꝰ magiſter equitũ,quin aliquot eq̃tũ turmis
in Samnitem ductis,equeſtre p̃liũ ex improuiſo cõſerit,ibiq; hoſtiũ ducẽ media acie adortus
cuſpide trãſfixit equo exanimẽ deiecit,ad cuiꝰ cauſam Sãnites dolore accẽſi, Aulũ p̃cul à ſuis
auectũ,circunſiſtunt,atq; equo detractũ,cæſi ducis fratri,iræ & mœroris pleno,laniãdũ tradũt,
eiꝰ cadauer fœde trucidatũ,poſt acerrimũ certamẽ Romani ægre receperũt, fuitq; tũ quoq; pe
nes hos uictoria,ut priore ãno. Hoſtis amiſſo duce ad Pliſtiã redijt,atq; ĩde paucis diebus Ro
manꝰ Satritula ex Sãnitibꝰ & Pliſtia potitus eſt. Dictator ex Apulia & Samnio Sorã trãſtu/
lit

Sorani bellum transfertur.

lit bellũ.Sorani Romanis colonis interfectis,ad Sãnites defecerãt.Secutus ẽ ueſtigio hoſtis di C
ctatorẽ ad coloniæ ultionẽ tendentẽ;ad Lautulaſq; euntẽ adortus,certamine ex improuiſo in
iecto,ad noctẽ uſq; ancipiti eſt prælio dimicatũ.Quidã eã pugnã parũ proſperã Romanis fu
iſſe tradiderũt,atq; eo prælio,Q.Aulũ perijſſe.Tenuit,qđ ſatis cõſtat,ſe plures dies dictator
intra caſtrorũ munitiões,obſeſſo magis q̃ obſidẽti ſimilis.Interim Claudius Fabius Auli loco
in caſtra cũ ſupplemento magiſter equitũ miſſus,iuſſus prius q̃ Sorã ueniret poſt mõtes in in

Dictatoris ſtratagema

ſidijs ſubſiſtere,donec ſignũ ad procurrendũ acciperet.Signũ erat fumus ẽ caſtris ſublat⁹.Po
ſtridie militibus edicit,ut ſeſe ad pugnã expediãt,quibus ut maiorẽ pugnãdi neceſſitatẽ impo
neret,caſtra ſe incenſurũ pronũciauit ne ſpes in tutũ redeundi militi eſſet.Iret igitur in pugnã
eo cõſilio,ut nõ niſi uictores inde abſcederet,futurũ ut ea caſtrorũ clades,hoſtiũ præda,ſi acie
uinceret,reſarciret.Profuit id cõſiliũ haud dubie ad uictoriã,miles enim,ubi ex acie fumũ ẽ ca
ſtris ſublatũ uidit,ratus caſtra dictatoris iuſſu incẽſa,quũ reuera ſignũ illud eſſet,qđ magiſtro
*Cõſules.* Cornelio cõſ, Sorã & Albã in Equis colonias deduxerũt. Eodẽ anno Arpinatib⁹ & Trebula/
nis ciuitas data, & Fruſinates, q a Hernicos ad bellũ ſollicitaſſe indicio cõperti ſunt, capitib⁹ con
iurationis ſecuri ꝑcuſſis, tertia agri parte ſunt multati. In Vmbria q̃q; nõnihil bellatũ, ſuntq; ad
*Conſules.* duo milia hoĩm ĩ ſpelũca quadã igni & armis oppreſſa. Bellũ ſeq̃ẽti ãno ab Equis renouatũ,
q Albã coloniã expugnare adorti, tantũ terrorẽ Ro. iniecerũt, ut M. Liui⁹ & Q. Æmylius cõſu/
les iuſſu patrũ Q. Iuliũ Bubulcũ dictatorẽ dixerint. Is primo congreſſu Eq̃s ſubegit, paucisq;
*Salutis ædes* diebus triũphãs in urbẽ eſt reuerſ⁹. Salutis ædẽ quã cõſul uouerat, & cẽſor locauerat, Dictator D
dedicauit. Æmyli⁹ cõſul in Salẽtinis Cleonymũ Laced. q claſſe nuꝑ appulſa Thurias occupa/
uerat, ꝓlio uictũ ad naues cõpulit, cõpulſum in altũ abire coegit. Cleonym⁹ ex Salẽtinis expul/
ſ⁹ Italiæ orã circũuectus ad intima Adriatici ſinus littora ꝑuenit, ibi ꝑ oſtiũ ꝓalti fluminis (am/
nẽ Meduacũ uocãt) in ſtagna q̃ intra littus late patẽt, tranſgreſſus, copiaꝝ partẽ in interni litto
ris accolas ꝓdatũ miſit. Græci ex impuiſo egreſſi, ingẽtẽ agreſtiũ fugã & trepidationẽ fecere. Vi/
cos aliq̃t ſubita ui captos incẽdunt, lateq; ꝓdã ad naues agunt. Terror interea Patauiũ ꝓlat⁹ iu/
uentutẽ cõfeſtim in ꝓdones exciuit, uno itaq; tẽpore & Græci ꝑ agros palati, & naues qb⁹ per
internũ flumẽ ad loca cultu frequẽtiora penetrauerãt, ſunt oppreſſi, q cæde dilapſi ad littora re
fugerãt. Veneti locorũ accolæ exceptos magna ex parte interfecerũt. Cognitũ inde maiorẽ claſ
ſem cũ ipſo duce haud ꝓcul abeſſe. In hãc q̃q; factus eſt impetus, fuerũtq; ꝓcipue adiumento
expedita nauigia, ad ſtagni & fluuiorũ uſum cõparata, quorũ agilitate locoꝝ accolæ freti, tantũ
negocij Græcis à tergo & à laterib⁹ inceſſentes fecerũt, ut Cleonym⁹, uix q̃nta nauiũ parte inco
*Cleonymus à Patauinis pellitur.* lumi, in altũ abiuerit, Liuius autor eſt nauiũ roſtra monumẽtũ illi⁹ uictorię in Iunonis templo
q̃d Patauij fuit aſſeruata, q̃ ſua etiã ætate uiſerent̃, naualeq; certamen in ipſa urbe diu poſtea
*Carſeoli colonia.* fluuiali alueo celebratũ. Anno q̃ hęc geſta ſunt Carſeoli Colonia ĩ Marſos deducta eſt, & He
truſci rebellaturi credebant̃, quapp̃ter M. Valeri⁹ dictator eſt creat⁹: in Marſos pri⁹ itũ, qb⁹ ꝓ/
lio uictis, Miloniã ex ea gẽte, Pliſtiã, & Freſiliã paucis dieb⁹ dictator ui cepit, ad poſtremũ Mar
ſis parte agri multatis, Roman⁹ pacẽ reſtituit. In Hetruſcos inde Valeri⁹ bellũ uertit. Hic dicta/
tore abſente, q Romã auſpiciorũ cauſa abiuerat, Romanę cohortes in hoſtiũ inſidias ꝓcipitatę
aliq̃t ſignis amiſſis cũ multa cęde & trepidatione, ſeſe ĩ caſtra receperũt. Acceptæ cladis fama ad
urbẽ perlata dictatorẽ ĩ caſtra exciuit. Romę ad eũ terrorẽ ſtationes ſunt circa portas diſpoſitę,
& in muros tela trepide cõgeſta. In prouincia quietiora dictator oĩa inuenit. Nam M. Æmyli⁹
Paul⁹ magiſter eq̃tũ, caſtris in munitiorẽ locũ trãſlatis, exercitũ nõ mõ nõ exterritũ, ſed pugnę
*Ruſellanus ager.* etiã cupidũ intra munimẽta tenebat, cohortib⁹ uallo excluſis q̃ ſigna amiſerãt, has ignominię
cauſa ſubſidio excubare iuſſerat. Sub dictatoris reditũ caſtra in Ruſellanũ agrũ ſunt tranſlata:
hic q̃q; Tuſcus Ro. inſidijs cape eſt adort⁹. Sed quũ fraus parũ ꝓceſſiſſet, aperta eſt ui dimica/
tum

A tum ac parum abfuit qn pabulatorum p̃ſidiũ pene prius ſit ab hoſte oppreſſum, q̃ ex caſtris dictator ſubſidio affuiſſet, ſub cuius acceſſum eqs inter peditum ordines immiſſus hoſtẽ turbauit. Secuta peditum acies, quam Tuſcus q̃niam ſuſtinere nequiſſet, cum multa ſtrage in ꝓxima caſtra refugit. Sed neq; uallũ, neq; munitiones ullæ uictis adiumento fuere. His quoq; exuti teterrimaq; cæde affecti, rebus noua clade acciſis, iterum pacẽ petierunt. Pax negata eſt. Induciæ in bienniũ datæ, ſtipendio in annũ, & frumento duorum menſium imperato. Fuerunt qui ſcriberent Hetruriæ ſtatum, ſine cæde ulla, à dictatore pacatũ. Sequens annus M. Valerio, qui priore anno dictator fuerat, & Apuleio Panſa cõſulibus, foris pacatus fuit. Domi inter patres & plebem uetus certamen renatum, plebe poſtulante, ut ex ſuo quoq; corpore pontifices & augures crearentur, quod ad id tempus non fuerat impetratum. Multum diuq; de iure auſpiciorum eſt inter Appium Claudium & P. Decium diſceptatum. Erat illius filius, qui ſe latino bello, pro oib⁹ legionibus, deuouerat. Ibi quum multa citro ultroq; dicta & reſponſa eſſent, ac ferme oia q̃ olim pro Licinia rogatione, eo Decius ſuũ ſermonẽ flexit, ut diceret, non oportere Claudium ſuam & alioꝝ nobilitatẽ tã inſolenter plebi expbrare, qñ illi q primo Romæ patritij facti eſſent, non è cœlo fuiſſent miſſi, ſed qui patrẽ ciere auumq; potuiſſent, at filiũ ſuũ & patrem & auũ cõſularẽ ciere poſſe, & alijs innumeris id licere, nec de auſpicijs, q̃ ſoli patritij habere dicerentur, plura dici oportere. Talia & quũ P. Seſtius primus de plebe conſul eſt factus abũde decantata. Quum Licini⁹ Stolo primus magiſter eq̃tum. Quũ Martius Rutili⁹ prim⁹ dictator & cenſor: Quũ P. Philo prim⁹ p̃tor. Conſpectos illos & multos poſtea de plebe in curuli ſella, in toga p̃texta, tunica palmata, toga picta, triumphali corona p̃ditos, tantũq; abfuiſſe, ut eorum quicq̃ inuitis diis factum uideri poſſit, ut iã inde ex quo plebeij ad eos honores admiſſi eſſent, multo maior meliorq; reſpu. facta eſſet, ac tum quoq;, ſi quod repẽs bellum orireť, haud dubium cuiq̃ eſſet, qn nihilo maior ſpes in patritio duce, q̃ in plebeio foret. Quod in plurib⁹ reip. caſibus experientia ad id tẽpus docuiſſet. Tũ ad populũ conuerſus Decius: Certamẽ, inq̃t,

B patricij petunt Quirites, neq; quærunt quẽ certaminũ euentũ habeant, modo ueſtra commoda remorenť. Ego quod bonũ fauſtũ felixq; uobis & reipu. ſit, legem hanc uti rogatũ fuerit ſubeundã cenſeo. Adeo Decij ualuit autoritas, ut ſequenti die lex lata ſit. Creatiq; primum è plebe pontifices P. Decius legis ſuaſor, P. Sẽpronius Sophus, C. Martius Rutilius, M. Liuius Denter. Quinq; augures plebeij C. Genuti⁹, P. Elius Petus, M. Minutius. Claudius Martius & T. Publicius, atq; ita nouem augurũ & pontificũ octo numerus eſt factus, quũ ad id tẽpus, quatuor pontifices & qnq; augures, atq; oẽs patritij fuiſſent. M. Valerius eodem anno lcgẽ de ꝓuocatione bis antea ab hominibus eius familiæ latã, ut diligentius ſanciret, autor extitit. Valeria lex tantũ uetabat, ne qs ciuẽ ad populũ ꝓuocantẽ uirgis cæderet, aut ſecuri necaret, quod ſiqs feciſſet, is improbe feciſſe uideretur. Porcia lex, q̃ poſtea lata eſt, longe uehementior, quippe quæ ſiquis Romanũ ciuẽ uerberaſſet necaſſet ue, graui pœna afficiebat. Idem Valerius conſul hoc anno in Equos bellũ geſſit, ſed fama eius geſti obſcura, qa nihil in eo acciderit memoria dignum. Apuleius collega Nequinũ in Vmbria obſedit. Fuit id oppidum, ubi nunc eſt Narnia, loc⁹ qa in arduo & p̃cipiti ſitus erat, capi non potuit. Tenuit itaq; obſidio in ſequentẽ annũ, q M. Fuluium Petũ & Lu. Mãliũ Torquatũ conſules habuit. Anienſis & Terentina tribus his conſulibus ueteri numero additæ & luſtrũ conditũ. Neqnũ oppidanoꝝ ꝓditione captũ, q̃ noctu conſulẽ in urbẽ induxere. Eo colonia aduerſus Vmbros miſſa, atq; à Nare fluuio Narnia appellata. In Hetruria bellũ eſt Gallorũ interuentu motum. Eruperat ea gens hoſtiliter in Thuſcos fines. Hetruſci ut eam Gallorum ꝓcellã in Ro. auerterẽt, magnã cũ Gallis pecuniã paciſcuntur, ut ex hoſtibus ſocij facti, ſecũ in Romanos bellũ gererent. Barbari pecuniã adepti negãt eã ſibi eo noie appẽſam, ut in queq̃ militarẽt, ſed ne Thuſcum agrũ popularenť. Poſtulare igiť ut in partẽ agri reciperentur, ſi ſe ſocijs in bello uti uellẽt. quod ipſum qa uulgo eſt negatũ, pecuniam ingentem ſine labore ſortiti, retro abierunt. Nec Romani eo ſecius in Hetruriã legiones miſere, ubi T. Mãli⁹ cõſul in ferocioris eq circũactu ad terrã effuſ⁹, triduo expirauit, in cui⁹ locũ M. Valerius ſurrogat⁹, cõfeſtim in Hetruriã ad exercitũ uenit. Poſt eius acceſſum hoſtes intra munimenta ſe tenentes, etſi ante oculos uidebant paſſim agros uaſtari, uicoſq; & uillas incendi, ut acie decertarẽt cõpelli nequere. Nec in Hetruria quicq̃ deinceps memorabile eſt eo ãno geſtũ.

Proximo

Conſules.

Decij uerba contra nobilitatem.

Pontifices.

Augures.

Leges.

Nequinum oppidum. Narnia.

Conſules.

Proximo ineunte Lucanorum legati ad nouos conſules L. Corneliũ Scipionem & C. Fuluiũ C
uenere queſtũ de iniuria Samnitium,q̃ hoſtiliter ſuos fines uaſtarẽt,ꝗ ab illis in ſocietatẽ belli
trahi nequiſſent. Cęterũ malle ſe prius oĩa extrema adire,q̃ Romanã amicitiã uiolare. Orare
ꝓinde ut uniuerſam gentẽ acciperẽt in fidẽ,arcerẽtq; ab ſe Sãnitiũ iniuriã,obſides ad fidẽ da-
turos ſe eſſe,etſi bello cũ Sãnitibus inito abunde ſua apud Romanos ꝓbata eſſet fides. Cum
Lucanis fœdus ꝑcuſſum,bellũq; illatũ Samnitibus,qa res ſolenni modo repetitas non reddi-
diſſent. Cõſules inter ſe ꝓuincias partiti:Scipio Hetruriã obtinuit,Fuluius Sãnites. In Hetru-
ria ad Volaterras incerto euentu ad noctem uſq; dimicatũ. Hoſtis ſilẽtio noctis ꝓfectus,haud
dubiã Romano reliq̃t uictoriã. Poſtridie Scipio in aciẽ deſcẽdit,ut manũ cum hoſte cõſereret
cognitaq; eius fuga caſtris potiť,inde late per hoſticũ euagatus,præter agrorũ uaſtationẽ mul-
tos uicos & uillas incendit. A Fuluio quoq; ꝑ id tẽpus grãdis pugna eſt in Sãnio ad Bouianũ
depugnata,qua acie haud dubie uictor Aufidenã de Sãnitib⁹ cepit. Quanti ea uictoria apud
Romanos fuerit,ex eo poteſt intelligi,ꝗ Fuluio Romã uenienti datũ eſt,ut triumphãs urbem
ingrederet̃. Inde cũ ex Sãnio & Hetruria maior belli moles in ſequentẽ annũ oſtenderet̃, freme
rent hinc Thuſci Gallos q̃quo modo ad bellũ accerſendos,inde Sãnites ſuos duces accuſarẽt,
qui Lucano bello auerſi,florentiſſimũ exercitum Romanis cędendum obieciſſent,magno om

Conſules.

nium ordinum cõſenſu, Q. Fabi⁹ Maximus cõſul eſt factus. Erat is rei militaris atq; urbanarũ
artiũ Romanæ ciuitatis peritiſſimus. P. Decius ei collega datus, Et iã hi de ſortitione ꝓuinciarũ
& delectu accuratiſſime habendo cõcilia cõferebãt,quũ ex Nepete & Sutrio affertur ĩ Hetruria
conciliis de pace agitari. Ea res utrũq; cõſulẽ in Samnium auertit. Diuerſi tñ in hoſtẽ mouere.
Per Soranum agrum Fabi⁹,Deci⁹ ꝑ Sidicinos,uterq; ſuã regionem populatus. Cæterũ Fabi
us hoſtẽ ad Tiphernum nactus ſuos cõtinuo ĩ aciẽ eduxit. Nec Sãnites pugnam detrectarũt,
ſatius rati cũ uno cõſulari exercitu,q̃ cum duob⁹ dimicare. Fuit primo pedeſtre ꝓlium, inde &
equeſtre iniectum,acieſq; in utroq; certamine Sãnitibus immota ſtetit. Pugnabãt,ut ſiqñ ali- D
ãs,obſtinatis animis,& quum nulla ui gradu ſubmouerent̃,reſiſterẽtq; preter opinionẽ,Fabi-

Fabij ſtrata-
gema.

us cõſilij inops aliq̃diu anceps ſtetit,qua ui quaue arte hoſtẽ deturbaret. Sed ut uir erat quũ a-
cri ingenio,tũ ꝓ̃ſenti cõſilio in dubijs rebus,dat Scipioni legato negociũ,haſtatos primæ legio
nis q̃ occultiſſime ex acie ſubtraheret,hiſq; ad ꝓximos mõtes circũductis,ſeſe hoſti ex ſummo
iugo oſtẽderet. Erat ubiq; interi atrox pugna,creueratq; hoſtib⁹ anim⁹,ꝗ ad oẽs Romanoꝝ co
natus immoti,locũ tenuiſſent,quum ex mõtibus repente clamor exauditus,ꝓ̃ſenti ꝓlio occupa
tos ꝑculit. Reſiſtere tamen. Verũ Fabius Decium collegã cũ legionib⁹ adeſſe clamitãs, tantum
militibus ardorẽ ſubdidit,ut confeſtim gradu hoſtẽ ſubmouerint fugarintq;: cæſa ꝓlio ad tria

Samnitium
cædes.

milia hoſtium & quadringentos. Signa militaria tria &.xx. capta. Iunxiſſent ſe Appuli Sãni-
tibus priuſq̃ ad Tiphernum dimicatũ eſſet,niſi Decius ad Beneuẽtum obuius illis fact⁹,ꝓlio
hoſtem fudiſſet. Duo hoſtium milia hac q̃q; acie cæſa. Decius ſecundum eã pugnã iterũ Sam
nium ingreſſus,quinq; &.xl. locis in hoſtico fecit caſtra. Fabius ſex &.lxxx. Gimetrãq; urbẽ

Conſules.

cœpit. Regio tota populationibus & uaſtitate deformata eſt. L. Volũnnius & Appius Clau-
dius inde cõſules facti. Imperium Fabio & Decio,ut rem in Sãnio gererent, prorogatũ. Deci-
uſq; collega abſente adeo hoſtiũ opes populationibus afflixit,ut Sãnites patrio ſolo pulſi,fa-
cto agmine in Hetruriã abierint. Ibi cõſilio populoꝝ Hetruriæ coacto,omne Thuſcum nomẽ
in Romanos cõcitarũt. Hortati ſunt ut finitimos accolas Gallos ſecũ ad id bellũ traherẽt:futu
rum,ut trium gentiũ uiribus res Romana breui ad internicionẽ redigeret̃. Decius interea ad
uicos & oppida circũagens exercitũ,Marguntiã ualidã gentis urbẽ,ui captam diripuit, inde &
Romuleã,mox & Ferentinum,ubi ad tria milia hoſtium circa muros cæſa ſunt. Erat id oppi-
dum in Samnio diuerſum ab eo, quod haud obſcuri eſt nominis,hodie ĩ Hernicis, Sunt qui
Romuleæ & Ferentini expugnationem ad Fabium nõ Decium trahant: Alij nouorum cõſu-
lum eam laudẽ fecere. Verum dũ hæc in Samnio geruntur, ex Hetruria tumultuoſe affertur,
iã oẽ Thuſcũ nomẽ bellũ ĩ Romanos cõſciuiſſe,ingẽtẽq; uim hoĩm ĩ Sãnitiũ caſtra cõfluxiſ
ſe: Vmbros ꝑterea ĩ ſocietatẽ belli accitos, Gallos ſollicitare. Terribilis belli rumor Appiũ ĩ He
truriã exciuit. Volũni⁹ aliq̃to antea cũ exercitu ĩ Sãniũ fuerat ꝓfect⁹. Ab Appio leuiora q̃dã ꝓ
lia

lia fuerant parum ꝓſpere geſta,creuerātq; ob eā rem hoſtib⁹ animi. Et iā ꝓpe erat,ut neq; mi
lites duci,neq; dux militibus,ſatis fideret. Volūnius interea aliq̊t ex Sānitibus caſtella ceperat,
quū literis eſt in Hetruriā accerſitus,ut collegę opē ferret. Fuerint ne Appij literæ an ab alio cō/
fictæ parū liquet. Enimuero ubi eo Volumni⁹ uenit,ab Appio rogat⁹ dicit̃,an i Sānio res ſalue
eſſent,aut quænā cauſa cū impuliſſet,ut ꝓuincia relicta in alienā cū exercitu ueniſſet. Res,inq̄t
Volūni⁹,ſatis ibi ꝓſpere ſunt,tuiſq; huc literis accerſit⁹ ueni,q̄ ſi falſę ſunt,nec ull⁹ eſt mei uſ⁹,
extēplo conuerſis ſignis in Samniū,unde ueni,bona tua & oīm uenia reuertar. Tu uero abeas
inq̄t Appi⁹,nec eīm te morat̃ aliquis. Bene habet Volūnius ait,malo operā hanc fruſtra mihi
inſumptā,q̄ aliq̄d aduerſi accidiſſe. Conſulē cōuerti ſigna iubentē,Appiani exercitus legati ſi/
mul & tribuni trepide circūſiſtunt,nunc illū,nunc imperatorē ſuū orant,ne ſua diſcordia rēpu.
perderēt,plures Volūniū & obteſtari ſimul & monere,ne Romanas legiones i aperto diſcrimi/
ne relinq̄ret,ſiqua clades incidiſſet deſertori magis q̄ deſerto noxæ futurā. Rem eò adductā ut
omne decus dedecuſq; gerēdæ rei penes Volumniū futurū eſſet. Neminē q̄ſiturū quæ fuerint
Appij uerba,ſed q̄ Romani exercit⁹ ſit fortuna. Dimitti eū à collega,ſed à repu. retineri. His q̄
relis conſules pene inuitos in concionē traxere,ibi Appij cauillationibus,quū Volūnius identi
dem inceſſeret,ꝙ ex muto & elingui extēporalis ſua opera fact⁹ eſſet orator: Mallē,inquit ille,
Appi,ut tu à me ſtrenue facere didiciſſes,q̄ ego abs te ſcire loqui: at q̄n reſpu. non uerbis ſed re
indiget,conditionē fero Samniū malis,an Hetruriam obtinere. Etenim uter noſtrū melior ſit
imperator belli exit⁹ declarabit. Tum clamor ex tota cōcione ort⁹,hortari ut ambo in Hetruria
eſſent. Petente aūt Volūnio,ut clamore ſibi ſignificarent,uellēt ne ſe ibi manere an abire,tant⁹
iterū clamor elatus eſt,ut hoſtē è caſtris exciuerit. Tum uero arreptis armis, ſuos Volumnius
in aciē educit. Seq̄tur Appius,uerit⁹ ne oēs legiones,ſe inuito collegā ſequerent̃. Fuit prælium ab
initio pene tumultuariū,alijs ſuꝑ alios utrinq; in pugnā ruētib⁹. Hetruſci Volūnio oblati ſunt,
Samnites Appio,q medio pugnæ ardore Bellonæ in illis locis ædē uouiſſe dicit̃. Fuit deinceps
aliquandiu anceps certamē. Poſtremo fuſi hoſtes in caſtra cōpellūt̃,q̄ Roman⁹ uictor oppug
nare adort⁹,in nouū incidit ꝑliū. Tueri Hetruſci Sāniticæq; cohortes uallū,tanta animorū per
tinacia,ut longe maior in caſtris,q̄ in acie,ſit cædes edita. Ad ſeptē milia & trecentos hoſtiū cæ
ſi,duo milia & centū. xx. capti. Caſtra capta milites diripuere. Sed dū conſules omniſq; Ro/
mana uis in Hetruſcū bellū uerſa eſt,nou⁹ hoſtiū exercit⁹ ex Samnio egreſſus,ꝑ Veſtinos in
Cāpaniā Phalernūq; agrū deſcendit. Tū multa præda graue Volumni⁹ ex Hetruria rediens,
circa Vulturnū amnē adept⁹,caſtris exuit,exutū fugat,multaq; cæde diſijcit. Hic quoq; ad ſex
milia hominū cæſa,duo milia & q̄nquaginta cū ipſo duce capti,& ꝙ lætiſſimum Romāo fuit,
ſuꝑ aliā prædā ſane opulētam,ſeptem milia captiuoꝝ & amplius ſunt recepta. Preſens Sam/
nitiū mot⁹,& q̄a in Hetruria poſt Volūnij digreſſum hoſtes feroci⁹ coorti Vmbros & Gallos
accerſere dicebant̃,Romæ tantū terroris fecere,ut iuſtitiū indictū ſit,habituſq; delect⁹ nō ſolū
ex iunioribus,ſed ſenioꝝ quoq; ſint cohortes aliq̄t cōſcriptæ,libertiniq; centuriati. Leuarūt hūc
ciuitatis metū Volūnij literæ,q̄b⁹ ſignificatū eſt,Cāpaniæ ꝓdatores ad Vulturnū oppreſſos.
Recreata lætiſſimo nūcio ciuitas,iuſtitiū remiſit,decretaq; eſt cōſulis nōie ſupplicatio,duæ colo
niæ aduerſ⁹ hmōi Sānitiū mot⁹ deſtinūtæ,ad oſtiū Liris una,q̄ Minturnæ eſt poſtea appella/
ta: altera in Veſtino,ubi Synope Greca urbs fuit. Coloniā ipſā Ro. Sinueſſam dixerunt. Cete/
rum quatuor gentiū conſpiratio quæ in armis eſſe dicebant̃,ab coloniaꝝ deductione ciuitatē
auertit. Thuſci,Galli,Vmbri,& Samnites i unū coiuerāt,binaq; caſtra fecerāt,quādo tāta uis
hoim unis teneri nō poterat. Ob hæc igit̃,& q̄a comitioꝝ tēpus inſtabat,L. Volumni⁹ Romā
reuocatus,priuſq̄ centuriæ ad ſuffragia uocarent̃,graui oratione populū admonuit,ut memi/
niſſet die illo aduerſ⁹ quatuor ferociſſimas gentes duces legi oportere. Quanta enim belli mo/
les inſtaret,uel ex eo intelligi poſſe,quod aduerſus Hetruſcos & Samnites duobus conſulibus
duobuſq; conſularibus exercitibus opus fuerit,ut in Hetruria reſpu. eo anno ex ſententia ad/
miniſtraret̃. Acceſſiſſe Vmbros & Gallos oīm gentiū Romano nomini infeſtiſſimos,nō grati
am,non gen⁹,ſed uirtutē in futuris ducibus ſpectandā. Ex uniuerſa ciuitate legendos qui in tā
to reꝝ motu rempublicā felicitate,prudentia,autoritate tueantur. Inclinabant omnium ſtudia
in Fabium Maximum tum Romanæ ciuitatis lōge principē. Is quū diu multumq; imperiū de/
trectaſſet

Appij ſuperbia.

Thuſcorum & ſamnitiū cædes.

Minturnæ. Synope. Sinueſſa.

trectaſſet,ætatem excuſando,parũꝗ; proficeret,à populo petit,ut quando precipuum rerũ ge/ C
rendarum momentũ in ducum concordia uerteret,ſibi P. Decium collegã darent,cũ ꝗ bis con
ſul fuiſſet,cõcordiꝗ; animo rempu.adminiſtraſſet. Dedit id libens ciuitas, ac Decius cũ Fabio
conſul eſt creatus. L. Volũnio imperium foris prorogatũ. Multa eo anno prodigia extiterunt,
quorum auerruncandorũ cauſa,ſupplicationes in biduũ ſunt decretę. Vinum & thus publice
præbitum,à uiris & fœminis paſſim ſupplicatũ Certamenꝗ; ex ea re inter mulieres ortũ. Vir/
ginia Auli Sulpitij filia patricij generis, cæterum plebeio uiro L. Volumnio,ꝗ ſuperiore anno
conſul fuerat,matrimonio locata,patriciarum cœtu ſacellum pudicitiæ, quod in foro Boario
fuit ad rotundã ædem Herculis adire prohibita,mulier ferox,cõtumeliæ impatiens,ĩ parte ædi
um,quas in longo habuit uico à prophano uſu excluſa, aram plebeię pudicitiæ conſtituit,hor
tataꝗ; eſt eiuſdem ordinis matronas,darent operã, ut ara illa à ſanctioribus caſtioribuſꝗ; quã
patricia,coli crederetur,Ita contigit,ut pudicitia iam inde duobus ĩ urbe locis ſit culta. Nulli ni/
ſi ſpectatæ pudicitiæ,& quæ uni nupſiſſet,fas erat ad patriciam illam aram, aut plebeiam ſacri/
ficare. Vulgata deinceps religio,& à pollutis frequentari cœpta,nec matronis ſolum,ſed omnis
ordinis mulieribus. Poſtremò ritus non modo non integer manſit,ſed in obliuionem etiã ue/
nit. Eodẽ anno fœneratoribus quibuſdam multatis. Gn. & Q. Ogulnij ædiles curules ęnea in
Capitolio limina,& trium menſarum argentea uaſa,in cella Iouis,Iouẽꝗ; in culmine cum qua
drigis poſuere. Pliniꝰ fictile id opus fuiſſe autor eſt,& ad Ruminalem ficũ Romuli & Remi ſi/
mulacra ſub lupæ uberibus ſtatuerunt,ænea hæc ex aliena materia,Liuius haud diſerte poſuit.
Viſitur hodie Romæ ſignum ex ære factũ,apud urbis conſeruatores,lupa eſt duos ad ubera
infantes habens,ſit ne uetus illud ſignum,de quo Liuius,an aliud recẽs ab eo diuerſum haud
affirmare auſim. Ortum inde inter conſules certamen,patribꝰ extra ordinẽ Hetruriã Fabio de
cernentibꝰ,Decio eam rem ad ſortem reuocante. Cæterũ populꝰ ad quẽ Decius à patribꝰ con
fugerat,haud minore conſenſu ꝗ ſenatus,extra ſortem Fabio prouinciam detulit. Nec ita mul
to poſt Fabiꝰ cum quatuor militibus & ſexcentis,quos ex ingẽti multitudine nomina dare uo/ D
lentiũ in ſupplementum legerat,in Hetruriã conceſſit. Habebatꝗ; tũ Appius prioris anni con
ſul caſtra haud procul ab hoſte ad Acharnã oppidum. Huc quũ Fabius contenderet, in Ro/
mãos lignatores incidit,ꝗ Fabij acceſſu audito,læti illi occurrerant,feliciter uenire iubẽt,palãꝗ;
Ro. Po. agũt gratias,ꝗ inuictum ſibi ducem deſtinaſſent. Rogati inde quo tenderent,quũ lig/
natum ire ſe reſpondiſſet,tũ Fabiꝰ,nõne & caſtra uallo munita habetis? Duplici,inqunt,uallo
nec adhuc ſatis nobis tuti uidemur. Ite retro conſul ait,affatim lignorũ in ꝓximo eſt,uallũ con/
uellite. Procurſum itaꝗ; in caſtra,ubi Appio & aliis conſularis imperij ignaris nouus eſt terror
iniectus,poſteaꝗ tumultuoſius uallũ à calonibus cœperat refigi. Ceſſit inde metꝰ, ubi conſul
appropinquare dictus eſt,atꝗ; eius iuſſu id fieri. Fabiꝰ Appio ad urbẽ miſſo, poſtridie motis
caſtris,aliquandiu eſt per hoſticũ euagatus. Dein appetente uere,legiõe una ad Cluſiũ relicta
id oppidũ tũ Camarſolim appellabant,ipſe Romã ad conſultandum de repu. redijt, Legioni
ad præſidium relictæ L. Scipionẽ ꝑfecit. Ibi Appio prioris anni conſule,ꝗ ꝑtor urbanꝰ erat fa/
mam belli augente,placuit ut Decius quoꝗ; cũ Fabio eo anno in Hetruria eſſet,L. Volumnio
Samniũ demandaret. Conſules ex urbe cũ legionibꝰ Cluſiũ tendebãt. Interea Senones Galli
Romanã legionẽ,ꝗ in Hetruria à Fabio relicta fuerat,ex impuiſo adorti,Scipionẽ tumulũ ur/
bi proximũ capere conantem,ut ſuos inde tutaret cũ tota legione circũuentum trucidant. Fa/
ma eſt ne unũ ꝗdem ſuperfuiſſe,qui cladem nunciaret: Quidã eam cladem ab Vmbris illatam
memoriæ prodiderunt,nec adeo rem afflictam,qu in pabulatoribus circũuentis e caſtris con/
tinuo auxilium affuiſſe,ac tum hoſtem adempta ꝑda,ꝓcul fugatũ. Conſules hoſte ad Cluſiũ
nõ reperto, Apẽninum tranſgreſſi,in Sentinati agro conſederũt. Hoſtes ubi Romana caſtra
in proximo uidere,ita inter ſe cõparant,ne quatuor gentiũ fortuna, in unũ pugnę diſcrimen
coniiceret,ut partiti copias,alij in pugnã deſcenderent,alij extra aciẽ Romana caſtra oppugna/
rẽt. Gallis & Samnitibus pugna delegat, Vmbri interea & Hetruſci caſtris imminerent. Hæc
hoſtium conſilia Cluſini tranſfugæ ad Romanos cõſules deferũt,ad quæ diſcutienda, Fuluio
& Poſthumio,ꝗrũ hic in Vaticano,ille ĩ Phaliſcis,ad hos caſus,exercitũ habebãt,copias Cluſi
um admouere imperãt,lateꝗ; hoſtiũ fines populari. Huius populationis fama Thuſcos ex Sẽ
tinati

Conſules.

Prodigia.

Pudicitiæ ara.

Lupa ænea.

Cluſium oli camarſolis.

Cæditur Romana legio ad Cluſium.

A tinati agro,ad cladem arcendam citra Appenninũ reuocauit,quibus abſentibus cõſules rẽ ge
rendã rati,hoſtẽ prælio laceſſunt,biduum leuioribus prælijs datum,Poſtremo totis uirib⁹ in
planiciẽ deſcenſum.Interea quũ utrinq; inſtructi ſtarent,lupus ceruam ex proximis montib⁹
perſecutus,medium inter utrãq; aciem percurrit ſpatium.Inde cerua ad Gallos curſu delata cõ
figitur.Lupus in Romanos auerſus per medios ordines(data eſt enim Martiæ feræ ad euadẽ
dum uia)incolumis euaſit.Dextro cornu Galli,ſiniſtro Samnites conſtiterunt.Gallis ſe Fabi
us obiecit cum prima & tertia legatione,Deci⁹ quintam & ſextam aduerſus Samnites tenuit,
Secundam Volumnius & quartam per id tempus in Samnio habebat.Adeo æquis ab initio
uiribus eſt utrinq; cõcurſum,ut ſi Hetruſci prælio interfuiſſent, clades omnino ingens fuerit
eo die Romanis adeunda.Trahere Fabius de induſtria prælium:etenim ſatis ſcire hoſtium fe
rociam,cum ipſo ardore pugnæ,remiſſum iri.Nota erant Gallorum ingenia laboris & æſtus
intolerantiſſima.Terribilia primo & ferocia,mox fluida & remiſſa. Contra Decius quicquid
uiriũ habuit primo certamine effudit,& quia pedeſtris pugna frigidior erat,equitatum in ho
ſtes concitat,Ipſeq; globo immixtus,ad rem bene gerendam cæteros hortatur.Bis Decius fu
dit aduerſum equitatũ,perruperatq; iam in medias Gallorum alas,quum in nouum gen⁹ pu
gnæ incidit.Armatus hoſtis in eſſedis ſedens,ingenti equorũ & rotarum ſtrepitu inuect⁹ Ro
manũ equitatum nouitate rei territum in fugam auertit,uiroſq; & equo ruẽtes improuida fu
ga proculcat.Multi uehiculis in mediũ agmen actis obtriti,nec Galli interim ullum reſpiran
di ſpatium territis dabant,inclinaueratq; haud dubie ab ea parte fortuna.Decius ubi, neque
precibus,neq; minis ſiſti poſſe fugã uidit,paternũ ſecutus exemplũ M.Liuio pontifice quem
ad hos caſus penes ſe in acie habuit,præfari carmẽ iuſſo,ſe & hoſtiũ legiones dijs manibus de
uouit.Deuotus Gabino ritu cinctus,qua cõfertiſſima erat Gallorum acies,bellatorem equũ
immiſit,ibi infeſtis telis undiq; petitus extemplo concidit.Ducis interitus qui terrori alioqui
militibus eſſe ſolet,mirũ dictu inclinatam aciẽ à fuga reuocauit.Hortari pontifex ac teſtari ui
B ciſſe Ro.fato conſulis defunctos eſſe omni periculo.Gallos & Samnites telluri & dijs manib⁹
deuotos iam pugnæ immemores alienata mente aſtare, irent deuotãq; aciem ſternerent,Et iã
Martius & Cornelius Scipio cũ ſubſidio aderant à Fabio miſſi,ita pugna non ſolum ea par
te inſtaurata eſt,ſed cœptus etiã ſterni hoſtiũ globus.Fabius Gallis dextro cornu fatigatis,Sã
nitibuſq; fugam circũſpectantibus una equitũ ala immiſſa,quæ à tergo Barbaros inuaderet,
terrorem illis incutit,quos loco ſubmotos principes tertiæ legionis degrauare iubet.Et iam pa
lam utrinque hoſtes fuſi paſſim ſtatuebantur,quũ conſul ad Samnitium caſtra oppugnãda
occurrit,quæ Gellio hoſtiũ duce cadente momento temporis ſunt capta.Cęſa eo die quatuor
& uiginti hoſtium milia,Octo capta.Nec Romanis ea uictoria incruenta fuit ſeptẽ milib⁹ ex
Deciano exercitu,mille & trecentis ex Fabiano in acie amiſſis.Spolia hoſtium Fabius in unũ
coaceruata uictor Ioui ex uoto concremauit.Decij corpus poſtridie inuentum,multis militũ
lachrymis honorificentiſſime eſt funeratũ,Per eos dies quib⁹ in Sentinati agro eſt proſpere à
Romanis pugnatum,Gn.Fuluius in Hetruria hoſtiles agros late populatus,manum cũ Tu
ſcis conſeruit,ac tria hoſtium milia & amplius una acie confecit.Samnitium agmen caſtris ex
utum,quum in Samnium conſternatum abiret,à Pelignis circũuentum,ex quinq; milibus q
pugnæ ſupererãt mille ferme obtrũcati ſunt.Fabi⁹ Romã reuerſus,de Gallis Sãnitib⁹ & um
bris triumphauit.Celebrata eſt eo triumpho militari carmine Decij conſulis mors,Militibus
octogeni bini æris dati ex præda,ſagaq; & tunicæ munera ea tempeſtate rara.L.Volumnius
in Samnio hoſtem in Tifernum montẽ compulſum,iniquitate loci nihil deterrit⁹ fudit fuga
uitq;.Rebus utrobiq; bene geſtis,in Hetruria tamẽ & Samnio nihilominus bellũ adhuc reſi
duum erat,& Tuſci Peruſinis autoribus rebellauerant poſt conſulis digreſſum,& Sãnites Ve
ſtinum & Formianum agrum prædati,omnia terroris compleuerant.In eos Appi⁹ Claudius
prætor cum Deciano exercitu eſt miſſus.Fabius in Hetruriã reuerſus quatuor milia Peruſino
rum prælio occidit,cepit ad mille DCC.& XL.Appius & ipſe collatis cum Volumnio caſtris, in
Samnites acie dimicauit.Atrox pugna fuit,Romanis ęgre ferentib⁹,quod toties Samnites re
bellaſſent,Samnitibus ſpe ultima uitæ & fortunarum dimicantibus.Cæſa ergo Samnitum.
XVI.milia & ducenti,duo milia capta,& ſeptingenti. Fuit hic annus rebus bellicis felix,ſed

Augurium

Ferox concurſus

Gallorum ingenia

Gallorum commentũ.

Decij deuotio

Cæſorũ hoſtiũ nũerus

Fabij triumphus

Peruſinorũ cædes

Prodigia

ciuitati peſtilens,uarijſq; prodigijs ſollicitus:nam & terrā multifariam pluiſſe ferunt, & in Ap pij Claudij exercitu pleriq; fulmine icti ſunt. Ob quæ prodigia ſunt libri Sibyllini aditi & Q. Fabius Gurges cōſulis eius anni filius,aliquot matronis ſtupri damnatis ex multatio ære Veneris ædem ad circū maximū ſtatuendam curauit. Habuit ſequens annus cōſules M. Poſthumium Megillum & M. Attilium Regulum. Ambobus Samnites prouincia data, bellū anno ſexto & quadrageſimo iam antea inchoatū,adhuc cū his erat. Poſthumius aduerſa ualetudine implicitus Romæ fuit. Attilius in Samniū profectus in ipſis finibus hoſtem obuiū habuit. Hic Samnites,quod uix Ro. toties uictor fuiſſet auſus,Romana ſunt caſtra oppugnare adorti. Tantū ultima deſperatio nonnunq̃ audere cogit. Texerat caligo ingens terram,ut lucis etiā uſum adimeret,hac temporis opportunitate Sānites freti, improuiſo acceſſu, decumana porta,cuſtodibus cæſis, in Romana caſtra irrumpunt. Clamore inde ſublato quæſtorium occupant, Opimiumq; quæſtorem obtruncant. Conſul ſubito tumultu excitus duabus cohortibus ad prætorij cuſtodiam relictis in hoſtem uadit,anceps primo certamē fuit, ut in re dubia, inde militū globus conſulis præſentia & periculo commotus,ſumma ope annixus,hoſtem caſtris eiecit. Eiecto inſtare inſidiarum metu non eſt auſus. ccc. hoſtium periere, Romanorum. cc. circiter & xxx. Tantum audaciæ attulit ſucceſſus ille hoſtibus,ut pabulatione infeſta coactus ſit Conſul hoſtium finibus excedere. Is terror ad urbem perlatus Poſthumium alterum conſulem,qui uix bene à morbo conualuerat,in prouinciam traxit. Ibi duo conſules cū duobus exercitibus hoſticum ingreſſi, Poſthumius Miloniam poſt acerrimū certamen expugnauit. Cæſa dicuntur ad tria hoſtium milia, quatuor capta & ſeptingenti. Ad Ferentinū mox itū. Hoc & alia pleraq; oppida ſine certamine ex Samnitibus capta, unde ab hoſte populariter fuerat migratum. M. Attilius maius omnino negocium cum hoſte habuit, & in Lucernis finibus primo incerto euentu congreſſus,agmen adeo uulneribus affectū in caſtra reduxit, ut poſtridie quum neq; precibus, neq; minis in aciem educere poſſet, ſtatuerit uel ſolus in prælium ire, certo moriendi conſilio,priuſq; à Samnite toties uicto ſe circūuallari pateretur. Enimuero hoſtes procul abituri,quum una recta uia eſſet,quæ ante Romanorū oculos ducebat,aliā omnino ſpeciem præbuerunt à fuga longe diuerſam,uelut ad Romanū uallum oppugnandū pergerent,non fugā meditarentur. Tribuni primo & centuriones, mox reliqua acies pudore affecta,eundem conſulem in aciem eſt ſecuta. Samnites ubi hoſtē adeſſe uident,ſarcinis in mediū coniectis,ſeſe ad pugnam expediunt. Vtrinq; acies nonnihil immota ſtetit,atq; anceps an pugnam capeſſeret. Dein prælio inito Romani in fugam uertuntur. Tum conſul cū equitibus, curſu ad portas delatus,ferri aciem in fugientes uertit,equitibus ut idem faciant edicit,alta uoce milites increpans,nunc timidos,nunc ignauos uocat, aut redeundum in aciem eſſe proclamat,aut ante uallum pro hoſtibus cadendum. Miles neceſſitate adductus in hoſtem uertitur, & conſul Statori Ioui ædem uouet,ſi ſuorum fuga eo die ſiſteretur. Conuerſis ſignis redintegratur prælium pulſiq; retro ad impedimenta Samnites, illic iterū hæſit pugna: ubi uero hoſtis à Romano equite circūuentus,quum à fronte ſatis ſuperq; à milite grauaretur, poſt cædē & ſtragem multam,ad deditionē ſe conuertit. Septem milia deditorum & ſeptingenti ſub iugū miſſi. Pugna ad quatuor milia abſumpſerat,nec incruenta obtigit ea Romanis uictoria, ſeptē militibus & ccc. deſideratis. Paucis inde diebus alter Samnitiū exercitus præda onuſtus in Attilium ipſum,à Luceria redeuntē,incidit. Hic quoq; hoſtis ſubito prælio exceptus præda exuitur,multiſq; in medio cæſis, fœda fuga diſſipatur. Tentauerant hi Interamnā Romanā coloniam in Latina uia occupare,quod inceptū quia ijs irritum fluxerat, magnam ex circūiecto agro prædam abegerāt. Res Interamnatibus reſtitutæ. Ipſi Attilio comitiorum cauſa Romam uenienti,ob ingentem militū iacturam,& ꝙ captiuos hoſtes iniuſſu patrum ſub iugum miſiſſet,negatus eſt triumphus. Poſthumius alter conſul, quia in Samnio iā belli materia deerat,in Hetruriam tranſgreſſus, Volſinenſem agrum primo uaſtauit, duobus milibus hoſtiū cæſis,qui ad arcendam populationem occurrerant. Roſſellanus inde ager uaſtatus, & oppidū cum magna hoſtium cæde expugnatum. Ob hæc & quia res Hetruſcorū multis cladibus alijs ſuper alias fuerant acciſæ,pax fuit in reliquū anni. Tribus Hetruriæ urbibus, ut tū opes erant, ualidiſſimis, Volſinijs,Peruſia,& Arretio pacem petentibus induciæ in XL. annos datæ,mulctaq;

Conſules.

Samnitiū facinus.

Milonia capitur.

Attilij ferocia.

Samnitium deditio.

Interamna.

A ctaq; quingentum milium æris ſingulis ciuitatibus indicta. Poſthumius Samnio & Hetruria domitis, quum Romam reuerſus à ſenatu triumphum non impetraret, quia in Hetruriā iniuſſu patrū ex Sānio trāſtuliſſet, ad Tribunos plebis cōfugit, res inde ad populū delata, cuiꝰ ſuffragio inuitis patribus Poſthumius celebrē triumphū egit. Claudius Quadrigarius ſcripſit Poſthumium, poſt aliquot urbes in Samnio captas, ab hoſte in Apulia fuſum, Luceriamq; compulſum, nec uter conſulum in Hetruria bellum geſſerit apud alios ſatis liquet. Qui hunc annum proxime ſecutus eſt, L. Papyrium Curſorem conſulem habuit, qui ingēti prælio, & quāto poſt Papyrium patrem fuerant à nullo uicti, Samnites ſtrauit. Miretur hic aliquis, nec immerito, quonā modo una gens toties cæſa, aut temere bellum reparare ſit auſa, aut reparando par tot cladibus eſſe potuerit. Quod ſæpius rebellarint Samnites, partim ferox ingeniū fecit, partim locorū opportunitas. Montana ferme eſt eorū regio nec multum externis armis peruia ira adhæc, & inueteratū cū iniuria odiū, ſupra uires animos exagitabat, ut quum maxime uinceretur ſe haud uinci putarentur: ſed nihil æque in tot annos bellum traxit ac populorum multitudo, ut credere par ſit, non uno tēpore ab omnibus bellatū, atq; ita eueniſſe ut dū alij interim eiuſdē gentis in armis eſſent, ad reparandam ſobolem ſatis ſit temporis quieſcentibus datū. Coniurauerat igitur per id tempus, quod haud antea acciderat, omne Samnitium nomen. Eſtq; ſacrata lege, ut olim, inter eos fœdus ictum. Ioui ſacrū fuit caput eius, qui ad Imperatoris edictū non extēplo affuiſſet, quiue illius iniuſſu deſeruiſſet ſigna. Ad XL. armatorū milia hac lege uelut initiata Aquiloniam conuenerant. Hic in medio caſtrorum loco linteis & cratibus cooperto aram ſtatuerunt, ad quam multis uictimis cæſis centuriones nudis enſibus circūſtabant. Huc ſigillatim primores gentis admoti iurare cogebantur, quæ audita ibi uiſaq; eſſent nonnulli ſe enūciaturos, ſe deinde familiāq; ſuā cum tota ſtirpe execrari, niſi ad imperatoris edictum conuenirent, citiuſq; in acie occumberent, quàm ex acie metu refugerent, aut ſi fugientem uidiſſent quēquā, niſi pro hoſte habituri eſſent. Pleriq; id ſacramenti genus detre- B ctantes ante aram ipſam, confoſſi perierunt, ut corpora inter uictimas proiecta cæteris terrori eſſent, quo minus id iuſiurandum abnuere auderent. Ouius Pacciꝰ homo magnꝰ natu ſacro præfuit, qui ſe ex ueteri Samnitium diſciplina morem hunc hauſiſſe affirmabat, tam religioſe, nec aliter à maioribus ſuis olim cōiuratū dictitans, quū illi adimendæ Hetruſcis Capuæ cōſilium cepiſſent. Igitur primum agmen ex lectiſſimo quoq; XVI. milia armatorum habuit. ea legio linteata dicta eſt à tegumento ſepti, in quo fuerant ſacramento admoti. His arma inſignia data, & criſtatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent XX. milium & amplius alter exercitus non ſpecie corporum, aut belli gloria, ſed armorū habitu linteatæ legioni diſpar, atq; hoc hominum robore Samnites ad Aquiloniam conſederunt. Sp. Caruilius Papyrij collega aliquāto prius in prouinciā uenerat cum his legionibus, duas M. Attilius ſuperioris anni conſul in agro Interamnati reliquerat, cepitq; Amiternum oppidū de Samnitibꝰ. Duo milia hic hominum cæſa, quatuor & amplius capta. Paucis inde diebus Papyrius conſul, cum nouo exercitu Samnium ingreſſus, Duroniam expugnauit, maior hic cędes, quā ad Amiternum edita, inde conſules per hoſtium agrum euagati, ad Cominium Caruilius conſedit, Papyrius ad Aquiloniam, ubi hoſtes ab initio caſtra fecerant. Hic aliquot dies leuioribus prælijs abſumpti. Poſtremo Papyrius extremæ dimicationi intentus, ad collegam mittit (diſtabāt inter ſe Romana caſtra ad XX. milia paſſuum) eſſe ſibi in animo poſtridie cum hoſte confligere, daret interim operam, ut Cominiū acrius aggreſſus, hoſtem interim occupatum haberet, ne ſuis ſuppetias iret. Ipſe prius quā ſignum pugnæ proponeretur, pauca pro concione militū de uano hoſtium apparatu locutus, Non galeæ, inquit, uiri fortes, non clypei, non linteæ tunicæ, quæ ab hoſte ad terrorē oſtendūt, plus in acie ualēt, quā ferrū, hoc opus, quū res gerenda eſt, hoc aduerſos cuneos reſcidit, uiāq; ſibi ad uictoriā facit. Illa qdē non tā pugnę neceſſaria, quā geſtu decora, eſtq; illecebra q̄dā hoſtiū ad p̄dā anhelantiū. Quid ſi nō ſæpe experiētia cognitū eſſet quā uanus ſit eiuſmodi rerū apparatꝰ, ac tū maxime quum aurea argēteaq; eiuſdē gētis acies à patre meo occidione occiſa eſt? Honeſtiora quidē tū ſpolia uictoribꝰ fuere quā ijs, q antea geſtauerāt eſſe potuiſſent, & iā forſitā familiæ noſtræ datū ut aduerſus maximos huiꝰ gentis conatus Papyrij duces opponamur, ſpoliaq; à nobis referātur ad publicorū ornamentū locorum idonea

Induciæ Hetruſcis dantur

Cur Samnites toties rebellarint.

Sacratum fœdus

Legio linteata.

Conſ. Amiternū

Duronia Cominiū.

Oratio Papyrij ad ſuos

nea. Scio ego deos fœderum ultores adeſſe, ꝗ toties hoſtes petita fœdera fregerint, nec arbi- C
tror gentem ipſam magis unꝗ infeſtos habuiſſe deos, ꝗ̃ hoc tempore, quo illorũ aras huma-
no ſanguine fœdarũt, inuituſꝗ; ſit miles ſeipſum deuouere coactus, ita ut merito ſint deos in-
feſtos, ciues, & hoſtes eodem tempore habituri. Milites in ſpem bene gerendæ rei huiuſmodi
ſermone erecti, alacri clamore pugnã depoſcunt, dolentꝗ; in poſterum diem certamen differ-
ri. Nemo erat, qui nõ pugnæ cupiditate teneretur, ita ut pullarius in auſpicium à conſule miſ-
ſus, quum pulli non paſcerent mentitus ſoliſtimum conſuli tripudium renunciare ſit auſus.
Lætus conſul tanꝗ uera audiuiſſet, ſignũ pugnæ proponit, interim tranſfugæ indicio ad con-
ſulem defertur xx. hoſtium cohortes Cominiũ profectas, quod ne collegam lateret, miſit qui
curſu celerrimo id illi nunciaret, inde copijs in æquum eductis, dextero cornu L. Volumnium,
Romana acies. læuo L. Scipionem præfecit, C. Cæditium & Trebonium legatos equitum alis præeſſe iubet.
Spurio Nautio edicit, ut mulos clitellis detractis, cum cohortibus alarijs, occulte montibus cir
cumageret, inde medio congreſſu ex colle prius demõſtrato cum ſtrepitu & clamore noui ſub-
ſidij ſpeciem ſuis exhiberet, & iam concurſuræ erant utrinꝗ; acies, quum ad cõſulem defertur
ortam eſſe inter pullarios de auſpicijs contentionẽ. Ipſi, inquit, luant, ſiquid fraudis ineſt, mihi
ſoliſtimũ tripudium nunciatum eſt. Hæc ille, atꝗ; una mandat pullarios in prima acie conſti-
Pullarij interitus. tui. Mirũ hic accidiſſe aiunt, ut priuſꝗ; pugna orta ſit, Pullarius ante aciẽ ſtãs telo ſaucius con-
ciderit. Sed qualia hæc habenda ſunt, ſæpius eſt à me ſignificatũ. Id ubi conſuli renunciatũ eſt,
dij, inquit, in prælio ſunt. Luit mendacij pœnam noxiũ caput. Cui hæc dicenti coruus, uel ma-
lus dæmon potius ſuperne occinuit, quo lætus augurio conſul ſigna canere clamoremꝗ; tolli
iuſſit. Raro aliâs tã diſparibus animis præliũ eſt initũ. Hinc ira, ardor, ſpes, militem in prælium
rapit. Illinc implicitus ſuperſtitione miles, religionis metu à fuga prohibetur, accurrere dirus il-
le ſacrorũ apparatus, atꝗ; fando nefandoꝗ; ſanguine conſperſæ, ſæua execratio, ac furiale car-
men fugæ obſtabat, plus ciuẽ ꝗ̃ hoſtem timere. Stat Romanus contra, attonitũꝗ; metu hoſtẽ,
atꝗ; ægre pugnantẽ, ab utroꝗ; cornu urget, & iam cædes ad hoſtiũ ſigna peruenerat, quũ pro- D
Samnitiũ ſtupor. cul denſus puluis ſignificauit recentes adeſſe copias. Is Nautius erat qui, ut conſul iuſſerat, ra-
mis arborũ torrido ſolo uerſis, cum ſuis de induſtria denſum puluerẽ excitabat. Perculit ſubi-
Papyrij ſtratagema. tus aſpectus non Samnitẽ ſolum, ſed Romanũ etiam militem Papyrij conſilij ignarũ: ibi con
ſul alta uoce collegam Cominio capto adeſſe conclamat, irẽt milites atꝗ; enixius conati hoſtes
priuſꝗ; alter exercitus adeſſet, funderent fugarentꝗ;, totamꝗ; ſibi præſentis uictoriæ laudem
uindicarent. Hæc ille equo ſedens, unaꝗ; centurionibus imperat, ut repente patefactis ordini-
bus, ſpatiũ equitibus darent ad hoſtes inuadendos, qui ſigno accepto cũ fremitu in aduerſam
aciẽ decurrunt. Interea hinc Scipio, inde Volumnius nihilo ſecius Samnitẽ ſternunt. Hoſtes
undiꝗ; degrauati, ui hominũ deorumꝗ; neglecta, ſimul iurati iniuratiꝗ; fugam capeſſunt. Pe-
ditũ agmen ex acie reuulſum ad Aquiloniã in caſtra fugam inclinat, equites & omnis nobili-
tas Bouianũ, Caſtra à Volumnio extemplo capta ſunt, Scipio qui ad Aquiloniã curſum in-
tenderat, ſuos hortatus, ad terrã deſiluit, ſcutoꝗ; ſuper caput elato, portas ſubire pergit. Secuti
mox alij, factaꝗ; teſtudine in urbẽ Romanus irrupit. Tenuit tamẽ certamẽcũ hoſte ad noctẽ,
cuius ſilentio oppidani & qui eo ex acie cõfugerant agmine deceſſerũt. Cæſa uno die ad Aqui
Hoſtiũ cædes. loniã xxx. hoſtiũ milia. ccc. xl. Quatuor milia capta & amplius, ſigna militaria ſeptẽ & no
naginta. Pari euentu ab altero conſule res ad Cominiũ geſta: admouerat ille urbi copias præ
ſidijs circa portas diſpoſitis, nequa fieri poſſet eruptio, quũ nunciũ accepit de xx. cohortibus,
quæ eo uenire dicebantur: tum præſenti uſus conſilio, Deciũ Brutum cũ legione una xx. co-
hortibus alarijs uenientibus mittit obuiam, mandatꝗ; ut ſi inſidijs exceptũ hoſtem opprime-
re non poſſit, procul ſaltẽ ab urbe acri certamine diſtineat. Ipſe ſcalis haud uno loco admotis
teſtudine ad portas ſuccedit, & in muris & pro portis reſtitit ab initio hoſtis, atrox pugna utro
biꝗ; fuit. Poſtremo refractis portis, muroꝗ; pluribus locis ſubruto, ubi uictorẽ intra mœnia
Cominiũ capitur. Samnites uiderunt, in forũ eſt concurſum. Ibi paululum redintegrata pugna eſt, fuiſſetꝗ; per
oẽm ſexũ & ætatẽ ſine diſcrimine cædes euagata, niſi ſubito abiectis armis uicti ueniam implo
raſſent. xl. milia ccc. in fidẽ conſulis uenere, ad quatuor milia cæſa. Cohortes, quæ uēturæ di
cebãtur, in caſtra medio itinere reuocatæ neutri prælio interfuerũt. Egeruntꝗ; rerũ omniũ in-
certi

A certi noctẽ unã,iter Cominiũ & Aquiloniã. Poſtridie ſub lucẽ rebus per noctẽ utrinq; exploratis,præcipiti fuga Bouianũ cõceſſerunt,cc. extremi agminis qđ Romani equites carpebãt,amiſſis. Aquilonia & Cominiũ urbes direptæ uno die deflagrarũt. Mutua inde congratulatione conſules cãſtra iunxerunt,atq; uterq; ſuos,ut erãt cuiuſq; merita, Corniculis. Armillis, Aureiſq; coronis donauit. Mox ubi per literas Romã ſignificarũt quàm feliciter reſp. in Samnio adminiſtrata eſſet,diuerſi cum ſuo exercitu,Papyrius ad Sepinum oppugnandum,Caruilius Volanam abierũt,Romæ quatriduũ ob res feliciter in Samnio geſtas ſupplicatum. Caruilius paucis diebus, Volanam,Palumbinũ,Herculaneum de Samnitibus cepit,atq; ad Herculaneũ bis pugnatum,cæſaq; ad x. milia hoſtium. Erantq; res Samnitium per hæc quantum nullo antea tẽpore acciſæ,quũ Cõſules iuſſi ſunt inter ſe Hetruriam prouinciam ſortiri:iam enim Hetruſci,Phaliſcis in ſocietatem belli aſcitis defecerant. Caruilio Hetruria euenit. Ad Sepinum durius certamen cum hoſte fuit,cæterum urbe bellicis operibus & uirtute militum capta,iræ Papyrius indulgens,crudeliter uictoriam exercuit:ad VII. milia cæſa & quadringentos: capta plus minus tria milia. Et iam omnia erant niuibus operta,quũ Papyriꝰ exercitũ Romã reduxit,magno omnium ordinum conſenſu triumphus illi decretus eſt,prælata ante currum præter hoſtium ſpolia æris uicies centum milia,auri tria & triginta milia atque omnia in ærarium,non ſine militum indignatione quod præda fraudarentur,illata. Conſul ædem Quirini dedicauit. Eam ipſe an pater uouerit parum conſtat,templum ipſum,forum cęteraq; urbis loca ſacra & prophana exornauit ex hoſtiũ ſpolijs,quorũ tanta fuit copia,ut colonis ſocijſq; finitimis,in hunc uſum,ex urbe trãſmiſſa ſint. Ab triumpho in Veſtinum agrum qui Samnitibus erat infeſtus,hybernatum duxit. Caruilius interea Troilum oppidum in Hetruria ui cepit fuerit ne id oppidum quod alij Troſulum dixere:unde & Ro. equites,quia locum ſine ulla peditum opera ceperint,fuerunt Troſuli appellati,haud facile dixerim. Expugnauit inde Caruilius caſtella quædam munitiſſima. Phaliſcis pacẽ petentibus in bienniũ inducias dedit,pactus

Ingẽs ex Sãnitibus Præda.

Aedes Quirini

Troilum capitur.

Troſulum

B centum milia grauis æris,& ut eius anni ſtipendiũ exercitui penderent:ipſe quoq; triumphãs in urbem ingreſſus CCC. nonaginta milia grauis æris præ ſe tulit,militibus cẽtenos binos aſſes ex præda diuiſit,duplũ cẽturionibus & equitibus,cæterã pecuniã ad ædem fortis fortunæ locandam ſepoſuit. Ædes hæc iuxta ueterem illam à Seruio Tullio erectã conſtituta eſt. Luſtrũ hoc anno cõditũ P. Cornelio Aruina & C. Martio Rutilio cenſoribus. Suntq; capita ciuium cenſa CCLII. milia. CCCXXI. fuit cenſus ille ſextus & uigeſimus à primis cenſoribus. Eodem anno,ob res feliciter foris geſtas,populus coronatus Romanos ludos ſpectauit,palmæq; uictoribus datæ. Creati inde couſules Fabius Gurges Fabij maximi filius,& Iunius Brutus cognomento Scæua. His cõſulibus ne non ſemper cauſa eſſet aliqua,quæ ciuitatẽ recẽti aliqua imbueret ſuperſtitione,quũ forte annus peſtilens eſſet,ex Sibyllinis libris de more aditis,relatũ eſt Æſculapium in eius mali remedium ex Epidauro Romam accerſendũ. Verũ conſulibus bello occupatis,quia eo anno nemo eſt in Græciã miſſus,ſupplicatio in diẽ unum illi decreta eſt. Ad huc res populi Romani,ea ſerie,qua Liuius per reges primo,mox per annuos magiſtratus explicauimus,iam hinc alius ſeruãdus ordo,quãdo neq; illius monumẽta,neq; alterius extent, quæ uelut faſtos eius gentis nobis ſuggerant,ꝙ in tanta rerum explicandarum multitudine, ſatis habiturum lectorem exiſtimo,ſi ſeruato temporum ordine,per quos res geſtę ſint,non ignorabitur,quod in externarum etiam gentium rebus referendis eſt à me ab initio operis ſeruatum. Nũc ne nimiũ in noſtris immoremur,Macedonũ geſta ſequẽs habebit relatio. Nam dũ hęc quę diximus,à Romanis in Samnites & Hetruſcos geruntur,res eius gentis nihilo minore motu quã antea cõcuſſę ſunt. Ptolemęus,Caſſander & alij diuerſę factionis,quibus Antigoni opes merito ſuſpectæ erant(creuerant enim omnino magis quã ut ſinguli ęmulari poſſent) bellũ ſummo ſtudio in unũ cõparãt. Cęterũ quia Caſſander in Europa aduerſus finitimos in armis erat,Lyſimachũ cũ ingentibus copijs ad Ptolemęũ & alios ſocios miſit. Erat Lyſimachus Macedo,claris ortus natalibus,ſed militari gloria & laude ingenij clarior,adeo philoſophię ſtudijs ab initio captus,ut Calliſthenem,quem ob coniurationis ſuſpitionem Alexander occidit,auribus naſo labijs crudeliter truncis,cauea cũ cane incluſum,audire ꝑſeuerarit. eique in remedium malorũ uenenum miſcuiſſe ſit creditus,tuliſſetq; id ille à rege ſuperbiſſimo

Aedes fortis fortunæ

Cenſus urbanus

Conſules.

Lyſimachi ſtudium

Lyſimachi pugna cum leone.

haudquaqꝫ impune, niſi maior fuiſſet uirtus q̃ ſupplicium. Leoni, ut quidam ſcribũt, Alexan/
dri iuſſu obiectus, manum manipulo inuolutam in fauces irruentis beluæ iniecit, linguamqꝫ C
forte adeptus non prius ab ea conuellenda deſtitit, q̃ rege, & qui cum eo aderant ſtupentibus,
beluam exanimẽ ad terram deiecit. Fuit id conſtantiæ exemplum illi, apud Alexandrum ſalu/
ti, quippe qui iuuenem data uenia inter familiares recepit. Nec ille propterea minore fuit fide
in regem, utpote qui Alexandrum poſtea ſolus per uaſtas arenarum moles fideliter fuerit co/
mitatus, quum inſectandorum hoſtiũ ſtudio dux ferociſſimus procul à ſuis deerraſſet. Qua

Diadematis uſus.

ſane expeditione rex equo deſiliens, Lyſimachi frontem imprudens conſauciauit, ibi quũ ſan
guinis fluuius aliter ſiſti non poſſet, diademate è capite ſublato uulnus obligauit, quæ res au/
ſpicium illi fecit regiæ in poſterũ dignitatis. Alexandro uita defuncto, prouincia omniũ aſper/
rima illi ceſſit, Thracia cum tota pontici maris ora, tantum uirtute cæteros duces anteire eſt cre

Seleuci Geneſis.

ditus. Acceſſit & Seleucus nouus hoſtis Antigono: fuit Seleucus Antiochi filius, qui unus fuit
ex claris Alexandri ducibus. Is uxorem Laodicen habuit, quæ ea nocte qua Seleucum conce/
pit, per quietem ſibi uiſa eſt cũ Apolline concumbere à quo annulum anchoræ figura inſcul/
ptum in fidei argumentum accepiſſet, eumqꝫ in lecto repertum, diligenterqꝫ aſſeruatum, Lao

Anchora.

dice Seleuco de ſua origine edocto in Aſiam cum Alexandro eunti dedit. Adijcitur fabulę Se
leucũ & ab eo procreatos femur natiua anchora inſignitum habuiſſe, ſed de his apud lectorẽ
fides erit, illud ſatis conſtat, regnum in Aſia adeptum, quatuor clariſſimas ibidem urbes con/

Vrbes à Seleuco conditæ.

didiſſe. Seleuciam à ſuo nomine iuxta Tygrim ccc. ſtadiorũ circuitu, & à patris Antiochi no
mine Antiochiam apud Daphnen. In Pieria Laodiceam & Apameã, hanc ab uxoris nomi/
ne, illam à matre nuncupatã. Principio caſtrorũ tribunus ab Arideo & alijs creatus, poſt regis
in Macedoniam digreſſum Babylonẽ occupauit, Bactrianos uicit, & Indorũ gentes, quæ poſt
regis interitum præfectis ſubita defectione cæſis à Macedonibus defecerant, in quibus ad im/
periũ reuocandis, magnum illi negocium fuit, cũ Sandrocho, qui iuſſus olim ab Alexandro
ob noxam quandã occidi, fuga ad Indos ſibi ſalutẽ quęſiuerat. Ferũt fatigatiõe corporis, quũ D
forte medio fugæ tempore in nemore quodã ſopore preſſus iacuiſſet, leonẽ enormi magnitu
dine ad eum acceſſiſſe, qui ſudorẽ corpore manantem placide lampſerit, atqꝫ ſomno excitatũ
beluæ immanitate exterritum placide reliquerit. Hoc quoqꝫ prodigio ad ſpem regni impulſus
poſt Alexandri interitum Indis ut rebellarent perſuaſit, cæſiſqꝫ Macedonibus regnũ occupa/

Sandrochi caſus

re eſt auſus. Seleucus rebus cum Sandrocho compoſitis, ad ſociale bellum redijt. Ego cauſam
belli à Seleuco in Antigonum ſuſcepti fuiſſe arbitror, ꝙ eo Indicis rebus occupato Demetrius

Demetrius dimidium Babylonis occupat.

Antigoni filius Meſopotamiam ingreſſus, dimidium Babylonis occupauit, ex altera parte ur
bis Seleuci præſidio expulſo: uerum quia tota urbe potiri non contigit, ratus haud diutius in
ea commorandum in qua incolumis eſſe non poterat, prædabundus iter ad mare conuertit,
quo tumultuoſo nuncio Seleucus excitus, rebus Indiæ ad tempus conſtitutis, hoſtis Antigo/
no, ob eam iniuriam, ſit in Meſopotamiam reuerſus. Inuidia, quæ cæca eſt, ut dicitur, Antigo/
num adegit, hoſtilia in Seleucum moliri, quem ſua opera in principatu conſtitutum ægre fere
bat, tam late ſibi regnum ad orientem propagare, ut & Indos quoqꝫ imperio ſubigeret. Cæte/
rum ut aliquo maiore negocio ex tam ſpecioſæ uictoriæ curſu excuteret, filium ad Babylonẽ
occupandam cum exercitu miſit. Demetrius Meſopotamia relicta quũ Alicarnaſſum à Pto/
lemæo obſideri accepiſſet, iter ad mare cõuertit, urbemqꝫ opportuno accurſu obſidione libera
uit. Rebus inde proſpere fluentibus, non ſuo magis q̃ patris conſilio in Græciam, Caſſandri
imperio ſubiectam, tranſmiſit, ut eam in libertatem reſtitueret. Tenuit ab initio anceps conſul
tatio, unde potiſſimum id bellum inchoari oporteret. Cenſebant quidam primũ omniũ Athe
nas uelut unicum Græciæ lumen, Caſſandro adimendas, pręſidiumqꝫ ipſi urbi imponendũ.
Negauit id ſe facturũ Demetrius, beneuolentiã dictitans optimũ eſſe regni fundamentũ fir/
mũqꝫ præſidiũ. Ducẽtis igit̃ & L. nauibus exercitu in Græciã deportato, cõfeſtim eſt magnus
animorũ motus ſubſecutꝰ, ſub ipſiꝰ in Atticã appulſum. Adminiſtrabat iã decimũ annũ rẽ A/

Demetrius Phalereus.

theniẽſem Demetriꝰ Phalereꝰ, Caſſandri ꝑmiſſu, homo in peripatetica diſciplina clarus. Nul
la unqꝫ ciuitas maiores cuiqꝫ honores tribuit, trecẽtæ æneæ ſtatuæ atqꝫ earũ equeſtres plurimę
ab Athenienſibus illi erectæ dicuntur. Id gratiæ an fortunę ſit datũ, haud facile dixerim. Satis

conſtat

C A cõſtat ciuitatẽ ab eo uectigalibus & ædificijs magnifice & utiliter auctam. Is portu Demetria na claſſe occupato, quia Athenieñſes aperte ad defectionẽ ſpectabãt, cũ hoſte egit, ut liceret ſibi Thebas cũ amicis & domeſticis ꝓficiſci. Id non ſolũ non eſt à Demetrio illi negatũ, ſed data etiam ab eo opera, ut incolumis cum quibus uellet in tuto ſtatueretur: poſt cuius digreſſum Athenienſes omnes eius ſtatuas euerterũt, præter unã, q̃ in arce fuit, quæ ſubita animorũ mutatio arguit, quã incerta ſit popularis aura, quæ per æqua & iniqua ab ijs, qui ad rẽpu. accedunt, incerto captatur euẽtu. Ipſe de ſtatuarum euerſione factus certior, dixiſſe fert: At illi uirtutem euertere nõ potuerũt. Poſt Caſſandri interitũ, qui haud multum deinceps ſecutus eſt: Demetrius in Ægyptũ nauigauit, ibiq́ apud Ptolemæũ Soterẽ diu uerſatus, aſpidis morſu ictus ob dormiſcenti ſimilis obijt. Media in eo dicendi figura, philoſophiæ ſcilicet & oratoriç particeps. Primus Atticam eloquentiam inclinaſſe creditur. Ioſephus apud Philadelphũ, non Soterem Ptolemæũ honorifice uerſatũ ſcribit, cuius rex opera, in bibliotheca Alexandri conſtituẽda ſit præcipue uſus. Demetrius Antigoni copiarũ parte Athenis relicta (nã Munichia adhuc Caſſandri præſidio tenebatur) Megaras conceſſit. Huc illi affertur Crateſipolim quæ ab Alexandro fuerat Polyperconti data, fœminam Perſici generis, eleganti forma, cupere ſecũ congredi. Intemperans iuuenis, & in libidines pronus, relicto ad obſidionẽ exercitu, cum expeditiſſima manu ad Crateſipolim, quæ patris erat, ire pergit. Vbi ad cõſtitutũ locũ uenit, parum abfuit, quin tabernaculo paululum a ſuorum conſpectu auerſo, ut commodius mulieris acceſſum cęlaret, hoſtibus in eam occaſionem erectis, ſit turpiter cum ea oppreſſus, fuga tamẽ ad ſuos incolumis euaſit. Eius tabernaculo cum omni ſupellectile hoſtes potiti ſunt. Nec ita multo poſt quã ille Megaras redijt, in urbem receptus quum multa paſſim à militibus diriperent, Athenienſibus pro finitima ciuitate precantibus, libertatem Megarenſib⁹ reſtituit. Interea ad ſe Stilponem uocari iuſſit, de quo magna quidem apud Megarenſes & cæteros Græcos in ſtudijs ſapientiæ erat opinio. Demetrius illum comiter affatus, perhumane rogat, an ei milites aliq̃d

D B ademiſſent, nihil, inquit, Stilpo: ſcientiam enim adimere non potuerunt. Cætera non mea ſũt ſed fortunę. Captus Demetrius tempeſtino hominis ſermone, ex hoſte eius eſt auditor fact⁹. Poſtremo Demetrius Megaris profecturus, quum ſeruitia Megarenſibus abſtuliſſet, ad Stilponem cõuerſus dixit, Liberã uobis Stilpo ciuitatem relinquo. Sic Demetri eſt, inquit, ille, nullum in ea ſeruum reliquiſti. Demetrius Athenas reuerſus, hoſtiũ præſidio ex Munichia pulſo, arcẽ diruit. Athenienſibus libertatẽ cum patrijs legibus reſtituit, quintodecimo anno poſtquã à Macedonibus fuerant oppreſſi. Athenienſes genus hominũ in aſſentationẽ propẽſum publice decernunt, ut Demetrius & Antigonus regum reges appellarent, uocarenturq́ Dij ſeruatores, eſſetq́ in urbe ſeruatorum ſacerdos. Ara ibi erecta eſt ubi Demetri⁹ primum è curru deſcendit, ut idem & pater Antigonus in peplo unà cum Ioue & Pallade intexerentur, ut duæ tribus ueteribus adderentur, Demetrias, & Antigonia. Stratocles adulationum inter ſuos populares inueſtigator maximus, decretum tulit, ut legati, qui ad eos mitterentur, ut illi qui ad Olympia ſacra & Pythia publice accedebant, ſacri haberent. Sed quãtum Stratocles in adulatione impudens, tantũ Philippides, ueteris comœdiæ ſcriptor ab eo uitio diuerſus, q̃ huiuſmodi leuitatis exprobrãdæ occaſionem nactus, quũ multis cladibus poſt id decretũc cœli iniuria Athenæ affectæ eſſent, illud in comœdia poſuit: Per quem combuſſit pruina uites, Per quem ſciſſum eſt in medio peplũ, diuinos honores mortalibus tribuentẽ. Hic idẽ aliquãdo à Lyſimacho rege inuitatus ut diceret, ſi q̃d uellet à ſe impetratũ, unũ r̃ndit, ut ne quid tuorũ arcanorũ mihi credas. Fuerũt q adhuc aliquãto impudẽtius cenſerent, ut quoties Demetrius Athenas ueniret, in Cereris & Bacchi hoſpitio exciperet, alij ut ſcutũ illi Delphis conſecraretur, unde publice captaret oraculũ. Quibus adulationibus corruptus iuuenilis anim⁹, facile in omne ſcel⁹ ac flagitiũ abijt: duxit idẽ uxorẽ Athenis Euridicen ex nobili Milciadis familia. Duxit & alias alibi, & in his Philam Antipatri filiã, per quã eſt illi poſtea Macedonũ fauor cõciliat⁹. Ad huius nuptias, quũ uix cõpelli poſſet, q̃a in multũ iã ætatis prouecta eſſet mulier, ab Antigono patre eſt admonitus, nubẽdũ eſſe ſupra naturã, ubi lucrũ oſtenderet. Duabus igitur ille uxoribus uno tempore deditus, ſcortorũq́ cœtib⁹ immerſus, adeo in omnes uoluptates præceps abijt, ut omniũ opinione incontinentiſſimus ducũ eius ætatis haberetur. Interea Antigoni

Populi incõſtantia.

Demetrij uerba in Athenienſes

Demetrius pene periclitatur

Demetrij & Stilponis cõgreſſus.

Adulatiões Stratocles. Philippides

ni literis ſit certior. Ptolemæũ Cypro inſulæ imminere. Obtinebat & Cleonides Ptolemæi prę
fectus Corinthum & Sycionẽ, quæ poſtea Demetrias dicta eſt. Tentauit Demetrius Cleoni C
dem pecunia corrumpere, quod ubi efficere nõ potuit, urgentibus de Cypro nuncijs, cũ claſſe
in Ptolemæũ mouit, grauiter dolens, ꝙ à liberandæ Græciæ propoſito auerteretur. Eunti Me-
nelaus Ptolemęi frater factus eſt obuius, quẽ Demetrius primo cõgreſſu fudit fugauitq́. Ma
iore deinde prælio Ptolemæum uicit, habebat is .CL. nauiũ claſſem, habebat & terreſtrẽ exerci-
tum accuratiſſime inſtructũ. Fremere Ptolemæus minaciterq́ hoſti denunciare, ut Cypro fa-
ceſſeret, nec uellet ultima experiri: contra Demetrius poſcere, ut Corintho & Sycione pręſidia
abduceret, tenuitq́ altercatio illa plures dies, erantq́ oĩm gentiũ animi in unius pugnæ euen-
tum erecti, nulli dubiũ erat quin uter ea acie uiciſſet, idẽ ex Alexandri ſucceſſoribus maximus
futurus eſſet. Habebat igitur id certamẽ nõ ſolũ ipſos exercituũ imperatores anxios, deq́ belli
exitu uehementer ſollicitos, ſed alios quoq́ ſummos duces, qui erant iampridem in partibus.
Ad poſtremũ quũ nihil cõuenire potuiſſet, haud procul Salamie præliũ cõmiſere. Teucer Te
lamonis filius, patria profugus id oppidũ cõdidiſſe fertur. Miſit Ptolemæus nunciũ ad Mene-
laũ fratrẽ, ut intentus expectaret certamẽ. Id ubi contractũ ſenſiſſet, ex Salamine cũ ſexaginta
naribus erũperet, hoſteq́ prælio intentũ à tergo inuaderet. Nec Demetriũ latuit hoſtis cõſi-
liũ, miſitq́ .x. naues quæ fauces, quibus eruptio facięda erat, occuparẽt: ipſe terreſtribus copijs
in littore collocatis, primo pene cõcurſu hoſtilẽ claſſem auertit. Cæterũ terrore ſemel incuſſo,
naues ſua ſpõte turbatas toto mari diſſipat, alias capit, alias fluctibus mergit, ſexaginta nũero
naues captæ, cæteræ cũ ſuis turmis paſſim alto ſunt mari depreſſæ præter octo, quę Ptolemęũ
fugientẽ ſecutæ ſunt. Demetrius uictor, omni regio comitatu, cũ ingenti pecunia, bellico appa
ratu eſt potitus, & in his Lamia fœmina ea tẽpeſtate quũ forma, tũ tibiarũ cãtu longe celeber-
rima. Menelaus & ipſe nõ multo poſt, cũ ipſa urbe, & nauibus quas habebat uictori eſt dedi-
tus, & cũ his equites mille & ducenti, peditũ duodecim milia. Victoris pietas & inſignis libera-
litas, uictoriã per ſe nobilẽ, multo nobiliorẽ reddidit, cæſorũ hoſtiũ corporibus ſepulturæ dedi D
tis captiuos reſtituit ſine precio, armorũ quoq́ uim ingentẽ dono miſit Athenienſibus. Præ-
claræ huius uictoriæ nũcius adeo Antigonũ, & qui circa illũ forte erant, lætitia extulit, ut & is
cõfeſtim rex ſit a ſuis cõſalutatus, ipſe mox per literas filiũ regẽ appellauerit, quod exemplũ ſe-
cuti qui in Æpypto erant, Ptolemæũ regẽ ſalutare cœperũt. Actũ demũ cæteri duces, æmulatio
ne acceſi, ſe reges noĩare ſunt auſi, quũ ad id tẽpus tã ſuperba appellatiõe pertinaciter abſtinu
iſſent. Abierũt deinceps illi, hũanæ ſortis obliti, in oẽm uitæ turpitudinẽ, ſcenicos artifices imi-
tati, qui cũ ueſte uocẽ mutant & inceſſum, & qđ ſubditis gẽtibus calamitoſius fuit, eorũ uita &
mores in peius mutati ſunt. Sed ut eſt rerũ humanarũ uiciſſitudo quædã, qua alternante nihil
homini fuit unq̃ in uita diuturnũ, haud multo poſt Salaminiã uictoriã, quũ Demetrius ad
hoſtiũ terrorẽ circũageret claſſem, ſubita tẽpeſtate iactatus præcipuã nauiũ partẽ naufragio a-
miſit: & Antigonus qui ſecus mare florentiſſimũ ductabat exercitũ, quũ in multas difficulta-
tes incidiſſet, copijs omnibus pene deletis, ſeſe domũ uicto ſimilis recepit. Erat ille octogena-
rius, ac ſup ætatẽ iã decrepitã graui mole corporis premebatur, ut parũ iã bellicæ eſſet rei ido-
neus. Demetrius & ipſe ſuæ naturæ nihil oblitus, ab armis ad ocium reuerſus, neq́ modũ neq́
modeſtiam in perfruẽdis uoluptatibus poſtea adhibuit. Fuit ille eiuſmodi ingenio, ut cũ pax
eſſet, oĩbus uoluptatibus addict⁹ uiueret, quũ rurſus ad arma reſpexiſſet, oĩbus uitæ illecebris
ꝓcul abiectis, uitã & mores tẽpori accõmodaret. Idq́ in cauſa fuit, ut ęquore animo Antigon⁹
illius libidines, & intẽpeſtiuas potatiões ferret. Perſtringebat tñ nõnunq́ urbana cauillatione
utrũq́ in filio uitiũ, à quo arctiore oſculo exceptus: Lamiã (inqt) credo oſculari uoluiſti. Erat fa
ma illũ Lamiæ cõgreſſu & cõſuetudine cupidius teneri. Queſtus prærerea iuuenis, ꝙ moleſto
rheumatæ uexaretur, uide ne Thaſiũ ſit, inquit, aut Leſbiũ potius. Ex utraq́ enim inſula opti-
mũ illi aduehebatur uinũ. Sed queãdmodũ Scythæ, quũ in multũ temulẽtiæ prouecti ſunt,
arcuũ chordas pulſare cõſueuerũt, ut per eã agitationẽ animũ ad priſtinã cõtinẽtiã reuocẽt: ita
Demetrius laborẽ & mollitiẽ, medio quodã negocio iungere ſolitus dicitur, quippe qui ſeque-
ſtra quadam, inter arma & uoluptatem, induſtria uſus, naues & bellicas machinas ingenioſe
fabricaretur, non ad ſordida & puerilia, ut pleriq́ regũ, opera animũ intẽdens, ſed ad rei bel-
licæ

Sycio poſtea. Demetrias dicta.

Demetrius Ptolemæũ uincit.

Lamia.

Regis denominatio.

Rerũ uiciſſitudo.

Demetrij uertibilitas.

Oſculum ineptum.

Demetrij domeſtica opera.

A licæ uſum maxime neceſſaria. Ac multo melius hæc ille, quàm Europus Macedoniæ rex aba/ Europi & Attali opera
cos & lucernas fabricare ſolitus, aut Attalꝰ poſt ipſum Demetriũ, qui cicutã & aconitũ, aliaſqꝫ
pernicioſas herbas plantare in hortis ſolebat fructúqꝫ percipere. Tolerabilius illud Partho/
rum regum & minus à regio propoſito abhorrens, qui iacula & cuſpides conficiebant, Audio
Maomethum Othomanũ Turcorũqꝫ imperatorem, qui noſtra memoria Græcorum impe Othomani ſtudia.
riũ euertit, quũ ſolus eſſet ligulas & cochlearia cęlare ſolitũ, aut imagines deliniare, ut ociũ quo
quo modo in negocium uerteret. Cęterum Demetrius multo maiora ſecutus, q̃ndecimremẽ
nauim contexuit, & alteram uno ordine adhuc maiorẽ. Pliniꝰ trigintaremem prodidit. Ingẽ
tem p̃terea machinã, qua aduerſꝰ Rhodios eſt uſus q̃ Ptolemæi partes fuerãt ſecuti. Machina
ab euentu, urbiũ expugnatrix eſt dicta, & ipſe per hæc quæ fiebãt Poliporthos eſt dictus, id eſt
urbium populator. Petiti itaqꝫ bello ab eo Rhodij, poſt Cypriam uictoriã, q̃bus quũ minꝰ ho Polipor thos
ſtiliter quã aſſolet, aſſideret Demetrius, forte ita accidit, ut literę & quædã ad tabernaculum in
ſtruendum neceſſaria, à Phila ipſius coniuge miſſa, ab hoſte intercepta ſint, quæ quũ Rhodij
non ſolũ non reſtituiſſent, ſed ad Ptolemæũ in Ægyptũ tranſmittenda, in hoſtis inuidiam, cu
raſſent, Rhodios infeſtiꝰ adortus, haud tulit eorũ exemplũ imitari. Captam Ialyſi imaginem, Protogenis tabula
quã Protogenes Caunius ſeptẽ annorũ ſpatio pinxerat, precantibꝰ ne eã corrumperent, inco
lumen ſeruauit. Sunt q̃ ſcribant eum ab ipſa murorũ parte, qua forte tabula fuit dedicata, om
nem bellicã iniuriã abſtinuiſſe. Tenuit inde plures dies obſidio, ſed quũ multus ibi labor incaſ
ſum eſſet exhauſtꝰ, optaretqꝫ longioris moræ impatiẽs alicũde dari ſibi occaſionẽ obſidionis
honeſtiꝰ ſoluendæ, Athenienſiũ legati ad eũ uenerũt, nũciantes Athenas iampridẽ à Caſſan
dro oppugnari. Rogare itaqꝫ atqꝫ obteſtari ne urbẽ à ſe in libertatẽ aſſertam rurſus in ſeruitu/
tem labi pateret̃, fore, niſi quãprimũ auxilio adeſſet, ut paulopoſt audiret, Caſſandri armis in
uitos Athenięſes ceſſiſſe. Demetriꝰ præſenti occaſione lætꝰ, cõfeſtim ex Rhodo cũ CCCXXX.
nauium claſſe, in Atticã tranſmiſit, Caſſandrũqꝫ ex Athenienſiũ ceruicibꝰ repulſum, ad Ther
B mopylas uſqꝫ eſt perſecutus, quo progreſſus Heracleã ultro deditã ſuis opibus adiunxit. Mox
Athenas reuerſus, multo impudentius ſolito, in Atticas matronas & adoleſcentes ingenuos in
expletã libidinẽ exercuit. Memoriæ proditũ eſt, Dimoclẽ puerũ præſtanti forma, ne in balneis Libido effrenata.
ab eo infanda pateret̃, in feruẽtis aquæ lacũ deſiliiſſe, atqꝫ ita repẽte extinctũ. Athenięſes tñ ob Decretum
recẽs beneficiũ, adeo illi indulſerunt, ut decretum tulerint, quicq̃d Demetrius uellet, id ipſum
apud ſuperos ſanctũ, & inter hoĩes iuſtũ haberet̃. Inceſſebat̃ interim Stratocles ut delirus, qui
talis fuiſſet decreti autor, quapropter Spartanus quidã dixiſſe fert̃, Delirus eſſet Stratocles ni
ſi ſic deliraret. Demetrius Argenis ꝓfectꝰ, totã fere Peloponneſum, eiectis inde Ptolemæi &
Caſſandri præſidijs, in libertatẽ reſtituit, quo tẽpore uxorẽ duxit Deidamiã Pyrrhi ſororem,
Æacidę regis Moloſſoꝝ filiam. Sycionẽ poſtremo ꝓfectus, Sycionijs autor extitit, urbis haud
procul ab ea, quã habebãt, cõdendæ, quo contigit, ut Demetrias ſit iam inde ꝓ Sycione nũcu/
pata. His geſtis in Iſthmico Græciæ cõuentu obtinuit, ut quẽadmodũ olim Philippus, inde Græciæ dux Demetrius.
Alexãder, totiꝰ ſit Græciæ dux declaratus. Ipſe Athenas reuerſus, quum myſteria ſibi patefieri
uellet, quia non niſi Nouẽbri & Iunio mẽſibus oſtẽdi ſolerẽt, Stratoclis inuento decretũ, ut Ia
nuarius, q̃ tũc erat, Nouẽber diceret̃: atqꝫ ita nomen ſecuti ad minora Demetrius myſteria eſt
admiſſus: uerũ quũ & maiora uidere uellet, pari aſſentatione eundẽ menſem in Iunium uerte
re, cuiꝰ cęrimoniæ illę erãt. Per hæc Demetriꝰ Athenis & in cætera Græcia imperio abuſus, cõ
perit à Seleuco & cæteris regibꝰ in ſe & patrẽ cõiuratũ, habereqꝫ hoſtes ad bellũ q̃ſita quadra/
ginta peditũ milia, decẽ eq̃tũ, elephãtos quadringentos, cẽtũ uiginti falcatos currus. Qua belli
magnitudine motꝰ, cõfeſtim ex Græcia, cũ Pyrrho Deidamiæ cõiugis fratre, adhuc adoleſcẽte Apparatus bellicus
in Aſiã ad Antigonũ trãſijt. Nec ille interea in ocio fuerat, quippe q̃ pari eq̃tũ numero peditũ
aliquãto etiã maiore, floretiſſimũ coegerat exercitũ. Aderãt inſup elephãti quinqꝫ & LXX. Col/
latis itaqꝫ in unũ caſtris, certamẽ ingẽs de ſumma rei inſtabat. Fert̃ Antigonꝰ quaſi p̃ſagiret in/
felicẽ pugnæ euẽtũ, turbatiore uultu, q̃ ullo unq̃ bello, à ſuis uiſus, filiũqꝫ ꝓ conciõe militũ ſibi
ſucceſſorẽ cõſtituiſſe. Inde remotis arbitris, longiſſimũ cũ eo ſermonẽ præter conſuetudinẽ ha
buiſſe. Clades q̃ poſtea accepta eſt, quũ ſeni ipſi, tum Demetrio per quietẽ, triſtiqꝫ augurio eſt
aliquãto prius repręſentata. Hic ſibi per quietẽ uiſus eſt Alexandrum audire, qui diceret ſe ad Prodigia
ho/

hoſtem tranſire,& Antigonus,quũ ſtructa acie ex tabernaculo exiret,offenſo pede in faciem procubuit,in pedes inde erectus,ſupinis ad cœlum manibus à dijs precatus dicitur,ut aut ſibi uictoriam darent,aut honeſtam mortẽ, à turpi fuga ſuam laudẽ incolumen ſeruarent. Hæc effatus aciem ingreditur. Fuit pugna utrinq; acerrima,utpote inter exercitus & duces,qui non tam æmulatione laudis,q̃ odijs inter ſe certarent. Plutarchus ad Hypſeum amnẽ pugnatum ſcribit,ubi omnes terrarũ reges uno tempore conflixerunt. Prælio omni parte accenſo,Demetrius in Antiochum Seleuci filiũ cum globo lectorũ equitum impetum dedit, quẽ fuſum ac fugatum dum uincendi cupiditate longius inſequitur,uictoriã ſemipartam perdidit. Peditum agmen equitũ præſidio nudatum continuo ab hoſte circũſiſtitur. Attulit improuiſa res Antigonianis terrorẽ maximum, ubi Demetrij præſidio ſpoliatã aciem undiq; grauari ſenſerunt: magna itaq; pars ñe in medio cæderetur,ſubita defectione ad hoſtem tranſijt. Qui in officio adhuc erant,ſuorũ proditione perculſi,in fugam uertũtur. Tum uis hoſtiũ ingens,uelut procella quædam,in Antigonum ferebatur, ipſe admonitus ut fuga ſibi ſalutem peteret, Demetrium auxilio affuturum reſpondit, conabaturq; illum ad ſe clamore reuocare, quum ab hoſte circũuentus,multiſq; uulneribus confoſſus concidit. Demetrius ubi res perditas uidit,cum quinq; peditum milibus,& quatuor, equitum, fuga dilapſus Epheſum uenit, ubi ueritus ne milites inopia & deſperatione adacti Epheſiæ Dianæ theſauros diriperent, ne ſacrilegij autor crederetur,copijs,quas circa ſe habuit,in naues impoſitis,Athenas uelut ad unicum malorum refugium,curſum intendit. Cæterũ quum Cycladas legeret, Athenienſiũ legati obuiam facti ſunt,publice rogantes, ne Athenas annauigaret, decretum tuliſſe ciuitatem,ut in liberam urbem nullo modo acciperetur,qui nuper eiectus eſſet regno. Dolor & ira ingens ſubijt Demetrij animũ. Cæterum quia præſentem ulciſci iniuriam,neq; tempus neq; uires patiebantur, humane de Athenienſibus locutus,petijt ut naues, quas in Pyreo reliquerat, ſibi reſtituerentur, quibus benigne acceptis,& cũ his Deidamia,omniq; regia ſupellectile, in Iſthmum tranſiit. Hic quum cerneret res ſuas indies deteriores fieri, nam multi Græciæ populi ad hoſtes defecerant,Pyrrho Æacidæ filio ad urbes in fide continendas relicto, cum ea claſſe quam habuit,in Cherſoneſum nauigauit,ut Lyſimachi regnũ hoſtiliter inuaderet. Rebus illic proſpere ſuccedentibus,exercitũ & claſſem mirifice auxit. Ferebant æquo animo cæteri reges res Lyſimachi à Demetrio infeſtari,quia poſt Antigoni mortẽ,quum ipſius inter ſe regnum diuiſiſſent,multa Lyſimachus in ſingulos ſuperbe & contumelioſe fecerat. Nec ita multo poſt quum Demetrius filiam Stratonicen Seleuco petẽti matrimonio locaſſet, ipſe Deidamia morbo defuncta,Ptolemæi filiam ſibi matrimonio deuinxit. Hic quum à Seleuco genero,qui ab indico mari in Syriam uſq; ſibi regnũ propagauerat,Tyrũ & Sydonem dono impetrare nequiuiſſet, ea ſpe præter opinionẽ deſtitutus,Athenarũ conſilio recuperandarũ,in Græciã nauigauit. Conſtans fama erat Lacharẽ in magna Athenienſiũ ſeditione tyrannidẽ occupaſſe, ſed curſu fœda tempeſtate excuſſus, uiris & nauibus maiore parte amiſſis, Peloponneſum tenuit,ubi in Meſſenia oppugnatione catapulta percuſſus pene extinctus eſt. Aliquot inde urbibus in fidẽ receptis,Athenas terra mariq; infeſtans,breui ad tantã rei inopiã redegit,ut tricenis drachmis uæniret modius frumenti. Plutarchus ait memoriæ proditũ,filium in ea egeſtate aduerſus patrẽ,ob murem,qui forte è tecto exanimis cõciderat,ferro dimicaſſe,& Epicureæ ſectæ quendã, fabis æqua portione diſtributis,liberos ea temporũ iniquitate aluiſſe. Athenieñſes fame domiti,& Lachares occulte ex urbe diſceſſerat,Demetrium præmiſſis qui ab eo ciuiũ ſalutẽ deprecarentur in urbem accepere. Ille,ut magno erat animo,non ſolũ receptis dedit ueniã,ſed obnixe etiã curauit,ut dira illa fames commeatibus undiq; inuectis,confeſtim tolleretur. Athenis præſidio firmatis,Archidamũ Spartanorum regẽ ad Mantineam ingenti prælio uicit,mox Laconicos fines hoſtiliter ingreſſus,altera Spartanos fudit pugna,parumq; abfuitquin urbẽ ad id tempus indomitã,armis ſubegerit. Sed in nullo unq̃ regũ fortuna uolubilius ſuas uices exercuit,ut merito illud Aeſchyli ſæpius ex ore eius ſit auditũ. Tu me fortuna extuliſti, atq; eadem deponis. Erant res Demetrij in Peloponneſo ſatis proſperæ, quum nunciatum illi eſt urbes, quas in Aſia habebat,à Lyſimacho oppugnari,& Cyprum in Ptolemæi poteſtatem conceſſuram,niſi matri & liberis,in Salamine Cypria obſeſſis,illico ſubueniret. His Demetrius nũcijs turbatus

Preces Antigoni.

Antigoni interitus.

Demetrius Lyſimachũ infeſtat.

Athen. fames.

Volubilitas fortunæ in Demetrio.

C turbatus Lacedæmonem obſidione ſoluit, cui ira æſtuāti proſperior fortuna manu una ignē, ut dicitur, altera aquam geſtās, nouā bene gerēdæ rei occaſionē ludibūda obtulit. Caſſandro extincto q annos duodeuiginti Macedonū regnū habuerat, Philippus filius, qui regnū ab eo per manus acceperat, breui poſt illum obijt, cuiꝰ deceſſu Antipater & Alex. & ipſi ex Caſſandro geniti, de regno inter ſe diſceptare cœperāt, in qua altercatione Antipater Theſſalonicam matrē, quod in diuiſione regni in Alexādrū ꝓpenſior uideret, occidit, fratrēq; regno eiectū armis ꝓſequebatur. Alexander Pyrrhū regem, qui iam adultus in ſuum redierat regnum ex Epiro ad ſe uocauit, & Demetriū ex Peloponneſo: nec Pyrrhus multo poſt affuit, qui opera Alexandro, in recuperādo regno optime nauata, magnā ab eo Macedoniæ partem obtinuit. Demetrius & ipſe breui in Macedoniam uenit, primoq; cōgreſſu ſatis hoſpitaliter eſt ab Alexandro acceptus, mox ubi inſidias ſibi ab adoleſcente parari comperit indicio, eū conuiuio egreſſum militibus obtruncandum obiecit. Inde cauſa cædis pro cōcione expoſita, magno omniū cōſenſu, rex ſalutatꝰ eſt. Profuit haud mediocriter Demetrio Philæ cōnubiū, ad Macedonū fauorē & ſtudiū conciliandū, Eratq; per hæc ille in ingenti fama & celebritate, quod ad Græciæ opes Macedoniæ regnū adieciſſet, non poterat tamē de matre & liberis non eſſe ſollicitus, qui iam pridem à Ptolemæo in Cypro opugnarentur, hærebatq; hęc illi cura, quū inſperato nuncio affertur, liberos, & matrē à Ptolemæo obſidione leuatos, atq; ab eo honorifice dimiſſos, & filiā Stratonicē, ſoluto Seleuci connubio, Antiocho eius filio nupſiſſe, reginamq; ab ijs qui incolunt ſuperiora Aſiæ appellatam. Ferūt Antiochum adoleſcentem adhuc, Stratonices nouercæ forma captū, dum illicito amori pudore & metu repugnat, pene ad interitum perductum. Occultam languoris cauſam Eraſiſtratus medicus haud uulgari ſolertia deprehendit, adoleſcenti ægroto aſſidens magnū in eo animi motum & pallorem fieri occulta indagine rimatus quoties ad eū Stratonice ingrederetur. Tum ille Seleucum affatꝰ, & uires, inquit, nobis deſunt rex, & ingeniū in tuo filio curando, incurabilis illum amor ad interitum perducit. Seleucus eā

Macedonici regni motꝰ

Demetrij ſucceſſus

Antiochi amores. Eraſiſtrati prudentia

D deſperationem miratus, quænam tanta intemperies hæc eſt ait, cui nullū poſſit remediū adhiberi? Coniugem, inquit, ille meam deperit. Tū Seleucus Eraſiſtratum complexus, lachrymis & rogat & obteſtatur, ut uſuaria coniuge ſibi filium ſeruet, nō ſic, inquit, Eraſiſtratus ſentias, ſi tuam ille Stratonicem amet. Vtinam rex ait, dij aut homines eam mihi facultatē darent, ut præſenti periculo huiuſmodi queam remedio occurrere, ſane omnia quæ mihi chariſſima ſūt, pro filij ſalute libenter profuderim. Hic Eraſiſtratus haud ultra cunctatus apprehenſa regis dextera, ſi tali rex ait es in filium animo, qualem prædicas, noſtra amplius opera nihil indiges, non meam, ut ſcias, ſed tuam ille ardet Stratonicem. Turbauit Seleucum rei nouitas, mox ubi per ociū cætera cognouit, indulgentiſſimus pater uxorem quam unice amabat, ſuo matrimonio abductam filio collocauit. Et Seleucus rex nouo pietatis exemplo, ita amāti filio indulſit. Demetrius interea Macedoniā cum Theſſalia adeptus, Bœotios ſubegit. Interim certior factus Lyſimachum à Dromichete rege captum, Thraciā inuaſit, quam Bœotij occaſionem nacti iterum rebellarunt. Etenim haud multo antea, quum à Cleonymo Spartiatę præſidio accepto defeciſſent, armis uicti, pecunia fuerant à Demetrio multati recēs Bœotiorum defectio Demetrium à Thraciæ rebꝰ auerſum in Bœotiam reuocauit, quo quum ueniſſet offendit bellum magna ex parte Antigoni filij uirtute profligatū, eoq; ſucceſſu æque ac debuit Demetriꝰ lætatus. Thebas obſidione cinxit, quibus expugnandis quum totus immineret, per literas & nuncios fit certior Theſſaliam à Pyrrho populari, ibi filio ad obſidionē relicto, ipſe cū maiore copiarum parte ad populationem arcendam occurrit. Pyrrhus Demetrij aduentu nō expectato, totam regionem ad Thermopylas uſq; deprædatus, Theſſaliæ finibus exceſſit: Thebas Demetrius reuerſus, quum lōgum uideretur expectare machinam illam memorabilem, quā ipſe fabrefecerat. Fuit enim tantę molis, ut uix duo ſtadia binis eſſet menſibus traducta, hoſtibus aſſidua oppugnatione fatigatis, ui urbē irrupit, ubi paucorum cæde contentus, qui noui motus autores fuerant, cæteris ueniam dedit, Thebiſq; in hunc modum potitus. Ætolis Demetrius bellum intulit, quorum agrum hoſtiliter peruagatus, patre copiarum ad eam gentem infeſtandam cum Pantaucho relicta, ipſe cum cætero exercitu ad Pyrrhi iniuriam ulciſcendā proficiſcitur.

Seleuci in filium indulgentia.

Antigonus Demetrij filius

Machinæ moles.

Cauſæ belli inter Deme/trium & Pyrrhum.

BELLVM quod inter Pyrrhum eſt & Demetriũ geſtum, non una ex cauſa ortum uideri poteſt. Deidamia Pyrhi ſorore, quæ Demetrio nupſerat fatali morte ſublata confeſtim regni æmulatio amborum animos ad certamen accendit, mutuæ deinceps querelæ, & excurſiones ex Theſſalia factæ interceſſerunt, ſed nihil æque reges ipſos in tam infeſtum traxit certamen, ac Macedoniæ communis poſſeſſio. Nulla regnorũ poteſtas conſortij patiens fuit unquꝫ. Tenebat Pyrrhus Nypheam urbem, & maritimã Macedoniæ oram, quam mercedis nomine ab Alexandro Caſſandri filio ipſius opera in regnũ reſtituto acceperat. Demetrius qui Alexandrum ſuſtulit multo maiorẽ regni partem occupauerat, & quod adhuc magis Pyrrhum offenderat, regis erat nomen Demetrius inter Macedonas adeptus. His ſtimulis reges accenſi, uterqꝫ alteri infeſtus, odiũ ſua ſponte gliſcens mutuis ad id tẽpus offenſis alebant. Poſtremo Deme. Pantaucho, ut dixi in Ætolia relicto, in Pyrrhum cũ maiore parte exercitus mouerat, nec ille audito hoſtiũ acceſſu metu deſedit, ſed magno animo uenientibus proceſſit obuiam. Cæterum ambo inuicẽ aberrantes (caſu an uoluntate incertum habeo)

Pyrrhi uir/tus.

acie dimicare non potuerunt. Demetrius Epirum ingreſſus omnẽ regionem præda & populatione perculit. Pyrrhus meliore fortuna uſus, dũ procul in hoſtem quadrato agmine ire pergit, in Pantauchũ incidit, à quo ad ſingulare certamen prouocatus, uno uulnere accepto, duobus illatis hoſtem moribundũ ad terram deiecit. Pantauchi exercitus, amiſſo duce confeſtim

pantauchi cædes.

in fugam uertitur. Conciliauit Pyrrho pugna illa non mediocre apud Macedonas nomẽ, uulgo prædicare Pyrrhum unũ regum omniũ peritia armorum inuictoqꝫ animo Alexandri memoriam renouare, cæteris regibus faſtu & ſuperbia inflatis, id unum cordi eſſe, ut luxu & pompa cæteros principes anteirent, eratqꝫ Demetrius huic infamiæ proximus, qui non tantũ Dia-

Demetrij cultus.

dematis uſum receperat, ueſteſqꝫ purpura & auro intextas, ſed calceos etiã geſtabat auratos. D

Demetrij ſuperbia.

Difficiles præterea ad eũ aditus, ſuperbiſſima reſponſa non mediocriter ab illo populorũ ſtudia alienabant. Biennio eum Athenienſium legati ſecuti fuerãt, nec demum admiſſos domũ dimiſit, quum Athenienſes ex omnibus Græcis uni apud Demetrium gratia pollere crederentur, & ex Lacedæmone quũ unus ad ſe legatus ueniſſet, iracunde quęſiſſe dicitur, an ad Demetriũ unicus miſſus eſſet, cui Laconice ille un⁹, inquit, rex ad unũ. Sed in eo Macedones plurimũ offendit, facta omnibus petendi poteſtate quid quiſqꝫ à ſe impetratũ uellet: quũ ad eam ſpem magnus ſupplicantiũ factus eſſet concurſus, impleſſetqꝫ ſinũ libellis ſingulorũ deſideria ſignificantibus, ubi ad Axij fluminis pontem uenit, quicquid libellorũ fuit patefacto ſinu in profluentẽ deiecit. Affecit contumelia mirũ in modũ populorũ animos, & in primis Macedonum. Nemo erat cui nõ perſuaſum eſſet, ſe nõ contemptui ſolũ, ſed ludibrio quoqꝫ ſuperbiſſi-

Anus li/bertas.

mo regi eſſe. Poſtremo ſuppliciter anus quædã ut ſe audiret precata, neganti ſibi audiẽdi ociũ eſſe, ergo quid, inquit, regnas? Quæ uox adeo regis animũ perſtrinxit, ut multo faciliorẽ iam in-

Iuſtitiæ laus

de ſe adire uolentibus præbuerit, remiſitqꝫ multũ ex ſolita illa uultus & uerborũ contumacia. Sed nihil eſt tã propriũ regi q̃ iuſtitia, quã Pindarus omniũ legem appellauit. Eſt enim rex urbiũ rector & cuſtos, à qua uirtute tantũ illius natura abhorruit, ut expugnator urbiũ nõ moderator inſolenti appellatione dici maluerit. Et Demetrius in ſuos talis fuit, quo contigit, ut cum Pellæ morbo grauiter decubuiſſet, Pyrrhus totã fere Macedoniã nullo obuiã prodeunte populatione fœdauerit, nec uindex ullus prius extitit, q̃ rex leuatus ſit morbo. Ipſe quũ iam maiora animo agitaret, etenim paterni regni recuperãdi cupido animum inceſſerat, ne Macedoniæ res ſibi impedimento eſſent, primũ omniũ cũ Pyrrho bellum diſſoluit, mira inde celeritate ad centũ milia peditũ, & decẽ equitũ ad bellum comparauit, mox quingentarũ nauiũ claſſe

Regũ fœd⁹ & ſocietas ĩ Demetriũ.

inſtructa, in qua ſexdecim remes etiã fuere, in Aſiam tranſmiſſurus, inexpectata bellorũ mole prius q̃ moueret pene obrutus eſt. Seleucus, Lyſimachus, & Ptolemæus huiuſmodi belli apparatu cõmoti, fœdere, confeſtim inter ſe icto, ſumma ope quiſqꝫ ꝓ ſe terra mariqꝫ arma mouerant. Pyrrhum quoqꝫ legatione ad id miſſa, ut Mocedoniã inuadere perpulerunt, denunciantes, Demetrium tam diu cũ eo pacem habiturũ, donec Aſiatico eſſet bello defunctus, fore in-

de, ut

A de ut ipſius regnũ totis uiribꝰ conaretur euertere, nec quæ dicebant̃ Pyrrho aliquo modo ua
na exiſtimari. Hinc itaqꝫ ille, inde Lyſimachus Macedoniã uno tẽpore inuadunt, claſſis quoqꝫ
ab Ptolemęo miſſa, orã Græciæ ſubito adorta, metu oĩa trepidatione compleuit. Demetrius fi
lio ad Græciæ præſidiũ relicto ipſe in Lyſimachũ mouerat. Nondũ ad hoſtẽ uentũ erat, quũ
ei tumultuoſe nũciatur, Beriã Macedoniæ urbẽ à Pyrrho captã, oẽmqꝫ regionẽ illi proximam
populationibus, & incendijs uaſtari. Turbarunt hi nũcij uehementer Demetrij animum, ſed
multo magis Macedonum defectio, qui militiã primo detrectare cœperunt, quos ut in officio
retineret, in Pyrrhum pronunciauit ſe iturũ, ne Macedonia uaſtaretur. Hic illi fuit prætextus, Macedonũ
ſed re à Lyſimacho quã longiſſime abeſſe cupiebat, ad quem ut popularem ſuum Macedo- leuitas
nes tranſitiones parare dicebantur. Ratus igitur haud tam propẽſos in Pyrrhum fore, ab Ly
ſimacho auerſus ire cœperat, quum ex Beria quidam Demetrij caſtra ingreſſi, Pyrrhum ſum
mis laudibus extollendo, eo homines ſui generis perpulerunt, ut continuo in apertã defectio-
nem eruperint. Demetrius factus certior de ijs quæ parabant̃, haud acerbiorem motum expe
ctandũ ratus regijs inſignibus depoſitis, pulla chlamyde amictus pauciſqꝫ comitatus in Caſ Pyrrhus
ſandriam urbẽ profugit, ubi Phila eius uxor doloris impatiẽs, ueneno ſibi mortẽ conſciuit. Macedoniã
Pyrrhus haud multo poſtq̃ Demetrius è medio exceſſerat exercitũ ſine duce adortus, cæteros occupat.
primo clamore diſſipauit, à Macedonibus benigne acceptus, caſtris & imperio una potitꝰ eſt.
Regnũ inde qđ ſeptẽ ferme annos ſub Demetrio fuerat, cum Lyſimacho partitus, regis nomẽ
apud Macedonas obtinuit. Demetrius quũ Thebas ueniſſet, illud Euripidis in eũ protulit q-
dam, forma diuina in mortalem formam uerſa ad Dirceos fontes & Iſmenum uenit. Ipſe col
lectis nauibus ex fœda maris iactatione, qua per idem tempus pene tota eſt claſſe ſpoliatus, re
liquiaſqꝫ amiſſi exercitus complexus, Athenas quæ cum fortuna fidem mutauerãt, nonnihil
obſidione fatigauit demum Cratetis philoſophi impulſu, ſoluta obſidione undecim ferme
milia hominum ſub ſignis habens in Aſiam trãſmiſit, ut Cariã & Lydiam à Lyſimachi do-
B minatu auerteret. Huc tranſmiſſo exercitu Ptolemaidẽ duxit uxorem. Sardibus inde & alijs
urbibus in Lydia occupatis aliquãto maiores ſibi copias comparauit. Hinc Agathoclis Lyſi- Demetrij er
machi filij interuẽtu in Phrygiam diuertit, ratus fore, ut ſi Armeniã occuparet, facile & Medię rores
ſtatus turbaret̃. Ducere ille interea per aperta loca, ſæpiuſqꝫ cũ Agathocle cõgreſſus, qui ueſti
gio hęrebat, oĩbus fere pręlijs uictor, urgebatur nihilominus cõmeatus & pabuli inopia, utpo
te per loca parum ſibi pacata agens exercitum, inopinata deinde clades acceſſit in ſuperando
Lyco amne, cuius uado pars exercitus decepta, ui fluminis eſt cõſumpta. Hoc itaqꝫ caſu fame
adhæc, & peſtilentia octo circiter hominũ milibꝰ amiſſis, in Ciliciã curſum deflexit, ubi à Thar
ſo diripiẽda ſuorum uim abſtinuit, ne Seleucum offenderet, mox ipſius terræ anguſtijs ab A-
gathocle inſeſſis ægre à Seleuco ĩpetrauit, cuiꝰ Cilicia erat, ut cũ exercitu illic hyemare liceret.
Nec Seleucus in ea uoluntate diu manſit multis ſuſpitionibus à Procleo & alijs familiaribus
imbutꝰ, uelut paꝝ prudẽter ab eo fieret, q bellicoſiſſimi ducis exercitũ in uiſceribꝰ ſui regni ale-
ret. Quæ uerba, quũ apud illũ fidẽ feciſſent, cũ ualido exercitu cõfeſtim in Ciliciã uenit. Ibi De
metriꝰ, quũ à Seleuco nihil precibꝰ impetraret, eſſetqꝫ uelut ſilueſtris fera indagine undiqꝫ fer
ro & laqueis circũuentus, lenitate in rabiẽ uerſa, aliquot Ciliciæ oppida, ſubita ui diripuit, mox
acie decertare auſus, Seleuci curribus euerſis, cæteroqꝫ exercitu in fugam uerſo egregie uicit, ui Soluitur De
ctorqꝫ anguſtias ſibi Cilicias patefecit, pulſis undique Seleuci præſidijs, uenerátqꝫ per hæc in metrij exer-
ſpem melioris fortunę, quum in aduerſam ualetudinem incidit, qua diutius conflictatus ma- citus
gnam amiſit exercitus partem multis ad hoſtem tranſeuntibus: alijs alio, ut ſuus quemqꝫ impe
tus, tulit, dilapſis, quorũ pars magna locorum inſcitia aberrantes uarijs caſibus periere. Quum
igitur à morbo cõualuiſſet, cũ ijs qui in officio adhuc erant, Cilicia haud modica ſui parte po-
pulata in hoſtiũ cõſpectum uenit. Amano deinde ſuperato, ad Cyrriſtem uſqꝫ regionem præ
dabundus uenit. Hic Seleucũ ſibi imminentẽ noctu eſt ſuperare adortꝰ, quod cõſiliũ quũ pa-
tum ꝑceſſiſſet, q̃n prælio commiſſo uictus acie deieciſſet, cito gradu ad Amani pylas reuerſus
eſt, in ꝓfundis inde ſyluas cũ ijs quos forte circa ſe habuit ſeſe immerſit. Caunum ubi paratam
ſe claſſem habiturũ arbitrabat̃, per deuia loca penetrare eſt conatus, ſed terrarũ anguſtijs un-
dique inſeſſis, & ex tenui comitatu pluribus in horã dilabẽtibus, amicorũ hortatu miſit qui Se

leuco uitã ſuã,& afflictas opes dederent. Fertur Seleucus regiũ illi tabernaculũ parari iuſſiſſe,
Capitur Demetrius. omnnia uenienti exhibiturus,quæ illius fortuna incolumi hoſpiti nõ captiuo præſtari potuiſ/ C
ſent. Multi quoq; rati futurũ,ut breui Demetrius apud Seleucũ gratia & autoritate floreret,
officij cauſa illi obuiã proceſſere.Nouis interim ſuſpitionibus Seleucus à ſuis mutatus,priuſq̃
Demetrius ad ſe ueniret,Pauſaniã cũ mille equitibus obuiã miſit, qui eũ in poteſtatẽ redactũ
in Syriæ Cherſonneſum perduceret,hicq; loco anguſtis finibus circũſcripto diligẽter cuſtodi/
ret. Vnde ille,etſi regali apparatu,multaq; cuſtodũ comitate Seleuci iuſſu habebarur,ad An/
tigonũ tamẽ filiũ miſit qui illum monerẽt,ut ſe pro defuncto haberet.Nec ſuis literis ſignóue
ullam amplius haberet fidẽ.Ingemuit Antigonus ad tã triſtẽ nunciũ, literaſq; circa reges mi/
ſit,quibus ſalutẽ patris omnibus pientiſſime cõmendauit,Seleuco ſe ipſum & fortunas, quæ/
cunq; reliquæ erant,obſides detulit,ut patrẽ liberaret. Perſeuerauit ille nihilo ſecius in Deme/
trio cuſtodiendo,qui cũ ab initio & uenari ſolitus eſſet & frequenter equitare,multoq; labore
corpus exercere,mox uelut præſentis uitæ tædio captus,in multam ſeſe immerſit crapulã, atq;
ita triennio poſtq; à Seleuco relegatus eſt naturæ conceſſit, annos iam quatuor & ſexaginta
Demetrij Interitus. natus.Nec hoſtis mediocriter eſt eius morte affectus, ſe ipſum incuſans,ꝙ in uirum geſtarũ
rerũ gloria excellentem,arctaq; ſibi affinitate deuinctũ,adeo implacabilis fuiſſet, nec Dromi/
chetis quidem Thracis & barbari hominis exemplo motus, qui Lyſimachum hoſtem captũ
ſponte dimiſiſſet. Antigonus ubi patrem uita defunctum accepit, in Syriam nauigare conſti
tuit,ut inde paternos cineres in ſuum rogum deportaret: cum ualida ergo claſſe in altum eue/
ctus circa inſulas occurrerunt qui defuncti reliquias,Seleuci iuſſu, in Græciam deuehebant.
Venerabundus ille auratam urnã complexus,qua oſſa incluſa erant, in ſumma puppi regiæ
nauis collocauit,diademate & regia purpura inſtratam,ualidi iuuenes haſtilia habentes urnã
Xenophantes modulator. circunſtabant. Aderat & Xenophantes inclytus ea tempeſtate modulator. Is eximia concẽtus
ſuauitate ſacrũ canebat carmen,ad cuius numeros remiges non ſine harmonia quadam, re/
morũ pulſu uerberabant fluctus. Vrna Demetriadem delata eſt,quam à Demetrio ipſo no D
minatam,populi ex paruis circa oppidis profecti tenuerunt.Habuit Demetrius ex Phila An/
tigonum & Stratonicen, Alexander ex Deidamia eſt illi natus, qui in Ægypto plurimũ uixit.
Genuit & Demetrios duos,unum ex Illyride fœmina,ex Ptolemaide alterum, qui in Cyrene
poſtea regnauit.Ex Antigono qui ſingulari fuit pietate in patrem, & cui Gonato cognomen
fuit,iunior Demetrius ortus, qui Macedoniæ rex fuit. Huic Antigonus cognomento Doſo
ſucceſſit,ab eo ꝙ omnia poſcẽtibus polliceretur,id cognomẽ adeptus,Doſoni Philippus,Phi
Macedonici regni finis. lippo Perſeus,quo à Romanis uicto Macedonia ex regno prouincia facta eſt.Nec inter Pyr/
rhũ & Lyſimachũ,ut ad Macedoniã reuertar,diu poſt Demetriũ eiectũ fida pax fuit, quippe
qui ſi non aperto bello,inſidijs tamẽ inter ſe certabant,induciarũ & belli nominibus ut nundi
nis,non ad iuſtitiã ſed ad cõmoditatẽ utentes. Verũ tam diu aperto bello abſtinuerũt, quoad
Demetrius ſtetit,quem Macedonia eiectum,quum in Græcia uelut ex naufragio quodam ui
Pyrrhi uerba ad Athenienſes. res colligeret,Pyrrhus premere non deſtitit, Athenienſibus etiam aduerſus illum auxilio pro
fectis, quo tempore in arcem ab Athenienſibus inductus,quum Palladi rem diuinã feciſſet,
digrediens loco ad eos qui officij cauſa circũſtabant conuerſus, gratum ſibi fuiſſe teſtatus eſt,
ꝙ tantum ſibi amica ciuitas crediďiſſet,ut ſe in arcem deduxerit, uerũ ut amicũ monere ſe eos,
parum ipſorum libertati expediturum, ſi temere cuiuis regum eum amplius locum pateciſ/
ſent. Theſſaliam deinceps ille,Demetrio in Aſiam profecto,occupauit,quo demũ profligato
Lyſimachus Macedonici ſanguinis,& qui unus erat ex Alexandri ſucceſſoribus, iniquo ani/
mo ferens,peregrinũ hominẽ Macedonibus imperare,Pyrrho bellũ intulit,quẽ ad Eſam prę
lio ſuperatũ ſtudijs hominũ ab eo alienatis facile regno expulit. Pyrrhus Macedonia eodem
exẽplo amiſſa,quo adeptus fuerat,quũ in Epyrũ ſeſe recepiſſet,eſſetq; ut Achilles, a quo pro/
gnatus erat,ocij & quietis impatiens,peropportune à Tarẽtinis in Italiã aduerſus Romanos
eſt accerſitus.Sed de Italica expeditione aliquãto poſtea inſtituetur ſermo.Lyſimachus & ipſe
magis belli q̃ pacis ſtudijs dedit9, Pyrrho Macedonia eiecto,Thraces primo, mox Heracleã
Heracliẽſes. bello petijt. Fuit Heraclea in Pontici maris ora, quã Bœotij peſtilẽtia laborãtes, Delphico mo
niti oraculo cõdiderunt, iuſſi in Pontum coloniam Herculi ſacrã mittere. Heracienſes breui
ſibi

ſibi magnas opes parauere,& cũ finitimis grauia geſſerũt bella,& domeſtica etiam ſeditione ſę
A pius agitati,ab Atheniẽſibus quandoꝗ armis petiti,ꝙ poſt Medicũ bellum tributum pende
re recuſaſſent,in quo illud memorabile accidit:Malachus atticæ claſſis Dux ad id bellum pro Heracliẽſiũ
fectus,quũ in terram egreſſus agrum populatur, claſſe ſubita tempeſtate diſiecta,in hoſtico magnanimi
uiribus & conſilio deſtitutus,ad extremam rerum inopiam redactus,caſurus haud dubie erat: tas.
Heraclienſes beneficij occaſionem honeſtiorẽ rati quã ultionis,totũ exercitũ cum ipſo duce,cõ
meatibus & auxilijs adiutum incolumen miſere,ſatis ſe bello adeptos arbitrati,ſi qui hoſtes ue
nerant,hoſpites ſuis finibus excederent.Procedente deinde tẽpore ciuitas, domeſtica ſeditiõe
agitata,in tyrannidem incidit.Clearchus pluribus ſenatorij ordinis ui oppreſſis,alijs in exiliũ
actis,præter cætera ſcelera indigna & nefaria in ciues edita, interfectorũ coniuges inuitas ſuis
matrimonio ſatellitibus collocauit,quarũ plurimæ uiolentum connubium in uiros ultæ,ultro
ſibi mortem conſciuerunt.Poſtremo Chion & Leonides afflictum ſuorum ciuiũ ſtatum miſe
rati,in tyranni exitiũ cõſpirant.Fuerant ambo Platonis diſcipuli.Quinquaginta igiť cognato-
rũ in inſidijs locant,quos ſui conſilij participes fecerant,ipſi mutuo ſe iurgio laceſſentes in arcẽ
contendunt,qui ad regem iure familiaritatis admiſſi,dum prius dicentem attente Clearchus
audit,ab altero qui in eã intentus erat occaſionẽ,ferro opprimitur.Spiculatores,& qui cuſtodi
endi regis cauſa circunſtabant,continuo percuſſores inuadunt,armiſꝗ prius obruunt,quàm
à coniuratorum manu ſubueniri potuerit.Perijt Clearchus,ſed ſæuus dominatus aboleri nõ Clearchi exi
potuit.Satyrus tyranni fratet principatũ uelut per manus acceptum inde tenuit,multaꝗ dein tus.
ceps ſucceſſione fuit Heraclia tyrannorũ regia.Illa uero tẽpeſtate qua Lyſimachus intulit He
racienſibus bellũ,in Helleſponti & Cherſonneſi regionibus terra adeo horrende mota eſt,ut
Lyſimachia urbs altero & uigeſimo anno ab eo quo condita fuerat,magna ex parte concide- Terræ motꝰ
rit.Fuitꝗ prodigium illud Lyſimacho,& eius ſtirpi poſt paulo interituræ,ac malorum omni-
um quæ deinceps ſecuta ſunt.Enimuero Agathocles regis filius,haud longo interiecto tẽpo-
B re,ab Arſinoe nouerca ueneno ſublatus eſt.Erat hęc Ptolemæo Lagi filio genita, fuitꝗ hęc il Vltimũ cer-
li prima mali labes,pendentiſꝗ ruinę initium.Secutæ inde principũ cædes ſupplicia luentiũ, tamẽ inter
quod Agathoclis interitũ liberius queſti eſſent.Mox qui exercitibus præerant,ad Seleucũ de- Alexan.ſuc-
fecerunt,quorum impulſu Lyſimacho bellũ intulit,idꝗ ultimum certamen fuit ſucceſſorum ceſſores
Alexandri,& uelut ad fortunæ exemplũ hi duo reſeruati annos quatuor & LXX. Lyſimachꝰ Vltimus ex
natus,Seleucus tribꝰ adhuc annis maior.Etſi in ea ætate iuuenilis ambobus animus,& inex- ſucceſſori-
pleta regnandi cupiditas,qui quũ orbem terrarum ambo tenerent,anguſtijs ſe terrarum inclu bus Alexã.
ſos arbitrarenť,uitæ finem non annorũ ſpatio,ſed imperij finibus metientes.Lyſimachꝰ XL. Seleucus
liberis alijs alio caſu eo bello amiſſis,poſtremus ipſe domeſticæ cladi cumulus acceſſit.Lætꝰ ea
uictoria Seleucus,quod unus ex omni cohorte Alexandri,& uelut uictorũ uictor ſuperfuit,di
uinum id opus prædicabat,gloriariꝗ ubiꝗ,ſuę interea ſortis ignarus,quippe q ſeptimo uicto
riæ menſe à Ptolemæo magni Ptolemæi filio Arſinoes fratre in ſidijs exceptus perijt, regnũꝗ
Macedoniæ quod Lyſimacho ademerat cum uita perdidit.Ptolemæus per hæc regnum ade-
ptus cum Ptolemæo fratre à quo fuerat Ægypto pulſus per literas de concordia egit,pollicitꝰ
nihil ſe à fratre præter amicitiã quæſiturũ, eo contentus regno quod paterno hoſti ademiſſet,
adhibere præterea omnem diligentiam,ut Antigonum Demetrij filium ſibi conciliaret, ſoro-
ris nuptias ambire,puerorum quos illa ex Lyſimacho procrearat adoptionẽ pollicitus.Erãtꝗ
res Macedonum in hoc ſtatu,quũ Romani Fabio Gurgite Fabij maximi filio,& Iunio Bru- Conſules
to cognomento Scæua cõſulibus,quorum nomina alio ſunt loco relata,adhuc cum Samniti
bus bellabãt,cum quibus Fabij ductu intra eorum fines infeliciter eſt dimicatum,triaꝗ homi
num milia uno prelio amiſſa,ad infamiam abolendam:quum in ſenatu forte mentio mota eſ Pietas.
ſet de imperio cõſuli abrogãdo,filij ignominiã Fabius pater in curia deprecatus,ſe legatũ illi in Fabij in filiũ
caſtra iturum profeſſus eſt.Profectus inde in prouinciam,perculſum recenti clade exercitum
adeo præſentia & conſilio iuuit,ut non ſolum hoſtem prelio uicerit,ſed triumphantem etiam C.Pontiꝰ ca
conſulem Romam ſit ſecutus,C.Pontio Samnitium duce ante currum acto,ſecuriꝗ percuſ- ptus & cæſꝰ
ſo.Laborauerat iam biennio ciuitas peſtilentia:tum uero quum pręſenti clade ſe non aliter de
functuram arbitraretur,Sybillini carminis oraculum aliquanto antea uulgatum ſecuta lega-

 tos

toſ in Peloponneſum miſit, qui ex Epidauro Æſculapiũ accerſerent. Legati ubi eo uenerunt, C
ſecundum publica poſtulata facile ab Epidaurijs optatũ numen impetrarunt. Diſtabat Æſcu-
Aeſculapij templum,
lapij templum quinqꝫ milibus paſſuum ab urbe, huc legati comiter adducti iubentur inde ſu-
mere quicquid ſuæ ciuitati ſalubre arbitrarentur, quam hoſpitalem Epidaurienſiũ indulgen-
tiam, loci genius, niſi malus ille Dæmon potius fuit, uoluntario uiſus eſt probare obſequio.
Serpẽs Aeſculapius.
Erat is anguis, quẽ Epidaurij raro, ſed nunqꝫ ſine publica felicitate à ſe uiſum prædicabant: mi-
tibus itaqꝫ oculis per celeberrimas urbis partes cunctis religione attonitis, leui tractu clarioris
uelut ſedis nõ obſcurã præ ſe ferens alacritatem, ad Romanã triremẽ perrexit: Ibi nautis inuſi-
tato ſpectaculo pauẽtibus, placido illapſu eo cõſcendit, ubi Q. Ogulini unius legatorũ erat ta-
bernaculũ, ibiqꝫ in multiplicẽ cõuolutus orbẽ uelut ſopore preſſus quieuit. Legati optatæ rei
cõpotes cultu anguis à peritis diligenter excepto, læti ex Epidauro in altũ abierunt. Proſpera
inde nauigatione uſi, ubi Antiũ appulerunt, Anguis qui ubiqꝫ in nauigio manſerat, in terram
Aeſculapij templum.
plapſus myrtũ multiplici ſpira inſedit, quę in ueſtibulo erat Æſculapij, triduoqꝫ Antiatis tem-
pli hoſpitio uſus, mox ſeſe Romanis auehẽdũ reſtituit. Poſtremo naui Romã Tyberino amni
ſubuecta in inſulã, quæ medio flumine hodie eſt, ubi illi eſt poſtea templũ cõſtitutũ, ſua ſpon-
te tranſnauit. Inſulæ huius primordiũ æqualem Romanæ libertati habuit ortum. Tempeſtas
L. Poſthumij dãnatio
illa ciuitati aduerſa ſub pręſtigioſi anguis aduentũ (erant iam utiqꝫ ea Romani defuncturi) pau-
latim remiſit, fuitqꝫ diro cultui iã antea recepto, res hæc nõ parua acceſſio. L. Poſthumius uir
conſularis hoc anno damnatus eſt, ꝙ quũ exercitui præeſſet militũ opera in ſuo agro colendo
fuerat uſus, & cum Samnitibus iam bello feſſis quarto eſt fœdus renouatum, de his uictis &
Marſis, qui & ipſi rebellauerant, bis eodem magiſtratu Curius triumphauit. Eutropius autor
eſt, in tantum res Samniticas huius, & P. Cornelij Rufini conſulatu acciſas, ita urbes excidio
deletas, ut procedente tempore cœptum ſit Samnium in Samnio requiri. Tũc (ut arbitror) me-
Curius.
morabile illud exemplum continentiæ in Curio extitit, cui Samnites magnã uim auri occulte
miſiſſe dicuntur, rogaſſeqꝫ ut mitius Samnium uexaret, quibus ita ſit ab eo occurſum, Malle D
ſe aurum habẽtibus imperare, qꝫ aurum poſſidere. Reddita tamen uictis pax eſt anno unde-
quinquageſimo, ex quo cum ea gente cœptum fuerat bellari. Luſtrum hoc anno conditũ, cen-
ſaqꝫ ſunt. CCLXXII. milia ciuium Grauis inde ſeditio ciuitatem inuaſit ob æs alienũ, uarijſqꝫ
Luſtrum
Seceſſio plebis.
certaminibus plebs agitata in Ianiculum ſeceſſit. Q. Hortenſius dictator eã reduxit, mox pa-
cato ciuitatis ſtatu, contra Volſinienſes & Lucanos eſt bellatum: quorum ductu aut euentu
non reperio. Galli quod liquido traditur, decimo poſt anno ꝗ in Sentinati agro uicti fuerant,
Aretium in Hetruria tumultuoſe oppugnare adorti, Romanos ſocię ciuitati opem laturos in
eius urbis conſpectu prælio uicerunt. Fuitqꝫ uictis eo funeſtior pugna, ꝙ L. Cæcilius prętor
eo certamine occubuit. Manius Curius inde in prouinciam profectus, legatos in Galliam mi-
ſit, qui captiuos redimerent. Hos cõtra ius gentiũ Ro. nominis odio Galli interfecerũt. Quod
hoſtium ſcelus ulturus Ro. Po. nouũ ſtatim exercitum miſit in prouinciam. Occurſum eſt ab
hoſte Romanis legionibus, priuſqꝫ Galliæ eſſent fines ingreſſæ. Hic atrox pugna cõmiſſa eſt,
Galliqꝫ fœda ſunt occidione occiſi. Qui prælio ſuperfuerũt ex ea terra quã diu poſſederant, tũ
Sena.
demũ ſuut Romanis armis eiecti. Tũ quoqꝫ Sena urbs Gallica, quæ ad Adriã iacet, facta eſt
ut Polybius ait, Romanorũ colonia. Liuius aliquanto prius id factũ arbitrari uidetur, quo an-
no & Adriã coloni miſſi ſunt. Boij Galli ægre paſſi Senonas cognatos ſuis finibus pelli, con-
ſternati arma capiunt, Hetruſcoſqꝫ ſibi belli ſocios aſciſcunt. Fuit pugna quæ ab his cũ Roma-
no exercitu poſtea pugnata eſt, nihilo ipſi gẽti felicior, Hetruſcorũ cornu fœdiſſima cæde diſie-
cto, ipſi quoqꝫ maiore ex parte Romanis armis obruti, pauciſſimi ex acie profugerũt. Ea clade
magis iritati hoſtes ꝗ fracti, ſequẽti anno iuuẽtute ad bellũ inſtructa iterũ cum Romanis con-
fligũt, quo pręlio ſunt pene ad internicionẽ cæſi, eorũ rebus magis ꝗ ullo unqꝫ certamie acciſis, fœ-
dere cũ Romanis icto, quinqꝫ & XL. annos quieuere. Fuitqꝫ hic annus tertius poſt traiectionẽ
Tarentini belli cauſa.
Pyrrhi in Italiã, cuius belli cauſa à Tarẽtinis orta eſt, ꝗ Romanã claſſem ex occaſiõe adorti, eius
pfecto cũ pleriſqꝫ claſſiariorũ cæſo hoſtiliter diripuere. Legatos ad res de more repetẽdas ex
urbe miſſos, ſcelus ſceleri addere auſi, cõtra ius gentiũ uiolarũt. Bello pinde à Rõanis petiti cũ
impares uiribus Romanis eſſent, nec ob inſitã ſupbiã bellũ ſolui uellẽt, Pyrrhũ in Italiã accer-
ſendum

A ſendũ decernũt. Reclamabãt maiores natu in hãc ſententiã, ut ciuitati pernicioſam, ſed q̃ bellum
malebãt, quia multo in ſuffragijs potẽtiores eſſent, ſtrepitu & clamore bonos audiri nõ permi/ Metonis urbana admonitio
ſere. Metõ quidã eo die, quo de Pyrrho accerſendo ferendũ erat decretũ, coronatus cũ lãpade
precinẽte tibicine, ſe frequenti cõcilio intulit. Hic plauſu & hilaritate à ſedẽtibus exceptus, ubi
ludibundus & quaſi aliq̃d cãtaturus aſtitit, factũq; eſſet undiq; ſilentiũ, Recte facitis, inquit, ui/
ri Tarentini qui iocari & ludere uolẽtibus ueniã datis. Nũc ſi ſapitis uos quoq; hac ludendi li/
bertate fruemini, priuſquã Pyrrhus adſit, tũ uero non noſtro ſed ipſius erit arbitrio uiuendũ.
Turbauit ea uox populum caſuræ libertatis admonitũ, & iã multi ſua ſpõte Pyrrhi nomẽ ab/ Accerſitur Pyrrhus in Italiam
horrere, autores tamen belli ueriti ne cõpoſita cũ Rõanis pace ad ſuppliciũ dederent, increpita
multitudine q̃ temulẽtũ in re ſeria audiret hominẽ, Metonẽ cõcilio eijciũt, eiectoq; cõfeſtim ut
in ſuã ſententiã decretũ fieret, obtinuerunt. Miſſi deinceps in Epirũ ad regẽ legati cũ donis qui
dicerẽt ſe, nõ tã multitudine, quã prudenti & ſtrenuo duce indigere, affatim armorũ Tarẽtinis
& ſocijs eſſe, ad ccc. & amplius milia peditũ, uiginti equitũ ſub ſignis habituros, ſolius ducis o/
peram ad res gerendas requiri, cætera Tarentinos ad bellũ neceſſaria daturos. Extulerunt lega
torum uerba non regẽ ſolũ, ſed totam etiam Epirum in quæſtuoſæ & inclytæ ſpem militiæ. E/
rat apud Pyrrhũ Cyneas Theſſalus ingenio ea tẽpeſtate & eloquentia clarus, utpote qui De/ Cyneæ laus
moſtheni diutiſſime operam dediſſet. Is ſæpe à Pyrrho miſſus ad ciuitatum ſtudia ſibi conci/
lianda, quum mira felicitate uerſaret populorum animos, fertur Pyrrhus in eũ dicere ſolitus il/ Orationis uis
lud Euripidis, Oĩa conficit oratio, uel q̃ hoſtile etiã ferrũ nequeat. Hic ubi regẽ ad eã expedi/
tionẽ ſumma ope ſe parare uidit, ab eo familiariter quæſiuiſſe dicit. Rogo, inquit, rex, ſi dij an/
nuerint ut Romanos bello ſuperes, quid his uictis poſtea agemus: cætera Italia ſubigenda no
bis eſt, inq̃t Pyrrh⁹. Italia uero domita, quid? ille ait. Siciliã Pyrrh⁹ reſpõdit meis opibus adij/
ciam. Quid Sicilia uicta? Aphricã & cæteras terras noſtræ deditiõi ſubigã. Tum Cyneas, quid Cyneæ dictum
quum totũ orbem uiceris? Tũ ridens Pyrrhus, ocium, inquit, agem⁹, perpetuaq; lætitia epulis
B mutuoq; ſermone p̄fruemur. Tũ ille. Quid attinet per labores & pericula ea quærere, quorum
facultas abũde parata eſt, modo frui uelimus? Turbauit magis his uerbis regẽ Cyneas, quam
à propoſito auertit. Sed uterq; parũ honeſta intulit, & rex, qui ocium non beneficentiã, & cul/
tũ iuſtitiæ uictorię fructum credidit, & Cyneas, qui regẽ in ocio retinere ſatius duxit, quã ab in
iuria mortalibus inferẽda auertere. Paucis igit̃ diebus interiectis Pyrrhus Cyneã Tarentũ mi
ſit cũ tribus milibus peditũ: ipſe ratib⁹ & nauigijs omnifariam ex Tarento, ut Plutarchus ſcri/
bit, miſſus (Trog⁹ ab Antigono Demetrij filio naues ad exercitũ deportãdũ traditas autor eſt)
tribus equitũ milibus, & uiginti peditũ, funditoribus & ſagittarijs quingentis, elephantibuſq; Aduentus Pyrrhi in Italiam
uigenis, haud multo poſt Cyneã eſt ſecut⁹. Tenebatq; rex iã medium Ioniũ, quum ſubita tẽ/
peſtate diſiecta eſt claſſis, nauium aliæ in Libycũ pelagus, in Italiæ oram aliæ curſum tenuere,
regia naui ad Meſſapioꝝ littus deiecta. Pyrrhus cum periculo noctu in terram adnatauit, nec
ita multo poſt Cyneas, cũ ſua legione ad eũ uenit, à quo Tarentum eſt perductus. Trogus qđ
ad beluaꝝ numerũ attinet (nã hac p̃te uiriũ bis Romani uicti ſunt) q̃nquaginta ait Elephãtos
Pyrrho in Italiam tranſmiſſuro Ptolemæum Macedoniæ regem obtuliſſe in biennij uſum, ac
ſupra id auxilij genus, quatuor equitum milia, & quinq; peditũ ab eo data. Tanta tum Pyrrhi
inter reges, aut gratia aut autoritas fuit, ut quum Europæ & Aſiæ regibus parum conueniret,
ipſe tanquam magnum momentum futurum utri partiũ acceſſiſſet, æque ſit ab omnib⁹ adiu/
tus. Nec in Æacidarũ gente ullus maiore fuit celebritate, poſt Pyrrhum Achillis filium, nã qđ
ad Achillẽ attinet, oẽs Homeri teſtimonio mortales uirtute bellica ſuperauit. Fuit igitur Pyr/
rhus quẽ ille procreauit, Moloſſici regni autor, qui ex Ilio reuerſus paterno principatu per ab
ſentiã amiſſo, in Moloſſide conſedit, à quo regionis incolæ Pyrrhidæ primo, ut Trogus ſcribit,
mox Epirotæ nũcupati ſunt. Inde Pyrrhus Dodonæi Iouis templum ingreſſus, ut numen cõ
ſuleret, Anaſam Herculis neptẽ, inde abductam matrimonio recepit, ex qua octo liberos ſu/
ſtulit. Chaoniæ deinde parte Heleno ob diuinandi peritiam data, cõceſſaq; illi Andromache
quam poſt captũ Iliũ in partẽ prædæ fuerat ſortitus, ipſe Delphis ab Oreſte inſidijs exceptus
perijt, cui Piales filius in regnũ ſucceſſit. Lõgo deinde ordine regnatum ad Ariſbam, qui caſu
quodã Athenis liberalibus diſciplinis inſtitutus, leges, ſenatum, & annuos magiſtratus, & ci/

uitatis formã ſuis cõſtituit popularibus,ita ut quemadmodũ Pyrrhus regni conditor fuit, ita C
Ariſbas cultiorẽ poſteris uitã tradidit. Plutarchus Theſprotas Moloſſos & Epirotas eandem
putat eſſe gentẽ,atq; poſt diluuiũ in ea terra Phaetontẽ regnaſſe exiſtimat, unũ ex ijs qui cum
Deucalione in Epirũ nauigarũt. Alij Deucalionẽ & Pyrrhã ad Dodonæũ oraculũ profectos,
in ea terra ſubſediſſe autumant,quæ Epirus ſit poſtea dicta. Procedente deinde tẽpore Neo-
Pyrrhi progenitores. ptolemũ Achillis filiũ in his locis regnaſſe, ex quo & Ianaſſa quã Cleodis uocant,Pyrrhus &
alij liberi orti ſint, à Pyrrho inde ad Tharypã quẽ Ariſbam Trogus uocat, ignobiles & fera
barbarie obſcuri in Epiro regnũ habuiſſe dicuntur. Tharypæ Alcetem filiũ fuiſſe aiunt, Alcetę
Arymbã, Arymbæ & Troadis Æaciden, à quo Pyrrhus qui in Italia aduerſus Romanos bel-
lauit eſt genitus. Alij Ariſbæ Neoptolemũ,& Æaciden filios ſubijciunt,ex hocq; Pyrrhũ ipſm
genitũ, Olympiadẽ ex illo magni Alexandri matrẽ,& Alexandrũ qui in Lucania perijt. Neo-
ptolemo Æacides frater regno ſucceſſit,qui bellorũ aſſiduitate populũ fatigando,ſuorũ offen-
ſam contraxit,atq; extorris regno eiectus, Pyrrhũ admodũ puerũ reliquit, qui & ipſe quũ pa-
tris odio ad necẽ quæreretur, furtim ſubtractus eſt, & in Illyrios delatus, traditusq; eſt Beroe
Glauci regis uxori nutriendus. Erat Beroe & ipſa ex gente Æacidarũ. Mirũ eſt ac citra fidẽ qđ
Græci ſcriptores aiunt in puero eueniſſe, quũ illi qui in periculo infantẽ ſubtraxerant ad flu-
Pyrrhi īfantis diſcrimia uiũ,qui iuxta Megaras Macedoniæ locũ labitur,curſu deueniſſent,urgerenturq; ab ijs qui ad
cædem pueri miſſi è ueſtigio ſequebantur,ne à percuſſoribus opprimerẽtur( nã fluuius trana-
ri uado nõ poterat)infantẽ ſaxo alligatũ, ſeruatorũ unũ i ulteriorẽ ripã ualidiſſimo iactu inco-
lumẽ emiſiſſe,alij tragula alligatũ affirmant,quẽ Pyrrhi caſum uideri poteſt Maro in Camil-
lam à Metabo patre ſeruatam trãſtuliſſe. Glaucus ſiue miſericordia, ſiue infantilibus blandi-
mentis inductus puerũ aduerſus Caſſandrũ Macedoniæ regem diu protexit,quẽ ille ſub bel-
li denunciatione ſibi ad necem tradi depoſcebat,addito huic pietati adoptionis officio, quem
Glauci fauorẽ Epirotę deinceps ſecuti,puerũ undecim annos natũ in regnũ reſtituere,datis illi
qui regnum ad adultam uſq; ætatem tueretur. Tantis inde Pyrrhus eſt auctus ſucceſſibus,ut D
unus omnium regum ſit creditus,qui à Tarentinis & ſocijs Po.Ro. uiribus tuto opponeretur.
Dentes Pyrrhi. Ipſe magni Alexandri laudũ æmulus,potius occupandæ Italiæ conſilio,q̃ ut Tarentinis auxi-
liũ ferret,ad id bellũ ueniſſe creditur. Ingenium in eo gloriæ cupidũ,aſpectus nõ mitis,ſed ter-
rificus,pro dentibus oſſe uno ſuperna gingiuarũ parte genitus,quod & Pruſię Bithynię regis
filio accidiſſe proditũ eſt,rimulis in figuram dentium,oſſis ſpatiũ diuidẽtibus. Mederi ad hęc
ſplene laborantibus dextro pede contactis. Pedis digitus maximus poſt mortem cremari nõ
potuit. Pyrrhus ubi Tarẽtum uenit,offenſus ciuitatis deſidia gymnaſijs & ambulacris,in qui-
bus Tarentini uerbis militabant,clauſis acerbiſſimum,habuit delectum. Interea & qui tempe-
ſtate fuerant diſiecti perpauci affuerunt. Ibi rex,etſi cæteros expectare in animo habebat, q̃a
Valerius Leuinus. tamen ferebatur Valerium Leuinum conſulem Lucaniam populari, cum ijs copijs quas ad
manus habuit,in hoſtem proficiſcitur,præmiſſo ad Romanos caduceatore uellent ne ſe iudi-
ce cum Tarentinis de iure cauſam decernere. Reſponſum eſt à conſule Po.Ro. neq; Pyrrhum
iudicẽ legiſſe,neq; hoſtem formidare. Hæc ille:atq; una in Pyrrhum progreſſus, inter Pando-
ſiam urbem & Heracliam ad Syrim fluuium cõſedit,à quo & Syris aliquando Heraclia eſt di-
cta. Fuit Pandoſia Oenotriorũ regia,ſed Alexandri cæde multo inſignior facta. Pyrrhꝰ cum
Romana caſtra inſpecturus ad Syrim adequitaſſet, ordinẽ & formam caſtrorũ procul intui-
Verba Pyrrhi de Ro. tus,Hæc,inquit,Barbarorum diſciplina non eſt barbara,dein citeriore ripa fluminis ſtationi-
bus firmata, tantiſper pugna abſtinendum duxit, donec copiarum quæ mari diſiectæ fuerãt,
robur circa ſigna coiuiſſet. Cæterũ hæc cauſa quæ Pyrrhum ab pugnã cunctatiorẽ fecerat,ea-
dẽ Leuino ſuadebat,ut prius fortunã experiretur,q̃ hoſtiũ uires augerẽtur. Fluuiũ itaq; haud
uno uado tranſnare adortus, Græcos qui in aduerſa ripa ſtationẽ habebãt,metu diſpulit. Pyr-
Cõcurritur ad Syrim fluuium. rhus tumultu excitus aciẽ inſtrui imperat,ipſe cũ tribus milibus equitũ ad fluuium occurrit,ut
hoſtẽ uado inhiberet,aut nuper fluuio emerſum,& in ripa adhuc tumultuantẽ,ſubito turba-
ret acceſſu. Vbi igitur eo uentũ eſt,Romanoſq; obiectis clypeis in acie ſtare uidit, atq; eq̃tatũ
oẽm in cornua reiectũ,primus oĩm, uirtutẽ animi ac robur corporis oſtẽtaturus in aduerſam
aciẽ irruit,ſtatimq; ſublato utrinq; clamore atrox eſt præliũ initum. Ferire Pyrrhus hoſtẽ,atq;
una

A unà ſuos exẽplo & uerbis hortari, quũ Epaclus Ferentanus præfectus infeſto te o regẽ inua-
ſit, atq; traiecto equo ad terrã deiecit. Hic celeri ſuorũ occurſu defenſus in alium recentẽ equũ
ſubito conſcendit, præſenti periculo cautior factus, ſed ad pugnam nihilo ſegnior, fuit Epaclo
ſua uirtꝰ infelix, ſuffoſſo equo ad terrã deuolutꝰ, hoſtilibꝰ armis iacẽs, obrutꝰ eſt, multiſq; uul
neribꝫ cõfectus. Iã equeſtris acies Pyrrho minꝰ ac minꝰ cõſtare cœperat, quũ phalãge hoſtibꝫ
obiecta, pugnam exęquauit: ibi Pyrrhus regijs inſignibꝰ depoſitis, gregarij militis habitu ſe or
nat, ut cautiꝰ in media pugnaret acie, atq; ita incognitꝰ in aduerſum Romanorũ agmen irruit.
Parum abfuit quin error ille uictoriam Romanis dederit. Ignobilis quidam Epiroticum mili
tem pro rege adortus ad terram deiecit, deiectum ſpoliat. Chlamidẽ inde & cætera inſignia cla
mitans ſuis oſtentat, Pyrrhum à ſe interfectum quum alijs paſſim, tum conſuli affirmat. Fecit
res ipſa fidem conſpectis ſpolijs, ingenſq; alacritas eſt Romanis orta. Hoſtes contra dolor &
metꝰ occupat, fuiſſetq; ſtatim acies in fugam uerſa, niſi nudato capite rex ſeſe uiuere inter ſuos
alta uoce teſtatus eſſet. Septies utrũq; agmen alterum pepulit, totieſq; retro pulſum abijt, po-
ſtremo Romanorum equis inſueto Elephantorũ odore, & aſpectu territis (nam tũ primũ Ro-
mani Elephãtes uiderant) primo ſtupor equites inceſſit, inde pauor & trepidatio ingens ſecu
ta eſt: ut qui ubiq; uincere conſueuerunt, monſtroſa beluarum magnitudo uicerit. Pyrrhus la
bantem Romanorum aciem intuitus, Theſſalos equites in Romanas alas metu percul-
ſas immittit. Tum cæde & ſtrage multa aperta fuga inclinauit. Dionyſius ad XVI. milia Ro- Cæſorũ nu-
manorum eo prælio cęſa ſcripſit: nec Pyrrho gratuita contigit uictoria XIII. milibus hominũ, merus
ut idem autor prodidit, acie amiſſis. Hieronymus, Plutarcho autore VII. milia Romanorum &
quatuor hoſtiũ deſiderata eo die credidit. Pyrrhus poſtridie Romanis caſtris potitus, quæ no-
ctu fuerant à conſule deſerta, ſpolia ex cęſo hoſte legit, ibi iacẽtiũ Romanorum uulnera truceſ
que uultus ſecum miratus, omniũ ſe gentium breui dominũ futurũ dixit, ſi tales eſſet milites
ſortitus. Multis inde ciuitatibus in fidẽ receptis, iunctiſq; ſibi Brutijs Samnitibus & Lucanis,
B qui iam antea à Romanis defecerãt, Romã ire pergit, Cãpaniaq; fœde populata, Præneſte uſ- Pyrrhus
que ꝓgreſſus ad decimũoctauũ lapidẽ ab urbe, ut Eutropius ſcribit, caſtra fecit. Trogus autor Romã adit.
eſt CCC. ſtadia ab urbe metatũ, inde ueritus ne ab hoſte circũueniret̃ (nã Romanꝰ conſul non
multo poſt ſequebat̃) in Cãpaniã deceſſit, quo legati ad illũ ueniſſe dicũt̃, ut captiuos redime
rent. Ibiq; rex teſtatus ſe certare cum po. Ro. de gloria & imperio (ut Enniꝰ ꝑclare ſcripſit) nõ
mãgonũ more negociari, captiuos ſine ꝑtio reſtituit, q mille & octingenti numero fuiſſe tra- Captiuorũ
duntur. Trogꝰ ducẽtos gratis po. Romano redditos ait. Erãtq; res Romanæ in hoc ſtatu, cum numerus
Mago dux Carthaginienſiũ cũ CXX. nauiũ claſſe ex fœdere in auxilium Romanorũ uenit. Is
curiã ingreſſus ægre Cartaginiẽſes ferre dixit, ꝙ bellũ in Italia à peregrino rege illatũ haberẽt,
miſſumq; ſe ob eã cauſam, ut ſocios auxilio iuuaret. Gratię actæ ſũt Carthaginiẽſibꝰ à ſenatu.
Sed Mago punico ĩgenio, haud multo poſt quaſi futuræ pacis autor. Pyrrhũ adijt, corã ſpecu
laturus q̃ cõſilia de Sicilia inuadẽda agitaret, Cõſtans fama erat illũ in Siciliã accerſi, atq; ea de
cauſa ut regẽ Italico bello remoraret̃, potiuſq̃ ꝙ Romanis cõſultũ uellet, claſſis fuerat à Cartha
ginienſibus in Italiã miſſa. Fabritius interea homo ſingulari continentia, ad Pyrrhũ ut Tro-
gus ſcribit publico nomine uenit, de pace cũ eo acturus. Plutarchus, pace à Pyrrho per Cyne- Fabritius
am prius tentata, Fabritiũ ait ad regẽ ueniſſe nõ de pace acturum, ſed ut captiuos redimeret, à
qua opinione ne omnino abhorrerem, ea res fecit ꝙ Pyrrhus, ut credere par eſt, in Siciliã trãſ-
fretaturus, Romanũ bellũ quoquo mõ compoſitũ uoluiſſet. Illud inter omnes cõſtat, regẽ ob
famã inter ipſos etiam hoſtes de Fabritio receptam experiri uoluiſſe, an illius animum poſſet
auro & muneribus corrũpere. Quartã ſui regni partẽ ei conditione pollicitus eſt, ſi ſecũ milita-
re uellet. Sed ſimilius uero eſt quod Plutarchus meminit, quod fama & celebritate uiri Pyrrhꝰ
adductus, hoſpitiũ cum eo inire uoluit, obtuleratq; ob eã rem ſcorſum abducto uim auri in-
gentem, quo cõſtanter repudiato, alia ſit à Pyrrho uia inita, ad conſtantiam hominis explorã Pyrrhus
dam. Poſtridie per ſpeciem colloquij Fabritium ſecretiorem in locum traxit, ubi poſt aulæum Fabritium
maximus omnium Elephantorum, qui in caſtris erant, de induſtria latebat. Hic ſermone uix auro corrũ
bene inſtituto, ſecundum aulæi caſum ingenti ſtridore belua Fabritij caput proboſcide per- pere tentat.
cuſſit, ad quem ictum nihil uir Romanus exterritus, placide Pyrrhum reſpiciens. Neque

heri,inquit,rex tuũ aurũ me mouit,neq; hodie belua. Inde regiæ cenę adhibitus,quũ Cyneas C
quædã de Epicuro diſſereret,qui hominẽ à cura reip. ſubmoueret,tanq̃ uoluptatis, cuius erat
aſſertor,corruptrice,prædicaretq; omnia eſſe uoluptatis cauſa facienda,Fabritius palã optaſſe
fertur, ut eam dij mentẽ Pyrrho darent & Samnitibus q̃diu eſſent cum Romanis bellaturi.
*Cyneas Romam mittitur.* Quum per hæc ille regẽ & alios in ſui admirationẽ uertiſſet,Romã eſt dimiſſus,cumq; eo Cy
neam à Pyrrho miſſum quidã ſcribunt,ut coram ibi de pace ageret. Verũ ſiue tunc,ſiue prius
ille Romã profectus eſt,nã utrunq; traditur,multa à rege munera ſecũ attulit. Sed nulla ei do/
mus (quod uix,in hac auri fame qua hodie laboratur, fidem inueniat) inferre uolenti patuit.
Adeo tunc par cõtinentiæ ſtudiũ omnibus fuit. Inclinabãt tamẽ omniũ animi ad pacẽ, cuius
cupidus erat Pyrrhus ob Siculã expeditionẽ,quã animo agitabat. Romani & ipſi graui præ/
lio uicti,ueriti ne maius aliquod diſcrimẽ reſpub. adiret,à pace nihil abhorrebant. Sed quũ ea
*Appij oratio ad patres.* adhuc conſultatio teneret, Appius ille Claudius, qui poſt cenſurã captus fuerat luminibus,le
ctica in curiã delatus,ubi dicturus ſententiã ſtetit,ſilentio inter patres facto ob tanti uiri auto/
ritatẽ,ſic orſus dicitur. Dolebam,inquit,antea patres conſcripti,q in hanc oculorũ cæcitatẽ in/
cidiſſem,at nunc uehementer doleo,q nõ ſum & auribus priuatus,ne turpiſſimas ſententias,
quæ urbis noſtræ gloriã ſubuertunt,audirẽ. Mox his repente illatis,quæ poſtea Ennius carmi
ne eſt complexus, Quo ſubita & dementi ruina,inquit,patres conſcripti,flexerunt mentes illę
quæ uobis antea ſteterant? Vbi illa uerborũ iactantia,quæ in ore omniũ nuper erat? ſi Mace/
do ille Alexander orientis domitor in Italiam ueniſſet,eſſetq; cũ noſtris patribus,aut nobiſcũ
acie congreſſus,euenire oportuiſſe,ut aut morte,aut turpi fuga maiorẽ gloriã maiuſq; nomẽ
huic urbi relinqueret. Sed q̃ per deũ nunc diuerſi ab ea uerborũ iactantia abitis. Chaones &
Moloſſos,qui ſemper Macedonibus prædæ fuerunt,& Pyrrhum eorũ regẽ formidatis,quem
unus ex Alexandri ſatellitibus regno expulit, & nunc non magis Tarentinis auxiliaturus,q̃
ut domeſticos hoſtes fugeret,in Italiam tranſmiſit,auſus profiteri ſe Italiã ſubacturũ, qui exi/
guam Macedoniæ partẽ mercede adeptus tueri non potuit. Quòd ſi turpi pace bellũ cum eo D
ſoluitis,non tã ille erit amicus factus,q̃ alij externi reges,uelut illecebra quadã,inuitabũtur ad
Romanũ nomẽ bello laceſſendũ. Et quod omniũ turpiſſimũ ſit,abibit Pyrrhus nõ modo im/
pune ferens quę per iniuriã nobis intulit,ſed accepta etiam mercede autor erit fœderis cũ Sam
nitibus & Tarentinis recipiendi. Mouit hæc Appij oratio uniuerſum ordinẽ, animiſq; ad bel
li ſtudiũ reuocatis,ita eſt Cyneæ reſponſum. Oportere Pyrrhum prius Italia excedere,inde ſi
uellet cum Po. Ro. de ſocietate & amicitia ageret. Cyneas ad regẽ reuerſus dixiſſe fertur,ſe Ro
mæ multorũ regum conſeſſum non ſenatũ uidiſſe. Alij dicunt à Pyrrho interrogatum, qualis
ac quanta hoſtium ciuitas illi uiſa eſſet,regum non priuatorũ hominum conuentum reſpon/
derit ſe Romam arbitrari. Nec ita multo poſt C. Fabritius & Q. Æmylius conſules facti, quũ
in caſtris eſſent,occulte epiſtola à Timochare Pyrrhi medico eſt illis reddita, qua regem ſe ue/
*Conſules. Timochares medicus.* neno ſublaturum pollicebatur,ſi dignum ſibi pręmium proponeretur. Valerius Antias eum
furtim ad conſules ueniſſe prodidit,remq; à conſulibus ad patres delatam, atq; publice lega/
tos ex urbe ad regem miſſos qui eum commonerent,ut ab inſidijs ſuorum caueret, nulla Ti/
mocharis interim mentione apud regem facta. Claudius Quadrigarius non Timocharẽ, ſed
Niceam id pollicitum prodidit, neq; legatos à ſenatu miſſos, ſed literas à conſulibus ad Pyr/
rhum regem in hanc ſententiã datas. Fabritius & Æmylius conſules Pyrrho regi ſalutem di/
cunt. Nos pro tuis iniurijs continuo animo ſtrenui tecum inimiciter bellare ſtudemꝰ, ſed com
munis exempli & fidei uiſum eſt,uti te ſaluum uelimus, ut eſſet quẽ armis uincere poſſemus.
Venit ad nos Niceas familiaris tuus,qui ſibi preciũ à nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet, id
nos negauimus uelle,nèue ob eã rem quicq̃ cõmodi expectaret,& ſimul uiſum eſt, ut te certio
rem faceremus,ne quid eiuſmodi ſi accidiſſet,noſtro conſilio ciuitates factum putarent, & q́d
nobis nõ placet, Romanos precio,aut præmio,aut dolis puguare,tu niſi caueas iacebis. Plu/
tarchus breuiore exẽplo literas nõ nihil ab illis diuerſo datas retulit C. Fabritius & Q. Æmyliꝰ
conſules Pyrrho regi ſalutẽ. Neq; amicorũ,neq; hoſtiũ fortunatus æſtimator nobis eſſe uide/
ris,quũ hanc epiſtolã ad nos miſſam legeris, tum ſatis cognoſces te bonis quidẽ & iuſtis uiris
bellũ inferre,malis uero & iniuſtis confidere. Hæc autẽ non tui gratia tibi ſignificamus,ſed ne
mors

A mors tua calumniam afferat,quaſi uirtute nequiremus,te dolo ſuperare contenderimus.Pyr
rhus his literis lectis medicū ſceleris cōuictum merito ſupplicio affecit,captiuoſq; ſine precio
ut beneficij id hoſtimentū eſſet,Popu.Ro.reſtituit,ac tum demum iterum de pace acturum
Cyneam Romam miſſum Plutarchus ſcribit.Vnde quū ille reſponſum nihilo pacatius retu/
liſſet,rex bellū executus apud Aſculū cū P.Sulpitio & Decio cōſulibus iterū cōgreſſus,quia lo
corum difficultate elephātes impetū capere nequiuiſſent,ancipiti marte ad noctē dimicauit,ac

Bis paucis diebus pugnatum.

triduo poſt acie æquioribus locis inſtructa,iaculatoribuſq; inter beluas conſtitutis,toto ſimul
agmine in Romanos incubuit,qui locorū difficultate nihil adiuti,diu tamē conſertū prælium ſu

Ad Aſculū iterū Ro. dimicant

ſtinuerunt,demū ea parte qua rex ſuos in pugnā urgebat,Romana acies pulſa eſt. Sed nihil
æque fugam fecit, ac beluarū impetus ad quas inhibendas nullā adhuc Romani artē cōmeti,
uelut turbinē & procellā quandā earum in curſum declinarunt.Caſtra quo fuga inclinauerat
ſtrenue ſunt retenta.Hieronymus ſex Romanorū milia eo prælio cecidiſſe prodidit. Dionyſi
us ne bis quidē ad Aſculū dimicatū ſcribit,nec Romanos uictos,unius interim prælij mentio/
ne facta,quod noctis interuentu decerni nequerit.Pyrrhi brachio transfixo cecidiſſe utrinq;
ſupra quindecim milia hominū.Nec Pyrrhū acceptam eo prælio cladē diſſimulaſſe aiunt,q in
recognoſcendo poſt pugnā exercitu dixerit,Periuim⁹ haud dubie ſi ſic Romanos iterū uiceri/
mus,maxima militum parte,quos ſecum aduexerat,duobus prælijs cōſumpta,& cū his omni
bus fere ducibus,atq; fortiſſimo quoq;,nec domi erant quos inde accerſeret in Italiā. Contra
Romani,aſſiduis ſupplementis,nullum uidebātur ſentire detrimentū.His ille difficultatibus
circunuentus,in nouas rurſus ſpes incidit,hinc Siculis identidem eū aduerſus Carthaginēſes
& Tyrannos accerſentibus,inde ex Græcia literis & nuncijs ſignificantibus, Ptolemæum, qui
Seleuco inſidijs oppreſſo Macedoniæ regnū inuaſerat,uictū prælio à Gallis mortē occubuiſſe.

Gallorū ſucceſſus

Enimuero immenſa uis Gallorū bipertito ex Gallia uno tēpore profecta traditur,ad ccc.mi/
lia fuiſſe dicuntur.Pars una Brenni ductu urbē Romam cepit & incēdit.Altera Hercinios ſal
B tus tranſgreſſa,per illyricū in Pānoniam penetrauit,atq; terra ipſa armis ſubacta diu haud u/
nius regni opibus contenti,cū finitimis uario euentu bellarunt.Multis inde ſucceſſibus,alijs ſu
per alios elati,duplici iterū agmine digreſſi,pars hæc Græciā,illa Macedoniā inuaſit. Tantus
interim erat Gallici nominis terror,quorū arma uelut procella quædam omnia ſine diſcrimine

Gallorū terror.

proculcabant,ut reges nondū laceſſiti,ingenti pecunia pacem ab ea gente mercarentur.Solus
Ptolemæus q Macedoniæ regnū ſcelere quæſitū obtinebat,Gallorum aduentū intrepid⁹ au
diuit,tanquā bella nihilo difficilius quā ſcelera patrarentur,parricidiorū furijs agitatus Barba
ris occurrere eſt auſus.Ille quū aliquandiu bellū cum Antigono Demetrij filio geſſiſſet,eo ui
pulſo,cū Antiocho pacē firmauit,Pyrrhū aliquanto antea ſibi affinitate deuinxerat,ei filia in
matrimoniū data.Externoq; per hæc metu depoſito animū ad domeſtica ſcelera conuertit,pri
moq; Arſinoe ſorori ſuæ inſidiatus,filios quos illa ex Lyſimacho fuerat enixa ſuſtulit,ipſam/
que Caſſandriæ urbis poſſeſſione priuauit.Quod ſcelus,ut aliquāto cōmodius cōficeret,ſoro
ris nuptias primō ambire cœpit.Abnuere Arſinoe id matrimoniū,ut quæ nullā fratri haberet,
fidē magis filijsq; ſibi timēs:cū qbus ſe illa in Caſſandria urbe cōtinebat.Demū ultimis execra

Ptolemæi fraus erga Arſinoē ſororem

tionibus apud ſimulacra & puluinaria deorū interpoſitis,ſyncera fide ipſius nuptias ſibi depo
ſcere,uelle ſe cū filijs ei⁹ regni cōſortiū iūgere,ipſamq; reginā appellare,neq; ſe aliā uxorē, neq;
alios liberos,quā ex ea ſublaturū.Arſinoe in ſpem magni cōnubij futuræq; concordiæ addu/
cta,cū fratre uenit in colloquiū,ibi quū Ptolemæi uultus & blandientes oculi,non minorē fidē
quā iuſiurādū pollicerent,fruſtra filio idētidē reclamāte,matreq; fraternæ fraudis admonēte,
nuptiæ regali apparatu multaq; lætitia celebrant.Ptolemæus uocato ad cōcionē exercitu,ſoro
ris capiti diadema imponit,ipſamq; reginam appellabat,quo nomine in lætitiam effuſa, quia
appellationē,quā morte prioris mariti amiſerat,recepiſſet,ultro uirum in urbem ſuā Caſſan/
driam inuitat,cuius potiundæ cupiditate,omnia dolo malo à rege fiebant.Prægreſſa igitur Ar
ſinoe diem feſtū urbi in fratris & mariti aduentum indicit,domos,templa,uias,feſta iubet frō/
de exornari,aras paſſimq; hoſtias diſponi,filioſq; adhæc Lyſimachum ſexdecim annos natū,
Philippū triennio minorem,utrūq; formā inſignem, coronatos,auunculo eidēq; & uitrico,
iubet ire obuiam.Eos Ptolemæus,ad celandam fraudem,multa hilaritate cōplexus,diu oſcu/
lis

lis fatigat, mox urbem ingreſſus arcem illico occupari iubet, pueroſq; una interfici, qui cum ad

Arſinoes filij obtrũcantur.

matrem uiſis percuſſoribus confugiſſent, in eius gremio & complexu obtrũcati ſunt. Arſinoe C
interim proclamante, quod tantũ nefas nubendo, aut poſt nuptias contraxiſſet, ſuumq; corpus percuſſoribus obijciente, ut filios protegeret. His igitur crudeliter interfectis, ipſa conſciſſa ueſte duabus duntaxat ancillis comitata, in Samothraciã conceſſit, eo miſerior ꝙ cũ filijs mori non licuiſſet. Furiæ igitur domeſticorũ ſcelerum ultricibus Gallorũ copijs infandũ caput obiecere, quod ut ſtultius periret xx. Dardanorũ milia per legatos in auxilium miſſa repudiauit, actum de Macedonia dicens, ſi quum totũ orientem eius terræ uiri domuiſſent, Dardanorũ ope ad ſe tuendos indigerent. Habere ſe filios eorum, qui cum Alexandro maiorem terrarum partem armis ſubegiſſent. Quę ubi Dardanorũ regi nunciata ſunt dixiſſe fertur, Macedoniæ regnũ immaturi iuuenis temeritate caſurum. Venerunt interim à Belgio Gallorũ duce legati

Ptolemæi inſolentia.

ad Ptolemæum pacẽ pollicentes, ſi eam certo auri pondere redimeret. Tum ille, audientibus legatis, teſtatus eſt metu perculſos pacem à ſe petere, quã ſe Gallis haud quidem daturũ reſpondit, niſi armis traditis ſuos ſibi regulos obſides dediſſent. Riſerunt Galli uanã hominis fiduciam, pauciſq; interiectis diebus commiſſo prælio, Ptolemęus multis uulneribus confoſſus ui

Ptole. & Macedonum cædes.

uus capitur. Ipſius inde caput buſto ademptũ atq; haſtæ affixum Galli tota acie ad hoſtiũ terrorem circumferunt. Macedones & ipſi ad unum propemodũ cæſi, ſiqui pugnæ ſuperfuerunt eos præceps fuga ſeruauit, fama acceptæ cladis adeo Macedoniã perculit ut paſſim portæ urbium ſint clauſæ. Dolebant ſimul interfectorũ uicẽ, ſimulq; nunc Philippi, nunc Alexandri nomen, cum fletu & ſuſpirijs inuocabant, miſerariq; una afflictam totius gentis fortunam, ut Macedones qui rerum geſtarũ gloria nuper cœlo proximi acceſſiſſent, omni præſidio ſpoliati, barbaris futuræ prædæ relicti eſſent. Cæteris igitur deſperantibus, unus Soſthenes repertus eſt qui non lachrymis & precibus agendũ ratus, contracta iuuentute, Gallos uictoria exultantes non ſolum ſuſtinuit, ſed Macedoniæ etiam finibus expulit, quæ res effecit, ut quũ multi Ptolemæo ſublato regnũ ambirent, cæteris poſthabitis, magno totius exercitus conſenſu, rex D

Soſthenes rex declaratur.

ſit Soſthenes appellatus. Sed dũ hæc in Macedonia geruntur, Brennus cuius ductu in Græciam ſe alterũ Gallorũ agmen effuderat, audita ſuorũ uictoria, indignatus ꝙ temere prouinciam omniũ fere gentiũ ſpolijs onuſtam uictores reliquiſſent, cum centũ quinquaginta milibus peditũ & equitũ xv. milibus Macedoniã tumultuoſe irrumpit, cui Soſthenes cum modica manu occurrit. Tũ uero facile pauci à pluribus, trepidi à potentibus uicti, intra mœnia com

Brẽnus Delphos agmẽ ducit.

pelluntur. Brennus totã Macedoniã late populatus, inde quaſi hominũ ſpolia ſorderent, ad res ſacras diripiendas conuertit animũ, deos dictitãs largiri hominibus oportere. Delphos igitur raptim ducit agmen Apollinis templũ ſpoliaturus. Fuit illud in Parnaſſi parte cõſtitutũ, rupibus & ſcopulis pene undiq; impendentibus. Ibi ciuitatem frequentia hominũ ea tempeſtate fecerat, quum ad affirmationem maieſtatis undiq; currentes in eo ſaxo conſediſſent: tem

Antrũ Fatidicum.

plũ ciuitatẽq; non muri, ſed præcipitia defendebant. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, exigua erat planities, & in ea profundũ terrę foramen, quod ad oracula patebat, ex quo frigidus ſpiritus ui quadã uelut uento, in ſublime expulſus, in furorẽ & amentias afflatas uirgines uertebat. Impulſæ Pythiæ fatidico hauſtu ſecreta fatorũ promere. Multa hic ueterũ recentiorũq; regũ cõgeſta erant donaria, quæ Brennus direpturus, nonnihil ubi templũ in conſpectu habuit, deliberabundus ſtetit, immitteret militẽ confeſtim in prædã, an feſſum itinere ad radicẽ montis nocturna quiete reficeret. Eurydamus & Theſſalonus, qui ſpe prædæ ſe Barbaris iunxerant, tollendã eſſe morã cenſent, dũ hoſtes imparati adhuc eſſent, ſubituſq; acceſſus terrori eſſet propugnatoribus, interiecta nocte, & animos hoſtibus & auxilia acceſſura. Hæc illi, ſed Galli ex longa inopia rerũ omniũ opulentiã paſſim totis agris adepti, licentioſius per agros diſpalati, in prædã uertuntur, ac procul à ſignis digreſſi, pro uictoribus euagãtur, ea res ſaluti fuit Delphijs, qui finitimorũ auxilijs noctu adaucti, prius urbẽ firmo præſidio muniuere q̃ eã Galli oppugnare ſint adorti. Habebat Brẽnus (Idẽ enim nomẽ huic quoq; fuiſſe re

Brenni copiæ.

perio, cuius ductu tũ res gerebatur, qđ & illi qui cũ diuerſa Gallorũ manu Romanos olim ad Alliã uicit) ex om̃i exercitu lecta quinq; & LX. peditũ milia, Delphij cũ appendicib⁹ ſociorum circiter quatuor milia fuere: tũ Barbarus ad ſuorũ animos accendendos quadrigas plurimas

quas

A quas puro auro fuſas eſſe credi uolebat,& alia pręclara ſigna ex ſubiecta planitie militib⁹ oſtētat,uictorib⁹ prædæ futura affirmās,ſuos in aduerſum montē immittit. Contra Delphij multa ui reſiſtūt,Galloſq; p ſcopulos & ſaxa ardua in ſummū nitētes omni genere telorū obruūt.

Oppugnantur Delphij

In hoc partiū certamine templi antiſtes,& Pythiæ cū eo,ſparſis crinibus inſignibuſq; & infulis pauidæ in primā pugnantium aciem procurrunt,deum adeſſe clamitātes,uidiſſeq; ſe eum deſilientem in tēplum per aperta culminis faſtigia,inde quum omnes opem dei ſuppliciter imploraſſent,uiſum à ſe iuuenem,ſupra humanum modum inſigni pulchritudine, comiteſq; illi duas uirgines armis iſtructas ex propinquis duab⁹ ædib⁹ Dianæ & Mineruæ occurriſſe,nec oculis hæc tantum à ſe uiſa,ſed auditū etiam ſtridorem arcuū,ac ſtrepitū armorū,ne proinde cunctarentur dijs anteſignanis hoſtem proſternere,uictoriæq; deorum ſe ſocios adiungerēt.

Dæmonum præſtigiæ

His malorum dæmonum præſtigijs,aut ſacerdotum potius mendacio,propugnatores accenſi certatim in pugnam proſiliunt. Fama eſt ſubito motu terræ partē montis abſciſſam,in denſos Gallorum cuneos cum ſtrage & ruina multa incidiſſe,ſecutam inde fœdā tempeſtatē,grādinem fulminibus mixtam,quæ magnam exercitus partem cōſumpſit. Brēnus quum inexpectatæ cladis dolorem ferre non poſſet,ſibi manum intulit:ad x.milia quæ ex ea ſtrage emerſerant,alij fame,gelu,peruigilio,alij quum per loca paſſim ſacrilegijs infeſta fugerent,ferro periere,ut nemo qui cladem nunciaret,ex tāto nuper exercitu,ſuperfuiſſe credatur.

Gallorū & Brenni regis interitus

Nec ita multo poſt altera Gallorum manus,quæ à Brenno in Græciā profecturo,ad Pannoniæ fines tuendos relicta fuerat,ne ſoli deſides uiderētur cū xv.milibus peditū,& tribus equitū,domo profecti, Getas & Triballos prælio ſuperant. Dein Macedoniæ imminentes legatos ad Antigonum Demetrij mittunt(nam Soſthenes uix triennio regnauerat)qui uenalē illi pacem offerrent. Legati magno auri apparatu in caſtris ab Antigono excepti, ubi domū uenere autores ſuis fuerunt,ut caſtra auro & argento referta,nullis munitionibus firmata,ſubito acceſſu occuparent. Galli haud leui illecebra adducti,noctu hoſtem opprimere cōſtituūt. Præſenſit An

B tigonus Gallorū cōſilia,datoq; ſuis ſignū,ut precioſiſſimis quibuſq; rebus ſublatis in proximā ſyluā ſub noctem concederent,ibiq; intenti in omnē occaſionē ſtarent.

Antigoni cōſilium.

Galli deſerta caſtra intuiti,mirari primo ſolitudinē,inde & inſidias ueriti,nonnihil ab irruptione abſtinuerunt. Fuga deinceps hoſtiū certius explorata,in prædā diſcurrūt,direptis caſtris,ut & naues diriperent, ad littus contendūt. Hic dū incautius uerſantur prædæ intēti,à nautis & parte exercit⁹,quæ eo ex caſtris ſeſe receperat,uelut inſidijs excepti,in medio cæduntur fuitq; Gallorū cędes adeo īgēs, ut pacē Antigono,non ſolum ab ea gente,ſed à finitimis quoq; eiuſdem feritatis,in poſterum præſtiterit.

Gallorum cædes.

Fuit ea tempeſtate tanta Gallorū fœcunditas,ut maiorem Aſiæ partem incredibili multitudine impleuerit,nemoq; Aſiaticorum regum,ſine Gallicis auxilijs bellaret,neq; regno pulſi ad alios quam ad Gallos confugerent. Tātus terror erat Gallici nominis, ſiue armorum felicitas,ut nemo maieſtatē ſuā tutam ſine talibus auxilijs crederet,quo contigit,ut à Bythiniæ rege in auxiliū uocati,cū eo poſt uictoriam regnum partiti ſint.

Gallorū nomen.

Terra quā mercede tenuerunt Gallogræcia appellata eſt.

Gallogræcia

Polybius,qđ ad Delphicam expeditionem attinet,exiſtimare uidetur,biennio priuſquā Pyrrhus in Italiam traiecit,Brennum cum ſuo exercitu Delphis extinctū. Trogus & Plutarchus,ſub id tēpus,quo Pyrrhus in Siciliam bellum tranſtulit. De quo, ut certi⁹ oīa dicant,altior eſt nobis de ſtatu inſulæ inſtituend⁹ ſermo.

Siciliæ ſtatus

Euerſo iunioris Dionyſij pricipatu interquieuit nōnihil res Syracuſana,libertaſq; à Timoleōte reſtituta,inter ſpē & metū plures eſt annos retenta. Cæterū quum externam uim formidarent Syracuſani,in domeſticā inciderunt. Agathocles homo in Sicilia ſordido loco natus,& qui nihilo honeſtiorem pueritiam,quā domeſticos natales habuit,Syracuſarum & uniuerſæ inſulæ tyrannidem occupauit. Fuit iſ inſigni forma,& pulchritudine corporis egregia,diuq; uitam egit ſtupri patientia.

Agathocles Syracuſanus

Vbi uero per ætatē adoleuit,libidinem à uiris ad fœminas tranſtulit,mox eo ſcelerū proceſſit, ut iam utroq; ſexu infamis uitam latrocinio mutauerit. Interiecto deinde tempore quum Syracuſas ueniſſet diu ſine fide,mox gregarius miles fuit. Idem, quum & manu eſſet & lingua promptus,breui cēturio,deinde tribunus eſt factus. Ætneo deinceps bello quū clarum uirtutis experimentū in omniū militum conſpectu depoſuiſſet,magnamq; de ſe ſpem ciuibus feciſſet ſuis,in Damaſconis ducis fato defuncti locū magno eſt omnium conſenſu ſuffectus, cu

Agathoclis incrementa

ius

ius uxorẽ adulterio cognitã,poſt illius mortẽ in matrimoniũ recepit,nec præſenti ſucceſſu con C
tẽtus piraticã exercuit. Inde Syracuſanorũ libertatem opprimere adortus,fruſtratus incœpto,
in exiliũ agitur. Murgantini,apud quos exulabat,in Syracuſanorũ inuidiã , quos inſenſe ode
rant,prætorẽ primo inde ducẽ declarant, quo bello Leontinis ui captis , Syracuſas obſidione
cingit. Syracuſani ab Hamilchare Pœnorũ,duce auxiliũ implorant. His etſi ad id tempus Car
thaginenſiũ hoſtes fuerãt, miſit tñ Pœnus auxilia , atq; ita accidit ut uno tẽpore Syracuſæ ab
hoſte defenſę ſint,& à ciue hoſtili odio oppugnatæ: ibi Agathocles cũ cernetet urbẽ fortius de
fendi,q̃ ut expugnari à ſe poſſet, Hamilcharẽ per internunciũ precatur: ut inter ſe & Syracuſa
nos pacis arbitriũ ſuſcipiat,peculiaria ſui obſequia in ipſum repromittens. Hamilchar ratus fo
re,ut per Agatoclem ipſe multo potentior in Sicilia fieret,cum eo ſocietatem iungit, ac quanto
ille aduerſus Syracuſanos potentior fieret, tanto ſibi & alijs Punicis imperatoribus maior ge/
rendarũ rerũ facultas in inſula pararetur , Agatocli non ſolum pacẽ & reditũ in urbẽ confecit,
ſed ut prætor etiã à Sycacuſanis deſignaretur autor extitit. Hic ille expoſitis ignibus cæreis ta/
ctiſq; in obſequia Carthaginenſiũ iurat, acceptiſq; ab Hamilchare quinq; milibus Aphrorũ
ex principibus ciuitatis potentiſſimũ quemq; interficit. Inde uelut reipublicæ ſtatũ reformatu

Agathoclis crudelitas.

rus,populũ in theatrũ ad concionẽ uocat. Interea ſenatũ , quẽ aliquanto antea in gymnaſium
accerſiuerat,militibus trucidandũ obiecit. Hacq; peracta cæde ex plebeijs nobiliores quoſdã,
linguaq; & manu promptiores,occidit. Quibus ita geſtis,conſcripto exercitu , finitimas urbes
inopinato bello aggreditur, ſociaſq; interim Carthaginenſiũ ciuitates , permittente Pœno,o/
mnibus iniurijs uexat. Sociorũ querelæ Carthaginẽ delatæ, magis Agathoclis iniuriã , q̃ Ha/
milcharis perfidiã incuſabant,illũ ut tyrannũ & ad inſulæ principatũ anhelantẽ,hunc nõ Sy/
racuſanorũ modo,ſed ſociorũ etiã proditorẽ , breuiq; futurũ nũciabãt,fœdũ illud incẽdiũ Ha
milcharis culpa cõflatum, quo tota Sicilia arderet,ipſa Libyci maris uaſtitas cohibere nõ poſ/
ſet,quin & Aphricã corriperet. His ſociorũ querelis ſenatus ira accẽſus,tacito Hamilcharẽ ſuf/
fragio damnat,ueritus credo illius potentiã,ꝙ exercitui adhuc præeſſet, & cũ Ægathocle ſenti D

Damnatus Hamilchar.

re credebatur. Suffragijs in urnã cõiectis,nõ placuit prius decretũ recitari, q̃ ille priuatus Car/
thaginẽ ueniſſet. Sed id iudiciũ mors Hamilcharis præuenit , liberatuſq; eſt fati munere,quẽ
ciues tacito iudicio morti deſtinauerant. Atq; ea res materiã Agathocli præbuit bellũ Cartha/
ginenſibus inferẽdi,ꝙ in ſuã inuidiã Pœnũ ducẽ ſciret à ſuis præiudicio damnatũ. Cõgreſſus
itaq; cũ altero Hamilchare Giſgonis filio,qui cũ nouo exercitu in Siciliã uenerat,tyrãnus præ
lio uictus Syracuſas cõceſſit. Nec multo poſt reparato bello nihilo meliore fortuna cũ Pœno

Obſidetur Agathocles

conflixit. Hamilchar tyrãni opibus duplici prælio fractis Syracuſas obſidet. Hic Agathocles

Ferox Agathoclis conſilium.

quũ neq; par eſſet hoſti,neq; ad ferendã obſidionẽ ſatis inſtructus,iam enim & ſociæ ciuitates
ab eo defecerãt,bellũ in Aphricã tranſtulit,rem auſus, quam ne uictor quidẽ alius temere au/
dere debuiſſet,ut qui in ſua urbe impar eſſet hoſtibus,alienam bello adoriretur,& quũ dome/
ſtica tueri non poſſet,peregrina armis inuaderet,uictoribuſq; uictus inſultaret. Magna fuit ta
lis conſilij fiducia,ſed non minor induſtria in re pertinaciter occultanda , Agathocle cum nul/
lo deſtinatum facinus communicante . Tantũ Syracuſanos pro concione hortatus dicitur,ut
obſidionem fortiter ferrent,breui futurum,ut Carthaginenſes, Syracuſis relictis, de ſuarũ re
rũ ſtatu ſolliciti eſſent, Firmarent ipſi animum in breue tempus ad ferendam obſidionẽ: ſiqui
uero eſſent,quibus præſentis fortunæ conditio diſpliceret , facturum ſe illis liberã quo uellent
abeundi poteſtatem. Mille & ſexcenti reperti ſunt,qui tyranni permiſſu,ſolum uerterent,cæte
ros ipſe præſidio & commeatu inſtruit. Mox ſeruos militaris ætatis libertate donatos , pari in/
genuorum numero,in naues occulte imponit. Hic merito aliquis miretur,ꝙ Syracuſani , tam
aduerſo Agathoclis tempore,aut militiam non detractarint,aut qui in urbe relicti ſunt,ad ho
ſtem eo abſente non defecerint . Ego (quando rem alij ſilentio prætereunt) coniectura ad/
ducor , Syracuſanorum odium in Carthaginenſes omnia tyranno domi foriſq; tuta præ/
ſtitiſſe ,ut ſæuiſſimo tyranno ſeruire maluerint , quàm ab ijs uinci,cum quibus de Siciliæ prin
cipatu diu armis diſceptaſſent . Septimo itaq; ſui principatus anno duobus adultis filijs co/

Agathocles in Aphricã tranſmittit.

mitantibus , Agatarcho & Heraclida , ipſis quoque ignaris quo curſus intenderetur , in A/
phricam Agathocles nauigauit,quum uulgo crederetur in Sardinam,aut alio procul Cartha

gine

A gine exercitum deportari. Poſtea uero ꝙ in Lybico ſtetit litore, tum paucis ſuos affatus, in quo
diſcrimine res Syracuſana ſita eſſet oſtendit, cui ſeruandæ unum duntaxat relictum eſſe reme
dium, ut in hoſtes à ſe uerterent mala, quæ ipſi paterētur, aliter domi, aliter foris bella tractari.
Latiorem uiam ad uictoriā in hoſtico eſſe, ꝙ in proprio ſolo. Domi eas uires eſſe quas patria
ſubminiſtret, foris ipſum ſuis hoſtem uiribus uinci, deficiētibus ſocijs & diuturni imperij odio
externa auxilia circūſpicientibus. Accedere ad eam ſpem ꝙ Aphricæ urbes non muris cinctæ,
non in montibus ſitæ eſſent, ſed in planis & humilibus locis, ſine munitionibus, uillas & uicos
iacere, quæ excidij metu facile ad belli ſocietatē pelliciantur. Maius bellum ex Aphrica ꝙ ex Si
cilia Pœnis exarſuꝝ, coituraꝗ undiꝗ auxilia aduerſus unam urbem nomine multo ampliorē
ꝙ opibus, & quas nō attulerit uires inde ſibi deſumpturū, nec in ſubita Pœnorū conſternatiōe
modicū uictoriæ momentū fore, quibus tam hoſtium audacia, ꝙ uillarū incendia, uicorum &
urbium direptiones, ex improuiſo ſint oculis occurſuræ. Addere his Carthaginis obſidionem,
quibus hoſtes haud multo poſt intelligerent non Pœnis ſolum in alios bella patere, ſed alijs
quoꝗ in Pœnos. Nec eos in Syracuſanoꝝ obſidiōe moraturos, ubi ſua oppugnari ſenſiſſent.
Nullum unꝗ bellum facilius geſtum nec ex alia prouincia uberiorē prædam ſperari potuiſſe,
ſi capta Carthagine omnis Aphrica Siciliaꝗ uictoriæ præmium proponeret. Gloriam præte
rea tantam ex eo bello affuturā, ut nulla obliuio pulchri eſſet facinoris memoriam abolitura,
ut ad poſteros ferretur Syracuſanos ſolos mortaliū bella, quæ domi ferre non poterant, ad ho
ſtes trāſtuliſſe, ultroꝗ uictores perſequi auſos, obſeſſoresꝗ urbis ſuæ obſediſſe. Quantū hæc
oratio animorū militibus attulit, tantum prodigiū, quod inter eundum illis occurrerat, occulte
adimebat. Altūm adhuc tenētibus ſol defecerat, quod prodigiū ſatis arguta interꝑtatione ad
hoſtium excidium pertinere dixit Agathocles, quia non ante profectionē id accidiſſet, ſed ubi
bellum Aphricæ, ex alto intendi occœpiſſet. Naturaliū ſyderum defectum ſemper præſentiū
rerum ſtatum mutare. Haud dubie florentibus Carthaginēſium rebus, ſuiſꝗ iamdudū iacen
tibus, mutationē ſignificari. Hiſꝗ perſuaſionibus exercitū in ſpem bene gerendæ rei erectum,
B ſimul in litore exponit, & naues omnibus uolentibus iuſſit incendi, ut nemo eſſet qui in fuga
ſpem repoſitā haberet. Inde Aphricā ingreſſi, quum paſſim uillas & uicos incenderēt, Hanno — Agathoclis
dux cum triginta milibus armatorū factus eſt illis obuius, cōmiſſo prælio egregie Agathocles — ſucceſſus.
uicit. Hanno cæteris fuga diſſipatis cum tribus milibus acie perijt. Tyrannus præſenti ſucceſſu
elatus, multo latius Libyam populatur, ad quinꝗ milia paſſuū caſtra à Carthagine locat, inde
ſuburbanas uillas & predia amœniſſima paſſim populari, diripere, incēdio abſumere. Admi
ratio primo ſtuporꝗ ciuitates inceſſit, quid eſſet ꝙ Carthaginēſium opes eo breui recidiſſent,
ut ab ijs qui pro uictis habebant ad excidium ꝓmerentur. Contemptus inde, ut fit, ſtudio no
uarum rerum animos ad defectionē accendit, ut breui urbes nobiliſſimæ ad Agathoclem de
fecerint, frumento & ſtipendio uictorem proſecutæ. Acceſſit his malis uelut erumnarū cumu
lus, exercitus per eos dies in Sicilia deletus, ſiquidē poſt Agathoclis diſceſſum Pœni ſegniores
facti, ab Antandro regis Agathoclis fratre ſubita eruptione oppreſſi nunciabant. Cuius recen
tioris cladis fama, non tributarias tantum urbes, ſed ſocios etiam reges à Carthaginēſibus alie
nauit, amicitiæ iura non fide ſed ſucceſſu penſitantes. Fuitꝗ in his Offellas Cyrenarū rex, qui
ſpe improba totius Aphricæ potiundæ, cum Agathocle per legatos ſocietatem iunxit, cum eo — Agathoclis
pactus ut Carthaginenſibus uictis ſibi regnū Aphricæ cederet. Cum ingenti igitur exercitu in — perfidia.
caſtra ad tyrannū uenit, eiuſꝗ filium adoptauit. Tyrannus Offellam cœnæ adhibitū obtrun
cat, eiuſꝗ exercitū morte regis conſternatū occupat, atꝗ uiribus nouo ſcelere auctis, iterū cum
Carthaginēſibus confligit, fuitꝗ recentior hæc pugna Carthaginēſibus non minus ꝙ prior
luctuoſa, tanta deſperatio, ob rem male geſtam, Pœnorū animos inuaſit, ut niſi in Agathoclis
exercitu ſeditio orta eſſet, tranſiturꝰ ad eum fuerit Bomilchar, qui tum exercitū ductabat, cuius — Bomilcha
nefarij conſilij poſtea conuictus, in medio foro à ſuis eſt patibulo affixus, ut is locus monu — ris ſuppli
mentū eius ſupplicij eſſet, qui ornamentū ante fuerat honorū. Sed magno Bomilchar animo — cium.
atrox ſuppliciū tulit, medio fertur cruciatu uelut è tribunali cōcionabundus publicæ ingratitu
dinis exempla collegiſſe, nunc illis Hannonem obiectans falſo affectati regni crimine circum
uentū, nunc Giſgonis iniuſtum exilium, nunc tacita in Hamilcharem patruum ſuum ſuffra

 gia.

gia,quòd Agathoclem ſocium ſuis ciuibus facere quàm hoſtem maluiſſet. Atque hæc ille con- C
cionanti ſimilis uociferans in uoce defecit. Agathocles Pœnorũ opibus acciſis,altero filiorum
cum exercitu in Aphrica relicto in Siciliam nauigauit, nihil ſe ex ea uictoria lucratũ exiſtimãs,
ſi Syracuſæ, ut antea, obſiderentur. Nam & Carthaginenſes, medio ardore belli, nouum in
Siciliam poſt Hamilcharem interfectum,miſerant exercitum. Fama igitur rerum in Aphrica

Liberãtur Syracuſæ obſidiõe.

geſtarum, paucis diebus,quibus ille domum reuerſus eſt, non ſolum Syracuſana obſidio ſo-
luta eſt, ſed miro ciuitatum ſtudio Carthaginenſes tota ſunt Sicilia expulſi. Tranſmiſit nec
multo poſt tyrannus in Aphricam ad exercitũ, ubi in militarem ſeditionem, ob ſtipendium
non redditũ,incidit. Eo motu ad tempus ſuppreſſo, quum haud multo poſt temere prælium
cum hoſte commiſiſſet, maiore copiarum parte amiſſa, in caſtra rediјt, duplici inuidiæ obno-
xius,& quòd ipſius temeritate præſens clades accepta eſſet,& quòd necdum ſtipendium militi
daretur. Ob id ratus parum tutum ſibi imperium inter iratos milites futurũ, concubia nocte

Agathoclis fuga.

ex caſtris cum Agatharcho filio profugit. Siculi milites regẽ ſequi conati ſunt, ſed à Numida-
rum ala excepti aſſequi nequiuerunt. Retractus & filius in caſtra, qui ea trepidatione à patre
aberrauerat. Ipſe ijs nauibus quibus ex Sicilia nuper fuerat delatus Syracuſas nauigauit. Mi-

Occiditur Agathoclis filius.

lites à rege deſtituti,ubi ſe proditos uiderunt,filium obtruncant, ipſi propriam ſalutem pacti,
in Carthaginenſium fidem conceſſere. Fertur Agatarchus,quum ab Archeſilao quodam in-
terficeretur, percuſſorem interrogaſſe, quid putaret Agathoclem patrem ipſius liberis factu-
rum,per quem ipſe filio orbaretur? cui Archeſilaus, Satis,inquit,habeo,quòd certo ſcio filios
meos Agathoclis filio ſuperſtites futuros. Miſerunt Carthaginenſes haud multo poſt exerci-
tum & duces in Siciliam, cum quibus pacem Agathocles æquis conditionibus fecit, pacatoq;

Vnde Brutij dicti. Lucania.

Siciliæ ſtatu,maioris Dionyſij ueſtigia ſecutus in Italiam cum exercitu tranſmiſit.Primiq; om-
nium Brutij ſunt hoſtes ab eo deſtinati. Sunt Brutij Lucanorum paſtores, qui fuga ſeſe in li-
bertatem aſſeruerũt, quod ipſum nomen arguit. Brutios Lucani rebelles & fugitiuos uocant.
Panditur ab Silari uſq; ad Laum fluuium Lucaniæ ora,inde quaſi Cherſonneſum quandam
ab Lao ad Leucopetram promontorium,quod eſt ultra Rhegium,Brutij tenuerunt. Trogus D

Lucanorũ ritus.

aliam opinatur nominis cauſam. Vetus peculiare eius gentis fuiſſe ait, ut Lucani inter paſto-
res liberos ab initio pubertatis haberent,ſine ſeruili miniſterio,ſine ueſte quam induerent,aut
ſtramento,cui incubarẽt, ut à primis annis parſimoniæ aſſueſcerent. Cibus his uenatica præ-
da. Potus mellis & lactis & fontium liquor, ut per ea ad bellicos labores perferendos habilio-
res fierent. Ex his igitur quinquaginta primo, mox alia maior manus, latrocinia in finitimos
exercuit. Oppoſuit huic iniuriæ,ſociorum querelis fatigatus, Dionyſius Siciliæ tyrannus ſex-
centos Aphros, quorum præſidium ad excurſiones inhibendas cõmunitum, per mulierem,

Brutia.

cui Brutiæ fuit nomen,latrones expugnarũt, ibiq; ciuitatem paſtoribus ad opinionem nouæ
urbis concurrẽtibus conſtituere,Brutioſq; ſe à mulieris nomine appellarunt. Primum his bel-
lum cum Lucanis fuit,ſuæ originis autoribus, cum quibus bello uictis pacem æquis conditio-
nibus ſanxerunt. Præſenti dein ſucceſſu erecti, cæteros finitimos ſubegerunt, tantaſq; breui

Brutiorũ opes.

opes conſecuti,ut & Siciliæ regibus formidoloſum Brutium eſſet nomen. Creueratq; cum ſuc-
ceſſu feritas,ut quum finitimos multis iniurijs infeſtos haberent,ab illis Agathocles implora-
tus,auxilij prætextu,ſpe tamen ampliandi regni,in Italiam transfretauerit. Brutij terribilis bel-
li fama perculſi, legatos ad Agathoclem mittunt, qui ab eo ſocietatem & amicitiam peterent.
Quos ille conuiuio admotos, alia atque alia ſimulando, tamdiu ſecum habuit, quoad exerci-

Agathocles graui morbo laborat.

tus ipſis ignaris traijceretur, die in poſterum conſtituta. Fuit tamen id bellum magis nomine
quàm euentu terrificum. Vis morbi ingens tyrannum adorta,infecta re in inſulam breui po-
ſtea abire coëgit,quo indies magis inualeſcente, adeo de eius eſt uita addubitatum, ut inter fi-
lium & nepotem, contentione de regno orta, fœdata ſit regia parricidio, alteroq; Agathoclis
filio,qui minor natu fuit,à filio fratris interfecto,regnum Agathocle adhuc uiuo parricidij au-
tor occupat.Credo hunc Agatharchi fuiſſe filium,aut certe alterius,qui inter Agathoclis libe-
ros maximus natu fuerit. Senex ubi nullam pellendi morbi ſpem reliquam ſupereſſe uidit,
Theogenam uxorem & liberos,quos ex ea tulerat,adhuc pueros, cum omni pecunia & regali
inſtrumento, quo nemo regum ditior fuit, nauibus impoſitos in Aegyptum, unde uxorem
duxerat,

A duxerat, dimiſit, ueritus ne prædonem regni, hoſtem quoq; pateretur. Diu coniunx relucta-
ta dicitur, charitate uiri commota. Filij nauem conſcenſuri, flebili eiulatu patrem amplexi tene-
bant, Theogena & ipſa maritum, ut nunquam amplius uiſura, oculis fatigabat. Nec ſenis la-
chrymæ erant minus miſerabiles. Flebant pueri morientem patrem. Ille exules liberos. Sed

Miſerabilis Agathoclis exitus.

profectionis neceſſitas finem lachrymis impoſuit, eſtq; regis mors proficiſcentes ſecuta. Sicq;
Agathocles crudelitatis ſuæ, ſi non merita ſupplicia, certe ad dolorem efficacia expendit, qui li-
beris maioribus natu crudeliter amiſſis, duobus ſuperſtitibus cum matre in exilium abeunti-
bus ipſe regno ſpoliatus in orbitate & ſolitudiue deceſſerit. Carthaginenſes cognitis, quæ in
Sicilia facta erant, occaſionem totius inſulæ occupandæ præbitam ſibi exiſtimātes, cum quàm
maximis in Siciliam copijs reuerſi, multas ſibi ciuitates, aut ui, aut uoluntate ſubigunt. Hæc
cauſa Syracuſanis fuit, Leontinis, & alijs quibuſdam ciuitatibus Pyrrhi regis ex Italia in Sici-
liam accerſendi, & quia in Macedoniam quoq;, ut ſupra eſt ſignificatū, per id tempus, ob Pto-
lemæi cædem reuocabatur, quem Galli cum exercitu trucidarant, de fortuna queſtus dicitur

Accerſitur Pyrrhus in Siciliam.

Pyrrhus, quòd plurimarum rerum gerendarum occaſiones in unum tempus contuliſſet. Ste-
tit proinde nonnihil anceps, utram potius prouinciam capeſſeret. Poſtremo ad Siciliam, ue-
lut ad inſtrumentum belli in Aphricam transferendi, animum adiecit. Præmiſit, ut Plutarchus
ſcribit, Cyneam qui ciuitatum ſtudia ſibi conciliaret. Tarentinis autem poſtulantibus, ut aut
ſecum Romanum profligaret bellum, aut liberam ciuibus urbem relinqueret, nullo benigni-
ore reſponſo dato, tempus expectare iuſſit, arceq; præſidio firmata, cum cætero exercitu in Si-
ciliam transfretauit. Præſtiterunt illi fidem ciuitates, à quibus fuerat accerſitus, ſubito ſeſe Regi
applicantes. Multæ inde urbes, partim ui, partim uoluntaria deditione, receptæ. Inde Cartha-
ginenſes adortus, Punicas opes breui tota inſula afflixit. Erycem inde, ubi ualidum erat Pœ-

Pyrrhi ſucceſſus in Siciliam.

norum præſidium, ſubita oppugnatione adortus, primus omnium, admotis ſcalis, oppidi mu-
ros aſcendit, hoſtemq; truci uultu territans, plures Pœnorum uno loco obtruncauit. Soluit
inde uotum Herculi, cui ludos in urbis oppugnatione uouerat. Eryce potitus Mamertinis bel-
B lum intulit. Campani hi fuerunt, qui ſub Agathocle ſtipendium in Sicilia facientes, Meſſanæ
urbis ſplendorem & opulentiam mirati, ubi primum peragendi ſceleris oblata eſt eis occaſio,
per amicitiam in urbem recepti, uiolata fide, in ciues impetum fecere. Diſtat Meſſana parum

Meſſana.

omnino à Rhegio, quod in Italia eſt interiecto freto. Eam Meſſenij condiderunt, qui Pelopon-
neſum habitabāt, quibus nomen immutari contigit, ſiquidem prius Zancle locus dicebatur,
ab ipſius ſitus credo poſitura, quia Zanclen Siculi falcem uocent, ut Polybius ait, uel ut Stra-
boni placuit, quia Zanclia illi curua loca dicant. Meſſenijs igitur partim cæſis, partim fuga di-
lapſis, eorum uxores, liberos, ut cuique medio conflictu ſors obtulerat, Campani inter ſe par-
tiuntur. Ita pulcherrimæ opulentiſſimæq; urbis compotes facti, ob ferociam & contumax in-
genium, à Marte, ut Plutarchus prodidit, Mamertini ſunt appellati. Et Campani ipſi tales in
Meſſenios extitere, quod fœdum & turpe exemplum haud multo poſt Romana legio, quæ
Rhegij præſidio erat, imitata eſt. Liuius hos quoq; Campanos fuiſſe exiſtimat, Polybius uero

Romana legio Rhegiū occupat.

Romanos. Cæterum quicunq; hominum illi fuere, Decij Iubelij, uel ut alij ſcribunt, Decij &
Campani ductu Rheginos, ad quorū præſidium ſub ipſum Pyrrhi in Italiam acceſſum miſſi
fuerant, hoſtiliter aggreſſi, cum cæde & ſtrage multa extorres eijciunt, eiectis urbem occupant.
Sed tam his quàm illis ſuum ſcelus exitio fuit, ac prius aliquanto Mamertini ultionem ſenſe-
re, qui bello à Pyrrho rege petiti, prælio uicti, multis ſunt cladibus affecti, eorumq; præſidia

Mamertinorum clades.

haud uno loco deiecta. Carthaginēſibus inde pacem petentibus unam illius aſſequēdæ ſpem
eis reliquam reſpondit, ſi tota Sicilia faceſſerent, ultraq; Libycum pelagus fines ſui imperij ter-
minarent. Ad quos terra mariq; perſequendos, quum acerbiſſimum haberet delectum, & qui
ab initio placidus & mitis fuerat, tyranni perſonā induiſſet, non paruam in populis contraxit
offenſam, tulere tamen ciuitates aliquandiu regis inſolentiam. Verum Theone Syracuſano
regis iuſſu interfecto, per quem non Syracuſanorum tantum, ſed & multarum ſtudia ciuita-
tum fuerant Pyrrho conciliata, uno tempore totius inſulæ in eum odia exarſerunt, ut multæ
ciuitates ſe Carthaginenſibus adiungerent, aliæ cum Mamertinis aduerſus illum uires conſo-
ciarent. Quo inſulanorū conſenſu Pyrrhus perculſus, omnem ſpem Siciliæ retinendæ proti-

H 2 nus

Digreſſus Pyrrhi ex Sicilia. nus abiecit. Peropportune ad pudorem celandum à Tarentinis & Samnitibus illi literæ red/ C
duntur, quibus in Italiam, ad opem ſocijs ferendam accerſebatur. Sicilia igitur profectus, non metum aut deſperationem præ ſe ullam ferens, ſed neceſſitatem accuſans, quam deceden di ſociorum preces impoſuiſſent, retro ad inſulam conuerſus, ô qualem, inquit, Romanis & Carthaginenſibus palæſtram relinquo. Nec Mamertinos, quum inde ſolueret, pacatos ha/ buit, nec poſtquàm ſoluit Carthaginenſes ipſos, utrinq; petitus, aliquot naues ancipiti prælio amiſit. Quin ubi Italiam tenuit, Mamertini eueſtigio ſecuti, extremum agmen carpebant, ex/ ercitum in locorum anguſtias coniectum, à tergo & à lateribus adorti, duos elephantos pro/ ſtrauere, & circa beluas multi uno tempore occubuerunt. Pyrrhus ira accenſus, à prima acie in prælium ruens, omnem in ſe hoſtium impetum conuertit, hicq; quum non leue uulnus acce/ piſſet, paululū aciẹ excedere coactus eſt, dum plaga obligaretur. Proceſſit interim in medium ex Mamertinis quidam, magna uir ſtatura, nec minore uirium oſtentatione, Pyrrhum ſi uiue/ ret ad ſingulare certamen prouocans. Rex ira & dolore percitus, ut erat cruore reſperſus, truci & terribili aſpectu in aciem redijt, hoſtemq; repente aſſecutus ita ualide, ut Plutarchus ſcribit, eius caput percuſſit, ut uehementi ictu uſque ad infimas partes ferrum deſcenderit, defluxe/ rintq; ad terram hincinde dimidiati corporis partes. Mamertini tantum regis robur intuiti, fœdaq; unius cæde perculſi, ab hoſte ulterius inſectando deſtiterunt. Pyrrhus iam inde paca/ tus Tarentum uenit, triginta peditum milia ſecum trahens, uiginti equitum. Hic nouo ſocio/ rum delectu habito, in hoſtes ire peregit. Erat tum conſul Manius Curius Dentatus, cuius col lega Cornelius Lentulus in Lucania habebat exercitum. Pyrrhus, parte una copiarum in Lu/ caniam miſſa, ne Cornelius ſuis auxilium ferre poſſet, cum robore exercitus in Curium con/ tendit, qui circa Beneuentum metatus erat caſtra. Mirum eſt quod de hoc Cornelio proditur. Plinius Ruffi cognomē illi reddit. Per quietem is oculorū uiſum poſtea amiſiſſe dicitur, quum id ſibi accidere ſomniaſſet. Fecit rex ſub primum acceſſum pugnæ copiam hoſtibus. Curius quia neq; auſpicijs ſatis proſpera nunciabantur, collegamq; conſtituerat expectare, certamine conſulto abſtinebat. Ibi Pyrrhus opprimendi hoſtis cupidus, priuſquam alter conſul cum ex/ D
excitu adeſſet, elephantos delectumq; copiarum robur, per hircos & arduos ſaltus circumue/ ctum, ex ſuperiore loco in Romana caſtra immittere conatus eſt. Sed agmen noctu extinctis luminibus aberrans luce oppreſſum, priuſquam ex implicitis & arduis locis in apertum eua/ deret, à Romanis inſpicitur. Trepidatum eſt nonnihil in caſtris ad primum hoſtium conſpe/ ctum. Cæterum Curius neceſſitate coactus legiones in beluas & hoſtium agmen, uirgultis & locorum anfractibus præpeditum, immittit. Facilis fuit uictoria turbatis ſua ſponte hoſtibus. Multi quidem cæſi, & ex elephantibus nonnulli capti, aliquot etiam præcipitati. Proſpera hæc pugna adeo Curium extulit, ut iuſtam cum Pyrrho pugnam haud multo poſt pugnare ſit au ſus. Varie ab initio dimicatum, ab uno cornu pulſi hoſtes, & quia in aperto res gerebatur, Ro/ manus Elephantorū impetu perculſus, ex altera parte in caſtra uſque eſt pene præceps actus, hic milites, qui pro uallo ſtabant, iuſſu conſulis ex ſuperiore loco in beluas impetum faciunt, quas immodico terrore in ſuos præcipites agunt. Ibi ſoluta, diſiectaq; hoſtium phalange fu/ ga continuo ſecuta eſt, ex fuga uictoria orta, quæ tantum opinionis Romanis rebus attulit, ut breui tota Italia illorū armis ceſſerit. Quidam autores ſunt tria & uiginti milia hoſtium cæſa. Sunt & quatuor Elephanti ex hoſte capti, ac tum primum in triumpho deducti. Nunquam maiora continētiæ exempla in Romana ciuitate extiterunt. Conſtat Curium ex tam opulen/ ta præda nihil præter fagineum guttum attigiſſe. Idem Samnitium Legatos cum auro ad ſe miſſos reieciſſe dicitur, ineptæq; legationis miniſtros appellaſſe, teſtatus malle ſe habentibus aurum imperare, quàm locupletem fieri. Pyrrhus poſt aduerſam illam pugnam ad Beneuen/ tum pugnatam, Tarentum ſe recepit. Hic arce Heleno filio & Miloni, uni ex amiciſſimis, tra/ dita, cum ijs copijs quæ ſupererant in Epirum tranſmiſit, anno ſexto ab eo, quo in Italiam ue/ nerat. Id famæ tali bello adeptus, ut militari diſciplina, fortitudine atque uigore animi, omnes ſui tēporis imperatores longe anteiret, ſed qui ſæpius certa pro incertis amiſerit, quare ab An/ tigono malos luſores imitari dicebatur, qui teſſerarum caſu felices, alcam in peius uertant. In/ cidit id bellum, quod cum Pyrrho eſt geſtum in annum, ut Nepos Cornelius ſcripſit, quadrin

Margin notes: Mamertini Pyrrhi agmen infeſtant. — Pyrrhi facinus. — Cor. Ruffi cæcitas. — Curius uincit. — Curi9 pſpere pugnat. — Cæſorum numerus. — Digreſſus Pyrrhi ex Italia. — Luſoris mali mores.

gentēſimū

A gentesimum ac ſeptuagesimum urbis Romæ, quo tempore Antigonus Demetrij filius Græciam obtinebat. Macedoniam, quum Pyrrhus in Italiam tranſmiſit, Ptolemæus cognomẽto Ceraunus, cui Soſthenes ſucceſſit, & mox priuſquam in Italia debellari contigerit, idem Antigonus, cuius proxime mentio facta eſt. In Ægypto Ptolemæus regnabat cognomento Philadelphus, ex eo Ptolemæo natus, qui fuit Lagi filius, unusq; ex Alexandri ducibus, quo rege Soſtratus Gnidius turrim in ingreſſu Alexãdrini portus ad dexteram conſtruxit, ubi Pharos inſula Homerico carmine celebris. In Syria Antiochus Seleuci filius. Põtifex in Iudæa Simon Oniæ filius, & mox Eleazarus eius frater, quo Pontifice Ptolemæus Philadelphus centum uiginti milia Iudæorũ libertate donauit, qui in Aegypto ſeruitutem ſeruiebant. Erant huius literæ ad Eleazarum Pontificem, ut ad ſacram hebræorũ hiſtoriam in græcum ſermonem uertendam, ſibi ex ſenioribus Iudæorum, & qui ſacrarum eſſent literarũ peritiores ad ſe mitteret. Sed ex unaquaq; tribu petitos uidentur literæ ad Eleazarum datæ ſignificare. Cæterum Euſebius ſeptuaginta miſſos prodidit, cui magis ſcriptorũ uſus, quàm ueritas aſtipulatur. Lex duorum & ſeptuaginta dierum ſpatio in Græcum uerſa eſt, Phalerij Demetrij procuratione, qui tum regiæ præerat Bibliothecæ. Is roganti regi quid eſſet, quod Græcorum nemo diuinæ legis meminiſſet, religionẽ dixit obſtitiſſe. Deterritos Theopompi & Theodectæ clade cæteros ſcriptores, diuinum arcanum nihil attingere auſos, quoniam horum uterq; pauca ſuis ſcriptis ad eam legem attinentia immiſcere auſus, hic luminibus aliquandiu captus, ille mente alienatus ſuæ impietatis ſupplicium expendiſſent. Qui ab Eleazaro in Ægyptum miſſi fuerãt, poſt conuerſionẽ legis, in Palæſtinam, magnis muneribus à rege donati, abierunt. Magna adhæc donaria Philadelphus Hieroſolymis in templo dedicauit. Eleazari epiſtola triginta aureas pateras fuiſſe ſignificat, & argenteas totidem, crateres quinq;, centum talenta. Ioſephus menſam ex ſolido auro, eximij ponderis adijcit. Euſebius autor eſt, quarto Philadelphi anno hæc fieri contigiſſe. Eutropius in trigeſimum fere annum reijcit, cui ne accedam Euſebij facit autoritas. Is ſi uera colligit, iam tum Eleazarus fato deceſſerat. Vixerunt eadem tempeſtate cum Alexan-

B dri ſucceſſoribus, & ijs qui ab illo geniti ſunt, in terra Græcia clari ingenio uiri, Theophraſtus, cui diuinum dedit nomen eloquium. Fuit is Ereſius ac Melanthi filius. Leucippum primo audiuit, mox Platonem, poſtremo Ariſtotelem, cuius defuncti loco in Chalcide docuit, Caſſandro chariſſimus. Ad quem librum de regno ſcripſit. Et Ptolemæus ad eum ex Aegypto miſit qui eum accerſerent. Huius uox illa, Quum uiuere incipimus tunc morimur. Eius monumenta multa & uaria, quippe quæ ducenta triginta duo milia uerſuum, & amplius haberẽt. Strato Lampſacenus, qui Philadelphum Ptolemæum inſtituit. Demetrius Phalereus, cuius nuper mentio facta eſt. Heraclides Ponticus, & ipſe Ariſtotelis auditor, quem Attici à tumore uentris Pompicum dixere. Fuerunt his temporibus interiectis Crates Thebanus, Metrocles Maronita, & Hipparchia eius ſoror cynicæ diſciplinæ affectatores. Metroclis illud eſt. Aliud pecunia parari, ut prædia, aliud tempore & diligentia, ut diſciplinas. Idem ſuos libros combuſſiſſe fertur, faſſus ſomniorum phantaſmata illa eſſe. Alij Theophraſti commentarios ab eo combuſtos prodiderũt. Menippus Ponticus & Menedemus, qui furiali habitu uſus dicitur, pulla tunica amictus ad pedes demiſſa, quam puniceus balteus aſtringebat. Arcadicus pileus capiti impoſitus cum duodecim Elementis intextis. Tragici cothurni, prolixa barba, & uirga in manu fraxinea, atque horum uterq; Cynicus. Zeno Cittieus adhuc memoratus in Pyrrhi tempora deſcendit, Stoicæ diſciplinæ longe princeps, Cratis & Stilponis auditor. Alij Xenocrati operam dediſſe ferunt. Extant huius quoq; pręclare quædam dicta. Nihil faſtu & ſuperbia indecentius. Melius pedibus labi q̃ lingua. Eius ſcolam ſæpius rex Antigonus Demetrij filius ingreſſus poſt eius obitum dixiſſe fertur. Heu quale ſpectaculũ perdidi? Quia in Peſianacta porticu frequens fuit, ab eo illius affectatores, qui Zenonij prius nominati ſunt, Stoicorũ nomen tulere. Eratoſthenes poëtas eos ab initio nuncupatos prodidit. Duo idem principia poſuit, Deum & materiam, ſempiternum illum, atque omnia per materiam creare. Perijt Zeno iam grandis natu octauo & nonageſimo ætatis anno. Sunt qui ſeptuagenariũ deceſſiſſe memorent, ac uitali ſpiritu de induſtria ſuppreſſo uitam finiuiſſe. Epicurus Athenienſis & ipſe in hæc tẽpora incidit, Gargeti ortus. Eſt is Attici ſoli pagus, duodeuigeſimo uitæ anno Athenas

*Temporũ ſupputatio.* *Pharos.* *LXX. interpretes.* *Theophraſtus.* *Demetrius Phalereus.* *Menedemus Zeno Cittieus.* *Epicurus.*

ſe cõtulit,quũ Xenocrates Academiã teneret,floreretq́; tum maxime in Chalcide Ariſtoteles, C
eius dogma infame ut fœdæ uoluptatis aſſertor.Sunt qui illud ab inſigni calũnia uindicẽt,lau
datáq́; ab Epicuro uoluptatẽ dicant,quæ ex ueri rectiq́; cõtẽplatione oriatur,cõſentiuntq́; ip
ſius ſcripta huic opinioni.Negat ille ſe bonũ ullũ intelligere,in his uoluptatib⁹,quæ ex uenere,
oculis,auribus,& ſaporũ ſuauitate oriuntur. Plurimũ Leucippo in ijs,quæ de natura ſcribit,&
Democrito accedit,q̃d eius epiſtolæ ad Herodotũ neſcio quem demonſtrãt,nam ut ad Alicar
naſſeũ illũ,qui hiſtorias ſcripſit,datæ uideri poſſint,ipſa temporũ ratio repugnat. Æqualis his
Timõ Apolloniates. Timon Apolloniates,qui Sillos ſcripſit. Is qa cum Stilpone Megaris eſt cõgreſſus,merito his
Menander. æqualis habẽdus.Fuit & alius obſcurior,ea tantũ infamia notus,ꝙ in humani generis odiũ eſt
Philemon. ꝓuectus.Sed ille Pelopõneſiaci belli tẽpora,aut prçceſſit,aut exigere non potuit.Fuerãt & Me
nander Cephiſeus,ut Apollodorus ſcripſit,& Philemon,uterq́; ſocco clarus, atq́; inter ſe non
æquales ſolũ,ſed uterq́; alteri,clara emulatione,infeſtus.Illuſtrior tamen Menãder,quippe qui
fulgore ſui nominis cæteris eiuſdẽ carminis autorib⁹ tenebras induxit.Varro autor eſt,quinq́;
& ſeptuaginta ab eo comœdias ſcriptas,in quibus quinquies uincere contigerit. Apollodorus
quinq́; ſupra centũ ab eodem editas,atq́; octies coronatũ ꝑdidit.Satis conſtat Philemonẽ,pra
uis hominũ iudicijs,illi poëtico certamine prælatũ,& ob eam rem à Menandro ex occurſu ali
quãdo familiariter rogatũ,an rubore afficeret̃,quũ ſe uinceret.Atq́; hi tũ uiri ingenio & ſapien
Fabritij cenſura. tia clari fuiſſe dicuntur.Romæ Fabritius cenſor P.Ruffinũ Conſularẽ uirum ſenatu mouit,ꝙ
decẽ argenti pondo facti haberet,luſtroq́; condito cenſa ſunt ciuiũ capita ducenta ſeptuaginta
unũ milia,ducẽti uiginti quatuor,& cum Ptolemæo Philadelpho Ægypti rege iuncta eſt ſocie
tas.Sextilia ueſtalis dãnata inceſti circa Collinã portam uiua eſt defoſſa.Nouæ in Lucaniã Co
loniæ per id tempus ductæ Compſa & Poſſidonia,Peſtum ante nominatũ.Id Sybaritę condi
Poſſidonia olim Peſtũ. derũt.Lucani,cõditorib⁹ eiectis,urbem tenuere.Poſtremo Romani eo Coloni miſſi.In inferi
maris ora urbs ſita,unde & ſinus in q̃ ſedet nomẽ eſt ſortitus. Cæterũ dum hæc in Italia fiunt,
Pyrrhus Macedoniã inuadit. Pyrrhus in Epirũ reuerſus,qa ab Antigono,qui Macedoniã tenebat,ſupplementũ ad Roma
ni belli uſum,per legatos non impetrauerat,cupidus ad hæc quæſtuoſi alicuius belli,cum octo D
milibus peditũ,& q̃ngentis equitib⁹ Macedoniã ingreſſus,quũ tantũ prędandi ſtudio regni fi
nes inuaſiſſet,auctus pręter ſpem duob⁹ milibus,qui primo motu ad ipſum defecerãt,in Anti
gonũ ire pergit.Crũeta deinceps pugna fuit. Pyrrhus cæſa auxiliari Gallorũ manu ex Antigo
ni cõmilitio,beluiſq́; indicis pari ſtrage disiectis,hoſtiũ phalangem adortus,ad deditionẽ com
pulit. Antigonus exercitu exutus in maritimas regni urbes ſeſe recepit. Pyrrhus ſpolia prælio
capta in tẽplo Itonidis Mineruæ ſuſpendit,eulogio uictoriæ addito.Pręcipua inde regni parte
potitus Macedonũ animos offendit,ꝙ antiquoꝝ regum ſepulcra auri cupiditate paſſus eſſet
Pyrrhus Peloponeſum petit. dirui à Gallis,quos à cuſtodia ſui corporis remouerat.Magnũ inde aliquod facinus porro obi
turus,cum quinq́; & uiginti milibus peditũ ac duobus equitũ,non multo poſt Peloponneſum
ingredit̃,populare nomen bello aſtruit,rumores diſſipat eo conſilio ſe in eam terrã ueniſſe,ut
eius ciuitates à ſupbiſſimo Antigoni dominatu uindicaret. Hæc palã,occulte uero Cleonymi
uiri Spartiatæ pollicita ſecutus,Lacedæmonẽ occupare in animo habebat. Pacatus igitur exer
citus tandiu inceſſit,quoad Spartiataꝝ ſint fines initi,tum late in prædã & populationẽ eſt di
ſcurſum.Queretibus Lacedemonijs,ꝙ ſe bello haud indicto,contra ius gentiũ hoſtiliter inua
ſiſſet.Nec uobis curæ eſt,inq̃t Pyrrhus,uiri Spartiatæ,q̃d facturi eſtis alijs denũciare.Exercitu
inde ad urbẽ admoto,magnũ hoſtibus terrorẽ inijcit. Spartani nocte,quæ ſecuta eſt,conſiliũ
ineunt,quãdo uix tantũ hoſtẽ laturi crederent̃,ut uxores & liberos in Cretã ablegarẽt. Tene
batq́; adhuc ea cõſultatio,quũ Archidamia uirago quædã ſenatũ ſtricto gladio ingreſſa,cõui
Archidamiæ ſpartanæ indoles. cio adorit̃ de rep.cõſultãtes,multũ,ut dicit̃,queſta,ꝙ Lacedemonij uiri pſuaſum haberẽt,poſſe
Spartanas mulieres euerſa patria uitã ulterius agere,qbus uerbis diſcuſſa ea cõſulatio fuit.Vbi
uero ad uallũ hoſtibus obijciendũ iuuẽtus cõuerſa,ut nocturno opere urbem cõmunirẽt,hor
tant̃ eos matronæ & uirgines qeſcere,ut interdiu fortius dimicarẽt,ipſæ irreqeto opere foſſam
ſex cubitoꝝ latitudine,quatuor ꝓfundã,uallo ſupimpoſito,priuſq́ illuceſceret,urbi circũdũt.
Spartanarũ mulierũ indoles. Nec ſegnius,pugna prima luce inita,tela ꝓpugnatoribus ſuggerẽtes, una uoce hortabant̃,ut
fortiter pro patria dimicarẽt.Pyrrhus uallum ferociter aggreſſus,magnũ illico affert Spartanis
negotiũ

A negociũ.Diuerſa parte Neoptolem⁹ fili⁹,diſcuſſis haud uno loco curribꝰ,q̃s opoidani ꝑ uallo obiecerant,irruptioni imminebat,niſi Acrotatus adoleſcens impiger cũ globo iuuenũ Neoptolemũ in præcipiti & arcto loco ſtantem,difficili prælio fatigatum, ab irruptione auertiſſet. Erat Acrotatus Arei filius,qui tũ Spartanæ rei præerat,auxiliareſq; copias pro Cortynenſibꝰ Cretico bello ꝓcul domo ductabat, amabatq; iuuenis nihil obſcure à Cleonyde Cleonymi uxore,q̃ iniuria ille irritat⁹,autor Pyrrho fuerat Spartanę rei ſubito bello inuadēdę.Fractis igitur ea parte hoſtiũ conatibus,oppugnationeq; fruſtra in ſerum diei protracta,tota laus retētę urbis penes unũ fuit Acrotatum.Ibat iuuenis multa cæde cõſpicuus, uiri ſimul & mulieres p̃tereuntem fauore & plauſu proſequebantur,multę inuidebāt etiam Cleonydi amorē ſtrenui adoleſcētis,q̃dam inſuper uoces ictare ſunt auſę,uade age Acrotate tibiq; Cleonyda habeto, liberoſq; tui ſimiles patriæ ꝓcreato. Proxima nocte uiſus eſt ſibi Pyrrhus p̄ quietē cernere Lacedæmonē à ſe fulminibus incenſam,lætuſq; ea imagine multo maiore conatu,q̃ antea, urbē inuaſurus dat pugnę ſignũ militibus.Lyſimachus non placere ſibi eam uiſionem pr̨dicabat, quoniam loca fulmine contacta inuia fierent,quē ut delirum Pyrrhus aſpernat⁹,copias uallo admouet.Fuit hoc q̃q; certamē nihilo mitius priore,atq; rex foſſam cadaueribꝰ oppletā trāſgreſſus,iam urbi imminebat,quũ equus per ilia effoſſus concidit,ipſeq; pr̨ceps humi effuſus p̄ſenti periculo milites in ſe ab ardore pugnę auertit. Vrbs hoc quoq; die ualide defenſa ē.Affuerunt interim ab Antigono auxilia,& Areus nõ m̃lto poſt cum copijs ſuperuenit. Duplici itaq; p̄ſidio Spartani recreati,audacius urbem tuebantur. Pyrrhus quãdo iam hyems appetebat,abacta ex circuniectis agris multiplici p̄da,in Laconico ſolo hyemare in aio habebat, quũ Argos fatalem urbē per Ariſtei factionē aduerſus Ariſtippum Antigoni amicum,eſt accerſitus.Carpebat extremũ abeuntis agmen Areus,cum lecta Spartiatarum manu, adeoq; īfeſto gradu ueſtigiũ premebat,ut coactus ſit Neoptolemus regis filius manum cum hoſte cõferre, qua tumultuaria pugna,quũ ſtrenuus adoleſcens omnes hoſtium impet⁹ ferociter exciperet, telo ictus cõcidit. Trogus ſcribit eum in Spartana oppugnatione, quũ in mediam urbem irrupiſſet,ab hoſtibus circumuentũ perijſſe,morteq; patri nũciata unam ferũt ab eo uocem emiſſam. Tardius q̃ timui. Plutarchus cuius diuerſa eſt ſententia,Neoptolemo cadente factã ait à Macedonibus fugã,nec prius ab ea trepidatione ceſſatum,q̃ in apertos cãpos pulſum emerſiſſet agmē.Tum ibi Pyrrhum,audita morte filij,in Spartiatas temere ruētes cõuerſo ſecũ agmine,omnia hoſtiũ cadaueribus loca impleuiſſe,ac tum demũ uelut inferijs filij manibus datis, ipſe præſenti cæde contentus,à pſequendo hoſte abſtinuit. Vbi igitur Argos uentum ē,caduceatorem ad Antigonum miſit,q & ipſe aliquanto antea ab hominibꝰ ſuę factionis accerſit⁹, circa urbē caſtra fecerat,ut ſecum in apertum armorum certamen deſcēderet,cui ille ſuam militiam reſpondit non magis armorũ q̃ temporum eſſe. Si Pyrrhum ſuę uitæ tęderet,ſatis multas ad interitum uias patere. Argiui ad utrũq; miſerunt rogãtes,ut ſuis finibus abſcederēt,nec ociũ inuiderent ciuitati utriq; amicæ. Cæterũ Pyrrho Argis aſſidēti,hęc ſunt propinquæ mortis prodigia oblata. Deſecta boum capita poſtq̃ nonnihil humi intermortua iacuere,repente linguas cum gemitu exertauere.Et in Argo Lyceus Sacerdos,fanatico curſu per urbem euagatus cernete ſe omnia cadaueribus plena uociferatus eſt. Pyrrh⁹ noctu muros ſubiens,p portã ab Ariſteo patefactã,in urbē copias īmiſit, ſilētioq; ē in forũ itũ. Cęterũ ubi cardines portaꝝ, quæ indicas beluas nõ capiebãt,ſubmoueri cœpti ſunt,ſuo ſtridore ciues excitãt. Poſt ubi ſtrepitus & ꝓperatio militũ ex ujs audit⁹ ē,ſublato clamore,ad arma cõcurritur,Antigonuſq; ex diuerſa parte in urbem irrupit,filio cũ parte copiarum ad Ariſtippum tranſmiſſo, ipſe cũ cęte ro exercitu haud ꝓcul à mœnibꝰ pugnę intentus ſubſtitit. Pyrrhus ubi clamorē in urbe ſublatũ audiuit, ueritus ne ſui foro pellerent,illatis ſignis, per æqua & iniqua equites ad locũ ꝓperare iuſſit. Incerti itaq; rerum omnium duces, quia per noctem & in tãta ędificiorũ perplexitate nulla diſponēdę aciei ratio aderat,lucem expectabãt. Sub primã igitur aurorã Pyrrhus oĩa ex aduerſo hoſtilibꝰ obſepta armis cõſpicatus,uehemēter cõmot⁹ ē,ſed nihil æq̃ mouit ac ueteris oraculi recordatio,quo monitus erat,tum fatale tempus affuturũ,quum in Tauri & Lupi pugnã incidiſſet,quorũ ſimulacra Argiui,ob antiqui facti memoriã,in foro inſigniter ſculpta habebãt. Fama fuit ꝙ Danaus ex Ægypto ad ea loca appulſ⁹,in id certamē incidiſſet,ſpe

(The letter B stands in the left margin beside the line beginning "piſſet,ab hoſtibus".)

Marginal notes:

Acrotati adoleſcētis laus.

Pyrrhus Argos accerſitur.

Neoptolemus Pyrrhi filius cadit.

Antigoni uerba ī Pyrrhum.

Prodigia.

Pyrrhus Argos occupat.

Lupi & Tauri certamen.

ctatoq; pugnæ euentu, ubi lupum, quem pro aduena acceperat, uictorem ſit intuitus, Lyceo C
Apollini uouerit templum, Gelanorũ inde, qui regno ea loca obtinebat, bello adortus uicerit, porroq; fugarit, atq; ita uoti compos ſit factus. Pyrrhus huiuſmodi imagine perculſus, tũ q̃a conſilium occupandæ urbis in caſſum abierat, ad Helenũ filium portarum exitum obſidentẽ mittit, qui ſtatim muros urbis dirui iuberet, ut agmen minus telis obnoxium in apertũ educeret. Adoleſcens errore deceptus, uelut ad ſubſidium uocaretur, confeſtim equitum globũ cum

Turbatur Pyrrhi agmen.

elephãtis in urbem per portam intulit. Et iam Pyrrhus cõpoſito agmine ſuos ex foro ſubducere cœperat, quum duo agmina ſibi occurrentia, adeo omnia repente turbarũt, ut neq; ſigna ſeruari, neq; imperiũ ullum exaudiri poſſet. Auxit militũ trepidationẽ Indica belua, caſu quodã in ea porta qua euadendũ erat ſua mole afflicta. Tetra ibi colluctatio orta, militeſq; inter ſe preſſi, neq; fugã expedire poterant, neq; in pugnam redire. Pyrrhus hanc ſuorũ fluctuationem intuitus, inſigni galeæ detracto, ut minus nobilis eſſet, in oppidanos conuerſus, qui à tergo inſtabant, ualide pugnã ciebat. Ibi forte ab Argiuo aniculæ filio leuiter haſta uulneratus, quũ impetum in percuſſorem feciſſet, mater quæ ſuperne ſpectabat, filij periculum intuita, tegulam ambabus manibus arreptã, ſuper regis galeã effudit, quo ictu diffracta caſſide, ſpõdyliſq; ſecundum ceruicem attritis lumina deficiunt, habeniſq; manu fluentibꝰ, haud procul loco quo fuerat ictus omnibus fere ignotus concidit. Nouit tamen cadentẽ Zopyrus quidam,

Pyrrhi interitus.

qui ſub Antigono militabat. Is cum paucis eo accurrens, detracta iacenti galea, gutturi ferrum admouit. Pyrrhus interea ad ſe reuerſus, adeo toruis oculis percuſſorem intuitus dicit, ut attonitus ille os & mentum ꝓ iugulo reciderit. Caput ad Antigonũ Alcyoneus filius attulit, quẽ pater baculo percuſſum Barbarũ appellauit, ꝙ ſe tanti uiri ſanguine polluiſſet, inde chlamyde oculis admota, familiariter neceſſarij mortẽ lachrymauit, Antigoni aui ſui & Demetrij patris uolubilem fortunam recordatus. Helenũ Pyrrhi filium ſordida ueſte ad ſe adductũ, priore cultu inducto, incolumẽ in Epirũ remiſit, pari humanitate in cęteros Pyrrhi amicos uſꝰ, corpus regis honorificẽtiſſime funerauit. Et Pyrrhus qui omniũ ducũ, ſecundũ Alexandrũ, maximus ea tempeſtate iudicatus eſt, in hunc modũ perijt. Tarentini poſt Pyrrhi digreſſum, bellũ D
in Romanos continuo reparant, cæterum domeſticis uiribus diffiſi, ad Carthaginienſiũ opes

Conſules.

confugiunt. Nec ita multo poſt à Fabricio Luſcino & C. Claudio Cnoſulibꝫ prælio uincunt, & cum his Carthaginienſes, qui etſi nondũ hoſtes ex confeſſo erant, ſenſerunt tamen ſe poſſe à Romanis uinci. Tarentinis uictis pax & libertas (quũ Romani ipſorum arce per Milonẽ, ut Euſebius ſcribit, potiti eſſent) reſtituta eſt. Atq; hoc bello Romani defuncti, Rhegiũ obſident, oppidoq; recepto, tota legio, quæ contra publicam fidem Rheginos urbe exegerat, ꝑ extrema ſupplicia extincta eſt. Multi ſibi conſcij qualis exitus ſe & alios ob patratum ſcelus maneret, ad extremũ dimicando in pugna occubuerunt, qui uiui in poteſtatem uenere Romam miſſi, ut documento alijs eſſent, in foro uirgis cæſi ſunt ac ſecuri percuſſi. Vrbs Rheginis reſtituta. Accidit per id tempus, ut Apolloniatũ legati ad ſenatũ miſſi Romæ à iuuenibus quibuſdam pulſati ſint, quo flagitio ne ius gentiũ impune uiolatũ uideretur, iuſſu populi ſontes ad ſup-

Conſules.

pliciũ Apolloniatibus dediti ſunt. Inde Fabio pictore & Quintio Gulone cõſulibus Picentes noui hoſtes facti, Romana in ſe arma exciuere. Fuit hic annus quintus & octogeſimus ſupra

Argenteus nummus.

quadringenteſimũ ab urbe condita, qui item quintꝰ fuit ante primũ bellũ punicũ, quo Romæ argenteus eſt nummus primo ꝑcuſſus. Picentis belli cauſam non reperio, ipſa gens à Sabinis oriũda uoto uere ſacro, cuius opes adeo procedẽte tempore creuere, ut uno tempore, CCCLX. milia Picentũ in fidẽ Romani populi ueniſſe dicantur P. Sempronius & Appius Claudiꝰ bellũ in Piceno adminiſtrarũt, breuiq; uictoriam adepti inſigniter ob rem bene geſtam Romæ triumpharunt. Ariminum in Togatæ Galliæ finibus colonia per id tempus facta, Romani coloni miſſi, Vmbri urbem ab initio habuerunt, Ariminũ flumen illi proximum, utrum alteri nomen dederit, haud facile dixerim. Miſſi & Beneuentum coloni eodem tempore. Id in Samnio eſt, olimq; Maleuentum dictum. Tetra hoc tempore prodigia apparuere. Fontes pluribꝰ locis cruore fluxiſſe dicuntur, & lac in ſpeciem pluuiæ è nubibus pluiſſe, cum Vmbris nonnihil deinde & cum Salentinis Marco Attilio Regulo & Iunio Libone conſulibus eſt bellatum, qui & ipſi armis uicti in deditionem uenere.

**C**LARVM erat ubiq; gentiũ Romanũ nomen,& in terra Italia ſine cõtro/
uerſia princeps,quum inquietus Siciliȩ ſtatus ipſius populi arma primo
trans fretũ elicuit, ſenſimq; coëgit externis bellis aſſueſcere,mox aſſueta
& ferocior facta auſpicatiſſime ad alias tranſmiſit gentes. Mamertini qui
Meſſanã tenebant(hinc enim primi belli Punici cauſa eſt Romanis or/
ta,niſi prius aliquis uiolatum fœdus à Pœnis dixerit,qui Tarentinis ad/
uerſus Romanos auxilio uenerant)quãdiu legionis quæ Rhegiũ occuparat prȩſidio uſi ſunt,
ciuitatem & agrũ ab omni externa iniuria non ſolum tueri potuerunt,ſed res Syracuſanorum
& Carthaginenſium infeſtando,ſollicitandoq; , eo uenere,ut nonnullas illorũ urbes ſibi tri/
butarias fecerint. Poſt Rhegium uero à Romanis receptum quãtum Mamertinis eſt uirium
ademptum,tantum Syracuſanis creuit audacia ad eos bello perſequendos. Erat tum Syracu/
ſanorum dux Hiero,qui poſtea rex fuit. Hunc non multo priꝰ militares copiæ ab ijs qui rem/
publicam domi adminiſtrabant diſſidentes, tumultuoſe ſibi ducem cum Artemidoro crea/
runt. Erat Hiero admodum adoleſcens,cȩterum uniuerſis naturæ dotibus adeo ornatus ut ni/ Hiero.
hil in eo quod regium eſſet,præter regnum,deſideraretur. Is Syracuſas cum exercitu ingreſſꝰ,
adeo clementer moderateq; in homines aduerſæ factionis uictoria uſus eſt,ut magno omniũ
ordinum fauore,quod non antea acciderat,dux iterum ſit creatus. Maiora inde quàm ut dux
ad tempus eſſet animo complexus,Leptinis uiri apud multitudinem gratiſſimi filiam ſibi ma
trimonio deuinxit. Mox in Mamertinos profectꝰ,de induſtria ſeditioſam militũ manum ho Hieronis
ſtibus trucidandam obiecit,quibus ad unum propemodum cæſis,cum cȩtera legione incolu/ aſtus.
mi in urbem reuerſus nouum ac ſibi fidum militem cõducit. Paucis inde diebꝰ,exercitu mori/
bus & armis inſtructo,quũ hoſtem uano ſucceſſu ſciret præcipitantiorem factum, ſtultiuſq;
ſibi occurſurum,citata manu ex Syracuſis duxit in Mylȩum agrum,conflixitq; cum hoſte cir
B ca Longanum fluuium,quem non ſolum fudit fugauitq; , ſed eorũ etiam duces captos Syra/ Hiero rex
cuſas uinctos perduxit: ea uictoria tã grata Syracuſanis fuit,ut Hiero cum exercitu in urbẽ re creatur.
uerſus,rex à ciuibus,& omni militari turba,magno ſit fauore & conſenſu appellatꝰ. Mamerti/ Mamertini
ni una aduerſa pugna fracti,ſuiſq; uiribus diffiſi,alij ad Carthaginenſes confugiunt,eiſq; ſe/ uicti.
ſe & arcem dedũt,alij legatione ad id prius miſſa,ciuitatẽ Romanis tradunt. Dubitatũ aliquã/
diu Romȩ eſt,an Mamertini auxilio iuuãdi eſſent,ꝙ alienã urbem infanda proditione occu/
paſſent,quũ id ſcelus in Rheginorũ gratiam,nuper ipſi grauiter in legione una uindicaſſent.
Cæterũ quia Carthaginenſiũ opes nõ in Sicilia & Aphrica ſolũ,ſed in Hiſpania quoq; maio/
ribus in dies augebantur incrementis,q̃ tutum ſibi & cæteræ Italiȩ eſſet,auxilia Po. decreuit,ne
Meſſana à Pœnis capta,in eorũ poteſtate foret, quoties libitũ eſſet, uelut ponte ad id parato.
in Italiam trãſmittendi. Erant tũ conſules Appius Claudius,cui cognomentũ Caudex fuit,&
M.Fuluiꝰ Flaccus(pro Fuluio apud quoſdam,Q.Fabiũ reperio)fuitq; hic annus nonageſimꝰ
ſupra quadringenteſimũ ab urbe condita. Claudius cũ exercitu Mamertinis opem ferre iuſſꝰ Mamerti
eſt,de cuius aduẽtu illi certiores facti,Carthaginenſiũ p̃fecto,qui paucorũ ſtudio fuerat in ar/ nis opẽ ferẽ
ce collocatus,partim terrore,partim dolo urbe eiecto Romanũ ad ſe conſulẽ accerſunt,ciuitatẽ Ro.
urbẽq; illi tradũt. Carthaginenſes p̃fectũ,q prȩſidio exceſſerat in crucẽ ſuſtulerũt,ac ſubito co
pijs terra mariq; coactis,claſſe ad Pelorũ conſtituta,Meſſanã obſidione cingũt. Hiero & ipſe,
Mamertinorũ odio,quos inſula eiectũ iri cupiebat,fœdere cũ Carthaginenſibꝰ icto,cũ ualido
exercitu Meſſanã ꝓfectꝰ,diuerſa parte urbis circa mõtẽ quẽ Chalcidicũ uocãt fecit caſtra. Ro/
manus cõſul tantã bellorũ ꝓcellã ueritus,primo expertus eſt,an rebus pace cõpoſitis Mamer/
tinos bello liberare poſſet:ubi uero legati ĩ utraq; caſtra miſſi nihil pacati retro ſecum tulerũt.
Claudiꝰ aduerſus Hieronẽ egreſſꝰ iuſta acie cũ eo cõfligit. Diu anceps fuit p̃liũ,poſtremo Ro/ Ro. prælio
mani fuſis fugatiſq; Siculis egregie uincunt. Multi hoſtium ſunt in acie cȩſi,cæteri regẽ ſecuti Hieronem uincunt.
trepide in caſtra refugiũt. Syracuſani prȩſenti clade perculſi, ſilentio noctis domum uerſꝰ iter
tendũt. Hos Romani ſub lucẽ aſſecuti(nã neq; ſilentio neq; tenebris falli potuerunt)noua cæ
de per agros diſſipant. Per hoſticũ inde conſul euagatus caſtra Syracuſas admouit. Philinus
qui pri/

qui primũ bellũ Punicũ ſcripſit, Romanos à Carthaginẽſibus & Syracuſanis duplici ꝑlio circa Meſſanã uictos prodidit, mox Hieronẽ & Pœnos metu perculſos, relicta obſidione, tota inſula diſſipatos, pro uictis abiſſe, ac tũ demũ Romana caſtra Syracuſas admota, quo nihil magis eſt à fide alienũ q̃ ut ij qui bis uictores fuiſſent, bis cęſos & fugatos fugerint, ſed uero propiora ſunt quæ Polybius prodidit, qui eorũ eſt autor, quę priore ſunt à nobis loco relata, etſi in hoc quoq; habeo ꝙ mirer, q quũ bina hoſtiũ caſtra circa Meſſanã ſtatuiſſet, Punica & Syracuſana, Hierone uicto confeſtim Syracuſias itũ dixerit, cui fidei non cũctanti⁹ acceſſerit, Pœnis terra mariq; Meſſanę aſſidẽtibus, Claudiũ in hoſtium finẽ caſtra transferre auſum, ꝑſertim quũ nihil à tergo pacati relinqueret: ſed credibile eſt Carthaginẽſes ſociorũ clade territos, ſoluta repente obſidione in tutũ conceſſiſſe. Fama rerũ à Claudio geſtarũ Romã ꝑlata in cauſa fuit, ut patres in ſpẽ erecti Romanę rei in Sicilia propagandæ, ſequenti anno, M. Valeriũ & C. Octaciliũ cõſules, cũ duobus exercitibus in eam inſulã miſerint, ad quorũ aduentũ pleræq; Syracuſanorũ & Carthaginenſiũ ciuitates ad Romanos defecere, ꝗ Siculorũ inclinationem Hiero intuitus, conducibilius ſibi ratus Romanorũ partes, q̃ Pœnorũ ſeq. ꝑſertim quũ Syracuſani inueteratũ odiũ aduerſus Pœnos gererent, legatos ad conſules miſit, q ab his pacẽ & ſocietatẽ peterent. Romani, quia Carthaginenſes maria circa inſulã inſederant, ueriti ne cõmeatus ſibi interclud erent, cõmodiſſimam Romanæ rei eam pacẽ arbitrati, his cõditionibus cum Hierone ſocietatẽ iunxere, ut rex captiuos Romanis ſine precio reſtitueret, & centum argẽti talẽta pẽderet. Eutropi⁹ cc. ſcribit, Syracuſani ſocij amiciq; populi Romani appellarent. Hiero per hęc cõciliat⁹ iã inde in ſtudio & obſeruantia Ro. nominis q̃diu uixit, cõſtantiſſime pſeuerauit, quo contigit, ut Romanorũ fauore & beneuolentia Syracuſanæ res ſub eo tam proſperę & felices fuerint, q̃ ſub regũ nullo antea fuiſſent. Probauit Romanus populus eã pacẽ, fretuſq; ſocij regis opibus, ut maior eſſet uni exercitui oĩm rerũ copia, alterũ ex inſula conſulẽ cũ ſuis copijs in Italiã reuocauit. Luſtrũ ꝑ id tẽpus Romę conditũ eſt, cẽſaq; ſunt CCLXXII. milia ciuium. Decius Iunius Brutus primus in urbe gladiatorium munus edidit, Coloniaq; Sarnia deducta eſt. Carthaginenſes poſteaq̃ Hieronem cũ Romanis fœdus percuſſiſſe auditum eſt, maioribus opus eſſe uirib⁹ arbitrati, Ligurum & Galloꝝ uim ingentẽ mercede conducunt, ex Hiſpania quoq; miles ſtipendio accerſitus, copiaſq; Agrigentũ cõtrahũt. Eſt urbs ipſa in ora inſulæ ſita quæ meridiẽ ſpectat, inter Himerã flumen & Hipſam. Agragas id oppidũ olim dictũ, Ionumq; fuiſſe coloniã q̃dã arbitrati ſunt. Thucydides Geloos locũ tenuiſſe ab initio exiſtimat, & à ꝓpiquo flumine Agragantẽ appellatũ, Gelam ab Eutimo Cretẽſi & Antiphemo Rhodio cõditam. Nec eo anno quo cũ Hierone pax facta eſt, memorabile aliquid in ꝓuincia geri cõtigit. Secutus eſt tertius belli Punici annus, q cõſules habuit L. Poſthumiũ & Q. Æmiliũ. Quidã autores ſunt, his conſulibus fœdus cum Syracuſanis ictũ, ſed Polybius, quẽ ſequimur, prioris eſt anni autor. Cõſules exercitu in inſulã deportato, ſpeculati hoſtium cõſilia, qui unũ in locum oẽm bellicũ apparatũ cõtulerant, Agrigentũ ad octo ſtadia proxime cõſederũt. Erat anni ęſtas, & iã maturæ in agris ſegetes, cæterum quia longior futura erat obſidio, milites paſſim ꝑ agros frumentatũ effuſi, in ſpem hoſtẽ adduxerũt rei ꝑ occaſionẽ bene gerẽdæ: itaq; eruptione ex oppido facta, una pars caſtra inuadũt, alij in frumẽtatores faciunt impetũ. Militaris diſciplinæ ſeueritas, quũ ſæpe aliàs, tũ eo die rẽ Romanã tutata eſt. Morte mulctabantur q apd̃ Ro. caſtra aut ſigna deſeruiſſent, cõſtitutó ue ꝓ̃ſidio deceſſiſſent. Id in cauſa fuit, ut quũ Carthaginenſes multo plures eſſent, caſtra tamẽ nõ modo defenſa ſint, ſed hoſtes cum multa cęde in urbẽ reiecti. Periculũ eius diei effecit, ut neq; Pœni auſi ſint amplius caſtra inuadere, neq; Romani latius euagari. Cõſules exercitu in duas partes diuiſo, bina circa urbẽ caſtra muniũt, unũ ad Æſculapij tẽplũ, altera Heracleã uerſus, duplici deinde foſſa urbẽ cingunt, interi⁹ una ad hoſtiũ eruptionẽ inhibendã, altera exterius ne obſeſſis auxilia alicũde inferri poſſent, ꝓ̃ſidijſq; ꝑ interualla diſpoſitis, quinq; menſiũ ſpatio Romanus ſedẽdo hoſtẽ fatigauit. Iã fames in urbe ſentiri cœperat, erãt eĩ ad L. milia hoſtium, q̃ obſidione premebant. Hannibal, penes quẽ erat ſumma imperij, Carthaginẽ miſit, q nũciaret, in quo ſtatu res Punica ad Agrigentũ eſſet, Carthaginenſes ſuorũ ꝑiculo ꝑmoti nouum in Siciliã exercitũ, cũ magno elephantorũ numero &, naues q̃plurimas ad bellũ inſtructas ad Hannonẽ alterum ducem mittũt, ut

Agrigentũ

Conſules.

Pax Hieronis & Romanorum.

Gladiatoriũ munus primum.

Agrigenti uetuſtas.

Conſules.

Inſtitutum militare.

Carthaginẽſium apparatus.

A Agrigentū obſidione leuaret. Is cum omni bellico apparatu Heracleam profectus Herbeſum, ubi Romani horreum habebāt, proditione occupat, quo adempto continuo in caſtris inopia ſentiri cœpta eſt, fuiſſentꝙ coacti conſules breui obſidionē ſoluere rerum omniū egeſtate, niſi Hiero ex Syracuſis cōmeatum & alia ad bellum neceſſaria Romanis benigne ſuppeditaſſet. Hanno quia ingens peſtilētia uniuerſum exercitū inuaſerat, cerneretꝙ ſuos ad pugnā feroces, expeditis equitib⁹ præmiſſis, qui Romanū ad pugnā elicerēt, ipſe cum q̄nquaginta elephātis, inſtructa acie, ex Heraclea eſt ſubſecut⁹. Iuſſi fuerāt Equites, iniecto prælio, retro paulatim abire, ſecumꝙ procul à caſtris Romanū trahere. Numidę quibus id negociū datum eſt, ex Romanis caſtris equitem iritatū ad Hannonē uſꝙ pertraxerūt, qui uelut in inſidias p̄cipitati, conſpectis hoſtibus, ſtatim terga uertunt, atꝙ aliquot in fuga amiſſis trepide caſtra repetunt. Affuit haud multo poſt Hanno inſtructo agmine, collemꝙ decem ſtadia à Ro. caſtris diſtantē occupat, nec duob⁹ inde menſibus quicꝙ eſt, hinc aut inde motum.

Hanno Agrigentū uenit.

Interea Hannibal, crebris per noctem ignibus ac nuncijs, Hannoni ſignificabat multitudinē quæ in urbe erat, famē ampli⁹ ferre nō poſſe, multos longa inedia feſſos ad hoſtes defeciſſe, atꝙ in horas plures deficere, quo ſuorū periculo motus Hanno etſi parū ſuis uiribus fidens, in aciem tamen copias eduxit. Conſules qui ob eas, quas diximus, difficultates nihil magis ꝗ pugnā uolebant, ne quid in mora eſſent cōfeſtim & ipſi ſuos in procinctu ſtatuerūt. Cruentū ab initio fuit certamen, mox prima Carthaginenſiū acie pulſa, in Elephātos Romanus uictor incidit. Ceterū tantus fuit fugientiū ſequētiumꝙ ſtrepitus ut beluæ exterritæ in ſuos impetu auerſæ fœdā cōtinuo ſtragē dederint. Pœni rebus perditis alij alio fuga delati ſunt. Cōſules elephātibus, qui in acie ſteterāt, & hoſtiū ſpolijs potiti in caſtra copias reduxerūt.

Romana uictoria ad Agrigentū. Hannibalis fuga & ſtratagema.

Ex re bene geſta, negligētia, ut aſſolet, orta eſt apud Romanos, lęti milites pręſenti uictoria minus attente per noctē uallum aſſeruāt: quam occaſionē nactus Hannibal cum omnibus copijs, quas Agrigenti habuit, intēpeſta nocte urbe egreſſus utranꝙ Romanoꝝ foſſam palearū manipulis adæquat, inde per medias hoſtiū ſtationes ſilēti agmine in pacatū abijt. Romani, cognita hoſtiū fuga, in urbē, quū iam nemo repugnaret, hoB ſtiliter irrūpunt, multæꝙ opulentiæ refertā diripiūt. Patres nuncio uictoriæ huius accepto, rati fore, ut ſi aliquāto enixius rem punicā urgerēt, breui tota Sicilia potirētur, qua in deditionē redacta, nulli dubiū erat quin Romana res magnū eſſet incremētū habitura, accuratiore delectu habito, L. Valeriū & T. Octaciliū conſules in ꝓuinciā mittunt. Interea Agrigento à Romanis capto, quum nemini dubiū eſſet Romanas opes terreſtri bello ualidiores Punicis eſſe, magna pars Siciliæ ad conſules defecerat.

Conſules. Prima Ro. claſſis.

Obtinebāt tamen Carthaginēſes maris imperiū, eaꝙ res in cauſa fuit, ut punica claſſe haud multo poſt in Siciliā appulſa, oēs fere maritimę urbes metu ſint à Pœnis receptæ. Infeſtabat interea & Italiæ ora ab altera Carthaginenſiū claſſe, quū interim Aphrica ab omni hoſtili iniuria imunis eſſet. Hęc patres animo reputātes, quū plane perſpicerēt, præter alia incōmoda, ne bellū quidē ipſum ad optatū exitū perduci poſſe, niſi hoſtiū conatib⁹ mari iretur obuiā, de claſſe publice parāda decretū tulerūt, quæ centū uiginti haberet naues, quaꝝ centū q̄nquplici ordine agerent, terno reliquæ. In hoc nauticæ rei apparatu quinqueremiū ædificatio ꝑdifficilis fuit, quarū tum nullus erat in Italia uſus, quo magis mirāda eſt uetus illa animoꝝ præſtātia, Populiꝙ Ro. magnitudo, qui nauticæ rei ad id tēpus ignarus, ita intrepide pelagus tractare ſit auſus, priuſꝙ cū hoſte nauali ꝑlio certarit, ꝗ ullū fecerit rei maritimę periculū. Nā quū in Siciliā primo Romani trāſfretarūt, Tarētinoꝝ Locrēſiū & Rheginoꝝ fuerāt nauib⁹ uſi, quū ipſi ea tēpeſtate ne lembū q̄dē ullū publice poſſideret. Erāt per id tēpus circa fretū pleræꝙ Carthaginēſiū naues, ex q̄bus q̄nqueremis una ſemilacera forte ad Romanoꝝ manus ꝑuenit, hoc unū illis exēplar fuit ad nouas ædificādas. Hui⁹ inſtar centū alię fabre factę breui in portub⁹ ſederūt. Sed dū hæ ſtudio naues texunt, multitudo ingēs ad remigiū excebat, ſubſellijs in arena diſpoſitis futuri remiges inſidētes, ad nutū & uocē unius ſtātis, q̄ medio ordine uerſabāt, remorū pulſum accōmodabāt, intendētes remos unà atꝙ inhibētes. Moueri ſimul cūcti ac ſimul reſidere. Sicꝙ plures dies exerciti, poſteaꝗ naues q̄ inſtructę erāt, conſcēderūt, uerā in ſalo experiētiā dedere. Exieratꝙ ꝑ hęc ann⁹. Secuti cōſules. Cn. Corneli⁹ Aſina, & C. Duellius Cornelius, cui claſſis data eſt.

Conſules.

Is cū oībus nauib⁹ ad fretū uſꝙ Siculū ꝓgreſſus, cętera claſſe in ora Italiæ relicta, ipſe cū ſeptēdecim nauib⁹ Lyparā traiecit. Erat tū Hānibal

Panormus.

Carthagi-

C

Lypara.

Carthaginenſium dux cum Punica claſſe Panormi (eſt is locus in occidua inſulæ plaga) auditoq; Romani conſulis ad Lyparam appulſu, Boodem Carthaginẽſem nobilem cum xx. nauibus ad eum opprimendũ ire iubet, nec caſſum id conſilium ceſſit. Intempeſta nocte Pœnus Lyparã delatus, Romanas naues cum conſule intercludit faucibus portus inſeſſis. Eſt Lypara ex Æolijs una, præcipua inter alias magnitudine, à Lyparo rege qui eam tenuit nomen inſulæ datum, procedente deinde tempore Gnidij coloniam deduxerũt. Cornelius ſubito malo perculſus, inops conſilij ſeſe cum nauibus tradidit. Liuius ait per ſpeciẽ colloquij deceptũ ab hoſte

Cornelius deditur.

Hannibalis fuga.

Cornelium captum fuiſſe, & Hannibal præſenti ſucceſſu elatus paucis diebus interiectis, cum quinquaginta lectis nauibus ex Panormo Romanã claſſem inſpecturus, ꝓxime Italiam nauigauit. Cæterũ contrario q̃ Romani curſu delatus, ex improuiſo in hoſtium conſpectũ uenit, ſubitaq; & inopinata ui oppreſſus, parte nauiũ amiſſa, ipſe præter ſpem omniũ aufugit. Agebat tum forte C. Duellius circa litus copias, hic de collegæ caſu factus certior, relicto tribunis exercitu, confeſtim ad mare deſcẽdit, nec ita multo poſt quũ Punica claſſis haud procul abeſſe diceretur, appareretq; nouum & inſuetũ Romanis certamen inſtare, q̃ accuratiſſime poteſt, naues ad prælium ornat, quæ quia tardiores eſſent, ne Punicarũ agilitate medio certamine eluderentur, lignea inſtrumẽta ad hoſtium naues innectẽdas ſingulis quinqueremibus imponit, coruos nautæ uocabant. Interea exploratorũ indicio cognouit Duellius hoſtium claſſem ad

Mylæ.

Mylas ſtare, eſt is quoq; locus in occidua inſulæ parte, inter Phalacrum promontoriũ & Heliconis fluminis oſtium. Tenuerũt id oppidum Zanclei, qui Himeram condiderũt. Huc Romanus conſul pugnãdi ſtudio deuehitur: at Pœnus audito hoſtium aduentu ſeſe, in prælium expedit, centum & xxx. nauibus in altum adductis. Erant Carthagineſes magna ſpe uictoriæ,

Naualis pugna.

haud aliter euentuꝫ rati, q̃ ut eo die proſpere pugnarẽt, quando cum eo hoſte res futura eſſet qui nullam rei naualis calleret peritiam, uerum longe aliter euenit, q̃ Pœni animo conceperãt: enimuero ut claſſes inter ſe ꝓpinquare cœperũt, corui in Romanaꝫ nauium proris conſpecti, hoſtes nouitate rei perculſos curſu inhibuere, mox quæcunq; ea ars eſſet contempta, facto impetu, pugnã capeſſunt. Romani machinarũ iactu confeſtim quæ primo loco congreſſæ fuerãt D

Corui nauales.

tenaciter innectunt, innexaſq; magno animo pontibus irrumpunt. Erant corui uelut pontes quidam ſex ulnarũ in gradus ſua lõgitudine digeſti, ligneæq; columnæ qui circa nauium proras ſtabant, ſummo loco impoſiti, qui librametis quibuſdã remiſſi, præcipiti rotæ uolubilitate, in aduerſam nauim cadentes, quacunq; parte incidiſſent, tenaci nexu alligatã, quaſi per gradus euntibus peruiam faciebant. Cæduntur itaq; Pœnorũ pleriq; ferociſſimo Romanoꝝ incurſu, ſed plures ſubito ſtupore depreſſi, ſeſe turpiter dedunt. Fuit id certamen terreſtri multo q̃ nauali ſimilius. Triginta Carthaginẽſium naues, quæ principio prælium iniuerunt, ad unam in hoſtium poteſtatẽ uenere, & in his prętoria ſeptiremis, quæ Pyrrhi regis fuiſſe ferebatur. Hannibal, ubi rem perditam uidit, in ſcapham deſiliens ad ſuos prætrepidus euaſit. Ciere interea nihilo ſegnius pugnam Carthagineſes, machinas tantum declinare, non à fronte ut prius ſed in latera incurſantes, ignari coruos ea ratione compactos, ut non ſolum in frontem caderent, ſed utroq; uerſum dextra læuaq; hoſtem alligarent. Tum uero in alterũ recens diſcrimen di-

Numerus captarum nauium.

lapſi hoſtes, pari euentu excepti, ſexaginta nauibus amiſſis, in fugam uertuntur. Quidam autores ſunt xxx. Punicas naues eo prælio captas xiiii. mari depreſſas. Septem milia hominũ in uictorũ poteſtatẽ ueniſſe. Tria milia deſiderata. Romani maris potentiã præter ſpem adepti, uictoriæ curſum ſecuti, Segeſtã urbem hoſtili obſidione liberant, Macellã capiunt, utranq; mediterraneã in auſtrali inſulæ plaga. Oritur interim inter Romanos & ſocios de uirtute contentio, adeoq; æmulatio illa utrorũq; animos accendit, ut quanq; in proximo tenderent, bina

Hamilcharis ſucceſſus.

tamen eſſent caſtra. Hanc occaſionẽ Hamilchar, qui pedeſtribus præerat copijs, ſecutus, ex improuiſo ſociorũ munimenta aggreſſus, ad quatuor milia hominũ occidit. Hannibal cum ſuis nauibus quæ prælio ſuperfuerãt Carthaginem reuerſus, non multo poſt cum aliquot triremibus in Sardiniã mittitur, ubi nihilo eſt meliore fortuna uſus, quũ portum inſediſſet quendam à Romanis ex improuiſo circũſeſſus, claſſem fere omnem amiſit. Ipſe media trepidatione ela-

Honores Duellij.

pſus, ubi primum Carthaginem uenit, ob rem toties male geſtam, eſt cruci affixus. Duellius Romam reuerſus, primus Quiritium naualem triumphum egit. Additus illi inſuper honos,

ut à cœna

A ut à cœna reuertēti tubicines præcinerēt,& incenſum funale prǣferretur. Polybius C. Sulpitiũ & A. Attiliũ Cōſules Duellio ſubiicit. C. Aquiliũ Florum Eutropiꝰ & L. Scipionē, à quo Corſicā uaſtatā ſcribit & Sardiniā, multaq́ captiuorum milia Romā abducta, atq́ de his triũphatũ. Sed nos Polybiũ ſeqmur. Is autor eſt Sulpitium in inſulā profectũ, cōfeſtim copias Panormum admouiſſe, ubi tunc hoſtes erant, Pœnoq́ pugnā detrectante, Romanũ inde conſulem auerſum, Hippanam oppidum occupaſſe, mox Myſiſtratũ & Camarinam, quam Syracuſani condiderunt. Cęterum dum hæc à Sulpitio gerunt, Attilius, cuius erat imperiũ claſſis, ad Tyndarium ſtationem habebat, inter Heliconē & Tinethum flumina in occidua Siciliæ ora, unde hoſtium naues in alto conſpicatꝰ, mandat ſuis, ut ſe q̃ celerrime ſequantur; ipſe cum .x. nauibꝰ ante alteram claſſem in Pœnos temere euehitur, Carthaginienſes alios Romanorũ adeſſe intuiti, alios aut in portu ſtare, aut certe in ipſis faucibꝰ procurſũ moliri, rati illos ſero ſuis ſubſidiio affuturos, decem naues, q̃ cum cōſule erant ſubito circũſiſtunt. Has partim mari deprimũt, partim fuga dilapſas perſequuntur. Parũ abfuit qn & p̄toria ſit nauis capta. Cætera deinceps claſſis in congreſſum uenit, ibi punicis nauibus diſiectis, earum octo depreſſæ ſunt, decē captæ, reliquæ Lyparas curſum tenuerunt. Ex ea pugna ita eſt diſceſſum, ut primas uictoriæ partes ſibi utriq́ uendicarent, qua mutua perſuaſione contigit, ut tā hi q̃ illi maioribus, q̃ unq̃ antea, uotis nauale prælium optarent. Sub initiũ igit̃ æſtatis inſtructi paratiq́ utrinq́ ad bellũ exeunt. Romani cũ triremibus trecentis ac triginta Meſſanā primo conuenere; ad dextrā inſulæ Pachinum p̄teruecti, cō peruenerunt, ubi tunc terreſtres erāt Romanorum copię. Carthaginienſes & ipſi .ccc. & L. naues habentes ad Lilybæũ conſederunt. Eſt id oppidũ in ꝓmontorio ad Aphricũ uentum obuerſo, ubi cōfinium Siculi eſt & Sardoi pelagi. Breuiſſimꝰ ex eo loco in Libyam curſus .cxxvii. milibus paſſuum à Carthagine diſtat. Mirum eſt quod Varro tradidit, ex hoc promontorio Strabonem quēdam ſolitũ naues p̄ſpicere, quæ ex portu Carthaginis p̄ficiſcerent, ita ut & numerum exponeret. Romanorum conſilium erat in Aphricā nauigare, ut

*Nauale prelium.* *Lilybæum.* *Strabonis uiſus accutiſſimus.*

B eō oēm uim belli ex Sicilia auerterēt, Pœniq́ nō minꝰ de ſolo patrio q̃ de Sicilia pugnare cogerētur. Carthaginiēſes q haud ignari erāt, q̃ facilis in Libya futura eſſet Romanis uictoria, certi erant omnia prius pati, q̃ incolumi claſſe ſinerent Romanos eius nauigationis fieri compotes. Erant tum conſules, M. Attilius Regulus & L. Manlius Volſo, qui paratis omnibus quæ ad nauale p̄lium & Libycā expeditionem attinebant, è pedeſtribus copijs lectiſſimum quenq́ in naues imponunt. Claſſem omnem quadripertito inſtruunt, & uelut in terreſtri acie, quæ ultimo loco ſteterunt naues triariæ dicebantur. Habebat Romana claſſis ſupra centum quadraginta milia hominum. In ſingulis nauibus .ccc. erant remiges, & legionarij milites centum uiginti numero. Aliquanto maior uis hominum, ut & nauium Pœnis aderat, ſed multo plures naualibus prælijs q̃ terreſtribus aſſueti: quē mortaliũ numerum duarumq́ potētiſſimarum urbium diſcrimen, non modo q uiderunt, ſed ij etiam ad quos hæc fama olim p̄uenerit, merito mirari poſſint. Romani duces, quũ cernerent ſibi obliq̃ nauigandũ, ꝓpter hoſtium occurſum qa illi nauiũ agilitate plurimũ pollebant, ita aciē inſtruunt, ut in fronte duas ſexiremes ſtatuerint, parũ inter ſe diſtantes, quarum una Attiliꝰ, altera Manlius uehebatur. Inde ſecundũ duas illas ceteræ naues una poſt aliam, certis inter ſe ſpatijs, gemino ordine, ſeq̃bantur, ita ut q̃ magis à primis illis diſtarent, ita à tergo ordines latiꝰ panderēt, q̃ cōtigit, ut duarum alarum extreme maxime inter ſe diſtarent, figurarentq́ duos rectos angulos, uelut duabꝰ lineis æque à frōte qua p̄toriæ naues ſtabāt diductis. Atq́ ita primę Ro. claſſis partes in ꝓcinctu ſtetere. Tertia pars ex obliquo, uelut baſis q̄dā ab uno ordine ad alterum extenſa, abſoluti reddidit trianguli formā. Poſt hunc ordinē onerariæ ſeq̃bantur armis, cōmeatu & equis onuſtæ. Agmen triarię naues cogebāt, ita diſpoſitæ, ut p̄cedētis agminis cornua ab utraq́ parte ſuparent, Punicę claſſis p̄fecti, q in hoc ipſum erecti ſtabant, ut iniecto p̄lio Romanũ à curſu remorarentur, ſuos paucis hortati, ut non de Siciliæ poſſeſſione eo die crederent ſe certaturos, ſed de patria, liberis, & oibꝰ q̃ ſunt mortalibus chariſſima, quibus q̄niā uera eſſe conſtabat, non mediocriter Pœnorũ animi in p̄ſens ſunt certamen accenſi. Carthaginienſiũ p̄fecti erant Hāno & Hamilchar, q̃ conſpicati Romanæ claſſis ordinē, confeſtim & ipſi claſſem partiti ſunt, huius p̄cipua parte in altũ delata, dextrũ cæterarũ uirium cornu Hāno cum uelocibus nauibus tenuit, ſiniſtrũ ꝓximꝰ

*Conſules.* *Ingens bellatorũ numerus.* *Ro. claſſis.* *Pœnorum claſſis.*

C

Claſſium conflictus.

terræ Hamilchar, cui quarta pars claſſis ut firmius eſſet. Attilius & collega tenuē Carthaginienſium aciē intuiti, facto impetu in aduerſum hoſtiū agmē, ꝑrūpunt, q̄bus Pœni, quod facere iuſſi fuerāt, facile ceſſerunt, ac ſimulata fuga duos primos ordines à cętera claſſe ſecū abſtrahunt, baſis cū onerarijs, quæ remulco agebantur, à fronte nudata tardius ſequebatur. Tū ex Hamilcharis naui dato ut inter duces cōuenerat ſigno, qui in altū ꝓuecti fugā ſimulauerāt, in pugnā redeunt, & Hamilchar à tergo inſtat. Fuit igitur cruentū prælium Romaniſq; ordinibus ꝑ hęc diſiunctis Hanno ex alto circumuectus, à tergo triarias inuadit naues. Hic quoq; laborioſa & anceps pugna fuit, mutuaq; cędes. Cæterum nequid alicubi laxamenti eſſet, ordo ille, qui onerarias & Hippagines trahebat, à fronte nudatus, ab eo punicę claſſis qui poſt Hamilcharē ſteterat, ordine inuadit. Ita triplex pugna una hora pugnabatur, & quia nauium numer⁹ ubiq; pene par erat, cetamen & ipſum anceps. Poſtremo Hamilchar ſupatus fugā arripit, Manlius fugientibus ferociter inſtat. Attilius cū ſuo cornu in eos conuertitur, qui triarias naues & quæ Hippagines propemodum obruerant. Romanorū animi aduētu conſulis, multo ferocius pręlium cient, atq; ita hoſtes à fronte & à tergo preſſi nauium celeritate in altū abeunt. Tota uis cōſulum uerſa eſt in eā punicę claſſis partē, q̄ proxima ſtetit littori. In hanc Manlius & Regulus conuerſi, ad quinquaginta Carthaginienſium triremes momento temporis opprimunt. Atq; in hunc maxime modū eſt eo die circa Lilybæum dimicatū. Conuulſæ ſunt quatuor & uiginti Romanorum naues, Pœnorum triginta & amplius quatuor & ſexaginta captæ. Conſules reparata claſſe, puniciſq; in pugna captis ad tempus inſtructis prioriq; numero adiectis, in Libyam ire pergunt. Ad Mercurij promontoriū (eſt is locus in fronte Libyę) Romana claſſis primo appulſa eſt, inde Clipeam petunt (eſt urbs hæc in promōtorij parte ſita) ſubductiſq; haud procul hinc in terram nauibus, foſſa & uallo ualide cōmuniunt, p̄ſidioq; tutiſſimo firmāt. Subita inde oppugnatio Clipeam adorta eſt, quę res magno metu leuauit Carthaginienſium animos, qui ab initio perſuaſum habuerūt, fore, ut Romani recto curſu Carthaginem peterēt, quo accidit, ut poſt Lilybetanam pugnā irrequieto opere Pœni urbē cōmuniuerint. Totis itaq; D uiribus domi foriſq; terra ac mari bellum reparār. Conſules Clipea haud multo poſt potiti, eā

Primi Ro. ſucceſſus in Aphrica.

pręſidio firmant, atq; una in hoſtē profecti, Carthaginienſem agrum terroris & populationis complent, ſuburbana ædificia incendūt, captiuorum ſupra .xxx. milia ad naues adducūt. Interea nuncij ad conſules uenere cū patrum decreto, ut eorum unus cū ijs copijs, quæ ad bellum neceſſariæ uiderentur, rem in Aphrica gereret, alter cum claſſe & cętero exercitu Romam reuerteretur. M. Attilius cū .xl. nauibus, & .xv. milibus peditum, equitibus quingētis, in prouincia relictus eſt. Reliquas copias, cū ingenti præda & omni captiuorū multitudine, in Siciliam primo, mox in Italiā Manlius incolumes deportauit. Carthaginienſes rati, quod erat, Aphricā à

Cartha. imperatores.

Romanis belli ſedem deſtinari, duos imperatores Boſtarem & Haſtrubalem conſtituunt. Aſfuit & Hamilchar ex Heraclea, cū quinq; milibus peditū, qui tertius dux illis additur, ut cōmuni ſententia tres duces rem punicam adminiſtrarent. Et iam illi Carthagine mouerant, quū Attilius Adan urbem oppugnare adortus. Eo Pœni duces cū oībus copijs ſunt profecti, ut ſuppetias laborantibus ſocijs ferrent. Vbi uero in conſpectum hoſtiū uenere, collem urbi proximum occupant, habebantq; interim illi omnem ſpem bene gerendæ rei in equitatu & elephātis repoſitam, mox ex tumulo, in quo ab initio ſederant, in arduū & pręruptū locū caſtra trāſferunt, quo conſilio parū liquet. Cęterū Regulus elephātos & equites in eo eſſe loco intuitus,

Reguli conſilium.

in q̄ nullus eorū futurus eſſet uſus, ſi pugna repēte cōmitteret, priuſq̄ hoſtes ſui erroris admonerētur, rē gerendā ratus, montis anguſtias ab utraq; parte cingit, inde certamine iniecto Pœnū undiq; ſollicitat. Mercenarię copię nōnihil Romanos à p̄ſenti conatu diſtinuere, & iā ꝓpemodū ea parte pellebatur Romana legio, qua oīs peregrinorū militū impetus incubuerat, quū diuerſa parte Attilianę cohortes in ſummū iugū euaſere. Tū Pœni ancipiti ꝑiculo ꝑculſi, ꝑ ab-

Vincuntur Carthaginenſes.

rupta loca beluas & eq̄s in planū p̄cipites agūt. Paſſim hoſtes cęſi, fuga haud uno loco inclinauit, alij alio dilapſi. Polybius cęſorum numerū non retulit. Eutropius duodeuiginti milia hoſtium deſiderata ſcribit, quinq; milia capta & cū his elephantos duodeuiginti. Attilius hoſtiū caſtris potitus haud diu uictoriæ curſum ſedendo remoratus eſt, quin longe lateq; per hoſtium agro ſeuagat⁹, quū ad Bagradā flumen forte conſediſſet, in nouū & memorabile certamē in-

cidit

A cidit. Stabulabaẗ loco flumini ꝓximo ſerpens inuſitatę magnitudinis, quē quũ infeſto occurſu ex aquatoribus quoſdã necaſſet, nec aliorum impune qſq̃ illi occurreret, Conſul balliſtis & catapultis uelut molē quãdam grauiſſimam expugnauit. Eius exuuiæ .cxx. pedũ longitudine, & maxillæ, uſq; ad Numantinũ bellũ in publico pependiſſe dicuntur. Sunt huius rei autores, Gellius Tuberonē ſecutus, Liui⁹, Plinius & alij pleriq;, q̃ magis miror Polybiũ, qui id bellum diligentiſſime ſcripſit, totũ locum ſilētio præterijſſe. Nec multi inde dies interceſſere, quibus Attilius Tunes oppidum .xv. milib⁹ paſſuum à Carthagine ui cepit, ubi caſtra fecit Ro. conſul, inde aduerſus Carthaginem uelut ex arce quadam decurſurus. Petijt interim per literas ad ſenatum miſſas Regulus, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, tantũ cauſat⁹ ꝙ ſuus agell⁹ à mercenarijs cultoribus uaſtaretur, tantũ ab initio res ruſtica Ro. aut ſtudio aut honori fuit. Cæterum quum Romano bello, ſupra q̃ ferre poſſet, res punica grauaretur, ingēs uis Numidarum eius temporis occaſionē nacta, in Carthaginiēſium fines hoſtiliter irrupit. Fuit clades illa non minus Carthagini calamitoſa, q̃ quæ à Romanis nuper fuerat illata. Magnus itaq; metus & deſperatio Pœnos inuaſerat, fugaq; undiq; ex agris in urbē facta. Attilius etſi certo ſciebat breui futurum, ut aut Carthago capetur, aut iugũ coacta acciperet, ueritus tamen ne nouus conſul, qui propediem ſucceſſurus dicebatur, famam rerũ à ſe magnifice geſtarum totã ad ſe traheret, ultro cœpit de pace cũ hoſtibus agere. Carthaginiēſes, q ſoluendi belli cupiditate incredibili tenebantur, confeſtim principes ciuitatis in caſtra ad conſulem mittunt, q rem cũ eo componerent. Sed tantum abfuit ut ob iniqua Reguli poſtulata quicq̃ confici potuerit, ut legati ne audire quidem æquo animo querint cōditiones, quæ ab ipſo ꝓponebantur. Enimuero Roman⁹ imperator omnia quę Carthaginienſibus relinquerentur, beneficij loco eos habituros arbitrabatur. Legati igitur iniquas leges auerſati, in urbē, re infecta, reuertuntur, q cum in ſenatu retuliſſent, q̃ ignominioſam pacē cũ Romanis habituri eſſent, adeo ira exarſerunt animi, ut omnia extrema prius ferre decreuerint, q̃ quicq̃ punico nomini ignominioſum, aut rebus à ſe antea

B geſtis indignum, ſibi imperari paterentur. Redierant intera illi qui in Græciam ad conducendum militē miſſi fuerant, adduxerantq; ſecum non paruam militũ manũ mercede cōductam, & in his Xantippũ Lacedęmonium uirũ impigrum, & in armis diu exercitatũ: is audito Carthaginienſium cũ Romanis cōgreſſu, & q̃ parũ utiliter fuiſſent caſtra in arduũ tranſlata, quũ per plana & aperta loca ob elephantos & equites, quos tũ Pœni duces habebant, in hoſtem iri oportuiſſet, nihil obſcure iactabat, non Romanorũ uirtute, ſed ſuorum ducũ ſtultitia, Carthaginienſes calamitoſo prælio ſuperatos, quæ hominis aſſeueratio in curiã delata, in cauſa fuit, ut in Senatum Xantippo accerſito, quum eadem cōſtanter affirmaret, ſpemq; faceret punicę rei breui tempore in integrum reſtituendæ, ſi conſilio & ratione bellum adminiſtretur, totius rei ſummam patres decreuerint. Continuo cũ ipſo duce mutati animi. Mox ubi apparuit q̃to tutior ſalubriorq; diſciplina ab eo q̃ à prioribus ducibus adhiberet̃, oīs militaris multitudo adeo reſtituta eſt, ut nihil magis optaret, q̃ prẹlium. Hunc animorum ardorē ſecuti duces, Xantippi iuſſu, copias in apertum educũt. Erãt ſub ſignis peditũ ad. XII. milia, & quatuor equitũ, elephãti circiter centum. Attilius audito hoſtiũ acceſſu, etſi nōnihil mouebatur, ꝙ uidebat ductandi rationem apud hoſtes mutatã, ꝑ aperta enim & plana ducebatur exercitus, uenienti tamen Pœno obuiam ꝓceſſit, caſtraq; mille &. cc. paſſus ꝓcul ab hoſte metatus pugnã expectabat. Ibi Pœnorum ducibus rem Xantippo permittentibus, ut ipſe ſuo arbitrio omnia diſponeret, in inſtruenda acie tali eſt conſilio uſus, ut in fronte beluas conſtituerit, in dextro cornu Carthaginienſium legionem ſtare iuſſerit, lęuo mercenarios. Attilius ubi hoſtem ad pugnã inſtructũ uidit, confeſtim educit ſuos in aciem. Aduerſus elephantos expeditiſſimus quiſq; ex toto exercitu conſtitit. Poſt hunc ordinem multiplici ſubſidio acies firmata, equites per cornua diſtributi. Signa militaria non in fronte, ſed intra aciem retenta, eratq; de induſtria in fronte Romana acies cōtracta, ne ui elephantorum impetu agmen perrũpi poſſet. Obfuit Romanis coarctatio illa aciei, prębitaq; eſt occaſio hoſti, qui equitatu abundabat, circũueniendi agminis. Beluis em̃ à rectoribus in aduerſum agmē adductis, confeſtim Barbarus equitatus utrinq; cuneatam aciem inuaſit. Romani equites hoſtiũ multitudine perterriti continuo terga uertunt. Pedites qui in dextro cornu ſteterant, elephantorũ impetu paululũ declinato, mercenarium militē, q ex ad

Serpens.

Tunes capitur à Regulo.

Pœni de pace agunt.

Xantippo res Punica cōmititur.

Prælium.

uerſo cucurrerat,facile ꝓpellunt,pulſum in caſtra ꝓſequuntur.Contra qui altera parte belua C
rũ agmen declinare nequerunt,earum incurſu fœde conculcãtur. Anceps aliquadiu certamen
fuit,Romanis magis ad ſalutẽ,q̃ in ſpem uictorię pugnantibus,uerũ ubi extrema acies à puni
co eſt eqtatu circũuenta,& à fronte Carthaginienſis legio infeſtius urgebat, Romani ex omni
parte degrauati,alij à beluis obtriti ſunt,in ueſtigio alij interfecti.Qui ex profligata acie effuge
re conati ſunt,eqtibus media planitie occurſantibus periere,pauci in caſtra peruenerũt. Quin/
genti,qui cũ Attilio conſule alio fugã intenderãt, cũ ipſo duce in hoſtiũ poteſtatẽ redacti ſunt.

Profligatur Ro.acies.

Octingenti ex hoſtibus atq; hi mercenarij eo die cæſi.Ex Romanis,p̃ter duo milia,qui cũ ſig/
nis in caſtra euaſerant,& qui cum Regulo capti dicunt̃, ad unum cæſi omnes. Eutropius.xv.
milia hominum cum Atilio capta prodidit,&.xxx.milia cæſa.Ego qua ratione id fieri potue/
rit, haud ſane inteligo, ſi ſexdecim milia peditum autore Polybio, & quingenti equites ad ob/
tinendam prouinciam cum ipſo Attilio in Aphrica remanſerãt,niſi ſuſpicetur aliquis, tam nu
merosum exercitum à Regulo poſt collegę diſceſſum ex Aphris auxiliaribus cõflatum, ſed ho
rum fides ſit apud illos qui hæc memorię prodiderũt. Pœni ſpoliatis hoſtium cadaueribus ur/
bem ouantes repetunt,Attilium uinctum trahentes,cuius uiri caſus utile exemplum eſſe potu

Cæſorum numerus.

it mortalibus,ne ſecundis rebus nimium elati humanam imbecillitatem contemnerent.Regu/
lus qui tam ſuperbas leges nuper hoſtibus imponebat,ut nihil uictis p̃ter uitam relinq̃ret,pau
cis horis alienę poteſtatis factus,ne uitã quidem in tuto habuit.Simul & Euripidis illud quod
ad Xantippũ attinet, fidem inuenit. Vnius rectum conſilium magnã uincere militũ multitu/
dinem.Superauit ille ſua prudentia exercitũ ad eã diem inuictum,reſtituitq; Pœnis ciuitatem
multis cladib⁹ afflictã,collapſoſq; uirorum animos in ſpem priſtinã erexit.Ipſe optime ſibi cõ/
ſulens,punica re in priſtinũ ſtatũ reſtituta,priuſq̃ parta gloria in inuidiã uerteretur,in Pelopõ/
neſum abijt. Enimuero q̃ pręclare ab hominibus fiunt,magnã ſępe inuidiam cõtrahunt,cui ci
ues domeſtica ope freti cõmodius reſiſtunt,peregrina conditio omnis p̃ſidij expers uelut mole
& ruina quadam obruitur.Nuncius acceptę cladis Romã ꝑlatus, maiorẽ triſtitiam, q̃ metum D
ciuitati attulit.Cæterũ ubi ſatis conſtitit deletum eſſe in Aphrica exercitũ,conſulem captum,&
qui in acie fuerant Clipeę obſideri,confeſtim claſſis decreta eſt,quæ opem laborantibus ferret.

Attilius Cartha perducitur.

Xantippi uirtus.

Carthaginienſes quũ aliq̃t dies Clipeã obſediſſent,ualideq; Romani mœnia tuerent̃, incepto
abſtinuerũt.Et quia conſtans fama erat Romæ opulentã claſſem inſtrui, quę in Aphricã mitte
retur,perculſi Carthaginienſes nouo hoſtiũ apparatu, confeſtim ad curſum impediendũ du/
centarũ nauiũ claſſem expediunt.Erant tum Romę conſules.M.Æmylius,& Seruius Fuluius
Nobilior.Hi cũ.ccc.nauib⁹ in Siciliã trãſgreſſi, in Aphricã primã tẽpeſtatẽ nacti oras ſoluũt,
proſperaq; nauigatione uſi haud procul aberant à Mercurij ꝓmontorio,quũ punicã claſſem
obuiã habuere,factoq; in eã repẽte impetu,cæteris in alto diſiectis,cẽtũ & quatuordeci naues,
cũ naualib⁹ turmis, hoſtib⁹ ademerũt. Polybius eſt huius numeri autor.Eutropi⁹ q oĩa in ma
ius auget,cẽtũ & quatuor in alto depreſſas ait, triginta cũ ꝓpugnatoribus captas,xv.milia ho
ſtiũ eo die partim capta,partim cũ nauib⁹ demerſa.Cõſules,ſecũdũ eam uictoriã,paucis dieb⁹
in Aphrica cõmorati,Romanoq; p̃ſidio ex Clipea ꝑ ociũ deducto,Siciliã ex Aphrica repetũt.

Conſules.

Pugna naualis.

Eratq; iã claſſis pelag⁹ emẽſa quod inter Libyã iacet & Siciliã, quũ in cõſpectu Camerinæ ur
bis,inſulę orã legẽs,in tantã maris ſęuitiẽ incidit,ut ꝓ rei atrocitate citra fidẽ ſit referre ex tã opu
lẽta & numeroſa claſſe,octoginta dũtaxat incolumes ſuꝑfuere.ccc.octoginta quatuor aut ab
ſorptę ſunt undis,aut ſcopulis illiſę uniuerſum litt⁹ naufragijs & cadauerib⁹ impleuere. Maio
rẽ hominũ iacturã uno tẽpore in mari factã,nemo ad id tẽpus.aut poſtea q̃d ſciã memorię ꝓdi
dit.Incidit ea clades in decimũ annũ primi belli punici, q quingenteſimus fuit ab urbe cõdita.

Naufragiũ ingens.

Fuerũt q eam cladẽ conſulũ temeritati aſcriberent,quippe q inuitis gubernatoribus atq; identi
dẽ admonentibus,importuoſam Sicilię orã inter Canis & Orionis ſigna nauigare non opor
tere,p̃ſenti tñ ſucceſſu elati,inſtitutũ ſemel curſum tenuerint. At ſic habet,in terris ubi uirt⁹ &
audacia ualet plurimũ rẽ Romanã feliciter adminiſtrari cõtigit. Cõtrà in mari,ubi ars & prudẽ
tia req̃runt̃,quũ ſępe aliâs tũ hoc bello ducũ temeritate inſigniter afflicta eſt.Fama cladis hui⁹
Carthaginienſes in ſpẽ erexit Siciliæ adhuc armis retinendæ.Continuo itaq; Haſtrubal cũ claſ
ſe.ccc.nauiũ,& elephãtis centũ.lx.in Siciliã eſt miſſ⁹,q copijs Lilybęi expoſitis ſocias Roma/
norum

Temporũ ſupputatio

Nautici apparatus Carthagin. & Romanorum.

A norum ciuitates ex occaſione grauiter infeſtaret. Patres etſi multū ob cladē nuper acceptā à re maritima abhorrebant, ne tamē maris poſſeſſione cederent, claſſem tanto ſtudio repararunt, ut triū menſium ſpatio .cc,&.xx. naues ſint ad bellū inſtructæ. Cū hoc maritimæ rei apparatu, Au. Aquilius, C. Cornelius cōſules in Siciliā tranſmiſere. His conſulibus, ut Eutropi⁹ ſignificare uidetur, argente⁹ nūmus eſt primū Romę percuſſus. Conſules in Siciliā miſſi ubi Meſſanam uenere, acceptis nauibus quæ ſuperioris anni naufragio ſuperfuerant .ccc. nauium claſſem expleuere. Hinc digreſſi, Panormū ſubita ui adoriuntur, duobus locis circa urbem metati. Paucis inde diebus arcem tormentorum ui diſiectā capiūt, & cum arce ea pars urbis capta eſt, quam Neapolim dixere, quo caſu oppidani perculſi haud multo poſt Romanis ceſſere. Nec aliud in prouincia, quod dignū ſit memoria, eſt eo anno geſtū. Mox noui conſules, C. Seruili⁹ Cepio & Gn. Sempronius in prouinciā miſſi, claſſe & exercitu à ueteribus cōſulib⁹ accepto, in Aphricā traiecerūt. Hi diu multumq; per hoſticū euagati, ad Lothophagoꝝ inſulā deuenere, Meninx dicitur, haud multū à minore Syrti diſtans, ubi locorum inſcitia in breuia delati, ſubito pelagi receſſu aquis deſtituuntur, claſſeq; in arido conſtituta, conſilij inopes, ad deſperationem penè ſunt redacti, mox alterno maris ęſtu naues fluctibus ablatę, plurimarū rerum iactura prius facta, ui remorū in altū abierunt. Conſules in Siciliā delati, nonihil Panormi conſederunt, unde digreſſi ſubita & atroci tēpeſtate iactati, centū quinquaginta naues amiſere, quæ recentior clades adeo rem Romanā affecit, ut à mari iā inde abſtinendū multi in curia fremerēt. Miſſi itaq; noui conſules pedeſtribus copijs, L. Cecilius Metellus & Q. Curius (quidā Furium ꝓ Curio ſcribunt.) His ſexaginta duntaxat naues datę ad frumentū conuehendū, & alia exercitui neceſſaria, quo contigit rem punicā iterū fieri ſuperiorē. Nam & mare late obtinebat punica claſſis, & terreſtribus copijs hoſtes non minus q̄ Romani pollebant. Accedebat elephantorum met⁹, qui poſt Libycā cladem Romanorū animos inceſſerat, ut biennio neq; in Aphrica neq; in Sicilia auſi ſint cū Pœnis æquo marte dimicare. Quo militū metu animaduerſo, continuo latū eſt decretū, ut noua claſſis ad bellū inſtrueretur.

*Conſules.* *Breuia & Syrtes.* *Naufragiū.* *Conſules.*

B Interea Curius alter cōſul in Italiam deceſſerat, erāt enim iam noui conſules deſignati, C. Attilius & L. Manlius. Haſtrubal audito conſulis & exercitus digreſſu, Metelluſq; cum dimidio copiarū relictus diceretur, ex Lilybæo ꝓfectus, exercitū in Panormitanū agrum induxit. Satis quidē Pœnus exploratū habebat, nihil magis Romanū militem horrere, q̄ elephantorū occurſum. Metellus ubi Haſtrubalem pugnę cupidū ſenſit, intra mœnia exercitū tenuit, ſimulans ſe hoſtē formidare: quo uano conſulis metu elat⁹ Haſtrubal Panormitanū agrū populatus, exercitū ad urbē admouit. Tenuit ſe Metell⁹ tādiu, q̄ad Haſtrubal eſt proximū flumen tranare adortus, tū expeditos milites mittit, qui tela iacerent, atq; iritatis in foſſas urbis refugientes earū impetum declinarent, uim adhęc telorum ingentē & in muris & circa foſſas diſponit, ut undiq; belug ex proximo inceſſerentur. Ipſe auerſa parte urbis cū robore copiaꝝ paratus conſtitit, in omnē occaſionē intentus. Elephantorum magiſtri glorię cupidi, ne expectato quidē ducis imperio, in Rom. pedites impetū faciunt. Illi (quod facere iuſſi fuerant) fugā capeſſunt, pręcipiteſq; in foſſas abeūt. Sequebāt belug in extremo aggere deſtitutę, ceterū momento temporis, & ijs, qui in muris ſtabant, & à militib⁹ ad hoc ipſum pro muro diſpoſitis, telorū multitudine obruunt, uulneribuſq; iritatæ in ſuos cū impetu uertūtur, agmina perturbant, ingentemq; Pœnoꝝ ſtragem ſua ſponte edūt. Nec à Romanis in tanta eſt occaſione ceſſatū, quin hoſtem beluarum ſęuitia turbatū adorti, facile in fugā uertūt. Multi igitur circa fluuium oppreſſi periere. Elephāti x. cū ſuis magiſtris in poteſtatē uenere. Cęteri ſeſſoribus excuſſis circa fluuium uagi, ad unum capti, qui centum triginta numero fuiſſe dicuntur. Sunt & .xx. milia Carthaginienſiū cæſa. Extulit recens uictoria Romanorū animos, factumq; eſt ut omni ope niterentur, cū hoſte in Sicilia bellare, miſſiq; noui conſules confeſtim in prouinciā. Metellus Romā reuerſus egregiū de Pœnis triumphū egit, quē elephātorum numerus multo conſpectiorem ecit. Et res duorum populorum in hoc ſtatu erant circa Siciliam: in Græcia poſt Pyrrhi interitū res nihilo quietiores fuere, nam Peloponneſi ciuitates mutuis inter ſe odijs accenſę in bellū ruebant, multiſq; cladibus citto ultroq; illatis & acceptis ſollicite tumultuoſeq; agebant. Sed Epirorum clades omnium teterrima, qui Ariſtotimi ſubit ætyrannide oppreſſi quum multi in Ætoliam confugiſſent, miſſiq; ab Ætolis legati eſſent,

*Conſules.* *Metelli ſtratagema.* *Metelli uictoria.*

ut exulibus ſuas neceſſitudines tyrann⁹ remitteret, annuere ille Ætolorum poſtulatis uiſus eſt, liberiſq; extorrium & uxoribus poteſtatē fecit abeundi: inde urbē longo agmine egreſſos, precioſiſſima quæq; ſecum aſportantes, rebus omnibus ſpoliatos in carcerem coniecit. Ibi tyranni iuſſu pueri in matrum complexibus ſunt crudeliter interfecti, uirgines ad ſtuprum raptæ. Hāc tyranni ſæuitiam ulturus Helematus qdam (erat is ſenex & liberis orbus uitæ & rerum omnium ſecurus) fidiſſimos amicorum domum uocat, quos quum ad libertatem ferro repetendam, & ultionem patriæ hortaretur, nec ciues in ſententiam tyrāni metu traheret, clauſa domo ſe ad Ariſtotimum miſſurum interminatur, ut ad ſe tanq̄ ad coniurationē opprimendam occurreret: quo metu illi adacti in Helemati uerba contra tyrannū iurant, eaq; conſpiratione nefarius Ariſtotimi dominatus eſt extinctus. Et hæc in Epiris. Antigonus interea, & cū Ptolemęo Ægypti rege, & Spartanis uarie bellauit, ſed maius illi à Gallogræcis negociū iniectum, qui aduerſus regem acie dimicaturi, quū ex auſpicijs cognouiſſent magnum ſibi periculū inſtare, non in metū ſed in furorē dira religio uerſa eſt. Expiandi ominis gratia filios & uxores promiſcue trucidant. Tanta tum Gallos rabies inuaſerat, ut ne ætati qdem parcerent, cui uictor hoſtis haud dubie fuerat parſurus, bellūq; interniciōū cū liberis liberorum q; matrib⁹ ſecuti, pro quib⁹ bella ſuſcipi à cæteris gentibus ſolent, quaſi uictoriam ſcelere redemiſſent, ut domeſtico erant cruore reſperſi, haud meliore euentu q̄ omine pugnā capeſſunt. Scelerum furię, ac pemptorū manes oculis obuerſantes, multo faciliorē Antigono uictoriam fecere, ut dij homines & omnia in parricidarum exitium coniuraſſe credantur. Antigonus hac uictoria uſus, in cęteros hoſtes impetū deflexit. Ptolemæus & Spartani per occaſionē illius fines inuaſerāt, cæterum uictorē Antigoni exercitū ueriti in pacatū pro uictis ceſſerunt. Hoc duplici ſucceſſu Antigonus ſupra modum elatus, Athenienſibus qui à Demetrio patre aduerſis illius rebus freti defecerant, bellum intulit. Interea Alexander Epiri rex iniurię magis q̄ beneficij memor, Pyrrhi patris mortem ulturus, Macedonię fines populatur: quo motu Antigonus ex Græcia excitus, ubi primū eſt Macedonum fines ingreſſus, ſubita defectione militū, regnum & exercitū amiſit. Tum uero Demetrius eius filius puer indole ſupra ætatē inſigni, exercitu ad bellū reparato, Macedoniam amiſſam non ſolū recepit, ſed patrio etiā regno Alexandrum ſpoliauit. Tanta uel militū inconſtantia, uel fortunę uarietas fuit in regnis ea tēpeſtate, ut pleriq; ex regibus repente exules facti ſint, rurſus ex exulibus reges. Sed quum Alexander ad Arcades confugiſſet, haud minor Epirotarum deſiderio, q̄ ſociorum auxilio, in regnū reſtituitur. Per idē temp⁹ Magas Cyrenarum rex uita deceſſit qui priuſq̄ morbo decubuiſſet, miſerat in Ægyptū qui ad finienda cum Ptolemęo fratre certamina eius filio Beronicē, quam ex Arſinoe extulerat, matrimonio deſponderet. Arſinoe uiro interi defuncto, uelut ſe inuita ea cū Ptolemæo affinitas inita eſſet, pro infecto habuit id cōnubiū, Demetrioq; ex Macedonia accerſito puellā matrimonio locat. Is placēdi ſtudio ab uxore in ſocrū conuerſus, cū ea ſtuprū haud multo poſt fecit: longa deinde conſuetudine mulieri addictus, omnium in ſe odia conuertit. Milites inceſtū deteſtati, in Ptolemęi filiū fauorem conuertunt. Poſtremo eo ꝓceſſit militare odium, ut in Arſinoes complexum ſit Demetrius à militib⁹ confoſſus, à Beronice uxore, ut credit, immiſſis. Audita certe eſt uox eius pcipientis, uti matri parceret: atq; ita illa domeſticū ſtuprū ulta dicit, incolumi pietate, & in matrimonio ſortiendo ſecuta eſt patris iudiciū. Et hęc qdem procul Italia, unde C. Attilius & L. Manlius cōſules, poſt clarā Metelli uictoriā, in Siciliam miſſi, breui Pœnos recenti clade perculſos in Lilybæum compulerunt. Erat hic annus primi punici belli .XIIII. qui quartus & quingenteſimus fuit ab urbe condita. Contulerant hoſtium duces omnem bellicum apparatum in eum locum, quem ſedem belli & arcem ſibi in Sicilia delegerant. Lilybæi opportunitatem conſules ſecuti, binis hoſtem caſtris circumſederunt. Turribus inde alijſq; bellicis operibus urbem oppugnare adorti, omnia quæ ad expugnationem attinebant terra mariq; huc ſtudio contrahunt. Erant Lilybæi ad decem milia propugnatorum, præter urbanam multitudinem, quorū Himilcho dux erat, homo impiger, & in armis diutiſſime uerſat⁹. Is nunc muros tormentis diſcuſſos interius reficere, nunc ire cuniculis obuiam, alioſq; hoſtium conatus conſilio & armis fruſtrari. Erumpere interdum ex urbe, impetuq; in Romanas ſtationes facto, bellica opera corrumpere. Sed dum nihil utrinq; remittitur, parum abfuit, quin paucorum conſilio oppidū

Marginalia: Helemati facinus. — Gallorum inauditum flagitium — Varia regū fortuna. — Demetrij ſtuprum cū ſocru. — Temporū ſupputatio — C — D

A ſit Romanis traditum. Fuit Pœnis res una adiumento, q̄d tantiſper dum proditores occulte in Romana caſtra ingreſſi, tradendæ urbis cum conſulibus tempus & rationem quæritant, proditionis indicium eſt ad Himilchonem delatum. Pœnus nefarij conſilij autoribus urbe excluſis, omnem militum metum intra mœnia compreſſit. Intetim Carthaginienſes reputantes in quo ſtatu res Siciliæ eſſent, cum Regulo egerunt ut Romam reuerſus, cum patribus de pace ageret, quæ ſi minus impetrari poſſet, de captiuis ſaltē commutandis tranſigeret, fide ab eo accepta ut Carthaginē rediret, ſi de captiuis nihil fieri placuiſſet. Ille ubi Romā uenit, & uxorem & liberos à ſuo remouit cōplexu, tanq̄ Roman⁹ eſſe deſijſſet iam inde ex quo in hoſtium poteſtatē uenerat. Vocatis inde in curiam patribus autor extitit, ne fœdus cū Carthaginienſibus ſanciretur ullum, qui multis cladibus alijs ſuper alias fracti, ſuis iam uiribus aperte diffiderent. Breui futurū ut inuiti iugum acciperent. Nec quod ad captiuorum commutationem attineret, tanti ſe faciendum teſtatus eſt, ut plura corpora uirorum fortium, pro ſe iam ſene ac pene decrepito, & ob id gerendis bellis parum utili, Pœno reſtituerentur. Vtroq; per hęc negocio infecto Carthaginē redijt. Pœni non tam uiri ſanctitatem q̄ ſuam cauſam intuiti, illum peruigilio, uarijſq; cruciatibus, uſq; ad exitium torſerunt. Quidam autores ſunt, hæc de Regulo aliquanto prius accidiſſe, quàm Lilybęum ſit oppugnari cœptum. Lilybętana quod ſatis conſtat obſidione Carthaginem nunciata, Pœni ſecum reputantes, in quanto diſcrimine eſſent præſidiariæ copiæ, quas hoſtis circumſederat, Hannibalem Hamilcharis filium cū quinquaginta nauibus & decem milibus peditū illis ſuppetias mittunt. Is ad Æguſam inſulam prius delatus, inde ſecunda aura, ne Romanis quidem obijcere ſe auſis magno ſuorum clamore & alacritate Lilybæum tenuit. His copijs Himilcho auctus, repente copias ex urbe educit Romanorum opera inuaſurus. Romani hoc ipſum prius ſuſpicati, iamdudum haud imparati ſtabant ad tales caſus. Circa portas igitur hoſtibus ferociter occurrunt. Erant uiginti Pœnorum milia, qui uno tempore eruptionem fecere. Romani uero aliquanto plures. Atrox ubiq; erat pugna, ſed circa machinas multo arrō-

**Regulus Romā mittitur.**

**Reguli exitus.**

**Atrox pugna.**

B cior, tantaq; hic animorum contentione eſt dimicatum, ut quicunq; cum hoſte congreſſi ſunt, penè ad unum eo loco quo primum ſteterant conciderint. Ad poſtremum quum nihil Himilcho præter militum iacturam lucrifaceret, ſignum dedit receptui. Hannibal poſt eam pugnam noctu cum ſuis nauibus Lilybęo digreſſus Drepanum profectus eſt ad Haerbalem qui urbi pręſidebat. Erat ſecundum Lilybęū is locus Pœnis chariſſim⁹, utpote ad belli uſum peropportunus Eſt urbs ſita in occidua inſulæ ora, inter Bathum fluuium & Segeſtanum promontorium, in falcis ſpeciem curuato littore, quod nomen ipſum argumento eſt, niſi potius ſit fides poetis habenda, qui à Saturno falcem his locis abiectam fabulantur. Diſtat Drepanum à Lilybæo xv. milia paſſuum. Tenebat adhuc Lilybætana obſidio, imminebantq; Romani hoſtib⁹ terra ac mari, quum Rhodia nauis inſigni celeritate, ex Carthagine Lilybęum ingreſſa eſt: hicq; per ocium ſpeculata in quo ſtatu res eſſent, per medias Romanorum naues elapſa, retro abijt. Ea res conſules impulit ut fauces portus ſint obſtruere adorti, onerarias aliquot in unum uadum deprimunt ingenti materia illis ſuperiecta. Cæterum immenſa maris altitudo irritum opus fecit. Vix tamen ex altera parte oſtij agger conſtitit, quo contigit ut paucis diebus Romani quadriremem unam Carthaginienſium uelociſſimam, uelut uado hærentem, eo loco oqpreſſerint, qua uſi haud multo poſt & Rhodiam illam Lilybæum reuerſam ceperunt. His duabus circa portum conſtitutis, omne ſuorum commercium Romani hoſtibus ademerūt. Eratq; iam undiq; Pœnis præſidij ſpes adempta quum ex inſperato bene gerendæ rei occaſio illis eſt oblata. Vehementior uentus, & uelut procella quædam repente orta, bellica Romanorum opera mirum in modum concutiebat, qua occaſione hoſtes uſi, haud uno loco ignem ex aduerſo inijciunt, flamma aridę materiæ inſinuata, turres, arietes & machinas ferè omnes momento tēporis conſumpſit, quo contigit, ut iam inde Romani duces uallo tantum & foſſa incluſum hoſtem habuerint, fame domituri quando aliter ſubigi non poſſet, Ab Roma interea decem milia hominum in ſupplementum miſſa, annoq; per hæc circumacto Claudi⁹ Appius Pulcher, & Caius Iunius conſules fiunt. Appius Lilybæum eſt miſſus. Is ſub primum acceſſum, lectiſſima parte militum in naues impoſita, Drepanum ad Haerbalem opprimendum nauigat. Perculit Pœnum Romana claſſis ſub lucem ex alto conſpecta. Idemq; ſatius fore arbitratus

**Drepanum**

**Incendium.**

tratus fortunam experiri,q̃ pati ſe ab hoſte,faucibus portus inſeſſis,obſideri,militum turbam C
ad portum ſigno conuocat,ibi paucis affatus,aut fortiter dimicadum eſſe oſtendit,aut omnia
mala,quæ longa obſidio ferre poteſt,ſubeunda. Tum omnibus ſuam operam ultro deferenti
bus,poſcentibuſq; alacri clamore pugnã,in naues illico conſcenſum eſt,nec mora ulla fuit,iuſ-
ſis nauium gubernatoribus eo curſum dirigere,quo ſe tendere uidiſſent,,ipſe primus portu e-
greditur,egreſſus in Romanos appropinquantes curſum deflectit. Trepidatũ primo à Roma
nis in explicanda acie,cũ conſuli ordinẽ ab initio mutari placuiſſet,demum ſubductis in altum
nauibus,ipſe in læuo cornu conſtitit,Haerbal in altum prætereruectus,cum impetu à mari in
Romanos reuertitur. Diu æqualiter certatum. Lectiſſimi milites ab utraq; parte pugnabant.

Naũale bel-
lum.

Mox procedente prelio,agilitate nauium & nautarum peritia,Pœni ſuperiores eſſe cœperunt.
Illud interim Carthaginienſibus perutile fuit ad uictoriam, ꝙ Libycę naues pelagus tenebãt,
unde pronior fiebat in Romanos impetus,& rurſus quum degrauari cœpiſſent facile pugnã
eludebant,celeri in altũ recurſu. Contra proximum littus omnia Romanis impeditiora rede
bat,ꝓtracta tamen in plures horas eſt pugna. Ad poſtremũ Romanaꝝ nauium alię littoribꝰ
impactę,alię medio fluctu ui hoſtiũ dep̃ſſæ,uix xxx. numero cum conſule fuga dilapſæ ſũt,
cæterę p̃ter quæ in hoſtiũ poteſtatẽ uenerunt,ad unam periere. Tres & nonaginta captas Poly
bius ſcribit:apud quoſdam reperio habuiſſe claſſem illam.cc.&.xx.naues,quarum paucę cũ
conſule fuga ſeruatæ ſint.xx.captæ cum ſuis turmis,cæterę medio certamine depreſſæ. Ad o-

Numerus
amiſſarum
nauium.

cto &.xx.Ro.milia,partim cęſa,partim in uictoꝝ poteſtatẽ redacta. Auxit conſulis inuidiam
ſpreta religio,ꝙ in pugnã iturus,quum pulli ex cauea emiſſi tripudium nõ feciſſent,eos in ma-
re contẽptu religionis abieciſſet, ludibrio etiã uerborum adhibito,ut biberent qñ eſſe nollent.

Appij per-
uerſitas.

Nec multo ſe ciuiliorem poſt pugnã præſtitit. Iuſſus à patribus dicere dictatorem, Ca. Glauci-
am dixit,ultimę ſortis hominem. Mox magiſtratu abire coactus, ludos prætextatus ſpectauit.
Polybius eum in iudicio concidiſſe ſcribit. Cęterum nec ipſi tantũ ea offenſa probro fuit,ſed ſo
rori etiã Claudię,quę quum aliquando ſolẽni ludorum die nimia hominũ frequentia moleſti D
us uexaretur, dixiſſe fertur,utinam frater meus uiueret,iterum Ro.claſſem perditurꝰ,quę uox
ſiue omen fecerit,ſiue cædis memoriam renouarit,adeo multitudinis aures offendit, ut mulier

Reparant
Ro.claſſem

maieſtatis rea ſubierit iudicium. Patres etſi ingens uulnus acceptum cenſebãt, reparata tamen
confeſtim claſſe, L. Iunium conſulẽ in Siciliam mittunt. Ille cũ ſexaginta roſtratis nauibus Meſ
ſanã uenit,quo ex tota Sicilia præterq̃ ex Lilybæo contractis in unũ nauibus,cxx.roſtratarũ
claſſem impleuit,ſuper onerarias,quarum uis ingens fuit. Harum dimidia parte quęſtori data,
ut cũ his cõmeatũ ferret in caſtra,ipſe haud multo poſt cũ.lxx.nauibus euntẽ ſecutus eſt, fru
mentum à mediterraneis ciuitatibus accepturus. Miſerat per eos dies Haerbal Carthalonem
cum triginta nauibus ex Drepano,omnia circum littora ſcrutari iuſſum, atq; ubicunq; naues,
ſiue integras,ſiue corruptas offenderet,daret operam,ut in ſuam poteſtatẽ redigeret. Ferox ille
primum omniũ in eã claſſem,quæ ad Lilybęum ſtabat,noctu impetũ fecit,ſublatoq; à ſtatio-
narijs clamore Himilcho excitus,cognita tumultus cauſa milite ex urbe educto Romanos fe-
rociter inuadit,qui undiq; circũuenti, in non mediocre periculum ſunt adducti. Carthalo ali-
quot Romanorum nauibꝰ aut captis aut corruptis,ex Lilybęo profectus,Heracleam petiit,ut
commeatus,qui ea parte in Romana caſtra uehebant,intercipet. Orã legenti ſpeculatoriæ na-
ues Carthaloni nnnciant ingentẽ nauium numerũ aduentare. Ille fiducia rei nuꝑ geſtę,hoſtẽ
aſpernatꝰ,obuiã ire pergit. Romanꝰ quęſtor,cognito Pœnoꝝ acceſſu,imparẽ ſe hoſti ratꝰ,inꝓ

Carthalo
claſſem ur-
get.

ximũ littꝰ naues multa trepidatione ſubduxit. Erant littoꝝ anfractꝰ & rupes pelago iminẽtes,
unde Romani punicas naues ſagittis & fundaꝝ iactu arcuerũt. Carthalo paucis onerarijs,quas
ſub primũ acceſſum oppreſſerat,ſecũ abductis,ad oſtia ꝓximi fluminis cõſedit, hoſtiũ nauiũ
digreſſum obſeruaturꝰ,ut ubi eas in altũ euectas uidiſſet,ſubito incurſu capet. Interea cõſul ex
Syracuſis Pachinũ p̃teruectus,Lilybęũ uerſꝰ auſtralẽ inſulę orã legebat,quũ ꝓcul punicas na-
ues cõſpicatꝰ in ꝓximũ ſeſe portũ recepit,hoſtiũ fortunã ſimul & uirtutẽ ueritꝰ. Carthalo quia
haud facilis erat locoꝝ expugnatio,portũ inter utrãq; Romanorũ claſſem mediũ cepit,ut abe-
undi facultatẽ utriſq; adimeret. Interea punicę claſſis magiſtri fœdã tẽpeſtatẽ,q̃ iminebat ꝓui-
dẽtes Carthalonẽ monẽt, ut cõfeſtim Pachino ſupato tutiorẽ portũ capet,quibus ille obſecu-
tus

C A tus, ſatis mature piculum euaſit. Romana claſſis importuoſis deprehenſa locis, adeo uehementer conflictata eſt, ut ex tanta nauiũ multitudine, nihil quod utile eſſe poſſet ſuperfuerit. Proximũ littus exercitum ſeruauit. His maritimis cladibus, alijs ſuper alias acceptis, fractus Roma. Pop. iterũ hoſtibus maris poſſeſſione ceſſit, terreſtribus deinceps uiribus tantũ ſtaturus. Contra Pœni præterq̃ ꝙ & pelago imperabant, in magna etiam ſpe erant terreſtris belli ex ſentẽtia conficiundi. Iunius conſul poſt amiſſam claſſem Lilybæum in caſtra ſe contulit, curarum plenꝰ omnia circũſpicere, an præclarum aliquod facinus à ſe peragi poſſet, quo p̃ſentis cladis apud ſuos leuaretur infamia: nec ita multi dies interceſſere, quibus ille Erycem per proditionem occupauit, ſimul & Erycinę Veneris templo & oppido potitus eſt. Eryx mons Siciliȩ mari imminẽs inter Drepanum & Panormum, huic tamen q̃ illi uicinior, omnes Siciliȩ montes præter Ætnã ſua magnitudine excedens, in eius uertice planities cum Erycinę Veneris templo, omnium quȩ tum in inſula erant, opulentiſſimo, paulum infra uerticem urbs longiſſimum ac difficillimum undiq; habens aditũ. Carthaginienſes amiſſo Eryce Hamilcharem, cognomento Barchã, claſſi præfecerunt. Fuit hic Hãnibalis pater, qui poſtea ſexdecim annos in Italia bellum geſſit. Hamilchar in Italiam claſſe delatus, omnem maritimam oram populatione fœdauit. Erat hic annus inchoati belli decimuſoctauus. Ex Italia Hamilchar Brutiorum ora Locrorumq; uaſtata, Panormum cũ claſſe ſe contulit, ibiq; locũ gerendo bello aptiſſimum, haud procul Panormo, occupat. Hinc ille (erat enim ſitus loci natura munitiſſimus) ex arce quadam profectꝰ, uſq; Cumas omnẽ Italiæ orã ſępius populatus eſt: in his Pœnus locis quũ fere trienniũ caſtra habuiſſet, terra mariq; rem Romanam uexare non deſtitit. Interea in Italia duæ à Romanis coloniæ deductę, Fregellas circa Lyrim fluuium, & in Salentinis Brunduſium. Duo etiam prætores tũ primũ creari cœperunt. Fuerunt eo triennio, quo Hamilchar in Panormitano agro habuit caſtra, multi uarijq; utriuſq; ciuitatis conatꝰ, multæ etiã clades hincinde illatę & acceptę, ſed q̃ ad Erycẽ & Eguſam inſulã poſtremo geſta ſunt, maiore fama ad poſteros manarũt. Cætera Poly B bius Eutropius & Florus, quos autores Liuio intercepto ſeqmur, preſſe & obſcure, ut parum cognitu neceſſaria præterierunt. Erat in Romanorum poteſtate Eryx, dupliciq; præſidio tenebatur, uno ad ingreſſum montis, altero circa templũ in uertice conſtituto, non defuit tamen q̃ oppidum Hamilchari ꝓderet, quo accidit, ut Eryce à Pœnis inito, Romanis qui in ſummo iugo erant in magno diſcrimine conſtitutis: nec Pœni ipſi minus laboraturi erãt, opportunos ad urbem aditus Romanis p̃ſidio obtinentibus. Atq; ita obſidentes & obſeſſi incredibili animorum obſtinatione durabant, certi extrema omnia potius tolerare, q̃ hoſtibus cedere. Quum igitur in hunc modum bellũ traheretur, eſſetq; interim Hamilchar Italię maxime infeſtus, eteni iam annos fere quinq; Romani abſtinuerũt mari, cõmoti patres, ſimul hoſtium iniuria, ſimul quia haud dubie apparebat id bellũ non aliter ad exitũ perduci poſſe, ſummo ſtudio claſſem cõparant. Cęterum diuturni belli ſumptu ærario exhauſto, priuatim ciues in hunc uſum pecuniam contulerunt. Pleriq; quinqueremem unã proprio ſumptu conſtruere & ornare non recuſarunt. Tanta tunc erat reipublicæ charitas, ꝓpagandiq; imperij ſtudium. cc. quinqueremes ad Rhodię illius circa Lilybæũ captæ ſimilitudinẽ contextas. C. Luctatius conſul ſub initium ueris in Siciliam egit. Is ſubito acceſſu Drepanitanũ portum & alia loca Lilybęo circũiecta occupat. Drepanum machinas & bellica opera admouet, urbẽ expugnaturꝰ, eratq; haud procul inde punica claſſis, ſed quo ꝓpinquior erat hoſtis, eo minus ille remittere de ijs, quę ad remiges & nautas exercendos attinebant, haud ignarus quantum res maritimę momentum p̃ſenti bello attuliſſent. Carthaginienſes audito hoſtium in mari apparatu, & ipſi ſumma ope cõnixi naues ex aduerſo comparant, his Hãnonẽ præficiunt, qui cum claſſe domo profectus, ad Hieroneſum inſulam cõſedit, ut inde prima tempeſtate in Siciliã tranſmitteret. Luctatiꝰ audito Pœnorũ aduẽtu, optimis quibuſq; ex pedeſtri exercitu in naues impoſitis, confeſtim ad Eguſam inſulam nauigat. Liuius Ægatẽ uocat. Florus Ægates. Eſt ea inſula contra Lilybęum. Ibi milites cõſul hortatꝰ ut in craſtinũ ſe ad pugnã compararẽt edicit. Vbi uero ſequenti die illuxit, uentuſq; hoſtibꝰ ſecũdꝰ eſſet, nec mare ſatis qetũ, aliq̃diu cõſul dubius ſtetit, utrũ cũ hoſte dimicaret. Reputãs deinde quanto maiore ſpe pugna iniretur, ſi cũ Hãnone, q cõmeatu claſſem onuſtam haberet, q̃ ſi poſtea cũ expeditis ad pugnam nauibus, & cum Hamilchare duce, quo nihil

per

Naufragiũ Romanorũ

Eryx à Ro. capitur.

Fregellas & Brunduſium ductæ coloniæ.

Prætores duo.

Erycina obſidio.

Conſul.

Eguſam Aegatem dici.

per id tēpus terribilius audiebatur,confligere cogeretur, uenientibus ſatiꝰ occurrere uiſum.Fe/ C
rebantur Carthaginienſes proſperrimo uento,qui Romanam •claſſem ex aduerſo conſpicati,
ſubductis continuo uelis,ſeſe prælio accingunt.Confirmatis interim utrinq; animis fit pugna,
in qua quum omnia diuerſa eſſent,quæ olim ad Drepanū fuerant,diuerſum quoq; pugna ſor
Naualis Roman. uictoria.
tita eſt exitum.Romani celerrimas & expeditas habebant naues,quibus remiges exercitatiſſi/
mi inerant,& ob eam rem acres,& ad omne facinus impigri, optimi adhęc milites,ex uniuerſo
exercitu delecti.Pœnis naues onuſtæ,& rudis aderat miles.quem,ſimul ac pugnari cœptum eſt
ſuperari contigit.Quinquaginta naues uel fractæ uel ſubmerſæ, ſeptuaginta cū turmis captæ,
cætęre mutato uento ad Hieroneſum ſe fuga receperunt. Capta ſupra eos qui perierant ad de/
cem milia hoim. Eutropius duo & triginta prodidit,tredecim milia interfecta:ex Romana claſ
ſe duodecim naues in pugna depreſſæ ſunt.Carthaginienſes noua & inuſitata clade perculſi,
Cartha. deſperatio.
etſi ad ferendū bellū promptiſſimi erant,ſuis tn̄ rebus accisis,quum belli ulterius alendi iniri ra
tio non poſſet,Hamilchari ſcribunt,rem punicam p̄ſenti clade adeo collapſam,ut nō eſſet cur
ex domo cōmeatum,aut claſſem expectaret amplius.Ipſe igitur de pace & bello quicquid uiſū
eſſet ſtatueret,idq; faceret quod è repu.ſibi uideretur.Ille optimi ſapientiſſimiq; ducis uſus of
ficio,q̄diu Punicę rei ſpem aliquam ſupereſſe uidit,nullū unq̄ laborem aut periculū ſubire re/
cuſauit,oīa prius ſumma induſtria & audacia expertus pro inſula retinenda,poſtremo Cartha
ginienſium rebus ubiq; fractis,tempori & neceſſitati ceſſit.Neq; eñ optimum ducē uincere tā/
tum ſcire oportet,ſed cedendi etiam tempus non ignorare.Legatos igitur ad Luctatium miſit
(nam Aulus Poſthumius eius collega Romæ fuerat à Metello pontifice,quia flamen eſſet, ad
bellum exire prohibitus.Metellus ſub id tempus quo Romani ſunt pręſenti bello defuncti,ex
æde Veſtæ,quę incendium contraxerat, palladium & ſacra eripuit) Luctatius non ignorabat
Finis primi belli Punici
q̄ res Romana longo eſſet bello exhauſta, pacem ultro delatā haud hoſti denegandā cenſuit,
Leges Cartha.datæ.
quæ his demum conditionibus eſt inter duces cōpoſita,ut amicitia iam inde Romanis & Car/
thaginenſibus eſſet,prorſus tota Sicilia Pœni abſtinerent,neq; deinceps bellum Hieroni infer D
rent,neq; contra Syracuſanos Syracuſanorū ue ſocios mouerent arma.Carthaginienſes capti
uos oēs redderent ſine p̄cio,talenta argenti Euboica duo milia &.cc.Romanis annos.xx.pē/
derent.Has conditiones populus Ro.ꝓbare noluit,ſed in Siciliam .x.legatos cū autoritate mi
ſit.Hi pauca fœderi addiderūt,ut omnibus inſulis quæ inter Siciliam & Italiā iacent Pœni ab/
ſtinerent,tēpuſq; pēſionis corripuerūt mille talentis priori ſummę additis.Atq; in hunc maxi/
me modū terrra mariq; eſt de Siciliæ poſſeſſione inter Pœnos & Romanos,p̄terq̄ ad exitū ua/
rio euentu certatū.Bellū ſane diuturnū,in quo cum alia multa acciderūt memoratu digna,tum
ꝙ quingentis quandoq; nauibus hincinde eſt bellatū.Polybius autor eſt amiſiſſe populū Ro.
Temporū ſupputatio.
eo bello naues ſeptingentas,p̄ter eas q̄ naufragio perierunt,Pœnos ducētis minus. Fuit hic an
nus quo primū bellū eſt ſolutū, quartus & uigeſimus,uel,ut alij ſcribūt,alter à uigeſimo,ab eo
quo arma utrinq; mota ſunt.Vrbis Romę quartuſdecimus ſupra quingenteſimum, quo tem
pore Macedoniæ regnū Demetrius tenebat maioris Demetrij nepos Antigoni filius.In Ægy
pto Ptolemæus cognomento Euergetes, Philadelphi filius, primiq; Ptolemæi nepos. In Iu/
dæa Pontifex Onias Eleazari,à quo per manum ſacerdotium accepit,ex fratre nepos,is ut Eu
ſebius ſcribit,qa annuū tributū Ptolemęo nō reddidiſſet,Ægyptiaco bello petitus eſſet,niſi Io
ſephus,q ea tempeſtate multū apud regem gratia pollebat,in Ægyptū legatus ꝓfectus eſſet,
Ptolomęo ſatiſfacturus.Is non ſolū deſtinatū bellū dep̄cator excuſſit,ſed Iudęæ etiam & finiti
mis præeſſe iuſſus eſt.Regnabat in Syria Seleucus Antiochi filius,q Laodices matris impulſu
Beronicen nouercā ſuam,& fratrē ex ea natum ad cędem perſecutus in Patarā compulit.Hāc
Ptolemęi regis ſororē Antiochus,qui fuit maioris Seleuci filius, Laodice adhuc uiuæ ſuperdu
xit uxorem.Beronices & regij pueri miſerabili cuaſu commotæ Aſiæ ciuitates puero & matri
Aſiæ motus.
auxilia aduerſus Seleucum decernūt.Ptolemæus & ipſe ſororis periculo commotus,cum uali/
do exercitu in Aſiam tranſijt.Beronice ante fratris acceſſum ui expugnari non potuit. Cæterū
Beronices cædes.
fraude circūuenta cum puero trucidata eſt.Indigna res omnibus uiſa,atq; Seleuci ſcelus Aſiæ
Seleuci ſcelus.
urbes deteſtatę,uno tempore,magno cōſenſu,ab eo deficiunt,ſeq; & claſſem,quā ad opē Bero
nice ferendā comparauerant,Ptolemęo tradunt. Erat is haud dubie Seleucum ſpoliaturus re/
gno

A gno,niſi ob domeſticã ſeditionem, medio rerum actu,trepidis nũcĳs in regnũ reuocatus eſſet
tantum aut odium Seleuco nefariũ parricidiũ, aut Ptolemęo miſerabilis ſororis caſus fauorẽ
comparauerat. Poſt Ptolemęi digreſſum quũ Seleucus,ingenti claſſe fretus, Aſiaticas ciuitates
hoſtiliter perſequeret̃,ſubita tempeſtate naues amiſit. Res quidẽ calamitoſa,ſed in primis Se/
leuco optanda,quippe qui adeo miſerabilis infenſis ciuitatibus uiſus eſt,ob cladem illã teterri/
mam,ut ira in miſericordiã uerſa ſua ſponte in fidem redierint. Ille uero p̃ſenti ſucceſſu erect⁹
Ptolemæo bellũ infert. Sed homo ad ludibrium fortunę natus, quiq́ ad hoc ipſum uidebatur
ortus,ut q̃ſitas imperĳ opes ꝑderet,uictus p̃lio in Antiochiã aufugit. Erat huic Antiochus fra/
ter admodum adhuc puer à quo Seleucus auxiliũ per literas implorauit. Aſia citra Taurũ mõ/
tem conditione ei delata,ſi incolumi regno,preſenti bello defungeretur. Antiochus non auxili
um fratri ſed impium latrocinium laturus, ſtudio ſe ad bellũ cõparat. Ptolemęus de Antiochi Seleuci & Antiochi prælium.
aduentu factus certior,ne cum duobus bellandum eſſet,inducias cũ Seleuco in decẽ annos pa/
ciſcitur. Antiochus interea, Gallicis auxilĳs precio conductis, hoſtem ſe fratri obtulit. Fit igitur
prelium, quo puer Gallorum uiribus & audacia uictor,parũ abfuit quin ab auxiliaribus ipſis
proditionis ſit interfectus. Galli Seleucũ cecidiſſe rati Antiocho capitaliter inſidiabantur,ut re/
gnum regia prole ſpoliatum ſibi prædę & rapinę obnoxium redderet̃. Ille pręſenti periculo cõ
motus à Gallis ſe auro uelut à prædonibus,redimit,ſocietatemq́ cũ ĳs iungere coactus eſt,qui
nuper mercenario nomine militabant. Eumenes rex Bithynię amborum fratrum opes mutuo
bello afflictas intuitus, uagantẽ Aſię poſſeſſionem inuaſurus, Antiochũ & Gallos, etſi uicto
res,recenti tamẽ pręlio adhuc fractos,ex improuiſo aggreditur,faciliſq́ fuit uictoria ex ſemiui/
cto hoſte. Atq́ ita Aſia,uelut in medio relicta,plurib⁹ uno tempore aut p̃mium,aut p̃da fuit.
Seleucus & Antiochus de Aſia certabant,Ptolemęus ſororię ultionis titulo hinc infeſtus ade/
at,inde Eumenes & Galli terrã populabantur. Antiocho uicto magnam Aſię partem Eume/
nes ſubegit. Nec ſublato p̃lio Seleucus & Antiochus fratres ſibi minus infeſti erant, ſed ab ex
B terno hoſte auerſi,ceu q̃ ab Eumene fiebant ad ſe nihil attinerent,in mutuum exitiũ bellum re
parant,fuitq́ proximũ pręlium Antiocho infelix,qui exercitu ſpoliatus, in Cappadociam au/
fugit ad Artamenẽ ſocerum ſuum,unde haud multo poſt,quum capitales ab eo inſidias ſibi
inſtrui indicio cõperiſſet,occulta fuga dilapſus,quum nuſq̃ ſibi tutus uideretur, ad Ptolemæũ Antiochi er
profectus eſt,tutius ſibi fore ratus ſi ſe hoſti q̃ fratri crederet̃. Ptolemęus eũ nõnihil in cuſtodia ratio.
habuit,hincq́ mulieris opera liberatus, quum procul inde fugam intendiſſet, à latronibus in
quos per deuia errabundus inciderat eſt oppreſſus. Seleucus ĳſdem ferme diebus equo p̃cipi/
tatus tertio ſui regni anno pĳt,poſt quem Antiochus cognomento magnus,Syrię regnum an Antiochi & Seleuci
nos ſex & triginta tenuit. Is demum Aſiam,& quicquid citra Taurũ poſſedit, à Romanis bel/ mors.
lo uict⁹,ut ſuo loco explicabitur,relinquere coactus eſt. Erant Romani,per id tempus quo hęc Antiochus magnus.
in Aſia gerebant̃,Punico bello defuncti,& ne ſubito ab armis diſcederet̃,Phaliſci in cauſa fue/ Phaliſci.
runt,qui ut ſepe alâs rebellantes à Q. Luctatio & Manlio cõſulibus bello petiti ſunt,magnoq́
p̃lio uicti. Quindecim milia hoſtium uno p̃lio cęſa. Sexto die q̃ ad hoſtes uentum erat in de/
ditionem recepti, agroq́ ex dimidia parte multati. Duæ tribus per id tẽpus,aut aliquãto antea Ennius.
prioribus additę, Velina & Exquilina. Ennius poeta ꝑ id tempus Tarenti ortus eſt. Liuius poe
ta primus Romę fabulã docuit. Callimachus elegi carminis ſcriptor in ipſum primi belli puni/
ci initiũ Nepotis Cornelĳ teſtimonio incidit. Templum Iani, poſt Phaliſcos in deditionem re/ Templum
dactos,terra mariq́ pace parta,eſt clauſum,ut Florus prodidit:fuitq́ hic annus ab urbe condi Iani iterum clauditur.
ta quartuſdecimus ſupra quingenteſimum. A primo Numæ anno ſub quo primũ claudi con Diuortium
tigerat,ſeptuageſimuſſeptimus ac quadringenteſimus. Sub id tempus. Sp. Caruilius Ruga to primum.
gatorum primus cũ uxore diuortium fecit. Eodemq́ anno Næuius poeta fabulas ad populũ Næuius.
edidit. M. Varro libro quẽ de poetis ſcripſit,hunc primo bello Punico ſtipendia feciſſe prodi/
dit. Cæterum Iani templũ breui poſt bello à Liguribus orto eſt patefactũ. Cauſam belli in Li
guria geſti non reperio. L. Cornelius, quod ſatis conſtat, & Fuluius Flaccus ipſi genti bellũ in/
tulerunt. Ligures inter Macrã & Varrũ flumina ſedes habuere circa ima alpiũ latera,qua in Li/ Ligurum ſe
guſticũ iacet̃ pelag⁹ obuerſa. Plini⁹ eius gẽtis originẽ ignoraſſe uidet̃. Strabo ex Gręcia oriun/ des & diui
dos exiſtimat,cõiectura uſus,ꝙ ut Gręci æreis uterent̃ ſcutis,totãq́ in uniuerſum gẽtẽ partit̃ in ſio.

Ingaunos

Ingaunos & Intemelios. Contra Plinius ſupra duodecim populos memorat, Liguribꝰ plurimꝰ ex pecore uictꝰ, lacte hordeaceaꝗ potione. Naualis materia frequēs. Arbores eximiæ craſſitudinis diametro reſectę octonis patent pedibus, mortaria & mēſæ fiunt ex ea materia. Pelles inde & mella, Vinū genti auſterū & picatū, muli & equi ex eadem terra, tunicæꝗ & ſagula. Lingurium quod electrum alij uocant, eandē terram habere arbitrat̄ Strabo, quod Græcorum pleriꝗ cū eo falſo tradiderūt. C

Electrum.

Plinius ꝓcul electrum naſci autor eſt, falſaꝗ eſſe oīa, q̃ de Phaetonte & Eridano à multis Græcorum ſunt memoriæ ꝓdita, eſſeꝗ inſulas in ſeptentrionali occano, ubi electrum gignitur,

Gleſſaria.

Gleſſaria eorum una uocatur. Electrum germani gleſſum uocant naſciꝗ medulla pinei generis arboribus defluente, ut gūmi in ceraſis, ut reſina in pineis manat arboribus humoris abundantia.

Lingurium

Linguriū Demoſtratus ex urina Lyncū fieri credidit, è maritibus fuluum & igneū, è fœminis languidius ac cādicans. Quidam lāguriū id uocari exiſtimant eſſeꝗ in Italia beſtias Langurias. Zenothemis eas Langas uocauit, circa Padū id ferarū genꝰ, ſtabulari arbitratur. Metrodorꝰ & Sudines ex arbore, quæ in Liguria ſit, id naſci prodiderunt. Sed talium fides ſit apud eos qui hęc tradiderūt,

Bellum Liguſticum.

Deceatę Maxūbij & Eburiates Liguſticæ gētes in occultas latebras refugientes diu Ro. Conſules fruſtrati ſunt, hos poſtremo Fuluius lōga indagine adeptus, igni circūſeſſos expugnauit. Sunt q tradant tum primnm Lentuli & Fuluij ductu Romana ſigna trans Padū promota, pugnatūꝗ cum Inſubribꝰ & Liguribꝰ, cęſaꝗ tria & uiginti milia hoſtiū, qnꝗ capta, deꝗ his Romę triumphatū. Si Eutropius uerus eſt autor, qui Liguſticū bellum ſtatim Punico ſubiicit, in id tempus incidiſſe oporteret bellum quod in Aphrica Carthaginienſes crudeliſſimū cum Spendio & Mathone geſſere.

Prodigia.

Satis cōſtat per hęc tēpora plura & tetra prodigia fieri contigiſſe. In Piceno fluuius cruentis aquis ſua ſponte cucurrit. In Hetruria cœlum ardere eſt uiſum, Arimini noctu tres lunæ in cœlo conſpectę. Id ꝓdigium. Cn. Domitio & L. Annio conſulibꝰ factum Plinius autor eſt, quod ad cœli ardorem attinet, quum Gn. Papyrius & C. Cęcilius conſules fuere, tempus alioqui haud diſerte poſuit.

Aphricum bellum.

Hęcꝗ poſt primum bellum Punicū in Italia à Romanis geſta. Carthaginiēſes interea in multo periculoſius bellū, q̃ quod ad id tempus cum Romanis geſſerant, in Aphricā reuerſi inciderunt. D Id Aphricū à loco in quo eſt geſtum nominari contigit, cuius originē fuiſſe ferunt. Quū Hamilchar percuſſo cū Romanis fœdere ſe magiſtratu abdicaſſet, copias quas ex Eryce & Lilybæo deduxerat, Giſconi tradidit domum deportandas. Giſcon res nouas ueritus, ſi tanta uis hominū uno tēpore in Aphricā delata eſſet, pręſertim cū plura militibus deberētur ſtipendia, quę reddi ęrarij inopia non poterant, pro magno habuit negocio, eos factis de induſtria interualliis, per partes mittere, ut q primo alterō ue loco tranſmiſſi eſſent, confeſtim exautorati dimitterentur. Carthaginienſes partim negligentia, partim ſtipendij defectu non ſolum non id fecere, ſed iuſſerunt etiam ut q primi uenerant nouiſſimos expectarent. Mox ubi omnes copię affuerunt, paululum pecunię eſt ſingulis datū, ac ſimul iuſſi duces copias urbe educere. Id quū cunctantius fieret, uellentꝗ multi in urbe impedimenta relinquere, cum omnibus rebus pene pręcipites ſunt Carthagine eiecti. Vt igitur in Siccam coiuere, in ocium & ſocordiam abierūt, quod magnis exercitibus pernicioſiſſimum fuit ſemper. Hi igitur tumultuoſe ſtipendium ſibi debitū repoſcuut. Alij multo maius q̃ deberet̄ impudenter efflagitant. Pręmia militaria repetunt, ab ipſis ducibus medio ardore belli ſupra ſtipendium ꝓmiſſa. His ſua ſponte tumultuātibus Hanno ſuperuenit, qui multa de ærarij inopia locutus, quum aliquā ſtipendij remiſſionem poſtulaſſet, cōtinuo multitudo, uelut ſtipendio & ſpe p̄mij uno tēpore fraudata, in tantā

Militaris ſeditio.

iram exarſit, ut magis dux deeſſet q̃ uoluntas erupturę ſeditioni. Merebant tū punicū ſtipendium Hiſpani, Galli, Ligures, Baleares, Gręci quoꝗ non pauci, & Aphri. Quę multarum gentium colluuio in cauſa fuit, ut diſcordia ſemel mota cohiberi amplius nequiuerit. Raptis itaꝗ per iram armis Hannone & cęteris ducibus contemptis, Carthaginē tnmultuoſius ire pergūt,

Tunes.

Vbi uero ad Tunes uentum eſt, nunc corrupta uoce Tuniſum dicunt, haud procul inde caſtra muniūt. Erant hi ſupra uiginti milia armatorum. Carthaginienſes ſubito malo perculſi trepidare metu, ac quibus remedijs preſenti periculo irent obuiam ſollicite reqrere, fateriꝗ ſua errata, & ꝙ tantum mercenariorum militū unum in locū coire paſſi eſſent, & ꝙ impedimenta militum liberos & uxores penes ſe relinqui noluiſſent, ubi itra mœnia incluſi pro obſidibus ciuitati

A ti eſſe poterãt. Omnia igitur quę ad militarem iram lenie̅dam pertinere credunt, cenſent mature adhibenda. Commeatus & alia ad uitæ uſum neceſſaria affatim in caſtra ferri iubent, ibique tanti nec pluris uenire, quanti ipſimet milites uellent, quotidieq́ꝫ legati in caſtra benigne pro concione milites alloquerentur, omniaq́ꝫ à ſe expectare iuberent, quæ à gratiſſima ciuitate expectanda eſſent. Hæc placamentorũ genera, tantum abfuit ut ſæuientem multitudinẽ aliquo modo deliniuerint, ut uel ex hoc ipſo ſit miles audacior factus, quia nihil obſcure ſe timeri intelligeret. Precia igitur equorum, quos in bello amiſerant, repoſcunt, adduntq́ꝫ in horam aliquid impudentius prioribus poſtulatis. Præualebant in multitudine nouarum rerũ cupida ſeditioſiſſimi quiq́ꝫ: demum eo eſt decurſum, ut Giſcon, quo illi in Sicilia duce uſi fuerant, ſuo arbitrio fineret, quid ſupra ſtipendium militibus, deberet. Is cum pecunia Tunes profectꝰ cũ ſingularum gentium ducibus congreſſus, ſe ueniſſe docet, ut ſtipẽdium militibus diſſolueret, hortaturq́ꝫ ut ſinguli ſuos in officio continerent, futurũ, ut omnium deſideria publica gratitudine explerent. Erat per hæc Giſcon facile motum cõpreſſurus, niſi Spendius Campani ſanguinis homo ſeruus Carthagine fugitiuus, & Matho Apher genere, proximuſq́ꝫ inuidiæ, q̄a ab initio inſigniter eſſet in ea ſeditione uerſatus, ſuppliciũ uterq́ꝫ formidans, ſi concordia ſecuta eſſet, Aphros multis implẽt ſuſpitionibꝰ fore prædicantes, ut cæteris gentibus exautoratis, ipſi qui Aphricæ indigenæ eſſent, totius facti inuidiã ſuo capite haud multo poſt luerent, perſuaſum habere Carthaginienſes totius diſcordiæ originem ab Aphricæ terræ incolis ortam, quibus ſtimulis priori iræ adhibitis, adeo in apertã rabiẽ erupit ſeditio, ut quicũq́ꝫ aut ducum, aut priuatorum in medium uerba auſus eſt facere, confeſtim ſit lapidibus obrutus, turbaq́ꝫ in hunc modũ ſæuiente, quũ nemo eſſet qui hiſcere amplius auderet, ſubito omniũ cõſenſu Spẽdius & Matho duces multitudinis creantur. Giſcon & ſi nihil interea prætermiſit, quod ad pacem pertineret, omnia pollicendo, quum à quibuſdã frumenti quoq́ꝫ militibus dandi mentio iniecta eſſet, id quoq́ꝫ ſe daturum pollicitus eſt, ſi Spendium ſibi dederẽt, ad quã uocem adeo

B excãduit multitudo, ut pecuniam publicam, quam ille ſecum attulerat diripuerit, Giſconem ipſum pene diſcerptũ in uincula coniecerit, ac tum demũ omni ſpe concordiæ abiecta, ſæua cõiuratio inter milites inita eſt, animiq́ꝫ ad bellum conuerſi. Spẽdius & Matho miſſis ad omnes Aphricæ populos legatis, eos hortantur, ut ad ſæuũ & crudele Carthaginienſium imperiũ extinguendum ſibi adiumento eſſent. Nulla fere ciuitas fuit quæ non his libenter acceſſerit, certatimq́ꝫ duces cõmeatu, pecunijs & milite iuuarunt. Duces ipſi bipertito hoſtem aggreſſi, uno tempore Hipponen & Vticã, nam hę duę tantũ urbes adhuc in fide erant, obſidione cingũt. Carthaginenſes graui & inopinato bello perculſi, nullã inire queũt rationem, nullum conſiliũ quo tot difficultatibus uno tp̄e incumbentibus, eant obuiã. Exhauſtum ærarium, exhauſtos longo & difficili bello ciues. Tributarias urbes cum hoſtibus ſentire. Non amicos adeſſe unde ſubſidia expectarentur. Nam tãta in eos odia undiq́ꝫ exarſerãt, ut mulieres, q̄ ſæpe uiros & liberos, ob uectigalia nõ ſoluta, in ſeruitutẽ adductos uiderãt, incredibili cõſenſu hoſtiũ duces iuuerint, qcq̄d muliebris mũdi adhuc ſupererat in mediũ cõferẽtes. In ſumma rerũ difficultate Carthaginienſiũ animi haud oĩno conciderãt, copijs, quantũ ea tp̄is anguſtia patiebaẗ, cõtra ẽtis, ducẽ ꝓficiũt Hannonẽ. Interea Spẽdius & Matho ꝓterquã ꝙ Vticã & Hipponẽ obſidiõe ꝓmebãt, ad Tunes etiã habebãt caſtra, ita ut ſeptuaginta hoĩm milia in ternis eorũ caſtris militaret. Excludebanẗ Carthagineẽſes ab oĩ Aphroꝝ cõmercio his locis ab hoſte iſeſſis. Fuit urbs quã illi habuerũt, in Cherſoneſo ſita, cũ Iſthmo triũ miliũ paſſuũ, quo Aphricæ iũgiẗ. Hinc illi Vtica fuit ex aduerſo Tunes. Ex his caſtris crebræ fiebãt Charthaginẽ uſq́ꝫ excurſiões. Proceſſerat nõnihil bellũ, quũ Hãno Vticẽſibꝰ auxilio eſt miſſus, q quũ ſub primũ acceſſum elephãtorũ obiectu hoſtes, ꝓfligaſſet, cõtẽtus acie uiciſſe Vticã ingreditur, ubi ad curã corporis cõuerſus, occaſionẽ hoſtibꝰ dedit, q fuga diſiecti fuerãt, in ꝓximũ collẽ ſeſe recipiẽdi, ꝑopportuneq́ꝫ graſſandi in ea caſtra, q̄ ille extra urbẽ fuerat metatꝰ. Hoſtes Carthagineẽſiũ negligẽtiã intuiti, facto in eorũ munitiones impetu, modico negocio expugnãt, ibi militibus qui ad præſidiũ relicti fuerant fœde cæſis, bellicas machinas & alia impedimẽta diripiũt. Simili ſocordia nõ multo poſt ad Sorzã uſus, quũ bis turbatos hoſtes urgere deſtitiſſet, cauſam Carthagineẽſibꝰ præbuit, ut abrogato ei imp̄io, Hamilcharẽ bello ꝓficerẽt. Data huic x. milia hoĩm, hæ eñ copiæ

Giſconis ſtudium

Matho & Spendiꝰ duces ſeditioſis

Mulierũ ſtudia in coniuratos

Hãnonis ſocordia

Hãmilchar belli dux.

tũ Carthaginiẽſibus ex cõductitio urbanoq́ milite fuerũt,& elephanti LXX. Celebre Hamil C
charis nomẽ,eaq́ res ciuitatẽ in ſpẽ maximã erexit, hoſtibus audaciã ademit. Ipſe qñ omnia
circa Iſthmũ à Spẽdio & à Mathone tenebantur,ut ne expedito quidẽ militi in Aphricã tran/
ſcenſus pateret,quia è repu. eſſe cernebat,exercitũ extra Cherſonneſum traducere,præter Ma
cheræ fluminis oſtia,qua amnẽ lenius fluere borea Septentrionéue ſpirãtibus ſagaciſſime de
prehendit,traiectis ſilentio copijs,Sephyrã petijt. Erat id oppidũ circa Macherã, quod hoſtes
ſub initiũ belli occupauerant. Erant Sephyræ ad x. milia hoĩm,& xv. ex Vtica audito Hamil
charis aduẽtu cõfeſtim cũ Spendio affuere. Ibi Pœnus dux ubi ſe hoſtes & à fronte & à tergo
habere ſenſit,paululũ circũacto agmine, ut ſimulato metu Spendiũ ad cõgreſſum ſollicitaret,
hinc beluis,inde legionarijs in hoſtẽ miſſis,ſubito fugã fecit,cæſaq́ ſunt eo prẹlio ad ſex milia
hoĩm & duo capta. Cætera multitudo metu diſſipata,partim Sephyrã, partim in Spendiana
caſtra,ex trepida ſe recepit fuga. Hamilchar Sephyra capta late per hoſticũ euagatus,plures ci
uitates ad imperiũ retraxit. Spẽdius Mathonis hortatu qui ad Hipponẽ ſedebat, & Autaric⁹
Gallorũ dux Hamilcharẽ ſecuti,elephantorũ metu per ardua ductare. Hi ubi auxilia affuere
(Erãt eñ cũ Spendio ad ſex milia ueteranorũ & duo Gallorũ,quæ ſub Autarico militabãt) ter
nis caſtris Hamilcharẽ in planitie ſedentẽ circũſiſtũt. Is in ſumma rerũ difficultate cõſilijinops,
diu ſecũ quæſiuiſſe dicitur,qua uia,quáue arte inſtans periculũ diſcuteret,ſed quũ plura animo
explorаſſet,Harua Numidarũ quidã illuſtris,adoleſcens impiger,Hamilcharis famã ſecutus,
primo cũ eo in colloquiũ uenit, inde cũ duobus milibus hominũ in caſtra ad ipſum ducẽ ſeſe
contulit,cui Hamilchar filiã in uxorẽ deſpondit. His ille copijs auctus,pugnã,quã iamdudũ
ciebat hoſtis,non amplius detrectandã ratus, ſuos in aciem eduxit. Ferox & cruentus utrinq́
fuit occurſus,& uictoria aliquamdiu anceps. Demũ beluis aduerſam aciem proculcantibus,
Haruaq́ ſtrenue operam nauaute, Carthaginienſes egregie uincunt. Spendius & Autaricus
quatuordecim hominũ milibus amiſſis,uicti acie ceſſerunt: x. milia circiter cẹſa dicuntur,cæte
ri uiui in hoſtiũ poteſtatẽ uenerunt. Hamilchar clementer uictoria uſus,captiuis poteſtatẽ fe D
cit ſecũ ſi uellent militandi,aut conditionẽ domũ abeũdi, ut nequid rei ipſis amplius cũ Spen/
dio eſſet. Interea milites,qui in Sardinia erant,Spendianorum exemplũ ſecuti,Boſtarẽ & Pœ/
nos,qui cũ imperio in inſulam uenerant,in poteſtatẽ redactos, crudeliter trucidant, atq́ arce
occupata in apertã erumpunt defectionẽ. Huius motus fama Carthaginẽ delata,confeſtim
Hanno cũ nouo exercitu eſt in Sardiniã miſſus. Hunc noui milites,inita cũ ueteranis coniura
tione,cruci affigunt. Nec duplici ſcelere contenti tertiũ adijciunt, quicunq́ Carthaginienſium
in tota inſula fuere,ad unũ interficiunt. Arcibus inde & oppidis potiti inſulã nonnihil tenue/
re,donec orta inter eos & inſulanos diſcordia,milites expulſi in Italiam abierunt. Atq́ ita Sar/
diniã à Pœnis alienari contigit. Spendius & Autaricus ueriti ne Hamilcharis benignitas reb⁹
ſuis officeret,atrox facinus commenti,uelut literæ ex Sardinia & Tunete uno tempore ſignifi
carent,ut Spendius & Autaricus ſua corpora cuſtodirent,compertũ indicio eſſe, in caſtris ua/
gari,qui à Carthaginienſibus ſubornati,ipſorũ ducũ capitibus inſidiarentur, multa pro con/
cione queſti,eo militarẽ multitudinẽ perpulere,ut Giſconi, qui in cuſtodia erat, & ſeptingẽtis
cum eo Carthaginienſibus captiuis extra uallum deductis, manus prẹciderint, membraq́
ianiariut,poſtremo fractis cruribus,uiuos in ſcrobẽ ad id factã,coniecerint. Hoc illi ſcelus ma/
chinati,ut Hamilchar,ſuũ exemplũ ſecutus,in captiuos ſæuire cogeretur. Miſerunt Carthagi/
nienſes legatos ad repetenda proiectorũ cadauera,at nõ id tantũ negatũ eſt, ſed reſpõſum etiã
ne caduceator quiſq́ aut orator ad ſe ex urbe ueniret amplius,futurũ,ut ſiqui eo ueniſſent pa
ri ſupplicio affecti,ut illi inſepulti abijcerentur. Hamilchar hoſtiũ crudelitate iritatus,quoſcũq́
captiuorũ tunc habuit,aut poſtea cepit,beſtijs laniandos obiecit,Hannonemq́ cũ altero exer
citu ad ſe uocauit,cũ quo breui in tã apertas ſimultates & contentiones uenit,ut Carthaginien
ſiũ decreto & militũ uoluntate,Hanno ſit in urbem reuocat⁹, hincq́ perpetui odij origo inter
ipſos duces extitit,quod uſq́ adeo eorũ animis inſedit,ut Hannibal qui Hamilcharis fuit fili⁹,
ſecundi belli Punici temporibus nõ magis infeſtos Romanos foris, q̃ domi Hannonẽ habue
rit. Per id tẽpus Vticenſes & Hipponenſes,qui in Carthaginienſiũ fide,quũ præſenti bello,tũ
cæteris Aphricæ motibus conſtantiſſime permanſerant,ſubita animi mutatione ad hoſtes de
fecerunt

Hamilchar Spendium fugat.

Spendius & Autaricus duces.

Hamilcharis uictoria.

Defectio Sardinici exercitus.

Giſconis ſuppliciũ

Hannonis & Hamilcharis ſimultas.

C

A fecerunt, Carthaginienſibꝰ,quicūq; apud illos tum forte erant,interfectis,cadaueribus in ſub
iectas murorū foſſas,in argumentū publici odij proiectis,nequid præſenti calamitati deeſſet.
Quibus Carthaginienſium cladibus Spendius & Matho elati Carthaginem obſidere adori
untur.Hamilchar interea & Hannibal,qui illi poſt Hannonem collega datus eſt,omnia hoſti
bus reddebant infeſta,in eo p̄cipue intēti,ut cōmeatꝰ undecūq; aduectos intercipēt. Nec urbs
interea arcta laborabat annona,Hierone ex Sicilia frumentū,& alia auxilia Carthaginienſi/
bus mittēte.Ægre ferebat callidiſſimꝰ rex Punicū nomen extinctum iri,ratus Carhaginienſiū
opes Romanis ſuſpectas id pręſtare,ut ipſe charior ſemper populo Ro. eſſet,quā ſi ſublato o
mni æmulationis ſtudio,inſulæ ſecuritas ſe & Syracuſanos Romanis cōtemptibiles redderet.
Quin & Romani ipſi,ut Polybius ſcribit,nihil ad ſociā urbē ſubleuandā,ꝑ id tēpus,ceſſauere.
Inciderāt ab initio leues inter eos ſuſpitiones,ꝗ quingentos circiter homines,q ex Italia in ca
ſtra hoſtiū frumētū deferebāt,Carhaginiēſes in uincula coniecerant,quibus haud multo poſt
in gratiā Romanorū dimiſſis,factū eſt,ut & ipſi cōtinuo Carthaginē frumētū miſerint,& alia
neceſſaria à ſocijs ex Italia comportari ꝑmiſerint,uetuerintq; in hoſtiū caſtris quēpiā negocia/
ri.Nec Vticenſes ſeſe & urbē dedentes ſenatus recipiendos cenſuit,ne ictū fœdus aliquo mo/
do uiolaretᷣ:militū,quoq; legatos,qui ex Sardinia uenerāt inſulā daturi,audire noluerunt.His
auxilijs Carthaginienſes adiuti,facile obſidionē pertulerūt.Cōtra Spendius Hamilchare cō/
meatus intercipiente,ad eam rerum omniū inopiā redactꝰ eſt,ut ꝓximior obſeſſo quā obſidē/
ti eſſet.Tū uero rerū egeſtate adactꝰ,ſoluta obſidione cū L.milibus hoīm ex omni nūero dele
ctis,in Hamilcharē cōtēdit.Cæterū beluarū occurſum metuēs,ꝑ ardua libentius ductabat,fie
bant tamen quotidie leuiora prælia,quibus Carthaginienſes plurimū uincebant. Hamilchar
nunc ſimulata fuga hoſtem in inſidias trahere,nunc improuiſo acceſſu premere,demū locorū
opportunitatē nactus,hoſtiles copias foſſa & uallo cinxit.breuiq; ad eā rerum omniū inopiā
redegit,ut ſuis ipſorū corporibus inedia ueſcerentᷣ.Vna ſpes ſupererat,ſi auxilia ſibi à Tunete
B mitterentᷣ.Interea captiuorum primo,mox & ſeruoꝝ corporibus crudeliter abſumptis(hoc ſa
ne ciborū genere non alio aliquādiu uſi ſunt)ubi omnem ſpem,quā in ſuis repoſitā habebāt,
irritā uidebāt,fame domiti,Spēdius ab Hamilchare impetrauit,ut ad eū legatos mittere liceret
quibus has Pœnus cōditiones pacis tulit,ut liceret ſibi decē ex hoſtibus,quos uellet,deligere,
cæteri cum ſingulis ueſtimentis abirent.Spendius & Autaricus & alij qui inter hoſtes inuidiæ
imminebāt,ad ſuppliciū ducuntᷣ,id quū Libyes ægre ferētes tumultuari cœpiſſent,armaq; ca
peſcerent,equitatu illis cū elephantis obiecto,ad unū omnes,qui ſupra quadraginta milia fue
re,momento horæ,Pœnus imperator trucidauit.Serræ loco nomē fuit,ubi cædes edita eſt. Se
cundū hanc uictoriā magna parte Aphricæ partim ui partim uoluntate recepta.Tunes Pœni
duces caſtra trāſtulerūt,ut Mathonem cum reſidua hoſtium parte opprimerēt.Primum om/
nium Hamilchar Spendiū & Autaricū in ſuorū cōſpectu in crucē ſuſtulit.Matho interea Hā/
nibalē Hamilcharis collegā conſpicatus negligentius ſe in caſtra recipiētē (nā diuerſo loco ab
Hamilchare metabatᷣ)facto in eū impetu,diſiecta militū manu quæ illum comitabatᷣ,ducem
ipſum in poteſtatem redactū depoſito Spendij corpore in eandem crucem ſuſtulit,trigintaq;
nobiles Carthaginiēſes circa Spēdij corpꝰ trucidat & Matho per hunc modum in Carthagi/
nienſes ſæuijt.Quæ Hamilchari tardius,quā in magna caſtrorū diſtātia ſuccurri poſſet,nun/
ciata ſunt.Nec multo poſt Matho Tunete digreſſus,ad Macharæ oſtium caſtra circa littus fe
cit,& ex Carthagine Hāno iterū ad Hamilcharem in caſtra cum nouo exercitu eſt miſſus,&
cum eo XXX.legati,qui Punico nomine utrumq; orarēt ut priuatam ſimultatem patriæ ante
ponerent,Quorū autoritate duces permoti,uterq; alteri ad tēpus ueteres offenſas remiſere,in
credibiliq; animorum conſenſu bellū in Mathonē gerere perſeuerarunt.Itaq; poſt uarios co/
natus,certo utrinq; cōſilio apud Leptim de ſumma rei acie decretū.Hic Mathōis exercitꝰ ma
xima ex parte cæſus.Qui ex acie fugerāt ſeſe Hamilchari dediderunt.Hipponenſes ſoli & Vti
cenſes perpetrati ſceleris ſibi conſcij,nullum ueniæ locum relictum arbitrātes,pertinacius in
partibus māſere.Verum ubi omnem uim belli in ſe uerſam uiderūt,quum nulla reliqua ſpes
externi ſubſidij eſſet,ea cōditione quā Carhaginienſes probarent in fidem redierunt.Atque
hunc exitū habuit bellum Aphricum,omnium quæ ad id tēpus geſta fuerant,crudeliſſimum,

Hieronis officiū in Car.

Romanorū munificentia i Pœnos

Spendij ſupplicium

Infandꝰ obſeſſorū cibꝰ

Spendij ſupplicium

Hamilcharis uictoria

Mathonis facinus

Aphrici belli finis

in tertiũ annũ & aliquot menſes fortuna ſæpius uariante diſtractũ. Matho & cæteri captiui in triumphũ ducti meritũ ſui ſceleris ſupplicium luerunt. Nauigabant Romani interea in Sardinia ſuaſu militũ, qui ex ipſa inſula in Italiã profugerant. Id ęgre Carthaginięſes ferre, qui neq; præſidiũ neq; locũ ullũ in inſula habebant, illius tamẽ poſſeſſionẽ ſibi uendicabãt, parabãtq; cũ exercitu in inſulã tranſmittere. Romani eã belli cauſam nacti, Pœnos criminantes, ꝗ cõtra Sardos nomine, re uero in ſe bellũ compararent, cõfeſtim & ipſi nouos exercitus in Sardiniã mittunt, uelut hic primis eorũ motibus occurſuri. Pœni duobus grauiſſimis bellis defatigati, quũ ſe parũ idoneos intelligerent, qui tuto Romanis uiribus reſiſterent, tempori cedendũ rati, nõ modo inſulã, ut Polybius ait, Ro. populo habendam reliquerũt, ſed maturata etiam penſione, mille & cc. talenta miſerunt Romã, ne alieno tempore graui ſe bello implicarent. Sunt qui ſcribãt à T. Manlio & C. Attilio conſulibus de Sardis triumphatum. Quo apparet, aut à Pœnis nõ paruũ negociũ in recipięda inſula iniectũ Romanis fuiſſe, aut ab ipſis inſulanis imperiũ nõ ſine armis receptũ, quando honos ille citra pugnã à Romanis haud decerni conſueuerit: ac tũ demũ aiunt quidã templũ Iani ſecundo clauſum, qd' quarto circiter anno poſt primi belli Punici exitũ cõtigiſſe oportuit. Corſi quoq; per id tẽpus ſunt uicti, & Spoletũ colonia in Vmbris ducta. Nec Pœni Aphrico bello ſoluti ab armorũ ſtudijs quieuere, quin Hamilcharẽ, per quẽ Aphricũ fuerat bellũ profligatũ, in Hiſpaniã cũ exercitu mittunt, qui à colũnis Herculis exorſus, magnã Hiſpaniæ partẽ Punicis opibus adiecit, multis Iberiæ ciuitatibꝰ bello ſubactis, pleriſq; æqua conditione in ſocietatẽ & amicitiã aſcitis. Poſtremo quũ efferatiſſimis gentibus bellũ intuliſſet, medio gerendarũ rerũ actu, nono ferme anno, ex quo id bellũ inchoauerat fatalẽ diẽ obijt. Haſtrubal ipſius gener publico decreto in copiarũ imperiũ ſucceſſit. Sed dũ ca ab Hamilchare in Hiſpania gerebantur, Romani nonnihil in Illyrico bellarũt. Teucas Illyriorũ regina, quæ in regnũ Agroni ſucceſſit, domeſticis opibus freta (nullus enim Illyriorũ regum maiores ea tẽpeſtate ductauit copias, pedeſtres equeſtreſq;, ꝗ Agron cui Teucas nupſit) iuuit hæc primo auxilijs Medionios aduerſus Ætolos, qui Illyriorũ interuentu nõ ſolũ obſidione liberati fuere, ſed Ætolorũ etiã ſpolijs qui ab auxiliari manu fuſi fugatiq; ſunt inſigniter ditati. Suarũ igitur rerũ ſucceſſu Teucas elata, ſuis poteſtatẽ fecit nauigandi, mariſq; latrocinium in quoſcunq; finitimorũ exercendi. Claſſem adhæc ſuo nomine inſtructã emiſit, quæ omnẽ oppoſitã Italiæ orã prædaretur. Nec ita multo poſt Illyrij Phœnicẽ urbem in Epiro nobiliſſimã Gallorũ proditione occupant, militauerant hi Galli primo in Sicilia cũ Carthaginienſibus, inde ad Romanos, Punicis opibus in inſula fractis, tranſierant, ſed quũ haud multo poſt Erycinæ ueneris templũ temere uiolaſſent, direptis hoſtiliter donarijs, Romani ſcelus auerſati, armis exutos, in naues imponunt, impoſitos procul Sicilia & Italia ablegandos curãt. In Epirũ delatos Phœnicenſes aduerſus Illyricos, ad præſidiũ urbis, ſtipendio conduxerant. Epirotę iniuriã ulturi, exercitu tumultuoſe collecto, Gallos & Illyrios in Phœnice obſident. Interea trepide in caſtra affertur, quinq; Illyriorũ milia, Scerdilaidæ ductu, obſeſſis ſuppetias uenire. Tum Epyrotæ partitis copijs, alij obuiã hoſtibus occurrunt ut in Antigoniæ anguſtijs ueniętes exciperent. Alij ad obſidionẽ remanẽt. Illyrij & Galli audita hoſtiũ ex caſtris profectione, fluuio noctu ſuperato, locũ hoſtibus propinquũ occupãt: inde prima luce in pugnã digreſſi, medio negocio hoſtẽ fundunt, atq; uno prælio proſpere geſto Antigoniã contendũt, cæteras Epirotarũ copias cũ Scerdilaida oppreſſuri. Epirotæ munitiora loca inſidẽtes, pugna pertinaciter abſtinebant. Interea literæ à regina afferuntur, quibus copiæ domũ reuocabantur, ꝗ quædã Illiricæ ciuitates ad Dardanos defeciſſent. Sunt Dardani Illiricorũ cognati, utraq; gens, ſi Appianus uetus eſt autor, à Poliphemo & Galathea eſt. Tres filij ex his geniti, Illyrius, Celtus, & Galus, unde Illyrij, Celtæ, & Galatæ ſunt. Ex Illyrio Achilleus ortus, Autaricus, Dardanus, Medus, Taulantius, & Perebeus, Vnde Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Taulantij, & Perebei, Illyricæ gentes conditæ. Muliebris ſtirpis, Partha, Daorta, Daſara, à quibus Partheni Daortij & Daſareni nominati, & ipſi inter Illyricas gentes nõ obſcuri. Autarius Peonum habuit & Scordiſcũ, unde Scordiſſi & Peones. Ex Peono Triballꝰ Triballorũ autor, qui ad Iſtrũ fluuiũ ſedes habuere. Græci eos Illyrios arbitrati ſunt, qui ſupra Macedoniã & Thraciã à Chaonibꝰ & Theſprotis ad Iſtrũ uſq; fluuiũ ſedes habuere, cuius terræ lõgitudo habet quindecim dierũ

iter

Pœni Sardiniã Ro. relinquunt.

Spoletum Colonia.

Hamilcharis interitus Teucas Illyriorum regina.

Illyrij Phœnicẽ in Epiro occupãt.

Illyriorum origo.

Illyridis fines.

C

D

A iter. Romani ſcriptores longitudinē ipſam ſex miliū ſtadiorū prodiderūt, mille & ducentorum
latitudinē. Mediterranei itaq; Dardani, agreſte hoīm genus, ſpeluncis ſub fimo defoſſis, p do-
mibus utuntur, muſicæ tamen ſtudioſi, tibias & fides uulgo uſurpāt. Reginæ literis Scerdilai-
das reuocatus, inducias cū hoſtibus pact⁹, domū reuerſus eſt. Eratq; p hęc Illyricū nomē Græ
cis ciuitatibus non parum formidoloſum. Nec ita multo poſt, legatis ad Teucam reginam miſ
ſis, cum Acarnanibus Illyrij ſocietatē & amicitiam iniuere, quo contigit ut Illyrioꝝ amicitiam
ſecuti Achæis & Ætolis hoſtes ſint facti. Illyrij, quū ſæpe aliâs, tum etiam quum Phœnicē ob-
tinerēt, ex Italiæ ora prædā aſportarūt, mercatoreſq; italici generis alto mari interceptos prędati ſunt. Quum ergo multi queſtum de Illyriorū iniuria ad Senatum ueniſſent c. & L. Corūca-
ni ad Teucā legati in Illyricū mittunt. Obſidebat tum forte illa Iſſam inſulam, quæ una om-
nium adhuc imperium detrectabat. Legati huc ad reginā uenerūt, quibus ſociorum querelas
exponentibus, ita illis occurrit, ut diceret, daturā ſe operā, ut nulla publice iniuria Romanis fie
ret. Cæterū prohibere ſuos, quo minus priuatim fructū è mari caperent, neq; regij id moris eſ
ſe, neq; ſe inhibiturā. Tū ex legatis minor natu, fortiter quidē, ſed parū tēpeſtiue, At quoniam,
inqt, Romanis ô Teuca optimus mos eſt, priuatas iniurias publice ulciſcēdi, iuuādiq; iniuria
affectos, dabimus operā dijs uolentibus, ut uel inuita regiā iſtā conſuetudinem emendes. Tā
feroci rñſo eo iracundiæ, cuius ille ſexus impatiēs eſt, proceſſit Teucas, ut iure gentiū neglecto
miſerit qui legatos à ſe dimiſſos adorti, iuniorē obtrūcarēt. Legati cæde Romā nunciata, dele-
ctus cōfeſtim habetur, paraturq; ſtudio claſſis: interea Illyrij, pluribus liburnicis in Græciæ o-
ram miſſis, alij Corcyram adnauigarunt. Cæterum portis admiſſi, arreptis gladijs, quos in ur-
nis habuerunt, portarum cuſtodes obtruncant, clamore ſublato occurrit eo ex compoſito alia
maior manus, atque inſtructior à portu, mœniaq; tumultuoſe occupant, Dyrrachini & ſi in
re ſubita perculſi armis ab initio abſtinuerūt, paucitate tamen hoſtiū inſpecta, in eos impetum
faciūt, atq; modico negocio urbe eiectos, præcipites ad naues agunt. Duces claſſis, ſolutis repē
B te è portu nauibus, cæterā claſſem aſſecuti Corcyrā obſident. Corcyrei auxiliū ab Achęis & Æ
tolis implorāt, matureq; x. Achęorū triremes bello inſtructæ, Corcyrā curſum intendūt. Illy
rij ſeptē cataphractis nauibus Acarnanū aucti, cū qbus ſocietatē iniuerāt, ſuiſq; liburnicis fre-
ti, ad inſulas, quas Paxos uocāt, cū Achæis cōfligūt. Hic multo maioribus eſt animis q̄ uiribus
dimicatū, fuitq; pinde pugna ab initio acerrima, uerum circūuenti à pluribus Achæi uincunt,
una eorū naui cū tota turma altis fluctibus depreſſa, quatuor ab hoſte captis, cæteræ in altum
abierūt. Tulerūt Corcyrei, ſecundū eam pugnā, nōnihil obſidionē, poſtremo omni ſpe deſti-
tuti, ſeſe hoſtib⁹ dedūt, Demetrio Phario cū præſidio intra urbē accepto. Illyrij Corcyra p de-
ditionē recepta Dyrrachiū obſidiōe repetūt. Sub id tēpus C. Fulüius Cētimalus cōſul cū cc,
nauiū claſſe Corcyrā cōtendit, ratus Corcyrēſes nōdū deditos teneri adhuc obſidiōe. Alter cō-
ſul L. Poſthumius terreſtribus copijs per Italiā ducebat. Fului⁹ & ſi Corcyra alienata uenit in
prouinciā, Demetrij tamē uoluntatē experiri placuit, Is ubi pl⁹ æmulos ad reginā ualere ſenſit
quā ſibi tutū eſſet, Romā miſerat, qui ſenatui urbē & quæ in ipſi⁹ ptāte eſſent pollicerent̃. Præ
ſtitit Barbar⁹ fidē atq; urbē cū Illyrioꝝ præſidio Ro. cōſuli tradidit. Fului⁹ Corcyrēſib⁹ in ſocie
tatē receptis, Demetrio duce uſus ex Corcyra Apolloniā trāſmiſit. Eodē tpe L. Poſthumius ex
Brunduſio copias traijciebat. Erāt ſub ſignis ad xx. milia peditū, & duo equitum. Apollonia
in fidē recepta, Romana claſſis Dyrrachiū cōtēdit, ad cuius aduētū Illyrij ſoluta ſtatim obſidio
ne in pacatū ceſſerūt. Dyrrachini obſidiōe liberati & ipſi in amicitiā & ſocietatē ſunt aſciti. Illy
riæ inde orā legēs Fului⁹ Parthenos & alias littorales gentes ultro deditas in fidē recepti. Iſſam
deinceps itū, unde hoſtiū obſidiōe diſcuſſa plura Fului⁹ oppida paucis diebus ademit, & cū his
lēbos xx. cōmeatu onuſtos. Teucas multiplici clade fracta, cū q̄paucíſſimis ſe Rizonem rece-
pit, oppidū procul à mari in Rizonis amnis ripa munitiſſimū. Cōſules pleriſq; Illyriorū urbi-
bus Demetrio traditis, Dyrrachium petiere. Nec ita multis interiectis diebus Fuluinm cū claſ
ſe in Italiam trāſmiſit. Poſthumius cum legionibus Dyrrachij hybernauit, cum quadraginta
nauibus ad bellū cōparatis, & nouo delectu ueteribꝫ copijs ex ſocijs adiecto, deditas urbes ab
omni iniuria defenſurus. Sub initium ueris Teucas per legatos pacē a Romanis his cōditioni
bus impetrauit, ut quotānis tributum populo Ro. ſolueret, ut tota ora Illyrica, p̄terquā paucis

Legati Ro. ad Teucam

Legati ferox denūciatio.

Illyrij Dyrrachio pelluntur.

Illyrij Corcyrā obtinēt.

Ro. Corcyrā recipiunt.

Leges Teucæ reginæ datæ

locis excederet, ne ultra Lyſſum niſi cũ duobꝫ lembis nauigaret. Icto cũ Teuca fœdere Poſthu
mius ad Achæos & Ætolos miſit, q utriqꝫ gẽti nũciarẽt, quã Romani cauſam habuiſſent in Il/
lyricũ trãsfretãdi, & quæ breui tẽpore in prouincia geſta eſſent, qbus demũ conditionibus pax
Teucæ reddita eſſet. Benigne legati ab utraqꝫ gẽte excepti, tacitus tamẽ metus omnẽ Græciam
inceſſit, quod Romana arma in Græciæ oram primum penetraſſent, ſed nihil æque Achæos
Ætoloſqꝫ ac fœd⁹ cum Illyrijs ictum ſollicitos habuit, q Græcos omnis infenſe odiſſent. Poſt
humius Corcyram profectus, ibiqꝫ inſulanorũ rebus cõpoſitis in Italiã tranſmiſit. Atque hæc
prima Romanorum in Illyricum transfretatio fuit. Haſtrubal interea, incredibili uirtute Puni

Haſtrubalis ſucceſſus in Hiſpania

cum imperiũ in Hiſpania augebat, urbẽqꝫ egregiã cõdiderat, quæ Carthago cognomẽto no/
ua dicta eſt, nec Romani diutius paſſi eſſent æmulas Pœnorũ opes i ea terra adeo augeri, trãſ
latis illuc armis, niſi per id tempus Gallici belli metus, ut ſæpe alias, tuendæ Italiæ negocium in
ieciſſet. Quãquã ne ſic quoqꝫ Hiſpaniarum cura omnino omiſſa eſt, legatis ad Haſtrubalẽ miſ
ſis, q cũ eo fœdus renouarent, in quo diſerte poſitũ eſt, ne Carthaginiẽſibus Iberũ amnẽ cum
armis traijcere liceret. Secũdum id fœdus Romani bellum in Gallos cõparant, quibus incolu/
mibus ſatis apparebat nunquã rẽ Romanã in Italia ſtabilẽ futurã. Quieuerãt Galli annos qn
que & quadraginta, uerũ ubi ſeniores gẽtis, q acceptarũ cladiũ nõ ignari erãt, fato cõceſſerunt,
ſuboleuerat qꝫ parua & rudis iuuentus ueterum malorum prorſus ignara, quocũqꝫ res ferret
Romanum nomẽ temere infeſtare, inuitareqꝫ tranſalpinos Gallos ad bellũ ſecũ in Romanos
obeũdũ. Moliri hæc in primis ciuitatũ pricipes nouarũ reꝵ cupidi, inſcia interdũ multitudine,

Gallorũ motus

quo contigit, ut Tranſalpinis Gallis Ariminũ progreſſis Boiorũ exercit⁹ à ſuis ducib⁹ diſſen
tire cœperit, utpote nouorũ motuũ ignar⁹, prœliũqꝫ cũ trãſalpinis cõmiſerit, qui cognatarũ gen
tiũ cõflictus in cauſa fuit, ut Romanus exercitus, q ex urbe ad occurſum feſtinabat, iã domo ꝓ
fectus, audita Gallorũ pugna, quaſi cõfecta ꝓuincia, iter retro auerterit. Quinto dehinc anno,
M. Lepido cõſule C. Flamini⁹ legẽ tulit ad populum, ut ager, unde Senones Galli eiecti fue/
rant, militibus diuideretur, cui⁹ rei fama adeo eius gentis animos offendit, ut cõfeſtim atrociſ/ D
ſimũ ex ea gẽte bellũ exarſerit, multi Gallorũ, & in primis Boij, qui oĩm ꝓximi erãt periculo, pa
lam fremere, non de gloria amplius Romanos, ſed de totius gẽtis ꝑda & interitu certare, qb⁹
ſtimulis animi ad ultionẽ acceſi, nihil magis quã bellũ optabãt. Magno itaqꝫ ſtudio Boij & In/

Geſſatæ Accerſũtur Tranſalpini Galli

ſubres primi cõſilia cõferunt, cõmuniqꝫ nõie per legatos trãs alpes miſſos, Cõgolitanum & A
noreſtem Gallorũ reges in Italiam accerſunt, & cum his Geſſatas Rhodani accolas, qui inde
nomẽ credunt adepti, q aliẽnũ ſtipẽdiũ merere cõſueſſent. Hos magnopere hortant, ut quam
maximũ exercitũ poſſent, ad Romanũ bellũ cogerẽt, quæſtuoſi belli in præſentia ſocios admo
nẽtes, & quæ in poſterũ ab Romanis iniuriæ uniuerſam gentẽ manerẽt, ne ipſius populi cona
tibus iretur obuiã. Simul dãt fidẽ ſe ſocios belli futuros, res à maioribus ſuis in Romanos ge/
ſtas adijciũt, qui nõ ſolũ eos uiciſſent acie, ſed Romã etiam ipſam captã & direptã incẽdiſſent.
His hortationibus Galli acceſi haud multo poſt tumultuoſe in Ciſalpinã Galliã tranſiuere.
Nullũ unquã agmen terribilius alpes ad id tẽpus tranſcenderat, quib⁹ Boij & Inſubres conti/
nuo ſuas copias iunxere. Veneti & Cenomani Romanorũ amicitiam Gallorũ ſocietati prætu
lerunt, quæ res in cauſa fuit, ut Galli in Hetruriã trãſituri, coacti ſint ſuarũ uirium partẽ ad In/
ſubrũ præſidiũ relinquere. Romani ꝑiculoſi belli fama iam antea perculſi, accuratiſſimum de/
lectũ in urbe & tota Italia habuerũt, ſtudioqꝫ oĩa ad bellũ neceſſaria ad id tẽpus expediuerãt,
& neqd nõ ad præſens periculũ auertẽdũ adhibitum uiderẽt, Sibyllino carmine moniti, duos

Superſtitio Romana. Conſules

Græcos uirum & uxorẽ, duoſqꝫ Gallos uiuos in foro Boario defoderũt, dirũ ſacroꝵ ritũ & Ro
manæ ciuitati inſuetũ. Vbi igit̃ alpes trãſire hoſtis dictus eſt, L. Æmyli⁹ cũ exercitu Ariminum
miſſus eſt, ut ueniẽtẽ hoſtẽ tranſitu ꝓhiberet. C. Attili⁹ alter Cõſul principio anni in Sardiniã
ad inſulanorũ mot⁹ cõprimẽdos exercitũ deportauerat. Fuit curæ patribus cognoſcere, quan/
tum auxiliorũ in Italia ad bellũ ex urbe uniuerſis ſocijs ſcribi cõtigiſſet. Polybi⁹ & Plini⁹ auto
res ſunt, peditũ ſepties cẽtena milia, & ſeptuaginta equitũ, eo tumultu, Romæ & in cætera Ita/

Copiæ Ro.

lia cõſcripta. Liui⁹ ccc. milia fuiſſe ſcribit, ſed Polybio libentius accedo, q diſerte poſuit ſingu/
larũ gentiũ copias. Socij tunc erant, Sabini, Tuſci, Vmbri, Saſſinatæ, Veneti, Cenomani, Lati
ni, quorũ octoginta milia peditũ & qnqꝫ equitũ, relata erãt in tabulis: Sãnites, quoꝵ ſeptuagin

A ta peditū & ſeptē eqtū milia: Iapiges, Meſſapij, Lucani, Marſi, Marucini, Ferētani, Veſtini, Romanorū ſimul & Campanoꝝ CCL. milia peditū, equitū XXIII. milia. Nullo unq̄ bello maiore animorū cōſenſu eſt in externos hoſtes ab uniuerſa Itaia cōſpiratū, ut nō res populi Romani geri uideretur, ſed ſingulæ gētes, pro libertate, pro patria, pro liberis, ſibi dimicaturæ uiderentur. Galli ſuperato Apennini iugo in Hetruriam deſcenderunt, quibus L. milia peditum fuere, ut Polybiꝰ ſcribit, & duo equitū. Et iam Cluſium p̄dabundi ꝓceſſerant. Diſtat id oppidū triū dierum ſpatio ab urbe Roma, ibi Gallorū ducibus nunciat̄ auxiliares copias Romanorum, quæ circa Apēninum ſedes haberent, è ueſtigio hærere. Præerat his prætor Vrbanus. Galli ſimulata fuga, ſe Feſulas noctu recipiunt relictis ad hoc ipſum equitibus in caſtris, ut poſtridie hoſtes caſtrenſis prædæ illecebrā ſecuti, in inſidias præcipitarent̄, quæ omnia quū ex ſententia eueniſſent, ad ſex milia auxiliariorū inter Cluſium & Feſulas occiderunt. Cætera multitudine metu diſiecta, alij alio dilapſi in tutū abierūt. Pars non parua quum ex trepida fuga ſe in proximū collē recepiſſet, à Gallis eſt obſideri cœpta. Affuit interea, L. Æmylius conſul, qui audito Gallorū tranſitu, ex Arimino, citato agmine, ad hoſtē contenderat. Ex ignibus, qui ex ipſis caſtris per noctem accenſi ſunt, qui in tumulo ab hoſte tenebantur, cōſulem adeſſe coniectantes confirmati animo, per denſam ſyluam expeditos dimittunt, qui conſuli nunciarent, in quo ſtatu res eſſent. Ille in tanto ſociorū periculo haud cunctandū ratus, Tribunis militum mandat, ut prima luce legiones educere maturent, ipſe cū equitatu præcedens ad tumulū ire pergit. Galli & ipſi onuſti præda, Anoereſtis regis ſuaſu ſtatuūt ultra Apenninū in Inſubres prædam deportare, confeſtim ubi ſe ea exoneraſſent, in Hetruriā reuerſuri. Soluta itaq; obſidione, priuſq̄ Æmylius adeſſet, ſecus maris littus in Ciſalpinā Galliam cōpoſito agmine iter intendūt. Seq abeūtes. Æmylius in oēm recuperādæ prædæ occaſionē erectus: abhorrebat interea ab omni certamine animꝰ, quoniā longe impar uiribus eſſet hoſti. Inſtabat tamē illi abeūti, quū bona Romanorū fortuna, Attilius alter conſul ex Sardinia in Italiā reuocatus, copias quas Piſis ex

B poſuit, ſecus mare agens, haud ꝓcul à Telamone ꝓmōtorio hoſtē obuiū habuit. Eſt Telamon inter Grauiſcas & Populoniam. Æmylius abeuntiū ueſtigio hærebat, quibus auditis Attilius fortunam po. Ro. admiratus, quæ hoſtē in mediū duorū exercituum cōieciſſet, in certam bene gerendæ rei ſpem erectus, legiones tribunis militum tradit, iubetq; in hoſtē progredi, quouſq; locorū opportunitas ſinat. Ipſe collē uiæ eminētē cōſpicatus, quo Galli deflexuri uidebant̄, cū lecto equitatu occupare cōſtituit. Vix eo Romanus euaſerat, quū & Galli equites qui ad id miſſi fuerant appropinquantes ex captiuis cognoſcunt, à C. Attilio altero conſule locū occupatū. Tum uero apparuit à fronte & à tergo rem gerendam eſſe, quum ab initio perſuaſum habuiſſent Æmylianum id agmen eſſe, quod per uiarū compendia prægreſſum exaduerſo occurreret. Igitur Galli ſeſe prælio expediunt, utrinq; aciē firmant, Geſſatæ & Inſubres in Æmyliū uertunt̄. Boij, Taurini & aliæ gentes aduerſus Attiliū in fronte cōſtiterūt: Boij & Inſubres auratis fulgebāt ſagulis, Geſſatę incredibili ferocia & laudis cupiditate, nudi ante aciē ſtabāt, rati ſeſe p eū modū expeditiores fieri ad p̄liū. Prīcipio circa collē atrox fuit certamē, quo Attiliꝰ cōſul fortiter dimicās occubuit. Caput eiꝰ ad reges delatū Galli ad terrorē circūtulerūt. Inſtare ꝓpterea nihilo ſeciꝰ Rōani eq̄tes, q̄n ob irā extīcti cōſulis, aliq̄to fortiꝰ cōnixi, Gallicū eq̄tatū, cū multa cæde, i fugā uertūt. Cruētū inde p̄liū inter pedites fuit, nō mō uiuētibꝰ, ſed audiētibꝰ etiā horrēdū ac ſola fama ad poſteros mirabile futurū. Triplex exercitꝰ duabꝫ frōtibꝫ dimicabat, eratq; in terim tantꝰ ubiq; ſtrepitꝰ, adeo horrēdæ uoces & ululatꝰ, ut mōtes, ſaltꝰ, mare, littꝰ, uno tp̄e mugire crederent̄. Sed nihil æque Romanā aciē terrebat q̄ p̄grādia & nuda Galloꝝ corpa an̄ aciē cōſtituta, bellico quodā motu ſub clypeis agitata. Cōtra multū ad pugnā incēdi ſpe Gallicæ p̄dæ potiūdæ, tota enim ex aduerſo torq̄bꝫ & aureis ſagulis fulgebat acies. Prīo igitur Geſſatæ, q nudi manū cōſeruere, telorū multitudine à Romanis cōiecta, multi eodē quo ſteterāt loco trāſfixi cōciderūt. Alij uelut rabie in Rōanū ferrū moribūdi ruebāt. Pauci ad ſuos uulneribꝫ confecti retro abierūt. Cū Inſubribꝰ inde & Boijs & Taurinis alijſq; ferocibꝫ gētibꝫ, res fuit. Ibi; pugna uelut ſtataria, gladijs gerebat̄. Hic q̄q; Galli paſſim ſternebant̄. Erat Rōanis ferrū habiliꝰ ad pūcti & cęſim feriēdū, p̄grāde & obtuſū hoſtibꝫ, ſcutaq; Italis firmiora. Stetit tn̄ illis imota acies, donec Rōanꝰ eq̄tatꝰ, ex colle, uelut ꝓcella q̄dā, effuſꝰ in aduerſam aciē iā male coheren-

Gallorum copiæ procedunt.

Gallorum conſilium.

Telamon. Ro. Fortuna.

Duo conſulares exercitus Gallum circūſiſtunt. Attilij cōſulis caſus.

Atrociſſimū prælium.

tem impetum dedit. Tum demũ hoſtes perditis rebus fugam moliti ſunt. Pedites eo quo ſte-
terant loco ad unum cæſi. Equites alij alio dilapſi, acceptæ cladis nuncij, in tutum abierunt. Cæ- C
Inſignis Ro. uictoria. ſa ſunt eo prælio. XL. Gallorum milia, X. capta, & cum his Congolitanus rex. Anoereſtes cum
paucis dilapſus, non multo poſt ſibi mortem conſciuit. Conſul ſpolijs hoſtium lectis, ac Ro-
mam miſſis, in Inſubrum terram uictorem exercitum duxit, atq; ibi late omnia prædatus, cũ
Conſules. ingenti præda Romam reuerſus, armis & torquibus Gallicis capitolium ornauit. Secuti con-
ſules, Q. Fuluius & T. Manlius, qui Boicum agrum ingreſſi, omnem gentem ad deditionem
compulerunt. Quo minus autem in cæteros ſit Gallos bellatum, peſtilentia in cauſa fuit. Pro
Flaminij ferocia. fecti ſunt ſequenti anno, P. Furius & C. Flaminius in Galliam cum exercitu. Flaminius etiam
contra auſpicia. Hi circa Padi & Abduæ confluentem caſtra facere conati, ſubito Inſubrum ac
ceſſu in pacatum abire compulſi ſunt. Cenomanorũ inde auxilijs aucti conſules, per loca ma-
gis Alpibus uicina Inſubrum fines iterum ingreſſi, multo maiorem uim hoſtium in ſe conci-
uere. Quinquaginta milia ex ea gente cum Romanis caſtra contulerunt. Conſules quia mul-
to inferiores erant numero, aliquamdiu addubitarunt, quid facto opus eſſet, nec multum cre
dere Cenomanis, ueriti ne ſubita tranſitione ex ſocijs hoſtes in acie fierent. Demum forte quĩ
dem, ſed periculoſum conſilium ſecuti, Cenomanis ultra flumen traductis, pontem, qui Ab-
duę erat impoſitus, reſcindunt. Atq; ita uno tempore omnis inſidiarum eſt metus ademptus,
& neceſſitas fortiter dimicandi militibus iniuncta, omni ſpe fugæ ſublata. Hæc quum illi maio
re animo q̃ ratione feciſſent, copias in aciem educunt, nec Galli pugnã detrectarunt. Vicerunt
ea acie Romani, magis tribunorum arte, q̃ conſulum diſciplina, qui haſtis à triario acceptis tã
diu cum anteſignanis hoſtilem impetum diſtinuere, quoad Gallicus ille procedente pugna re
miſit impetus, quum conſulum inſcitia parum idoneo fuiſſet loco acies inſtructa. Galli mul-
tis cladibus affecti pacem per legatos petiere. Marcus Claudius Marcellus & C. Cornelius
conſules, gloriæ cupidi, non expectato ut prouinciæ ordinarentur, in Galliam cũ exercitu pro
fecti ſunt. Galli deſperata pace ultimo ſe certamini accingunt, triginta milibus Geſatarum cir-
Conſules Acerras. ca Rhenum habitantium conductis Romanum præſtolari. Conſules Acerras urbem inter D
Padum & Alpes obſidere, ad quam obſidionem ſoluendam Inſubres, parte copiarum trans
Padum miſſa, Claſtidium Popu. Roma. oppidum oppugnare ſunt adorti, quod ubi conſuli
bus nunciatum eſt, Marcellus cum equitatu, & parte expeditorum peditum ferre auxilium la-
borantibus properat, cui uenienti Galli ferociter occurrunt, intulitq; à principio trepidationẽ
aliquam Romanis ſubitus Gallorum acceſſus, poſtea uero undiq; hoſtes à Romanis circum
Viridomarus. uenti, cũ multa cæde diſſipati, multi ferro occubuerunt, alij in Padum flumen præcipitati ſunt.
Marcellus medio conflictu Viridomarum Gallorum regem (Plutarchus Britomarum appel
lat) obuium obtruncat, iacentiq; opima detrahit ſpolia, quæ tertia à Romulo ſupremaq; Fe-
Tertia opima ſpolia cui ſint dicanda. retrio, ſunt Ioui ſuſpenſa. Miror Polybium rem tãtam in hiſtorijs ſilentio præterijſſe. In Pom
pilij Numæ commentarijs ſcriptum fuiſſe reperio, prima opima ſpolia Ioui fuiſſe dedicanda.
Altera Marti. Tertia Quirino. Galli qui apud Acerras obſidebantur, ſimulac ſuos ad Claſti-
dium uictos audiuere, Mediolanum fuga petunt. Cornelius urbe omni genere commeatus
referta potitus, hoſtem è ueſtigio ſecutus, Mediolanẽſem agrum populatus eſt, ciuitatẽ quoq;
ipſius gentis caput in deditionem accepit. Plutarchus Mediolanum ait à Marcello fuiſſe ca-
ptum, ac tum demum Gallorum duces nullam in armis ſpem amplius habentes, ſe & ſua Ro
Gallici belli finis. mano populo dediderunt. Hicq; Gallici belli finis fuit, quo nullum ad id tempus, aut maiore
animorum obſtinatione, aut militum audacia, atrocitate præliorum, interfectorum multitudi
Conſules. ne, copiarum numero, memorabilius in terra Italia fuerat geſtum. Iſtris quoq; ſub id tempus
eſt bellum illatum, quia Romanorum naues frumẽto onuſtas intercepiſſent. Minutius Ru
Iſtri uincuntur. fus & P. Cornelius conſules bellum intulere. Fuitq; ea prouincia perdifficilis, uicti quidẽ Iſtri
ſed uictoria Ro. haud incruenta fuit. Conditum Romæ luſtrum, cenſaq; ſunt ciuium capita
Libertinorum tribus. CCLXX. milia. Libertini qui ad id tempus in totum corpus ciuitatis diſperſi fuerãt, in quatuor
ſunt tribus degeſti, Exquilinam, Palatinam, Suburranam, & Collinam: Coloniæq; Placẽtia
& Cremona in agrum à Gallis captum ſunt ſub id tempus deductæ.

ENNEADIS QVARTAE FINIS.

A # MARCI ANTONII COCCII SABEL-LICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

## ENNEADIS QVINTAE PRAEFATIO.

SI QVA pars fuit Rapſodiæ huius, in tam lõga rerum ſerie, in qua mihi præfari licuerit, eo certe uenimus, ut non ſolum id facere liceat, ſed ne in ſecordiæ ſuſpitionem incidã, cogar etiam fateri, me bellum omnium, quæ Po. Ro. terra mariq; ad id tempus geſſit, & periculi magnitudine, & rerũ apparatu maxime memorabile ſcripturũ. Enimuero ſiqs Romanorũ res geſtas à primordio urbis diligẽter cõſideret, multa qdẽ ſub regibus facta repiet, ſed quæ haud dubie, pl⁹ indolis præ ſe ferant, quã admirationis, fueritq; tyrocinium illud futuræ uirtutis. Mox parta libertate, & ſi multo maiora ſunt, ſub conſulibus cæteriſque magiſtratibus, domi foriſq; præclare geſta, tamen intra Italiæ fines, & cũ ipſis fere Italis, Athletici certaminis, eorum comparatione, quæ poſtea ſecuta ſunt, ſimilitudinem quandam habuiſſe uideri poſſunt. Cum Sabinis, Hetruſcis, Hernicis Volſcis, de finibus bellatum. Cum Samnitibus, Campanis, Marſis, Appulis, Lucanis, & cætera Italia, de principatu. Fueruntque hæc niceteria & gymnaſtica pręmia. Certatũ inde eſt, cũ Pyrrho, cũ Gallis, ſed ĩ eadẽ terra, fuitq; illud omnino maius, ſed uelut in ſtadio contendere. Cum Pyrrho de gloria dimicatum eſt, Cum Gallis de agro, & tumultuoſe ſemper. Prima omnium Carthago adultam ciuitatẽ arenęq; & ſtadio aſſuetam, in uerum traxit armorũ certamen. De Siciliæ poſſeſſione intraq; inſulam primo bellatum, ſed ignotis adhuc inter ſe uiribus, nec inueterato odio, magni terra mariq; utrinque conatus, magnæ clades illatæ & acceptæ. Ceſſatum inde aliquot annos, datũq; id neceſſitati potius quàm ſtomacho. Tum uero non multo poſt ad arma recurſum, non minoribus animis, quàm tum utriuſq; ciuitatis opes eſſent: nõ in Sicilia, ut ante, res geſta, nõ in Aphrica ſed Italia ipſa ab initio belli ſedes facta. Huc tempeſtas & procella illa armorum. Annibalis ductu, ex Hiſpania effuſa. In hoc theatro Martis, tot annis, tantis uiribus, tam uario euentu bellatum, ut propiores periculo fuerint, qui poſtea uicerunt. Nullo unquã bello res Romana, tam multis ſæuiſq; cladibus afflicta eſt. Perculit Ticinus, fugauit Trebia, ſtrauit Traſimenus, afflixerunt Cannæ, ac ꝓpemodũ extinxerunt. Cõtrà, iacentem Nola excitauit, erexit Capua, Metaurus ſpe ſuſtulit, Aphrica palmam obtulit. Nec interea Sicilia tantũ, ut primo bello Punico concuſſa eſt, nec Aphrica ut extremo, ſed uno incẽdio, Italia, Gallia, Hiſpania, Aphrica, Sicilia, Sardinia, & cũ his omnis ora Græciæ bello conuulſa eſt. Quid quod ne Aſiæ quidẽ ſtatus, ad eam belli rabiem immotus manſit, ut omnes terræ uno bello laboraſſe credantur? Magna & grauia bella Po. Ro. quum prius tum poſtea geſſit, ſed nullum, meo iudicio, magis uarium, laborioſum, cruentum. Nullum, in quo Romana uirt⁹ clarius fulſerit, plus roboris & ferociæ imbiberit, maiores ſpiritus extulerit ad reliquas gentes ſubigendas. De hoc igitur bello, tam memorabili, erã ego ĩ fronte Enneadis hui⁹ dictur⁹, niſi pauca externa ꝑferenda eſſent, quæ Polybius, temporum rationem ſecutus, ipſi bello prætulit, & quia ab illius autoritate diſcedere, nec hiſtoriæ in hac parte utile ſit, nec mihi commodum, in Græciæ rebus explicandis nonnihil immorabimur, priuſquã ſecundi punici belli cauſæ à nobis referantur.

## ENNEADIS V. LIBER I.

ARATVS Sycionius, qui per id tempus Achęorum dux erat, quo Carthaginiẽſes ad Æguſam à Luctatio uicti, Siciliæ poſſeſſiõe exciderunt quum plures Achæorum urbes à tyrannis tenerentur, Sycione patria aliquanto antea liberata, Antigoni regis præſidium ex Corinthiaca arce deiecit, Corinthijſque in libertatem reſtitutis, Megarenſes pari ſucceſſu ſeruitio exemit. Fuerũt Achæi ab initio ſub regib⁹, ac primus oĩm in his regnauit Tiſamenes Oreſtis fili⁹, poſt Heraclidarũ deſcenſum Lace. pulſus, ab eo

Aratus Sycioni⁹.

Antiquus Achæorum ſtatus.

Sygus ad Sygi regis tempora perpetua ſucceſſione regnatũ. Sygi filij, qui ex legitimo & moderato regno ad tyrannidẽ deſciuere, populorũ conſenſu eiecti, à regibus ad populũ rempu. tranſtulere. Inde res eius gentis ſæpius uariari contigit, manſitq;, utcunq; potuit, ad Philippi & Alexandri tempora, uetus illa publicæ adminiſtrationis forma. Ciuitates, quæ ex æquo agebant, decẽ erãt numero. Olenũ, Elice, Patræ, Dimæ, Phare, Tritea, Leontia, Bura, Ceraunia, & Carima. Harũ Olenũ Elice, & Bura terræmotu interiere: acceſſit his Corinthus, poſtq̃ ab Antigoni, ut dixi, dominatu liberata eſt. Reſtitit inde Aratus quũ Antigoni conatibus, tũ Demetrij eius filij qui decimo ſui regni anno, ſub id tempus, quo primũ Romani in Illyricũ aduerſus Theucã reginã tranſmiſere, uita deceſſit. Tũ tyranni, qui in Peloponneſo duorũ regũ opibus freti plures eius terræ urbes uiolenter preſſerant, Arati uirtutẽ & felicitatem ueriti, ultro principatum depoſuere, atq; horum primus Lyſidas Megalopolitanus, qui uiuo adhuc Demetrio reipublicæ uolens aſcriptus eſt. Secuti inde Ariſtomachus Argiuorum Tyrannus, Cleonimus Philiſiorum, & Hermoniorum Xenon, qui in ordinem redacti, publicum gentis nomen ſunt & ſtudium ſecuti. Et hæc acceſſio breui eſt Achæorum rebus facta. Hoc rerum incrementum Ætoli labefactare cupientes, in Achæos & Acarnanes Achæorum fœderatos, Cleomenem Lacedæmoniorum regem, Alexandrum Epirij, & Antigonum qui poſt Demetrium iuniorem tutor Philippo relictus pupilli matre ſibi matrimonio deuincta, xv. annos tenuit Macedoniæ regnum, uno tempore ad bellum concitabant, Acarnanũ urbes cum Alexandro, Achæorũ uero cum Antigono diuiſuri. Primi belli motus à Cleomene extiterunt, qui quũ Tegeam, Mantineã, & Orchomenũ fraude occupaſſet, ex miti & legitimo principatu, tyrannidem exercere adortus, in Megalopolitanorũ finibus fundauit oppidũ quod Athenienſe eſt poſtea appellatum. Ea iniuria Megalopolitanos coëgit Achæorũ opes implorare, Achæi & ipſi, ſuarũ uiriũ non ignari, Antigonũ in ſocietatẽ belli traxerunt. Semel atq; iterũ interea Achæi cũ Cleomene congreſſi, iuxta Lycæum primo, mox ad Laodiceam, non longe à Megalopoli, cæduntur. Tertio prope Dymeam ad Hecatombeum (id nomen loco fuit) fuſi ſunt acie, atq; fuga disiecti. Tot uictorijs Cleomenes ſubnixus, Caphias, Pellenem, Pheneũ, Argos, Phliuntem, Cleonas, Epidaurũ, Hermionen, Trœzenẽ, poſtremo Corinthũ Achaico nomini ademit. Aratus quia Corinthij, Achæorũ præſidio eiecto, Cleomeni urbẽ tradiderant hãc occaſionẽ nactus, Acrocorinthũ eorũ arcẽ, quod prius ne Achęorũ animos offenderet, haud facere fuerat auſus, Antigono reſtituit, quæ res multo propenſiorẽ Antigonũ reddidit ad res Achæorũ auxilio tuendas. Cleomenes quũ haud procul Sycione caſtra haberet, audita Antigoni alienatione, ad Iſthmũ caſtra tranſtulit, locumq; inter Acrocorinthũ & Onios montes foſſa & uallo cõmuniuit, ratus fore, ut Antigono ab Iſthmi ingreſſu ꝓhibito, ipſe haud multo põſt totius Peloponneſi imperio potiretur. Antigonus per Eubœam, Ætolis Thermopylarũ tranſitũ inhibentibus, ad Iſthmũ uenit. Ibi Cleomenes uenienti occurrit, caſtra exaduerſo metatꝰ. Sed dũ ambo circa Iſthmũ ſedent, Achæi Argos recipiũt, q̃ res nõ mediocriter fregit Cleomenis conatus, ueriti ne dũ à fronte ualidiſſimũ hoſtẽ ſuſtineret, captis Argis à tergo intercluderetur. Igitur fugienti ſimilis ex Iſthmo ꝓfectus, Argos ſubita oppugnatiõe tẽtauit, Argiuiſq; fortiter reſiſtentibus, copias in Laconiã reduxit. Antigonꝰ Pelopõneſum ingreſſus Acrocorinthũ primo, inde & Argos recepit. Cæterũ aliquãto prius q̃ hæc in Achaia geſta ſunt, Alex. rex Epiri, q Acarnanibus, Ætolorũ impulſu, bellũ intulerat, pluribus eius gẽtis urbibus potitus, uita deceſſit. Fuit huic uxor & ſoror Olympias Pyrrhi Epirotarũ regis filia, enixaq; ex eo erat uirilis ſtirpis Pyrrhũ & Ptolemæũ, alterius ſexus Pthyam, quã Demetrius iunior ſibi matrimonio iunxit, eaq; affinitate grauis eſt offenſa Demetrio cõtracta apud Antiochũ regẽ Syrię, q ſororis impulſu Demetriũ bello petijt. Fuerat hæc multo priꝰ illi matrimonio locata q̃ iniquo aĩo ferẽs Pthyã ſibi ſuperductã, eã iniuriã apud fratrẽ muliebriter queſta, nõ ſolũ à uiro alienauit, ſed hoſtem etiã reddidit infeſtiſſimũ. Nouæ affinitatis cauſa Olympias à Demetrio adiuta, nõ ſolũ Epiri regnũ defendit qđ tutricis noĩe filijs adhuc pueris adminiſtrabat, ſed Acarnanię etiã partẽ quã Alexander belli portionẽ acceperat, ab Ætolorũ iniuria tuebatur. Perijt nec multo poſt Demetrius, q̃ accidit, ut Olympias & Acarnanes Macedonũ auxilio deſtituti, ad Romanos miſerint, auxiliũ aduerſus Ætolorum iniuriam implorantes, nec multo poſt ex urbe legati ſunt in Græciam

Achæorum incrementa

Vincuntur Achæi.

Cleomenis conatus.

Demetrij iunioris & Antiochi ſimultas.

A ciam miſſi, q Ætolis denunciarẽt, ut ex Acarnaniæ urbibus p̃ſidia deducerent, ſinerẽtq; eã gẽtem liberã eſſe, quæ una ex omnibꝰ Græcis aduerſus Ilienſes, autores ſui generis, olim ad Troiam nõ militaſſet. Sup̄be admodũ Ætoli eam legationem audiuere, reſponderuntq; oportere Romanos priꝰ portas ſuæ urbis aperire, quas punici belli metu clauſiſſent, quã ſuũ in Græciã imperiũ trãſferre cogitarẽt. Simul illud, qui ex alienis urbibꝰ p̃ſidia deducere conarentur, propriam urbem aduerſꝰ Gallos tueri nõ potuiſſe, neq; captã recipere, niſi auro redemiſſent, quã gentẽ longe maiore manu Græciæ fines ingreſſam, nullis externis uiribus Græci adiuti occidione occidiſſent, ſede tantũ eorũ cadaueribꝰ cõceſſa. Cõtra Romanis domeſtica clade attonitis totã Italiã illorũ armis occupatã. Pellendos igitur prius Gallos Italiæ finibus, quã alienarũ urbiũ tutelam ſuſciperẽt. Qui p̃terea hoĩes Romani eſſent, paſtores quidẽ qui ſolũ iuſtis dñis latrocinio adẽptũ teneãt, uxores rapuerint, qñ ob generis obſcuritatẽ à finitimis cõnubia nõ impetrarẽt, quorũ urbs pene prius ſit parricidio fœdata, quã ędificari cœpiſſet, Ætolos ſemꝑ Græciæ principes fuiſſe, nec tantũ dignitate ſed uirtute cæteros eius terræ populos præſtare, qui nõ ſolũ Philippũ regẽ ſed Alexãdrũ, quẽ totꝰ orbis formidabat, cõtẽpſiſſent. Monere igit̃ Romanos, ut præſenti fortuna contenti eſſent, nec in ſe arma ſollicitarent, quæ Gallis pernicioſa fuiſſent, Macedonibꝰ formidoloſa. Legatione cum his dimiſſa, ne fortius loqui quã facere uiderẽtur, Epirotarũ fines tumultuoſe ingreſſi, ſubita populatiõe uaſtant. Habuerunt ſedes Acarnanes inter Acheloũ, q in Ambraciũ ſinum elabitur, ab Eueno Antiriũ uſq;, Corinthiaco tenus Iſthmo erant Ætoli. Inde dextero littore Achæi circa Corinthiacum ſinum. Tradiderat iam regnũ filijs Olympias, cuius ſupra mentio facta eſt, quũ Ætoli ſunt Epirum adorti, & iam Pyrrho maiore natu defuncto Ptolemæus ductabat exercitum. Is cum in Ætolos infeſtum agmen ageret, ita accidit, ut & ipſe graui morbo correptus, paucis diebus defunctus ſit uita. Nec Olympias diu ſup̄uixit. Supererãt ex regia ſtirpe Nereis & Laodamia ex Olympiade & Alexãdro genitæ. Quarũ Nereis Geloni Hieronis Syracuſani filio nupſit. Altera quũ ad arã Dia-

Romanorũ legatio ad Aetolos

Superbum Aetolorum reſponſum.

Aeacidarũ gẽtis exitus

B næ cõfugiſſet, incurſu populi, interfecta eſt. Laodamiæ cædẽ tota gẽs fame poſtea & inteſtina diſcordia luiſſe dicitur. Milo qui eã interemit ſubito furore captus, nunc ferro, nunc lapidibus in ſemetipſum ſæuiens XII. parricidij die extinctus eſt. Et hæc in Æacidarũ ſtirpe uenerũt, aliquãto quã Antigonꝰ eſſet ab Achæis in Peloponneſum accerſitꝰ, q Acrocorintho & Argis receptis, profectus Arcadiã uerſus, ex munitionibus à Cleomene inſtructis hoſtile p̃ſidiũ deiecit. Mox Ægij, frequenti Achæorũ conuentu, dux omniũ ſociorũ creatꝰ eſt. Nec hyems adhuc exierat, quũ Tegeã petijt, ſuꝑ Macedonicũ exercitum, ſociorum etiã appendicibus fretus. Tegea metu dedita, Antigonus Laconicam terrã ingreditur. Hic aliquot leuibus prælijs cũ Cleomene ꝑ alteriꝰ partis occaſionẽ geſtis, in Orchomenũ iter deflexit, unde auxilia Cleomeni miſſa audierat, urbeq; nullo maiore negocio potitus, Mantiniã oppugnatione adorit̃: hac quoq; ui capta, Ercam & Thelphuſam recepit. Secutæ inde tam fœdę tempeſtates, ut coacti ſint Macędones iterum in hyberna cõcedere. Vnde Antigonus cũ expeditoꝝ manu ad Ægiũ ꝓfectus, ut in publico Achæorũ cõuẽtu de ſumma belli cõſultaret. Cleomenes hoſtis abſentiã nactus, Megalopolim proditiõe captã diruit. Tenuerũt reliquũ hyemis uelut bellorũ feriæ. Sub initiũ ueris, quũ Antigonus Argis eſſet, & cũ eo exigua mercenarioꝝ manus (nã Macedones ꝓcul inde hyemauerãt) Cleomenes cũ ſuo exercitu in Argiuũ agrũ tumultuoſe irrupit, futurum exiſtimans, ut fatigatus Argiuorum querelis Antigonꝰ, ad arcendã iniuriã in certamen exiret, quo ob copiarũ abſentiã haud par eſſet ſibi futurꝰ, aut ſi intra mœnia ſe teneret, Argiuo agro impune uaſtato, ſuorũ animi eo ſucceſſu ad res gerẽdas audaciores fierẽt. Nec Lacon ſua eſt ſpe deceptꝰ. Antigonꝰ abſente exercitu prudentiſſimi ducis uſus conſilio, q uanos rumores publicę ſaluti nũquã anteponit, q̃diu Cleomenes in proximo fuit, ſeſe Argis tenuit. Mox recepto ex Macedonia, ubi hyemarat, exercitu, cũ mercenarijs & auxiliaribus copijs, Laconũ fines iterum inuiſurus, caſtra mouit. Aderãt Antigono octo & XX. peditũ milia, eq̃tes mille & CC. Cleomenes hoſtium aduẽtu per exploratores cognito, omnes regiõis aditus, ſuffoſſis cęſiſq; arboribꝰ circũquaq; obſtruere eſt conatus. Ipſe cũ XX milibus armatorũ ad Sellaſiæ fauces cõſedit, uelut cõpertũ haberet, ita fore, ut ꝑ ea loca Laconiã eſſet hoſtis inuaſurus. Duo colles erãt, quoꝝ unũ incolæ Euã, Olympũ alteꝝ nominabãt. Via inter hos media, quæ per ripã præterlabẽtis

Antigoni expeditio

Antigoni conſilium

Sellaſiæ fauces.

fluuij

fluuij Spartam ducebat. Cleomenes faucibus utrinq; inſeſſis,in Eua gregarium militem & ſo C
cios collocat,quibus ducē Euclidem fratrē conſtituit , ipſe cum Lacedæmonijs & ſtipendiarijs
Olympum inſedit. Vtranq; ripam fluminis equitibus & ſtipendiariorū parte firmat. Antigo-
nus ad hoſtē progreſſus Cleomenis in diſponendo exercitu diligentiā & induſtriam conſpi-
Gorgylus amnis.
catus,prælio abſtinuit, caſtris haud procul inde circa Gorgylū amnē locatis. Plures deinceps
dies per irritos conatus abſumpti. Poſtremo ambo duces rē totā prelio decernere conſtituunt,
uirtute,prudentiā,felicitate inter ſe pares. Antigonus Macedones ſcutatos & Illyrios quibus
Demetrius Pharius preerat, ijs qui Euā inſederāt oppoſuit,cohortibus alternatim diſpoſitis.
Poſt hos Cretēſes,Acarnanes,& Achæos ſtare iubet. In hoc cornu Alexander Admeti filius
& Demetrius iuſſi ſunt curare. Ipſe cū mercenarijs & Macedonū phalāge aduerſus Olympū
Prælium.
ſtetit. Accepto itaq; ſigno uix Illyrij & ſcutati Macedonū in aduerſos equites impetū dederāt,
quū Spartanorū ſtipendiarij circa ripā locati, Achæorū cohortes nudas poſtremo loco cōſpica
ti,per montis latera decurrentes in ſummū diſcrimen hoſtē adduxiſſent, à fronte & à tergo in
Philopemenis indoles.
curſantes,niſi Philopemenes Megalopolitanus adhuc admodū adoleſcens prudentia ſupra
ætatē ſingulari,ſe & ſuos ab hoſte circūueniri cōſpicatus,ad equites,qui proxime ſtabant,con-
uerſus ut ſe ſequerentur,ſi uictoriā partā uellent,inclamaſſet. Atq; una in hoſtilē equitatū in-
uectus Laconū ſtipendiarios,ut equitibus auxilio adeſſent,propoſito auertit:quo contigit, ut
eo ſucceſſu Antigonianæ cohortes elatæ aduerſum collē,qui ab Euclide inſidebatur,ſcandere
occœperint,in quo Spartiatarū nō paruus eſt error animaduerſus, qui quū per mōtis decliuia
occurſare hoſtibus potuiſſent,facileq; in præceps deturbare,ut ueſtigio adhuc titubantes,ue-
lut maiorē ſtragem edituti,quieto ſtatu paſſi ſunt eos in ſummū iugum euadere. Ibi Macedo-
nes & Illyrij planitiem adepti hoſtem ferociter urgent, locoq; ſummotū,modico negocio fun
dunt,fuſumq; cū multa cæde & ſtrage,per ſupinū collem præcipitem agunt. Acre interim cer-
tamen erat inter equites,in quo præcipua Philopemenis enituit opera,qui traiecto equo, quū
pedeſtre cieret præliū,ad extremū utroq; crure ſagitta tranſfixo, fortiter adhuc dimicans occu- D
Cædes.
buit. In Olympo duo reges iamdudū magno conflictu congreſſi, cruentā inter ſe pugnā ede-
bāt,eratq; interim mars utrinq; anceps. Sed Cleomenes audita ſuorū fuga ex Eua,cerneretq;
equeſtre certamē ſibi parū ex ſententia procedere, cū Laconica phalange per hoſtes erumpere
conatus eſt,ibi Macedonū ui afflictus, diſiectis ac paſſim ſtratis Lacedæmonijs , cū equitibus
q̄paucisſimis Spartā contendit. Incredibile eſt relatu, q̄ conſtanter Spartiatæ eā cladē tuliſſe di
Lacedæmoniorum cædes.
cantur,quū nemo in acie propriæ ſaluti peperciſſet,nō amiſſum coniugē matronæ fleuerunt,
Gratulatio in cæſos.
filiorū mortē laudarūt ſenes,filiæ cæſis parentibus preſentē uicē gratificati,ſuā dolere q nō ſibi
quoq; pro ſalute patriæ mori contigiſſet,publicā non priuatā fortunā lamentari. Superuenit
his querelis Cleomenes ſuo hoſtiumq; cruore fœdatus,qui urbē ingreſſus nō humi ſedit, nō
potū ſibi afferri iuſſit,non cibū quo hauſtū labore corpus reficeret,ſed ut erat armis ſeptus ſtās
parieti accliuis,ubi quatuor milia tantū prælio ſuperfuiſſe uidit, hortatus ciues,ut ſe ad melio-
ra reipublicæ tempora ſeruarent,cū coniuge & liberis ad Ptolemæū Euergetē,cuius in bello ſo
cietate uſus erat,in Ægyptū nauigauit. Quod autē ad regū ſocietatē attinet,paucis diebus,qui-
Cleomenis in Aegyptū fuga.
bus eſt ad Sellaſiā dimicatū, Ptolemæus(ut Philarchus in hiſtoria ſcripſit)ad Cleomenem mi
ſerat,qui conſueta Spartanis auxilia denegarent, quæ cauſa Cleomeni fuit prælij maturandi,
ne ſui regia ſocietate deſtituti, à preſentis belli ſtudio auerterentur. Poſt Euergetis interitū, Cle
omenes Philopatoris Ptolemæi fraude circūuentus,ut ſuo poſtea loco dicā,ſibi manū intulit.
Antigonus Lacedæmone nullo maiore certamine potitus, præter ſpem omnium permiſit,ut
Spartani ſuis legibus uiuerent. Paucis inde diebus, quum Spartæ adhuc eſſet,ex Macedonia
affertur fines regni ab Illyrijs uaſtari,quo nuncio cōmotus, cum ſuis profectus per Arcadam
Argos eſt reuerſus,ubi tantiſper cōmoratus eſt, donec Nemeei ludi celebrarentur: inde citato
agmine in Macedoniā profectus,ſub primū acceſſum hoſtē acie congreſſum , magno prælio
Clamor exitialis.
ſuperauit,quo certamine tātis uſus eſt clamoribꝰ, ut ruptis uenis profluuio ſanguinis nō mul
Ptolemæus Philopator
to poſt ſit extinctꝰ, Regno,qđ plureis annos tutelari nomine obtinuerat, Philippo Demetrij
filio per manus tradito. Per id tēpus Ptolemeus Philopator ſublato patre in Ægypto regnare
cœpit,& Antiochus Seleuci filius in Syria,poſt Seleuci patris interitū,ut ſupra eſt memoratū,
dum

A dum ſeriem rerum longiuſcule ſequeremur. Nunc ad ſecundi belli punici primordia redeo, qđ Pœni Annibalis ductu po. Ro. intulerunt, atq; ob hoc ipſum quidam Annibalis bellũ appellare maluerunt. Fuit is Hamilcharis filius cognomento Barchæ, à quo & Barchina factio. Eo duce extremis primi punici belli temporibus Carthaginienſes in Sicilia uſi ſunt, idẽq; Aphricum bellum, quod illi continuo ſucceſſit, non minori uirtute, q̃ felicitate quinquẽnio, ut Liui⁹ ſcribit, ex ſuorũ ſententia cõpoſuit. Polybius quadriennio id bellũ profligatũ autor eſt. Poſtremo rebus Aphricæ cõpoſitis nouẽ annos punicum imperiũ in Hiſpania, incredibili ſucceſſu, auxit. Idẽ Polybius x. annos illũ in Iberia exercitibus pręfuiſſe memorat. Quo uita defuncto Haſtrubal ipſius gener octo deinceps annos, cum imperio, in eadẽ fuit ꝓuincia. Is quoq; Carthaginienſiũ opes, ut loco nõ multũ diuerſo eſt à nobis demonſtratũ, belli & pacis artibus magnopere auxit. Ab hoc Annibal, q̃ nouẽ annorũ, ut Polybius ſcribit, patrẽ fuit in Hiſpaniã comitatus, incertũ qñ inde domũ reuerſus, quũ iam adoleſcere cœpiſſet, accerſitus, Hannone diuerſæ factionis principe fruſtra reclamante, atq; identidẽ admonente, illũ ſub legibus domi tenendum hoſtibus Barchinæ gẽtis principibus exaduerſo nitentibus, in caſtra eſt miſſus. Vbi adeo p̃clara militiæ rudimẽta depoſuit, ut nõ multo poſt non plus illi p̃ris memoria, aut Haſtrubalis autoritas, q̃ ꝓpria uirt⁹, ad fauorẽ & grãm apđ milites cõciliãdũ ualeret. Hic cõtigit, ut Haſtrubale extincto cõfeſtim p̃rogatiua militari imꝑator ſit ab exercitu ſalutatus. Polybi⁹ Haſtrubalẽ in lecto per inſidias occiſum ꝓdidit. Liui⁹ autor eſt ab ignobili Barbaro interfectũ, q domini ſui, quem Pœnus imperator necauerat, mortẽ ex ſentẽtia ultus, medijs cruciatib⁹ lætitia geſtiẽs expirauerit. Carthaginiẽſes militarẽ cõſenſum ſecuti, ut Annibal cũ imꝑio in prouincia eſſet publice decreuerũt: accepto itaq; imꝑio quũ annos ſex, & xx. natus eſſet, cæterum tanquã Italia ſibi ꝓuincia fuiſſet decreta, nihil cũctandũ ratus Saguntinos bello inuadere conſtituit, quorũ cauſa ſatis ſciebat Romanũ bellũ concitari, ſed ne tam cõſilio quã caſu ad id bellum tractus uideret, Olchadum fines (ſunt hi trans Iberum) cum exercitu ingreſſus, Cartheiã B urbẽ opulentã ex ea gente captã diripit. Scriptorũ quidam Cartheiam eã eſſe memorãt, quã ueteres Tarteſſum dixere. Alij Betim ipſum Tarteſſum olim nõiatum crediderũt. Finitimæ ciuitates, unius clade perculſæ, ultro imperiũ ſubiere, factæq; ſunt ex ſocijs ſtipendiariæ. Annibal benigne ſuis prædã partitus, Carthagini quæ in Hiſpania eſt, cum exercitu hybernauit. In Vacceos inde ſub uernũ tẽpus, mouit, Hermãdicaq; eius gentis urbe paucis diebus potitus. Arbacalẽ oppugnat. Hæc oppidanorum ui fortius defenſa aliquãdiu Pœnũ à præſenti uictoriæ curſu retardauit, poſtremo & ipſa ceſſit, unde Annibal digreſſus, quum onuſtũ pręda traheret exercitũ, in diſcrimen incidit maximum. Ex Hermãdica profugi cũ exulibus Olchadum & Carpentanis, quos ad bellũ concitauerant, exercitũ præda impeditũ circa Tagum amnẽ ex improuiſo adorti, ſubita ui turbant. Abſtinuit prælio Annibal, erat enim numero militũ multo hoſtibus inferior. Metatus itaq; citra amnẽ caſtra ſuos à pauore & conſternatione recepit, noctu in ulteriorẽ ripam uado agmen tranſmiſit. Habet Tagus ortum in Celtiberis, per Vectones & Carpentanos fluens, pari pene tractu à Beti & Ana fluminibus, mox Luſitaniã ſcindens, ad æquinoctialem occaſum Oceano infunditur prælato oſtio ſtadiorũq; uiginti latitudine. Oceani æſtu adeo circumiectos inundat cãpos, ut ad CL. ſtadia late pateat pelagi facies, nauigať ab oſtio introrſum aliquot milia paſſuum grandioribus nauigijs, mox fluuiaticis lẽbis. Amnis piſciũ feraciſſimus & oſtreorum abũdans. Pœnus traiecto flumine loco paululum ab alueo remoto inſtructũ tenuit agmen, ut ea intercapedo hoſtẽ ad traijciendũ inuitaret. Erant Carpentani cum Olchadum & Vacceorũ appendicibus ſupra centũ milia. Hi hoſtem metu ceſſiſſe rati, ſublato clamore, qua cuiq; proximũ fuit, in amnẽ ꝓcurrũt. Locauerat Annibal in ripa fluminis equites, qui temere fluuiũ ingreſſos ſubito occurſu exciperent, exceptos medijs aq̃s trucidarent. Multi igiť ferro, alij equorũ impulſu in medios gurgites reſupinati, uorticoſo amne perierũt. Siqui aduerſam ripã pertinaci conatu, aut ui fluminis acti tenuerũt, ab elephãtis, qui aduerſa ripa ad hoc ipſum ſtabãt, fœde obtriti ſunt. Pœnus hac prælij parte defunct⁹, cæterã multitudinẽ ſua ſponte turbatam prius q̃ animum ab ea trepidatione reciperet, toto agmine adortus, cum multa cæde diſiecit. Agrum inde Carpentanum populatus omnẽ gentem ad deditionẽ compulit. Secundum eã uictoriã omnes trans Iberum gentes, præter Sagũ

L tinos

Hamilchar

Annibal accerſitur ĩ caſtra.

Haſtrubalis cædes

Annibal imperator declaratur

Olchades Cartheia.

Annibal ſucceſſus

Tagus flu.

Annibalis ſtratagema.

tinos,punicis armis ceſſere.Hi quũ cernerent quantum ſibi periculi ab Annibale inſtaret,per C
quẽ accidiſſe cũ finitimis belli cauſæ ferebantur,Romã legatos mittũt,qui auxiliũ ad bellũ, qđ
Saguntinorum legati. haud dubie impẽdebat,à ſenatu & populo implorarẽt.Erat in eo fœdere, quod Romani no
uiſſime cũ Haſtrubale in Hiſpania percuſſerãt,diſerte cautũ Saguntinis, ut ab ijs Pœni uelut
à ſocijs Romani populi abſtinerent. Zacynthij mixtis quibuſdã ex Italia Rutulorũ generis,
Saguntũ cõdidere, ultra Iberũ mille ferme paſſus à mari, creuit ciuitas ipſa breui terreſtribus
maritimiſq́ opibus,atq; in tantũ eſt aucta,ut omnes ultra Iberũ populos celebritate nominis,
& opulentia anteiret.Eorũ legatos Romã miſſos ubi ſenatus audiuit,confeſtim legatio in Hi-
ſpaniã & Aphricã decreta eſt,ut Pœni à ſocijs populi Romani abſtinerent. Cæterũ prius q̃ ij
qui mittebãtur,ex urbe profecti eſſent, oĩm opinione celerius affertur Saguntũ ab Annibale
oppugnari.Tũ certatũ ſententijs eſt in curia.Erant qui dicerent cõfeſtim exercitũ in Hiſpaniã
mittendũ,alij nõ Hiſpaniã ſolũ,ſed & Aphricã prouinciã cõſulibus diſcernebãt.,Placuit tamẽ
Annibal Saguntum oppugnat. nihil temere fieri,miſſiq́; P. Valerius Flaccus & Q. Fuluius Pamphilus Saguntũ ad Anniba-
lẽ,qui ſi bello nõ abſtineret Carthaginẽ irent,ad eũ,in rupti fœderis pœnã depoſcendũ. Etiã
Pœnus plures dies Saguntũ oppugnarat,multiq́; & uarij fuerãt utrinq; conatus. Oppidani,
etſi plures turres,& quicquid has inter murorũ cõtinebatur,hoſtes bellicis operibus diruerãt,
ualide tamẽ urbẽ ad id tẽpus defenderãt,machiniſq́; magna ex parte corruptis, Pœnũ à mœ-
nibus ſubita eruptiõe in caſtra cõpulerant.Affuerunt interim ex Roma legati, ad hos nuper
appulſos miſit Annibal,qui diceret, nec ſe graui bello occupatũ legatos audire poſſe, nec illis
eſſe tutũ inter tot efferatas gentes diutius uerſari. Et quia apparebat Romanos nõ admiſſos
cõtinuo Carthaginẽ ituros,nũcios cũ literis præmiſit ad principes Barchianę factionis,ne qđ
Hanno pro Romanis gratificari poſſet. Polybius priuſq́; Sagũtus obſideri cœpiſſet ad Anni
balẽ legatos ueniſſe ſcribit,quũ Carthagini Pœnus hybernaret, auditiſq́; illorũ poſtulatis,ut
Saguntinorũ amicũ reſpõdiſſe,ulturũ ſe affirmantẽ ꝙ Saguntinorũ principes quidã, orta in-
ter ciues ſeditione,Romanorũ iuſſu interfecti eſſent.Cæterũ ſiue legati auditi ſunt,ſiue,ut Li D
Hannonis ſententia. uius ait,excluſi,ubi Carthaginẽ uentũ eſt magnus in curia motus extitit. Fremere Hanno te-
ſtatus prædicare ſe ab initio non deſtitiſſe,fore,ut Hamilcharis ſtirpe incolumi, nunq́; Pœni
ſtabilem cũ Romanis eſſent pacẽ habituri,ac pro ijs,quæ in præſentia poſtularentur, tris de-
cernebat legationes,Romã unã,quæ patribus ſatiſfaceret, Alterã quæ Annibalem à Sagunti
oppugnatione abſtractũ Romanis dederet.Reliquã ut res ablatæ Saguntinis redderẽtur.Hęc
Barchiana factio præualet in ſenatu. ille:Sed multo plus Barchiana ualuit factio.Reſponſum eſt legatis bellum à Saguntinis or-
tum,nec Romanos recte facere,ſi Saguntinos uetuſtiſſimæ Carthaginienſium amicitiæ præ-
ferant.Atq; cũ his legati ſunt Romã dimiſſi.Sed dũ legati eunt redeuntq́;, Annibal parte ur-
bis capta Saguntinos in apertũ diſcrimẽ compulit.Octo menſibus obſidio tenuit,nullaq́; in-
terim,præterq́; ad extremũ, pacis mẽtio hinc aut inde mota eſt.Tantũ ſeruãdæ fidei fuit in Sa
Conditiões Saguntinis propoſitæ. guntinis ſtudiũ.Alorchus Hiſpanus, qui publice Saguntinorũ hoſpes fuerat, ab Annibale
huiuſmodi conditiones attulit,ut urbẽ hoſtibus Saguntini relinquerẽt.Omne aurũ & argen
tũ publicũ & priuatũ uictori traderent.Ipſi cũ liberis & uxoribus,& eũ binis ueſtimentis ex ur-
be egreſſi nouã urbẽ,ubi ad ædificandũ uictor Pœnus locũ dediſſet,ſibi conderent. Has Sa-
guntinis leges quũ Alconi prius ex urbe miſſo propoſuiſſet Annibal, ratus ille ut erat popula
res ſuos,nõ modo nõ eas conditiones accepturos,ſed exitio etiã futurũ huic,qui talia in conci-
onẽ attuliſſet,ex legato factus erat tranſfuga,ne uitæ periculũ adiret,liberius Alorchus,ut ho
ſpes,locutus,eſtq́; Saduntinos ad eã pacẽ,ſi non æquam at neceſſariã,uehementer hortatus.
Cæterũ tantũ abfuit,ut hortando & monẽdo quicq́; profecerit, ut cõfeſtim nobiliſſimi quiq;
curia egreſſi,priuſq́; reſpõſum ullũ dari potuiſſet,omne aurũ & argentũ ex publico & priuato
in forũ contulerint,eoq́; in ignẽ,ad id repente excitatũ,deiecto, in candẽ ipſi flammã ſe conie-
cerint.Pauor ingẽs & trepidatio ex ea re orta,ciuitatẽ p̃ſenti atrocitate attonitã, ab oĩmi immi
nẽtis periculi ſenſu auertit.Nec Annibal in tãta occaſione defedit, ſed copijs ꝓpius admotis p̃
ipſas murorũ ruinas in urbẽ irrupit,dato militibꝰ ſigno,ut puberes ad unũ interficerent, mul
Sagunti excidium. ti ubi hoſtẽ admiſſũ uiderũt,ſe & filios,incẽſa domo, cõcremarũt.Alij armati nõ niſi cũ morte
p̃liũ finiuere.Cætera multitudo capta ſub corona uęnijt.Et Sagũtini tã infelicit̃ ſocialẽ ſunt ſi
dem

A dem ad extremum uitæ tutati. Mirabitur itaq; oīs poſteritas, præclarum unius populi facin⁹,
Nec Romani erga tantam fidem poſtea ingrati extiterunt. Sagūti excidium, haud multo poſt
quàm ex Aphrica legati redierunt eſt Romæ auditum, q̃ res ciuitatē ingenti mœrore & triſti/
tia affecit, dolere ſimul puderecq; nullum fideliſſimæ ciuitati auxilium miſſum. Erant tum Ro
mæ conſules, P. Cornelius Scipio & T. Sēpronius, qui confeſtim iuſſi inter ſe ſortiri prouinci/ Conſules
as, Cornelius Hiſpaniam eſt adeptus, Sempronius Aphricam cum Sicilia. Sex in eum annū
legiones decretæ, & ex ſocijs quantū ipſis uiſum eſſet: conſulibus naues lōgæ CLX. celoces. XII,
cum hac claſſe quatuorcq; & XX. milibus peditum, duobus equitum & quadringētis Sempro
nius in Aphricā traijcere eſt iuſſus, ſi alter conſul ſatis eſſet ad Italiam tuendam. Inde & pręto
ribus ſuæ prouinciæ cū exercitibus decretę. L. Æmylius eodē anno in Illyricū eſt miſſus aduer
ſus Demetriū Phariū, q Romani beneficij oblitus urbes aut ſocias aut deditas hoſtiliter uexa/
bat. Is Dimala capta quo hoſtis præcipuū cōtulerat belli apparatum, omne fere Illyricum no
men, paucis dieb⁹, in fidē Romanorū retraxit. Demetrius Pharū tenebat cū ualido p̄ſidio. Æ/
mylius quia aperta ui locus natura munitiſſim⁹ capi nō poterat, noctu in inſulam, partē unā
exercitus occulte expoſuit, ſuntcq; hi in dēſa ſylua inſidijs ſedere iuſſi, donec ad cōſurgendū ſi/
gnū daret. Ipſe orta luce, cū XX. nauib⁹ portū occupat. Inſulani cōtēpta nauiū paucitate, ut Ro
manū portu arcerent, cateruatim ad mare decurrūt. Tū ibi pugna inita, breui oīs urbana mul
titudo eo certādi ſtudio cōfluxit, q in inſidijs erāt, p inuia loca occulte inſinuati, collē inter por/
tū & urbē mediū cū clamore occupant. Pharenſes ſubito tumultu reuocati, multa cōſternatio/
ne urbē repetunt, metucq; præcipitantiū Romani nauibus egreſſi, terga cædunt: atq; ita Illyrij
ſunt in medio cæſi. Demetri⁹ fuga dilapſus, quū in hos caſus paratos lēbos diuerſa parte inſu/
læ haberet, ad Philippū Macedoniæ regē extorris abijt, qui certo īteriecto tp̄e, ex Philippi hor Demetrij interitus
tatu. Meſſenē occupare aggreſſus temere hoſtiū muros ſubiens, ignobiliter ictus concidit. Æ/
mylius Pharum captā, ne hoſtibus receptaculum aliquando eſſe poſſet, diruit, rebuſcq; ſuo ar
B bitrio in prouincia compoſitis. ſub initium autumni uictorē exercitū in Italiam deportauit, cla
rūq; de hoſtibus egit triumphum. Hānibal Sagunto potitus, quum ex omni præda, multam
ueſtem, aliacq; precioſa munera Carrhaginē ſuis dono miſiſſet, in hyberna cōceſſur⁹, omnib⁹
Hiſpanis q ſub ſignis militabāt poteſtatē fecit domū abeūdi, ut deſideria per ociū inuiſerēt, ſi/
bicq; ut ad prima ueris ſigna adſint edicit, fore dictitās, ut dijs bene iuuātibus in aliam terram
ſecū bellū trāsferrēt. Ipſe Gadis trāſgreſſus Herculi uota ſoluit, nouis ſe obligauit. Romani & ſi
magnope in ornādo bello erant intēti, ut tamē omnia rite fierent, priuſq̄ arma mouerent, iteꝝ
Carthaginē mittūt, qui à Carthaginiēſibus ſciſcitarent, an publico cōſilio Hannibal Sagun/
tum expugnaſſet, atq; ſi id factū tuerent quod facturi uidebant, bellū Carthaginienſi populo
indicerēt. Miſſi ſunt uiri magno natu, Q. Fabi⁹, M. Liui⁹, L. Æmyli⁹, C. Licini⁹, & Q. Bebius. Legati ſecūdo Carthagi. miſſi.
Hic Fabi⁹ quū nihil ultra q̄ mādatū erat ſciſcitatus eſſet, tum Carthaginienſiū un⁹ Romanos
cauillo inſectat⁹, ꝙ duplici legatiōe duo inter ſe diuerſa ambitioſe poſtulaſſent, eo decurrit ut
diceret, nō magis Carthaginiēſes ſtare oportuiſſe recēti fœdere, ꝙ Haſtrubal cū Romanis per
cuſſiſſet (eo eñ de Sagūto cautū erat) q̄ Romani cōditionib⁹ eius fœderis ſtetiſſent ꝙ Hamil/
char in Sicilia cū Luctatio ſanxerat, ī quo ipſi poſtea q̄dā mutari uoluiſſent. Sūma orōnis hęc
fuit, ut diceret, nō eē Romanorū q̄rere publico an priuato cōſilio Hānibal Sagūtū expugnaſ/
ſet, q̄n oībus ambagib⁹ de Sagūto & Ibero omiſſis, aliud poti⁹ cogitarēt, & ꝙ eorū anim⁹ diu
parturiſſet pareret aliq̄n. Tum Romanus toga in ſinū collecta, Hic, inquit, uobis pacē & bel/
lū porto. Vtrū libet ſumite. Ad eam uocē ferociter eſt reclamatū. Daret utrū uellet, Atq; quū Forma indicti belli
Fabi⁹ ſe bellū dare dixiſſet, id ſe accipere oēs reſpōderūt, & quibus acceptū eſſet animis eiſdē ſe
geſturos. Gelli⁹ autor eſt, ueterib⁹ quibuſdā Ro. rerū monumentis proditū, Q. Fabiū Roma
ni exercit⁹ impatorē, ad Carthaginiēſes literas dediſſe, quib⁹ ſignificauit caduceum, & haſtā
pacis & belli teſſeram Po. Ro. mittere, utrū acciperēt ſibi Pœni miſſum exiſtimarent. Ad quæ
ita illi reſponderint. Neutrū ſeſe eligere. Poſſe tñ qui attuliſſent, utrū mallent relinquere Quod
autē ipſi reliquiſſent id ſibi, p electo futurū. M. Varro neq; haſtā, neq; caduceū miſſum exiſti/
mat, ſed teſſerulas duas in quarū una caduceū inciſum fuerit, in altera haſtæ ſimulacrum, Cæ
terū quibuſcūq; ſignis, nam res uarie ad poſteros tradita eſt, bellum fuit indictum, id facere qđ

*Quoties Pœni fœdus cũ Ro. percuſſerint.*

Liui⁹ factũ ſcribit, magis ex dignitate fuit populi Romani, q̃ de fœdere diſceptare. Quinquies C
Romani fœdus ad id tempus cũ Pœnis percuſſerant. Primum L. Iunio Bruto & M. Valerio
conſulibus, ut Polybius ſcribit, eo anno quo Tarquinius regno excidit. Idem autor eſt primo
illo fœdere Romanorum nomine, Antiatibus, Ardeatibus, Aricinis, Circeijs Tarracinẽſibus,
& cæteris Latinis cautũ, & quicunq; Ro. imperio parerent. Miror Polybiũ addidiſſe his conſu
libus templũ Capitolini Iouis dedicatũ, quum ſatis conſtet poſt Bruti interitũ à Puluillo id
templum dedicatum, ſi Dionyſius, Liuius & Plutarchus uera prodiderunt. Alterum fœdus
ictum, quo eiſdem populis eſt à Romanis cautum. Pœni uero, Vticenſes & Tyrios nouos ſo/
cios ueteribus aſcripſerunt. Tertio loco ſub id tempus quo Pyrrhus in Italiam uenit. Mox in
Sicilia quartũ fœdus ictum ab Hamilchare & Luctatio. Poſtremũ in Hiſpania cũ Haſtrubale
quo cautum Saguntinis erat, ac in eo expreſſum, nequid rei circa Iberum Pœnis eſſet. Nec tũ
adiectũ, ut in fœdere Luctatij, ut ita demũ id fœdus teneret, ſi Senatus & Po. probaſſent. Qđ
Romani aliqua in Luctatij fœdere mutarint, quia ſcriptũ in eo fuit, ut ita demũ id teneret, ſi il/
lis uideretur, ea iure mutata nemo inficiabitur. Contra Pœni, quando nihil tale cautũ eſſet in
fœdere Haſtrubalis, publica fide incolumi id irritũ habere non pouerunt. Cauſa igitur ſecun
di belli punici Ro. fuit Saguntus contra fœdus à Pœnis exciſa, quod Fabius Pictor & alij ple/
riq; ſcripſere. Nec poſſum non mirari Polybium tam acerbè Fabium inſectantem, ꝙ Sagun/

*Quæ belli pũici ſecundi cauſa fuerit.*

ti expugnationẽ belli initiũ fuiſſe dixerit, nõ cauſam. Ego ut Siciliã celeri deſpetatiõe relictam,
& Sardiniã in ipſo Aphrici belli motu à Ro. interceptã, tributumq; acerbe nimis exactũ, rebel

*Initiũ belli quod.*

landi cauſam Pœnis fuiſſe arbitror, ita Romanis Saguntinorũ iniuriã ſuſcipiendi belli neceſſi
tatem impoſuiſſe. Nec enim principiũ illud belli dici debuit, ſi dum Saguntus oppugnaretur
Ro. arma quieuere, nec prius quicq; hoſtiliter ſit geſtũ, q̃ ꝙ poſt eius urbis excidiũ bellũ eſt ſo/
lenni modo indictũ. Romanorũ legati ex Aphrica in Hiſpaniã, quod facere à ſenatu iuſſi fue/
rant, traiecere, partim ad præparanda ciuitatũ ſtudia, partim ad ea quæ parata eſſent, in ueteri
amicitia retinenda. A Bargulijs primo benigne accepti, hos illi ut pleroſq; alios trans Iberum D
in nouarũ rerũ ſtudiũ erexere. In Voltianis inde exprobrato illis Sagunti excidio ita dimiſſi

*Prouinciarum ordinatio.*

ſunt, ut neq; in Hiſpania amplius, neq; in Gallia prius q̃ Maſſiliã ſit uentũ, benignũ ullum re/
ſponſum tulerint. Hannibal ubi ea quæ Carthagini facta erant audiuit, futuri belli molẽ ſecũ
reputans, cuius nõ tantũ dux ſed cõcitator etiã fuiſſet & autor, ad prima ueris ſigna nihil cun/
ctandũ rat⁹, ne quis caſus ſe in Hiſpania remoretur, Aphrica Hiſpanico præſidio firmata, Ha
ſtrubalẽ fratrẽ ſuũ uirũ impigrũ Iberiæ prefecit, ut eã cũ XI. milibus Aphrorũ, octingẽtis quin
quaginta Liguribꝰ, & Libophœnicũ Maurorumq; equitatu tueretur, ac ſuper hos Hiſpani ge
neris quidã, necnon elephanti. XIIII. ſunt additi. Naues quinquaginta ad maritimã orã tuen/
dã. Sicq; uelut mutuis pignoribus Hiſpania & Aphrica utraq; alterius præſidio firmatis, ipſe
cũ centũ & amplius milibus hominũ (& in his. XII. equitũ milia) noua Carthagine profectus,

*Iberi ortus.*

maritimo itinere ad Iberũ contendit. Oritur Iberus in Cantabris ad radices Pyreneorũ mon
tiũ. Labitur primo per campos, & aperta loca æquis ſpatijs ab Lubeda & Pyreneo mõtibus re

*Hannibalis inſomnium*

motus, ad CCCC L. milia paſſuũ à fonte digreſſus, mari, quod ab ipſo Ibericũ uocant, uno oſtio
infunditur: Græci uniuerſam Hiſpaniã ab eo Iberiã dicunt. Hic Hannibal per quietẽ ſibi cer/
nere uiſus eſt diuina ſpecie iuuenẽ, qui diceret ſe à Ioue miſſum, ut ipſum in Italiã perduceret,
ſequeretur proinde ſe ducẽ, nec uſq; flecteret oculos. Cęterũ ut mortaliũ cura eſt ſemper in ue
titũ prona, ſollicitus Hannibal quid eſſet, quod poſt ſe reſpicere fuiſſet prohibitus, quũ tẽpera
re nequiuiſſet oculis, uidiſſe ſe eximia magnitudine ſerpentẽ, cũ magna arborũ & uirgultorum
ſtrage eueſtigio ſequi. Tũ ibi perturbatũ animo percunctatũq;, quid prodigij id eſſet ex genio
illo cognouiſſe eã Italiæ eſſe uaſtitatem. Pergeret porro ire, patereturq; fata in occulto eſſe. Et
Hãnibali talis in quiete eſt ſpecies oblata, nihil præter Italiæ excidiũ cogitãti, qđ ſępe fit, ut diur
ni ſermonis cogitatiõiſq; ſimiles quieſcẽtibꝰ rep̃ſentẽtur ſpecies, niſi præſtigiæ fuerũt illę dęmo
nũ, innumerabiliũ animarũ ſaginã appetentiũ. Polybius id prodigiũ pro mẽdacio reijcit, uelut
nulli unq; hoim talia in inſomnijs obuerſentur, quo nihil eſt magis naturale. Hannibal præ/
miſſis qui Gallorũ aĩos donis cõciliarent, ipſe copijs Ibero traiectis, Ilergetes, Bargũtos, & Au/
ſetanos, & Aquitaniæ partẽ Pyreneo propinquã armis ſubegit. Cui oræ Hannonẽ cũ X. mili/
bus

A bus peditũ, & mille equitib9 præfecit, ut anguſtiæ quæ Hiſpaniã Galliæ iungũt, in Pœnorum poteſtate eſſent. Totidẽ inde Hiſpani generis quos lõginqua grauari militia ſenſit domũ dimiſſis, ipſe cũ cætero exercitu Pyreneũ ſaltũ trãſgreſſus, ad Illibeꝛ caſtra fecit. Protẽdunt̃ Pyrenei iuga ab interno mari Gallico nõ Tyrrheno, ut Appianus ſcribit, in oceanũ uſq; à meridie ad ſeptentrionẽ extenſa. Ad ortũ Celtas quæ & Galli ſunt: ad occaſum Iberos habent & Celtiberos. A crebro fulminũ caſu Pyrenei nomẽ factũ, exiſtimãt qdã, alij qa fortuito olim incẽdio ipſa iuga deflagraſſent. Poetæ his locis Pyrenẽ indigenã puellã ab Hercule cõpreſſam meminerũt. Ex Illibero Pœnus ad Rhodanũ præter Ruſcinonẽ proceſſit. Varo unũ ex tribus maximis Europæ fluminibus Rhodanum arbitratus eſt. Polybius eũ tribus fontib9 oriri ſupra intimũ Adriatici maris receſſum, qui mox Lemano lacu except9, per aliena iura eodẽ impetu ſeruato, ſibi reſtitut9 aliquãdiu Gallias dirimit: curſu deinceps ad meridiẽ deflexo, inter Volcas & Cauares in Gallicũ mare internũ duobus oſtijs defluit, ut idẽ autor ſcribit in Sardoum pelagus, flumina ſecũ defert Ararim, Iſaram & Druentiã. Plinius in alpibus Rhodanũ habere ortũ arbitrat̃. Plutarchus nõ longe ab Iſtri & Rheni fontibus, qđ à Polybij opinione nihil eſt diuerſum. Memorabile illud de eo traditur, ſupermeare ipſum icorruptis aqs Lemanũ lacũ. Quod & Abdua faciat in Lario, in Verbano Ticin9, in Benaco Mincius & Ollius in Sebino. Nomẽ fluuio dedit Rhoda oppidũ in Narbonenſi Gallia à Rhodijs conditũ. Hãnibal huc ꝑgreſſus ubi ulteriorẽ ripã uidit à Gallis inſeſſam, ueritus ne diutius ibi ſedendo à Gallis circũueniret̃ prima noctis uigilia, Hannonẽ Bomilcaris filiũ cum parte copiaꝛ ad ducenta ſtadia per ripam aduerſi fluminis ire imperat, ac ſilentio ibi fluuiũ ſuperare. Dati ad id duces quæ uadũ monſtrarẽt. Hanno ubi ad locũ uenit, cæſa confeſtim materia, ratibuſq; ſubito contextis ſupra inſulã quia fluminis impet9 miteſcebat, copias traiecit, inde agmine per diẽ refecto priuſquã in hoſtẽ moueret, ſigno qđ inter duces cõuenerat, procul edito ſecũda fluminis ripa ꝓlio intẽtus ire ꝑgit. Stabat interim Hannibal in oẽm occaſionẽ erect9, cęterũ fumo ꝓcul cõſpecto, cõfeſtim ſuos quos ad hoc ipm iãdudũ paratos habuit, in ſcaphas & rates impoſitos,

B ſublato clamore in ulteriorẽ ripã emittit. Galli quæ ex aduerſo ſtabãt, ad hunc motũ cõciti cũ ululatu ſcuta (ut mos eſt gentis) ſupra caput quatientes, ex ſua ſtatione ad ripam decurrũt. Obtexerat fluminis faciem uis nautarũ, clamorq; & ſtrepitus impetũ fluminis perrumpere conãtium, præbuitq; ea res terribilẽ hoſtibus ſpeciẽ. Excipiunt tamẽ Galli intrepide hoſtẽ ripis applicatẽ, ortũq; erat utrinq; atrox ꝓliũ, quũ clamor à tergo ex improuiſo redditus eos perculit. Iã Hãno captis hoſtiũ caſtris, cũ fremitu ad flumen uehebat̃. Tũ Galli ancipiti metu ꝑculſi, haud magno negocio fundunt̃, alijſq; alio dilapſis, Pœnus copias ꝑ ocium traijcit, caſtraq; in ulteriore ſtatuit ripa. Elephãti quomodo traiecti ſint parum liquido traditur: quidã ratib9 traiectos credidere. Alij unũ aiunt à magiſtro de induſtria iritatum, atq; in fluuium præcipiti ira irruentem, reliquum agmen ſecũ traxiſſe, ita aquarũ impetu in altũ euectos, uadatim in aduerſam ripã ꝑtẽdiſſe. Sed dũ hæc circa Rhodanũ gerunt̃, Boij & Galli audito Hãnibalis acceſſu, & ꝙ iã Pyreneos montes cũ exercitu trãſcendiſſet, Inſubribus ad defectionẽ ſollicitatis, cõſternati arma capiũt, nõ tã uet9 odiũ ſecuti, quã ꝙ eodẽ anno Cremona & Placẽtia in ſuã terrã coloniæ à Romanis miſſæ fuerãt. Triũuiri quæ ad aſſignandũ agrũ Placẽtiã uenerãt, ei9 loci mœnib9 diffiſi Mutinã metu petiere. Dubiũ triũuiri fuerit illi, an legati quæ Boios expoſtulatũ miſſi ex urbe fuerant. Præter ius gẽtiũ quod ſatis cõſtat hoſtiliter oppugnati ſunt, atq; ex Mutina, publica fide interpoſita, ab hoſtiũ ducib9 ad colloquiũ uocatos uiolato iure gentiũ, Galli eos in uincula cõiecerũt. Mox Romanũ ꝓſidiũ qđ in urbe erat obſidiõe cingũt. L. Mãli9 quæ cũ exercitu in Gallia erat, audito ſuorũ ꝑiculo citato agmine Mutinã cõtendit. Eũ ꝓfundã ſyluã parũ caute ingreſſum Galli inſidijs excipiũt, exceptũ cũ multa cędę & trepidatiõe fugientiũ ꝑſequunt̃: agmẽ à tergo & à lateribus eſt cæſum, donec in aptos emerſit cãpos. Octingenti milites deſiderati, & aliquot ſigna militaria amiſſa. Manlius cũ exercitu ignominia affecto Gannetũ contendit. Eſt is uicus Pado ꝓpinquus, ubi Roman9 ab hoſte circunſeſſus eſt, atq; obſidione fatigat9 quoad C. Attilius ꝓtor cũ nouo exercitu affuit. Cęterũ dũ hęc circa Padũ gerũtur, P. Corneli9 cõſul Hetrurię orã cũ LX. nauib9 ꝓteruectus. Maſſiliã uenit, rat9 Hãnibalẽ nõdũ Pyreneos mõtes trãſgreſſum. Hic ubi exploratũ hũit pœnũ circa Rhodanũ eẽ, ignarus

Pyrenei mõtes

Rhodani curſus

Fluuij lacubus mixti Rhodanus.

Superatur à Pœnis Rhodanus.

Galli fundũtur.

Boiorũ defectio

L. Mãlius in inſidias præcipitatur

Exploratoria equitum ala.

ubi illi potiſſimũ occurreret, ccc. mittit equites cũ Maſſilienſiũ ducibꝰ, q ex ꝓximo hoſtiũ con/
ſilia exploraret, operæpreciũ ratus exercitũ maritima iactatiõe feſſum, quiete unius diei refice/
re. Forte ita accidit, ut Hãnibal audito Ro. cõſulis appulſu, quingẽtos Numidas, dũ elephãti
traijcerẽtur, ad hoſtiũ caſtra ſpeculatũ miſerit. Hi cũ ſpeculatoria Romanorũ ala fortuito oc/
curſu cõgreſſi, maius q̃ pro numero præliũ cõmiſere. Multa uulnera & par propemodũ cędes
utrinq; fuit. Poſtremo Numidæ metu pulſi uictoriã Romanis iã labore feſſis reliquerunt. Ex
uictoribꝰ ad clx. cecidere, Numidarũ amplius ducẽtis. Huius pugnæ euẽtus uelut omẽ fuit

Prima Ro. uictoria.

Romanis futuræ uictoriæ, quæ multo ipſorũ cruore eſſet quęrẽda. Hannibal qui in aĩo habe
bat nolle cũ Romanis manũ cõſerere, priuſq̃ in Italiã uentũ eſſet, ne qs caſus ſe ab inſtituto
curſu retardaret, q̃ diuerſiſſimꝰ ab hoſte porro ire cõſtituit, qđ ipſum ut libẽtius faceret, lega/
ti à Matalo Boiorũ rege obuiã illi ex Italia miſſi, hortatu & precibꝰ effecerũt. Ibi uero cũ niuo
ſa alpiũ iuga à ſuis formidari ſenſiſſet Pœnus, q̃ cœlo uerticibꝰ ſurrecta, immẽſa altitudine o/
culos fatigabãt, ꝓ cõcione eſt milites affatus, eorũq; metũ caſtigare, q uanã uulgi famã perhor

Hortatio Hannibalis ad milites.

reſcerẽt. Alpes ipſas paſſim habitari, ſæpiuſq; à magnis Gallorũ exercitibꝰ cũ liberis & uxori
bus atq; impeditiore agmine trãſcẽſas, nec credere ſe quicq̃ tã arduũ inueniri, qđ nõ facile ab
ijs poſſet ſuperari, q ab occaſu ſolis ꝑfecti tot flumina, tot ſaltus, tot ferociſſimas gẽtes ſua uir
tute domuiſſent. Iã Italiã nõ procul abeſſe, ubi felix militia, amplaq; præſentiũ laborũ p̃mia
militẽ manerẽt. Forti proinde aĩo eſſent, finẽq; inſtituti itineris ſibi campũ ꝓponerẽt, qui inter
Tyberim & urbẽ Romã iaceret, cũ quo nõ tantũ Roma ipſa, ſed tota etiã Italia eſſent uno tpe
potituri. Tali Pœnus hortatiõe uſus lęua Rhodani ripa pergit porro ire, nequa hoſtis priuſq̃

Rhodanus Lugdunum

in Italiã iretur, fieret ſibi obuius. Quartis deinceps caſtris ad Araris & Rhodani cõfluentẽ cõ
ſedit. Inſulæ loco nomẽ eſt, quẽ flumina in unũ decurrẽtia mediũ amplectũtur. Hoc terræ ſpa
tio Lugdunũ urbẽ procedẽte tẽpore Numacius Plancus cõdidit. Allobroges eã regionẽ tene
bant, gens inter Gallos opibus & fama ea tẽpeſtate inſignis. Ibi Pœnus inter regulos fratres
de regno ambigẽtes factus arbiter, quũ maiori natu ex optimatiũ ſententia regnũ reſtituiſſet,
cõmeatu & ueſtibꝰ cõtra alpina frigora benigne eſt ab eo adiutꝰ. Hinc per Tricaſtinos in Vo
contiorũ orã deflexit. Mox per Trigorios ad Druentiã uenit. Eſt is quoq; Alpinus amnis, cæ/

Druẽtia flu.

terũ eo tranſitu difficilior, q̃ quũ uim aquarũ uehat ingentẽ, nullis coercitus ripis, nauigari nõ
poſſit, in plures ſimul alueos diffuſus, neq; ſemper eiſdẽ fluens, globoſa uoluit ſaxa, & tũc for
te imbribus auctus, uiolentius ſolito fluebat, quæ res nõ mediocrẽ attulit uadãtibus trepida/
tionẽ. Ex Druẽtia Hannibal pacate ad radices alpiũ proceſſit, tũ ibi montiũ altitudo, niueſq;
propemodũ cœlo immixtæ, tecta informia impoſita rupibus, iumentaq; torrida frigore, incul
ti homines & intonſi, animalia atq; inanima gelu rigentia, omniaq; fœdiora q̃ fama ferrẽtur
oculis oblata, conceptũ opinione metũ auxerunt. Et iã in aduerſos cliuos agmẽ erigi cœperat,
quũ montani tumulis inſidẽtes procul apparuerunt. Hic Hannibal per Gallos, quos ad ſpe/
culanda loca præmiſerat, factus certior, negari ſibi tranſitũ, cæterũ ab eiſdẽ inſtructus, per diẽ

Primæ alpinorũ inſidiæ.

Gallos ſtationẽ aſſeruare, noctu in ſuos uicos dilabi, caſtra eo, q̊ deprehẽſus erat loco in con/
fragoſa ualle per diẽ habuit. Sub noctẽ uero pluribꝰ ignibꝰ, q̃ pro nũero accẽſis, ubi remiſſas
ſenſit oppidanorũ cuſtodias, cũ expeditiſſima peditũ parte, ac promptiſſimo quoq; ad id faci/
nus delecto, ſilenti agmine anguſtias euaſit, atq; ijſdem tumulis, quos hoſtes tenuerãt, inſeſ/
ſis, reliquũ exercitũ ad mouenda caſtra, nuncijs & ſignis exciuit. Galli ubi agmẽ procedere ui/
derũt, & iã loca editiora ab hoſte occupata p̃ſidio teneri, nõnihil ſe tenuerũt ancipiti metu de/
fixi. Poſt ubi in ipſis montiũ anguſtijs, ſtudio properantiũ, agmẽ ſua ſponte turbari uidẽt, ra/
ti quicquid terroris adijceretur, ſatis ad perniciẽ exercitus fore, aduerſis rupibꝰ ꝑ abrupta & in
uia loca in Pœnos impetũ faciũt, ibi equi clamoribus cõſternati, oĩa primo turbare, cõſauciati
inde ex his aliqui calcitratu & inquietatione ingentẽ circa ſe ſarcinarũ & hominũ ſtragẽ edide
re. Multi ſimul equi iumẽtaq; onuſta in abruptas ſunt altitudines deuoluta, agmẽ interrũpi
cœperat, cæterũ pulſis loco hoſtibus Hãnibalis occurſu, reliquũ copiarũ pacate in altiora eſt
loca traductũ. Pœnus caſtellũ, caput eius gentis, ui captũ diripit, circũiectoſq; uicos hoſtiliter

Pœnorum diſcrimen.

populat̃. Triduo poſt aliquãtulũ uiæ cõfecit, inciditq; in multo maius diſcrimẽ. Alter frequẽs
populus miſit ad eũ appropinquãtẽ legatos, q ipſius ducis amicitiã peterẽt, doctos ſe aliena
calami/

A calamitate p̄dicantes pacē cũ Pœnis multo potiorē Gallis eſſe q̄ bellũ: polliceri adhęc duces &
cõmeatũ, in fidem quorũ obſides darent̃. Hãnibal, & ſi nõ oĩno fidē Gallis habebat, ne tñ re/
pudiati ex cõfeſſo hoſtes fierēt, obſidibus benigne acceptis, p̄miſſo cũ elephãtis equitatu, ipſe
cũ robore peditũ intenti⁹ circũſpiciēs ſeq̄bat̃. Vbi uero ad locorũ anguſtias uentũ eſt, tum ibi
Galli ex inſidijs cũ ſtrepitu & clamore coorti, ingētia ſaxa in ſubiectũ agmē deuoluũt. Hic q̄q;
fœda ſtrages edita, cõfeſtim montiũ faucibꝫ ab hoſte inſeſſis peditũ agmen ab eq̃s diſiũgitur
certamine in noctē diſtracto. Hannibal curarũ & ſollicitudinis plenus noctē unã ſine eq̃tatu
& impedimētis egit. Poſtero die Barbaris ſegnius incurſantibꝫ, ſalt⁹ maiore iumentoꝝ clade
quã hoim eſt ſuperat⁹. Nono demũ die in ſummũ alpiũ iugũ exercitus euaſit, p auia plurimũ
loca, mõtanorũq; latrocinijs infeſta. Biduũ i ſublimi uertice ſtatiua ſunt habita. Iumēta interi
aliquot rupibus pręcipitata, ac p perditis relicta, ueſtigia exercitus ſecuta in caſtra peruenere.
Additus his incommodis recens niuium caſus, occidente iam uergiliarũ ſidere. Poſtridie quũ
caſtra moueri cœpta eſſent, pigritia & deſperatio ingens in ore oim eminebat. Hãnibal præ/
greſſus ſigna, in promõtorio cõſtitit, unde Italiã circũpadanoſq; cãpos alpibꝫ uicinos militibꝫ
oſtētat. Durare iubet ac ſperare ita fore, ut uno aut altero p̄lio Romã Italiæ caput in manibꝫ — Pœni ex al/pibus Italiã
haberēt, muros hoſtiũ nõ fines ſe trãſcēdere arbitrarent̃, cætera plana & hũilia uictoribus futu — proſpiciũt.
ra. Proceſſerat inde nonnihil agmen per decliuia & lubrica loca, tetra militũ colluctatiõe. Fœ/
dum & miſerabile erat, q ubi unus aliquis ſemel ueſtigio lapſus, plures ſecũ, dũ alius alij cu/
pit auxilio eſſe, in preceps trahebat. Quidam altis niuibus uelut pedica capti medio lapſu hæ
rebant. Procedere tamē miles itineris duces ſecutus, quo ad uentum eſt ad rupem in mille fere
pedum altitudinē abruptã. Ibi quũ equites conſtitiſſent, Hãnibal miratus quid rei exercitum
retardaret, ubi ad uiſendũ locum proceſſit, tũ demũ ſenſit per inuia ſe loca ducere, ibiq; circũa
cto nõnihil agmine ſicubi molliora alpiũ latera iter panderent, poſtea uero quã abrupta oĩa
oculis occurrebãt, tantũ niuiũ in ſummo iugo eſt militari opere exhauſtũ, in patentēq; areã
B locus purgatus, quanto ſatis cõmode caſtra ſtatui potuerunt. Ingens inde lignorum materia
raptim cęſa, rupibuſq; adhibita incendit̃, ſaxaq; ignibus peruſta aceti iniectu emolliũt. Qua — Pœni aceto infringunt alpes
triduũ ſuper rupē abſumptum, ea demũ in cliuos reſciſſa eſt, per quos etiam Elephãti ſunt ad
humiliora loca emiſſi. Breui totum agmē uelut in alterũ orbem ad ima tranſcendit. Ventum
primo in apricos colles, & loca irrigua, ibiq; iumenta triduo refecta, quieſq; hoibꝫ data. Mox
& plana loca Pœnum exceperũt, accolarũq; ingenio molliora. Atq; ita Hãnibal, alpibus quin
todecimo die ſuperatis in Italiam uenit, nouē milia ſtadiorũ à noua Carthagine ad ipſos Ita
liæ fines dimēſus q̃nq; menſiũ ſpatio. L. Alimentius q̃ fuit eo bello captus, memorię p̄didit, ſe
ex Hãnibale audiuiſſe, à Rhodani traiectu uſq; in Italiã amiſiſſe ſe ſex & xxx. hoim milia,
cum his equorũ numerũ ingētē. Cœlius autore Liuio, per Cremonis iugũ Hannibalē deſcē/ — Clades amiſ
diſſe tradidit. Alij per Apēnini iugũ qua mons ipſe alpibus iungit̃, unde etiã fit monti nomē — ſorũ homi/
inditũ, ſed ab agri incola plures crediderũt, in qua eſt opiniõe Liui⁹, q neutra parte iter Pœnis — nũ in alpib⁹
patuiſſe cõſtanter affirmat. Nec quantũ copiarũ in Italiã perduxerit Hãnibal liquido cõſtat.
Qui plurimum ſcripſere centũ milia peditũ & xx. equitũ ponunt: q minimũ xx. peditũ mi/ — Copiæ i Ita/
lia & ſex equitũ. L. Cincius ſcriptũ reliquit prima acie, qua Pœnus in Ro. dimicauit, affuiſſe il/
li cum Ligurum, & Gallorũ appendicibus LXXX. peditum milia, & x. equitũ. Polybi⁹ duode
quadraginta milia peditũ, & octo equitũ Hannibalē habuiſſe autor eſt, quũ à Rhodano diſ/
ceſſit, cęterũ uix dimidiũ copiarũ illi ſupfuiſſe, quũ Italiã eſt ingreſſus. Scipio triduo poſt Han
nibalis digreſſum, quadrato agmie ad Rhodanũ p̄ceſſit, nullã pugnę morã factur⁹: ubi uero
caſtra deſerta uidit, nec hoſtē longius p̄greſſum operępreciũ credidit ulteri⁹ ſequi, ad naues re
uerſus Gn. Scipionē fratrē, cũ exercitu & oi apparatu bellico, in Hiſpaniã aduerſus Haſtruba
lē miſit, ipſe cũ q̃ pauciſſimis, celeri nauigatiõe, Italiã repetit, Pœno alpes trãſcēdēti occurſur⁹.
Vbi igit̃ Piſas uenit, fact⁹ certior de Hãnibalis deſcēſu, deq; ei⁹ exercitu alpinis frigoribꝫ affe/
cto, dũ tyrõe à Mãlio & Attilio accepto ad hoſtē ire p̄git, ut cũ eo pri⁹ acie dimicaret, q̃ p ociũ
copias reficeret: ſed dũ Scipio Piſas applicat, cũ copias à p̄torib⁹ colligit, dũ Placentiã ire con/
tendit, Pœn⁹ interim ualidiſſima Taurinorũ urbe triduo expugnata, q̃m in amicitiã ultro tra
here nequiſſet, ex ſtatiuis mouerat, defeciſſentq; ad eũ oēs circũpadani, niſi ĩopiat⁹ cõſulis ac

Scipionis & Hannibalis congreſſus.

ceſſus Gallorũ cõſilia oppreſſiſſet. Et iã diuerſi exercitus prope in cõſpectu uenerant (nã Scipio Pado ſuperato ad Ticinũ fluuiũ cõſederat) erãtq; ipſi duces inter ſe uterq; alteri admirationi, ille q̃ multa pręclara facinora ad id tẽpus in Hiſpania & Gallia feliciter geſſerat, hic quia unus oĩm Romanorũ ducũ aduerſus ſe tali temporũ diſcrimine eſſet imperator declaratus. Quia igitur apparebat atrox certamẽ inſtare, P. Corneliꝰ ita eſt militẽ pro cõcione affatus. Si cũ eo exercitu quẽ in Gallia habui, in prælium deſcẽſurus eſſem milites, ſuperuacuũ fuiſſet in pugnã quantũuis aſperã ituros adhortari, q̃d enim attinuiſſet aut equitẽ uirtutis admonere, qui longe maiorẽ hoſtiũ equitatũ magnaq; ex parte cæſum circa Rhodanũ fudiſſet, aut militem cõfirmare, cũ quo hũc ipſum hoſtẽ fugientẽ ſecutꝰ ſatis à me uictũ credidi, q̃ acie cõgredi nõ ſit auſus. Nũc q̃ exercitus ille cũ Gneæo Scipione fratre meo rẽ in Hiſpania meis gerit auſpicijs ad q̃d publice cõparatus erat, ne uobis dux aduerſus Annibalẽ deeſſet, ultro me huic certamini obtuli. Pauca igitur uerba ſunt nouo imperatori apud nouũ exercitũ faciẽda, ne aut genus belli aut hoſtẽ ignoretis. Cũ Pœnis uobis res futura eſt milites, quos mari terraq; priore bello punico uictos Sicilia & Sardinia ſpoliaſtis, xx. annos ſtipẽdiarios habuiſtis. Erit ſpero in hoc certamie uobis illiſq;, idẽ q̃ in priore illo fuit aius, quiq; uictoribꝰ & uictis eſſe ſolet. Pugnabãt illi nõ ſpe, nõ uiriũ fiducia, ſed neceſſitate coacti, niſi aliq̃s credat duabꝰ copiarũ partibus amiſſis, eos ultro dimicaturos q̃ incolumi exercitu certare nõ ſunt auſi. Quid q̃ illi ipſi q̃ perq̃ pauci ſuperſunt nõ hoĩes ſed hoĩm effigies, immo umbræ potiꝰ dici poſſunt, fame, frigore, ſqualore enecti, fracti, debilitati, p̃uſtis niue artubꝰ neruiſq; rigore cõtractis, torrida corpora, cõcuſſa arma, equi ſtrigoſi, claudi, debiles, nõ cũ exercitu, ſed exercitꝰ reliquijs p̃liaturi eſtis milites, ut merito tuendũ ſit ne ab alpibꝰ uictus nõ à uobis Annibal uideatur. Sed ſi certe eſt, dij ultores fœderũ bellũ cũ perfido duce ſine hũana ope irã p̃fligatũ uoluere, & nequis me ueſtri hortãdi cauſa hęc magnifice locutũ exiſtimet. potuiſſem ego p̃cul ab hoc certamie abeſſe, atq; in Hiſpaniã q̃ p̃uincia publice mihi decreta erat, cũ eo exercitu abire, ibiq; fratre meo adiutore bellũ aduerſus minorẽ ducẽ, minorẽ exercitũ adminiſtrare. Pręteruectus tñ Gallię orã ad huius hoſtis famã, in terrã exercitũ expoſui, equeſtriq; certamie fugatũ, q̃ ad pedeſtre cogere nõ potui, p̃ lõga maris ſpatia in Italiã reuerſus ultro me illi obtuli. Experiri cõſtitui utrũ alios Carthago hodie habeat uiros, q̃ paucis ãn annis habuerit, q̃ poſtremo ad Æguſam uicti, Siciliæ poſſeſſione ceſſerũt. Sit ne hic Annibal itinerũ Herculis æmulus an uectigalis & ſtipẽdiarius Po. Ro. à patre relictus, q̃ à noſtro cõſule iuſſus p̃ſidiũ ab Eryce deduxit? Qui graues leges Carthaginiẽſibꝰ uictis impoſitas, cũ fremitu & mœrore accepit? Qui Sicilia decedere, ſtipendiũ Po. Ro. ſoluere eſt pactus? Quæ fœdera manu patris ſcripta hic bonus imperator reſpiceret, niſi Sagũti ſcelus eũ in omne nefas præcipitẽ ageret. Q̃d quũ ita ſit, uelim uos milites nõ minore animi indignatiõe in hos pugnare, q̃ ſi ſeruos uideatis ueſtros in uos arma ferre. Licuit ſi libitũ fuiſſet, ad Erycẽ clauſos fame ad unũ necare, uictrici claſſe in Aphricã trãſmiſſa Carthaginẽ delere. Veniã tñ dedimꝰ. Ex obſidione emiſimꝰ. Carthaginẽ Aphrico bello afflictã tutati fuimus, pro quibꝰ clemẽter & hũane pręſtitis, furioſum iuuenẽ ſecuti, nos noſtrãq; patriã oppugnatũ ueniunt. Sed utinã de dignitate ſolũ dimicandũ eſſet. Pro Italia uobis pugnandũ eſt milites, pro patria, pro liberis, pro ueſtra ipſorũ ſalute. Nec alius à tergo eſt exercitus, q̃ ſi q̃d nolim uicti ſumꝰ hoſtibꝰ obijci poſſit. In cõſpectu urbis pugnare arbitremini, Senatũq; & Po. Ro. parẽtes ipſos ac liberos ueſtras manus intueri, à nobis ſalutẽ implorare.

Magnifica Scipionis de ſe uerba.

Peroratio.

poſtremo qualis hodie ueſtra uirtus fuerit, talis patriæ & oĩm neceſſitudinũ fortunarũq; deinceps erit fortuna. Et Scipio ſic ſuos hortatus dicitur. Annibal nõ ſolũ uerba, ſed totius rei imaginẽ Pœnorũ oculis ſubijciendã ratus, ex captiuis Gallis aliquot in mediã aciẽ protraxit, inde interrogari fecit, an eſſent qui inter ſe ferro dimicare uellent cõditione propoſita, ut uictor libertate donatus incolumis ad ſuos abiret. Multi mira alacritate ſe ad id certamẽ extulerunt. Sortito igitur pleriq; incredibili lætitia & gratulatione circũſtantiũ, cũ tripudio ex gentis conſuetudine in pugnam proceſſere. Fuitq; inter dimicandũ talis hominũ eius conditionis habitus, ut nõ magis uincentiũ fortuna, q̃ bene morientiũ laudaretur, tũ Pœnus ſpectatis aliquot paribus, ubi ſuorũ animos ſatis eo certamine affectos credidit, ſic pro militũ concione locutus dicitur. Si qualẽ, inquit, animũ in alienę fortunæ exẽplo habuiſtis, eundẽ in re p̃pria æſtimãda hab.

Gallorum animi.

Oratio Hannibalis ad ſuos.

A da habituri eſtis, uicimus uiri fortiſſimi. Neq; enim ſpectaculũ illud fuit ſed pręſentis fortunę uobis imago repræſentata eſt, ac neſcio an maior uobis pugnãdi quã cuiuis illorũ ſit neceſſitas impoſita, quũ maiorib⁹ quã illi uinculis teneamini, Dextra læuaq; duo maria claudũt, à frõte Padus uiolẽtior Rhodano, à tergo alpes urgẽt, quas uictores per infeſtas gẽtes uix nup trãſire potuiſtis. Hic igitur ubi primũ hoſtẽ obuiũ habuiſtis, aut uincendũ eſt aut moriẽdũ uiri fortiſſimi. Cæterũ fortuna q̃ uobis hanc pugnãdi imponit neceſſitatẽ, eadẽ magna pollicet̃ pręmia quibus ne ampliora quidẽ aliquis audeat à dijs immortalibus exoptare. Enimuero Sicilia & Sardinia quæ hoc bello repetunt̃, ſatis digna tãto periculo præmia uideri poterãt. Nũc q̃cquid Romani tot triũphis cõgeſtũ poſſident ueſtrũ futurũ eſt, agite nunc & dijs bene iuuãtib⁹ arma capite, tẽpus eſt uos felicia ſtipendia facere, debita militiæ præmia ſentire. Hic omniũ itinerũ & periculorũ q̃ adhuc uobis exhauſta ſunt præmiũ fortũa propoſuit. Hic laboꝝ oĩm finẽ dabit, nec quia magnũ ſit belli nomen, idcirco & difficilem uictoriã putate, ſæpe contemptus hoſtis cruentum certamen edidit: & ſummi reges ac populi leui momento uicti ſunt, adempto Ro. nominis ſplendore, nihil in his eſſe uideo quod uobis merito cõparari poſſint. Nã ut felicẽ taceam tot annoꝝ militiã, & ꝙ ab oceano & occaſu ſolis per tot ferociſſimas gentes huc uincẽdo ueniſtis, cõparabitur ne uobis hic nouus & rudis exercitus, cui⁹ militib⁹ ſiquis Pœnos Romanoſq; hodie oſtendat, cõmilitonẽ ab hoſte nequeat dignoſcere? aut dux ille ſemeſtris ſui exercitus deſertor, cui neq; ſui milites noti ſunt, neq; ipſe militibus, cũ ueſtro duce quẽ in armis educatum ſub clariſſimis imperatoribus inſtitutũ non ignoratis, qui prius ueſter alumnus q̃ imperator fuerit, q oĩa ſingulaq; ſuoꝝ militũ facinora, quo loco, quo tp̃e geſta ſint, ordine referre poſſit, & nũc quacũq; oculos circũfero omnia aĩoꝝ ac roboris plena occurrunt, ueterani pedites, generoſiſſimarũ gentiũ equites frenati & infrenes ſocij fideliciſſimi fortiſſimiq; uos Carthaginiẽſes ob iuſtiſſimã irã pugnaturi, qui tãto fortius audaciuſq;, ut ſpero dimicabitis, quanto maior ſpes eſt & anim⁹ inferentiũ bellũ q̃ arcẽtiũ. Illud poſtremo uos meniſſe oportet cum

B ueſtro duce omnes qui mecũ Saguntũ expugnaſtis eſſe ad ſuppliciũ requiſitos, q̃a ita Romani pſuaſum habent, ut niſi ipſorũ permiſſu nefas ſit Carthaginienſibus illatas iniurias ulciſci. Ne trãſieris Ibeꝝ. Nihil tibi rei ſit cũ Sagũtinis. Nuſquã te ueſtigio moueris. Parum uiſum eſt patrib⁹ noſtris Siciliã & Sardiniã ademiſſe, iã & Hiſpania intercedere incipiũt, ſi inde q̃q; ceſſerimus in Aphricã trãſcendent, quin trãſcenderũt ut audio. Vni enim cõſuli anni hui⁹ decreta eſt Aphrica, alteri Hiſpania, nihil uſq; nobis relictũ eſt, niſi ꝙ armis uindicauerim⁹. Illis timidis & ignauis licet eſſe, quos ſuus ager atq; idẽ pacat⁹, ſua terra fugientes põt excipere, uobis neceſſe eſt fortibus uiris eſſe, omnib⁹ inter uictoriã & mortẽ certa deſperatiõe abruptis: aut uincere igitur opus erit, aut ſi fortuna dubitabit in prælio poti⁹ quã in fuga mortẽ oppetere. Id ſi deſtinatũ infixũq; uobis aĩo eſt, iteꝝ dico milites uictoriã noſtra eſt, nullũ enim maius hoc uno de⁹ immortalis hoĩ dedit incitamẽtũ.

Peroratio

Vtrinq; animis per hæc ad pugnã accẽſis: Romani Ticinum ponte iũgũt, quẽ ut ualidi⁹ tutarent̃ caſtellũ ſupimponũt. Eſt Ticinus maximus oĩm fluuiorũ q Padũ influũt, deditq; olim uicinæ urbi nomẽ, eã nũc mutata uoce Papiã uulgo noĩant.

Ticinus

Scipio pfecto opere in Inſubrũ agrũ copias traducit, locũq; caſtris v. milia paſſuũ ab hoſte capit. Hannibal Maharbale quẽ in agrũ ſociorũ ppl̃i Ro. cũ Numidaꝝ eq̃tatu populatũ miſerat, cõfeſtim reuocato, q̃a haud dubie certamẽ inſtabat, priuſq; copias ĩ pugnã educeret, iterũ ꝓ conciõe milites affat⁹, ſingulis ſua p̃mia eſt pollicit⁹, dira in ſuũ caput imprecatiõe adhibita, ſi falleret. Quæ res adeo oĩm aĩos ad certamẽ accẽdit, ut paſſim militũ uoces pugnã poſcẽtiũ exaudirent̃. Haud tãtus ardor erat in Romanis caſtris pculſis metu aĩs ob ꝓdigia q̃dã, q̃ ſub ipſum pugnæ tp̃s extiterãt. Lup⁹ Romana caſtra ingreſſus obuijs fœde laniatis incolumis euaſerat, & Apũ examẽ ſupra p̃toriũ ſedit.

Prodigia

Cæterũ his rite ꝓcuratis, cõſul cum eq̃tatu & expeditis iaculatoribus ad hoſtium caſtra ire pergit, ut ex proximo ſpecularetur quantę in illis copiæ eſſent, & cuius generis. Nec multũ à caſtris proceſſerat, quũ Pœnus cũ ſuo eq̃tatu, & ipſe ſpeculatũ egreſſus ex improuiſo occurrit. Neutri alteros ab initio uiderũt. Dẽſior puluis hoſtiũ aduẽtũ utriſq; ſignificauit. Ibi prælio repente initio iaculatores, quos Scipio cum eq̃tibus Gallis in fronte collocarat, primo cõgreſſu pulſi, in confertos equitũ ordines ſeſe trepide recipiunt. Suſtinuit inde Roman⁹ eques fortiter certamẽ, & ſi mixti pedites, nõnihil impediebãt, donec & Nũidæ, quos

ab

ab utroq; cornu Pœnus iuſſerat latius adequitare, ſe à lateribus tumultuoſe intulerunt. Ho/ C
Prælíũ equeſtre.
ſtis pene a tergo uiſus terrorẽ incuſſit Romanis, ſed nihil æque ac cõſulis uulnus aĩos pterruit. Is quũ in apertũ uitæ diſcrimẽ incidiſſet, filij tũ primũ pubeſcẽtis intercurſu ſeruatus eſt, penes
Aphricanꝰ.
hũc inde adultũ fuit oĩs belli huius cõfecti gloria, unde & ipſe primus Aphricani eſt cognomẽ adeptus. Cælius à ſeruo natione Ligure conſulẽ ſeruatũ ꝓdidit, magnitudo rerũ poſtea à Sci/pione geſtarũ facit, ut Liuio accedã, q de filio q̃ ſeruo maluit credere. Sed cuiuſcũq; ille opa ſer
Primus patrẽ ſeruat.
uatus eſt, Romanus eques, qđ liqdo traditur, ſauciũ cõſulẽ in medio acceptũ, nihil turbato gra du neq; fugiẽti ſimilis in caſtra abijt. Idq; primũ prçliũ cũ Hãnibale fuit. Quo apparuit Pœnũ equitatu prçſtare. Et quia oĩa circa Padũ loca plurimũ cãpeſtria ſunt, ac ꝑ hoc parũ Romanis
Scipionis receſſus.
gerẽdo bello apta cõſul proxima nocte ab Ticino digreſſus, irrequieto ductu ad Padũ cõten/dit. Et iã ponte copias trãſmiſerat, quũ Pœnus affuit, oppreſſiq; ſunt moratorũ pauci circa flumẽ, dũ ſegnius ad Ticinũ ratẽ ſoluũt. Paucis inde diebus Hannibal copijs Pado traiectis, ponte, ut plures tradiderũt Cælius uado credidit, ad quinq; milia paſſuũ ꝓcul Placẽtia cõſedit, ad quẽ proxima nocte duo milia auxiliariũ Gallorũ & cc. equites uigilibus ad portas trucidatis, tranſfugerũt, eos Pœnus benigne allocutus in ſuas urbes dimiſit ad ſollicitãdos in partes ſuoꝝ
Ro. & Pœni ad Trebiam faciunt caſtra.
populariũ aĩos. Scipio ratus fore, ut Galli ad unũ uelut rabie cõtacti breui ad Pœnos deficerẽt quanq̃ uulnꝰ nõ mediocriter grauaret, quarta noctis uigilia Placẽtia digreſſus, ad Trebiã tranſtulit caſtra, ibi loco edito, colliburſq; impeditioribus metatus, collegã quẽ ex Sicilia reuocatũ audiuerat, expectare cõſtituit, nec multo poſt Hannibal affuit, qui quũ haud procul à Ro. ca/ſtris cõſediſſet, paucis diebus Claſtidiũ uicũ, quo Romani uim ingentẽ tritici cõuexerãt, ꝓditione occupauit, P. Brunduſino præſidij præfecto quadringẽtis aureis nũmis corrupto, idq; horreũ fuit Pœnis ad Trebiã ſedẽtibus. Dũ hæc in Gallia geruntᷣ circa Siciliã terra mariq; aliqua à Romanis proſpere ſunt geſta. Nondũ Sẽpronius in Siciliã uenerat, quũ xx. Carthaginieñ. naues cũ mille armatis ad populandũ Italiæ orã miſſæ curſu ſubita tẽpeſtate excuſſæ nouẽ Liparas, octo Vulcani inſulã tenuẽre, tris in fretũ auertit æſtus. In has Hiero q tũ Meſſanæ erat D
conſulẽ expectãs, ſubito aliquot naues immiſit, q̃ tris illas punicas in poteſtatẽ redactas ad regẽ traxerũt. Ex captiuis cognitũ eſt, præter xx. triremes, ex quarũ nũero ipſæ fuerãt, quinq; & xxx. alias quinqueremes in aduerſam Siciliæ partẽ curſum tetẽdiſſe, ut improuiſo appulſu Lilybæũ occuparẽt. Cæterũ credere ſe eadẽ tẽpeſtate ad Æguſam inſulã ui uentorũ cõpulſas. Hiero ꝓ magno habuit negocio id Æmylio Siciliæ prætori ſignificare. Ille cõfeſtim legatis tri/buniſq; in maritimas urbes dimiſſis, q diligẽti cura littora & portus aſſeruarẽt, oĩm diligẽtiſſi/me Lilybæũ cuſtodiri iubet. Ibi socijs naualibus imperatũ ut x. dierũ cibaria ad naues deferrẽt ſtarẽtq; in oẽm occaſionẽ parati. Alij ex littoralibus ſpeculis diu noctuq; attẽte hoſtiũ aduen/tũ obſeruare iuſſi, ſigniſq; appropinquantiũ curſum ſignificare. Erat luna pernox, Pœniq; de induſtria curſum retardauerãt, ut paulo añ lucẽ quo tpe mortales arctiore premuntᷣ ſomno, Lilybæũ tenerẽt. Sublatis itaq; armẽtis ut facilius hoſtẽ fallerẽt appropinquabãt. Præſenſum tñ eſt cõfeſtimq; cõclamatũ ad arma & in naues pariter cõſcenſum. Pœni ubi uiderũt rẽ haud cũ imparatis futurã portu abſtinuerũt, ubi uero illuxit, claſſe ad pugnã inſtructa ſeſe in altũ re
Proſpera Ro. pugna ad Lilybæũ
cipiũt, ut hoſtibus ſpatiũ darẽt ad naues in apertũ deducẽdas, nec Romani pugnã detrectaue re militũ multitudine & uirtute freti. Fuit pugna illa leuis, Carthaginiẽſibus cõgreſſum ob na uiũ agilitatẽ eludẽtibus, q̃ hoſtiũ metu animaduerſo Romani facto impetu ſeptẽ punicas na ues circũſiſtũt, q̃ cæteris fugiẽtibus cũ ſuis turmis in Romanorũ poteſtatẽ uenere. Nondũ pugnæ huius fama Meſſanã ꝑuenerat quũ Sẽpronius eo ex urbe appulit, cui fretũ intranti Hie/ro obuiã inſtructa claſſe ꝓceſſit, gratulatuſq; ꝙ hoſpes cũ exercitu & nauibus ueniſſet felicẽ in Siciliã tranſitũ illi precatus eſt. Multa deinceps cũ eo eſt de ſtatu inſulæ locutus, pollicituſq; q̃ aĩo priore punico bello iuuenis rẽ Romanã adiuuiſſet, eodẽ ſenẽ adiuturũ. Præbiturũ adhæc ſe gratis frumẽtũ & ueſtimẽta legionibꝫ ſocijſq; naualibꝫ, Sẽpronius honorifice & amice exceptus, primũ oĩm Lilybçũ nauigare in aĩo habebat, & iã eo curſum intẽderat, quũ de nauali pu
Melita inſula.
gna ad Lilybæũ certior fit, letuſq; ſuorũ ſucceſſu Hieronẽ cũ ſua claſſe dimittit, ipſe in Melitã inſulã punicæ ditiõis trãſmiſit, cui appellẽti Hamilchar Giſgonis filius, cũ duobus fere milibꝫ hoim, inſulaq; cũ oppido eiuſdẽ noĩs tradita eſt. Inde conſul redijt in Siciliã, ex Sicilia in Vul/cani

A cani inſulas confeſtim ſoluit, quo audiuerat punicas naues nup̄ tēpeſtate appulſas. Cęterū eū ti literæ à ſenatu reddunt, Vibonenſem agrū in ora Italiæ à Pœnis uaſtari. Hānibalē traſceſſis alpibus in Gallia eſſe. Properaret igitur collegæ auxilium ferre. Sempronius multis uno tempore curis anxius, exercitū in naues impoſitū ſupero mari Ariminū mittit. Sexto Pomponio legato mandat ut cū v. & xx. longis nauibus orā Italię tueret. M. Emilio quinquaginta nauiū claſſem explet, cū qua Siciliæ præſideret. Ipſe x. nauib9 orā Italię legēs Ariminū primo uenit, inde cū ſuo exercitu ad Trebā ꝓfectus collegæ iūgit. Hic cōſulibus parū ab initio conuenire cœpit. Scipio equeſtri prælio uictus, & uulnere cūctantior factus, bellū trahi malebat: cōtra Sempronius ferox animo q̄a ſatis apparebat aut illis copijs Romanū imperium defendi oportere, aut nullā ſpem reliquam ſupereſſe arcēdis ex Italia hoſtibus, oīs erat moræ impatiens. Galli qui inter Padum & Trebiā accolebāt, neutro adhuc ſua auxilia inclinauerāt, haud dubie uictricis partis gratiā aucupātes, quū neutrius merito expectāda eſſet. Ferre id æquo aīo Romani duces, cōtra fremere Hānibal, ſeq; à Gallis proditū teſtari, ad quos ſeruitio liberādos in Italiā ueniſſet. Ira itaq; percitus omnē agrū Pado ꝓpinquū uaſtari iuſſit, qua iniuria Galli adacti ad Romanos aperte inclināt, auxiliū à cōſulib9 implorāt. Cornelio nihil moueri placebat, qui ne multū quidē Gallis crederet. Sempronius ut Socij in fide continerent qui primi coiuiſſent auxilio iuuandos cenſet: mille pedites cū ualida parte equitatus, iaculatoribus admixtis ad tuendū ſociorū agrū trans Trebiā miſſi, hoſtē late diffuſum, ac præda onuſtū adepti, cū cæde & trepidatione in caſtra cōpellūt mox inſtaurata pugna aliquādiu ancipiti eſt marte dimicatū, & quia neutro adhuc fortuna inclināte prælium fuerat diremptum, Semproni9 pro uictoria habuit, collegæq; metū increpabat, per quē ſtaret quo minus de ſumma rei uno prælio decerneretur. Cæterū nihil eū æque exagitabat ac propinquum comitiorū tēpus, iniquo animo ferebat in nouos cōſules bellū differri, demū occaſionē nactus totius gloriæ in ſe uertēdæ, ſi Collega adhuc ægro ꝓſpere dimicatū eſſet, Cornelio neq̄q̄ repugnante, iubet exercitū ad præliū parari.

Semproni9 Scipioni iūgitur

Aphrorum fuga

B Hānibal q̄a bellū trahi hoſtib9 expedire uidebat, uix à principio potuit credere ut in præliū Ro. cōſul deſcēderet: aſt ubi indicio cōperit militē ad pugnā expediri, in ſpem haud dubiā uictoriæ adductus, locū inſidijs circūſpectare cœpit. Erat riuus p̄altis ripis ab utraq; parte uirgultis uepribuſq; ueſtit9: Hūc locū diligenter cōtēplatus, ubi ad tegēdos equites ſatis latebroſ9 uiſus eſt, Magoni fratri ſuo oñdit, mādatq; ut eo noctu cū ijs copijs quas ipſe datur9 eſſet, inito in hoſtē prælio occupatū ex tranſuerſo impetū faceret. Delige tibi, inq̄t, cētū uiros ex omni eq̄tatu, ac parē numerū ex oībus peditibus, cū q̄bus ad me uenias prima uigilia noctis. Poſt ubi Mago cū delecta manu affuit, tū Pœnus robora uirorū, inq̄t, cerno, at ut numero quoq; ualeatis, ite & ſinguli uobis nouenos ex turmis manipuliſq; ueſtris diligite: Mago locū monſtrabit quē inſideatis, hoſtē harū artiū ignarū habetis. Ita Mago per noctē cū mille equitib9 pariq; peditū nūero locū inſedit. Pœn9 dux prima luce Numidas iubet trās flumē adeq̄tare, hoſtēq; ſi fieri poſſit laceſſendo cedēdoq; ꝓcul à ſuis caſtris abducere. Equitū ducibus mādat, ut ſuos prādere iubeāt, atq; inſtratis eq̄s ſignū expectarēt. Pedites ignibus ante tētoria accēſis iuſſi ſunt curare corpora atq; oleo ungere, ut habiliora eēnt mēbra ad pugnā, minuſq; rigori obnoxia. Erat brumæ tēpus & dies ille niualis, Sed dū Pœnus mature ſuos ad præliū cōparat, Sempronius ad primū Numidarū tumultū omnē eq̄tatū effudit, mox ſex milia peditū, poſtremo uniuerſas copias in aciē ducit, nō cibo pri9capto, nō ope ulla ad arcēdū frigus adhibita. Hi poſtea quam flumē trāſgreſſi ſunt, cōfeſtim Hānibal ſuos ī hoſtē ducit. Baleares octo milia hoīm leuis armaturę locata āñ ſigna, deinde grauiorē armis peditē, q̄ uirīū & roboris fuit, in cornibus ſtatuit x. milia eq̄tū cū elephātis aciē claudebāt. Cōſul reſiſtētib9 Numidis, ſigno receptui dato, eq̄tes à curſu reuocat, reuocatos pediti circūiecit, duodeuiginti milia Romanorū erāt, latini noīs: xx. milia, & cū his Cenomanorum auxilia, quæ Gallorū gens ex Trāſpadanis adhuc in fide erat. Pugna à Balearibus orta, quibus cum ualide Romani reſiſterent, Pœnus oēm leuem armaturā in cornua reiecit, tum ibi Roman9 equitatus (erant enim ad quatuor milia numero atq; hi feſſi) uelut nube quadā telorū degrauatus, quū iādudū maiori hoſtium equitatui uix reſiſteret, equis ad id inſueto elephātorū odore territis, haud multo poſt in fugam uertit. Fuit inde pedeſtris pugna, magiſq; par animis q̄ uiribus Romanus in acie ſtabat. Pœni robuſti,

Hānibalis ſtratagema.

Hannibalis prouidētia.

Initium pugnæ

utpote

utpote qui curatis prius corporibus in pugnã deſcenderant. Contra ieiuna feſſaq́ꝫ Romano C
rũ corpora. Reſtitiſſent tamẽ ſi cũ pedite ſolum certamẽ fuiſſet, ſed Balearium telis hincinde
preſſi,& elephanti in mediũ agmen acti late ſtragem dedere. Acceſſit & nouus terror ab Ma-
gone illatus,qui cũ tumultu & clamore ex inſidijs ortus,ingentẽ à tergo formidinẽ iniecit.Pedi
tes pręter ſpẽ omniũ elephantos uerutis cõfixos in fugã auerterunt,quos Hannibal in ſiniſtrũ
cornu aduerſus auxiliares Gallos agi iuſſit, quib⁹ metu pulſis Romani in orbẽ pugnare ſunt
coacti,tũ auxilijs nudati,& quia iã fortuna aperte inclinabat, x.milia hoĩm per mediã Aphro
rum aciẽ cũ ingenti cæde hoſtiũ perrupere.Hi quũ niuali cœlo perſpicere non poſſent,qua po

Romanorũ fuga.

tiſſimũ parte pugnã inſtaurarent,nec flumine interclusis in caſtra reditus pateret, Placentiam
conſternato agmine abierunt.Haud uno deinceps loco eruptio facta eſt,multi paſſim totis a-
gris cæſi,alij circa flumen oppreſſi periẽrũt,quidã etiã gurgitibus abſorpti, imber niue mixt⁹,
& intoleranda uis frigoris,& homines multos & iumenta,& elephantos prope omnes abſum-
pſit,ad Threbiã uſq; Pœni ſunt fugientes inſecuti,qui adeo torpentes gelu in caſtra rediere,ut
præſentis uictoriæ lætitia nõ ſentiretur,quo cõtigit,ut caſtrorũ præſidiũ, & qui eo ex acie fuge-
rant,quũ fluuiũ noctu ratibus traiecerint,ut in tutũ inde abirent,nihil Pœni ſenſerint, aut cer
te ſe ſentire diſſimularint. Tacito itaq; agmine Scipio Placentiã cõtendit,diuiſoq́ꝫ exercitu, ne
colonia una omniũ copiarũ hybernis grauarẽt,pars militũ Cremonã in hyberna cõceſſit. Po-
lybius,Plutarchus & alij,quos ſequimur,cæſorũ numerũ neq; ad Ticinũ,neq; ad Trebiã poſu
ere,ſed conſtat cladẽ nõ mediocrẽ acceptã,multoq́ꝫ maiorẽ ad Trebiã,,q̃ ad Ticinũ. Polybius

Sempronij mendaciũ.

autor eſt Semproniũ,ad rumores aduerſæ huius pugnæ leuandos, Romã ſcripſiſſe pluuiũ &
niuoſum diẽ ſibi uictoriã è manibus extorſiſſe,attulit id mendaciũ aliquã ciuibus lætitiã: uerũ
ubi res certioribus nuncijs palã facta eſt,nõ minor metus ciuitatẽ inuaſit,q̃ ſi Hannibal caſtra
ad urbẽ admouiſſet. Augere improuiſa res metũ,neq; eñ alij duces eſſe, aut alij exercitus,q ui
ctoribus Pœnis obijcerẽtur. Eratq́ꝫ ciuitas in ſummo metu & mœrore cõſtituta,quũ Sempro-
nius cõſul,nõ ſine aperto diſcrimine,inter hoſtes dilapſus,qui citra ultraq́ꝫ Padũ paſſim uaga D
bãtur,Romã uenit:nec ita multo poſt eius acceſſum cõſularibus comitijs,qđ unũ in pręſentia

Conſules.

deſiderabatur,habitis,treati ſunt noui cõſules Cn. Seruilius & C. Flaminius. Tẽtauit medio
hybernorũ tp̃e Hãnibal occupare emporiũ,qđ Romani haud ꝑcul à Placẽtia habebãt,cæterũ
uigiles fallere nõ potuit. Tãtus itaq; clamor ab ijs, qui præſidio erãt,per noctẽ ſublatus eſt,ut
Placẽtiæ exaudirẽt.Eo cõſul prima luce cũ ſuo equitatu occurrit, legionib⁹ poſt ſe quadrato a-

Vulneratur Hannibal.

gmine ſequi iuſſis. Cõmiſſum interim equeſtre pręliũ,Hãnibalq́ꝫ nõ leuiter uulnerat⁹ pugna
exceſſit,Carthaginiẽſes ducis uulnere ꝑterriti pugna abſtinuerũt, oppidũq́ꝫ ꝑ hæc egregie de-
fenſum.Paucis inde diebus Pœnus ad Vicũuias ꝑfectus, fuerat id emporiũ à Romanis Galli
co bello cõſtitutũ,& tũc hoĩm multitudine ſatis frequẽs,qua freti, q intus erãt,famaq́ꝫ præſidij
ad Placentiã defenſi ferociores facti,incõpoſito agmine obuiã hoſtibus prodeunt, ad quinq;
& triginta armatorũ milia.Hi à multo paucioribus fuſi fugatiq́ꝫ,poſtero die ad deditionẽ com
pulſi ſunt.In deditos ademptis prius armis,nullo non ſæuitiæ genere Pœnus hoſtis uſus eſt.
Inde Hannibal,ad prima ueris ſigna,ex hybernis cũ exercitu profectus,in Hetruriã ire pergit

Fœda tempeſtas.

cõſilio eius gentis ſibi,aut ui,aut uolũtate adiungẽdę,& iã in ſummũ Apennini iugũ euaſerat,
quũ tempeſtas ſubito coorta ducẽ & exercitũ itinere auertit. Ventus imbri mixtus ex aduerſo
ſpirans primo agmẽ in ueſtigio tenuit, quũ aut arma uis uentorũ militi adimeret,aut corpus
turbine rotatũ humi affligeret,ſed quũ ne deiectis quidẽ reciprocãdi ſpirit⁹ facultas eſſet, uen
tis exaduerſo flantibus,parũper procellæ auerſi cõſederunt.Secutus mox ingens cœli ſtrepit⁹,
interq́ꝫ horrẽdos aeris fragores crebra coruſcatio,capti itaq; aurib⁹ & oculis metu torpere pri-
mo cuncti,mox deiecto ad terrã imbre,conati ſunt ibidẽ metari caſtra. Cæterũ quũ nil omni
no ſtatui poſſet,omnia uento proſcindente,ancipiteſq́ꝫ adhuc conſilij ſtarẽt,tã denſe uis gran
dinis,quæ ui frigoris in montiũ uerticibus cõcreuerat,ſtantes iuuaſit,ut omiſſo opere ad terrã
procumberent milites,magis tegminibus ſuis obruti,q̃ recti. Obriguere interim iacentiũ mem
bra immenſa ui frigoris,adeo ut illa cœli imtemperie remittente,ex miſerabili ſtrage ſeſe æger-
rime atollerẽt. Poſtremo cũ crebro conatu paulatim moueri cœpiſſent,perrariq́ꝫ ignes accen-
ſi eſſent,refecti animo,eo quo deprehenſi fuerant loco,eſſe perſeuerarunt. Biduũ inde inuitis
omnibus

A omnibus,& uelut obſeſſis,caſtra in Apennino habita,multiq; interim mortales,multaq; iu/
menta frigore conſumpta ſunt,& in his ſeptem elephanti,ex ijs qui ex prælio ad Trebiam cõ/
miſſo ſuperant. Hannibal ex Apennino in Galliã reuerſus,quũ haud ꝓcul Placentia conſediſ
ſet,poſtridie q̃ eo uenerat XII. milia peditũ,& q̃nq; eqtũ,ad Romanorũ caſtra ducit,nec Sem
ꝓnius(iã enim ex urbe redierat)leuãdæ infamiæ cupidus certamẽ detrectauit,fuitq; primo cõ
greſſu res Romana adeo ſupior, ut pulſos hoſtes Semproniani ſint uſq; in caſtra ꝑſecuti,eo
rũq; munitiões oppugnare auſi. Hãnibal paucis ꝓpugnatoribꝫ circa uallũ conſtitutis,omne
robur peditũ in reducta ualle ſtatuit, iuſſitq; ſignũ expectare,duabuſq; equitũ alis dextra læ
uaq; in hoſtẽ miſſis, ipſe cũ peditũ phalange è caſtris erupit. Fuiſſet certamẽ illud utriq; parti
calamitoſum,ſi in longũ extendi potuiſſet,tãta animorũ pertinacia erat initũ. Cęterũ pugna
interuentu noctis dirempta,pari clade eſt in caſtra diſceſſum. Sexcẽti pedites, equites dimidio
pauciores,ab utroq; exercitu cecidere. Sed maior Romanis fuit q̃ ꝓ numero clades, qđ aliqui
eq̃ſtris ordinis cęſi ſunt,& cũ his tribuni militũ q̃nq;,ſociorũq; ꝑfecti tres. Hãnibal haud mul
to poſtq̃ ita eſt ad Placentiã dimicatũ,in Liguriã cõceſſit,cui uenienti Ligures duos Ro. Quę/
ſtores C. Fuluiũ & L. Lucretium,cum duobus tribunis militũ,& quinq; equeſtris ordinis ſena
torum filijs inſidijs interceptos,ut pax eo pignore firmior eſſet,tradiderũt. Sempronius & ipſe
ſecundũ Hannibalis diſceſſum,Lucam urbẽ Hetruriæ conceſſit. Atq; in hoc ſtatu res Roma/
næ Punicæq; in Italia erãt. Gn. Scipio interea,qui cũ claſſe & exercitu à fratre fuerat in Hiſpaniã
miſſus,claſſe Emporijs appulſa à Lacetanis exorſus,uſq; ad Iberũ flumen,quicquid populorũ
erat aut gentium,fœdere & amicitia Romano nomini adiunxit. Interim adeo humane & cle/
menter cum ſocijs agere,ut ea fama ad mediterraneas gentes in amicitiam trahendas nõ me/
diocre fuerit incitamentum. Conſcriptis igitur ex ſocijs ciuitatibus aliquot cohortibus,plures
urbes partim ui,partim uoluntaria deditione,procul à mari cepit. Hanno cuius ea prouincia
erat,his hoſtium ſucceſſibus commotus,caſtris in Romanorum conſpectu poſitis, copias in
aciem educit,nec Scipio diſtulit certamen,tutius ratus cũ ſolo Hannone dimicare,q̃ cunctan/
B do cum hoc ipſo & Haſtrubale, quem cum altero exercitu ſciebat paulopoſt affuturũ. Fuit ea
pugna Romanis proſpera. Sex milia hoſtium cęſa dicuntur,& duo cum caſtris capta,quibus
Scipio potitus,Ciſſam ſiue,ut alij habent,Sciſſam oppidum ui cepit. Hannonis caſtra Roma
nũ militẽ ditarunt,impedimentis eorũ,qui in Italiã Hannibalẽ ſecuti fuerant,referta. Hanno
dux Carthaginienſium & Andubal mediterraneæ regionis tyrannus uiui in Romanorũ po/
teſtatẽ uenere. Traiecerat interea Haſtrubal Iberum cum octo milibus peditum, & equitibus
mille,qui audita ſuorum clade,magno dolore percitus,iter ad mare detorſit,ibiq; nõ ꝓcul Ta
racone, nauales ſocios Romanorũ uagos in agris adeptus, cum multa cæde & trepidatione ad
naues cõpulit,ſed Scipionẽ ueritus,ne ſubito eius acceſſu opprimeretur,confeſtim trans Iberũ
copias recepit: nec ita multis interiectis diebus,quum Scipio ex Taracone Emporia repetiſſet,
Haſtrubal reuerſꝰ Illergetes,qui obſides Scipioni dederãt,ad defectionẽ perculit,ad quos ho/
ſtiũ motus Scipio ex hybernis excitus, fama ſui aduentus Pœnũ iterum ad Iberum ſecedere
coegit, ipſe Ilergetũ gẽte in ad obſequm retractã pecunia mutauit. In Auſetanos inde Iberi ac
colas mouit: horũ urbẽ quũ obſidione ꝑmeret,indicio cõperit Lacetanos uenire finitimis au/
xilio,noctu uenientes inſidijs excepit,exceptoſq; cũ multa ſtrage diſpulit: ad XII. Hiſpanorũ
milia ſunt deſiderata. Tenuit ea obſidio XXX. dies,per quos raro nix minꝰ quatuor pedes al/
ta iacuit. Poſtremo Auſetani XX. argẽti talenta cum hoſtibus pacti deduntur. Scipio ſecundũ
eam deditionẽ Taraconem in hyberna conceſſit. Romæ tetra hac hyeme prodigia aut facta,
aut animis religione imbutis temere credita ſunt. Ingenuus infans ſemeſtris in foro Olitorio
triumphũ clamaſſe dicit. Nauiũ ſpecies in cœlo uiſę,& ędes Spei fulmine icta eſt. In agro Ami
ternino pluribꝫ locis homines obuiã uenientes in candida ueſte uiſi, nõ tamen cõgreſſi ſunt.
In Piceno lapidibus pluit. Lanuuij haſta commota eſt. In Gallia lupus uigili gladium è uagi/
na eripuit. Hæc & alia q̃dã uiſu audituq; formidoloſa,ut tunc erat hominũ ſuꝑſtitio, ꝓ id tp̃s
nũciata. Nec multis inde diebus,alia auditu fœdiora,ingentem ciuitati metũ incuſſere. Solaris
orbis minui uiſus eſt,& Arpis palma in cœlo uiſa. Sol & Luna inter ſe occurrere crediti. Duæ
interdiu lunę uiſę,& in Sardinia duo ſcuta ſanguine manarũt,fulſeruntq; littora crebris igni
M bus,ba/

Recens prælium ad Placentiam.

Scipiõis ſucceſſus in Hiſpania.

Hãno à Scipione ſuperatur.

Prodigia.

buſ.bacul⁹ in circũeuntis uigilias manu arſit,in Phaliſcis cœlũ ſcindi uiſum,apd̃ Antiũ cruẽtæ C
ſpicę in corbẽ cõcidere.Sortes ſua ſpõte extenuatę,unaq́ꝫ eaꝝ excidit iſcripta. Mauors cõcutit
haſtã.Capuæ ſpecies ardẽtis lunæ cãdẽtiſq́ꝫ intˀ imbrẽ uiſa.Ciuitas ob hęc ꝓdigia luſtrata eſt.
Lectiſterniũ & ſupplicatio indicta,aliaq́ꝫ alijs dijs placamina decreta.C.Atrilius Seranus præ
tor publice uota ſuſcipere ẽ iuſſus,ſi in x.annos reſpu.incolumis ſtetiſſet.His rite ꝓcuratis Fla
minius cõſul deſignatus edictũ & literas Placẽtiã miſit ad cõſulẽ,ut idibus Martijs cũ exercitu
Flaminius conſul. Arimini eẽt,hic multiſmodis offenſus erat patribus & poplˀo,iam inde à primo ſuo cõſulatu,
quũ enim res aduerſus Inſubres gereret, nũciataq́ꝫ eſſent ꝓdigia q̃dã,ꝙ in Piceno amnis cruẽ
tis aqs fluxiſſet,& tres Græcorũ effigies circa Ariminũ apparuiſſent,augures ꝓnunciauerãt cõ
ſules eo anno uitio creatos.publice ꝓinde literæ ad eũ & collegã datæ,ut Romã cũ exercitu re
dirẽt,cõſulatuq́ꝫ ſe abdicarẽt.Flamini⁹ nõ pri⁹ paruit,q̃ cũ hoſte collatis ſignis cõflixiſſet,ꝓſpe
req́ꝫ ea pugna Romanis ceſſit,ut loco nõ multũ hinc diuerſo eſt ſignificatũ. Quia igitur cõtra
auſpicia pugnaſſe credebatur,publiciſq́ꝫ literis haud ab initio paruiſſet,nemo redeunti ꝓceſſit
Lex flaminia. obuiã,triũphũq́ꝫ priuat⁹ egit,añ tp̃s ſe magiſtratu abdicare coactus.Reſidua igitˀ in patres ira,
ſe adiutorẽ p̃buit C.Claudio Tri.plębis,q legẽ tulit ad pplˀũ,neqs ſenator ſenatoriſue patˀ ma
ritimã nauem haberet,q̃ pluſq̃,ccc.eſſet amphorarũ capax,ſatis eã eẽ rat⁹ ad fruct⁹ ex agris
cõuectandos,oẽm alioqui p̃tribus quęſtũ indecorũ.Ea lex ut erat popularis,nõ autori tantum,
ſed ſuaſori etiã apud plebẽ fauorẽ conciliauit,ſecundũq́ꝫ illi conſulatũ peperit,ob hæc ille inui
ſus patribus atq́ꝫ eiſdẽ infenſus,nequa religioſe in urbe moraretˀ,priuatus clã in ꝓuinciã abijt,
ꝙ ubi palam eſt factũ,fremere uniuerſus ordo C.Flaminiũ nõ cũ Senatu ſolũ,ſed cũ dijs etiã
immortalibus bellũ gerere.Q.Terentius & M.Antiſtius ad eũ miſſi ſunt, qui illũ religionis &
Flaminij peruicacia. auſpiciorũ,quæ ex urbe in prouinciam deferẽda erant,publice admonerent,quibus nõ modo
nõ paruit,ſed confeſtim cõſulatu Arimini inito,cũ quatuor legionibus in Hetruriã profectus
eſt,eratq́ꝫ iam uernũ anni tp̃s,quũ Hannibal iterum ex hybernis egreſſ⁹ in Hetruriam & ip̃e
iter intendit,ꝙ ip̃m ut aliquanto maturius faceret, capitales Gallorũ hortabantˀ inſidiæ,horũ
reguli ubi ſuã terrã belli ſedẽ factã uiderũt,auerſo à Romanis in Pœnũ odio,in ducẽ ip̃m plu D
res ſimul ac ſępius cõiurarunt.Nec interim alia res magis illi ſaluti fuit,q̃ cõiuratorũ infida ſo
cietas,q ea leuitate qua cõſenſerãt cõſenſum ip̃m indicauere,qua gẽtis ꝑfidia Hannibal inſtru
ctus,ſæpius ueſtẽ mutando,caputq́ꝫ uarie tegẽdo,inſidiantiũ eſt cõſilia fruſtrat⁹:periculi ergo
declinandi cauſa & quia iam fama erat Flaminiũ cõſulem Aretiũ ueniſſe,breuiſſimũ iter Han
nibal ingreſſus,per paludes,qua Arnus fluuius inter Apennini anguſtias labitˀ,ducere ẽ ador
Arnus fluu. tus.Oritˀ Arnus ex Apennino,interfluitq́ꝫ Fluentiã urbẽ Hetruriæ clariſſimã,mox priuſq̃ ad
mare ſit uentũ Eſari fluuio miſcetˀ,tanto aquarũ aſſultu,ut in ripis ſtãtes ſeſe ex aduerſo intue
ri nequeant.Fluebatq́ꝫ tũ forte Arnus pleni⁹ ſolito.Aphri & Hiſpani,& ꝙ ueterani erat exer
citus robur cũ ſuis ĩpedimentis p̃ibãt,ſequebatˀ Gallorũ agmẽ,nouiſſimi ire equites, Mago cũ
Difficile Hãnibalis iter. Numidarũ ala cogebat agmen,ꝑ altũ limũ & ꝓfundas fluminis uoragines traducebatˀ exerci
tus,multi feſſo corpe,ubi ſemel alto erãt cœno immerſi,neq̃untes ſe attollere,inter ipſas iumẽ
torũ & ſarcinarũ ſtrages expirabãt,ac maxime oĩm uigiliæ militẽ conficiebant,q̃ triduũ, & tres
noctes toleratę,quum oĩa aquis obtinentibus in ſicco feſſa ſterni corpora nõ poſſent,cõgeſtis
in aquas ſarcinis ſupincũbebãt aliqui,alijs ſtratorũ paſſim iumẽtorũ acerui ea parte, qua aqs
extabant,ad quietẽ parui tp̃is dabant cubile.Ipſe dux elephanto qui unus ſupererat ſedẽs, ut
altius extaret aquis,nocturno humore,paluſtriq́ꝫ cœlo caput grauantibꝫ,quũ neq́ꝫ locus,neq́ꝫ
tp̃s medẽdi eſſet,altero eſt oculo captus,ad poſtremũ multis hominibꝫ & iumentis fœde amiſ
Oculo capitur. ſis,Pœnus imperator paludibus emerſus,in ſicco caſtra poſuit,inde oĩbus diligẽter exploratis
& ubi eſſet conſul,quæ cum illo copię,qua potiſſimum parte in hoſtium fines irrumpendũ,cã
Hetruriæ partem,quę inter Feſulas iacet & Aretium,omniumq́ꝫ rerum copia abundaret, in
uadere conſtituit,omnium primum Flaminij cõſulis temeritatem ſecutus,cuius ingenium ne
hoſti quidẽ erat ignotũ: Feſulas progreſſ⁹ mittit qui ſubiectos campos late incendijs & cędibꝫ
fœdarent,ac q̃ maximã poſſent Romanorum oculis uaſtitatem oſtenderent. Flaminius qui
ne Pœnis quidẽ quieſcentibus,ipſe quieturus erat,ubi ſociorum res ante oculos uaſtari uidit,
quum legati & alij,qui conſultanti aderant,cenſerent alterum conſulem expectandũ, interea
equitatu

A equitatu & auxilijs leuis armaturę arcendam hoſtium populationem, iratus ex concilio ſe ꝓ Flaminij
ripuit, ſignūq; itineris ac pugnæ militibus ꝓpoſuit, q̄n clamitās ante Aretiū ſedeamꝰ: hic pa præceps in/
tria, hic penates ſunt? Hānibal interi Italiā populet, Romam capiat, ut ſicut olim ex Veijs Ca genium.
millꝰ, ita nūc Flaminiꝰ ex Aretio ad patriā ex hoſte repetendā accerſat? Hæc ille uociferās, quū
iratum plenus equū aſcendiſſet, eo repente collapſo in caput ad terram effuſus eſt. Nunciatur
inde ſigna nulla ui molientis ſigniferi reuelli poſſe, num, inq̄t, conuerſus ad nuncium, & tu li/
teras à Senatu affers, quæ me in pugnā deſcendere ꝓhibeant? Abi & dic ut ſignū effodiant, ſi
ad conuellendū manꝰ torpeſcūt. Hæc mandat, atq; una iter ad hoſtē intēdit. Inſinuat ſe Cor/
tonenſis agri mōtibus Traſimenus, uiaq; anguſtior inter undas lacus, & mōtes relinquit̃ trā/ Traſimenæ
ſire uolentibus, quibꝫ egreſſis latior ſe pandit cāpus, undiq; fere collibꝫ circūdatꝰ, ꝓterq; à frō/ anguſtiæ.
te, q̄ planities lacu alluit: hūc locū inſidijs aptū Hannibal cōſpicatꝰ, in aperto cū Aphris & Hi Stratage/
ſpanis caſtra locat, poſt mōtes leuē armaturā cū auxiliaribus circūdedit, equites ad ipſas fauces ma Hanni/
mōtis tumulis apte tegentibus iubet cōſidere, ut quū Romani fauces euaſiſſent, à tergo angu/ balis.
ſtias improuiſo occuparent, ita ut oīa aqua & montibus & armis uno tp̄e clauderent̃. Flaminiꝰ
qui hoſtē è ueſtigio ſequebat̃, quū circa ſolis occaſum ad lacum ꝑueniſſet, poſtridie inexplora/
to anguſtias euadit, cui egreſſo id hoſtium priꝰ occurrit oculis, q̄d in aꝑtis ſedebat cāpis, mox
à tergo & à lateribus detectę inſidiæ & clamor undiq; redditus. Perculit Romanos improuiſa
res, auxitq; pauorē nebula ex proximo lacu in planitiē effuſa. Erāt Pœni ex inſidijs coorti in/
ter ſe ſatis cōſpicui, quum altiora loca tenerent, ut uno tempore in ſubiectos hoſtes decurrerēt.
Romani cōtra oim ſibi rerū proſpectu adēpto ad ſtrepitū & clamorē uertebāt ferri aciē, q̄q̄ ab
initio tātus pauor animos inuaſerat, ut uix manꝰ ad ſuſtinēda tela ſufficerēt. Hānibal poſtq̄,
ut petierat, hoſtē undiq; clauſum habuit, aciē ex aduerſo mouit. Pluribꝰ itaq; locis urgeri cœ/
perat Romanū agmen, q̄ ut acies inſtrui, aut arma aptari potuerint. Flaminius cęteris metu ꝑ Flaminij
culſis, ipſe, ut in re trepida, nihil territꝰ, ſuos alacri uoce hortari, atq; ex omni pcte, qua redde/ ferocia.
batur hoſtilis clamor, aciē inſtruebat, ſtare ſuos, fortiter pugnare iubet, uirtute ac ui, nō preci/
B bus & uotis inde euadendū, ꝑ medios hoſtiū cuneos perrūpendā uiā, quo plꝰ audacię adeſſet,
eo minus periculi. Sed neq; hortatio neq; imperiū, p̄ nimio ſtrepitu exaudiri poterat, tantūq;
aberat ut ad ciendam pugnam animus cōpeteret, ut ne arma quidē, ut dixi, ab initio miles ſa
tis ualide tractaret, onerareturq; illis potiuſq̄ tegeret: exaudiri interim uulnerū ictꝰ, & gemitꝰ
morientium, eratq; maior aurium q̄ oculorum uſus. Hic quū paſſim Romani cæderent̃, cona Ad Traſi/
ti ſunt pluribus locis ui ꝓrumpere, q̄ ubi id fruſtra ſępius tentatū ē, deſperatio animos ad pu/ menū Ro/
gnā accendit, ac tū atrociter aliq̄diu eſt dimicatū: nec pugna talis fuit, qualis inſtructa acie eſſe manorum
ſolet, ſed ut ſors aut hos, aut illos in arctū cōpulit, ita acriter pręliū inibatur, fuitq; interim tan cædes.
ta intenſio animorū, dū hi de uita, illi de uictoria dimicant, ut quū eo ipſo tempore adeo uehe/ Terremo/
menter mota ſit terra, ut pleręq; Italiæ urbes magna ſui parte corruerint, nemo tn̄ pugnantiū tus.
ſenſerit eū motum, tris circiter horas dimicatū, ubiq; atrociter, ſed circa cōſulem maior q̄ alibi
pugna fuit, eum robora uirorū ſequebantur, & ipſe quacunq; ſuos degrauari ſenſerat, impigre
ferebat illis opē, hoſtē etiā cōminꝰ petebat, quē fortiter dimicantē Inſuber eques, Ducario fuit Flaminij
illi nomen, lācea trāſfixit. Triarij obiectis ſcutis corpꝰ protexere, ne ab hoſte ſpoliaret̃. Verum caſus.
amiſſo duce haud multo poſt fuga ab ijs q̄ eum cadentē uiderant, orta eſt, inde paſſim remiſ
ſa pugna, diffugitur quocunq; metus aut occaſio ſpem prębebat, in montes, in lacū abeunt, ui
ri equiq; alij ſuper alios præcipitantur. Multi qui in lacū refugerant capitibus aquis extabant, Rom. fuga.
hos Pœnꝰ eques inſecutus, paſſim ferro conficit, pleriq; in altos fluctus nādo euaſere, ſed defi/
ciētibus mēbris, paulatim ad littus relati, ab hoſtibus ferro excepti ꝑierunt: ſex milia ferme, qui
in primo agmine ſteterunt, eruptione ꝑ aduerſos hoſtes impigre facta, ignari oim quæ poſt ſe
fierent, ex ſaltu euaſere. Cōſedit id agmē in ꝓximo tumulo euentū pugnę expectans quū in/
terim in dēſa caligine tantū aurium ſenſus uſus eēt. Verū ubi nebula ſole depulſa, mōtes in li
q̄da luce, planiciesq; Romanā aciē fœde ꝓſtratā oſtēdere, tam ſæua clade ꝑculſi p̄ſentiſq; pi/
culi ſimul admoniti, ne i ꝓximo cōſpecti ab hoſte opprimerent̃, ſublatis ſignis, q̄ citiſſimo po
tuerūt agmine, ſeſe in propinquū uicum proripuerūt. Eos Maharbal ab Hānibale miſſus ſe/
quenti nocte eq̄tibus aſſecutꝰ, undiq; circūſeſſos, data fide fore ut traditis armis, cū ſingulis ue

ſtimētis incolumes dimitteret, deditos cōtra fidē in caſtra reduxit. xv. milia Romanoꝝ ea acie C

Cæſorum numerus.

cęſa dicunt, totidē & ampliꝰ, ut Polybius ait, capta, decē milia diuerſis itineribꝫ Romā petiere, ad, Lx. hoīm milia ꝑlio cōflixerāt, hoꝝ ꝗtuor urbanæ legiones fuere, cęteræ auxiliares ſociorū copiæ, mille & qngēti hoſtiū eo die cęſi, ac poſtea multi utrinq; uulneribꝫ ſunt abſumpti. Hānibal captiuos latini nois, & alios Ro. ſocios benigne appellatos ſine ꝓcio dimiſit, iuſſitq; eoꝝ principes q in pugna ꝑierant ſepeliri, & ut ſaucij diligēter curarent, dedit operā, teſtatꝰ ueniſſe

Simulata Pœni clemētia.

ſe, non ut Latinis & cęteris Italię ꝑplis bellū inferret, ſed ut ſupbiſſimo Romanorū dñatu Italiā liberaret, & hęc Pœnus ad cōciliandā clemētiæ famā, quū fero alioq & immani eēt ingenio. Flaminij corpus ad ſepulchrū reqſitū inueniri non potuit. Romæ ad primū tātæ cladis nunciū ex tota urbe cum trepidatione in forum eſt cōcurſum, alius aliū ſciſcitari, ecquænā clades nūciata eſſetꝰ qñ, & ubi accepta. Cæterū quū nihil certi traderet, multitudo ingēs in comitiū & curiā uerſa, magiſtratus euocabat: tū haud multū añ ſolis occaſum, M. Pomponius ꝑtor urbanꝰ ad populum egreſſus, magna, inquit, Quirites pugna uicti ſumus, ad quā uocem tātus terror & tumultus ortus eſt, ut nō minor animorum cōſternatio Romę, ꝗ in prælio fuerit. Peruaſit rumor ciuitatem, cæſum conſulem cum magna parte copiarū. Sollicita & anxia multitudo poſtero die ſeſe ad portas effudit uiri ꝑmiſcuè & fœminę, ꝗ ſuorū fortuna eſſet exploraturi, uarij hic ſciſcitantium affectus, ut quiſq; de ſuorum morte, aut uita, certior factus eſſet, mulierum multo maiores planctus & gaudia extitere, quarum una filium ex improuiſo intuita, in eius complexu expiraſſe dicitur, altera filij morte falſo nunciata, quū mœſta domi ſederet, atq; ille

Duæ matronæ lætitia extinctæ.

incolumis ad eam irrupiſſet, ſubita lætitia uelut ruina quadā oppreſſa, cōfeſtim exanimata eſt. Acceſſit Traſimenę cladis cumulo alia recens iactura, quatuor milia equitū qui à Gn. Seruilio ſub id tempus, quo male pugnatum eſt, àd collegam mittebantur, C. Centonij ductu ab Hānibale in Vmbria circumuenti, in hoſtium poteſtatem uenere. His igitur cladibus alia ſuper aliam ciuitas afflicta, ad unicū reipub. remediū confugit, & quia conſul aberat, Dictatorē, qđ nunꝗ antea fieri cōtigit, Q. Fabiū Maximū populus creauit, niſi prodictator ille potius fuit, qꝫ & Liuius ſuſpicari mihi uidet. Is quācunq; eſt poteſtatē adeptus, magiſtrum equitū M. Minu D nutium Rufum dixit. His negocium datum, ut muros & turres urbis firmarent. Præſidia quibus locis uideretur, diſponerent, pontes fluminū reſcindi iuberēt, pro urbe iam inde dimicandū, ubi Italia defendi nō poſſet, uſq; adeo martius ille Po. Ro. uigor præſenti clade cōciderat. Pœnus interim Spoletum uſq; per Vmbriam uenit, quam urbem oppugnare adortꝰ cū multa ſuorū cęde eſt à mœnibus repulſus.

Spoletum.

Sedet Spoletum in ipſis faucibus Vmbriæ, cui arx imminet & opere & natura inſignis, acre & bellicoſum genus hominū, ut Romanos colonos cognoſcas. Hannibal ex unius colonię oppugnatione parū proſpere tentata ſecū reputans, quāta eſſet ipſius urbis moles, in Picenū agꝛ iter auertit, ubi aliquot dies ſtatiua habita, regioneq; interim populationibus fœdata, per Pretutianū agrū, & Adrianū populabundus in Marſos

Seruilij reditus ex Galla.

tranſgreſſus eſt. Marrucinis inde & Pelignis pari clade affectis, circa Arpos & Luceriam conſedit. Seruilius qui in Gallia erat, ubi collegam cū exercitu cęſum audiuit, ueritus ne abſente uictor hoſtis ad urbem oppugnādā accederet, ex Gallia citato agmine Romam uenit. Fabius interim patribus autor fuit, ut decemuiri Sybillinos libros inſpicere iuberent, quorū monitu ipe

Vota.
Ver ſacrū.

dictator Erycinæ Veneri ædē uouit, Attilius ꝑtor Menti. Sunt & Marti ſua uota nuncupata, & uer ſacrū Ioui uotū, ſi reſpub. in quinquēnium eo quo fuerat, manſiſſet ſtatu, ut quicqd uer unum ex Ouillo, Suillo, & Caprino tuliſſet grege, id Ioui ſacrū eſſet. Supplicatio adhæc & Lectiſterniū indictū. Et quū per hæc ſatiſdatū religioni uideretur, Fabius duabus urbanis legionibus cōſcriptis, uia flaminia Seruilio uenienti obuiā progreſſus, circa Otriculū agmen intuitus ad conſulē miſit, ut ad ſe ſine lictoribus ueniret, paruit ille dicto, quæ res uenerandā magiſtratus, ꝑpemodū uetuſtate aboliti, ſpeciē ciuiū & ſociorū qui aderant, animis aſtruxit. Quū dictator adhuc ibi eſſet, literę ex urbe allatæ ſunt, quæ ſignificabant onerarias Romanorū naues, ꝗ in Hiſpaniā cōmeatū ad exercitū uehebant, à punica claſſe circa Coſſanū portū in ora Hetruriæ captas. Quo nuncio permotus dictator, Seruilium cōſulem Oſtiā ire iubet, atq; nauibus ꝗ ibi erant, milite inſtructis, hoſtem perſequi. Ipſe cum exercitu Tybur primo, quo diem nouo militi ut ueniret edixerat. Præneſte inde profectus, tranſuerſis itineribus in latinam uiā egreſſus, non

A ſus, non niſi explorato ducens, haud ꝓcul Arpis in cõſpectu hoſtiũ conſedit. Hãnibal poſtri Fabij prũdentia.
die ſtructa acie Romanis pugnę copiã fecit, ubi uero oĩa apud illos quieta uidit, increpans,
uictus eſt, inquit, martius ille Romanorũ animus. Iã Pœnis de uirtute conceſſum ē. Hæc ille
uerbis, anim⁹ uero tacita cura perculſus ē, ubi ſenſit Ro. populũ ſuo malo edoctũ, parẽ ſibi du Tacita Hannibalis cura.
cem quęſiuiſſe. Caſtris inde huc illucq; ſępius tranſlatis, nunc procul abeundo, nunc eodem,
unde digreſſus erat, reuertendo Fabio inſidiari. Ille per ardua loca ducẽs, neq; ab hoſte uſpiam
abſcedere, neq; congredi, non niſi ex tuto lignari pabulariq; ſuos permittebat, nullam inſidiã
di occaſionem hoſtibus relinquere, incidebantq; interim leuiora prælia, quæ non niſi ex occa-
ſione commiſſa, plurimum proſpere Romanis cedebant, fiebatq; per hęc in dies miles auda-
cior & magis cautus ad hoſtium artes eludendas. Cæterũ quantum Fabij prudentia hoſtem Minutij temeritas.
ſollicitũ habebat, tantũ Minutium magiſtrũ equitum infeſtũ, qui cunctatorem ꝓ dictatore, ſe
gnẽ ꝓ cauto, pro circũſpecto timidũ, uicina uirtutibꝫ uitia affingens, appellabat. Tranſijt inte
rim Hannibal ex Arpis in Samniũ, Beneuentanũq; agrum depopulatus, Teleſiam urbem ui
cepit, quum nulla interim ſociorum iniuria Fabium impelleret ad aliquid temere agendum.
Edoctus interim fieri poſſe, ut ſi in Caſſinatem agrum duceret, occaſio aliqua daretur trahen
di hoſtis in inſidias ſocijs auxilium ferrentis, duci imperat, ut ſe in Caſſinatem agrum ducat.
Vox barbara effecit, ut dux pro Caſſino, Caſilinum acceperit. Per Aliſanum igitur Calati-
num & Calenum agrum in campum ſtellatem deſcendit. Hic ubi Hannibal omnia monti Error ducis
bus & fluminibus incluſa intuitus eſt, uocatumq; ad ſe ducem rogat, in quem ſe locum per
duxiſſet, reſpondit ille Caſilini eo die cum exercitu futurum. Tum uero cognitus eſt error,
duceq; ad aliorum terrorem in crucem ſublato, ipſe quo depręhenſus erat loco metatur caſtra,
Maharbalemq; cum Numidarum ala in Falernum agrum prædatum mittit. Proceſſit ea po-
pulatio uſq; ad Sinueſſanas aquas, maiorq; fuit terror quàm clades. Hannibal Vulturnum
progreſſus, amœniſſimum Italiæ agrum, in conſpectu Romani exercitus, ferro & igni popu-
latur. Conſederat Fabius ad radices Maſſici montis, oſtendebatq; ſe tantum hoſti, quę cun
B ctatio, quum per ſe parum grata erat militibꝫ, tum Minutij obtrectatione multo inuidioſior,
ita ut parum res à ſeditione abeſſet. Exaudiri itaq; militum querelæ dictatoris ſegnitiem pro
ſcindentium. Fabius etſi ſatis compertum habebat cunctationem ſuam non minus Romæ
quàm in caſtris infamem eſſe, obſtinatus tamen reliquum æſtatis ſuis artibus extraxit. Et Fabij conſtantia.
iam hyems appetebat, Hannibal locorum naturam ſecum contemplatus, quæ magis præ-
ſentis uoluptatis erant, quàm perpetuæ copiæ, alium hybernandi locum circumſpicere cœpit,
quæ ubi indicio ſunt ad Fabium delata, ratus fore, ut per eaſdem Pœnus anguſtias quibus in-
trauerat abiturus eſſet, Callicanum montem & Caſilinum, modicis occupat præſidijs. Ca
ſilinum Vulturnus amnis interſecat, Falerni agri Campaniq; confinium. Ipſe eiſdem iu- Fabij conſilium.
gis quibus antea ducens è ueſtigio ſequitur: mittit prætetea, CCCC. equites ſociorum explo-
ratum cum L. Hoſtilio Mancino, his mandatum erat, ut quantum tuto poſſent, hoſtium cõ-
ſilia & proceſſus explorarent. Incidit ala hęc in uagos Numidas, quorum paucis per occaſio- Mancini temeritas.
nem cęſis, cæteri, ſua arte, nunc cedendo, nunc ferociter in pugnam redeundo, Mancinium &
alios minime mandatorum Fabij memores cum multa equorum fatigatiõe in ſua propemo-
dum caſtra pertraxerunt. In eos Carthalo equitum præfectus cum recenti equitatu inuectus,
per quinq; ferme milia paſſuum fugientes eſt ſecutus. Ibi Mancinus nullum urgendo finem
fieri intuitus, qui circa erant cohortatus, manum cum hoſte conſerit. Sed pauci pro hoſtium
numero & feſſi momento temporis ferro proſternuntur. Pauciſſimi, qui fugam occuparant,
in caſtra ad dictatorem nouæ cladis nuncij peruenerunt. Eodem die Minutius ſe cum dictato
re iunxerat, à Taracinenſi ſaltu inſedendo reuerſus, ne Pœnus per Appiam uiam in Roma-
num agrum irrumperet. Poſtridie caſtra in uiam delata, qua hoſtis ducturus erat, eſtq; non-
nihil utrinq; dimicatum, magis ex dictatoris quàm Hannibalis ſentẽtia. Hoſtem gradu ſum-
motum Romanus miles perſequi noluit. Senſit Pœnus ſuis ſe artibꝫ peti, ubi ſaltum per quẽ
uenerat ab hoſte teneri exploratum habuit, quia igitur per Caſilinum non poterat, per Cali-
culæ iugum euadendum ratus, in punicam artem conuerſus, tale eſt oculorum ludibrium cõ-
mentus. Ad duo milia boum in unum coegit, puibus ſarmenta cornibꝫ alligat, ſub noctem

*Aſtutũ Hannibalis conſilium.*

inde armento montium radicibus admoto, materiam, quæ cornibus applicita erat, ſimul incẽ- C
dit, ſimulq́ boues in aduerſum iugum concitari iubet. Hi flamma primo, mox calore exterriti,
uelut Furijs acti, capita quatientes, diuerſi per ſaltum præcipiti curſu abierunt, ut eodem tem-
pore montes & ſyluę ardere uiderentur. Qui ſaltum præſidio obtinebant, ubi omnia late con

*Nocturnũ oculorum ludibrium.*

flagrare uiderunt, ac ſupra ſe aliquot ignes uagari, circumuentos ſe rati, in altos montes abie-
runt. Tum in palatos boues incidentes, miraculo rei attoniti, paululum ſubſtitere, humana de-
mum fraude deprehenſa, maiore quàm antea curſu ne circumuenti obtruncarẽtur, in tutum
conceſſerunt. Hannibal traducto per ocium exercitu in Aliſano agro conſedit. Senſit Fabius
nocturnum tumultum, cæterum inſidias ueritus, in caſtris uſq; ad lucem ſe tenuit. Inde ſub iu
go montis diuerſa parte prẹlium fuit, ubi haud dubie clades aliqua erat hoſtibus accipienda,
Romanis eorum leuem armaturam degrauantibus, niſi Hiſpana cohors corporum & armo-
rum agilitate, per abrupta & confragoſa loca decurrens, Romanum militem grauem armis,

*Fabius ſup Aliſas facit caſtra.*

ſtatariæq́ pugnæ quàm tumultuariæ aptiorem, facile eluſiſſet. Fabius ubi hoſtem uidit è ma-
nibus elapſum, ſaltum tranſgreſſus, ſuper Aliſas loco alto ac munito conſedit. Tum Hanni-
bal Romam ſe petere ſimulans, in Pelignos uſq; populabundus uenit. Fabius me-
dijs locis inter urbem Romam & Pœnum ductare, nec ab hoſte abſce-
dens, nec prẹlio congrediens. Ex Pelignis ille retro flexit iter,
atq; in Apuliam reuerſus Glerenũ urbem metu
ab incolis relictam occupat. Liuius Gerio-
nem uocat. Dictator in Larinati, agro
aſtra communiuit, nec multo
poſt Minutio in caſtris
relicto ſacrorum cauſa reuerſus eſt.

## ENNEADIS V. LIBER II.

*Haſtrubalis conſilium.*

PRINCIPIO AESTATIS, qua hæc in Italia geſta ſunt, in Hiſpania, ubi
iam antea terreſtre bellum exardeſcere cœperat, mari quoq; eſt bellari cœ- D
ptum. Haſtrubal xv. nauium claſſe Himilconi tradita, ipſe ex noua Car-
thagine profectus, prope littus ductabat exercitum, confligere paratus, qua

*Scipio hoſtẽ petit.*

cunq; parte copiarum hoſtis occurriſſet. Gn. Scipio, audito Pœnorum ex
hybernis digreſſu, quia ipſos abundare terreſtribus auxilijs conſtans fama
erat, lectiſſimorum militum parte in naues impoſita, quinq; & xxx. nauium claſſe obuiam
hoſti ire pergit. Biduo quàm Taracone profectus erat ad ſtationem conſedit xx. milia paſ-
ſuum ab Iberi amnis oſtio, ubi erat punica claſſis. Speculatoriæ Maſſilienſium naues ſigni-
ficarunt, punicam claſſem in oſtio fluminis ſtare. Nec procul inde in littore Haſtrubalem
cum exercitu eſſe. Scipio ut improuiſo acceſſu hoſtem opprimeret, ſublatis anchoris ad
Iberum curſum tetendit, ex turribus, quibus paſſim Hiſpani pro ſpeculis & receptaculis
aduerſus latrones utuntur, Romana claſſe procul inſpecta, datum eſt Haſtrubali ſignum
tumultuſq́ prius in caſtris, quàm ad mare fuit. Nuncij inde alij ſuper alios ab Haſtru-
bale miſſi, remiges & ſocios nauales, toto littore ſparſos, ad naues ſubito compellunt,
Romanam claſſem haud procul abeſſe, cum tumultu & clamore nunciantes, Mox &
Haſtrubal cum omni exercitu affuit. Magna ibi trepidatio orta remigum militumq́ in na-
ues ruentium. Vixdum omnes conſcenderant, quum alij reſoluunt lora & anchoras euel-
lunt, alij ne anchoræ in mora ſint, inciſis loris in apertum euadere ſatagunt. Erat nautis mi-
les impedimento, contra militi nautæ. Sed dum hi naues, illi arma ſtudio comparant,
feſtinantq́ potius quàm neceſſaria expediunt, Romani tumultuoſe ſuperueniunt. Breuis
itaq; naualis pugna fuit, punicis nauibus circa littora diſiectis, milites iuxta ac remiges,
quiſq; pro ſe ad amicam aciem, quæ in littore ſtabat, perfugiunt. Duæ primo congreſſu naues

*Scipio punicam claſſem profligat.*

captæ, quatuor ſuppreſſæ: Romani etſi hoſtium agmine totum littus tenebatur, quinq; & ui-
ginti punicas naues, ſuarum puppibus religatas, in altum pertraxerũt. Scipio poſt eam uicto-
riam omni ora maritima potitus, Onuſtam urbem ui captam diripit, nouam inde Cartha-
ginem delatus, ſuburbanum agrum circumquaq; populatus eſt, tecta muro urbis ſubiecta
flammę

A flammæ iniectu cõcremauit. Ad Longuticam deinceps claſſis appulſa eſt, unde uim ſparti ingentem ab hoſte ad naualem uſum cõparatam Romanus imperator ſuſtulit. In Ebuſum inſulam uictrix inde claſſis trãſmiſſa, ubi urbs caput inſulæ biduo fruſtra oppugnata eſt, agerq́; uaſtatus, aliquot uicis direptis & incenſis. Iacet Ebuſus inter Hiſpaniam & Mauritaniã, ex ijs una quæ à pineo frutice Pytiuſæ à Græcis dicuntur, patet quadringentorum ſtadiorum circuitu. Ebuſi terra ſerpentes fugare creditur. Gignit & cuniculos populantes meſſem. Conſtat Baleares qui eodem tractu ſunt, aduerſus animalis huius prouentũ, ab Auguſto principe militare auxilium quãdoq; implorasse. Receperantq́; ſe Romani ad naues, cum ex Balearibus inſulis legati affuere, pacem à Scipione petentes. Iacent Baleares inſulæ contra Hiſpaniæ oram, quæ inter Taraconem & Sucronem extenditur, duæ numero, fundacq; bellicoſæ, eas Græci Gymneſias dixere, maior circuitu patet CCCCLXXX. milium paſſuum, centum longitudine, diſtat inde minor CCL. ſtadijs, cuius longitudo habet trecenta ſtadia, circuitus mille & CC. Scipio in citeriorem Hiſpaniam reuerſus, plures dies, omnium gentium, quæ Iberum accolunt, & ex extrema Hiſpania legatos audiuit. CXX. populi & amplius Romanæ ditionis, datis obſidibus, facti ſunt. Quibus ille ſucceſſibus elatus cum terreſtribus copijs ad Caſtulonenſem uſque ſaltum proceſſit, Haſtrubale in Luſitaniã propius oceanum compulſo, fuiſſetq́; reliquum æſtatis quiete actum, niſi Mandonius Ilergetum regulus, poſt Scipionis diſceſſum, in pacatum agrum ſociorum populi Romani cum ſuis popularibus hoſtiliter irrupiſſet. Miſit Scipio in Mandonium tria milia peditum, cum expeditis auxilijs, quorũ aduentu Ilergetes partim cæſi ſunt partim armis exuti: cæterum motus ille Haſtrubalem cis Iberum reuocauit, ut Carthaginienſium ſocios tueretur. Celtiberi, qui Romano duci obſides dederant, ipſius literis moniti, ut in Pœnos arma caperent, Carthaginienſium urbem adorti, breui tria ex hoſtibus oppida ui capiunt, bis inde cum Haſtrubale prælio congreſſi, ad XV. milia hoſtium interfecerunt, quatuor milibus captis, & cum his pleraq; ſigna militaria adempta. Erantq́; in hoc ſtatu res Hiſpaniæ, quum P. Scipio, qui priore anno conſul fuerat, cum XXX. longis nauibus, & octo B milibus militum, magnoq́; cõmeatu in prouinciam uenit, prorogato ei poſt conſulatum imperio, Taraconis portum tenuit, magna ciuium ſociorumq́; lætitia, exercituq́; in terram expoſito, Taracone profectus, cum fratre iungitur, qui cum bellum deinceps cõcordi animo geſſit. Pœnis celtiberico bello occupatis, duo Scipiones Saguntum ire pergunt. Erant ibi totius Hiſpaniæ obſides, idq́; unum pignus Hiſpanorum animos, à Romanorum ſocietate ad quam amplexandam alioqui propenſi erant Hiſpani, metu arcebat, ne defectionis culpa filiorum ſanguine lueretur. Haud dubie apparebat, ſi Saguntum Romani recepiſſent, eſſentq́; parentibus reſtituti obſides, ipſorũ beneficio fore, ut eas res omnium principum Hiſpaniæ ſtudium & amicitiam Romano populo conciliaret. Cæterum Acedux homo Hiſpani generis, qui tum Sagunti erat, ad Romanos tranſiturus, Boſtari, qui arcem præſidio obtinebat, perſuaſit, ut ad Hiſpanorum animos beneficio occupandos, ultro illis obſides reſtitueret, expediturum id rei punicæ demonſtrans, ſi priuſquam fauor ad hoſtes aperte inclinaſſet, populorum & principum ſtudia obſidum reſtitutione in priſtina fide retinerẽtur, quando omnes ſibi credi uellent, fideſq́; habita fidem obligaret. Pollicitus ad id Acedux ſuam operam, ſi cura ſibi puerorum domum reducendorũ eſſet delegata. Aſſenſus eſt Boſtar Aceducis conſilio, tempuſq́; & modum inter ſe conſtituit. Placuit noctu, ne Romani ſentire poſſent, puerile agmen deductum iri. Ille uero cum Scipionibus de tota re colloquium occulte habuit, promiſſaq́; obſidum traditione, docuit, qua hora noctis, & qua regione, cum obſidibus ex urbe egreſſurus eſſet, atque ita uelut imprudens in inſidias delatus, cum pueris in caſtra perductus eſt. Obſides non parua Romanorum gratia, eo ordine, quo à Pœnis reſtituendi erant, per Aceducem ſunt ad ſuos reducti. Fuiſſet continuo gratia id meritum ſecuta, niſi hyems tam Pœnos quàm Romanos in Hyberna concedere coegiſſet, & hæc in Hiſpania ſecunda æſtate Punici belli geſta. Fecerat interim in Italia Fabij dictatoris prudentia Romanis cladibus nonnihil interualli, angebatq́; res ipſa Hannibalem uehementer, quòd hoſtis bellum ratione non fortuna adminiſtrabat. Sed quantum exiſtimationis ea cunctatio apud hoſtem Fabio pepererat, tantum odij & obtrectationis apud ſuos, auxitq́; præſentem inuidiam, quòd Hannibal Punica fraude, ut

Ebuſus.

Baleares inſulæ.

Scipionis ſucceſſus in Hiſpania.

Mãdonius Ilergetum dux.

P. Scipiõis acceſſus in Hiſpaniã.

Boſtar obſidum Hiſpanorũ cuſtos.

Hiſpanorũ obſides reſtituũtur.

Hannibalis ars.

eius morã ſuſpectiorẽ redderet,ab eius agro ſibi à perfugis cõmonſtrato ſuos ꝑtinaciſſime abſtineret,adeo callidus imperator in omnes partes,Romanã ſimplicitatẽ,ne ſtultitiã dicam,ſuis uerſabat artibus. C Acceſſerat huic inuidiæ,ꝙ Fabius ſine patrum autoritate cum hoſte de captiuorũ ꝑmutatione trãſegerat. At utri plures captiuos acciperẽt ꝙ̃ darent,iu ſingula militum capita,bina pondo argenti & ſelibras penderẽt,quũ aliquanto igitur maior foret Romanoꝝ numerus, eſſetqꝫ ſumma quædam argenti ex publico data, ꝙ̃d de ea re tardius populus rogaret,

Fabius agrũ uendit.

filio Romã miſſo agrũ qui intactus ab hoſte fuerat,uendidit,fidemqꝫ publicã priuato exoluit impẽdio. Sed nihil æque ac pugna,quæ eo abſente magis læte ꝙ̃ proſpere à Minutio pugnata eſt,dictatoris morã contemptibilẽ reddidit. Eo nanqꝫ Romam ꝓfecto,Minutius quũ ex montibus in planũ caſtra detuliſſet,cum Hannibale apud Gerionẽ ita acie dimicauit, ut primo impetu Pœni ſint uſqꝫ in caſtra fuſi:inde terrore in Romanos,ob ſubitã eruptionẽ,uerſo,æquatũ ſit certamẽ. Sed quũ atrociter utrinqꝫ dimicaret,Numerij Decimi Samnitis interuẽtu qui cum octo milibus peditũ & cc. equitibꝰ ueniebat in Romana caſtra,iterũ hoſtes intra uallum ſunt

Proſpera Ro. pugna.

cõpulſi,ſuis à Pœno trepide receptis,ne ab hoſte intercluderẽtur. Cæſa eo die ſex milia hoſtiũ, duoqꝫ caſtella capta. Romanoꝝ quinqꝫ milia. Cæterũ pari pene clade utrinqꝫ accepta,uaniſſimis Minutij literis factũ eſt,ut uelut Fabij cũctatio in mora eſſet,quo minus cum hoſte debellaret. M. Metellus Trib. plebis rogationẽ tulerit ad populũ,de æquando dictatori & Magiſtro equitũ imperio. Magno quidem ſtudio id Tribunus rogauit,at maiore aliquãto C. Terentius Varro rogationẽ ſuaſit,homo ſordido loco natus,etſi prætor priore anno fuerat: maximo quidem ſtudio quod rogabatur populus iuſſit,eam legem omnes in dictatoris contumeliã latam accepere. Ipſe qua animi grauitate criminantes ad multitudinẽ tulerat, eadem & populum in ſe ſæuientem tulit. Et iam Roma digreſſus erat,quum literæ à ſenatu redditæ ſunt de imperio ipſi & Minutio æquato. At ſatis fidens cum imperij iure imperãdi artem æquari non potuiſſe,

Aequatur imperium dictatori & magiſtro equitum.

animo ut ab hoſtibus ita à ciuibus inuicto in caſtra redijt. Minutius quo die primum cum Fabio congreſſus eſt,eum coëgit ut alternis diebus, aut maioribus interuallis imperarẽt. Negare Fabius omnia arbitrio unius cõmittenda, cæterum cõmunicatum ſibi cum illo,non ademptũ D imperium,nec ſe perpetuo gerendarum rerum conſilio ceſſurum, diuiſurum itaqꝫ potius cum eo exercitum: ut quando totum non poſſit,partem ſaltem copiarum conſilio ſeruaret. Atqꝫ ita illi legiones partiti,Primam & quartam Minutius,ſecũdam & teriam Fabius eſt ſortitus. Pari

Fabius & Minutius partiũtur copias.

ratione auxilia ſociorũ ex æquo diuiſa. Minutius copijs in hunc modum diuiſis,diuerſo à dictatore loco caſtra communiuit. Nec multi inde dies interfuere. Hannibal,quem nihil eorum præteribat,quæ in Romanis caſtris fiebant,ad Minutium capiendum quinqꝫ milia hominum in anfractu uallis,ubi cauæ quædam erant rupes,noctu in inſidijs locat. Inde quod certo futurum ſciebat,ut omnibus ſuis conatibus à Minutio ferociter iretur obuiam,ad tumulũ qui medius erat inter utraqꝫ caſtra capiendum prima luce mittit. Apparebat,qui prior locum cepiſſet, omnia hoſti iniquiora facturũ. Vbi Pœni in colle conſpecti ſunt, etſi multi eos ſibi depellendos depoſcerent: Minutius inter primos,ſtolide hoſtem increpans,leuem in Pœnos armatu-

Hannibalis ars in Minutio capiẽdo.

ram dimittit. Mox conſerto prælio, & equites, poſtremo ipſe cum legionibus ſucceſſit. Hannibal alia atque alia mittens auxilia iam iuſtam explicauerat aciem, leuis Romanorum armatura iniquo ſuccedens loco,ſub initium pugnæ ad equites repulſa eſt, terror inde & equites ad ſigna legionum compulit, ſtabant tamen legionarij in acie, ſua ui ſubnixi, quum ex obliquo hoſtes ex latebris coorti clamorem extollunt,qui à lateribus & à tergo incurſantes,tantum terrorem Romanis intulerant, ut neqꝫ ad pugnam, neqꝫ ad fugam pedes cuiquam ſupereſſent. Tum Fabius ubi rem in apertum diſcrimen adductam uidit, haud citius, inquit, quàm timui temeritatem fortuna deprehendit. Iam Minutius Fabio æquatus,Hannibalem uirtute & fortuna uidet ſuperiorẽ. Sed aliud ſuccẽſendi tempus erit, in Pœnum curſum tendite,uictoriam è manibus extorquete hoſtibus, erroris confeſſionem ciuibus. Iam multis cæſis, alijs fugam circunſpectantibus, Fabiana acies uelut cœlo demiſſa auxilio ſeſe obtulit. Vix ad iactum teli uentum erat,quum ſuos à fuga,hoſtes à cæde continuit. Et iam ex duabus una acies facta ferocius prælium inibat,quum Hannibal receptui cecinit, faſſus ab ſe Minutium,ſe à Fabio eo

Verba Hannibalis de

die uictum. Sunt qui ſcribant dixiſſe eum ſemper futurũ putaſſe,ut nebula illa quæ tandiu in montibus

A montibus ſederet,fœdam ſibi aliquãdo effunderet procellam.Poſteaq; utriq; in caſtra reuerſi,
Fabij Minutij concio.
Minutius uocatis ad ſe militibus, Credo uos,inquit,milites aliquãdo audiuiſſe,Primũ eſſe ui/
rum eum qui per ſe ipſe conſulat,quid in re ſit.Secundum qui recte cõſulenti obediat.Qui nec
cõſulere ſciat,nec parere,hunc extremæ ſortis eſſe.Nunc quia prior illa uirtus nobis negata eſt,
alterã ſaltem teneamus,ut quoad imperare didicerimus,prudẽtioribus parere in animũ indu/
camus:cum Fabio iterũ caſtra iungere cõſtitui, & quũ ſigna ad eius prætoriũ ſtatuerim⁹,egoq;
dictatorẽ patrem ſalutauero, quod & beneficio eius erga nos & maieſtate dignũ eſt, uos mili/
tes,quorũ uirtute ſalus ueſtra hodie defenſa eſt,patronos appellabitis,atq; ita ſi nullam aliam
laudem gratorũ certe animorũ hic dies nobis gloriam afferet.Signo deinde dato ad dictatoris
caſtra agmine cõfeſtim itur. Mirari Fabius,& qui circa illum ſteterant, Minutij & aliorũ acceſ/
Exẽplũ gratitudinis in Minutio.
ſum. Vbi uero ſigna in conſpectu ſubſtitere,magiſter equitũ dictatorẽ ipſum patrẽ appellauit,
cęteri Fabianos milites,ut fuerat prǽceptũ,patronos uocant. Tum Minutius parẽtibus,inquit,
meis,quibus te Fabi nomine,quo potui,fando æquaui,tantũ uitam debeo, tibi quũ meam ſa/
lutem,tum horum omniũ,qui mecum in acie deſcenderãt.Plæbiſcitũ igitur,quo oneratus ſum
magis q̃ ornatus,primus omniũ antiquo atq; abrogo,& quod tibi mihiq; atq; uniuerſo exer/
citui bene uertat,ſub imperiũ auſpiciumq; tuum redeo,legioneſq; reſtituo. Tu precor mihi &
& alijs placat⁹,me magiſterio equitũ apud te fungi,hos priſtinos ordines tenere patiaris. Tum
dextræ iunctæ,militeſq; miſſa cõcione inter ſe hoſpitaliter inuitati,ac lætus dies ex triſti,ac pro/
pemodũ funeſto,eſt factus. Fama eius rei Romam perlata multũ laudis attulit Fabio,laudare
Fabij autoritas.
omnes ipſius uiri prudentiã,optimumq; imperatorẽ prædicare. Nec miror de eo opinio apud
Hannibalẽ & Pœnos eſſe,nihil obſcure prædicãtes, ſentire ſe iam demũ cum Romanis ſibi,&
reliqua Italia bellum eſſe. Dum hæc in Italia gerebant̃,Seruilius conſul,cui à Fabio data fuerat
ꝓuincia hoſtium mari inſectandoꝝ,Corſicę & Sardiniæ oram ꝑteruectus,in Aphricam tranſ/
miſſurus Meningẽ inſulam inuaſit.Inſulani X.talentis argenti cõſuli datis,ut ab agrorũ popu
Meninx inſula.
latione abſtineret impetrarũt.Eſt Meninx ad alterũ minoris Syrtis ꝓmontoriũ,ipſam Syrtim
B Lotophagitim cognomine dixerũt, & Meningẽ Lotophagoꝝ terram quidam credidere, quia
Lotus.
in ea Vlyſſis ara oſtederet̃,& lotus arbor illic plurima. Scio ego ex illuſtribus ſcriptorib⁹ quoſ/
dam,& in his Pliniũ Lotum non arborem,ſed herbam arbitrari. Meningẽ uſq; ſentitur uicinæ
Syrtis fluxus. Hinc claſſis digreſſa Aphricæ litoribus eſt admota. Hic milites ſocijq; nauales
inexplorato ad agrorũ populationẽ miſſi in hoſtiũ inſidias inciderũt, quo factum eſt, ut cum
multa cæde & trepidatiõe ad naues compulſi ſint, mille hominũ & cum his Sempronio Bleſo
quæſtore amiſſis. Claſſis ex infeſto litore profecta in Siciliã redijt,qua Attilio prætori tradita,
ut ab eius Legato P.Sura Romam reduceret̃, ipſe conſul pedibus Meſſanã profectus freto in
Italiam traiecit,quo quũ ueniſſet,literis Fabij dictatoris in caſtra cum M. Attilio collega,qui in
Flaminij locum fuerat ſubrogat⁹,accerſitus eſt. His Fabius finito ſemeſtris dictaturæ tempore
Fabius dictatura ſe abdicat.
legiones reſtituit,quo tempore Hannibal ad tantam cõmeatus erat inopiam redactus,ut con/
ſtitutũ haberet,ſi noui cõſules Fabiana arte bellaturi eſſent,nulla ſpe alendi exercitus amplius
relicta,in Galliam cum omnibus copijs abire. Interim ueteres cõſules hybernaculis ad tempus
cõmunitis,niſi ex tuto aut per occaſionẽ omni alioqui certamine abſtinere. Et iam impẽdente
hyeme bellum ad Gerionẽ,ſiue ut Polybus ſcribit,Geronium cõſederat. Legati per id tempus
Legatio & munera Neapolitanorum.
à Neapoli Romam uenere, ab his quadraginta aureæ pateræ magni ponderis ſunt in curiam
allatæ,atq; ita uerba facta,ut dicerent magnitudine belli quod in præſentia gereretur,ærarium
Po.Ro.in dies magis exhauriri,æquũ proinde Neapolitanos cenſuiſſe,quãdo pro urbibus &
agris ſociorũ pro capite & arce Italiæ urbe Roma bellum gereretur, ſi q̊d auri ſibi à maioribus
ad fortunæ ſubſidiũ eſſet relictum,eo Po.Ro.iuuarent. Gratum ſibi patres & omne Romanũ
nomen facturũ,ſi omnes Neapolitanoꝝ fortunas ſuas ducerent,dignoſq; iudicarẽt,à quibus
præſens donũ,eo animo daret̃,acciperẽt. Legatis gratiæ actæ,pateraq; minimi põderis accepta
eſt. Per eos dies explorator Carthaginienſiũ,qui bienniũ Romæ fefellerat,dep̃henſus,pręciſis
manibus,dimiſſus eſt,quinq; adhęc & xx. ſerui in crucẽ ſublati,q in cãpo Martio cõiuraſſe di
cebant̃,indici libertas data,& xx. M. grauis æris. Legati ad Philippũ Macedonię regẽ miſſi,qui
Phariũ Demetriũ à ſe bello uictũ repoſcerẽt. Alij in Liguriã ad expoſtulandũ q Hãnibalẽ ſuis
auxilijs

auxilijs iuuiſſent,& ad Pineum regem in Illyricū ad ſtipēdium ab eo accipiendū. Adeo medio C
Aedes concordiæ.
etiam ardore belli Romani in multas terrarū partes curas partiebant. Ædes concordiæ quam
L. Martius biennio ante in Gallia ſeditione militari uouerat, in arce facienda hoc anno à Gn.
Puppio Cæſone,& Q. Flaminio locata eſt. Creari inde conſules, C. Terentius Varro inſecta-
tione patrum plebi conciliatus,& L. Æmylius Paulus. Prætores, M. Claudius Marcellus in Si-
ciliam, & L. Poſthumiꝰ Albinus in Galliam. Scriptæ in ſupplementū nouæ legiones, ut milia
ſeptem & octoginta armatorū ſub ſignis cōſules habuerint, quum paulo poſt ad Cannas eſt
Prodigia.
dimicatū. Prodigia eo quoq; anno aliqua facta dicuntur. Romæ in Auentino & Ariciæ lapidi-
bus pluit,& in Sabinis aliquot ſigna cruore ſudaſſe creditū. Legati ex Peſto pateras aureas Ro
mam attulerūt, his ut Neapolitanis reſponſum, nec aurum acceptū. Ab Hierone legati per eos
dies ad patres miſſi nunciarūt, regem grauiter tuliſſe caſum Flaminij conſulis, cædemq́; exerci-
tus ad Traſimenū acceptam. Cæterū multo id grauius laturū fuiſſe, ſi non exploratā haberet
magnitudinē populi Ro. quæ admirabilior in aduerſis rebus eſſet q̃ in proſperis. Miſſa tamē
Hieronis munificentia in Ro.
à ſe omnia quibus à bonis fidelibuſq́; socijs bella iuuari ſoleant. Primū ominis cauſa uictoriā
auream pondo CCC.XX. acciperēt, eam propriam ac perpetuā haberent, aduexiſſe ſe præterea
CCC.M. modiorū tritici, CC. hordei,& quātū præterea iuſſiſſent poſtea ſubuecturos. Scire ad-
hæc milite equiteq́; non niſi Romani aut Latini nominis Po. Ro. uti. auxilia leuis armaturæ
exteri generis uidiſſe ſe aliquādo in Romanis caſtris, mitti propterea à ſe mille ſagittarioꝝ fun-
ditorūq́; manum aduerſus Baleares Mauroſq́; non inutilē, monere inſuper ut prætorē, cuius
Sicilia prouincia eſſet, cum claſſe in Aphricam tranſmitterēt, uti hoſtes & ipſi in ſua terra bel-
lum haberēt, minuſq́; laxamenti illis eſſet, ad ſupplementū Hannibali ſummittendū. Legatis
reſponſum eſt bonum egregiumq́; ſocium Hieronem eſſe, atq; iam inde ex quo in amicitiam
Po. Ro. ueniſſet, nihil in eo deſideratū, q̊d ab amico & ſocio fideliſſimo præſtari potuerit, eſſe
proinde eius munificentiā Po. Ro. perinde ac deberet gratam. Victoriā in Capitolio ſe dedica
turos, omen ciuitati gratiſſimū. Frumentū inde & funditores nouis conſulibus dati. Naues v.
& uiginti Octacilij claſſi additæ, permiſſumq́; ut ſi expedire reipub. arbitraretur, in Aphricam D
Iuſiurandū militare.
trāſmitteret. Milites tum primum à Tribunis iureiurando adacti ſunt iuſſu conſulū ſe cōuen-
turos, nec acie aut ſignis abſceſſuros eorū iniuſſu, quū ad id tempus tantū ſacramēto adigeren
tur. Cæterū ipſi inter ſe centuriati milites, equites decuriati iurarēt, fugæ, aut formidinis cauſa
non abituros, neq; ex ordine deceſſuros. Et quū iam cōſules ad bellum ꝓfecturi eſſent, audiren
Varronis uanitas.
turq́; Varronis conſulis cōciones ferociſſimæ futuræ temeritatis indices, fore ut paucis diebus
Fabij prudentia.
q̃ in caſtra ueniſſet, ut Po. Ro. audiret debellatū eſſe cum Pœno in Italia, hanc hominis uęcor-
diam, quū alij pleriq;, tum Fabius ut pernicioſam reip. auerſatus, pro magno habuit negotio
Æmyliū conſulē quem ſaniore ingenio nouerat, etiam atq; etiam monere, nequid temere ex ea
bellandi ratione quā ipſe inſtituiſſet,& priores cōſules poſt ſe diligēter ſeruaſſent mutari pate-
retur, aut unā illam uiam eſſe prędicās hoſtes ex Italia eijciendi, aut nullā ſupeſſe aliam quæ ad
reſiſtendū illi tuto iniri poſſet. Nec pateret ſe collegę temeritate diſtrahi, nec infamiæ ſiniſtriue
rumoris metu eo adduci, ut temere aliquid auderet. Ius ſæpe à ueritate laborare, extingui uero
nunq̃. Gloriā ſæpe ſpretam cumulatiorē redire. Sineret ſe timidū pro cauto, tardum pro conſi
derato, imbellē pro perito belli à ſuis uocari, modo à ſapiente hoſte timeret, his & alijs Fabius
cū Æmylio egit, ne aut collegæ temeritatē aut rumorē uulgi ſanis cōſilijs publicæq́; ſaluti ante-
poneret. Ille magis uera eſſe q̃ facilia actu quæ à Fabio dicerent teſtatus, nō uidere ſe reſpōdit,
q̃d collegæ cōſiliū aduerſus ſeditioſum conſulē ualere poſſit, quū ne magiſter quidē equitū tole
rabilis dictatori fuiſſet, orare ſe ut oia ꝓſpere euenirēt. Sed ſi q̃d aduerſi accideret, hoſtiū ſe telis
potius q̃ iratoꝝ ciuiū ſuffragijs caput obiectuꝝ. Ab hoc ille ſermone in caſtra ꝓfectꝰ eſt. Hāni
bal etſi hoſtiū copias magnoꝑe auctas uidebat, gaudere tn̄ uehemēter nouoꝝ cōſulū acceſſu,
ratus fore, ut arte aliqua eos in certamē de ſumma rei traheret. Ad id inopię uentū erat, ut XII.
tantū dierū cibaria in Punicis caſtris eſſent, nec urbs aut ullꝰ erat locꝰ unde frumētū expectari
poſſet ampliꝰ. Hiſpanoꝝq́; trāſitio ad Ro. parata erat. Interea temeritati cōſulis p̃cipitiq́; inge
nio fortuna materiā p̃buit aliquāto citius oia ꝓdēdi. Tumultuariū certamē incidit, magis ꝓcur
Proſpera Ro. pugna.
ſu militū q̃ impatoꝝ iuſſu ortū, quo mille & CC. hoſtiū cęſi, Romanoꝝ ſocioꝝue non amplius
centum

A centum,uictoribus effuſe ſequẽtibus metu inſidiarũ obſtitit Æmylius conſul,cuius eo die erat imperiũ,alternis enim imperabant, Varrone fremente, uociferanteq; hoſtem collegæ ignauia emiſſum è manibus,debellari eo die,ni ceſſatũ eſſet cum hoſte,potuiſſe.Nactus Hannibal ſa/tis idoneã materiã ad inſidias hoſtibus inſtruẽdas,uelut diurna clade affectus ſeſe metu proripuiſſet,noctu caſtra oĩis publicæ priuatæq; fortunæ plena reliquit. Ipſe cum ſtructo exercitu poſt proximos montes in inſidijs conſedit, & ut ſimilior ueræ eſſet fuga, crebri ignes uelut fallendi hoſtis illa ſpecies fuiſſet,fuerãt in caſtris relicti. Vbi igitur illuxit,cognitusq; eſt hoſtium diſceſſus,cõtinuo ſublatus eſt à militibus clamor,ut iuberẽtur ſigna efferri ad inſequendũ hoſtem caſtraq; diripienda.Eratq; alter conſul uelut unus militaris turbæ,contrà Æmylius identidem punicæ fraudis ſuos admonere, nihil temere mouendũ prædicare, miſſa itaq; eſt turma una Lucanoꝝ equitũ ad omnia certiꝰ exploranda. M.Statilius eius turmæ præfectus,cæteris extra uallũ relictis,ipſe cum duobus eqtibus caſtra ingreſſus,quũ omnia diligẽter exploraſſet, ad conſules reuerſus uideri ſibi dixit rem haud dubie ad inſidias ſpectare.Nam præterꝗ ꝙ argentũ & alia hominibus chariſſima facilia alioqui tranſlatu in promptu uelut ad prędã relicta eſſent,ne ignes quidẽ auerſa parte caſtroꝝ ullos per noctem excitatos. Hæc à Statilio tanq; ad terrorẽ relata,multo magis milites ad prædã accendunt.Erat iam Varro ſignũ militibus ad diſcurrendũ daturus,niſi Æmylius illi obnũciari iuſſiſſet,pullos auſpicio nõ addicere. Varro etſi inuitus fremenſq;, Appij tamen Claudij olim,recẽtiq; Flaminij clade deterritꝰ,ſigna quę portis efferri cœperãt inhibuit.Interim duo ſerui qui in poteſtatẽ hoſtium uenerãt ex illorũ manibus elapſi in caſtra nunciãt,hoſtes trans ꝓximos montes inſtructos ſedere, qui ꝓopportunus nuncius cõſules imperij cõpotes fecit. Pœnus ubi hoſtem capi non poſſe uidit,in caſtra redijt.

Hannibalis ars in Ro. capiendis.

Romani ꝓpemodũ capiuntur.

Paucis inde diebus interiectis frumẽti inopia adactus, in Apuliæ loca meſſibus maturiora magiſq; trãsfugijs impedita,noctu caſtra mouit ignibus ut antea in inſidiarũ ſpeciem in cõſpectu hoſtiũ relictis. Nec magis fames Pœnũ in eam expeditionẽ impulit,q; periculũ ꝙd ſibi ab Hiſpanis mercenarijs iminebat,qui de tranſitione ad Romanos conſiliũ cepiſſe dicebant,ipſum

B etiã Hannibalẽ interdũ de fuga agitaſſe fama fuit, ut peditibus relictis ſeſe cũ omni eqtatu in Galliã ꝓpriperet.Romani cõſules exploratis prius hoſtiũ caſtris ubi cõſtitit Pœnos haud dubie ꝓfectos,nam agmen procul digreſſum quidam uiderãt,hoſtem ſecuti ad Cannas uicum Romana clade nobilitandas & ipſi caſtra mouẽt. Hic uterq; conſul in ſuo ꝓpoſito pertinaciter manere,Æmylius à prælio abhorrebat, Varro cui oĩes pręter Seruiliũ prioris anni conſulẽ aſſentiebant,nullam erat amplius pugnæ morã facturus.Fecerãtq; Romani bina caſtra,minora altera trans Aufidum amnẽ,eratq; in his Seruilius cum parte copiarũ.Aufidus unus omniũ fluuioꝝ Apenninũ montẽ diuidit,ut quidã ſcribunt;in ijs iugis ortus quæ ad inferũ mare ſpectãt, per Apuliã tamen in ſuperũ elabitur. Cõſules cum robore copiarũ in maioribus caſtris erant.

Digreſſus Hannibalis

Aufidus fluuius.

Hannibal locũ equeſtri pugnæ idoneũ nactus ſtructa acie in cõſpectu hoſtiũ ſtetit,nullã pręlio morã facturꝰ.Numidæ interea adequitando Romanũ ad pugnã laceſſebãt. Hic dies conſulũ altercatiõe ſine prælio cõſumptus.Hannibal quũ ſuos in caſtra reciperet,Numidas miſit trans flumen ad inuadendũ ex minoribus caſtris aquatores.Barbari lixarũ multitudine circa fluuiũ diſiecta,Seruilianas munitiões tumultuoſe adequitarũt. Ea res quũ alijs indigna uiſa eſt,tum Varroni minime tolerabilis,ꝙ ab auxilijs hoſtiũ Romana caſtra terrerent. Id ſolũ igit in mora fuit,ut non aciem cõfeſtim in hoſtẽ inſtruxerit,ꝙ eius diei imperiũ Æmylij erat.Poſtero die ne Collega quidẽ conſulto ſuis ſignũ dedit,inſtructiſq; copijs fluuiũ ſuperauit,ſequẽte Paulo quia magis non probare q; non iuuare conſiliũ poterat. Tranſgreſſi flumen copias quæ in minoribus caſtris erãt maiori agmini adiungũt.Acies ita inſtructa eſt ut dexterũ cornu ꝙd prope flumen erat,Romanus clauſerit equitatus,deinde pedites ſuo ordine cõſtituti.Alterũ cornu ſociorũ equites tenuere. In fronte ante leuium armorũ acies locata. In læuo cornu Terentius,in dextero Æmylius procurarũt.Mediã aciem Seruilius tuendã ſuſcepit. Atq; in hũc modũ Romanus exercitꝰ in ꝓcinctu ſtetit,obuerſus oculos & ora ad meridiẽ. Hannibal iam factus uoti compos,trans Aufidũ & ipſe copias traduxit.Aciem ad Septentrionẽ uerſam inſtruit.Siniſtrũ cornu dat Haſtrubali tuendũ,Hãnoni dextrũ.Ipſe in medio cũ Magone fratre eſſe uoluit.Cæterũ uterq; exercitꝰ ita inſtructus ſtetit,ut neq; his,neq; illis ſol adimeret ꝓſpectũ.Clamore igit

Romani aciẽ inſtruũt.

Hannibal inſtruit aciem.

Acierũ congreſſus.

orto leuis armaturæ primum prælium fuit, inde à Gallis & Hiſpanis equitibus impetu ex ſini/ C
Pellitur Ro. equitatus. ſtro cornu hoſtium in dexterũ Romanoꝝ, facto cruentum prẹlium oritur, non procurſatione
ſed aduerſis frontibus pugnare cogebantur, nullo ad circũagendos equos relicto ſpatio, hinc
amne, illinc peditibus latera claudentibus, ut equis ſemel turbatis, alter alterũ amplexi equites
dimicarent. Acrius hic ꝙ diutius pugnatũ, uicti equites Romani, partim cæſi ſunt, partim in
ſubiectũ flumen præcipitati. Secũdum id equeſtre certamen orta eſt pedeſtris pugna. Paribus
Circumue/nitur pars Ro. peditũ. ab initio animis uiribusq; inter pedites certatũ: demum Romani ui ſua connixi, aduerſam Hi
ſpanorũ peditum Gallorumq; aciem gradu ſubmouẽt, ſubmotam utroq; uerſum diſijciunt.
Ipſi perfugientiũ cuneos in mediam aciem illati, ad ſubſidia Aphrorũ nullo reſiſtente petue/
nerunt. Steterant illi uelut de induſtria reductis alis, medijq; Galli & Hiſpani locati erant non
nihil prominẽte acie, quo accidit, ut his cedentibus Romanũ in medium uelut ſinum ferociter
inuectũ Aphri duabus alis à tergo reuinctis, à cætera multitudine excluſerint. Hic periculo ani
maduerſo Romana legio Gallis & Hiſpanis quorũ terga ceciderat omiſſis, in Aphros præliũ
uertit, eo iniquius ꝙ feſſi cum recentibus & uegetis dimicabãt. In ſiniſtro quoq; cornu ſociorũ
equites prælium iamdudum aduerſus Aphros equites & Numidas ciebant. Addita etiam ab
hoſte fraus. Quingenti Numidæ occultos ſub loricis gladios habentes transfugarũ ſpecie par/
mis in terga reiectis ad ſociorũ equites progreſſi, in medium accepti poſtremo loco ſedere iuſſi
ſunt. Quieuere Barbari tantiſper dum undiq; prælium conſeritur, ubi uero oculos omniũ ani/
moſq; certamen occupauit, tum arreptis ſcutis quæ inter cæſorũ corpoꝝ aceruos ſtrata iacebãt,
auerſam adoriũtur aciem, terga ſimul poplitesq; feriunt. Ediderunt illi ſtragem ex improuiſo
non paruã, ſed maior inde pauor fuit ꝙ cædes, eratq; iam alibi pugna magis pertinax ꝙ pro/
ſpera. Verũ ubi Numidæ qui in lẹuo cornu erant, neq; inſigne quicꝙ agere neq; pati uiſi ſunt,
hos acie ſubductos Haſtrubal in fugientes imittit, Hiſpanos & Gallos equites quibus pulſum
Inclinat res Romana. fuerat dextrum cornu Romanoꝝ, Aphris iam cæde magis ꝙ pugna feſſis adiungit. Quorum
acceſſu aperte res Romana inclinauit, teterrima cẹdes ibi edita, auctis Pœnorũ ſubſidijs, Æmy
lius conſul qui ab initio funda grauiter ictus fuerat, cum globo equitũ haud uno loco pugnã D
reparauit. Poſtremo defectis uiribus quũ iam equo ad terram deflueret, edictũ equitibus eſt,
ut ad terram deſcenderẽt. Tum Hannibal dixiſſe fertur, ꝙ mallem ut eos mihi uinctos dediſ/
ſent. Fuit inde pedeſtre prælium uictoria iam nihil ambigua. Romani uicti mori in ueſtigio
maluerũt ꝙ fugere. Cæſi itaq; à uictore irato, præter paucos qui labore & uulneribus feſſi acie
ceſſerunt, ex equitibus nõnulli equis ex proximo repetitis fugam capeſſunt, & in his Gn. Cor/
nelius Lentulus Tri. militum, qui ꝑteruehens equo conſulem ſaxo ſedentem cruore reſperſum
Aemylij uerba ad Corneliũ. intuitus, L. Æmyli, inquit, qui unus culpæ huius cladis expers merito dijs curæ eſſe debes, cape
equum hunc dum tibi uirium aliquid supereſt, ne pugna hæc ſatis per ſe funeſta morte conſu/
lis funeſtior fiat. Macte eſto, inquit, conſul, tua iſta uirtute, Gn Corneli, abi nuncia publice pa/
tribus urbem Romam muniant, ac priuſꝙ hoſtis adſit præſidijs firment, priuatim Q. Fabio
dixeris, me prẹceptoꝝ eius memorem adhuc uixiſſe, & nunc demum mori. Tu te proripe hinc
quæſo, ne hic tempus terendo ab hoſtibus opprimaris, meq; ut decet ſine inter meos milites
expirare, ne aut reus inteream, aut collegæ accuſator exiſtam. Eum hæc dicentẽ prius fugientiũ
turba, inde hoſtes oppreſſere ignari quis eſſet. Corneliũ equus in tumulũ abripuit. Tum de/
mum fuga paſſim facta, ſeptẽ milia hominũ in minora caſtra x. in maiora, duo milia in uicũ
Cannas perfugerũt, qui extemplo à Carthalone circũuenti, quum nullo ſepirẽtur munimẽto,
Cæſorũ nu/merus. in hoſtium poteſtatẽ uenere. Alter conſul cum quinquaginta fere equitibus Venuſiam profu
git, quadraginta milia peditũ, duo milia & DCC. equites cæſi, pari prope numero ciuium ſocio/
rumq;, & præter alterũ conſulem quæſtores duo. Vnus & XX. Tribuni militum. Conſulares,
Prætorij, Ædilitij quidam, & in his Gn. Seruilius prioris anni conſul. Polybius Attiliũ quoq;
qui cum Seruilio nuper conſul fuerat, ea acie perijſſe autor eſt. Perijt & Minutius, qui ſub Fa/
bio equitum magiſteriũ geſſerat LXXX. ſenatores, aut qui tali honore functi eſſent, ut merito
in ſenatũ legi deberẽt. Capta in acie tria milia peditũ & CCC. equites. Ex hoſtibus, nam uicto/
ANNI ria illis haud incruenta obtigit, ad quinq; milia & ſexcentos periere. Et hoc quidem euentu ad
MVNDI. Cannas pugnatũ reperio, quæ clades incidit in annum quadrageſimũ ac quinquageſimũ Ro
manæ

A manæ urbis. In Olympiadẽ centeſimã ac quadrageſimã, ut Polybius ait, cuius ultimus annus
fuit quintus & octogeſimus ſupra octingenteſimũ ac quater milleſimũ ab orbe condito. Euſe/
bius qui autor eſt duas ueſtales uirgines hoc anno quo ad Cannas eſt pugnatũ, inceſti conui/
ctas, in annũ primũ quadrageſimæ primæ ac centeſimæ Olympiadis eam damnationẽ reijcit.
Reliquerat Varro ad x. milia hominũ in maioribus caſtris, hoc ut Polybius ſcribit cõſilio, ut ſi
Hannibal om̃es copias in aciem eduxiſſet, Punica inuaderẽt caſtra: ſi prędidio muniuiſſet, cum
paucioribus dimicaret. Liuius hanc manũ ex prælio in caſtra refugiſſe ꝓdidit. Adijcit ille Ro/
manos, ut à Terentio iuſſi fuerãt, inito prelio hoſtiũ caſtra oppugnaſſe, ac tandiu certamen te/
nuiſſe, quoad Pœnus uictor acie ſuis auxilio uenerit, ibiq́; Romanos cum multa cęde in caſtra
cõpulſos, duobus milibus cæſis, cæteros uiuos in eorũ poteſtatẽ ueniſſe, ac nocte quæ diem pu/
gnæ ſecuta eſt, miſſos ait ab ijs qui in maiorib⁹ caſtris erãt, in altera caſtra qui ſuos hortarẽtur,
ut dum hoſtis feſſus prelio qeſceret, noctis ſilentio uſi ad ſe agmine uenirẽt, ut inde una Canu
ſiũ tenderẽt, cæteroſq́; animo ꝑculſos recuſaſſe id facere, P. Semproniũ Tuditanũ Trib. militũ — *Tuditani facinus.*
cum tribus milibus & ſexcentis, tranſlatis in dextrũ humerũ ſcutis, qua parte Numidæ iacula/
bãtur, per medios hoſtes in altera caſtra ꝑueniſſe, atq; inde altero maiore agmine adiũcto, Ca
nuſiũ cõceſſum. Hæc Liuius. Quæ ſi uera ſunt, ad XIII. milia & quingẽtos fuere qui una Canu
ſium ꝑuenerunt. Cęterũ idem autor, ꝗd miror, loco non multũ inde diuerſo, quatuor milia &
cc. ex caſtris Canuſiũ ꝑueniſſe ait, quę uariatio effecit, ut parum perſpicue intelligi poſſit quot
milia hominũ fuerint, quæ cum caſtris in hoſtiũ poteſtatẽ uenerint. Maharbal p̃fectus equitũ
Hannibalẽ monuit, ut nulla quiete militibus data, ex Cannis Romã contẽderet, ut prius per/
culſa ciuitas uideret hoſtem ꝙ uenturũ putaret, ſic fore, ut quinto poſt die in capitolio epula/
retur. Laudaſſe id conſiliũ Hannibal dicit, ſed uiam maiorẽ eſſe dixerit ꝙ animo facile concipi
poſſet. Tempore opus eſſe ad id deliberandũ. Tum illud à Maharbale ſubiectũ. Non omnia — *Maharbalis uox in Hannibalem.*
eidem dij dedere. Vincere ſcis Hannibal ſed uictoria uti neſcis. Plutarchus Bilium quendã Bar
cham nomine fuiſſe ait, à quo ea ſint uerba in Hannibalẽ dicta. Poſtridie quũ uictor Pœnus
legeret ſpolia, multi reperti ſunt, qui uulneribus matutino frigore obſtrictis, inter cadauerũ a/
B ceruos ſurrexerãt, hicq́; hoſtium iniuria obtriti. Alij non pauci cæſis feminibus poplitibuſq́; ia/ — *Cæſorum facies.*
centes, ad reliquũ ſanguinis hauriendũ porrecto iugulo hoſtes inuitabãt. Quidã tellure effoſ/
ſa caput immerſerãt, terraq́; ſuperiniecta expirauerãt. Subtractus eſt Numida Romano mor
tuo ſuperincũbenti naſo auribuſq́; laceris. Is manibus ad tractanda arma inutilibus factis in
iram & rabiem uerſus, ſubiectũ hoſtem dentibus moriens laniauerat. Lectis ſpolijs Hannibal
ſuos ſepeliendi cauſa unũ in locum conferri iuſſit, ad octo milia numero fuiſſe Polybius autor — *Cæſorũ hoſtiũ numerus.*
eſt. Liuius quinq; milia & ſexcentos, ut alio eſt loco ſignificatũ, ſcripſit. Conſulem conquiſitũ
ſepultumq́; prodidere quidam. Mulier Paula nomine Buſa genere & diuitijs clara, Romanos — *Paula. Buſa.*
à Canuſinis tantum mœnibus tectiſq́; acceptos frumẽto ueſte & uiatico iuuit, pro qua muni/
ficentia honores ſunt poſtea illi Romæ publice decreti, erantq́; ibi quatuor tribuni militum,
& in his P. Scipio, cui poſtea Aphricano cognomen fuit, ſed tunc admodum adoleſcens. Ad
hunc igitur & Appium Claudium qui & ipſe tribunus erat, ſumma imperij ab ijs qui aderant — *Cõſpiratio.*
delata eſt, aderant ad x. milia hominũ, conſultabãtq́; hi forte inter ſe de ſumma rei, quũ P. Fu
rius Philus docuit, L. Cecilium Metellum, & cum eo pleroſq; nobiles adoleſcens iam mare &
naues ſpectare, ut deſerta Italia, ad aliquẽ regum transfugerẽt, quũ alij defixi ſtupore ſtarent,
Scipio qui rempub. ſaluam uult, inquit, me ſequatur. Atq; ipſe princeps paucis ſequẽtibus, ad — *Scipionis facinus.*
Metelli tabernaculũ deuolat, ibiq́; ſtricto gladio ſuper conſultantiũ capita, primus graui exe/
cratione interpoſita, in ſua ipſius uerba iurat, fore, ut nunq́; Italiã & cum Italia patriam ipſam
metu deſeteret. Inde in Metellum cõuerſus, tu quoq; ſic iures uolo, ſic & qui tecum hic adſunt,
ſi quis id facere recuſauerit, hunc enſem in ſuũ caput à me nudatũ continuo experietur. Metel/
lus & alij ſubita re perculſi non aliter attoniti ſtabant, ꝙ ſi tum Pœnus ſuo capiti immineret.
Ordine itaq; in Scipionis uerba iurãt, ſeq́; illi ab hoſte ꝓtegendos tradũt, iuuẽtuteq́; per hæc
cõfirmata ad Varronẽ conſulem mittunt, qui uiuus acie exceſſiſſe dicebatur, exploratũ ecquid
copiarũ penes ſe haberet. Canuſij ſecum ad x. milia hominũ eſſe, uideret quid fieri placeret, ſe — *Copiæ quæ ſuperfuerũt*
cum his Venuſiam ire, an ipſum Canuſij expectare. Habebat cõſul circa ſe ad quatuor milia

hominū,qui diſpalati diſiectiq; fuga eo uenerāt. Hos Venuſini,non tecto ſolum ſed ueſtibus
etiā,armis & pecunia iuuerūt, cum hac manu ille Canuſiū ſe cōtulit,ubi copijs utrinq; iunctis, C
Nuncius malorū. cōſularis exercitus ſpecies quædā facta eſt. Nuncius aduerſæ pugnæ interea Romā perlatus fe/
cerat,ut ne hæ quidem copiæ ſupereſſe crederent. Sed perditā deploratāq; rempub. nunciari,
cæſos cōſules cum omnibus copijs,nec Romana caſtra, nec ducē,nec militē ſupeſſe ullum. Vi/
ctorem Pœnū omnia late obtinere. Nunq̄ Roma incolumi,tantus terror & metus ciuitatē in/
uaſit. Nunq̄ maior luctus aut mœror incidit. Cæterū ne pro rei magnitudine minus uero di/
catur,uerecundā Liuij confeſſionē ſecutus cedam rerū oneri. Verū nulla alia gens populuſue,
non modo tot cladibus alijs ſuper alias,ſed una earū qualibet in perpetuū cōcidiſſet,q̄d in Car
thaginienſibus ipſis,quū priore bello punico tum hoc ipſo q̄d gerebat poſtea accidit. Senatus
ad primū cladis nunciū in curiam uocatus, dum præ nimio ſtrepitu & clamore ne cōſuli quidē
Fabij ſententia. poſſet,Fabius Maximus cenſuit expeditos equites Latina & Appia uia mittēdos,qui obuiam
euntes ꝑcontarent,quæ fortuna conſulū exercituūq; eſſet. An aliq̄d ex pugna Ro. nomini ſu/
perfuiſſet,quo Hānibal ſe poſt præliū cōtuliſſet,quid parer,quid agat,quo moturus ſit, hæc in
primis explorāda. Prȩterea dandā eſſe operā,ut per patres id inter ſe munus partitos,mulieres
quæ oīa planctu & eiulatu cōplebant,ex publico arcerētur. Singulæ intra ſua limina ſuū nun/
cium expectarēt,cōpreſſoq; tumultu & trepidatiōe,ſilentiū fieret tota urbe,cuſtodes ad portas
ponerent qui ꝓhiberēt quenq; egredi. Salutē nulli niſi patria incolumi,ſperandā. Inde quum
hæc facta eſſent,tum patres in curiam reuocati de ſumma rei conſiliū caperēt. Omnes in Fabij
ſententiā pedibus iuere: Alij alio diſcurrūt ad tumultus tota urbe ſedandos,omniaq; impigre
Varronis literæ. fiebant,quū literæ à Varrone conſule allatȩ ſignificarūt Æmyliū conſulē & exercitū Cannenſi
acie cȩſum,euaſiſſe ſe reliquias tantæ cladis uelut ex naufragio colligentē,ad x. milia & ampli⁹
militū incōpoſitoꝝ circa ſe eſſe. Hannibalē ſedere ad Cannas in captiuoꝝ precijs aliaq; præda
æſtimāda,non uictoris animo nec magni ducis more occupatū. Tum priuatæ clades domeſti/
catim uulgatæ,qui luctus adeo totam urbem cōpleuit, ut ſacrum Cereris ſit eo anno intermiſ/
ſum,quoniam lugentes religione ꝓhibentur. Et hæc quidem Liuius, Valerius autor eſt,ne in D
tanta quidem ciuitatis cōſternatiōe id ſacrum interpolatū, ſatis conſtat xxx. diebus publico
decreto finitum ne ob eam cauſam cætera ſacra publica priuatáue deſererent. Scripſit inde Se/
Varro Ro. reuocatur. natus ad Varronem, ut quantū per reipub. cōmodum fieri poſſet, cōfeſtim Romam ueniret.
Claudiū Marcellū ex Hoſtia ubi erat,Canuſium ire iubent. Incidit alius terror,ꝙ non multo
Veſtalium ſuppliciū. poſt priuſue q̄ hæc clades accepta eſt, duæ ueſtales uirgines Opimia & Floronia ſtupri com/
pertæ, una ad Collinam portam uiua ut moris erat ſub terram necata eſt. Altera ſibi mortem
conſciuit,& L. Caninius ſcriba pontificū,eius inceſti conuictus,adeo atrociter in foro à Ponti/
fice flagris cæſus eſt,ut inter uerbera expirauerit,& hæc in prodigiū uerſa. Placuit itaq; x. uiros
Sibyllinū carmen inſpicere,& Fabius Pictor Delphos eſt miſſus,ſciſcitatū quibus p̄cibus ſup/
plicijſue deorū iram placare ciuitas poſſet,quiue tantis cladibus futurus eſſet finis. Ex Sibylli/
norū librorū reſponſo extraordinariū eſt Romæ ſactum peractum. Gallus & Galla, Græcus
& Græca uiui in foro Boario defoſſi ſunt. Polybius autor eſt id ſacrum Gallico bello perpetra/
Marcellus Canuſium mittitur. tum. Marcellus cum legione quam in claſſem ſcriptā habebat, magnis itineribus Canuſium
acceſſit,& Romæ Decius Iunius dictator delectum habuit accuratiſſimū, ſcriptæq; ſunt qua/
tuor legiones,& mille equites,& in his prætextati adhuc quidam,ex ſeruitijs octo milia conſcri
pta,qui rogati prius an militare uellent, publice empti inſtructiq; ſunt ad bellum. Placuitq;
horum opera potius uti, q̄ captiuos redimere, quibus Hannibal ſui redimendi copiam fece/
rat,teſtatus ſe de imperio & gloria cum Po. Ro. non de uita certare. Ceſſiſſe maiores ſuos olim
Romanorū uirtuti, ſe contra adniti ut ſuæ uirtuti & felicitati credatur. Sociorū captiuos ut ad
Precium redimendorū ciuium. Trebiam & Traſimenum ſine precio dimiſit. Romanoꝝ captiuis precium in ſingulos equites
quingenos quadrigatos nummos aſcripſit,in pedites trecentos,centenos in ſeruos. Lecti ergo
x. ex omni numero,qui Romam irent captiuorū cauſam acturi. Hi iureiurādo à Pœno ada/
cti ſunt,fore,ut in caſtra reuerterētur, & quia tantum ad id iurati erant,ut redirent, eorū unus
homo minime Romani ingenij,quaſi aliquid oblitus in caſtra redijt,inepta nimis interpreta/
tione uſus,uelut iam redeundi ſacramēto non teneret amplius. Miſſus ab Hānibale cum his
Carthalo

A Carthalo nobilis Carthagínieſis,quí ſi forte ad pacem inclinaret animi conditionẽ ferret. Vbi hos Romã uenire auditũ eſt,& iam eorũ acceſſum appropinquare, Carthaloni obuiam lictor miſſus eſt,qui dictatoris uerbis nunciaret,ut ante noctem excederet Romanis finibus. Captiuorũ legatis ſenatus datus eſt,ubi Marcus Iunius princeps legationis in hunc modũ ad patres uerba fecit,Scio ego patres cõſcripti,nulli gentiũ magis ꝙ Romanæ ciuitati uilia fuiſſe ſemper captiuoꝝ corpora. Cęterũ niſi nobis plus æquo noſtra placet cauſa,nulli unꝗ nobis minus negligẽdi,ꝙ nos,in hoſtium poteſtatẽ uenere. Non enim per timorẽ arma in acie tradidim⁹,ſed cæſorũ corpoꝝ aceruis ſuſtantes, cruentã pugnã fere ad noctem traximus. Tum in caſtra reuerſi labore & uulneribus feſſi, illa in ſequentẽ diem tutati ſumus. Ibi uero ab hoſtiũ exercitu circũſeſſi, cum flumine arceremur, nec per cõfertos hoſtes ſpes ulla erũpendi eſſet XL. milibus noſtroꝝ hominũ in acie ſtratis,indignũ nimiũmꝗ calamitoſum arbitrãtes,ex tam numeroſo nuper exercitu neminẽ ſupereſſe, certũ preciũ pacti,quo redempti dimitteremur, arma quũ in his nulla iam ſpes eſſet,circũfuſo hoſti tradidimus,non ignari maiores noſtros aliquãdo ſeſe à Gallis auro redemiſſe, & à patribus noſtris uiris ſtrenuis Tarentũ legatos redimendoꝝ captiuorũ cauſa miſſos. Sed cum Gallis & Pyrrho rege haud quidẽ tanta eſt clade dimicatũ, quãta nuper à nobis ad Cannas,ubi patentes campi Romanoꝝ cadauerũ cumulis tegũtur. Nec funeſtæ illi pugnæ ſuperſunt,niſi in quibus trucidandis ferrũ & uires hoſti defuerũt. Nec conditioni aut fortunæ illorũ multũ inuideo, qui curſu & obſcura nocte freti, abiectis armis, ex acie profugerũt,& nunc glorianť fortaſſe in ſe plus præſidij eſſe reipub. ꝙ in nobis. At illis ut uiris fortibus utemini patres cõſcripti, & nos promptiores pro patria habebitis, ſi ueſtro beneficio redempti fuerimus. Delectum ex omni ætate habetis, & ſeruorũ aliquot milia armari dicuntur, non minor numerus noſter eſt,ac precio pene minori redimi poſſumus,ꝙ illi emuntur. Quibus ſi nos cõferre uelim Romano nomini haud dubie ſim iniurius. Illud etiam uobis in mentem ueniat precamur,cui nos hoſti relicturi ſitis,ſi redimi ꝓhibeamur: Pyrrho qui non hoſtiũ numero captiuos habuit,an Barbaro & Pœno qui utrum auarior an crudelior,haud ſatis æſtimari poteſt. Moueret uos profecto non minus ſquallor & deformitas ueſtrorũ ciuium,qui in

B catenis & uinculis iacent,ꝙ ſi legiones ueſtras Cannenſibus campis ſtratas cerneretis. Videre & audire poteſtis preces & lachrymas noſtroꝝ affiniũ & cognatoꝝ ueſtrum decretũ expectantium,quũ hi pro nobis tam ſolliciti ſint,quem arbitramini illorum animũ eſſe, quorũ in diſcrimine uita & libertas ſita eſt? Hannibal præter naturã in nos mitis,at ſi à uobis indigni cenſeamur quos redimi oporteat,nihil eſt cur amplius noſtrũ quiſꝗ uelit uiuere,ſuum cuiꝗ ingeniũ eſt patres cõſcripti. Scio ego uitam corpuſꝗ meum in diſcrimine eſſe. Multo magis me famæ periculum mouet,ne damnati & repulſi à uobis abeamus. Neꝗ enim nos homines precio pepercisse credent,ſed nos indignos iudicaſſe,qui in numero ueſtroꝝ ciuium haberemur. Quod ne tali ignominia afficiatis,oramus ſupplices & obteſtamur. Vbi is orandi finẽ fecit,confeſtim flebilis clamor ſublatus eſt ab ijs qui in ueſtibulo ſtabant, ut ſibi liberos,fratres,cognatos rederent obteſtãtibus. Submotis arbitris ſenatus cœptus eſt conſuli,ibi cum ſententijs uariaret, aliiꝗ de publico redimendos cenſeret,alij eam impenſam tali tempore publice faciendam negarent,cæterũ ꝓhibendũ non eſſe quin ex ſuo quiſꝗ ſe redimeret,mutuoꝗ dandam non habẽtibus pecuniã ex publico,prædibus prius ut cautum Ærario eſſet,acceptis, T. Manlius Torquatus,acerba oratione in illorũ ignauiã inuectus, qui quũ noctu Semproniũ Tuditanũ ducem ſecuti,in tutũ abire potuiſſent,metu & deſidia torpentes in caſtris opprimi,turpiterꝗ capi maluiſſent,cenſuit eos nullo modo redimendos,quoniam tali milite uti reipub. minime expediret. Quod ſi etiã utile foret,hoſtem Romana pecunia ditari à præſenti rerũ ſtatu eſſet alienũ. Traxit Manlius huiuſmodi ſermone patres in ſententiã, reſponſumꝗ datum,non placere captiuos redimi. Tum redintegratus eſt luctus,maiorꝗ lamentatio orta, ob tot ciuium iacturã. Propinqui cum fletu & lamentatiõe legatos abeuntes ſunt ad portas ꝓſecuti. Vnus qui praua interpretatione ſe iureiurãdo ſolutũ arbitrabať,q̃a in caſtra rediſſet,domi manſit. Quod ubi in curiã eſt allatũ,uniuerſus ſenatus eum cõprehenſum ſub cuſtodia ad Hannibalẽ duci cenſuit. Eſt & alia de legatis fama,bis legatos miſſos,ac x. qui prius uenerãt quia in caſtra ex itinere reuerſi eſſent, ut uelut captiuoꝝ nomina cognituri,tanꝙ ſoluti religione remãſiſſe, ac in his de-

Carthaloni denũciata.

Oratio M. Iunij ad ſenatum.

Peroratio.

T. Manlij ſentẽtia.

Ro. ſeueritas in periuros.

dendis actũ magna cõtentione in ſenatu, paucisq; ſentẽtijs uictos, qui eos dedẽdos cenſuerũt.
Cæterũ ſequẽtibus cenſoribus adeo ignominioſe notati ſunt, ut eorũ quidã ſibi mortem cõſci/ C
uerint: alij non ſolũ foro, ſed luce hoim, omniq; publico cõgreſſu in reliquũ uitæ abſtinuerint.
Dum hæc Romæ fiebant, multi Italiæ populi rem Romanã in perpetuũ cõcidiſſe rati, ut leuia
Defectio Italorũ ad Pœnos. ſunt hominũ ſtudia, & in meliorẽ fortunã propenſiora, ad Pœnũ defecere. Fuere hi Attellani,
Calatini, Samnites ferme omnes, Surrẽtini, Lucani, Brutij, & omnis magnæ Græciæ ora, Cro/
Ro. cõſtãtia. toniatæ, Metapõtini, Locri, Appuloꝝ pars non parua, Hirpini, & Ciſalpini omnes Galli. Nec
frequẽs ſociorũ defectio Romanos mouit, ut pacis unq; mentio in curia facta ſit. Tanta in ad/
uerſis rebus fuit populi Romani cõſtantia. In eo quoq; non parũ enituit inuictus ciuitatis ani/
mus: Varroni cõſuli Romã ueniẽti, etſi acceptæ cladis maxima fuit cauſa, frequẽter tamen ab
omibus itum eſt obuiam. Gratiæ inſuper actæ, ꝙ in aduerſis rebus de repub. non deſperaſſet.
Erant res Romanæ in hoc ſtatu, quũ interim Philippus Demetrij filius in Macedonia regna/
bat: Achæus late terrã circa Taurũ montẽ regis appellatione obtinebat. Antiochus cui magno
cognomẽ fuit, in Syria. Ariarates in Cappadocia. In Ægypto Ptolemæus Philopator. Cæterũ
Antiochus & Ptolemæus, dum Italiam Hannibal uexat armis, graue inter ſe bellũ ꝙd Syriacũ
eſt dictũ, geſſere. Et Philippus cum Lacedæmonijs atq; Ætolis non minus hoſtiliter cõtendit.
Syriacum bellum. Huius belli cauſa ex Ætoloꝝ iniuria orta eſt, ꝙ eorũ piratæ, quũ Meſſenioꝝ res latrocinio infe
ſtarẽt, Dorimachũ illuſtrem quendã Ætolũ qui tum forte in Pelopõneſo erat, ad res reddẽdas
Meſſenij cõpulerũt. Reuerſus is in Ætoliã autor ſuis popularibꝰ fuit, belli aduerſus Meſſenios
decernẽdi. Nec multo poſt creatus dux gentis eſt cum Scopa uiro inter Ætolos illuſtri, ſed qa
cunctãtius Ætoli arma induebãt, quũ nulla honeſta decreti belli adeſſet cauſa, totius gentis in
iuſſu duces ipſi bellũ, Meſſenijs, Acheis, Epirotis, Acarnanibꝰ, & Macedonibꝰ, Philippi pueri/
tia freti, qui tum ſeptẽdecim erat annos natus, uno tẽpore inferũt. Horũ piratę in prędã dimiſſi
Macedonicã nauim ui ſubita intercipiũt, p̄danturq; maritimã Epiri oram. Cephalenijs quoq;
plura adimunt, & in Polopõneſo Clariũ circa Megalopolim occupãt, inde late piraticã exercẽt.
Nec ita multo poſt Scopas & Dorimachꝰ Cephalenioꝝ nauibꝰ uſi ex Rhio in Pelopõneſum D
tranſmittũt, inde cum exercitu Meſſeniũ agrũ ingreſſi, omni populatione & incendio fœdant.
Diuerſum Arati ingenium. Achæi publico decreto aduerſus Ætolos pro Meſſenijs Arati ductu arma capiũt. Fuit Aratus
p̄claro ingenio, facũde loqui, & prudẽter multa excogitare, excogitata diligẽter exequi. In ciuili/
bus diſcordijs tolerãdis mitis. In ſocietatibꝰ & amicitijs iungẽdis nemini ſecũdus. Pari ingenio
fallere hoſtẽ, moliri inſidias, machinas intẽdere. Audax adhæc & laboribus tolerãdis ac pericu
lis à pueritia aſſuetus. Cæterũ tardus cõſilio, quũ dimicandũ erat, & in adeundis periculis timi/
dus, adeo non ſolũ corpa, ſed aios etiã ſui diſſimiles finxit interdũ natura. Multi quidẽ reperti
ſunt qui ſingulari certamine ualeãt, in acie autẽ ſint ſupra q; dici poſſit timidi, ꝙd in quibuſdã
Theſſali equites. etiã gẽtibus eſt obſeruatũ. Theſſali equites cõferti inſupabiles in prælio olim habiti, per partes
Cretenſes. dimicaturi timidi & fugaces. Cretenſes terreſtribus & naualibus prę lijs ad inſidias, rapinas, no
cturnos inſultus, & omnia inſidiaꝝ genera prõptiſſimi, prę lio legitimo cõgreſſi pauidi & inuti/
les. Quibus Achæi & Macedones maxime fuerint cõtrarij. Nec ita multi dies interceſſere qbus
Aratus cũ tribus milibꝰ Achęoꝝ, & ccc. eqtibus ad Caphias Ætolis ex Meſſenio agro ꝑfectis
occurrit. Hicq; prælio parum ꝓſpere cõmiſſo, fuſi fugatiq; ſunt Achæi, qua uictoria Scopas &
Dorimachꝰ freti, exercitu per mediã Pelopõneſum ducto per Iſthmi anguſtias in Ætoliã abie
runt. Et hinc quidẽ cauſæ ſocialis belli cum Ætolis poſtea geſti, potiſſimũ extiterũt. Aratus ab
hominibꝰ aduerſæ factionis in publico Achæoꝝ concilio accuſatꝰ, ꝙ ipſius opera ea nuꝑ eſſet
clades accepta, quippe qui neq; loco, neq; tẽpore, neq; legitimis copijs in re gerẽda eſſet uſus, in
magno odio erat. Vbi uero domũ uenit, conciliũ ingreſſus, res à ſe pro ſalute Achæorũ geſtas
explicauit, cladiſq; paucis illis diebus acceptæ rationẽ in mediũ attulit, nec penes ſe culpã male
Arati facultas in dicẽdo. geſtæ rei eſſe oſtendit. Ita fando multitudinis circũegit animũ, ut odio in hoies aduerſe factio/
nis deflexo, nihil deinceps decerni placuerit, ꝙd ex Arati cõſilio & autoritate non eſſet decretũ.
Et hæc in Pelopõneſo terra mariq; geſta, centeſima ac undequadrageſima Olympiade, quin/
quennio ferme anteq; Hannibal Romanos ad Cannas uiciſſet, unde nuper ſtilũ & externaꝝ
gentiũ geſta deflexi. Achæi poſt cladẽ ad Caphias acceptã, ad Philippũ & Epirotas ſocios mi/
ſere

A ſere queſtum Ætolorum iniuriam, qui bis iam hoſtiliter eſſent Peloponeſum ingreſſi, ut Meſſenios in ſocietatē accipere liceret, & ut Philippus & Epirotæ una Meſſenijs indigna paſſis auxiliarentur. Miſerunt & ad Lacedæmonios, ut ex formula pararent militem ad Ætolicum bellum. Illi per legatos diuerſarum partium occulte ſollicitati, haud multo poſt ab Achæorum ſocietate alienati, cum Aetolis fœdus & ſocietatē iungūt. Dorimachus & Scopas, qui ne Achæis quidem & ſocijs quieſcentibus quieſcere potuiſſent, Scerdilaida Illyricorū rege ſibi adiuncto, duarum gentium exercitibus quaſi ſuo ductu, non publico Ætolorum conſilio, tertio Peloponneſum irrumpunt, Cynetamq; Arcadiæ urbem proditione captam, magna ex parte diripiunt, direptæ præſidium imponunt. Inde ſacra Dianæ quæ fuit inter Cynetham & Clytorium armenta gregesq; populati, quia Achæi in armis eſſe dicerentur, & ex Macedonia præſidium affuturum: Cynetha incenſa Rhium cum copijs concedunt, & ex Rhio in Ætoliā tranſmittunt. Cynethenſium cladem Achæi & cæteri Peloponēnſes leuiter tulerunt, eam cladem merito illis accidiſſe rati, quod patrio Arcadum more neglecto ſpretoq; muſicæ ſtudio & exercitatione, in tantam deueniſſent feritatem, ut ob ſcelera quæ aſſidue in ea urbe patrarent, omnibus circumiectis gentibus odio eſſent. Vetus mos Arcadum fuit, uſq; ad trigeſimum uitæ annum in muſicæ ſtudijs exerceri, adeo ut eam artem ignorare probri loco poneretur. Perſuaſum habuit gens ipſa, mores & ingenia talibus ſtudijs miteſcere, atq; eo fortaſſe ars ipſa ab his libentius recepta, quod montuoſa fere ſit Arcadia, quibus locis aſperiora ingenia ac duriora, triſtitia cæli & frigoribus gigni oporteat. Philippus poſt Ætolorum digreſſum, cum exercitu in Peloponneſum uenit, ubi Lacedæmoniorum rebus compoſitis, quæ domeſtica erant ſeditione turbatæ, renouataq; cum his ſocietate publico Achæorum conuentu ob iniurias ſocijs illatas autor extitit, ut bellum Ætolis indiceretur, datis prius ad eam gentem literis, ut ſi quid haberent quod iuſte afferre poſſent contra ſociorum querelas, mitterent qui coram ſe in publico Achæorum concilio facta excuſarent. Reſponſum eſt Aetolos ante publicum gentis concilium nihil decreturos. Philippus accepta ab Achæis pecunia ad conducendum militē in Macedoniam conceſſit, Scerdilaidamq; ab Aetolis alienauit, certam ei pecuniam pollicitus. Sic ſane comparatum eſt, ut malorum etiam ſocietas, niſi iuſtitia & æquitas in medio ſeruetur, facile frangatur. Fraudatus Scerdilaidas ab Aetolis Cynethenſi præda, infidis ſocijs iratus Philippi partes ſequi conſtituit, pollicitus ſe cum xxx. lembis Aetoliæ oram infeſtaturum. Et iam utrinque arma parabantur ad bellum, cum Meſſenij quorum cauſa id bellum exarſerat moturos ſe prius aliquid negarunt, quàm ſociorum opera Phigaleam urbem inm ontibus ſitam recepiſſent, quam Aetoli per iniuriam occupauerant. per quod uiſi ſunt ignorare, quid ſuæ reipub. potiſſimum expediret. Siquidem fugiendum eſt bellum, haud tamen ita fugiendum, ut omnia ne in id incidamus, ſuſtinere perpetiq; uelimus. Nec Pindarus omnino utiliter in ſuis poematibus Thebanos ciues ſuos hortatus eſt, qui ita monuit, ut cæteris poſthabitis, pacem duntaxat & tranquillitatem amplecterentur. Eſt pax ſi iuſta ſit & honeſta, omnium rerum pulcherrima atq; optima. Cæterum nihil faciendum iniuſte aut turpiter, ut pace frui poſſimus. Etenim Meſſenijs tale accidit, ut cum cupidiſſimi pacis eſſent uniuſq; rei in primis ſtudioſi, in maxima ſæpe diſcrimina patriæ ſtatum adduxerint, quippe qui quū inter Arcades & Lacedæmonios bellātes ſe medios gererēt, neutrius partis gratiā promeriti, alterutrius ciuitatis iniurias ſæpius ſunt experti. Lacedæmonij non ſolum non ambigue reſponderūt, ſed ſolenni die magiſtratibus in templo Palladis impie cæſis, fœdus cū Aetolis percuſſerūt, multū ſpei in Cleomene habētes, qui in Ægypto tertiū iam annū exulabat, cuius aduentū præſtolabant. Vſqueadeo māſuetudo principū & benignitas ualet, ut non ſolū quū pſentes ſunt, uerū quū longiſſime etiam abſunt, quoſdā quaſi fomites amoris erga ſe animis hominū relinquāt. Verum Cleomenis morte nunciata, quod ſuo loco explicabitur, Ageſipolim & Lycurgū reges creauere. Lycurgus cum delecta manu Argiuorum fines ingreſſus Polichnam, Praſiam, Leuchnam, Cyphantē, & alia quædam oppida improuiſo acceſſu occupat. Agrum omnem Argiuūm ferro & igni populatur, ingenti inde præda domum abducta. Spartiatæ præſenti ſucceſſu elati, bellum Achæis indicunt, additi ſocij Aetoli & Elienſes. Ita accidit, ut Philippo adhuc in cogendo milite occupato Meſſenijs, Epirotis, & alijs ſocijs quieſcentibus, Achæi pluribus

Cynetha capitur.

Arcadum ritus. Muſicæ ſtudium.

Grauiſſima ſententia.

Qualis pax eſſe debeat.

N 3 bus

Aetolorũ & Achæorum conuentus. bus locis præter ſpem uno tempore premeretur. Erat tum Scopas Ætolorũ dux, qui in magi-
ſtratu adhuc paulum manſurus erat. Ætoli paulo poſt æquinoctiũ autumni, in unũ de repub. C
acturi coibant. Achæi uerno tempore circa uergiliarũ exortum, qui Aratum Arati filium belli
ducem ſibi creauere. Inciderunt hęc in id tempus, quo Æmylius Pharium Demetrium uicit in
Illyrico, qui primus annus fuit ſecũdi belli Punici. Et Antiochus Theodoti proditione, ut non
multo poſt dicetur, Tyrum & Ptolemaidem occupauit. Et Rhodij Bizantijs bellum intulere.
Bizantiũ. Colunt Bizantij urbem, quũ loci natura munitiſſimã tum ad omniũ rerum feracitatẽ, quibus
humana uita fruitur, opportuniſſimã, in oſtio Pontici maris ſitam, qua uenales ſerui olim, co-
ria, mel, ceram, & ſalſamẽta, ut hodie, aliaq; Pontica negotia niſi ipſis uolentibus, in Græciã &
cæterã Europam præteruehi nequeunt. Enimuero Ponticũ mare late ſupra Bizantium patet,
cuius circuitus duo habet & xx. ſtadioꝝ milia binis oſtijs ex aduerſo ſibi reſpõdentibus, quoꝝ
uno Mæotis palus, quæ octo milia ſtadioꝝ amplectitur ſuo circuitu, ſeſe in Pontum exonerat.
Boſphorus Cimmerius Has freti anguſtias Cimmeriũ Boſphorũ uocant, ſtadioꝝ xxx. latitudine, duplo maiori lon
gitudine. Altero Pontus in Propontidẽ defluit. Eius longitudo centum habet ſtadia, latitudo
uero xx. nec ubiq; eadem. Inter Bizantiũ & Chalcedonẽ xiiii. duntaxat interſunt ſtadia. Ha
bet id menſuræ genus, ut alio eſt loco demonſtratũ, centum & uigintiquinq; paſſus, ita ut octo
numero ſtadia miliariũ unum conficiant. Circa Hermeũ Europæ promontoriũ anguſtiſſimũ
eſt fretum, quinq; nec amplius ſtadia patens, quas anguſtias Darius maior cõmiſit ponte, in
Scythas exercitũ tranſmiſſurus. In utroq; Boſphoro unicus à ſeptentrione in meridiem obſer
uatur fluxus, aut quia aquæ decurſu fluminũ in Mæotim & Pontum uſqueadeo augeãtur, ut
ibi exonerari neceſſe ſit, aut Ponti alueo fluuialiũ oſtiorũ exaggeratione repleta, humorẽ oſtio
exinaniri oporteat. Sed de his lõgior alibi habitus eſt ſermo. Tali igitur locorũ opportunitate
Bizantij freti, aſſiduis cum Thracum gente bellis exhauſti, Gallorumq; iniurijs, qui poſt del-
phicam expeditionẽ periculo ſeruati locis Bizantio proximis conſederãt. Ab his Bizantij quũ
quotannis ſibi octoginta talentis pacem redimerẽt, pecuniaꝝ inopia ſtatuerũt uectigal exige-
Rhodij bellum Bizantijs inducunt. re ab omnibus qui in Pontum nauigarẽt. Tulerunt id grauiter alij Græcorũ, ſed Rhodij om- D
nium grauiſſime, quorũ opes tum late maris imperio pollebãt. Miſerũt itaq; Rhodij ab initio
legatos Bizantiũ, qui de uectigali remittendo amice agerent. Cęterum quum nihil impetrarẽt,
Achæus. bellum Bizantijs intulere, Pruſia Bithyniæ rege in belli ſocietatẽ aſcito. Bizantij & ipſi Achæũ
circa Taurũ ample dominantẽ, & Attalum regem ſibi iungunt. Erat Achęus Antiochi ꝓpin-
quus, qui à Seleuco Seleuci filio & Antiochi fratre maiore natu, ad arcendã Attili uim miſſus,
omnia circa Taurum montem incredibili ſucceſſu occupauerat. Taurum tranſgreſſus breui ex
tota pene regione Attalũ eiecit. Interim Seleucus à Paturio Gallo & Nicanore dolis circũuen-
tus interijt, cæteris ab Antiocho fratre occupatis. Achæus Nicanore & Paturio in Seleuci ultio
nem interfectis, quaſi eam regni partẽ Antiocho adhuc puero defenſurus, quicq̃d armis occu-
pauerat retinere ꝑſeuerauit, omnibuſq; præter Pergamũ, Attalo ademptis, eo audaciæ geſtaꝝ
rerum ſucceſſu euectus eſt, ut regiũ nomen & inſigne receperit. Sed id aliquãto poſtea accidit.
Pruſias. Huius igitur ſocietate freti Bizantij, magno animo illatũ bellum excipiunt. Zyboëtam adhæc
ex Macedonia accerſunt, quẽ Pruſiæ opponerẽt, ipſi Rhodijs mari occurſuri. Pruſias Phanũ
locum opportuniſſimũ in aduerſa parte Aſiæ primo impetu occupauit. Omnẽ præterea Aſiæ
oram quam Bizantij plures annos poſſederãt fœde populatur. Rhodij pręterea ut Achęum à
Ptolemæus Bizantijs alienarẽt, à Ptolemæo Ægypti rege imperant, ut ſibi Andromachũ Achæi patrem,
quem ille in uinculis habebat, cõdonaret. Erat Andromachus frater Laodices, quæ fuit Seleu-
ci coniunx. Achęus patre ſibi Rhodiorũ beneficio reſtituto, ne ingratus haberetur, Bizantiorũ
ſocietate poſthabita, Rhodios amice amplectitur. Riboëtas præterea, quẽ ex Thracia Bizantij
ad bellum expectabat, ſub id tempus fato perijt, quæ clades uehemẽter Bizantios afflixit. Pru-
ſias & ipſe ob hæc ferocior coortus, hoſtes ipſos intra mœnia compulit. Interuẽtu inde Cauari
Gallorũ reguli, his conditionibus bellnm utrinq; eſt ſolutũ, ut Bizantij nullum uectigalis exi-
gendi ius haberẽt, Pruſias omibus quæ illis ademerat reſtitutis, Bizantioꝝ amicus fieret. Atq;
Rhodiorũ & Pruſiæ bellum, aduerſus Bizantios, hunc exitum habuit. Sub id tempus Gnoſij
è Creta legatos Rhodum miſere, naues aliquot aduerſus eos, qui à ſe defecerãt, à Rhodijs pe-
tentes,

A tentes. Gnoſij & Gortinij inito int̃ ſe fœdere inſulã ſubiugarãt, p̃ter Lyctios, qui ſoli omniũ
iugum detrectabant. Quũ igit̃ principes populi Lictiorũ excidio imminerẽt, ita accidit, ut orta — Gnoſij. Gortinij.
inter eos diſcordia, plerę́q; ciuitates relicta Gnoſiorũ amicitia, cum Lyctus ſuas opes ſociarint.
Gortiniorũ quoq; uaria erant ſtudia. Iuniorũ multitudo cũ Lyctijs ſentire, Seniores Gnoſio-
rũ erant. Gnoſij ſubita ſociorũ defectione cõmoti, mille homines ex Ætolia accerſunt, quibus
freti Gortiniorũ iuuentute partim cæſa, partim in exiliũ acta, Gortinam ſenioribus tradentibꝫ
occupant. Inde & Lyctũ ciuibus in expeditionẽ profectis ſubita ui capiũt, captã imbelli multi- — Lycti excidium.
tudine prius emiſſa incendũt. Atq; ita Lyctos Lacedæmoniorũ colonia Cretæ urbiũ antiquiſ-
ſima interijt. Bellũ erat tñ nihilo ſecius cum Lampeis & Polyreneis & alijs pleriſq; populis, &
in primis aduerſꝰ Gortiniorũ exules, qui Pheaſiorũ portu inſeſſo, urbẽ crebris excurſionibꝫ in
feſtabant. Ad hos ui comprimẽdos, maritima auxilia à Rhodijs per legatos Gnoſij petierãt.
Polyrenei & Lampei, qa Ætoli Gnoſiorũ rebus fauebant, cum Philippo rege & Achęis fœdꝰ
& amicitiã iungunt, quo contigit, ut & ipſi nõ multo poſt à ſocijs ſint auxiliaribus copijs adiu-
ti. Atq; ita Cretenſes inter ſe ſuis ſociorũq; uiribus bellabant, quo ſane tempore Sinopẽſes &
ipſi à Rhodijs contra Mitridatẽ regem auxilia petiere. Fuit Sinope in Cherſoneſo ſita, in par — Sinope.
te dextra Ponti, circa Phaſis oſtiũ. Cæterũ dũ res Sinopenſiũ Mitridates oppugnat, Dorima-
chus Ætolorũ dux Egiram in Pelopõneſo proditione occupat. Fuit id oppidũ inter Ægiũ & — Egira
Sycionem, iuxta Corinthiacum ſinum, ſeptem circiter ſtadia à mari diſtans. Receperant ſe ex
Egiritis pleriq; ſubito malo cõſternati in arcẽ, q̃ nuda erat mœnibus: huc Dorimachus dux &
Alexander eius collega per contemptum ſuccedentes nõ ſolum repulſi ſunt, ſed Alexandro ca
dente, Ætoli cum multa ſtrage ſunt ex urbe eiecti, in agris quoq; non parua fuga & diſpalãtiũ
cædes fuit, adeo ut pauci incolumes domũ reuerſi ſint. Elienſes qui cũ Spartanis & Aetolis ſen
tiebãt, Euripidis Aetoli ducta, Dymẽſes, Pharenſes, & Tritenſes inſidijs exceptos cũ cęde mul
ta p̃fligant, quo ſucceſſu Euripides elatus, Dymenſiũ caſtellũ cepit. Incolæ Murum uocant, ab
Hercule olim, ut fama fuit, communitũ, quum Elienſes bello premeret. Pari inde ſucceſſu ali-
B quot Elienſes oppida Dymẽſibus ademerunt, qui auxilio ab Arato Achæorum duce fruſtra
implorato, cũ Tritẽſibus unà & Pharenſibꝫ decretũ tulerũt, ne in bellicũ uſum amplíꝰ Achęis
pecuniã ſoluerent. Tres itaq; populi, uiribus inter ſe cõſociatis, aliquot peditũ centurias cũ equi
tũ axilla publice cõducunt, atq; ita uelut ab Achæorum ſocietate diſiuncti per ſe bellũ alebãt.
Et res Peloponneſiacæ in hunc ſe modũ habebãt, quũ Philippus diuerſa parte bellum gerẽs, — Ambracũ. Philippi geſta in Aetolos.
Ambracũ XL. dierũ ſpatio expugnauit. Erat Ambracũ Ambraciotarũ oppidũ, naturali ſitu &
duplici muro munitũ, ita undiq; paludibꝫ clauſum, ut unũ dũtaxat à terra haberet aditũ, atq;
hunc ipſum manu factũ. Ambracũ captũ Epirotis in quorũ grãm locũ expugnauerat, Philip-
pus habendũ tradidit, Ambraciũ in Acarnaniã tranſmiſit. Fluit is ſinꝰ à mari Siculo, oſtioq;
ſexcentorum paſſuũ Acarnaniã ab Epiro diuidit, hãc à ſeptẽtrione, illã à meridie hñs. Extendi
tur inter utrãq; terrã introrſum tercentũ circiter ſtadia. Macedo Acarnaniã ingreſſus Poëtiam
Aetoliæ urbẽ cõditione deditã cepit. Cohortẽ interea Aetolorũ, quæ p̃ſidio ueniebat, incaute
urbi appropinquantẽ, cũ multa cęde diſiecit. Poëtia recepta, Stratenſem agrũ Philippus in- — Poëtia.
greſſus, ad Acheloum caſtra fecit, obſeditq; aliquot dies Stratum, uñ digreſſꝰ Metropolim à
culteribus metu relictũ incẽdit. Late inde cũ populatione & incẽdio euagatus, plura Aetolorũ
oppida in poteſtatẽ redegit. In Eniadas mox bellũ trãſlatur. Peanium non ſine laborioſo cer
tamine expugnatũ diruit, tignis & tegulis rate ad Eniadas tranſuectis, ad tabernaculoꝝ & bel
licorum opeꝝ uſum. Sed oppugnatione nulla opus fuit, ſine ui oppido eſt Macedo potitꝰ, me
tu ab hoſte nup relicto. Inde in Calydonia Elaon oppidũ expugnat, cuius arcẽ ad uſum belli
communiuit. Hic Philippus literis & nuncijs certior factus Dardanos Macedoniæ imminere,
Schæorũ legatis, q & ipſi opẽ imploratũ uenerãt, bñ ſperare iuſſis, quũ in Macedoniã ſe recipe
ret, Ambraciũ ſinum trãſuehẽti Demetriꝰ Phariꝰ occurrit, q ab Aemylio, ut ſupra eſt ſignifica
tũ, ex Illyrico pulſus exilij ſedẽ q̃rebat. Hunc Philippus humane cõplexus Corinthũ ire iubet, — Philippi trãſitus in Peloponneſum.
indeq; in Pellã urbẽ ad ſe uenire. Reditꝰ regis in Macedoniã oẽm Dardanorum motũ diſcuſ
ſit. Sub id tp̃s Aemyliꝰ de Illyrijs triũphauit, & Hãnibal Sagũto capto, in hyberna conceſſit.
Sed hæc in Romanarũ rerũ relatione, quæ ordine p̃cedunt, ſuo loco diximꝰ. Dorimachꝰ poſt

Philippi diſceſſum ab Aetolis dux creatus, Epirum ingreſſus, Templũ Dodonæi Iouis hoſti-
liter diripuit & euertit. Inſtabatq; iam hyems, quũ Philippus ſex milibus hoĩm citato agmine C
Corinthum occulte ductis, ut hoſtes de ſuo aduentu celaret, Acheoꝝ ad ſe ducibus accerſitis,
Euripidẽ Elienſiũ ducem, duas legiones trahentem, & cũ his mercenarium militem, ad Apeaꝝ
collẽ x. ſtadia à Stimphaliorũ urbe diſtantẽ adeptus, primo occurſu fudit, mille & cc. Elienſiũ
captis, cætera multitudine paſſim à Macedonibus cęſa. Pauciores centum ex tanta ui hoĩm fu
ga ſeruati ſunt. Secundum eam uictoriam rex ferocior factus, per niuoſa Arcadiæ loca, ad Ca
phias primo, inde ad Pſophidem oppidum duxit. Erat urbs omnium quæ in Arcadia fuerũt,
Erymãthus fluuius. antiquiſſima, & in media regione ſita loco munitiſſimo ad Erymanthum amnem, quam ſum
ma ui captam, arcemq; cum Euripide duce & oppidanorum multitudine deditione receptã,
Achæis habendam dedit. Euripides cum ſuis Corinthũ & ex Corintho in Ætoliam unde ue-
nerat eſt dimiſſus, inde Laſſionem Elienſibus ademit, quã territo præſidio uidit & cepit. Elien
ſis ager poſt hæc paſſim populatione & incendio fœdatus. Cœptæ ſunt per id tempus iniurię
Apelles. Achęis à Macedonibus fieri, eratq; iniuriarũ autor Apelles Philippi tutor, qui ad eam gentẽ
Macedonibus ſubigendam animũ adiecerat. Pellebantur Achæi ſtationibus, præda ſtaudabã
tur, iam & uerbera intentari cœperant, q̃ per Arathum ad Philippum delata, ut multa Philip
pus erat eloquentia & ſuauitate prædiꝰ, eum motum facile compreſſit. Ex Olympia deinceps
Macedo profectus, ad Eream uenit, ubi uendita præda eſt quæ plurima hoĩm atq; omnifariã
pecudum ex Elienſi agro fuerat abducta. Pontem ſup Alpheum amnem de manubijs ſtru-
xit. In Triphaliam inde eſt itũ, terram à Triphalo Arcade, ut Polybius credidit, appellatã. Stra
Triphalia. bo Triphyliã à trium gentium incolatu uult uideri nominatam. Cæterum undecunq; nomẽ
terra ſortita eſt, Macedo eam ingreſſus, Alphiram edito loco ſitam, etſi Aetolorum præſidio
tenebatur, multa ui expugnat, arce, ut ad Pſophidem, uoluntaria deditione potitus. Nec mul-
topoſt Phialẽſęs ſeſe Philippo legatis ad id miſſis dedidenũt. Samico inde rex potitus ẽ, unde
Aetolorum præſidium eiecit. Poſt Samicum totã Triphaliã per deditionẽ recepit. Hiſq; ꝑ me
diam hyemem actis, Megalopolim Macedo cum toto exercitu ſe contulit, ex Megalopoli Ar D
gos. Interfuit inde Egij publico Achæorum concilio, in quo Apellis ſuaſu, autor extitit, ut Ara
tus hõ Achaicæ libertatis ſtudioſiſſimus publica ſubmoueretur adminiſtratione, Epatuſq; ad
uerſę factionis uir dux in ſequentẽ annum crearetur. Philippus Egio ꝓfectus, Elienſibus inde
eiectis, urbem Dymenſibus reſtituit. Per literas, Meſſenijs, Epirotis, Acarnanibus, & Scerdilai
dæ edicit, ut ſinguli cum ſuis nauibus, ſibi in Cephalenia occurrerent. Ipſe Dyme præſidio fir-
Palea. mata, contra Elienſiũ incurſionẽ, Lecheo ſoluens, Paleam littoralẽ Cephaleniorũ urbem ſub-
ita oppugnatione adoritur. Erat is locus hoſtibus ad traijciẽdum in Peloponneſum commo
diſſimus. Affuerunt interim auxiliares à ſocijs naues, & iam muro urbis machinis concuſſo,
capta erat Palea, niſi quibus datum erat negocium in urbem irrumpendi uel ignauia, uel
fraude tam ſegniter & timide munus obiuiſſent, ut cum ignominia ſint Macedones à mœ-
nibus depulſi. Rex potiundæ urbis ſpe fruſtratus, obſidionem ſoluit, atq; ex Cephalenia
profectus, in mediterranea Aetolorum irrumpere conſtituit, etſi Achæi per legatos in Pelo-
ponneſum reuocabant. Leucadem itaq; primo uenit, inde per Ambracium ſinum in Aetoliã
nauigauit. Aderãt illi, p̃ter Macedonum copias, Acarnanes & Epirotę cupidi utriq; iniuriarũ,
quas ab Ætolis fuerãt paſſi, ulciſcendarũ. Rex copijs in terrã expoſitis, itinere unius diei & no
Thermi excidium. ctis ad Acheloũ uenit, amneq; inter Caponẽ & Straton ſupato, Thermũ ire ꝑgit, Metapãq;
inť eundũ capit, eaq; p̃ſidio firmata, ꝑ anguſtias cõpoſito agmine, magna adhuc nocte, Ther
mũ ꝑuenit. Erat is locus celebris, ſolẽniq; Ætolici noĩs cõuentu, multaq; opulentia refertꝰ, oĩs
hoſtilis iniuriæ ad id tp̃s immunis, ibi non ſolũ ꝓphana tecta, ſed ſacra oĩa diruta & incenſa,
ꝗbus iudicatꝰ eſt Philippus à maioribus degeneraſſe. Alexander Thebis captis ſummã adhi
buiſſe diligẽtia dicitť, ne tẽpla uiolarenť. Sic Aſiatica expeditione, ab omni lucorũ ædiumq; ſa
crarum iniuria abſtinuit. Eſt, quis nõ uidet? impij hoſtis ac furioſi ea populari, q̃ ſunt ad reli-
gionis uſum comparata, ſtatuas, lucos, aras, ꝗbus dirutis nullũ põt ad milites emolumentũ ꝑ-
Optimi imperatoris partes. uenire, neq; ad hoſtes detrimẽtũ: haud enim decet bonũ imperatorẽ, ad internicionẽ uſq; bel-
lare, ſed quatenus eorũ ꝗ iniuriã fecere, malefacta corriganť. Tyranni nõ regis onus eſt, uictis

& inui-

A & inuitis terrifice imperare,& mutuo odio cum his uiuere. Legitime imperantis, liberalitate & clementia ſubiectos gubernare,& inter ſuos mutua charitate uerſari. Nec Aetolorum exemplum regem imitari oportuit,qui Dodonæi Iouis templum incenderant. Pulchrum eſt hoſtẽ uirtute non ſcelere,clementia non ſæuitia ſuperare. Philippus Thermo profectus compoſito agmine retro abibat,nec dum anguſtias euaſerat, quum ad tria milia Aetolorum ex inſidijs coorti,extremum agmen carpere incipiunt. Macedo,etſi ad tales caſus ſubſidijs omnia firmarat,quia hoſtes obſtinatius inſtabant,ſcutatorum manu in occulto ſedere iuſſa, Ætolos ferocius inuectos inſidijs excipit,exceptos ad centum & amplius obtruncat:qua clade perculſi hoſtes omnem ferociam & impetum remiſere. Inde Acheloo ſuperato,circa Stratum Ætoli recenti prælio uicti ſunt. Macedo ad naues reuerſus Leucadem nauigauit,ubi prędam large partitus eſt. In Peloponneſo interea Lycurgꝰ cum Spartanorum manu Eleam cepit. Arcem,quo ſe oppidani receperant,obtinere non potuit. Dorimachus, qui in Theſſaliam irruperat, per eos dies quibus Philippus Thermum diripuit, ubi de Macedonum acceſſu factus eſt certior, nulla re memorabili in Theſſalia geſta,ut patriæ auxilium ferret,magnis itineribus in Ætoliã uenit,ob domeſticam cladẽ in ſuorum mœrorem incidit & luctum multo ſua opinione maiorem. Macedo interim Leucade profectus,omnem maritimam Ætoliæ partem populatus, Corinthum proceſſit,nauibus in Lecheo relictis. Corintho inde digreſſus, cum toto exercitu & Achæorum appendicibus,per ardua & deſerta montium ad Menalum peruenit. Spartanis ſubito acceſſu ſtupentibus,ad Amyclas nono die quàm Corintho diſceſſerat,caſtra fecit. Erãt Amyclæ in Spartano agro omni frugum genere feraciſſimæ xx. ſtadia ab Lacedæmone. Poſtridie omnem circumiectam regionem populatur Philippus, ac plures deinceps dies per hoſticum euagatus, Gythium Lacedæmoniorum nauale xxx. ſtadia ab urbe petijt. Quicquid agri huic & Eleæ adiacet,quum pari clade afflixiſſet,ad Amyclas ẽ reuerſus. Lycurgus interea duo milia Meſſeniorum qui ad Philippum ueniebant in Glympem oppidum compulerat, eoq; ſucceſſu ferox factus,prę lij fortunam experiri cõſtituit. Cum duobus igitur milibus colles,qui Eurotæ imminent,occupat,edicitq; ut Lacedæmonij ubi conſertum prælium uiderint,

B non uno loco eruptionem faciant ex urbe,qui ut aliquanto anguſtiꝰ interuallum regi ad euadendum relinqueret,ruptis Eurotæ aggeribus,omnia fluuio circuniecta loca in undatione cõpleuit. Philippus mercenarios in Lycurgum miſit,inde quum ſcutatos & illyricos ſubieciſſet, centum circiter Spartanorum cæſis,cæteris cum Lycurgo fuga dſiectis,loco eſt potitus, exercituq; ultra flumen per ocium traducto,Corinthum redijt. Hic Philippus in grauem militum ſeditionem incidit,cuius motus autores fuerant Leontius & Ptolemæus,qui primum apud regem locum obtinebant. Coniurauerant hi cum Apelle tutore regis in Philippum adhuc adoleſcentem,quia ille Arati uiri prudentiſſimi conſilijs libentius quàm ſuis uteretur. Cæterum militari ſeditione compreſſa, Leontius & qui cum eo conſpirauerant,haud multo poſt ſui ſceleris luerunt pœnas. Nec regem latebat quorſum tenderent ſuorum procerum conſilia, qui maluiſſent ſe,ut puerum,obſequentiorem habere,& ad ſua uota magis opportunum. Leontius igitur maieſtatis cõuictus in caſtris interfectus eſt. Megaleas,quum ad ſupplicium requireretur, Thebis quo confugerat ſibi mortem conſciuit. Apelles deinceps & filius ſupplicio dediti. Erat iam autumni tempus eius anni quo Hannibal in Italiam deſcendit. Philippus militibus in hyberna dimiſſis non multo poſt in Macedoniam abijt. Spartani interim Lycurgũ regem,quia rumor erat eum nouis rebus ſtudere, facto in eiꝰ domum impetu urbe extorrem eijciunt. Eratq; hic rerum ſtatus in Europa:in Aſia interim graue inter Antiochum & Ptolemæum bellum gerebatur,tulit is à paterna cæde Philopatoris cognomen,qui quietiorem ſtatũ temporũ nactus,quũ Philippus & Antiochus admodũ adoleſcentes eſſent,ac ꝓpterea minime formidoloſi,diuerſa à maiorib9 uia ingreſſꝰ,ſe ocio & deſidiæ tradidit,ut breui nõ externis modo gentib9,ſed domeſticis q̃q; cõtẽptui eſſe cœperit. Fœdis itaq; amorib9 & temulentiæ addict9 inuenit ſui regni inſidiatores. Primꝰ itaq; Cleomenes Lacedęmoniꝰ fuit,is magno pręlio ab Antigono uictꝰ,ut ſuፆ ẽ memoratũ,ĩ Ægyptũ nauigauerat,ubi hoſpitalit' ab Euergete Ptolemęo,q Philopatoris fuit pater,exceptꝰ,apđ eũ quoad uixit in magno honore fuit. Mox ubi Philopator parricidio regnũ occupauit,tẽtauit ille bona regis uenia, Lacedęmonẽ abire,regnum

Aetoli bis uincuntur.

Amyclæ.

Lycurgus uincitur.

Leontius.

Philopatoris ignauia

gnũ recuperaturꝰ,poſt Antigoni interitũ,Id ille nõ ſolũ nõ ĩpetrauit,ſed ſuſpectꝰ etiã ob egre
giã animi uirtutẽ Philopatori eſſe cœpit.Formidoloſa ẽ & ſuſpecta tyrãnis uirtus.Appulit in C
terim Alexãdriã Nicagoras qdã Meſſenius,uęnales eq̃s aduehẽs,is recõciliatã hẽbat cũ Cleo
mene amicitiã,ſed parũ integra fide,ꝙ eiꝰ poſtea facinꝰ declarauit.Hinc Cleomenes,circa por
tũ inambulãs,ſub ĩpm appulſum intuitus,quũ amicc ſalutaſſet, ad qd ueniſſet ꝑcontatꝰ, ubi
nauigationis,cauſam,& qd ſecũ ueheret,audiuit,q̃ uellẽ,inqt,Cinædos potiꝰ aduexiſſes & Sã
Nicagoræ perfidia. bucas.Nã his p̃cipue rex delectabatᷓ.Hic quũ Nicagoras Soſibio, cuius ſumma erat apud re
gẽ autoritas,detuliſſet,barbari impulſu ep̃lam in Cleomenẽ cõfinxit,ſuſpitionibꝰ plenã, qua
poſt Nicagoræ diſceſſum ad regẽ delata,in cuſtodiã Cleomenes adductꝰ eſt,liberaliter tñ apd
cuſtodes & in ſummo honore habebatᷓ.Sed quũ nullã meliorẽ ſpem Cleomenes in futurũ ha
beret,rege Canobũ ꝓfecto, cuſtodibꝫ deceptis,in publicũ cũ paucis ſuorũ ſtricto ferro erupit,
ibiqꝫ Ptolemæo quodã,ad cuſtodiã urbis relicto,qui forte in eũ motũ inciderat,interfecto,ci
ues ad libertatẽ hortabatᷓ,ad quã uocem quũ nemo moueretᷓ,in arcẽ impetũ fecit,q̃ſi eã ꝑ occa
ſionẽ occupaturꝰ.Hinc q̊qꝫ ui excluſus,cũ ijs quos circa ſe habuit,ut fortiter moreretᷓ,ſibi ma
Cleomenis interitus. nũ intulit.Habuitqꝫ Cleomenes hũc exitũ,in quo nihil regiũ defuit,p̃ter regnũ.Theodotꝰ in
de Ætolꝰq inferiori Syrię p̃erat,regis ignauiã ꝑteſus,& offenſꝰ p̃terea illi grauiter,ꝙ quũ nup
q̃dã aduerſus Antiochũ mouiſſet,ut ꝓuinciam ſibi creditã fortiter tueretᷓ,Alexandriã accerſi
tus,capite ꝓpemodũ fuerat p̃dicitatꝰ.Ob hęc ille infeſto animo in regẽ,occulte Antiocho ſe Sy
rię urbes daturũ pollicetᷓ.Præfecerat Antiochus Molonẽ & Alexandrũ fratres,hunc Perſidi il
lũ Mediæ,quorũ defectio regi nunciata ẽ ſub id tẽpus,quo occupandæ ꝑ Theodotũ Syriæ oc
caſio oblata eſt.Xeone itaqꝫ & Theodoto quodã cũ copijs in Mediã & Perſidẽ miſſis,ipſe ad
Syriacũ bellũ exiturꝰ,dũ in Seleucia adhuc eẽt,Diognetꝰ claſſis p̃fectus Laodicen Mitridatis
Pontici regis filiã uirginẽ regi deſponſam,naui aduexit.Celebratis itaqꝫ magno apparatu nu
ptijs,regnoqꝫ uxori relicto,Antiochiã cõtendit.Nec ita multo poſt illi nũciatũ ẽ duces quos in
Molonẽ miſerat,ꝑ uictis Media exceſſiſſe,hoſteqꝫ oĩa late obtinere.Quibꝫ nuncijs Antiochꝰ
Hermias. ꝑculſus,Syriaci belli cõſilio omiſſo,in Mediã continuo occurriſſet,niſi ab Hermia Care,q ob D
puerilem regis ætatẽ(erat tũ Antiochꝰ,XVI.annos natus)oĩa ſuo nutu adminiſtrabat, Xence
ra Achæo cũ nouis copijs in Mediã miſſo,ad incœptũ bellũ exeq̃ndũ regẽ cõfirmaſſet.Copijs
Maſſia. igitᷓ Apamiæ coactis Laodiceã rex cõceſſit,mox ex Laodicea cũ exercitu ꝓfectus,ad Maſſiã ue
nit locũ inter Libanũ & Antilibanũ ꝓmõtoria.Eſt is locꝰ primo naturà paluſtris.ex una parte
oppidũ imminet,ꝙ Brochos dicitᷓ,exaduerſo alterũ Gerra noĩe,inter utrũqꝫ arduꝰ & inflexus
collis.Per multos itaqꝫ labores copijs huc traductis, rex Gerrã exercitũ admouit. Sed p̃ter ſpẽ
oĩa à Theodoto p̃ſidijs inſeſſa offendit,& paludẽ foſſa ualloqꝫ obſeptã.Primo uim inferre co
natꝰ ẽ,cæteꝝ qa nihil uis ꝓfutura uidebatᷓ,& Theodotꝰ in Ptolemęi fide adhuc eẽt, ne plus in
cõmodi adiret q̃ inferret,ĩcœpto deſtitit.Sed nihil à p̃ſenti bello æquè aĩm auertit, ac nouꝰ de
Xencetas fraude capitur. Xenceta nũcius in caſtra allatꝰ,quo cognitũ ẽ regis copias à Molone ꝓfligatas.Xẽcetas ex Se
leucia cũ Suſianę & rubri maris oræ pręfectis ad Tygrim ꝑuenerat,ubi facta ſpe, fore,ut ſi co
pias flumẽ trãſmitteret,magna ꝑs exercitus à Molone,q odio eẽt militibꝫ,ad regẽ trãſiret, ex
ercitu in ulteriorẽ ripã ĩpigre traducto ad Molonis caſtra ꝓfectꝰ,deſerta ab hoſte inuenit,mul
tę opulẽtię plena.Ibi Xencetas uerã fugã arbitratꝰ,ꝙ Molo paꝝ ſuis fideret,idcirco ſe expecta
re nõ fuiſſet auſus.Cũ ſuis igitᷓ crapulę & ebrietati deditũ altꝰ opp̃ſſit ſomnꝰ.Tũ Molo cõuer
ſo ꝑ noctẽ curſu caſtra ſine certamine ingreſſus hoſtes ebrios & ſemiſomnes ad ſatietatẽ cæci
dit.Pars nõ ꝑua metu in fluuiũ p̃cipitata uorticibꝰ abſorpta eſt.Scd̃m eam uictoriã Molo Se
leuciã occupauit,mox & oĩa Babyloniæ loca,& quicqd circa rubrũ mare gentiũ fuit eius armis
ceſſerat.Antiochus igitᷓ his nuncijs turbatus,ex Syria cũ ualido exercitu ad hoſtẽ ꝓfectꝰ, Ty
grim triptito copias traiecit.Dura oppidũ obſidiõe ſoluit.Orico deĩde mõte ſupato i.Apollo
niã deſcẽdit.Et iã Molo ad,XL.ſtadia à rege caſtra fecerat,q quũ ſuſpectã haberet militũ fidẽ,
noctu exꝑtus Antiochi caſtra inuadere, cũ lectiſſima manu à ſuis ſilentio digreſſus ad regias
munitiones iter intendit.Ferebatᷓ in hoſtẽ ſpei plenus,quũ ei nunciatᷓ X.milites ad regem trãſ
fugiſſe,tũ ille infecta re ſub lucẽ in caſtra reuerſus, tantũ ſubito acceſſu tumultũ exciuit,ut pa
rum abfuerit quin caſtra deſererentur. Inde ubi illuxit rex quadrato agmine affuit,nullam pu
gnæ mo

A gnæ morã facturus. Modo etſi ob nocturnũ tumultũ cunctãtius exijt, eduxit tñ in apertũ co/
pias. Hic haud magno quidẽ certamine opus fuit, confeſtim ſiniſtrũ Molonis cornu ad regẽ
trãſijt. Ipſe ea parte qua prælium inierat aliq̃diu hoſtẽ ſuſtinuit, uerũ ubi ſigna deſtitui ſenſit, &
qui circa ſe adhuc pugnabant fluctuarent aĩo, ſatis gnarus quas pœnas regi daturus eſſet, ſi ui
uus in ei⁹ poteſtatẽ ueniret, ſibi manũ intulit. Nicolaus eius frater ex acie digreſſus, ubi in Per
ſidẽ uenit, Molonis uxorẽ & filios interfecit, inde ſeipm̃ tranſegit ferro, Alexandrũ alterũ fra/ Molonis interitus.
trẽ itidẽ feciſſe arbitratus. Molonis corpus in celeberrima parte Mediæ cruci eſt affixũ. In cæte
ros multa Antiochus eſt moderatione uſus. Inde prouinciarũ rebus ex ſnĩa cõſtitutis, Artaba
zanem, cui bellũ intulit, pene ſupplicem in amicitiam recepit, & Hermeam tutorem ſuum, quẽ Hermeas occiditur.
ſuperbia & auaritia corruptũ ad id tp̃s tulerat, occidi imperauit. Fuerat ille adeo omnibus inui
ſos, ut Apameę uxorem eius mulieres populariter occiderint, & pueri liberos. Miſit Antioch⁹
ad Achęum, cuius priore libro mentio facta, q̃ de eius iniuria quererent̃, q̃ p̃ id tẽpus quo ipſe
aduerſ⁹ Artabarzanẽ exercitũ duxit, rat⁹ fore ut eo bello extingueret̃, regiam appellationem
recepiſſet, nec minus interea quæ ad Syriacũ bellum attinebant, ſtudio cõparat. Mox ubi oĩa
affuere, Seleuciam Phœnicię urbem obſidione cingit. Eſt hęc haud procul ab Oronte, qui ex Seleucia
Libano ortus in Antiochiam fertur, inde haud procul à Seleucia Phœnicio mari infunditur.
Fuerat id oppidũ multis retro annis in Aegyptiorum regum poteſtate. Ptolemæus Euergetes,
qui Romana uoce benefactor uocandus erat, primus urbe ipſa fuit potitus, quum ob Beroni
ces caſum, ut alio eſt loco ſignificatum, exercitum in Syriã duxit. Antiochus urbem terra ma/
riq; adortus, poſteaq̃ in ſuburbia penetrauit, & iam emporia capta erant, deditam à ciuib⁹ pa
cate accepit. Seleucia potitus, Theodoti literis in Syriã accerſitur, qui à rege aperte alienat⁹, Ty
rum & Ptolemaidẽ obtinebat. Ad Narſiam igitur prius rex exercitum admouit. Hic Ptolemai
dem à Nicolao Philopatris duce obſideri auditum eſt. Tum uero haud cunctandũ ratus, cæ/
teris copijs Brochum admotis, ipſe cũ expeditis militibus ad ſoluendam obſidionem occurrit.
Ad cuius aduentũ regius dux territus, priuſq̃ Antiochus in conſpectum uenerit, præſidio ad
Berytanum ſaltum obtinendum miſſo, ipſe cum cætero exercitu in tutum conceſſit. Antioch⁹
B hinc quoq; hoſtibus ſubito acceſſu depulſis, in ipſis locorũ anguſtijs caſtra fecit, hic reliquas
copias expectaturus, quibus receptis cõtinuo mota ſunt caſtra. Affuit interim Theodotus qui
Tyrum & Ptolemaidẽ regi tradidit. Eum Antiochus humaniter complexus ubi exploratum Antiochi
habuit Ptolemæum occulte Memphim confugiſſe, eius uero copias ad Peluſium ſtare, confe expeditio
ſtim ad eas delendas occurriſſet, niſi aquis omnia obtineri edoctus præcipiti conſilio abſti in Syriam.
nuiſſet. Per Syriam inde euagat⁹, multas urbes in deditionem accepit. Mox appetẽte hyeme,
inducijs cum Ptolemęo in certum tp̃s pactis, Seleuciam in hyberna cõceſſit, ubi per Ptolemęi
legatos diſceptatum eſt de iure Syriæ. Antiochus Seleucum & Antigonum, qui primi ea loca
occupaſſent, poſt magni Alexandri interitum, ueriſſimos aiebat iuſtiſſimoſq; fuiſſe domi/
nos, quare ad ſe qui à primo Seleuco oriundus eſſet, nõ ad Ptolemæum Syrię regnum attine
re. Pręterea Ptolemęum non ſibi ſed Seleuco aduerſus Antigonũ pugnaſſe, quo ſublato quũ
Caſſander Lyſimachus & Seleucus inter ſe regna diuiſiſſent, Seleuco Syriam adiucarunt.
Ptolemęi legati ruptum fœdus ante omnia querebantur. Inde dicere Ptolemęum Lagi, ea con
ditione cum Seleuco aduerſus Antigonum bellaſſe, ut totius Aſiæ imperium Seleuco, Syriã
& Phœnice Ptolemæo cederet. Hyeme per irritas altercationes abſumpta, quum iam uer ap/
peteret, Antiochus inſtructus exercitu Marathum primo uenit, per eum locum, quem incolæ
dei Proſopon uocant, ingreſſus Berytum copias admouit, Botra urbe in itinere capta, Triere
& Calamo incenſis. Hic Theodoto & Nicharo iuſſis ãguſtias circa Dicum amnem occupare,
ipſe cum pręcipua exercitus parte an Damurã fluuium conſedit. Paucis inde diebus ante Li/
banũ, cuius anguſtias circa mare Nicolaus Ptolemæi dux obtinebat, terreſtri pręlio uno tẽpore
& ĩ mari dimicatũ. Vtrobiq; Antiochus uictor, cæſaq; interea ad duo milia hoim̃, reliqui fuga
diſpalati, magna ex parte Sidonem quo & Nicolaus deuenere, quo breui poſtea Antiochus Antiochi
cũ exercitu uenit, Sidonẽ rex oppugnare nõ eſt auſus, ob hoſtiũ multitudinẽ, q̃ int⁹ erat Mo/ geſta in Sy/
tis caſtris Philoteriã inuaſit, iuxta paludẽ ſitam, in quam Iordanis fluuius elabit̃. Ea urbe An ria.
tioch⁹ breui potit⁹, Atybirũ expugnauit, & Pellã, inde Camũ, Geprũ obtinuit. Quę Antiochi
ſucceſſum

Antiochi ſucceſſus. ſucceſſum Arabes ſecuti, illius partes amplexi, cõmeatu & auxilijs iuuerũt. Arabũ opibꝰ & ami
citia fretus Antiochus, ulteriꝰ ꝓgreſſus, Galatẽ & Rabbata cepit. Hinc Cerea qui à Ptolemęo C
transfugerat in Samariam cũ quinqꝫ milibus armatorũ miſſo, Ptolemaidem cũ exercitu con/
ceſſit, ibi proxima hyeme manſurus. Cæterũ dum hęc in Syria gerunt, Achęus, Miliade & ma
gna Pamphiliæ parte Attalo adempta, Sardis copias admouit. Attalus Egoſatas Galathas ſe
cũ hñs, aliquot interim loca in Æolide recepit, quę ad Achæum defecerant, inde Myſiã ingreſ/
ſus uſqꝫ ad flumen maximũ ꝓceſſit, ubi deliquio lunę repente facto, Galathiſqꝫ ulterius ſequi
recuſantibus, Egoſatas circa Helleſpontũ collocauit, ipſeqꝫ Pergamũ hybernatũ ſe recipit. Ve
re deinceps ſequentis anni ineunte, Antiochus & Ptolemæus, cũ qꝫ maximo uterqꝫ potuit bel
Antiochi & Ptolemæi copiæ. li apparatu, in medium proceſſere. Ptolemęus Alexandria profectus, ultra LX. milia peditum
& quinqꝫ equitũ ſecũ trahebat. Tres &, LXX. elephantos. Antiocho duo & LXX. milia peditũ,
equitũ ſex milia, elephanti centũ & duo aderant. Per Peluſium Philopator & Caſium montẽ
Raphia. Gazam uenit, inde quinis caſtris ad Raphiam urbẽ conſedit, quæ poſt Rhinocolura ſita eſt,
prima ciuitatum Syriæ Ægyptum aſpectantiũ. Huc Antiochus cum omnibus copijs progreſ
ſus, decẽ ſtadia ab hoſte caſtra locat. Nec ita multis interiectis diebus, ad quinqꝫ ſtadia propiꝰ
tranſlatis caſtris quotidie inter aquandũ leuia utrinqꝫ prælia ex occaſione gerebantur. Interim
Theodoti facinus. Theodotus Ætolus, qui ab Ptolemęo ad Antiochum defecerat, ſpeculatus interdiu procul re
gium tabernaculum, noctu ignoto habitu hoſtium caſtra ingreſſus, ſub auroram deceptis cu
ſtodibus ad regem ingreſſus, duobus qui in tabernaculo cubabant uulneratis, & cum his Pto
lemæi medico interfecto, incolumis in caſtra redijt. Illud regi ſaluti fuit, ꝙ ſecretiore quodã lo/
co quietẽ capiebat. Nec ita multo poſt, reges ipſi decreto in aciem deſcendunt. Vterqꝫ accura/
tiſſime ſuos ad pugnam inſtruit, opportunaqꝫ ad milites hortatione eſt uſus. Ptolemæus læ/
uum cornu cũ Laodice ſorore obtinebat: Antiochus cũ regia phalange dextrũ. Primũ fuit præ
Regum congreſſus. lium elephantorum, quorũ mos eſt quũ dimicant ſedentibus inceſſere. Cæterũ Ptolemæi ele/
phantes, quia plurimũ Libyci erant, & ob id timidiores, ſtatim Indicis ceſſere, qui impetu acer
ſi ingentẽ Ægyptiacæ phalangi attulerunt ſtragẽ, quo accidit ut ab initio in dextro cornu An D
tiochus ſuperior fuerit. Sed quemadmodũ hac parte fortuna proſpere affuit, ita qui in lęuo la
tere dimicabant à dextro Ptolemæi cornu pulſi ſunt. Reſiſtebatqꝫ adhuc, etſi beluarũ impul/
ſu non mediocriter cõcuſſa, Ptolemaica phalanx à lęua parte, quũ Antiochus ratus ſe uincere,
ſenſit ſe magna ex parte uictũ. Curſu igitur in alterũ cornu delatus, ut ea parte pugnam repa/
Vincitur Antiochus. raret, ubi res perditas uidit, Raphiam profugit. Tum uero late cędes totis ẽ campis edita, Pto/
lemæuſqꝫ ingentẽ uictoriã adeptus, ſumma cũ lętitia & gratulatione ſuorũ ſeſe in caſtra rece/
pit. Antiochi ad X. milia peditũ cecidere, equites pluſq̃, CCC. q̃tuor milia capta. In dextero Pto
lemæi cornu q̃ plurimi equites & mercenarij milites periere. Scd̃m hanc pugnam Antiochus
Syriaci belli finis. Syria ceſſit, certatimqꝫ ciuitates in Ptolemæi fidem rediere. Secuta inde pax eſt, fœdereqꝫ inter
Lycurgus. ipſos reges icto, Antiochꝰ omnẽ belli impetũ in Achęũ uertit. Atqꝫ hoc euentu in Syria ẽ bel/
latũ. Interea Lycurgus Lacedæmoniorũ rex ab exilio reuocatus, cũ magna Spartanoꝝ manu,
Meſſeniorum agrũ ingreſſus, Calamam proditione occupat, atqꝫ in animo habebat iungere
ſe cum Pyrria Aetolorũ duce, qui ex Elide eo uenturus dicebat. Verum Cyparenſibus Aetolo
tranſitũ inhibẽtibus, Lycurgus nulla re memorabili ulteriꝰ geſta, Lacedæmonẽ cũ exercitu de
ceſſit. Elienſes Pyrria duce exautorato, ut hoĩe parũ ſtrenuo Euripidẽ iterũ ex Aetolia accer/
ſunt, cuiꝰ ductu in Aegiadẽ regionẽ egreſſi, oĩa terroris & ꝑpłationis cõplent. Lyci Achæoꝝ
ducis occurſu ibidẽ dimicatũ, quadringẽtiqꝫ ex Elienſibꝰ cæſi. Nec multis interiectis diebꝰ, idẽ
Lycus. Lycus & Demodocus in Elienſem agrũ irrupere, ubi Elienſiũ, CC. temere in hoſtes inuecti,
apud Phyxiũ ſunt cæſi. Eratqꝫ hic rerum ſtatus in Peloponneſo. Ab Acarnanibus & Aetolis
Philippi ſucceſſus. mutuæ & crebrę incurſiões fiebãt. Philippꝰ Bylazonẽ urbẽ in Peonia occupauit ad ingreſſum
Macedonię ex Dardania, inde multa ope Thebas non procul à mari urbem pluribus diebus
oppugnatã, per deditionẽ cepit, captamqꝫ Macedonũ fecit coloniã, pro Thebis Philippopo/
lim appellauit. Audita interea Scerdilaidæ alienatione, qui pacto ſtipendio à rege fraudatus,
Cataphractæ & aphractæ naues. oẽm orã maritimã uſqꝫ in Peloponneſum infeſtabat, cũ aliquot cataphractis nauibꝰ & aphra
ctis quibuſdam, euripo enauigato, nauibus circa Maleam & Lecheũ diſpoſitis, Argos uenit,
ut Nemeęis

A ut Nemeęis Ludis intereſſet: quo illi literæ ex Macedõia allatæ ſunt, q̃bus ſignificabatur Romano, ad Traſimenũ lacũ in Hetruria à Pœnis ingenti plio uictos, & iã Hãnibalẽ oĩa late obtinere. Oſtẽdit Philippus literas uni dũtaxat Demetrio Phario, quẽ penes ſe habebat. Ille regẽ hortatus, ut Græciæ rebus cõpoſitis, ad Illyricum & Italiã occupandã animũ adijceret, facile ꝑpulit, ut cõfeſtim de pace cogitare cœperit, quæ paucis diebus in hunc modum ſecuta eſt, ut Ætoli & Achæi atq; eorũ ſocij, pacate inter ſe agerent, iđ́ũq; in id fœdus. Incidit pax illa in tertium annũ cẽteſimæ & quadrageſimæ Olympiadis, ut Polybius ſcribit, qui annus, ut idẽ ait, in eũ coincidit, quo Romani ad Traſimenũ prælio uicti ſunt. Philippus locis, quæ Scerdilaidas occuparat, receptis, quum iam hyems inſtaret, milites in hyberna dimiſit: ipſe animo ad res Italiæ ſemel adiecto, centũ lembos inſtruxit. Sub initiũ æſtatis, Macedonibꝫ leuiter remigio exercitatis, cũ omnibus copijs, ꝑ Euripũ & Maleã, ad loca, q̃ ſunt circa Cephaleniã & Leucadẽ, claſſem appulit, ubi caſtris circa mare poſitis naues ualide cõmuniuit, Romanã claſſem, præter cætera formidans. Antiochus initio æſtatis ſocietate cũ Attalo aduerſus Achæũ inita. Tauꝝ montẽ tranſcendit. Et Pruſias rex Bithyniæ Gallos, quos Attalus circa Helleſpontũ collocauerat, quia Atisba capta circuniectis accolis iniurij eſſent, acie uictos cum multa cæde diſiecit. Vxores & liberi eorum nullo ætatis aut ſexꝰ diſcrimine ad unũ ſunt occidione occiſi. Achaici & Aetolici belli finis

## ENNEADIS V. LIBER III.

IN HOC Statu erant res Aſię, quũ Romani ad Cannas ingẽti, ut diximꝰ, ſunt prælio ſuperati, qua uictoria fretus Hannibal ex Apulia profectus, in Hirpinis primo Conſam ſine certamine traditam recepit, ibiq; parte una exercitus cum Magone relicta, quibꝫ copijs ille ꝑpinquas urbes aut ſponte deditas reciperet, aut inuitas ad deditionem compelleret, ipſe ad inferum mare curſum intendit, Neapolim oppugnaturus. Sedet Nea- Neapolis ſitus
B polis in Campano littore, cui Phlegræi campi à tergo circumiacent, nec Laborini multo inde remotiores. Eam Chalcidenſes cõdiderunt, Pathenopem primo à Sirenis tumulo appellatã. Surrentũ ex aduerſo illi reſpondet, diuerſa parte ſinus cum Mineruæ promontorio ubi Sirenum fuit ſedes. Pœnus loci opportunitatẽ ſecutus, ut portus aliquis ſibi eſſet idoneus ad excipiendos ex Libya cõmeatus, huc progreſſus, Numidas urbem adequitare pręcepit, qui Neapolitanorum equitum aliquot temere in pugnam egreſſos, ſubito equorum circũactu in medium exceptos interfecere. Hãnibal ſitu urbis & murorũ apparatu inſpecto, omni ſpe illiꝰ potiundæ abiecta, Capuã duxit. Florebat tum ea ciuitas longa felicitate & indulgentia fortunæ, immoderateq; ſuã libertatem exercere, multoq; immoderatius plebs id facere, cuius propriũ eſt nihil ſcire: fuerat hæc ſemper antea ſenatui infeſta, tum uero per Pacuuium Calaniũ aliq̃to pacatior facta. Is iam inde ex quo Romani ad Traſimenũ uicti ſunt, ad Pœnorũ ſocietatẽ animũ adiecerat, ad qđ facinꝰ exequendum, ut totius ciuitatis ſtudia conciliata haberet, noua arte in reconciliandis ordinibus eſt uſus. Senatum primo docuit quantam ſibi periculi à plebe immineret, ſi nouandæ rei occaſio alicunde affulſiſſet, haud dubie, niſi mature obuiam iretur, fore, ut non multo poſt pauci à pluribus ſubita ui obtruncarentur. Verum habere ſe conſilium multitudinis reconciliandæ, ſi ſuæ fidei ſenatus negocium permittat. Omnes ad unum metu ꝑculſi, Pacuuium orant, ut ex ſua fide uniuerſo ordini conſuleret. Senatu itaq; in curia clauſo, Pacuuius in cõcionẽ proceſſit, ubi multitudinem affatus, multum diuq;, inquit, optaſtis ciues Campani ueſtros ſenatores tollere, at certe ſcio quando optatæ cædis poteſtas fiet à me uobis (clauſi enim omnes ĩ curia ut opportuniores ad iniuriam haberetis) nolle uos ſine ſenatu eſſe, neque etiã expediret ciuitati publico conſilio carere. Legendi igitur noui ſenatores ſunt, cõijciã igiť proinde ſingulorũ nomina in urnam, ac quotus quiſq; eorũ fuerit ſorte ductus, de eius capite ut libitũ fuerit ſtatuetis. Sed priuſq̃ de ſonte ſumatur ſupplicium, in dãnati locum alius eſt uobis ſenator cooptandus, atq; ita uno tp̃e inimicos ulciſcemini, & nouũ ex ſententia ſenatorem habebitis. Aſſenſa eſt multitudo, nomenq; uniꝰ ſorte eductũ omnes deteſtati, dignũ ſupplicio conclamabant. Video, inq̃t Pecuuius, quæ ſit ueſtra de homine ſententia, agite nunc & priuſquã ſupplicio afficiatur, unum aliquem in huius locũ cooptate. Tũ

Partheno-pe

Repellitur Hannibal Neapoli

Capua

Pacuuij ingenium

uero quũ unus atq; alter noiari cœptus eſſet, eorũq; noia uulgo ſorderẽt, nec quiſq; exiſteret, C
cui nõ ignauia aut obſcuritas generis aliũdue ſordidũ obijceretur, eſſentq; pleriq; nõ tã ad di
gnitatẽ, q̃ ad audiẽda probra noiati, ſenſim ex concione & cũ rubore plebs dilapſa eſt, notiſſi
mũ malũ maxime tolerabile eſſe dictitãs, remiſſoq; odio ſenatũ cuſtodia educi iuſſit. Senato
res & ipſi iã inde obſequẽtiores in plebẽ facti, facile eũ ordinem ſibi beneuolentia deuinxere.
Eratq; Pacuuius ob hæc in magna celebritate, ac ciuitatis lõge princeps, ciueſq; mutuo inter
ſe ſtudio deuincti, unà oẽs à Romanis ad Pœnos inclinarũt. Vnũ in mora eſſe, q mutua con
nubia pleraſq; ambarũ ciuitatũ familias miſcuerãt. Nã & Pacuuius liberos ex Appij Claudij
filia tulerat, & filiã Romæ nuptũ Liuio dederat. Obſtare adhæc præſenti cõſilio ccc. Cãpani
equites, qui inter cætera Siciliȩ præſidia, in eã inſulã fuerãt delati. Cȩterũ Romanis ad Cãnas
uictis, ubi ex ijs legatis, q ad Varronẽ cõſulẽ officij prætextu Venuſiã quo ille cũ paucis ex acie
fugerat, miſſi fuerãt, cognitũ eſt res Romanas, ſupra quã credi poſſet, acciſas, immemor ingra
ta ciuitas ueteris Romanorũ in ſe meriti, Samnitiũ olim iugo de ipſius ceruice excuſſo, nõ ſolũ
Campani cũ Pœnis fœd9 ſanciunt. rẽ collapſam, ut fideles & gratos ſocios decuit, nõ iuuerũt, ſed Virij Subij ſibi & ciuitati magis
q̃ Romanis funeſta perſuaſiõe decretũ tulere, ut cũ Hannibale his cõditionibus fœdus iniret,
ne quis impator magiſtratuſue Pœnorũ ius in Campanũ ciuẽ haberet. Nemo Cãpanus in
uitus militaret, munuſue aliud nolẽs obiret. Vt ſuȩ leges ſuiq; magiſtratus Cãpanis eſſent, ut
ccc. ex captiuis Romanis Pœnus Cãpanis daret, q̃s ipſi legiſſent, cũ quib9 ſui eqtes, q in Si
cilia faciebãt ſtipẽdia, pmutarẽtur. Fuerũt qui traderẽt pruſq; Cãpani apte defeciſſent, eorũ le
gatos Romæ in curia petijſſe, ut alter cõſul Cãpan9 fieret, ſi Romani à ſe iuuari uellẽt, ad quã
Cãpanorũ perfidia. impudentẽ poſtulationẽ tãta ſit idignatio orta, ut Cãpani curia ſummoti añ noctẽ iuſſi ſint
Romanis finibus excedere. Sed hi nõ cõtenti fidẽ pdidiſſe, Romanorũ pleroſq; q tũ forte Ca
puȩ erãt, in balneas cuſtodiæ ſpecie clauſos, feruore & æſtu interclusa aĩa, crudeliter necarunt.
Vnus oĩm Decius Magius, ne ea defectio fieret, ſumma ope obſtitit, ne punicũ etiã pſidiũ in
Decius Magius. urbẽ acciperet, ſuperbã Pyrrhi regis in Tarẽtinos ſocios dominationẽ referẽs. Nec poſt præſi D
diũ acceptũ ſuos hortari deſtitit, ut aut Pœnos urbe eijcerẽt, aut his ſubita ui oppreſſis ſeſe Ro
manis reſtituerẽt. Hmõi hoĩs cõſtãtia offenſus Hãnibal, Magiũ in caſtra accerſiuit, q quũ ad
eũ ire recuſaſſet, negãs aliquid rei ſibi cũ Pœno eſſe, pmiſſo ad urbis magiſtratus nũcio, poſtri
die ipſe Capuã uenit, ad quẽ uidendũ, quũ tota ciuitas certatim obuiã pdiuiſſet, unus Magi9
officio abſtinuit. Cæterũ dũ oĩs ſexus & ætas in tã claro duce excipiẽdo occupata eſt, ipſe cũ fi
Magij conſtantia. lio & paucis cliẽtibus tacitus per forũ inambulauit. Ingreſſus urbẽ Hannibal cõfeſtim ſenatũ
uocari iuſſit, tũ rogatus ne qd ageret eo die, quo primũ ſociã urbẽ ingreſſus erat, quod nõ idẽ
lætũ & hilare eſſet, etſi in irã ualde propẽſus, abſtinuit tñ ac reliquũ diei inſpectãda urbe eſt ab
eo cõſumptũ. Diuerſabatur Pœn9 apud Steniũ & Pacuuiũ celebres nobilitate & opib9, Cãpa
næ ciuitatis lõge clariſſimos. Venit eo & Pacuuius Calani9 princeps eius factiõis, q̃ rẽ ad Pœ
nũ traxerat, cũ filio adoleſcẽte ab Decij latere ui nuper abſtracto. Huic recẽs patris meritũ nõ
ſolũ ueniã apud Pœnũ impetrauit, ſed ad cœnã eſt etiã ab eo uocatus, cui ualitudine excuſata
iuuenis adeſſe noluit, quin patrẽ pauloante ſolis occaſum triclinio egreſſum ſecut9, ubi cũ ſe
Perollæ facinus. creto eſt loco adeptus (uenerãt eñ p poſticũ in hortũ ȩdib9 ſubiectũ) ibi Perolla (hoc illi nomẽ
fuit) toga ab hũero reiecta latus gladio ſuccinctũ nudat, cepiſſeq; ſe cõſiliũ ait Hãnibalis ex im
prouiſo obtrũcandi. Atq; ita fore, ut nõ ſolũ Cãpani defectiõis ueniã à Romanis impetrarẽt,
ſed in multo maiore, q̃ unq; antea, apud illos honore futuri eſſent. Hoc te latere nolui, inquit,
ut adeſſe poſſis pater ſi uelis, uel ſi mauis, inde procul abeſſe. Ad ea ſenex nõ aliter, q̃ ſi res ge
ri cœpta eſſet, territus p oĩa iura, q̃ filios parẽtibus iungũt, cũ lachrymis & multis pcibus obte
ſtatus eſt, ne corã patre oĩa infanda facere & pati uellet, ne fidẽ paulo ante publico & priuato
iure cũ Pœno iunctã uiolare aggrederet, atq; hoſpitalẽ mẽſam, cui ipſe tertius eſſet adhibitus,
tã clari hoſpitis ſanguine fœdaret. Qđ ſi neq; fides, neq; iura ualerẽt, manifeſtũ uitæ periculũ
reſpiceret, quũ tot ſeruorũ liberorũq; manus & oculi ducẽ ipſum obſeruarẽt. Iã corp9, inquit,
meũ prius ferias neceſſe eſt, qđ ego illi obijciã, ne publica & priuata fide periclitemur. Sine fili
te potius hic exorari q̃ illic uinci, ualeãt patris lachrimȩ, ualeãt preces apud te meȩ, ſicut p te ho
die apud Pœnũ ualuerũt. Hæc pater locutus ubi iuuenẽ lachrymantẽ uidit, mediũ amplexus,
atq;

qui ad x. & VII. milia peditũ ſub ſignis habebat magna ex parte Brutios & Lucanos, equites
mille

A mille & cc. Pugnatũ eſt quatuor horis fortuna neutro inclinante, nec aliud Romanorũ uictoriam morabatur, quã q; Volonum plurimi hoſtiũ capita altera geſtabant manu, multo pluribus in hoſtili capite ſibi libertatis cupiditate uindicando, quàm in uictoria indipiſcenda occupatis. Quod ubi per tribunos Gracco eſt nũciatũ, cõfeſtim edixit, ut capita abijcerent, & libertatem æque omnes adeptã ſperarẽt. Tũ redintegrata pugna eſt, & eques in hoſtẽ miſſus, cui Numidarũ equitatus occurrit, fuitq; equeſtre prælium nihilominꝰ quã pedeſtre laborioſum: Stabatq; ſuo gradu innixus hoſtis, certus mori potius quã ut à ſeruis uinci pateret. Tũ Graccus ubi rem in diſcrimen maximum adductã uidit, alta uoce inclamat non eſſe cur quiſquã libertatẽ ſperaret, niſi uictor exercitus in caſtra rediſſet. Ibi Volones renouato clamore tanta ui ſuns in hoſtẽ euecti, ut ſuſtineri amplius nequerint. Primo anteſignani, mox tota acies impulſa terga dedit. In caſtra primo fuga inclinauit, ubi maior cędes q̃ in acie fuit. Iuuerunt captiui, qui in caſtris erãt, uictoriã, q repẽte ubi uictis hoſtibꝫ ſuos inſtare uiderunt, arrepto ferro, teliſq; temere obiacẽtibus, in cauſa fuerũt, ut hoſtes in medio cęſi ſint. Ex tãto nuꝑ exercitu, uix duo milia cũ Hannone effugerũt. Alij aut interfecti ſunt, aut capti. Signa duodequadraginta capta, Ex uictoribus duo milia in pugna occubuerunt. Præda oĩs, ꝑter captiuos, militi cõceſſa. Graccus poſtero die militibꝫ ad cõcionem uocatis, poſteaq optime meritos militatibus ꝑmijs donauit, ad Volones conuerſus, & ſi ad quatuor milia eorũ erãt, quæ ſegnius pugnauerãt, timerẽtq; potius ſuppliciũ q̃ pręmiũ ſperarẽt. Quod populo Ro. & ipſis bene uerteret, oẽs liberos eſſe iuſſit. Vnũ adiecit Graccus, uelle ac iubere ſe, qñ publica fides ꝑſoluta eſſet oĩbus, ut q eo die minus ſtrenue dimicaſſent, iureiurando adigerent, ne quã diu ſtipendia facturi eſſent cibũ niſi ſtãtes caperent. Inde Beneuẽtũ reuerſi ꝑ iocũ & epulas, cũ multa lætitia, à Beneuẽtanis in publicũ ꝑlatas, feſtũ diẽ egerũt. Oẽs in ꝑpatulo, Gracci ꝑmiſſu, epulati ſunt, Voloneſq; hilarius cõuiuiũ reddidere, q capitibus alba lana uelatis accubãtes, qbuſdã (ut iuſſi erant) ſtãtibus cõuiuati ſunt: hanc celebris diei ſpeciẽ Graccus, poſteaq̃ Romã redijt, figura

B ri iuſſit ĩ æde libertatis, quã pater eius in Auentino, ex multatitia pecunia faciendã curauit, dedicauitq;. Sed dũ hæc ad Beneuẽtũ gerunt, Hãnibal ex Neapolitano agro, in Nolanos fines caſtra trãſtulit, quẽ uenientẽ Marcellus ꝑlio excepturꝰ, Tiberiũ Neronẽ cũ robore equitũ pręmiſit, q occulto alarũ circũactu, ubi certamẽ initũ ſenſiſſet, à tergo hoſtẽ inuaderet. Ipſe à frõte acri ꝑlio cõgreſſus hoſtẽ ꝑculit, ꝑculſum turbat cędit q;. Et iã uictoria in manibꝫ erat, ſi Nero iniũctũ munus obiuiſſet, uerũ eo ceſſante, incertũ, metu adeſſe noluerit, an uiarũ errore retardatꝰ nequerit, Marcellꝰ nõ auſus hoſtibꝫ inſtare, cani iuſſit receptui, duobus milibꝰ & amplius ex Hannibalis exercitu cęſis. Cõſul Nerone grauiter increpito, ꝑ eũ ſtetiſſe profeſſus eſt quo minus eo die clades ad Cãnas accepta hoſtibꝫ redderet. Poſtridie Marcellus ſuos in aciẽ eduxit, iuſta acie dimicaturꝰ. Hãnibal tacita cõfeſſiõe uictꝰ, ſe ĩ caſtris tẽuit, nec diutiꝰ circa Nolã moratꝰ, cuiꝰ potiũdę oẽm ſpẽ abiecerat, motis caſtris Tarẽtũ ire pergit, quo nuꝑ fuerat accerſitus. Per id tẽpus Romæ Cęciliꝰ Metellus, & q cum eo poſt Cannẽſem cladẽ, cõſilium deſerẽdæ Italię iniuerãt, à cẽſoribꝰ ſunt ignominia notati. Equus qbꝫ publice erat, adẽptus eſt. Alij tribu ſummoti atq; ærarij facti. Parẽ ignominiã ſubiere & illi q uana iuriſiurãdi interpretatione, Romã à captiuis miſſi, ad Hãnibalem nõ redierant. Inde ad duo milia iuniorũ tribu ſummoti ſunt, q; ĩ tãta reip. neceſſitate quadriẽnio nõ militaſſent, nec uacatiõis cauſam dicere iuſſi, ullã iuſtã afferre potuiſſent. Additũ Cẽſoriæ notę triſte ſenatuſcõſultũ, ut eiuſdẽ noxæ rei, eadẽ cõditione in Sicilia militarẽt, qua & Cãnenſis exercitꝰ reliqę. Tũ quoq; pupillorum & uiduarũ cẽſus ſũt in publicũ delati, ut ĩ fide publica eſſent eorũ bona, ſicq; tutiora illis futura. & in ſumma ærarij inopia reip. uſuaria, qn & patresfamilias, q Volonũ libertate donatoꝝ ꝑcia accepturi erãt, ꝑfeſſi ſunt, nõ priꝰ ſe eã pecuniã exacturos, q̃ in Italia eẽt cũ hoſte debellatum. Manauit priuata hęc benignitas ex urbe ĩ caſtra, ut nõ eqtes, nõ centuriones, tali tꝑe ſtipẽdiũ acciperẽt, mercenariuſq; haberẽt ſiqs accepiſſet. Obſidebat ꝑ id tꝑs Fabiꝰ alter cõſul Caſilinũ qđ Hãnibalis ꝑſidio tenebat: acciuitq; ad eã oppugnationẽ Marcellum collegã ex Nola. Bellicis ĩde opibꝫ muro admotis, territi hoſtes, quũ petijſſent ut inde incolumes abire liceret, eſſentq; iã aliquot egreſſi, medio colloqo Marcellꝰ porta una repẽte occupata, in oppidũ irrupit. Ad duo milia & ſeptingẽti Pœni ſimul ac Cãpani ui capti Romã miſſi ſunt, q priꝰ ſub fi-

P de

Atrox pugna.

Hoſtium cædes.

Hilare Volonum conuiuium

Vincitur Hãnibal à Marcello.

Notæ cenſoriæ.

Priuata ſtudia in rẽpu.

Caſſilinũ reci pitur à Ro.

de egreſſi erant, iuſſu Fabij, incolumes Capuam abierunt. Caſilino per hunc modũ recepto, C
Marcellus Nolã redijt. Fabius in Samniũ ad populãdos fines hoſtiũ conceſſit. Et Hãno per
eos dies, aliquot Lucanorũ cohortes cũ præfecto ſociorũ, prædatũ miſſas à Sẽpronio, inſidijs
excepit, exceptas tãta ſtrage afflixit, ut nõ minor clades hoſti repẽſa ſit, q̃ ipe ad Calorẽ amnẽ

Res à Fabio geſtæ in Samnio.

haud multo prius acceperat. Fabius in Sãnio Cõpulteriã ui cepit, Teleſiã, Cõpoſam, Nelas,
Fuiſulas, & Orbitaniũ, cæſaq; interim aut capta ad xxv, hoſtiũ milia, receptiq; ꝑfugę ccclxx.
qui Romã miſſi in comitio uirgis cæſi, ac de ſaxo ad unũ præcipites deiecti ſunt. Hæc Fabius
paucis diebus. Marcellũ interim aduerſa ualetudo à gerẽdarũ rerũ curſu Nolæ implicitũ auer
tit. Q. Fabius prętor, qui circa Luceriã cũ exercitu erat, Accuã oppidũ ui cepit. Hãnibal interea
Tarentũ copias admouit, milleq; ferme paſſus ab urbe metatus caſtra, ubi aliquot dies circa
urbẽ uerſatus eſt, quia nihil intus mouebatur, ratus uana fuiſſe eorũ, qui ad ſe uenerant pro/
miſſa, ſpe haud tñ abiecta eius urbis potiundæ, ut Tarẽtinis pacatus uenerat, ita innoxio exer

Salapia.

citu Salapiã conceſſit, ubi hyemare cõſtituit, fecitq; Pœnus locũ ipſum meretricio amore inſi/
gnẽ. Ingens uis tritici huc cõportata à frumentatoribus, & tantũ prædæ ex circũiectis agris ab
ductũ, ut quatuor milia equorũ Hãnibal ſuis equitibus domanda diſtribuerit. Interim, quia

Marcellus in Siciliam mittitur.

graue bellũ, poſt tyranni cædẽ erat in Sicilia conflatũ, patres eã prouinciã Marcello decreue/
runt. Nam Hieronymo in Leontinis interfecto, facta ſpe à coniuratis regiæ pecuniæ militibꝯ
diſtribuendę, adeo repẽte uniuerſus exercitus, qui ab initio tumultuari cœperat, mutatus eſt,
ut paſſus ſit regẽ inſepultũ iacere. Leontini & ipſi libertatis nomẽ libenter cõplexi ſunt. Theo
dorus & Soſis ex coniuratorũ numero, qui ſtatim perpetrata cæde, celerrimo curſu Syracuſas
contenderant, ſub noctem ingreſſi urbem, exuuias cæſi regis oſtentantes, populos Syracuſa
nos ad libertatẽ uocant. Paſſim ad arma diſcurſum, detractaq; ſunt etiã aliqua ex ipſis tem/
plis, properatumq; ſtatim ad Andronodorũ opprimendũ, qui aliquanto prius de cęde regis
factus certior, inſulã & arcẽ p̄ſidio firmarat. Poſtridie populo in Acradinã coeunte legati ſunt
ad Andronodorũ miſſi, ut Syracuſanis inſulã & arcẽ patefaceret, alioqui repetituros ſe ab eo D
libertatẽ, non minus hoſtiliter, q̃ ab Hieronymo nuper petita eſſet. Ceſſiſſet cõfeſtim ille po

Demaratæ uerba.

puli conſenſu territus, niſi Demarata uxor, filia Hieronis, gerens regios adhuc ſpiritus præpe
diuiſſet, identidẽ Dionyſij uocẽ uſurpans, oportere tyrannũ pedibus tractũ, nõ equo ſedentẽ
tyrannidẽ relinquere, facile eſſe omni tẽporis momento cedere magnę fortunę poſſeſſione, eã
uero acquirere perdifficile & arduũ. Accerſendũ ex Leontinis militẽ, cui ſi regiã pecuniã polli/
ceretur, fore, ut omnia in poteſtate haberet. Id mulieris conſiliũ Andronodorus haud aſper/
natus, publico eo die abſtinuit, mox illud ut præceps reformidãs, in Acradinã uenit, ubi quũ
ſuã morã excuſaſſet, inſulã à ſe clauſam teſtatus eſt, ne cędes à tyrãno orta, regis neceſſarios &
miniſtros attingeret. Probata deinceps tyrãni cæde, percuſſoribuſq; laudatis, claues arcis re/
giarumq; pecuniarũ ante eorũ pedes cõſtituit. Raro unq; lætior dies Syracuſanis illuxit. Sup
plicatũ eſt à uiris pariter & fœminis circũ omnia templa, gratiæq; dijs actæ, ꝙ ſine maiore mo
tu, ex inſperato antiqua eſſet libertas ciuitati reſtituta. Creati poſtridie prætores, Andronodo
rus in primis, cæteri ferme ex percuſſoribus tyrãni, & in his Sopatrus & Deomenes abſentes.
Erantq; iã res Syracuſanorũ in tuto niſi Hippocrates & Epicides, poſt tyranni cædẽ Syracu/
ſas reuerſi, uelut in Italiã paulopoſt ad Hãnibalẽ abituri, pacatũ ciuitatis ſtatũ iterũ in diſcri/
mẽ adduxiſſent. Hi partim optimates ad trãſfugas Romanorũ, & milites criminãdo, ꝙ Syra
cuſæ per ſpeciẽ libertatis Ro. Po. traderẽtur, Andronodoroq; ad nouarũ rerũ ſtudiũ reuocato
eo rẽ traxerũt, ut ſenatus Ariſtonis cuiuſdã indicio, de ijs quæ parabãtur, certior factꝰ, Andro

Andronodori cædes.

nodorũ & Themiſtiũ, qui Harmoniã Gelonis filiã uxorẽ duxerat, in curia occiderit. Erat Ari/
ſton tragœdiarũ actor, qui Andronodori & aliorũ cõſiliũ ſibi ab Harmonia creditũ, quia con
tra patriã eſſet initũ, occultare nefas duxit. Multitudo, quæ añ curiã ſtabat, audita cædis cauſa,
ut ſua eſt natura inſolens, quæ aut humiliter ſeruit, aut nimis ſuperbe dñatur, prætoris rogati
onẽ, ut oĩs regia progenies extingueretur, pene prius ſciuit, q̃ uulgaret. Tũ ꝑcuſſoribꝯ miſſis,
Demarata & Harmonia ſunt interfectę. Erat & Heraclea altera Hieronis filia, cuiꝰ uir Soſip/
pus, Hieronymi tyrannidẽ fugiẽs, uoluntariũ ſibi exiliũ cõſciuerat. Hæc ubi qui ad cædẽ miſſi
fuerant adeſſe ſenſit, in ſacrariũ ad penates confugit. Secutæ ſunt Heracleã duæ uirgines filię,
ibi

A ibi multũ atq; diu ꝑ patris Hieronis,& Gelonis fratris manes precata eſt,ne ſe cum Hierony.
ex cuius regno nihil præter uiri exilium haberet,cõflagrare ſineret. Cæterũ cũ nihil ꝑces & la/
chrymas aduerſus deſtinatã cædẽ ꝓdeſſe uidit,& iam ferrũ in ſe ſtringi intuita eſt,omiſſis pro
ſe precibus,ut ſaltẽ puellis parcerent,orare inſtitit:cæterũ dum hęc loqtur Heradea ab aris di
ſtracta interficitur. Filiæ uelut furore captę ꝑ denſos gladios,cũ impetu & clamore dilapſæ,ua
go totis ædibus diſcurſu,poſt multa uulnera,miſerabiliter concidunt. Ea cędes adeo indigna
uiſa eſt multitudini,ut odio in prætores acceſa confeſtim Epicidem & Hippocratẽ in Andro/
nodori & Themiſtij locũ prætores creauerit. Et iam legati ad Appium Claudium miſſi erant
de antiquo fœdere cũ Ro.renouando. Eratq; tum forte Appius ad Murgantiã cum c.naui/
bus,expectãs quo tẽderent poſt tyranni cędẽ præſentes Syracuſanorũ mot⁹. Epicides interea
& Hippocrates,ubi punicã claſſem ad Pachinũ appulſam audiuere,uiderũtq; legatos à Mar
cello qui in Siciliã in horã traiectur⁹ dicebat̃ ad id miſſos,ut cũ Syracuſanis de fœdere agerẽt,
ad mercenarios trãsfugas cõuerſi,factũ criminantur,palã prædicãtes,rem Syracuſanã Roma
nis proditũ iri,renouãdi fœderis prætextu,fecitq; his fidẽ criminibus Romanarum nauiũ in
portũ appulſus. Tumultuoſe inde dies acti,alijs alio ciuitatis ſtudia trahentib⁹. Cæterũ quia
ſatis cõſtabat rei Syracuſanæ expedire,cũ Romanis pacẽ habere,uiſum eſt legatos ad Mar/
cellum mittere,qui cum eo publice fœdus renouarent. Interim à Leontinis legati affuerũt prę
ſidiũ ſuis finib⁹ petẽtes, Miſſus eſt eo Hippocrates,cũ transfugarũ multitudine,q nouarũ re/
rum cupidus,primo Romanæ prouinciæ fines furtiuis incurſionib⁹ eſt infeſtare adortus,im/
petu deinde in Romanũ ꝑſidiũ facto,qđ Appius ad tutandũ ſociorũ fines miſerat,ex ſtatio/
narijs militib⁹ aliquot improuiſo acceſſu interfecit,quæ ubi Marcello nũciata ſunt (iam enim
in prouinciam uenerat) Syracuſas miſit,q paucis fidẽ uiolatã qrerent̃,belli cauſam nũquã de
futurã,donec Epicides & Hippocrates in Sicilia eẽnt. Tũ Epicides ex Syracuſis in Leõtinos,ꝓ
fectus cũ fratre,autor Leõtinis fuit,ut à Syracuſanis deficerẽt publice,ꝓfeſſiq; ſint ſe nõ ſtatu
B ros fœderib⁹,q̃ Syracuſan⁹ populus cũ Romanis ꝑcuſſiſſet,qñ ea res ſuę libertati minime ex/
pediret,qm̃ in eo fœdere eſſet expreſſum, ut Leõtini Syracuſanę ditiõis eẽnt,ut antea q̃ tyran
norũ principat⁹ eſſet euerſus. Parati erãt Syracuſani id mutare,cautũq; uolebãt Leõtinorũ li
bertati,ſed neq; pñti idulgẽtia,neq; ullo alio obſeqo,potuerũt Leõtini ĩ officio retineri. Id Sy/
racuſanoꝝ legati quũ Marcello nũciaſſent,cõfeſtim ille copias Leõtinos admouit,prioq; ipe/
tu oppidũ cepit. Epicides & Hippocrates,q medio tumultu ĩ arcẽ cõfugerãt,nocte,q̃ ſecuta ẽ,
ad Herbeſum cõfugere. Occurrit iterea nũci⁹ captę urbis Syracuſanis ꝑtorib⁹ ad Milã fluuiũ,
ueniebãt hi cũ octo milib⁹ armatorũ ad Marcellũ. Erãt em̃ Syracuſani ita pacti,ut Leõtini re
cepti ſuę ditiõis eſſent. Hi audita urbis direptiõe quũ falſo oppidanorũ & militũ ꝓmiſcua nũ
ciaret̃ cędes: Marcell⁹ em̃ ad duo milia trãſfugarũ ſecuri ꝑcuſſerat,cõſternato agmine ac pene
à Romanis alienato, Megarã deflexerũt. Inde ad Herbeſum ducũt: unde Hippocrates & Epi
cides cũ olearũ ramis,& alijs ſupplicib⁹ uelamẽtis,obuiã agmini occurrũt,inuitiſq; prætorib⁹
in agmẽ recepti haud multo poſt ĩ hãc ſñiam lr̃as cõfingũt, q̃ à ꝑtorib⁹ ipſis ad Marcellũ da/
tæ uiderẽt̃. Syracuſani ꝑtores Macerllo. Recte feciſti q̣ Leõtinis captis nemini ꝑpeceris. Sed
qa una oĩm mercenarioꝝ cauſa eſt,nec quãdiu qcq̃ ſeditioſorũ militũ,aut in urbe,aut in ca/
ſtris erit,res nr̃æ qeturę ſunt,gratũ nobis feceris,ſi eos q ſunt cũ noſtris collegis circa Megarã,
ĩ tuã poteſtatẽ redegeris,redactoſq; merito affeceris ſupplicio,req; Syracuſanã certa pace ſta/
bilieris. His literis ĩ cõciõe militũ recitatis,tãta rabies militũ animos ĩceſſit,ut ꝑtorib⁹ metu di
lapſis,in Syracuſanos,q in caſtris erãt,fieret ipetus. Hippocrates & Epicides in maiorẽ ſpem
euecti,à Syracuſanis oẽm militũ iniuriã arcuere,ex qb⁹ recẽti beneficio ſibi aſtrictis ſubornãt
q Syracuſas reuerſi multa de crudelitate & auaritia Romanorũ in Leontinos cũ ſuis popula/
ribus qrerent̃. Hi rumores facile multitudinẽ ꝓpulerũt,ut portas Romanis claudẽdas palã cla
mitarẽt. Affuerũt īterim uelut ex cõpoſito,cũ militũ agmine, Epicides & Hippocrates. Hi ꝑ ne/
ceſſarios eorũ,quos ſecũ habebãt,ĩ Hexapylũ recepti ſunt ꝑtorib⁹ ĩuitis,atq; idẽtidẽ obteſtãti
bus patriã tyrãnorũ ſatellitib⁹ ꝓditũ iri. Mox & Acradina ab his occupata, Prętores,niſi q me
dio tumultu opꝑſſi ſũt,ſalutẽ ſibi fuga qſiuerũt. Poſtero die ſeruis ad pileũ uocatis, & carcere
ui refracto, Epicides & frater ꝑtores creant̃, Legatiq; Romanoꝝ Syracuſas miſſi,eoꝝ triremi

Oĩs regia progenies extinguitur

Miſerabilis uirginum cædes

Epicides & Hippocra/tes diſcordiam ferunt.

Leontini à Syracuſanis deficiunt.

Leontini à Marcello capiuntur

Epicidis & Hippocra/tis ars.

Epicides & Hippocra/tes Syracu/ſas occupãt

intercepta,uiolati eſſent, niſi terreſtri itinere ad ſuos occulte euaſiſſent. Marcell⁹ cõtinuo exer C
citũ Syracuſas admouit,miſitq́; in urbẽ,qui Syracuſanis nũciaret,ſe cũ exercitu adeſſe,auxiliũ
oppreſſæ ciuitati laturũ. Hi ab Epicide & Hippocrate urbe excluſi,infecta re ĩ caſtra rediuerũt.
Obſidentur Syracuſæ Archimedes — Tũ uero Syracuſæ terra mariq́; obſideri cœptæ. Et iã bellicis opibus admotis,primus ille Ro/
manorũ conat⁹ haud irritus fuiſſet, niſi Archimedes unicus ea tẽpeſtate cœli & ſiderũ ſpecta
tor, machinatorq́; bellicorũ operũ,ab initio oĩa Romanorũ cõſilia perleui mom ẽto diſcuſſiſ/
ſet. Eudoxus Gnidius & Architas Tarẽtinus,primi oĩm hãc machinandi artẽ,multis uarijſq́;
geometricis cęlaturis exornaſſe dicũtur,ſubtiles & occultas artis ꝓpoſitiões,machinaꝝ formis
mortaliũ oculis ſubijcere adorti. Id Plato ægre tuliſſe tradit, ut q̃ ingenij eſſent,ſenſib⁹ ſubijce
rẽtur,nec fruſtra ille auguratus,futurũ aliqñ,ut machinãdi ratio philoſophia auulſa, alterius
Archimedis inuenta. — eſſe crederetur. qđ poſtea accidit militaribus artib⁹ inſerta,in quo gñe Archimedes tm̃ ſtudio
& ingenio ꝓfecit,ut iactare ſolitus dicatur,ſi alterũ terræ globũ nactus eſſet , ſe alterutrũ alteri
applicaturũ. Inter pulchra artis experimẽta ab eo edita illud eſt memorię proditũ,onerariã na
uim mercibus onuſtã ſedentẽ altera duntaxat manu organis pertraxiſſe,quũ ne uacuã quidẽ
ingens uis hoĩm remoliri potuiſſet. Per q̃ Hieroni inſinuat⁹ multas ad urbis defenſionẽ ma/
chinas fabrefẽcerat,quibus tũ Syracuſani ſunt aduerſus Romanos uſi. Eſt & in p̄ſentẽ uſum
quædã machinatus circa Acradinã,qua parte Marcellus ex nauibus alias mœnibus admoue/
rat,cæteras exaduerſo cõſtituit,quæ ingentẽ telorũ multitudinẽ in ꝓpugnatores mitterẽt. Has
Archimedes grãdioribus ſaxis cõcuſſas,fœda laceratione diſcuſſit , quũ uno ictu multa ſimul
ſaxa,ingenioſa libratiõe, in Romanã claſſem torquerẽtur,quibus quũ afflicti nautæ ſimul &
naues ſubmouerẽtur,Marcellusq́; id iniquo aĩo ferret,ſæpius inclamaſſe dicitur: qđ uanũ illũ
Briareũ fugerẽt? Naues q̃ muros ſubierãt,quia hm̃õi cladi minus erãt obnoxiæ, ferrea mani/
ca catenis deiecta,ut hãc uel illã fuerat forte adept⁹ à puppi in prorã ſublimes ſtatuebat,mox
ubi aliq́;diu ſuſpẽſas cõcuſſiſſet,ex ĩprouiſo remiſſas nõ ſine ingẽti nautarũ ꝑiculo undis affli
gebat. Vt tutius præterea ſui ciues urbẽ tuerẽtur,murũ à ſummo ad imũ cubitalibus rimis ex/ D
cauari iuſſit,unde uelut ex tuto hoſtes crebro telorũ iactu inceſſerẽtur , qđ inuẽtũ ad poſteros
manauit,ut hodie quoq́; urbiũ mœnia in hm̃õi anguſtiores aperiãtur rimas. Diſcuſſo ꝑ hæc
om̃i nautico apparatu,Marcellus à terra urbẽ adortus,hac quoq́; parte unius uiri ingenio eſt
Marcelli expeditio. — à muris repulſus. Perſeuerauit tm̃ hoſtẽ terra mariq́; obſidere , firmatiſq́; ſtationib⁹ dux ipſe
cũ parte copiarũ Herbeſum & Pelorũ recepit. Megarã ui captã diripuit ac diruit. Per eoſdẽ di/
es Himilcho,qui ad Pachinũ aliq̃diu ſe tenuerat,ad Heracleã,quę Minoa dicta eſt,uiginti mi
Cartha. & Ro. motus in Sicilia. — lia peditũ,& tria milia equitũ expoſuit,quẽ apparatũ Carthaginiẽſes poſt Syracuſus ab Epici
de & Hippocrate initas in ſpẽ Siciliæ recuperãdæ adducti,incredibili ſtudio inſtruxerãt. In ter
rã itaq́; egreſſus Himilcho primo Heracleã recepit,mox & Agrigentũ,& ex Syracuſis,ut rẽ iu
uaret,Hippocrates cũ x. milibus peditũ, & quingẽtis equitibus,per Romanarũ ſtationũ inter
ualla noctu elapſus ad Acillas urbẽ uenit. Hic quũ forte metãdis caſtris Pœnus eſſet intẽtus,
Marcelli inopinato acceſſu,q Agrigẽto à Pœnis occupato,in caſtra cõpoſito agmine abibat,
haud em̃ tantas ſecũ copias habebat,ut par eſſet Himilchoni,Hippocrates metu diſiectus cũ
ſuo equitatu Agrigentũ cõfugit. Pedites à Romanis circũuenti,aut cæſi, aut capti ſunt. Habu
itq́; ea uictoria nõnihil momẽti ad Siculos in fide cõtinendos. Himilcho haud multo poſt cũ
Hippocrate ad Anatim fluuiũ caſtra fecit. Quinq́; adhæc & L. Carthaginenſiũ naues , per id
tempus magnũ Syracuſarũ portũ tenuere Bomilcharis ductu,& xxx. Romanorũ naues ꝑ
eoſdẽ dies,legionẽ unã Panormi expoſuere,quæ ſecus mare ad Pachinũ uenit,ubi Claudius
cũ claſſe erat. Nec ita multo poſt legione accepta,quũ Syracuſas uerſus mouiſſet, Bomilchar
Romanæ claſſis fama territus,ꝙ duplo maior eſſet punica,è portu in altũ euectus Carthagi/
nẽ abijt. Interea Himilcho Murgãtiã recepit. Multæ deinceps urbes Rõano p̄ſidio, aut pulſo
aut opp̄ſſo ad Pœnos defecerũt : quã Siculorũ ad hoſtes defectionẽ ueriti q Ænnã præſidio
obtinebãt, quorũ L. Pinarius erat p̄fectus,cernerentq́; Ænnẽſes ad defectionẽ ſpectare,nul/
lũ illis locũ ad inſidias relinquebãt: oppidani ubi oẽm ad fraudẽ uiã p̄cluſam uiderũt,ſibi por
tarũ claues reſtitui depoſcunt,qñ in ſocietatẽ, non ut ſerui in cuſtodiã traditi eſſent,Romanis
bonis ſocijs fidẽ ſuã maximũ uinculũ eſſe. Alioqui niſi bona uenia reſtituãtur, repetituros ſe
ui liber

A ui libertatem denunciant. Pinarius primo hortatus eſt, ut ad Marcellum mitterẽt, capitale eſ-
ſe Romanis dictitans p̃ſidio decedere, qđ ubi impetrare nõ potuit, precatus eſt ut in ſequentẽ
diem ſibi frequẽs populi cõciliũ darent, ut intelligeret publicũ an paucorum id conſiliũ eſſet.
Id quum conceſſum eſſet, Pinariꝰ poſtquã in arcem ſe recepit milites ad concionem uocatos
docet in quo diſcrimine conſtituti ſint. Futurũ omnino, ut aut ſuo, aut oppidanorum cruo-
re, ſequenti die Ænna inundaretur. Proinde parati eſſent, ſignumq́ꝫ expectarent, quo acce-
pto inermẽ multitudinem inuaderent. Precatus inde Cererẽ matrẽ, Proſerpinã, & cæteros dæ
mones, ĩ quorũ tutela locꝰ dicebatur, uti ſibi propitij eſſent, ſi uitandæ non inferendæ iniuriæ
cauſa tantũ facinꝰ pararet: poſtridie in conciliũ deſcẽdit, ibi eiſdẽ ferme uerbis quibus antea ro
gitans, ut ad conſulẽ mitterẽt, nec uideret̃ q̃cquã illiꝰ iniuſſu oppidanis remiſſurꝰ, multitudo
ferociter coorta primo minis inſtare, mox ubi ne à ui q̃dẽ res procul abeſſe cœpit, tum Pina-
rius dato togę ſigno, ut cõuenerat, ſuos ſtrictis armis ad cędẽ immiſit. Ibi alij ſuꝑ alios Ænnẽ-
ſes ceſi, ſiq dilapſi ſunt, paſſim ſunt ꝑ urbẽ obtrũcati. Ea Ænnẽſiũ clades uno ꝓpe die totã Si- Aennẽſium cædes
ciliam peruaſit. Sedet enim id oppidũ in medio ferme tractu inſulæ: alto & prærupto loco, q̃
res effecit, ut ſiq̃ dubij erant, tum demũ ad Pœnos defecerint. Marcellus appetẽte hyeme ad
Leõtinã q̃nqꝫ milia paſſuũ à Syracuſis hybernacula cõmuniuit, & Hippocrates Murgãtiã cõ
ceſſit, & Himilcho Agrigẽtũ. Per id tp̃s quo hęc in Sicilia geſta ſunt, Legati ab Orico uenerũt
ad M. Valeriũ, q Brũduſij erat, nunciantes Philippũ Apollonia fruſtra tentata Oricũ noctu
occupaſſe. Orare utiqꝫ ut aduerſus regẽ Po. Ro. ex profeſſo hoſtẽ Oricẽſibꝰ opem ferret. Nec
dubiũ eſſe Philippũ eo cõſilio maritimã orã occupare adortũ, ut ea potiꝰ in Italiã cõmodius
trãſmitteret. Valeriꝰ eo nũcio cõmotꝰ, claſſe cõtinuo inſtructa, in Macedoniã ad Oricũ tranſ-
miſit. Cõdiderũt id oppidũ Colchi, q ad Medeã ꝑſequẽdã miſſi fuerãt. Sedet loco plano iu- Orici condi tores
xta mare, Panormũ ciꝰ emporiũ dixere, ſtationẽ ſcilicet oĩbꝰ cõmodã: iuxta Ceraunia ſũt, & ſi
nus cuiꝰ os cõmune eſt Adriæ & Ionio. Valeriꝰ pulſo ĩde Philippi p̃ſidio, ſub primũ acceſſum
B Oricũ recepit, quo ex Apollonia legati uenerũt nũciãtes ſe arcta teneri obſidione, ꝗ deficere à
Ro. nollẽt. Erãt Apolloniatæ Corĩthiorũ Coloni, urbẽq́ꝫ tenebãt q̃nqꝫ milia paſſuũ à mari,
in eorũ finibꝫ Nympheũ, ubi petra eſt ignẽ uomẽs, & fontes tepida aqua & bitũine ſcatẽtes,
ꝓxio tumulo metalli effuſiões, q̃bꝰ locis q̃cq̃d excidit̃, tp̃is ſpatio naturę fœcũditate reponit̃,
terraq́ꝫ foſſis ĩgeſta ĩ bitumẽ trãs format̃. Apolloniatę polliciti oĩa ſe q̃ Rõani uellẽt facturos, Apollonia
ſi obſidiõe leuarent̃. ccc. milites cũ Nęuio Criſpo Apolloniã Valeriꝰ miſit, q noctu tacite ſũt Mira natu-ra.
urbẽ ĩgreſſi, ſequẽti nocte Criſpꝰ cũ oppidanis hoſtiũ caſtra aggreſsus prĩo ĩpetu cepit, ad tria
milia Macedonũ aut cęſa aut capta ſũt. Rex ipſe ſeminudꝰ ad naues q̃ in ripa fluminis ſtabãt
ſeſe ꝓripuit (hũc Aoum eſse crediderim, quẽ Hecateꝰ Eantẽ appellauit) quo cęterorũ noctur- Aous Eas
na fuga inclinauit. Caſtrorũ p̃dã Apolloniatę Rõanis militibꝫ cõceſsere, & Valeriꝰ geſtę rei
nũcio excitꝰ, ad oſtiũ fluminis claſsem admouit, ne Philippo pateret exitꝰ, q quũ neqꝫ nauali Philippi fuga
p̃lio, neqꝫ terreſtri par futurꝰ eſſet hoſtibꝫ, incẽſis nauibꝫ cũ ſeminudo exercitu ſe in Macedo-
niã recepit. Philippo pulſo M. Valeriꝰ Orici hybernauit. In Hiſpania eadẽ ęſtate res uarię ge
ſtæ. Mago & Aſdrubal ingẽtibꝫ Hiſpanorũ exercitibꝫ fuſis, oẽm ulteriorẽ Hiſpaniã ad impe-
riũ retraxiſſent, niſi P. Corneliꝰ Scipio, exercitu ĩ Iberũ traducto, ad Caſtrũ altũ ſigna ꝓtuliſ
ſet. Erat is locꝰ celeber magni Hamilcharis interitu. Hic ſubito punici eq̃tatꝰ incurſu, quũ ad
xx. hoim milia in agris palãtiũ aut moratoꝝ Romanus imperator amiſiſset, conuerſus retro
caſtra ad uictorię mõtẽ fecit, q̊ Gn. Scipio cũ robore copiarũ uenit, ſecutꝰ nec multo poſt Ha-
ſtrubal Giſgonis filiꝰ, tertiꝰ Carthaginiẽſiũ dux, q cũ Magone & Haſtrubale Barchinis caſtra
cõtulit. Dũ tã Pœni quã Rõani ad Ibeꝝ ſedẽt, Caſtulo ualida & nobilis urbs Hiſpanię ad ho Caſtulo urbs
ſtes defecit, hic Hãnibalis uxor fuit: inde hoſtes Iliturgũ oppugnare occœperũt, quo Gn. Sci
pio cũ legiõe una ꝑ ſtragẽ hoſtiũ ꝑuenit, ĩde cũ oppidanis & Rõano p̃ſidio ꝗ ibi erat, ſubita ĩ
hoſtes eruptiõe, adeo feliciter pugnauit, ut duobꝫ p̃lijs ſupra XII. milia hoſtium ĩterfecerit, ac
paulo pauciores capti ſint, cũ ſex & XXX. militaribꝫ ſignis. Pœni Iliturgo digreſsi ad Mundã
cõſederunt. Eſt Mũda urbs in parte Bethicę. Locũ ipſum magni Põpeij filij ſua clade illuſtrio Mũda urbs
rem fecere, ingenti ibi p̃lio à Cæſare dictatore ſuꝑati. Huc Romani duces quũ ueniſsent, acie Pœnorum
cõgreſsi uincebãt egregiè, quũ Scipione tragula icto, datũ eſt ſignũ receptui, ſic quoqꝫ ad XII. ſtrages

milia hoſtiũ cęſa dicũtur,ac tria milia propemodũ capta. Elephãti undequadraginta pilis con C
fixi,ſigna militaria ſeptẽ & quinquaginta hoſtibus adẽpta. Inde haud multis interiectis die/
bus ad Aurigẽ urbẽ dimicatũ,ubi haud dubia uictoria fuit,cęſi tamẽ dimidio minus ꝙ antea.
Verũenimuero gens ad rebellandũ nata,nouo militũ delectu,breui exercitũ inſtaurauit:& ꝙ/
uis ter paucis diebus hoſtes uicti eſſent, quarto confligere auſi,ad octo milia hoĩm amiſere,
haud multo minꝰ ꝙ mille capti. Signa militaria duodeſexaginta,octo elephãti adempti, tres
interfecti. Rebuſqꝫ in hunc modũ proſpere fluẽtibus, Romani duces indignũ rati Saguntũ
octauũ annũ ab hoſtibus teneri,punico p̃ſidio inde pulſo,oppidũ recipiũt,antiquiſqꝫ cultori
bus in urbẽ reſtitutis,ſiqui erãt quibus olim fortuna belli pepercíſſet,inde Turdetanos,qui o/
lim Saguntinis bellũ cõflauerãt,fuerãtqꝫ excidij cauſa,bello uictos ſub corona uẽdiderũt,de/
leuerũtqꝫ funditus eorũ urbẽ. Quã Hiſpanię partẽ,Bethicã à flumine alij uocãt,ipſi incolæ
Turdetania Legum ue/tuſtas. Turdetaniã dixere. Strabo Turdulos & Turdetanos eandẽ eſſe gentẽ arbitratus eſt,Polybiꝰ
diuerſam. Inter Hiſpaniæ populos ſapiẽtia excellere crediti. Literarũ ſtudijs primi oĩm qui eã
terrã incolunt,uſi,legeſqꝫ uerſibꝫ cõſcriptas habuere,ſenũ miliũ annorũ uetuſtate. Eratqꝫ Sci
pionũ ductu res Romana in Hiſpania melior ꝙ punica,quũ Romæ Q. Fabius Màximꝰ Fa
Prodigia bij cõſulis filius,& T. Sẽpronius Gracchus ſunt cõſules creati,ambo abſentes. Hoc quoqꝫ an/
no ſunt prodigia quædã Romæ facta. Pluribus locis publica ſunt ædificia è cœlo tacta. Lon/
garũ nauiũ ſpecies Taracinæ in fluuio uiſæ. Amiterni amnis quidã cruentis fluxit aquis. Ar/
morũ crepitus ex Vicilini Iouis templo in Compſano exauditus. Quæ auriũ & oculorũ ludi/
bria magno ſunt errore credita,maiore quodã expiata. Conſules in prouinciã profecti,Sem/
pronius in Lucanos abijt,in Apuliã Fabius,cui pater qui priore anno cõſul fuerat, quũ lega/
tus acceſſiſſet,atqꝫ primo cõgreſſu,equo ſedens,pergeret ad conſpectũ cõſulis ire,ubi ad unde
Exemplum maieſtatis in Fabijs. cimũ faſcẽ uenit,lictoreſqꝫ ſenis maieſtatẽ ueriti taciti anteirẽt,ibi Fabius cõſul proximũ appa
ritorẽ miſit,qui patrẽ iuberet conſulẽ de more animaduertere. Monitus ut equo deſcenderet,
obediẽs dicto fuit ſenex,mox ad filiũ conuerſus. Experiri(inquit)uolui fili,an ſatis ſcires te eſſe D
conſulẽ. Per eos dies Claſſius Altinius noctu ad conſulẽ cũ tribus ſeruis uenit,pollicitus,ſi res
Arpi. ſibi præmio foret,ſe Arpos illi traditurũ. Condidit id oppidũ in Apulia Diomedes ex Troia
in Italiã delatus,eſtqꝫ ab initio Argos Hippiũ appellatũ,mox Agrippã, poſtremo Arpos di/
xere. Erat Claſſius Arporũ autoritate & opibus longe princeps, & qui eã urbẽ Pœnis antea
tradiderat,parũ abfuit quin homo ambiguæ fidei præſenti ſupplicio ſit à Fabio affectus, fe/
ciſſetqꝫ omnino,ut poſt Phaleriorũ & Pyrrhi proditorẽ,tertiũ eſſet documentũ trãſfugis,niſi
pater alieno tẽpore id fieri monſtraſſet. Cuſtoditus itaqꝫ eſt Calibus cõſulis iuſſu. Hannibal
ubi cũ ad hoſtẽ tranſfugiſſe ſenſit,uxorẽ x liberos in caſtra accerſitos uiuos cõbuſſit. Eius bo/
Fabius Ar/pos occu/pat. na diripuit. Nec ita multis poſt diebus conſul Fabius pluuia & intẽpeſta nocte, negocio pau/
ciſſimis uiris fortibus dato,qui cuſtodibus deceptis,urbẽ ſcalis tranſgreſſi ſunt,Arpos occupa
uit. Erant ibi relicta ad quinqꝫ milia armatorũ ab Hannibale, & tria milia oppidanorũ. Hi tu
multuoſe arma capiunt,pugnatumqꝫ eſt nõnihil in angiportis & anguſtijs uiarũ. Poſtremo
in colloquiũ uenere(nã conſul legiones in urbẽ immiſerat) petuntqꝫ ut uenia defectionis im/
petrata, ſeſe & urbẽ dederent. Secuti hanc inclinationẽ Hiſpani, qui circiter mille numero in
præſidio erant. Hi pacti ut punicũ præſidiũ incolume dimitteretur, ad Romanos tranſiuere.
Atqꝫ Arpi per hunc modũ ſunt recepti. c xii. equites Campani, per ſpeciẽ ex hoſtico prædan
di,in Romana caſtra quæ erant ad Sueſſulã tranſfugiunt, tantũ cũ Gn. Fuluio pacti, ut Ca/
pua recepta ſibi bona reſtituerentur. Au. Sempronius Turdetanus Aeternũ expugnauit,ubi
LXX. hominũ milia(niſi forte ſit in numero erratũ)capta reperio. Syphax quoqꝫ Numidarum
Syphax rex rex ſub id tempus Carthaginienſiũ hoſtis factus, cũ Romanis ſocietatẽ iunxit. Miſſi à Sci/
pionibus tres ad eũ centuriones,qui cũ illo de fœdere agerent. Quorũ Q. Sertorius, rogatu re
gis in Numidia remanſit,pedeſtris militiæ,cuius ad id tempus Numidę ignari erãt,inſtitutor
ac moderator. Ille lectã iuuentutẽ breui Romana diſciplina ita inſtituit,ut rex nõ magis equiti
iam fideret,ꝙ peditibus:ſigniſqꝫ cũ Carthaginienſibus æquo campo collatis pręlio uicit. Car
thaginienſes adiuncto ſibi Gala Maſſulorũ rege(ſunt & ipſi Maſſuli Numidæ)bellum Ma/
Maſiniſſa. ſiniſſæ filio aduerſus Syphacem gerendũ crediderunt. Erat is clara indole, facileqꝫ apparebat
futurũ

A futurũ aliquando, ut ſua uirtute regnũ augeret. Etenim iuuenis cum Syphace congreſſus, regem ingenti prælio uicit, xxx. milibus hoſtiũ in acie cęſis, qua clade Syphax pculſus in Mauriſios qui iuxta oceanũ incolunt, paucis comitatus conceſſit, quibus in locis ingenti hominũ multitudine collecta bellũ reparauit. Maſiniſſa cũ uictore exercitu eo uenit, diuq́ꝫ nullis Carthaginienſium opibus adiutus, bellũ ingenti gloria cũ Syphace geſſit. In Hiſpania eo anno nihil memoria dignũ cõtigit, niſi ꝙ Celtiberorum iuuẽtus mercede eſt à Scipionibus conducta, quũ ad id tp̃s Romani mercenariũ militẽ nũquã habuiſſent. Hannibal ſpe Tarẽti potiũdi incaſſum eã ęſtatẽ cõſumpſerat. Salentinorũ tãtũ ignobiles q̃dã ciuitates ad Pœnum defecerunt. In Lucanis Põponius Veientanus p̃fectus ſociũ, q nõnullis ſecũdis expeditionibꝰ elatus, tumultuariũ coegerat exercitũ, in Brutio agro cũ Hãnone acie auſus dimicare, aliquot milibꝰ hoim cęſis ipſe temerariꝭ dux certaminis in hoſtiũ poteſtatẽ uiuꝰ uenit. Interim rebꝰ utriuſq; Po. uariantibus, eſſentq́ꝫ inter ſpem & metũ ſuſpenſi hominũ animi, incredibilis ſuperſtitio ciuitatẽ inuaſit, ut ſacris prophaniſq́ꝫ locis ſacra nouo ritu fierẽt. Ea res M. Aemyliꝭ prætoris edicto cũ oĩbus uaticinis uoluminibus, precationibusq́ꝫ diſcuſſa. Creati in ſequentẽ annũ conſules Gn. Fuluius Flaccus, & Appius Claudius Pulcher. Poſthumiꝰ Pirgenſis publicanꝰ multi nominis, fraude & auaritia inſigni, qa rẽp. in iꝭs fraudaſſe dicebatur, quę in Hiſpaniã ad exercitũ mittebantur, nauibus uiliſſima mercede onuſtis, atq; de induſtria, qa ui tẽpeſtatis ei cautũ erat, in alto depreſſis, quum à Tri. pl. accerſitus, magnaq́ꝫ publicanorũ manu cinctꝰ, cõcilũ plebis diſturbaſſet, maieſtatis reus, quoniã ad diẽ non affuit, abſens damnatus eſt. Eius bona publicata, ipſi aqua & igni interdictum. Pleriq; etiã eiꝰ ordinis, qui noui motus autores fuerant, aut in carcerẽ cõiecti ſunt, aut ſolum uoluntario exilio uerterunt. Hæc Romæ. In Sicilia Cannenſis exercitus reliquiæ quæ in eam inſulam fuerant relegatæ, militabantq́ꝫ ſub P. Lentulo, legatos ad Marcũ Marcellũ hybernorum tẽpore miſerũt, quorũ unus dicendi poteſtate facta, his uerbis eſt Marcellum allocutus. Niſi ita perſuaſum nobis fuiſſet Marcelle uir

Quãdo primũ Ro. mercenario ſũt milite uſi

Aiaduerſio in publicanos

Oratio relegatorum ad Marcellum.

B clariſſime, Siciliæ ſtatu tyranni cęde turbato, non defuturam nobis materiã reipu. noſtro ſanguine ſatisfaciendi, quod in Cannenſi clade nõ paſſi fuimus nos cum aliꝭs trucidari, cõfeſtim poſt triſte illud, ne iniquum dicam, ſenatuſcõſultum de nobis factum, ad te conſulem, priuſq̃ in Siciliam deportaremur, aliqui noſtrum ueniſſent. Diſtulimus tamen querelas noſtras, ſperantes ut quemadmodũ patrum memoria, illi qui à Pyrrho rege ad Heracleam capti ſunt, aduerſus eundem pugnãtes, ſiquid priore pugna fuerat offenſum, correxere, ita nobis hic facultas daretur omnis ignominiæ pulchro aliquo facinore abolendæ, quod non ſolũ non contigit, ſed ablegati etiã in ea inſulæ loca ſumus, ubi omnis nauandæ reip. operæ adempta ſit facultas. Sed quo noſtro merito Marcelle, tu & aliꝭ ita nobis ſuccenſetis? liceat precamur apud te noſtras calamitates deplorare, quem quum intuemur ambos conſules & ſenatũ intueri uidemur, & quo ſi conſule ad Cannas uſi eſſemus, longe melior & reſp. & noſtra fortuna hodie eſſet. Cæterum priuſquã de præſenti cõditione noſtra dicam, liceat quęſo noxam, cuius arguimur, paucis purgare, ſi non deorum ira, fatoq́ꝫ, cuius immobili lege digeri res humanæ credũtur, ſed culpa hoim periꝭmus, cuiꝰ tandẽ ea culpa fuit, militũ an imperatoris? Equidem nihil ego unquã de eo impatore dixerim, cui poſt rem male geſtã gratias à patribus actas nõ ignorem, ꝙ non deſperauerit de rep. cui etiam per plures annos ſit continuatũ imperium, cęteros quos tribunos eodem prelio habuimus, & honores petere, & ingenti fauore obtinere audiuimus. An uobis ueſtriſq́ꝫ liberis ignoſcitis Patres cõſcripti? in hęc uilia capita ſęuitis? Cõſuliq́ꝫ & aliꝭs primoribꝫ ciuitatis licet fugere, quum ſpes nulla in armis eſſet, milites niſi in acie cadãt ignominia notãdi ſunt? Ad Alliam omnis prope exercitus, ut proditũ memoriæ eſt, ex acie fugit. Ad Caudinas furcas, ne tẽtato quidẽ prælio hoſtibus arma tradidit. Verũ tantũ abfuit, ut aut illi ſint aliqua ignominia notati, ut per eoſdẽ ſit non multo poſt reſpu. reſtituta, quãquã nõ uideo qs Cannenſem exercitum metus aut pauoris inſimulare poſſit, ubi plus quinquaginta milia hoim ceciderũt. Vnde cõſul cũ LXX. equitibus aufugit. Vnde nemo ſuperſtes eſſet, niſi quẽ hoſtis cędendo feſſus trucidare non potuit. Quum captiuos redimi oportere negaret, tũ factũ noſtrũ laudare oẽs, ꝙ noſmetipſos reip. ſeruaſſemꝰ, ꝙ iuſti exercitus ſpeciem feciſſemus. Nũc deteriore cõditiõe ſumꝰ, quã apud patres noſtros fuerũt captiui, qppe illis tantũ

armą,atq; ordo militãdi,locuſq; in quo tẽderent,in caſtris mutatus eſt,quæ oĩa ſimul nauata C
reipub.opera recuperarũt,eorũ tñ nemo eſt in exiliũ relegatus, nemini ſpes emerẽdi ſtipendij
eſt adempta.Datus cũ quo dimicãtes uitã ſemel aut ignominiã finirẽt. Nos uero,quibꝰ nihil
aliud obijci poteſt,præterq̃ ꝙ paſſi ſumus aliquẽ ex Cannẽſi pugna militẽ reip.ſupereſſe,nõ
ſolũ procul à patria atq; Italia,ſed ab hoſte etiã relegati ſumus,ubi in ocio deſidia ſeneſcamꝰ,
ubi nequa occaſio,nequa ſpes abolẽdæ infamię ſit relicta,placãdæq; per uirtutẽ ciuiũ irę.Nõ
ignominię finẽ petimus,nõ præmiũ uirtutis,uirtutẽ ſaltẽ experiri liceat,laborẽ & periculũ peti
mus, ut uirorũ & militũ officio fungamur.Bellũ iã alterũ annũ eſt in Sicilia, in ea loca traduci
petimus,ubi quod ad Cãnas faciundũ fuit,q̃primũ faciamus, quicqd poſt id tẽps uiximus i-

Peroratio.

gnominiæ datũ eſt,nõ uitæ.His dictis ille & cæteri legati cũ lachrymis ad Marcelli pedes pro-
cubuerũt.Conſul nihil ſe mutaturũ reſpõdit ex eo quod patres ſtatuiſſent,quãdo ne ſuæ qui-
dẽ poteſtatis eſſet,ſcripturũ ſe tamẽ ea de re ad ſenatũ,oĩaq; ex illius ſentẽtia facturũ.Cũ his le

Patrum decretum.

gati dimiſſi ſunt,ac de ijs quæ poſtularẽt bene ſperare iuſſi.Marcelli literis de ea re in curia reci
tatis,placuit ita reſpõderi, nõ uideri patribus remp.credendã ijs,qui ad Cannas cõmilitones
ſuos pugnãtes deſeruiſſent. Cæterũ ſi Marcello aliter uideretur,ageret ipſe qđ e repub.fideq;
ſua duceret,modo nequis eorũ mũere uacaret,donec militari uirtutis gratia donaretur, aut
in Italiã reportaretur,donec cũ Pœno debellatũ eſſet. Refectæ hoc anno Romæ Fortunæ &
matris Matutæ ædes intra portã Carmentalẽ, quæ priore anno fuerant incendio abſumptę,
& Spei templũ extra portã urbis.In Albano mõte biduo lapidibus pluit.Multa Romæ & fo

Prodigia.

ris loca ſunt de cœlo tacta.Reate ſaxũ ingens uolitare eſt uiſum. Sol rubere ſanguineo ſimi-
lis:quibꝰ prodigijs de more procuratis,erãt iã conſules in prouinciã abituri,quũ allatũ eſt Ta-
rentũ ab Hannibale captũ.Fuerat iã antea ſpes illi facta eius urbis paucorũ proditione obti-
nendæ,dilataq; erat res in plures menſes.Interim Tarentinorũ obſides, qui Romæ in atrio li
bertatis cuſtodiebãtur,ſub noctẽ urbe dilapſi,domũ fugã intenderãt,qui poſtridie ex Taraci-
na Romã retracti,in foro prius uirgis cæſi ſunt,atq; de ſaxo præcipitati, cuius atrociſſimi ſup- D
plicij fama Tarentũ delata in cauſa fuit,ut maturata ſit proditio.x.cõiurarũt,quorũ principes

Tarentum Hannibali traditur.

Nico & Philomenes fuerũt.Hi per ſpeciẽ uenãdi noctu urbe egreſſi,cũ Hannibale ſemel atq;
iterũ locuti,his cõditionibus urbẽ ſe prodituros ſunt polliciti,ut liberi Tarẽtini eſſent,neq; ue-
ctigal ullũ Carthaginienſibus penderẽt,præſidiumue inuiti acciperent,atq; in hæc illi fidẽ ab
Hannibale accepere.Erat res interim minus ſuſpecta,nã præterq̃ ꝙ Philomenes uenãdi ſtu-
dio inſignis erat,canes & alius uenaticus apparatus euntẽ ſequebatur,aſſidueq; aliquid ſylue
ſtriũ ferarũ,etiã ab hoſte ad id præparatũ, aut portarũ cuſtodibus aut præfecto dabat,& quia
metu hoſtiũ noctu ire & reuerti putabatur,ſibilo cuſtodes excitabat,omnibus itaq; compara-
tis Hannibal ex cõpoſito, quũ triũ dierũ ſpatio Tarento abeſſet,cũ expeditiſſimo peditatu,&
omnibus equitibus celeri curſu Tarentũ ire pergit, præmiſſis Numidis qui late longeq; ab a-
gmẽ euagati oẽs in uijs & agris oblatos interficerẽt,nequa fama ſui acceſſus ad urbẽ pueniret.
Percrebuit tamẽ ſub noctẽ rumor,Numidas prædabũdos urbis fines ingreſſos,quę res minꝰ
ſuſpecta fuit,quia & pauci uiſi fuerãt,atq; ijdem illi more latrocinantiũ uagi,fidẽ fecerãt Hãni

Capitur Tarentum.

balẽ caſtra nõ mouiſſe.Pœnus igitur per portã Temenitida, quæ illi à Nicone,cæſis uigilibꝰ,
patefacta eſt,in urbẽ irrupit,& Philomenes per portulã, qua ire & meare erat ſolitus,cuſtodi-
bus excitatis,aprũ eximia magnitudine iuſſit inferri. Ipſe cũ expedito iuuene ſecutus,cuſtodẽ
dũ feræ magnitudinẽ miratur,incautũ obtruncat,patefactaq; deinde porta alterũ agmẽ in ur
bẽ induxit,quod ſilentio in forũ traductũ,cũ Hannibale ſe iunxit. Præfectus urbis tumultu
excitatus,in portũ ſe proripuit, inde ſcapha exceptus in arcẽ cõfugit. Vbi uero illuxit, Hanni
bal Tarentinos pro concione affatus,hortatus eſt ut bono animo eſſent,ſinguloſq; domum
ſuã iubet inſcribere,à quibus milites abſtinere iuſſi, Romanorũ militum tabernacula diripue
runt,qui in urbe deprehenſi ſunt ad unũ omnes interfecti.Intuitus inde Pœnus arcẽ ubi inex
pugnabilis apparuit,foſſa eſt ab urbe diſiungere adortus. Romani qui in eam confugerant,
ferociter in hoſtes inuecti,non ſolum operas,ſed ſtationẽ etiã illis oppoſitã primo impetu di-
ſturbant.Ceſſerant hoſtes de induſtria,ut Romanos procul arce diſtraherent, quo contigit,
ut ſigno deinceps dato,qui procul arce fuerãt hoſtes inſecuti,per angiportus & uias cum mul

ta cæde

A ta cęde ſint in arcem cõpulſi. Foſſa ingẽs ducta, & uallũ intra erectũ, mox & murus excitat⁹, ut
tutior ab omni eruptione urbs eſſet. Hãnibal urbe egreſſus ad Galeſum amnẽ quinq; milia
paſſuũ à Tarẽto caſtra fecit, nec multo poſt in urbem reuerſus, naueſq; quæ in imo ſinu erãt,
per mediam urbẽ curribus in apertũ mare deuexit, atq; arcem circũuectas in faucibus portus
ſtatuit. Hocq; maxime modo Romanũ præſidiũ, quod in arce fuit, terra mariq; Pœnus circũ ANNI
dedit. Fuit hic annus quo Tarentũ eſt ab Hannibale occupatũ, decim⁹, ut Liuius ſignificare MVNDI
uidetur, ſecũdi belli punici, Octauus & quadrageſimus ſupra quingenteſimũ ab urbe condi-
ta. A mundi origine tertius & nonageſimus ſupra nongenteſimum ac quater milleſimum,
quo tpe Philippus in Macedonia regnabat, Antiochus in Syria Acheo iamdudũ citra taurũ
ſublato. Ptolemæ⁹ Philopator in Ægypto. Eratq; in Iudæa pontifex Onias, qui quum tribu Onias.
tum cunctantius exoluiſſet, facile regis iram incurrerat, imminebatq; illi à Ptolemęo diſcrimẽ
maximum, niſi Ioſippus pontificis ex ſorore nepos, mira indole adoleſcẽs, Athenione qui ue
ctigal exacturus in Iudeã uenerat, hoſpitio ſibi multaq; comitate conciliato in Alexandriã
ſe ad Ptolemæũ iturũ dixiſſet, ac corã regi ſatisfacturũ, quo nõ multo poſt Athenionis diſceſ-
ſum profectus, illi ex Mẽphi cum Athenione & Cleopatra coniuge eodẽ curru redeunti, Io-
ſippus obiter occurrit. Cæterũ Athenion tẽpeſtiuo eius liberalitatis teſtimonio, adeo ueniẽtẽ
iuuit, ut in regiũ ſit currũ familiariter multaq; comitate acceptus. Venerãt forte per id tp̃s Ale
xandriam Phœnices, Iudææ, & Samariæ publicani, uectigal earũ gentiũ licitaturi, qui quũ o-
cto milia talẽtorũ deſpõderẽt, duplicẽ ſummã ſe regi daturũ Ioſippus pollicitus eſt: ibi Ptole-
mæus lętus fiſcũ una licitatiõe tam grandi ſumma augeri, ut uades Ioſippus daret, poſtulauit, Ioſippi face
iamiam illi uectigal addicturus. Ille, tu, inquit, rex mihi & regina optimi uades eritis, quo ada tum dictum
gio Ptolemæus pellectus, ne ſponſoribꝰ qdẽ datis negocio præfecit. Diu itaq; rei præfuit, mul
taq; celebritate nominis, circa finitimos uixit, fuerũtq; eius filij cõplures, ſed Nicanor, quẽ ex Nicanor Io-
fratris filia tulerat, omniũ prudentia & animi elatione clariſſimus. Is à patre ad regem miſſus, ſippi filius.
B accepta ab ipſius diſpenſatore pręgrandi pecunia, uno tempore centum uenales pueros, puel
laſq; pari numero, ſub mangonibus egregie literis alijſq; diſciplinis inſtitutos mercatus eſt,
mares regi, puellas Cleopatræ obtulit, qua ille munificentia patri eſt fratribꝰ per literas à rege
commendatus. Cæterũ in Iudæam reuerſus in apertũ incidit diſcrimen. Fratres ſiue quia mul
tum paternæ pecuniæ uana oſtẽtatione Alexandriæ profudiſſet, ſiue potius ueriti ne regia cõ
mendatione ſibi à patre præferretur, uenientem inſidijs excipiunt, quibus non ſine parricidio
declinatis, Hieroſolymis ꝓfugus trãs Iordanẽ abijt, ibiq; turri ex albo lapide ſibi ędificata, quã Nicanoris
Tyrũ appellauit, manuq; hoĩm ſibi cõparata, acerbe tributũ à Barbaris exigebat, poſt Ptole- exitus
męi interitum, in Antiochi poteſtatem redactus, grauius ſuppliciũ ueritus, ſibi manũ intulit.

# ENNEADIS V. LIBER IIII.

ERAT res Romana adhuc inter ſpem & metum præſentis belli ſuſpenſa
fortuna uices ubiq; uariante, ac propterea nullis non ſuperſtitionibus ob
nixa. Etenim præter multa uiſa & audita, quæ prodigiorũ loco temere fe-
rebantur, Martianum carmen per id tempus conquiſitum ac repertum, Martianum
maximam ciuitati curam attulit, Id partim uerissimo euentu probatum, carmen.
dubiam futurorum fecit fidem. Scripſerat, quiſquis fuit ille Martius, Am
nem troiugena Cannam Romane fuge, nec te alienigenæ cogant in campo Diomedis conſe
rere manum: ſed neq; credes tu mihi, donec compleris ſanguine campum, multaq; milia occi
ſa tua deferat amnis In pontum magnum ex terra frugifera piſcibus atque auibus, feriſque
quæ incolunt terras; his fiat eſca caro tua. Hæc quia magna ex parte ſunt hominum ocu-
lis repręſentata (nam & Diomedis campos & Cannam ubi pugnatum erat uulgus agnoſce- Carmen al
bat) maior cura ſubijt alterius carminis procurandi, quod in hęc fuit uerba conſcriptum. Ho terum
ſtes Romani ſi pellere uultis uomicam, quæ gentium uenit longe. Apollini uouendos cenſeo
ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, quum populus dederit ex publico partem, priua
ti uti conferant ꝓ ſe ſuiſq;: his ludis pręerit prętor, is qui ius populo plebiq; dabit ſummum.
Decemq; uiri Gręco ritu hoſtijs ſacra faciant. Hæc ſi recte faxitis, gaudebitis ſemper fiẽtque

res

res ueſtra melior, nam is diuus extinguet perduellē, qui ueſtros campos paſcit placide. Hoc car C
Vouētur ludi Appollini.
mine publice interpretato, ludi ſunt Apollini uoti, & in circo celebrati. Prætor præſedit, popu/
luſq; ſtipē in ludorũ apparatũ, ut quiſq; potuit, conferre eſt iuſſus. Ex publico XII. milia æris
prætori ſunt expenſa, Apollini bos auratus, & duæ capræ auratę: Latonæ bos fœmina, & ipſa
cornibus auratis immolata eſt. Fuitq; hic annus quo Apollinares ludi ſunt Romę cœpti fieri,
ſecundi belli punici decimus, Romanæ urbis duodequinquageſimus ac quingēteſimus. Sed
dũ per hæc ciuitas indies magis magiſq; ſe malorũ dæmonũ imperio addiceret, Conſules qui
in Samnio erãt, facti ſunt certiores Hannonē, haud procul Beneuēto caſtra habere, eoq; ma
gnã uim ftumenti conuectã, ut Cãpanos fame laborantes ea ope ſubleuaret. Fuluius conat⁹
hoſtiũ oppreſſurus, citato agmine Beneuentũ cõtendit. Collega in Campanũ agrum copias
egit. Iam ad duo milia curruũ cũ incondita multitudine ex Capua in caſtra uenerant. Hanno
cum parte copiarũ iuerat frumentatũ. Hæc cum Fuluius reſciuiſſet, Beneuento profectus, ca/
ſtra hoſtiũ in arduo loco ſita, primo acceſſu oppugnare eſt auſus. Mox conſul, loci difficulta/
te, & quia hoſtes ab initio ualide Romanũ à munitionibus reiecerant, deterritus, cani iuſſit re/
ceptui. Tum uero milites obſtinatiore animo hoſtiũ uallũ ſubeuntes, per æqua & iniqua uin/
cendi ſtudio acti, pluribus locis in caſtta irrumpunt. Cæſa ſunt ad ſex milia hominũ, ſeptē mi
Cædes Pœnorum.
lia & amplius capta, cũ ingenti curruũ ac iumentorũ multitudine. Hanno audita ſuorũ clade,
in Brutios fugienti ſimilis ſe recepit. Beneuenti præda diuendita, donatiq; ſunt in primis mi/
litaribus donis, Vibius Pelignæ cohortis præfectus, & T. Pedanius princeps tertiæ legionis,
qui primi omniũ in caſtra irruperant. Campani præſenti clade perculſi, Hannibalē precibus
fatigant, ne ſe in aperto diſcrimine cõſtitutos Romanis ad excidiũ deſerat, imminere ſibi duos
conſules, cũ duobus conſularibus exercitibus, qui uix unius diei itinere abeſſent, ne Tarētinæ
arcis expugnandæ ſtudio, ſociã urbē hoſtibus proderet, quã Carthagini æquare eſſet ſolitus.
Miſit Hannibal duo milia equitũ Campanis, quibus in ſuũ aduentum ad arcendam popula
tionem uterentur. Interim Metapontini & Turini cũ tota ora maritima, Tarentinorum defe/ D
Oſtentum.
ctionē ſecuti, ad Pœnos defecerunt. Conſules Capuam circumſeſſuri, ne Beneuentũ ſine prę
ſidio relinquerēt, T. Gracchum accerſunt, qui ſociorũ urbem & fines tueretur. Graccho ſub id
tempus ſacrificanti oſtento quod in ſacris fieri contigit, eſt præmonſtratũ, futurũ, ut hoſtium
inſidijs eſſet haud multopoſt periturus. Duo angues occulto allapſu circa aras, hoſtiæ iecur
depaſti ſunt, conſpectiq; ex oculis repente euanuerunt, idq; cũ ſemel atq; iterũ feciſſent, mo/
nitus ab Aruſpicibus dicitur, ut inſidias caueret, quas fatali neceſſitate repugnante effugere
Flauij perfidia.
non potuit. Flauius Lucanus ſuæ gentis prætor, ad Pœnum defecturus, multo meliori fœde
re ſe in amicitiã uenturũ ratus, ſi id Romani ducis ſanguine ſanxiſſet, pactus occulte cũ Ma/
gone defectionē, eum in pacatũ uenire iuſſit, atq; in inſidijs ſedere, quo Flauius Gracchum,
per ſpeciē colloquij, uelut pleroſq; Lucanorũ ad Romanũ imperiũ retracturus, quorum prę to
res ſecũ uenturi eſſent, ad inſidiarũ locum cũ paucis equitibus pertraxit. Ibi Gracchus ab ho/
Gtacchus occiditur.
ſte circumuentus, ſuos hortatus ad terram deſilijt, ac maius q̃ pro numero prælium ciens, nõ
ſine hoſtiũ pernicie fortiter occubuit, corpus ducis exanime Mago cũ faſcibus captis ad Han
nibalem miſit. Fuerunt qui traderent nõ in Lucanis, nec proditione Gracchũ perijſſe, ſed ad
Calorē fluuiũ, cũ forte caſtris egreſſus, cũ lictoribus & duobus ſeruis, ut lauaret ad amnem de
ſcendiſſet, ibiq; ab hoſtibus inter ſalicta ripis, innata latentibus oppreſſum. Alij quingentos
paſſus à caſtris progreſſum prodiderunt, prodigiũ, quod in ſacris acciderat, aruſpicũ iuſſu ex/
piaturũ, in Numidarũ inſidias incidiſſe, hoſteſq; Gracchi extincti tantũ capite potitos. Con/
ſules Campanũ agrũ ingreſſi, ſubita hoſtiũ eruptione, mille & quingentos milites amiſerunt.
Nec multopoſt Criſpinus Romanus eques à Badio Campano, olim hoſpite ſuo, ad ſingu/
Singulare certamen Badij & Criſpini.
lare certamē prouocatus, hoſtē primo concurſu humero traiectũ, ad terrã ex equo deiecit, de/
iectũ obtruncaſſet, niſi ille, dũ Criſpinus ad terrã deſilijt, præcipiti fuga ad ſuos delatus, equũ
& arma uictori reliquiſſet. Hannibal & ipſe poſt conſulum acceſſum prę ſto affuit, in aciemq;
utrinq; deſcenſum. Primo congreſſu res punica ſuperior fuit, mox equitum incurſu reſtituta
acie, Semproniani exercitus interuentu, qui uelut excompoſito affuit, quoniã aduentantium
hoſtiũ utriſq; præbuit ſpeciē, ab utraq; parte datũ eſt ſignũ receptui. Conſules ſequenti nocte
ad diſtra

A ad diſtrahendũ inde Hannibalẽ,caſtris profecti diuerſi abierunt. Fuluius in agrũ Cumanũ, in Lucanos Claudius cõceſſit. Hannibal Appium ſecutus. Cæterũ Romanus conſul circũdu cto qua uoluit hoſte Capuã eſt reuerſus. Hannibal Appiũ fruſtra inſectatus,in Centenium Penulã duxit,qui in Lucania,cũ octo milibus hominum & amplius erat,centurio dũtaxat,ui ribus alioqui corporis & animi pollens,octo milia militũ à patribus impetrauerat extra ordi nem,ut in Lucania rem gereret. Is igitur neq; rei militaris peritia,neq; fortuna par hoſti,teme re in pugnam deſcendere auſus, cum omnibus copijs ab Hannibale eſt oppreſſus,uix x.mi lites,ex tanto nũ nũero,euaſiſſe dicũtur. Cãpana interim obſidio ſedulo parabatur, & quæ in eam rem neceſſaria erant Caſilinũ ſtudio comportari,nec Hannibal id ocioſis auribus au diebat. Cęterum intentus ad alterũ Romanorũ exercitũ opprimendũ,qui ſub Gn. Fuluio in Apulia erat,ubi per licentiã militarẽ omnia fieri cognouit,Capua omiſſa,eo curſum deflexit. quo quũ magnis itinerib⁹ ueniſſet,noctu militibꝰ ad inſidias in occulto ſedere iuſſis,in ſeſſis que ab equite oĩbus uijs,qua hoſtium fugã inclinaturã arbitrabatur,etenim haud ignorabat Fuluianos in pugnã deſcenſuros,qui ſub primũ ſuũ acceſſum uix in caſtris contineri potuere: poſtridie ubi primũ illuxit,temerariũ ducẽ prælium elicuit,ſed ne clamorẽ q̃dẽ hoſtiũ ſuſtinuit Romana acies. Prętor par quidẽ Cẽtenio ſtultitia & temeritate,animo nequaquã cõparãd⁹, ubi primũ aciẽ inclinare uidit,cũ ducẽtis fugã arripuit,exercitu ad cædem relicto. Romani un diq; circũuenti adeo fœde cæſi ſunt,ut ex decem & octo milibꝰ hoim,uix duo milia euaſerint. Luctus & pauor ingens ciuitatẽ inuaſit,duabꝰ teterrimis cladibus,alia ſuper aliam,paucis die bus acceptis,ſed q̃a cõſulares exercitus incolumes erant,minus animi pręſenti militũ iactura affecti ſunt. Ipſi etiam cõſules p̱ eos dies,Claudio Nerone ad ſe accerſito,Capuã circũſede runt,tribus prętorijs circa muros hoſtiũ uno tp̃e erectis,mox foſſa & uallo urbẽ cingere ador ti,Cãpanos ad pugnã excivere,impediẽdi operis ſtudio. Verũ ubi omnis hoſtiũ conatus irri tus fuit,uiderũtq; opus continuari,priuſquã oĩa loca inſederent,mittũt q̃ id Hannibali ſigni

B ficarent,& cõſules p̱ p̃conẽ edixerũt,ut ſiq̃ Cãpanoꝝ urbe egredi uellẽt,ante id⁹ Martias ipſi cũ filijs & uxoribꝰ liberi eſſent,omniaq; ſua haberẽt. Poſt eã diẽ q̃cũq; in urbe eẽnt ſe hoſtiũ numero habituros. Ea publice denũciata nõ ſolũ Cãpani p̱ cõtẽptum audiuere,ſed minas quoq; addiderũt,cõuicia in Romanos iacientes. Hannibal poſt pugnam ad Herdoneã com miſſam,ubi Fuluianũ deleuerat exercitũ,Tarentũ diuerterat,ſpe potiũdæ arcis p̃cepta,uerum ubi fruſtra oĩa tẽtari uidit,Brunduſiũ cõtẽdit. Hic quoq; quũ parũ profeciſſet,uanaq; ſpe tere ret tp̃s nunciq; ad eũ uenerũt Capuã à Romanis circũſederi: Reſpõdit Hannibal affuturum ſe paulopoſt,nec dubiũ eſſe,quin hoſtes ad ſuũ aduentũ,ut nup̱ fecerant,obſidionem ſoluerẽt. Cũ his legati dimiſſi,quibus uix patuit in urbem redit⁹,Capua iã ꝑpemodũ duplici foſſa & uallo circũdata. Sed dum hæc in Italia gerunt,Marcellus Syracuſas recepit. Primo pauci, piſcatorijs retibꝰ operti,cymba delati,in Romana caſtra cũ transfugis in colloquiũ uenere,de ci uitate Romanis tradẽda. Inde ad cxxx. eius conſilij participes facti. Habuiſſetq; res ipſa o ptatũ exitũ,niſi cõiuratiõe indicio patefacta,proditores Epicides medio conatu oppreſſiſſet. Deiect⁹ hac ſpe Marcellus alterã cõtinuo nact⁹ eſt,Agebat forte inter Romanos & hoſtes de Damaſippo Lacedæmonio redimẽdo,q̃ ad Philippũ regẽ ex Syracuſis miſſus in Romanoꝝ poteſtatẽ uenerat. Vtrinq; igit̃ ad colloquiũ circa Trogillorũ portã uentũ erat. His Romanus quidã muros urbis aliquãto ſua opinione humiliores intuitus,numerãdoq; lapides q̃ in frõ te erant,altitudinẽq; tacitis oculis æſtimãdo,eò p̱uenit,ut modicis ſcalis in urbem euadi poſ ſe deprehẽderet,ſi aliquo modo cuſtodes poſſent decipi. Ea res ad Marcellũ delata, cõfeſtim ducis animũ in ſpem adduxit,urbis furto potiũdæ. Omnibuſq; propemodũ paratis,una ini ri ratio nõ poterat,qua arte nocturni uigiles fallerent. Verũ id quoq; fortuna ducis obtulit,q̃ hac una defixus cura indicio comperit,feſtos Mineruæ dies magna animorũ hilaritate in ur be de more celebrari,multaq; uini licẽtia ciuitatẽ laſciuire. Quod ſacrũ ubi adeſſe ſenſit mille milites ſilentio noctis cum ſcalis ad urbẽ miſit,ipſe haud multopoſt cum maioribus copijs ſe cutus,qui pręmiſſi fuerant intrepide negocium obeunt,murum tacito ſcalarum aſcenſu occu pãt,porticula quæ fuit ad Hexapylon ſubita ui refracta ſuos in urbem accipiunt. Cuſtodeſq; in ꝓximo erãt ſomno & uino grauati interfecti ſunt,cæteri improuiſo tubarũ cantu & clamo

te

Centenius

Penula cũ exercitu cæditur.

Hannibal ad fluuium contendit

Ro. cædes ad Herdoneam

Capua à Ro ma. circũſe detur.

Marcellus Syracuſas capit

re perculſi,rati id quod erat,muros ab hoſte teneri,metu dilapſi,alij alio diffugiunt. Epicides C
citato agmine ex inſula(Syracuſani Naſum dicũt)affuit,uelut paucos hoſtiũ qui cuſtodũ ne/
gligentia in urbẽ furto ingreſſi eſſent eiecturus. Verũ ubi Epipolas & cætera loca circũiecta
Romanis armis teneri uidit,hoſte paululũ miſſilibus laceſſito,retro in Acradinã abijt,ueritus
ne aliqua inteſtina fraude tutioribus locis excluderetur. Marcellus ubi captã urbẽ ſubiectã o/
culis habuit,illachrymaſſe dicitur,partim tantæ rei perpetratæ gaudio, partim ueteri fama &
ſplendore urbis. Occurrebant animo indytæ uictoriæ, ꝙ Athenienſibus terra maricꝫ uictis
Marcelli la/chrymæ.
Atticas claſſes,duoſcꝫ clariſſimos duces,cũ numeroſo exercitu,Syracuſani deleuiſſent. Bella
cũ Carthaginiẽſibus geſta. Duo Dionyſij eorũcꝫ potẽtia. Recẽtiſſima Hieronis memoria,qui
præ omnibus ſocijs regibus Romanũ po. præcipua fide coluit. Ornatiſſimus urbis apparatꝰ
in cinerẽ momẽto tẽporis abiturus. Ipſe Acradina excluſus, tentauit an poſſet Euryalũ occu/
pare. Fuit is tumulus in urbe munitiſſimus:quẽ ubi præſidio teneri uidit, inter Thicã & Nea
polim illuſtria urbis loca metatus eſt caſtra. Petentibuſcꝫ ſuppliciter Syracuſanis,ut ab incen
dijs & cæde abſtineretur,militibus edixit,nequis liberũ corpus uiolaret,cætera diripiendi om̃i
Diripiũtur Syracuſæ.
bus copia facta eſt. Tũ uero in prædã eſt tumultuoſe diſcurſum, ac quicquid antiqua felicitas
cumulauerat,momẽto temporis eſt ui & rapina exhauſtũ. Nec ita multo poſt Marcellus Eu/
ryalũ occupat. Himilcho qui in portu erat, parte nauiũ Epicidi relicta, Carthaginẽ reuerſus,
docuit quanto in diſcrimine res Syracuſana eſſet. Quo nuncio Carthaginiẽſes permoti,pau
cis diebus Himilchonẽ ipſum cũ centũ nauibus Siciliam repetere iubent. Vno deinceps tem/
pore,pluribus locis ſunt Romani oppugnati. Hippocrates uetera Romanorũ caſtra,quæ ad/
huc præſidio tenebantur,eſt ſubita ui adortus,Himilcho media inter caſtra & urbẽ loca cum
naualibus copijs inſederat,nequid præſidij ex urbe laborantibus mitti poſſet. Epicides ex A/
cradina in Marcelli ſtationes fecit impetũ. Vtrobicꝫ proſpere eſt à Romanis dimicatũ. Criſpi
nus,qui in caſtris erat,non ſolum Hippocratẽ à munimentis repulit,ſed fugientem eſt etiam
inſecutus. Et Marcellus Epicidem in Acradinã cõpulit. Secuta mox peſtilentia, per autumni D
tempus,quæ Himilchonis & Hippocratis exercitũ pene ad unũ extinxit, fuitcꝫ Pœnis ea cœli
intemperies eo pernicioſior,ꝙ illorũ caſtra in aperto erant. Id ueritus Marcellus omnẽ caſtren
ſem turbã,iam & ipſam nõ parua ex parte affectã,in urbẽ tranſtulit, ut tecto & umbra miles
reficeretur. Nec Carthaginienſiũ animi ad eam cladem conciderunt,quin ab Himilchone do
cti futurũ,ut Romani Syracuſis incluſi, facile caperentur, ſi paululum adhuc adniti uellent,
Himilchonẽ ipſum,cũ centũ quinquaginta longis nauibus ad bellũ inſtructis,& ſeptingentis
onerarijs,cũ commeatu,cæterocꝫ belli apparatu,in Siciliã mittunt, qui quũ Pachini promon
toriũ ſuperare nõ poſſet euro ab ortu ſæuiente,fuiſſetcꝫ aliquot dies in eadẽ ſtatione, ne nau
fragiũ faceret,ueritus Epicides ne punica claſſis retro tenderet curſum,mercenariorũ ducibus
in Acradina relictis, ipſe ad Himilchonẽ nauigat. Stabat Romana claſſis ad hoc ipſum in/
ſtructa,ut ad primos Himilchonis motus cũ eo confligeret,ne tantus rerũ apparatus Syracu
ſis importaretur. Remittente itacꝫ Euro,ubi punicæ naues in altũ ſunt euectæ, Pachinumcꝫ
circũagi ceperunt,cõfeſtim Romana claſſis ex ſua ſtatione egreditur:quod Himilcho intuitꝰ,
incertũ quo conſilio,uelis in altũ ſublatis Tarentũ abijt, miſſis qui onerarias naues iuberent
Carthaginẽ repetere. Epicides tanta ſpe deiectus, ne in urbẽ magna iã parte captã reuertere/
tur, Agrigentũ nauigat,potius euentũ rei q̃ ꝙ aliquid inde moueri poſſet,expectaturus. Syra
cuſani & ipſi omni ſpe deſtituti, Epicidis præfectos obtruncant, Prætoribuſcꝫ creatis,legatos
ad Marcellũ mittunt, qui Hieronis in populũ Ro. ſtudiũ & beneuolentiã teſtati,excuſatacꝫ
Hieronymi ſtultitia,cuius ipſe breui ſuo capite pœnas luiſſet,quonã modo Epicidis & Hippo
cratis fraude circumuenti,capti primo mox oppreſſi eſſent,ordine exponũt,quo accidiſſet,ut
à Romana ſocietate ui patiꝰ abſtracti,q̃ alienati eſſent. Satis ſupcꝫ Marcellũ habiturũ,ſi quic
quid gloriæ Syracuſani terra maricꝫ adepti eſſent,ſui triũphi titulo aſſcriberet. Parceret dein/
ceps miſeræ ciuitati,q̃ ab eo ſeruata,& in familiæ clientelã recepta, multo maiori laudi futura
eſſet,q̃ ſi ad excidiũ affligeret. Benigne auditi ſunt legati,facilecꝫ de pace cõueniſſet, niſi trãſ/
fugę & mercenarij,rati ſe à Syracuſanis ꝑditũiri,p̃toribꝰ iterfectis,oia noua rebellioꝫ ꝑturbaſ/
ſent. Pręfectis itacꝫ ex ſuo corpore creatis,tres Acradinę p̃ficiũt,totidẽ & Naſum iubẽt p̃ſidio
obtinere

A obtinere. Erat in his Mericus Hiſpani ſanguinis, qui ut gratiam cum Romanis iniret, per por/
tam, quæ erat prope Arethuſam fontem, Romanos noctu in Acradinam immiſit. Marcellus
copijs ex altera parte admotis, ubi ex inſula ad opē ſuis ferendam cōcurſum fieri uidit, partem
copiarum eò mittit, q̄ ſubito Romanorum impetu, ſemiplenis ſtationibꝰ capta eſt, & ipſe à ſu/
is, qui noctu recepti fuerant, in Acradinam acceptus, urbē militi, qua parte intacta adhuc erat,
diripiendā dedit. Atq; ita Syracuſę tertio ferè anno, q̄ obſideri cœperant, captę direptęq; ſunt. Syracuſæ capiuntur.
Archimedes in medio captæ urbis tumultu nihilo ſecius, q̄ ſi omnia circa pacata eſſent, figuris Archimedis exitus.
quibuſdā gæometricis, quas in puluere deliniauerat intentus, ab ignaro milite quis eſſet interfi
citur. Marcellus eius mortem ægerrime tulit, ſepulturęq; extinctum tradidit. Defuncti memo
ria apud uictorem cognatis & affinibus præſidio & honori fuit. Ipſe quum talis extitiſſet, nihil
eorum quæ ſpeculatus eſt literis commendauit. Sphæra cylindro ambita, eius ſepulchro cum
quęſtione impoſita, ex continenti firmamento ad contentū quæ eſſet exceſſus proportio. Cęte
rum æſtate illa, qua hęc in Sicilia geſta ſunt, quum biennio ferè bellum in Hiſpania cōſilio ma Scipiones in Hiſpania
gis q̄ armis fuiſſet adminiſtratū, Scipiones iam tempus adeſſe rati, ut bellum in prouincia fini/
retur, partiti inter ſe bellum, P. Cornelius, cum duabus partibus Romani exercitus, ſociorūq;,
in Magonem mouit, atq; Haſtrubalem Giſgonis. Gn. frater cū tertia parte copiarum & auxili
aribus Celtiberis, in alterum Haſtrubalem ueterem in Hiſpania imperatorē profectꝰ eſt. Vnà
itaq; digreſſi primo ad Anitorgim ponunt caſtra. Inde Publio ad deſtinatam belli partem pro
fecto, Gnęus in caſtris Haſtrubali oppoſitꝰ ſubſtitit. Pœnus ubi multo plures Hiſpanos in ho
ſtium caſtris eſſe q̄ Romanos ſenſit, occulte pactus eſt cum Celtiberorum ducibus, ut ex Ro/ Celtiberorū defectio.
manis caſtris auxilia ſubtraherent. Id non modo eſt ducibus ipſis auro captis, ſed multitudini
etiam facile perſuaſum, quę militię finiendę erat cupida. Nec erat cur à Romanis uim ullā me/
tuerent, quum ipſi ualde numero p̄ſtarent. Barbaris itaq; abeuntibus Scipio, poſteaq̄ per hęc
impar hoſtibꝰ factus, nec ut fratri iungeretur, copia dabatur amplius, qui iam procul inde ab/
B erat, ſtatuit q̄ maxima poſſet celeritate in pacatum decedere, nuſq̄ quantum in ſe eſſet pręlio
congreſſurus. Et ille ob Celtiberorum defectionem, in aperto erat periculo conſtitutus quū P.
Frater in maius incidit diſcrimen. Erat in hoſtium caſtris Maſſiniſſa, qui poſtea Romana ami
citia factus eſt clarus. Is cum ſua Numidarum ala adeo omnia Romanis reddidit infeſta, ut nō
ſolum tuto pabulari non liceret, ſed ſtationes etiam pro caſtris, improuiſo illorum incurſu, tur/
barentur. Eratq; iam res obſidioni penè ſimilis, quum Scipio audito Indibilis Hiſpani Regu/ Indibilis.
li ad hoſtes acceſſu, qui cū ſeptem milibus Sueſſanorum appropinquare ferebatur, ueritus ne
Pœnorum uires, ſociorum appendicibus auctę, ſuſtineri non poſſent amplius, cautus & pru/
dens alioqui imperator, temerarium & p̄ceps cepit conſiliū: ut uenientē hoſtem nocturno prę/
lio exciperet. Cū lecta igitur parte copiarum, T. Fonteio cum cętero exercitu ad caſtrorum p̄ſi/
dium relicto, noctu profectus, hoſtem fallere non potuit. Vix cū Indibili initum erat p̄lium,
quum Numidę à lęua & dextera cum fremitu incurſantes, militem p̄culere: ſecuti inde cum cla
more & ſtrepitu Pœni duces, ibiq; Romani undiq; circūuenti, tamdiu fortiter dimicarunt, q̊ad
Scipio per ſuos hortabundus incedens lancea traiectus concidit. Ad cuius caſum milites, remiſ P. Scipionis interitus.
ſo pręlio haud uno loco ermpētes, fupa diſſipati, alij alio, cæterum plures in caſtra reuerſi ſunt.
Fuiſſent multo plures cęſi, niſi nox texiſſet fugientes. Confeſtim inde itum ad alterum Scipio/
nem opprimendū. Ingens gratulatio inter hoſtes fuit, ꝙ alter Romanorum ducū, cum pręci/
pua parte exercitus cęſus eſſet. In Romanis caſtris, etſi nondum fama tantę cladis peruenerat,
mœſtū tamen erat ſilentiū. Pręſagiū & coniectura pręſentis mali, omniū animos occupauerat. Ro. metus & fuga.
Satis conſtabat altęro exercitu incolumi Haſtrubalē & Magonē haud temere abducturos fuiſ
ſe ex ſua prouincia exercitū. Scipio q̊d unū ſalutare in p̄ſentia uidebatur, retro q̄ celerrime abi/
re eſt conatus, noctu motis caſtris, confectūq; eſt eo die aliq̄d itineris. Cęterū Numidę (nā eiꝰ
diſceſſus haud diu latuit) ſub occaſum Solis agmen aſſecuti, iniecto p̄lio tādiu Romanum du
cē remorati ſunt, donec Pœnoꝝ imperatores, qui cū tribus exercitibus ſequebātur e ueſtigio af/
fuerunt. Scipio in ſatis arduū collē copias recepit, ſed ne uirgultis quidem unde milites uallū
peterent ueſtitum. Sterile ad id ſolum minimeq; habile, ut in glebas recideretur. Clitellis igitur
ſarcinisq; colligatis, ut aliqua ualli ſpecies hoſtibus obijceret, dux circumſepſit exercitum, quo

ubi tres exercitus hoſtium ſunt admoti,ſtarentq́ Barbari nouo genere muniminis penè atto/ C
niti, ducibus acclamantibus quid ſtarēt? ludibrium illud oculorum eſſe,ne muliebres quidem
conatus remoraturum, cum clamore undiq; Romanum inuadũt,primoq́ certamine fatigāt.
Reſtiterunt aliquandiu illi præter ſpem,uerum refractis haud uno loco munitionibus,ferrum
Romanos ad unũ abſtuliſſet,niſi in proximas ſyluas patuiſſet effugiũ. Fuga inde delati ſunt
in altera caſtra,quibus Fonteius præerat. Hæc Liuius. Cęterum quo pacto eò incolumes per/
uenire potuerint,per tam longa ſpacia haud quidem intelligo,nec illud uideo,unde reſciuerint
quo in loco tunc altera eſſent caſtra,& quomodo retenta. Quippe nuper ea capta & deleta ſu/
Gn. Scipionis interitus. ſpicati,conati fuerant in pacatum abire. Gn. Scipionem quidem prima hoſtium irruptione cę/
ſum prodiderunt. Alij in propinquam turrim confugiſſe memorant,ubi exuſtis ab hoſte fori/
bus,dux ipſe,& omnes qui cum eo fuere,ſint ad unum trucidati. Atq; ita Gnæus Scipio,unde/
trigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt. Luctus ex eorum interitu non maior Romæ
fuit,q̃ in ſocijs Hiſpanię ciuitatibus. Sed maius ſui deſiderium Gn. reliquit,qui diutius prouin
ciæ præfuerat,priorq́ apud ſocios fauorem occupauerat,dederatq́ apud illos ſpeciem Roma
L. Martius. nę iuſtitię. Et iam Hiſpanię pro amiſſis habebantur,quum L. Martius Septimij filius unus,p̃/
ter ſpē omnium, rem propemodũ collapſam incredibili celeritate reſtituit. Is poſt Scipionum
interitum,collectis ex fuga militib⁹ deductoq́ ex aliquot locis p̃ſidio,copias cũ Fōteio iunxit:
Inde caſtris citra Iberum poſitis ſuffragio militari dux omniũ declarat̃,quũ ad id tempus equo
tantũ meruiſſet. Hic ubi Haſtrubal Giſgonis copijs Ibero traiectis, ad delendas Romanorum
exercituum reliquias appropinquare eſt dict⁹, milites ueterum ducum recordatione,in fletum
& lamentationem conuerſi,Scipionũ nomina inuocabant,deoſq́ incuſabant ſublatis in cœ/
lũ manibus,ꝙ ita euenire uoluiſſent, ut duobus imperatoribus,uno poſt alterum, paucis die/
bus ſpoliati eſſent. Caſtigabant centuriones hos intempeſtiuos luctus, ſed omnium acerrime
Martius,inſtabatq́ uociferans,q̃d in aperto rerum diſcrimine,fœminarũ more,cũ fletu & eiu/
latu,humi ſederent,quum uirtute opus eſſet,ut ſeſe & rempu. tuerent̃. Hęc Martius caſtigabũ D
Reijciuntur Pœni à uallo Ro. dus dicere,quum ſubito uelut rabies quędam oĩm animos inuaſit,arreptiſq́ repente armis ad
portas diſcurrunt, hoſtemq́ incompoſite uenientē feroci p̃lio exceptũ, haud magno negocio
fundunt fugantq́. Fuiſſet quidem inſignis cædes ſecuta,niſi Martius receptui ceciniſſet. Mira/
ri Pœnus unde illa Romanorum militum multitudo in unum coiuiſſet,unde tã cito dux q̃ſit⁹
illis, unde ea fiducia uictis ſupereſſet. Verum quia inſequi non fuerant auſi, negligenter ſeſe in
caſtra recipiunt,neglientius cuſtodiunt. Hic Martius ſecum reputans,q̃ impar futurus eſſet tri/
bus imperatoribus,qui haud multo poſt in unum coituri erant,ad eum exercitũ opprimendũ
qui primus oblatus eſſet animũ adiecit:conſilium ſpecie ipſa temerarium magis q̃ audax ſecu/
tus,ut hoſtium caſtra noctu inuaderet,in qua re tranſigenda,ne qua trepidatio medio actu ori
retus,ita pro concione eſt milites allocutus. Si in hoc afflicto reipu. ſtatu,quo imperium hoc ut
Oratio Martij ad milites. noſtro iudicio amplum,ita re ipſa grauiſſimum ſuſtineo,dolori & lachrymis indulgendum eſ/
ſet,nemo hodie me uno,ob meam in clariſſimos duces,Scipiones defunctos pietatē,inſignius
doleret:& qui ueſtra uicem unus omniũ conſolor,aliena ope indigerem, ut ſolatia aliqua ægro
animo adhiberentur:uerum quia res eo loco ſitæ ſunt,ut non tam lachrymis defunctos nos ſe/
qui oporteat, q̃ propriæ ſaluti & publicæ utilitati conſulere,cogitare non deſino, quo conſilio,
qua ui,rem collapſam per uirtutem reſtituere poſſimus,periculumq́,quod nobis ab hoſtibus
inſtat,in eorum capita uertamus. Sollicitant ad hęc me die noctuq́ Scipionum manes,impel/
lunt,hortant̃,ut neq; ſe,neq; milites fortiſſimos,qui cũ ipſis pierunt,diutius inultos iacere pati/
amur. Horum ego monitus,nõ min⁹ q̃ neceſſitatē ſecutus,experiri ſtatui,q̃d meo ductu auſu
ri ſitis,qui ueſtra ſponte tã pulchrũ facinus nup̄ auſi eſtis,ut hoſtē non ſolũ caſtris repuleritis,
ſed fuſum etiã ac fugatũ,cum cæde multa egiſſetis, niſi uos ulterius ſeq̄ prohibuiſſem. Sed e/
go audaciam ueſtram frangere nolui,quin ad maiorē gloriam reſeruaui,ut poſtmodũ ĩparati
incautos,armati inermes p̄ occaſionē aggrederemini: Illi quia heri fuſos haud ſecuti fuiſtis,me
tu id accidiſſe arbitrant̃:& ꝙ res noſtras duplici clade acciſas uident, contemptim & negligen/
ter in caſtris agunt,cæteros duces & exercitus expectantes: nihil oĩm nunc minus metuunt,q̃
ne nos modo obſeſſi & oppugnati,ultro ſua caſtra oppugnatũ eamus. Audendũ igitur q̊d illi

nos

A nos minime auſuros credunt,& quod difficillimum uidetur,facillimum erit:tertia noctis uigilia tacito agmine ad eorum caſtra ibimus:primo,ut ſpero,clamore illa occupaturi.Exploratum habeo non uigiliarum ordinem,non ſtationes pro portis eſſe:tũ ſomno preſſos, aut metu pauentes ſternite,eam cædem edituri,à qua uos heri,ut tutius res gereretur,reuocaui:audax ſcio uideri poteſt id conſilium,ſed tutius & ſatius erit nunc fortunam experiri,q̃ illud expectare,ut tres duces cũ tribus exercitibus in unum coëant: quod ne Scipio quidem ſummus imperator incolumi exercitu ſuſtinere potuit.Aut hæc aut nulla certe alia reſtituendę rei uia eſt.Quã opportunitatem ſi per inertiam & ignauiam dimiſerimus,ſatis ſcio, fore, ut paulopoſt fruſtra requiramus.Ite & dijs bene iuuantibus corpora curate,ut integri, uigentiq; animo hoſtium caſtra irrumpamus,quo heri noſtra defendimus.Læti milites ab ea concione dimiſſi,reliquũ diei, in expediendis armis,curandiſq; corporibus,conſumptum.Syluoſa conuallis erat inter utraq; hoſtium caſtra:nam ad ſex milia paſſuum erat alter Pœnorum exercitus,qa huc nocturna hoſtium fuga inclinatura uidebatur,Martius Punica arte uſus medio interuallo cohortem unam cum bona equitũ parte abdidit: cęterę copiæ ad proxima hoſtium caſtra ſilenti agmine abductę,ad quæ occupanda tam facilis patuit aditus, q̃ ſi ſua fuiſſet caſtra Romanus miles ingreſſus,quum nullæ ſtationes cuſtodięue in portis eſſent.Signa inde cecinerunt,clamorq; ſublat⁹ omnia terrore complet. Multi ſemiſomnes obtruncantur. Alij ſtupore preſſi, autueſtigio hærentes.Quidam per æqua & iniqua pręcipites in ferrum ruunt. Ignis tabernaculis iniectus terrorem auxit.Portis à Romano milite inſeſſis paucis fuga patuit.Cædes ingens in caſtris edita, qui cõſternato agmine in altera caſtra abibant, in eos,qui ſyluam inſederant incidentes ad unum periere. Tum propere ad alterũ hoſtem decurrit, ita ut ſi quis eò ex nocturna clade ſenſus peruenerat:prius Romanus uictor affuerit, q̃ quicq̃ certi ſtatui poſſet. Hic cruenta Romanorum ſcuta hoſtis intuitus,uix tentato prælio in fugam auertitur: multos paſſim totis caſtris & extra uallum uictrix dextera abſumpſit.Fuerũt qui traderẽt ad ſeptẽ & triginta hominũ milia binis caſtris cæſa,mille & octingentos captos,& cum cætera præda argenteũ clypeũ. CXXX. 

*Peroratio.*

*Pœnorum cædes.*

B pondo Barchini Haſtrubalis imagine cęlatum.Valerius Antias ſeptem milia tantum cæſa prodidit:inde cum Haſtrubale dimicatum,ac decem milia Pœnorum interfecta quatuor milia & ccc.captos. Calphurnius Piſo quinq; milia nec amplius ex hoſtibus deſiderata in annalibus tradidit.Sed quantacunq; fuit clades illa,poſt Scipionum cędem hoſtibus illata, Martij nomẽ apud ſcriptores omnes eſt ob eam rem nobilitatum. Additur ueræ gloriæ miraculum, flammam ex concionantis capite arſiſſe. Clypeus Martius, uſq; ad Capitolium incenſum, monumentum uictorię illius durauit.Quietior inde aliquandiu fuit poſt has mutuas clades Hiſpaniaru ſtatus.Marcellus Syracuſis captis, tabulas & ſigna,cæteraq; ornamẽta, quib⁹ ea urbs in primis abundabat,Romam tranſmiſit,unde Græcarum artium mirandi initium apud Romanos fuit.Siculę urbes,quę ante Syracuſas receptas in fidem redierant, ſociarũ numero ſunt aſcriptę. Cęterę,ut bello captę,leges acceperunt. Erantq; non paruę adhuc belli reliquiæ circa Agrigentum,Hanno, Epicides,& Mutines uir impiger, quem in Hippocratis locum Hannibal in Siciliam miſerat,caſtra ad Himeram fluuium fecerant.Erat Mutines Numidarum pręfectus maximeq; Romanis infeſtus,ita ut iuſto prope prælio Romanos in caſtra compuliſſet. Nam Marcellus ad primos hoſtium motus Syracuſis excitus haud procul à flumine ceperat locum caſtris.Inuidebat Hanno pręſentem celebritatem Mutini,quo accidit, ut eo abſente cũ Epicide flumen tranſgreſſus aciem in Romanorum cõſpectu explicauerit, nec Marcellus pugnam detrectauit.Quippe qui cũ Hannibale tot claris uictorijs elato,ſępius in aciem deſcendiſſet.Fuit id prẹlium Romanis minime difficile,Numidis de induſtria quieſcẽtibus,ubi pręfectũ ſuum ſub ipſum tempus ablegatum ab Hãnone ſenſerunt. Miſſus erat ille Heracleam ad Numidas equites,qui caſtrenſi ſeditione eò conceſſerant,reducendos. Immoti itaq; Numidæ cornua tenuerũt,primoq; concurſu pugna decreta eſt.Hoſtes fugati paſſimq; cęſi ſunt,multa milia hoĩm deſiderata octoq; elephanti à Romanis capti.Marcell⁹ ſecundũ eã uictorã Syracuſas eſt reuerſus.Romę interim cõſules creati Gn.Fuluius Centimalus & P.Sulpitius Galba.Veteribus cõſulib⁹ Claudio & Fuluio Capuę aſſidentibus in ſequentẽ annum ꝓrogatũ eſt imperium.Additum ut nõ prius inde abſcederẽt,q̃ urbs Ro.nomini inimica caperetur.Nam pręterq̃

*Miraculum in Martio cõcionante.*

*Marcelli uictoria.*

*Conſules.*

ꝙ in nulla iuſtior fuit Romanorũ ira, certo ſciebant fore, ut Capua recepta, q̃ ſua defectione C
multos à Romanis ſocios alienauerat, inclinatura eſſet populorũ animos ad ueteris imperij re-
ſpectũ. Placuit adhęc eo anno rẽpu. tribus & .xxx. legionibus adminiſtrari. Quæ Marti⁹ poſt
Scipionũ interitũ in Hiſpania geſſerat ꝑgrata fuere patrib⁹: titulus diſplicuit, ꝙ ꝓprętorem ſe

Diſplicuit titulus in Martio.

uocauerat ijs literis, quas ad ſenatũ dederat. Rem mali exempli ſenatus arbitrari imperatorem
ab exercitu, procul à legibus, à magiſtratibus, ab urbe creari. Quare decretum tulere patres, ut
Tribuni plebis ad populum ferrent, quẽ in Hiſpania cum imperio eſſe placeret. Dixerat inte-
rim diem, C. Semproni⁹ Bleſus, Gn. Fuluio, ob exercitum in Apulia amiſſum, & ꝙ Romanas
legiones ita corrupiſſet, ut milites inter ſocios inqeti & tumultuoſi facti eſſent, inter hoſtes igna-
ui & imbelles, & ꝙ ipſe prim⁹ omnium ex acie fugiſſet, quum cæteri imperatores, C. Flamini-
nius, L. Paulus, L. Poſthumius, Cn. ac P. Scipiones cadere maluiſſent, q̃ circumuentas ab ho-
ſte legiones deſerere. Erantq; hæc capita accuſationis, quibus bis iam fuerat pecunia anquiſi-
tum. Cæterum ubi productis teſtibus conſtitit terrorem ab eo ortum, milites qui in acie ſtabãt
ubi pręoccupatam ab imperatore fugam animaduerſum eſt, tum paſſim diſpalatos: id crimen
tantum inuidiæ reo adiecit, ut concio confeſtim ſucclamauerit, non pecuniarum, ſed capitis in
eo anquirendũ, itaq; dies illi perduellionis dicta eſt. Cæterũ quũ neq; Fuluij fratris gratia, qui

Fuluius in exiliũ abijt.

tum Capuam obſidebat, neq; Tribuni appellati auxilio eſſent, ante iudicij diem Tarquinios in
exilium abijt. Plebs id exilium ut iuſtum ſciuit, milites qui ex ea acie fugerant, in Siciliam ea cõ-
ditione, qua & Cannenſis pugnæ reliquię ſunt, quoad eſſet cum Pœno debellatum, relegati.
Additum ignominiæ ne propius urbem ullam .x. milibus paſſuum tenderent. Dum hęc Ro-
mæ fiunt, circa Capuam quum aſſiduis hoſtium eruptionibus crebra pralia fierent, eſſentq;
equeſtria certamina hoſtibus plurimũ ſecunda: conſules Q. Nauij centurionis inuento, ex om-
ni militari iuuentute agillimum quenq; eligunt, qui ſeptenis iaculis atq; breuiore parma inſtru-
cti, equorum clunibus poſt equites ſedẽtes in aciem deferrentur, atq; ubi ad iactum teli prope
hoſtem eſſent, equis protinus deſiliẽtes, in Campanum equitatum impetum facerent. Primo D
itaq; congreſſu ijdem pluribus telis alijs ſuper alia in aduerſum hoſtem coniectis, confeſtim ꝑ-
lio auertunt, auerſum Romani equites ad portas uſq; cum cæde & ſtrage perſequũtur. Atq; ita
equeſtri pugna res Campana deterior facta. Milites ita inſtructi Velites ſunt dicti, & haſtæ, q-

Velites.

bus illi uſi ſunt, uelitares, longitudine quaternũm pedum, ut Liui⁹ prodidit. Et iam Capuę ob
longam obſidionem fames ſentiri cœperat, quum Hannibal accerſitus cum lectiſſimis peditũ
equitumq; copijs, & .xxx. elephantis ad ſocios obſidione leuandos ex Brutijs profectus, ad
Tiphata montem Capuæ imminentem conſedit. Inde quum Romanum pręſidium ex Cala-
tia deieciſſet, in Ro. duces qui Capuam circumſedebant impetum facit. Vna Pœn⁹ ipſe & om-
nes qui Capuę erant equites pediteſq;, plurib⁹ portis ſubito effuſi, Romanos intra extraq; ual-

Romani cũ Hannibale confligunt.

lum circumſono clamore inuadunt. Auxit terrorem imbellis Campanorum multitudo, è mu-
ris ænea uaſa pulſantium, ut in deliquio lunę moris fuit. Romani duces iam antea inter ſe ne-
gocium partiti, Appius Claudius Campanis, Fuluius Hannibali diuerſi occurrunt, C. Nero
proprætor, cũ equitibus ſextæ legionis alia parte: alia Fuluius Flaccus legatus, cum ſociorum
equitatu, è regione Vulturni amnis procurabat. Appius facile Campanorum impetum ſuſti-
nuit. Maius Fuluio cum Hannibale negocium fuit. Hiſpana cohors cum tribus elephantis per
ſextam Romanorum legionem, uſq; ad caſtrorum uallum peruaſit, irrupiſſetq; in caſtra, niſi
Quintus Nauius cẽturio, & alij cum eo fortes uiri, hoſtes cum ipſis beluis, circa foſſas, & in ipſo
caſtrorum aditu, ſubito confeciſſent: atrox ibi prælium fuit, ac parum abfuit, quin per belua-
rum ſtragem ſit gradus hoſtibus fact⁹ in caſtra. Vnà igitur & Campani cum multa cæde ſunt

Ro. duplici prælio uincunt.

in urbem reiecti, & Hiſpana cohors à ſuis excluſa in medio cæſa eſt, & iam Romanus egregie
uincebat, quum Hannibal, ne maiorem cladem adiret, cecinit receptui. Fuluius & ipſe ratus ſa-
tis profectum eo die eſſe, ꝙ Campani ſentirent quàm parum ſibi pręſidij in Hannibale eſſet,
cedenti hoſti haud inſtitit. Cęſa eo die ex Hannibalis exercitu octo milia hominum, ex Cam-
panis tria milia. Signa militaria .xv. Carthaginienſibus adẽpta, oppidanis duodeuiginti. Qui-
dam ex improuiſo Hiſpanos & Numidas cum elephantis in Romana caſtra irrupiſſe ſcriptũ
reliquerunt, magnamq;, ut in re ſubita, conſternationem ibi ortam, additamq; à Pœno frau-
dem

A dem,ut Romanę linguæ gnarus quidam inclamauerit, conſulem iubere quando caſtra capta ab hoſte eſſent,ut milites in proximos montes faceſſerent: ſed fraudem continuo animaduerſam,magnaq; hoſtium ſtrage in pugna perſeueratum, atq; ita plus pauoris q̃ certaminis fuiſſe. Hannibal,ubi Romanos ad pugnam amplius elicere non potuit,conſilium cepit Romam belli caput petendi,idq; per literas Campanis ſignificauit, q̃s bono animo eſſe iuſſit,fore pollicitus,ut paucis diebus Romani duces laboranti patrię opem ferre cogerentur,ſoluerentq; uel inuiti obſidionem. Ipſe x dierum cibarijs comparatis, noctu exercitum Vulturno traijcit. Significauit Fuluius per literas patribus, q d ab hoſte pararetur, quo metu Senatorum alij iubebant exercit⁹ ex tota Italia Romam reuocari. Viſa eſt ea ſententia nimis meticuloſa. Plures eò decurrerunt,ut alter imperatorum qui ad Capuam ſedebat,cum parte copiarum Romam ueniret. Fuluius igitur (Nam Appius circa Capuam graue uulnus acceperat eo die quo pugnatum eſt)cum.xv.milibus peditum,quos ex tribus exercitibus ſibi legerat, & mille equitibus caſtris profectus,Romam iter intendit. Pœn⁹ Calenum,Alephanum,& Caſinatem agrum populatus,per latinam uiam ad Lirim fluuium uenit,recens Latij confinium,Glanicum olim appellatum. Ex Apenino illi ortus,per Minturnas in Tyrrhenũ mare elabitur. Fregellani ad hoſtium curſum retardandum,pontem flumini impoſitum inciderant, inde Romam expeditiſſimis nuncijs ſignificant Pœnum populabundum appropinquare, ad quem nuncium tantus eſt in ciuitate terror exortus,ut matronę in publicum effuſæ,delubra deûm, & ſacras aras ſparſis crinibus uerrerent, ſubnixę genibus ſupinas tollerent ad cœlum manus, orantes, ut urbem Romam ciuitatemq; incolumem ſeruarent. Inceſſeratq; hic metus ciuitatem,quum per literas affertur Fuluium Capua profectum. Cui uenienti ut par eſſet cum conſulibus imperium decreuit Senatus. Hãnibal Liri ſuperato,per Fruſinatem & Anagninum agrum,in Labicanum uenit,inde ex Algido Tuſculum petit,unde excluſus Gabios iter conuertit. Poſtremo ad octauum lapidem ab urbe caſtra fecit,multis interea in agris Numidarũ procurſu interceptis. Fuluius eodem tempore,per Capenam portam,Romam ingreſſus,media urbe per carinarum cliuum in exquilias contendit, inde urbe egreſſus inter Exquilinam & Collinam portam caſtra fecit. Ibi in caſtris Senatus habitus. Decretum ut conſules in urbe caſtra facerent circa portas, C. Calpurnius prætor capitolio atq; arci præeſſet. Senatus frequens in foro ſtaret, ſiquid in re trepida conſulto opus eſſet. Hoſtis interea,ad Anienem amnem tria milia paſſuum ab urbe caſtra fecit, inde cum duobus milibus equitum proxime ad urbem adequitauit, ut ex propinquo mœnia contemplaretur. Plinius ſignificare uidetur haſtam ab eo intra muros coniectam, q̃d uni omnium hoſtium facere contigiſſet. In eum ocioſe adequitãtem Fuluius equites immiſit, atq; iniecto prælio mille &.cc. Numidę equites tranſfugę,qui in Auentino erant, in Exquilias tranſire iuſſi, quum pręcipiti curſu ex ſuperiore loco in planum deuolarent, hoſtium ſpeciem conſilij ignaris prębuerunt, tantuſq; ob eam rem tumultus eſt in urbe exortus, tanta trepidatio,ut niſi Pœnus in proximo caſtra habuiſſet relictura fuerit urbem conſternata multitudo. Equeſtre prælium proſperum Romanis fuit,pulſiq; ſunt hoſtes. Poſtero die Hannibal Anienem tranſgreſſus,omnes copias in aciem eduxit. Nec Fuluius pugnam detrectauit. Stabãt diuerſæ acies in eius pugnę caſum inſtructę,ut urbs Roma uictoribus eſſet pręmium,quum imber mixtus grandine,ſubito fragore,cœlo deiectus, ita utramq; aciem turbauit,ut uix retentis armis,in caſtra ſe miles receperit. Poſtridie copias eodem loco in procinctu ſtãtes,ut inter ſe cõcurrerent, eadem cœli intemperies diremit, miraculoq; utriſq; fuit, q͂ his continuo in caſtra reuerſis ſerenum affulſit. Audita eſt uox Hannibalis conquerentis, nunc ſibi mentem potiundæ Romę nunc fortunã nõ dari. Mouit id prodigiũ hoſtem, ſed multo plus q͂ ſe in cõſpectu urbis ſedente, acceperat milites in Hiſpaniam ex urbe ſub uexillis in ſupplementum miſſos, & q͂ ager in quo ipſe caſtra fecerat,uęnierat Romę,nihilo minoris,q̃ media pace uẽdi potuiſſet: quã cõtẽptus ſpeciẽ iniquo animo ferens, p̃cone in mediũ p̃duxit,iuſſitq; argentarias tabernas, q̃ in foro erãt,licitantibus p̃ponere. Sed quũ ibi ſedẽdo ſe nihil profecturũ cerneret,ad Thuriam fluuium ſex milia paſſuum ub urbe tranſtulit caſtra. Feronię deinceps Lucũ ſpoliauit,cui⁹ accolę Capenates erant. Quidã memorię p̃diderunt, Hannibalẽ Romã uenturũ ex Campania in Samniũ trãſiuiſſe,inde p̃ Pelignos & Albẽſem agrum in Amiterninum trãſgreſſum,ab Rea

Matronarũ metus.

B Fuluij acceſſus ad urbẽ

Hannibal urbi imminens.

Prodigioſa tempeſtas.

Hannibalis digreſſus ab urbe.

teq; Eretum ueniſſe, poſtremo ad Anienem metatum. Fuitq; opinionis huius Cęlius. Alij abeunti illi, non uenienti, id iter fuiſſe memorant. Sed ab Roma Hannibal digreſſus mira, ꝙd C
ſatis conſtat, celeritate in Brutios abijt. Et Flaccus in caſtra reuerſus ingentem Campanis attulit admirationem, quid eſſet ꝙ Hānibal cū eo non rediſſet. Poſtremo edocti Pœnum in Brutios abijſſe pro comperto habuerunt ſe ab eo deſtitutos, nec tum quoq; (etſi tranſeuntibus impunitas publico edicto ꝓmiſſa eſt) ex Campanis qſq̄ ad Romanos tranſfugit. Iam nobiles ſe in priuato tenebant, omni reip. cura abiecta, de propria ſalute ſolliciti. Ciuitatem in medio relictam Seppius Lęſius, homo obſcuro loco natus, adminiſtrandam ſuſcepit, Mediatuticuſq;
Seppius Læſius. eſt creatus. Is erat ſummus apud Campanos magiſtratus. Fama eſt Aruſpicem quendam matri huius, pro eo adhuc puero oſtētum procuranti, reſpondiſſe, futurum aliquando, ut ille ſummo ciuitatis magiſtratu potiretur: ad quem illa, Prędicas ne tu res Campanorum perditas, ubi ſummus honor ad filium peruenerit? Fuit ea ueri ludificatio, cęterum in uerum uertit. Seppiꝰ quum ciuitas fame urgeretur ut diutius obſidionem ferre non poſſet, cum præſidij ducibus egit, ut Hannibalem per literas reuocarent, q̄ ſuo non minus q̄ Campanorum periculo cōmoti ad Hannibalem ſcribunt, non precibus ſed aſperrimis uerbis illum ex Brutijs reuocantes, ad cuius reditum ipſi & Campani ſubita eruptione eſſent ad extremum uitæ dimicaturi. Numidę per ſpeciem tranſfugij circiter. LXX. in caſtra uenerunt, ſuo deinceps tempore ad Pœnum abituri, q Campanę mulieris indicio ꝓditi, uirgis cęſi præciſiſq; manibus in urbem acti ſunt. Id fœdum ſpectaculum adeo omnium animos fregit ut concurſus ciuium confeſtim ſit factus in curiam, minaciter poſtulantium, ut ſenatores conſulturi de repu. continuo adeſſent, quod niſi illico fieret, abſtracturos ſe illos domibus, in mediumq;, ut de ſumma rei conſulerent, ui prodituros. Is metus frequentē magiſtratui ſenatum dedit. Tum ibi, quum cæteri de legatis in caſtra ad Romanos duces mittendis agerent, Vibius Virius, qui defectionis ad Pœnos factę au-
Vibij uerba ad ſenatum tor fuerat, dicere ſententiā iuſſus, Negauit eos, qui de legatis mittendis mentionē intuliſſent, ſatis meminiſſe, quid ipſi facturi fuerant, ſi Romanos in poteſtate habuiſſent, nec quid tunc ipſi D
paſſuri eſſent, ſatis conſiderare: inde quum, ea quæ Cāpani pluſq̄ hoſtiliter in Romanos feciſſent, ordine diſſeruiſſet, quæq; Romani in Capua obſidenda toleraſſent, q pręter cędes & alia pericula Romā etiam ab hoſte obſideri paſſi eſſent, ne Capuam omitterēt, tanta auiditas ſupplicij expetendi, tanta Campani ſanguinis eſſet illis ſitis. Non peperciſſe Albę Romanos, unde oriundi eſſent, nō modo parcere nollent Capuæ, cui multo infeſtiores eſſent q̄ Carthagini. Summa eius orationis fuit, ut diceret expedire ſibi & alijs, q apud Romanos inuidia eminerēt, uoluntariam mortem occumbere, q̄ in hoſtiū poteſtatē redactos, urbe direpta, matronis & uirginibus ad ſtuprum raptis, per uarios & exquiſitos cruciatus extinctum iri. Paratę ſunt, inquit, apud me epulę, quibus, ſiqui mecum ſe imminentibus malis ſubtrahere uolent, adhibebo poculum, poſtremo omnibus circumferetur. Ea potio corpus à cruciatu, animum à contumelijs eripiet. Hęc una uia & honeſta & libera ad mortem, & ipſi uirtutem mirabuntur hoſtes, & Hā-
Vibij facinꝰ nibal fortes à ſe ſocios deſertos adhuc magis dolebit. Plures id Vibij conſilium probarunt, q̄ ſecuti ſint. Septem fermè & XX. cum eo curia egreſſi, mentibus uino & epulis quantū fieri potuit alienatis, uenenum ordine hauſerunt, inde cum lachrymis ſeſe complexi, ſuam patrięq; uicem familiariter flentes, diuerſi domum abierunt. Nonnulli apud Vibium extingui maluerūt ut cū eo unà ſepelirent. Nocte illa omnes extincti. Pauci in ſequenté diē ſpiritū traxerunt. Reliqua ciuitas Romanoꝝ clemētiā ſecuta, legatos in caſtra miſerūt q urbē dederent. Poſtridie igit̄
Capua Ro. deditur. Iouis porta, q̄ in Romana caſtra uerſa erat, patefacta eſt. Gn. Fuluiꝰ legatꝰ legionē unā induxit, inde ipſe cū duabꝰ alis adequitās, cuſtodijs circa portas diſpoſitis, oīa arma publica & priuata unū in locū conferri iuſſit. Punicūq; ꝑſidiū cōprehendi, Campanū ſenatū in caſtra ire. Senatores ubi ad imꝑatorū conſpectū uenere, continuo catenę ſunt illis iniectę, Quęſtoribꝰ inde cum auro qđ poſſederāt dati. Septuaginta pōdo Liuiꝰ fuiſſe ſcribit, tria milia argenti &. CC. Eorū quidā Cales in cuſtodiam traducti. Alij Theanum Sidicinū. Et de nobiliū Campanorū ſupplicio
Campani ſenatores à Fuluio occiduntur. parū inter duces cōueniebat. Appiꝰ ſenatus decretū expectandū cenſebat. Contrà Fuluius nullā erat morā laturus, q neqd ex urbe afferret, ꝙd deſtinatā impediret ultionē, noctu Theanū ꝓfectus ubi primū illuxit Cāpanos cuſtodia eductos uirgis cæſos ſecuri percuſſit, inde Cales cō-

ceſſit

A ceſſit,ubi quũ ꝓ tribunali ſediſſet,uirgęq; eius iuſſu in eos expediret,ex urbe literę illi reddũt à C. Calpurnio p̃tore populoq; Ro. Peruaſit rumor totã cõcionẽ,deferri rem integrã ad patres de Campanorũ ſupplicio,q̃d Fuluius & ipſe ſuſpicat⁹,acceptas literas neq; reſolutas, quũ gremio repoſuiſſet,p̃coni imperauit,ut lictorẽ lege agere iuberet. Atq; ita de ijs q̃q; q Calib⁹ erãt, ſumptũ eſt ſuppliciũ. Tũ demũ literæ recitatæ,ſeroq; ad rem impediendã cognitũ eſt populi decretũ. Conſurgẽti Fuluio, Taurea Iubellius Cãpanus affuit,atq; media cõcione inclamãs à Fuluio petijt,ut ſe occidi iuberet,uti gloriari poſſet multo fortiorẽ uirũ q̃ ipſe eſſet, à ſe interfectũ.

Taureæ facinus.

Id Fului⁹ negauit ſe facturũ,hominẽ inſanire rat⁹. Ibi ille,uxorẽ inq̃t & liberos interemi,ne infanda paterent. Nunc uero amicis & oĩbus q̃ chariſſima erant amiſſis, qa moriẽdi cupid⁹ qui mortẽ inferat nõ rep̃io,egomet ipſe mihi conſciſcã,atq; ita cultro, qui latebat ſub ueſte, ſibi pectus traiecit. Alij q̃d ſimilius uero eſt,eũ tradunt cũ alijs ad palũ deligatũ, alta uoce cõqueſtum eſſe,ſe uirũ fortiſſimũ ab homine nequaq̃ pari interfectũ iri,ac tũ à Fuluio lictorem iuſſum,uti uiro forti uirgas adderet. Alij lectũ prius ſenatuſconſultũ uolũt,q̃ Cãpani ſubiecti eſſent ſecuri,cęterũ qa adiectũ eſſet,ſi ei uideret,rem integrã ad ſenatũ reijceret,in ſupplicio Fuluiũ p̃ſeueraſſe. Pari ultione Atella & Calatia receptis,in utriuſq; ciuitatis ſenatores animaduerſum. ccc. inde Cãpani ex cætera ciuitate nobiles in uincula cõiecti ſunt. Alia multitudo uendita. De Capua & agro reliqua fuit conſultatio. Cenſebant q̃dã inuiſam urbẽ funditus delendã,uicit tamẽ p̃ſens utilitas,quia Cãpanus ager princeps ubertate in terra Italia eſſet, placuit urbẽ integrã ſeruare,ut aratoribus eſſet ſedes, inſtitoꝝ opificũq; multitudo retenta,ut urbs non omnino infrequens eſſet.

Conſtitutũ de Cãpanis.

Corp⁹ nullũ ciuitatis eſſe placuit,neq; ſenatũ,neq; plebis cõciliũ,neq; magiſtratum ullũ,ſic multitudinẽ nulli⁹ rei inter ſe ſociã ad cõſenſum inhabilem fore rati. Annuus magiſtratus q ius diceret ex urbe illis datus. Atq; ita res ſunt ad Capuã cõſtitutę,ſine maiore uictoris populi inuidia,q, in urbẽ nobiliſſimã non eſſet ruinis & incendio ſæuitũ. Capua recepta, C. Nero in Hiſpaniã cũ legione una & auxilijs ſociorũ eſt miſſus,ut cũ imp̃io exercitui p̃eſſet. Vbi Tara
B coně applicuit, cũ ijs copijs,quas ſecũ uexerat,ad Iberũ ꝓfect⁹,exercitũ à Martio & T. Fonteio accepit,ĩde ad hoſtẽ,q in Anſetanis erat,caſtra mouit. Erat tũ Haſtrubal Hamilcharis ad atros lapides,inter Iliturgim & Menteſam,occupatoq; à Romanis ſaltu,ubi ſe & ſuos in diſcrimẽ adductos uidit,cũ Nerone in colloquiũ uenit,ut ipſe cũ exercitu inde emiſſ⁹, ex tota Hiſpania punica deduceret p̃ſidia. Libens id Roman⁹ dux audiuit,cęterũ ille punica arte,alia aſſimulando, tãdiu rẽ diſtulit,q̃ad cætera multitudine ſenſim emiſſa ipſe cũ elephãtis & toto eq̃tatu Romanis ne aduertẽtibus quidẽ in pacatũ abijt.

C. Nero ab hoſte eluditur.

Interim Romę comitia indicta ſunt ad imperatorem in Hiſpaniã creandũ,q ꝓconſulis nomine exercitib⁹ p̃eſſet. Nemo erat q ſe petiturũ ꝓfiteretur, çredo ob ea,q̃ Scipionib⁹ infeliciter in ea terra euenerãt. P. Corneli⁹ Scipio illius filius, qui in Hiſpania p̃ijt,quatuor &. xx. annos natus ſuꝑiore loco cõſiſtens ſe petere eſt ꝓfeſſus. Tum oculis omniũ in unũ conuerſis,ingenti clamore ſublato, ciuitas illi fauſtũ & felix imperiũ ominata,incredibili ſuffragiorũ ſtudio,proconſulẽ creauit, auxit ipſe ſuorũ ciuiũ in ſe ſtudiũ p̃clara oratiõe,quã ad populũ habuit,ſtatim poſt imperiũ ſibi ſuffragio delatũ. De ſe & de bello ſibi demandato ita prudenter & ſupra ætatẽ diſſeruit, ut maioris ſpei ciuiũ animos impleuerit, q̃ aut humani promiſſi fides,aut præſentiũ rerum fiducia polliceri poſſe uideretur.

P. Scipio proconſul in Hiſpania creatur.

Fuit Scipio non tantum ueris uirtutibus mirabilis, ſed ab ætate etiam ineunte in earũ oſtentatione noua quadam arte compoſitus,iam inde ex quo uirilem togam ſumpſit,nullo die priuatam ullã aut publicam rem prius egit, q̃ in Capitolium aſcenderit,ibiq; in ſecreto ſedens multum temporis ſolus tereret. Addunt quidam antelucanis horis eum in locum uentitare ſolitum,ne canibus quidem qui ad cuſtodiam capitolij alebantur,illi allatrantibus. Quod uero ad Scipionis ætatem attinet,miror Liuium ſcripſiſſe,quatuor &. xx. annos natum eum in Hiſpaniam miſſum, ſed multo magis miror Plutarchum Liuium ſecutum id affirmare,quum ipſe autor ſit Scipionem ſeptendecim annorum fuiſſe,quum patre conſule,initio ſecundi belli punici, Ticinenſi prælio interfuit.

Quæ de Scipionis geneſi ſint prodita.

Quod ſi hic,quo Capua capta eſt,decimus fuit eiuſdẽ belli annus,triennio maiorem natu fuiſſe oportuit q̃ illi ſcribũt. Fama pręterea tenuit,q̃ huic uulgatę de hoĩe opinioĩ aſtipulat,eũ ĩmanis anguis cõcubitu à matre cõceptũ,q̃d in Alexãdro Philippi filio eueniſſe,Grecoꝝ quidã ꝓdiderũt,obſeruatãq; aliq̃n in materno cubiculo ſerpẽtis ſpeciẽ, q̃ hoim interuẽtu cõti/

nuo oculis euaneſceret. Sed quonam modo hęc cõtingere potuerũt, aliorũ erit æſtimatio. Mi- C
raculi huius fides, quod ſatis conſtat, non ſolum non eſt ab eo illuſa, ſed quũ uitę inſtituto, tũ
*Scipio in Hiſpaniã proficiſcitur.* rex ab eo geſtarum gloria uehementer aucta. Igitur cum decem milibus peditum & mille equi
bus trigintaq; nauium claſſe, in Hiſpaniam profectus, ad Emporia exercitũ expoſuit. Oppidũ
id geminum in Pyrenei fronte ueterum incolarum & Phocenſiũ, qui in ea loca uenerunt. Hic
nauibus iuſſit præcedere, ipſe pedeſtri itinere Taraconem profectus eſt, ubi plurium populo-
rum legatos audiuit, qui ad famam eius aduentus eò ex ſocijs gentibus confluxerant. Nec inte
rim proponendo, aut reſpõdẽdo uerbum ullum ferox ex eius ore excidit, q̃n eius ſermo ma-
ieſtatis erat plenus. Ad exercitum inde profectus, Martium Fonteium, & ueteres milites, q̃rum
uirtute prouincia retenta eſſet, pro concione laudauit. In hyberna dein conceſſit, quæ ad futu-
rum bellum attinebant ſedulo curaturus. In Italia Punica claſſis, q̃ Himilchonis ductu aliquã
diu Tarẽtinam arcẽ obſederat, quum oppidanis grauis eſſe cœpiſſet, maiore gratia q̃ uenerat,
inde dimiſſa eſt. Marcellus ex Sicilia Romam reuerſus, quum in Albano monte triumphaſſet,
*Marcellus in Albano triumphat.* neq; ẽm exercitum ex Sicilia deportauerat, ut ouans in urbẽ ingrederet᷑ permiſſum eſt. Omnis
Syracuſana p̃da ante illũ lata, Soſi Syracuſano, & Merico Hiſpano cũ aureis coronis ducẽ p̃ce
dentibus. Hic ẽm Acradinã & Naſum Marcello tradiderat. Ille in recuperãda urbe adiutor fu-
erat. Siculo q̃ngenta agri iugera, & ædes Syracuſis datę, Merico & Hiſpanis Murgãtiũ & ager
*Noui Siciliæ motus.* in Sicilia, ubi late adhuc Numidæ uagabãt᷑ & Carthaginiẽſiũ claſſis. Poſt Marcelli diſceſſum
Hibla & Magella urbes ad Pœnos defecere. Suſtinere tñ omnis hoſtiũ conatus, M. Cornelius
homo impiger, q cũ imperio in prouincia erat, q̃bus niſi itũ eſſet obuiam, breui tota inſula, no-
uo incendio exarſiſſet. Conſules interim partiti inter ſe p̃uincias, q̃a minus iã terroris erat in Ita
lia, Sulpitius Macedoniã adeptus Leuino ſucceſſit, Fuluius cui Italia obtigerat Romã ad ha-
*Torquati ſtudium.* benda comitia reuerſus, iuniorũ p̃rogatiua T. Manliũ Torquatũ conſulẽ renunciauit. Qui quũ
p̃ſens eſſet, & multitudo gratulabunda eũ circũſtetiſſet, excuſata oculorũ ualetudine centuriã,
q̃ tũ erant ſuffragiũ, reuocari iuſſit. Peſſimũ exemplũ ac p̃iculoſiſſimũ inductorũ ſe teſtat᷒, ſi a- D
lienis oculis rẽpublicã, tali tẽpore adminiſtrandã ſuſcipet, atq; ita hortat᷒ eſt, ut in aliũ magis i-
*Conſules.* doneũ id mun᷒ cõferret. Suffragio iterũ inito M. Marcellũ & Valeriũ Leuinũ cõſules ex ſeni
orũ ſententia, q̃s ſuper ea re in Ouili conſuluerant, rettulerunt. Vix hodie ut p̃clare Liuius ſcri-
bit, parentum autoritas tanta apud filios eſt, ut in tali re iuniorũ cœtus ſit ſenes publice conſul-
turus, quod tũ ſponte factum eſt in Romana ciuitate, tanta tunc erat uel ætatis reuerentia, uel
morum uerecundia. Hoc anno ludi Apollinares ſecundo celebrati ſunt. Calpurnius p̃tor eos
*Prodigia.* decreto patrũ in perpetuũ uouit. Sũt hoc quoq; anno aliq̃t prodigia nũciata. Victoria q̃ in ſum
mo Cõcordię faſtigio fuit, ictu fulminis diſcuſſa, ad uictorias, q̃ erant in ante ui deiecta eſt. Et
in foro Sudertano riui ſanguinis per integrũ diem fluxere. Ereti lapidibus pluit, & Reate mula
peperit. Quæ oĩa ſunt de more expiata. C. Claudius flamen Dialis, q̃a exta pperã dederat, Fla-
minio abijt. Ætoli p id tẽpus Leuini opera, cũ Romanis fœdus percuſſere, q p̃terq̃ ꝗ Macedo-
nũ opes ſemp aliãs habuerãt inſeſtas, Philippũ multo impẽſi᷒ formidabãt, ipſumq; ob Acar-
nanes à ſe alienatos pluſq̃ hoſtẽ oderãt. Pacti igit᷑ ſunt ut Acarnaniã receptã ipſi haberẽt. Ro-
*Aetoli cum Romanis fœdus ſanciunt.* maniq; cũ Philippo nõ ſoluerẽt bellũ, niſi prius ut ſocijs eſſet cautũ, ut ab Ætolia Corcyrã uſq;
ſolũ, urbes & agri, Aetolis cederent, locorũ p̃da Romani potirentur, ut Aetolis liceret Attalum
regem, Eleos & alios quoſdam populos, regeſq; ſocios aſcribere. Fœdere in hunc modum icto,
Leuinus Zazynthum inſulam Oleniada & Naxum ex Acarnanibus à ſe captam Aetolis tri-
*Philippi motus.* buit. Philippoq; per hæc in propinquum bellum coniecto, Leuin᷒ Corcyram ſe recepit. Ma-
cedo audita Ætolorum defectione, in Græciam moturus, ut Illyrios finitimaſq; gẽtes, alterno
metu, quietiores haberet, Oricinos & Apolloniatas adortus, cum terrore & trepidatione intra
muros eos compulit. Inde uaſtatis Illyriorum finibus in Pelagoniam belli impetum uertit. Ex
Dardanis inde urbem occupat, ad eius gentis motus inhibendos opportunam. Poſtremo Ae-
tolici belli cupidus, in Theſſaliam deſcendit, relicto Perſeo filio ad eius terræ fauces obtinen
das, cum quatuor milibus armatorum, ut aditu Ætolos arceret, ac prius quàm maioribus oc-
cuparetur curis, in Thraces & Mœdos duxit exercitum. Solita erat gens Macedoniam incur
ſare, quum ſine regio præſidio eſſet. Pharniam caput Mœdicæ gentis, agro prius populato op-
pugnat

A pugnat. Scopas interim Ætolorum prætor, cum numeroſa ſuorum popularium manu, bellũ Acarnanibus infert. Acarnanes delectu à xxv. anno ad ſexageſimum habito coniurãt, non niſi uictores ex eo bello reuerſuros, qui uictus acie exceſſiſſet, eum nemo, urbe, tecto, mẽſa, lare, amplius iuuaret. Vxoribus & liberis in proximam Epiri oram ablegatis Epirotas publice ꝑcantur, ut quicunq; ſuorum in prælio occubuiſſent, in unum coacetuatos humarent, ac tumulo inſcriberent. Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui aduerſus uim & iniuriam Ætolorum, ꝓ patria pugnantes, mortem oppetiuerunt. Atq; ita animis ad bellum deuotis ad Philippum mittunt, q̃ nunciarent quo in diſcrimine res Acarnanum ſitę eſſent. Ipſi interea ſuis finibus aduerſ⁹ Ætolos caſtra faciunt. Philippus ſociorum nuncijs percitus, Pharnia ui capta, in Ætolos omnem uim bellicam conuertit. Illi appropinquantis regis fama, Acarnanumq; cõiuratione permoti, nulla re memorabili geſta, retro abierunt. Philippus, audito hoſtiu ex Acarnania receſſu, Pellam conceſſit. Leuinus ueris principio, Corcyra profectus Naupactum uenit, unde in Anticyram inſulam Helleboro nobilem tranſiit. Huc edicto ſocios uocauit. Sita eſt Anticyra in locride lęua parte ſinum Corinthiacum intrantibus. Eam paucis diebus oppugnatam Leuin⁹ per deditionem recepit, receptam Ætolis tradidit habendam. Nec ita multo poſt Leuinus literis & nuncijs cognouit ſe conſulem cũ Marcello declaratum, Publiumq; Sulpitium ſucceſſorem ſibi datum. Sed Leuinus morbo implicitus, omnium ſpe ſerius, Romam uenit. Marcellus quũ conſulatum Idibus Martijs inuiſſet, profeſſus eſt nihil ſe, abſente collega, de prouincijs acturum, egitq; cum patribus ut Siculi, qui in uillis ſuorum obtrectatorum eſſent, quiq; ipſius metu nõ auderent urbem ingredi, quoniam ſua facta criminatum ueniſſe dicerentur, primo quoq; tempore audirentur, q̃ ſi ſimulato metu uenire nollent, de nulla re prius ſe paſſurum poſt collegę aduentum referri pronunciauit, quàm illorum querelę quales eſſent ſenatus cognouiſſet. Moderati animi laudem eo die Marcellus adeptus eſt, uidebaturq; rerum omnium iuſtitium futurum, donec alter conſul affuiſſet, quum incendium noctu circa forum pluribus locis

B ortum, ſeptem tabernas conſumpſit, quę quinq; poſtea dictæ ſunt: & argentarias ignis carpſit, quæ poſtea & ipſę deinceps nouę ſunt nuncupatę. Comprehenſa inde & alia ædificia, priuata tamen nam tunc nullę erant Baſilicę. Ædes Veſtę uix defenſa tredecim ſeruorum opera, qui ob id meritum publice redempti ſunt, donatiq; libertate. Data eſt etiam libertas, cum uiginti milibus æris, ei cuius indicio conflati incendij autores ſunt ad conſulem delati. Erant hi Campani nobiles, quorum parentes fuerant à Fabio interfecti, ijdem ſceleris à ſeruo conuicti (fuit Manno illi nomen) capitali ſunt ſupplicio affecti. Sub id fermè tempus Leuinus Romam uenit, & cum eo Campani pleriq; atq; Siculi ſunt urbem ingreſſi. Hi Marcellum, illi Flaccum criminaturi, qui ut Romam ire liceret ad ſuas calamitates deplorandas, multis precibus à Leuino conſule Capuam prætereunte impetrauerant. Vbi igitur ille de rebus à ſe aduerſus Philippum geſtis retulit, communis de prouincijs relatio ſecuta eſt. Senatus decreuit, ut conſulares prouincię eo anno Italia & Sicilia eſſent, quas ſortiti inter ſe, Sicilia cum claſſe Marcello euenit. Italia aduerſus Hannibalem Leuino. Quę ſors ita Siculos exanimauit, ut eorum comploratio flebileſq; uoces, omnium in ſe oculos uerterint, affirmantium ſe non modo quoſq; ſuam patriam, ſed totam Siciliam relicturos: ſi eò Marcellus iterum cum imperio rediret, nullo ſuo merito eum antea implacabilem habuiſſe, iam multo acerbius in miſeros inſulanos ſæuiturum, quos ſciret de ſe queſtum Romam legatos miſiſſe, ſatius ipſi inſulæ futurum, ſi Ætnæ incendio & ruina obrueretur, aut proxima Charybdis totam inſulam, uno hauſtu abſorberet, q̃ tali uiro noxę dari. His Siculorum querelis permoti patres, cum conſulibus egerunt, ut inter ſe prouincias permutarent. quod facere non modo Marcellus non recuſauit, ſed ultro etiam eam cõditionem collegę detulit, ut liberius Syracuſani quę uellent de ſe dicerent. Tum illi in curiam introducti, multa de Hieronis regis in po. Rom. fide & ſtudio pręfati, defectionis culpa à ſe in Hieronymi ſtultitiam, Epicidiſq; & Hippocratis fraudem, & in pauciſſimos ſuorum ciuium qui cum illis coniurauerant, reiecta: cætera malorum omnium Marcellum caput & originem fuiſſe, qui Leontinis crudeliter direptis, quum à principibus Syracuſanorum ſepiſſime adit⁹ eſſet urbẽ ultrò tradere uolentibus, obſidere maluiſſet ac diripere, q̃ à ciuib⁹ reſtitutã ſeruare. Finxiſſe ſibi ueri⁹ q̃ habuiſſe Marcellũ Syracuſanos hoſtes, ut urbẽ nobiliſſimã, ꝑ Soſim fabrũ

ærarium

Acarnanũ coniuratio.

Antycyra.

Incendium urbis.

Criminãtur Siculi Marcellum.

ærarium, & Mericum Hiſpanum hoſtiliter diriperet,oſtendiſſe id uictoriam, quam in miſerã
urbem crudeliter exercuiſſet,prȩter mœnia & tecta,nihil ab eo ſibi relctũ, fracta ac ſpoliata de- C
um delubra,dijs ipſis eorumq; ornamentis inde ſublatis,bona etiam adempta,ita ut ne in nu-
Marcelli recriminatio cũ purgatione.
do quidem ſolo ſeſe poſſint,& ſuos alere amplius. Orare proinde patres,ut ſi alia reddi neque-
ant,ea ſaltem,quæ adhuc extarent,cognoſciq; poſſent,miſeris ciuibus reſtitui iuberent. Hæc il-
li frequenti ſenatu queſti,quum curia excedere iuſſi eſſent, ut ſuper ea re de more conſuli poſ-
ſet. Quin maneãt potius,inquit Marcellus,ut coram illis reſpondeam, quoniam ueſtri impera-
tores ea conditione pro uobis bella gerunt patres conſcripti,ut quos foris uicerint armis, domi
habeãt accuſatores. Sic Marcellum Syracuſani,ſic Campani Fuluium reos deferunt. Nec ego
ſum ita publicȩ maieſtatis oblitus, ut ſi de meo crimine ambigeretur, conſul cauſam dicturus
eſſem,uerum quia non quid ego fecerim, ſed quid illi pati debuerint in diſquiſitionẽ uenit, nã
hoſtes ex confeſſo fuerunt,parum refert utrum nunc,an Hierone uiuo Syracuſas uiolauerim:
nunc uero ſi hoſtibus intra mœnia acceptis,nobis portas clauſerunt, ſi legatos noſtros ferro pe-
tierunt,ſi hoſtem tutati toties nobiſcum armis dimicarũt,quis negare audeat iure hȩc,quȩ que-
runtur, eos eſſe paſſos, ac dignos fuiſſe qui multo atrociora pati debuiſſent? uel dicite uos Sy-
racuſani,nam credibile eſt uos huc ex principibus ciuitatis eſſe miſſos, qui fuerunt hi principes
ciuitatis,qui recuſanti mihi urbem tradere uoluerũt? An ueſtrum quiſq̄ hoc nomine ad me ue-
nit unq̄,aut miſit? Cæterum tantum abeſt,ut id feceritis,ut qui hanc operam Po. Ro. preſtite-
runt deteſtemini,odioq; habeatis. Quid ego non feci, ut uos in amicitia continerem? ut aliena
tos retraherem? legatos in urbem miſi,ferro eieciſtis: Ad urbem pacatus ueni,portis excluſiſtis:
Ciues ad colloquium uocaui,per hoſtes reſpondiſtis. Quid igitur ſuperat,niſi ut qui talia age-
rent pro hoſtibus haberem? Oppugnaui terra & aquis Syracuſas,multiſq; laboribus exhau-
ſtis oppugnatas cepi: ſi quid igitur paſſi eſtis, iuſtius apud Hannibalem eam cladem queremi-
ni qui uos male defendit,q̄ apud Romanos,à quibus iure oppugnati eſtis. Quod ad urbis di-
reptionem attinet,patres conſcripti, ſi ego negaturus fuiſſem Syracuſas à me ſpoliatas, nut q̄ D
ſpolijs eius Romanȩ urbis templa exornaſſem. Quȩ ſingulis uictor dedi aut ademi,quum bel-
li iure, tum ex cuiuſq; merito me feciſſe ſatis ſcio, ea ne rata habituri ſitis nõ magis mea quàm
reipublicȩ intereſt. Fides mea omnibus exoluta eſt. Ad rempu. pertinet,an quæ egimus ueſtro
decreto reſciſſis,cæteri duces ad publica negocia ſegniores fiant. Quum hȩc Marcellus dixiſſet,
ut liberior omnibus eſſet copia ſententiam ſuper ea re dicendi,in capitolium aſcẽdit,delectum
Senatuſconſultum de Syracuſanis.
habiturus: Variatum inde ſententijs eſt inter patres. Poſtremo Marcelli cauſa decretum,ut ra-
ta haberentur omnia quæ feciſſet,mandatumq; eſt Leuino conſuli,ut quantum reipublicȩ cõ-
modo fieri poſſet,Syracuſanorum rebus conſuleret. Syracuſani poſt aliquot dies benigne in
curia appellati ad pedes Marcelli procubuerunt ueniam implorantes,q̄ ſuam calamitatẽ que-
ſtum ueniſſent,oranteſq; ut ſe & Syracuſas urbem in perpetuam clientelam acciperet, atq; ita
Se.con.de Campanis. Appia. Cluuia.
clementer accepti. De Campanis altera conſultatio fuit. De his,permiſſu populi,ita patres de-
creuerunt,ut Appiȩ Beſtiȩ,& Faculæ Cluuiæ omnia ſua bona reſtituerentur: quia ſolȩ omniũ
M. Attilij Reguli teſtimonio,qui quum Capua recepta eſt interfuit, de Romano nomine be-
nemeritȩ erant,q̄ Cluuia captiuis Romanis furtim alimenta ſuggeſſiſſet, Appia ſolita eſſet q̊-
tidie p̄ uictoria populi Ro. ſacrificare. Additũ ut ſiquid aliud uellent publice id pȩterent. Inde
alia in alios ſeueri⁹ decreta,ut ſenatorũ omniũ,& eorũ q magiſtratũ Capuæ Atellȩ Calatiȩ geſ-
ſiſſent,bona cũ ipſis liberis & tota familia uȩnirent,cȩteris libertas reſtituta eſt: atq; ita Cãpani
aliquanto triſtiores q̄ uenerãt dimiſſi. Inde quũ plebs aſſiduis tributis,cȩteriſq; incõmodis ex-
hauſta,publica onera amplius ferre non poſſet,patres decretũ tulerunt,ut q in curuli ſella ſediſ-
ſent,equi ornamenta,& facti argenti pondo ſalinum & patellam,ſacrorũ cauſa,haberent: reliq
eius ordinis librã argenti,& quina milia ſignati ȩris. Cȩtera oĩa q̄bus ipſi,uxores,liberi,uterent̃,
Ornamẽta ciuium in uſum belli conferuntur.
mundũ, Annulos, Bullas, in publicũ cõferrẽt. Hȩcq; tãto ſtudio ad triũuiros mẽſarios rep̄ſen-
tata,ut neq; triũuiri accipiendo,neq; ſcribȩ referẽdo ſufficerẽt. Id patrũ ſtudium equeſter ordo
ſecut⁹; ac poſtremo plebs ipſa,ita ut ſine edicto reſp. ſtipẽdio in p̄ſentia abundaret, nec ullum
tẽpus fuit quo res Romanorũ & Carthaginienſiũ magis inter ſpem & metũ ſuſpenſȩ fuerint,
quũ ad eã diẽ res Romana multis cladib⁹ afflicta inferior fuiſſet,atq; tũ demũ,p̄ uarios ſucceſ-
ſus

A ſus,in eum locũ redierat,ut nihilo eſſet punica inferior. Quæ deinceps ſecuta ſunt multo Romanis proſperiora fuerunt q̃ Pœnis: hoſtib⁹ Sicilia primo eiectis,mox tota Hiſpania,Haſtrubale in Italia cęſo,& bello in Aphricam tranſlato, Hannibale poſtremo acie uicto,Carthago iterum tributaria facta eſt. Fuitq́ꝫ hic annus,quo Capua & Syracuſæ receptę ſunt,decimus ab eo quo Hannbial in Italiam uenit,ut Eutropius ſcribit idq́ꝫ uerius eſt, q̃ quod Euſebius colligit,Capuam ſeptimo punici belli anno receptam.

**Annorum ſuppatatio**

In eo quoqꝫ parum ambobus conuenit,ꝙ, ut uult Eutropius,eodem anno,quo Capua capta eſt,Valerius Leuinus cum Ætolis & Attalo rege,quod & Liuius ſignificare uidetur,fœdus publico nomine percuſſit,quod quadriennio poſt factum Euſebius arbitratur. Marcellus conſul poſtq̃ in prouinciam uenit,per Daſium & Blactium Salapiam recepit. Res primo per Blactium mota,qui cum nĩl per ſe actum iri cerneret,niſi Daſium ſibi ſocium adiungeret,occulte hominem de proditione compellat. Erat Daſius Hannibalis amicus,& Blactij in repu. adminiſtranda æmulus,atqꝫ ob eam rem Blactij cõſilium ad Pœnum detulit. Ita igitur accidit, ut quum accuſatot & reus, ſubmota multitudine, ad Hannibalis tribunal ſtarent,atqꝫ interim ipſe Pœnus aliud quiddam ageret,de Blactio paulopoſt cogniturus reus collatis capitibus iterum Daſium proditionis appellat.

**Daſij Salapini facinus**

Fremebat Daſi altaq́ꝫ uoce teſtari in Hannibalis conſpectu ſecum de proditione agi, ſed quo res audacior erat,eo minus uero ſimilis uiſa,æmulationem ac mutuum odium in cauſa eſſe ratus. Hannibal haud credere potuit Blactium rem tantam fuiſſe Daſio commiſſurum, præſertim quũ uterqꝫ alterum mutuo odiſſet. Pro uana igitur res diſcuſſa eſt,&Blactius inſtando,eò Daſium perpulit,ut noctu Romanum pręſidium in urbem induxerint. Erat ibi lectiſſima Numidarum ala, quæ fortiter dimicando,non ſine Romanorum clade concidit. Ferunt ea clade tanto deteriorẽ factam rem punicam,ut equeſtri prælio nunq̃ amplius ſuperior fuit. Sub id temp⁹ quo Salapia eſt recepta,P. Domitius. xxx. nauium claſſe ſubuehebat commeatum M. Liuio Tarentinæ arcis pręfecto.

**Salapia à Marcello recipitur.**

Is forte Rhegio oppido profectus, ad Sacriportum quindecim fermè milia B paſſuum à Tarento Democratem Tarentinum cum pari numero nauium obuium habuit. Confeſtim acris eſt pugna inita,tantaq́ꝫ utrimqꝫ ferocia concurſum, ut manibus inter ſe conſertis, nullum irritumqꝫ telum hinc aut inde caderet. Poſtremo Domitio cadente, quem medio pugnæ ardore ſuos hortantem Nico Tarentinus,cognomento Percon,medium telo tranſfixerat, Romana claſſis fœde diſiecta eſt, quædam naues in alto depreſſæ, aliæ littoribus impactæ,colliſę ſunt,ac ſi qui in terram euaſerant Turinis & Metapontinis prædæ fuerunt. Frumentariæ, quæ cum frumento ſequebantur,paucis ab hoſte interceptis,diuerſę in altum abierunt,

**Romana claſſis ad Sacriportũ uincitur.**

nec diuturnum fuit id gaudium Tarentinis,qui paucis diebus quibus in mari proſpere dimicarant,quatuor fere milia hominum,quæ frumentatum exierant,ſubita eorum,qui in arce erant eruptione amiſerunt. Leuinus conſul,ubi in Siciliam uenit,Syracuſanorum rebus compoſitis, Agrigentum, quam ſedem belli hoſtes fecerant, copias admouit. Erat ibi Hanno imperator, Epicides & Mutines qui fuerat Numidarum præfectus. Is ob præfecturam ab Hannone à ſe in filium tranſlatam,à re punica alienatus,porta una cum ſuis popularibus occupata, Romanum conſulem,cum exercitu in urbem induxit. Hanno ubi hoſtem intra mœnia receptum uidit cum Epicide & paucis comitibus,diuerſa parte elapſus,ad mare contendit,ibiq́ꝫ forte nauigiũ adeptus in Aphricã nauigauit, Sicilia,de qua plures annos fuerat diſceptatũ,Romanis relicta. Leuin⁹ Agrigentinos principes defectionis ſecuri percuſſit,inde uiginti circiter oppida ultro dedita recepit,ſex ab eodẽ ui capta,mox &. XL. alia in fidẽ uenere, q̊ꝝ principib⁹ cõſul, pro cuiuſqꝫ merito,aut p̃mia,aut pœnas exoluit.

**Leuinus Pœnos Sicilia expulit.**

Nouiſſime Siculos arma ponere coactos ad agrorũ cultũ reuocauit,quatuor milibus hoim,ut inſulę ſtat⁹ aliquãto pacatior eſſet,ex Sicilia in Italiã trãſlatis. Erant hi ex multa hominũ colluuione exules,obęrati,capitalia pleriqꝫ auſi,q Agatirnę uitã latrocinio agere cõſueuerãt. Hos Leuin⁹ Rhegij collocauit,ad Brutiorũ res ex proximo infeſtãdas. Et Sicilia ĩ hũc modũ pacata eſt.

**Legio infamis.**

In Hiſpania principio ęſtatis Scipio cũ claſſe & exercitu ad Iberi oſtium progreſſus,militeſq́ꝫ pro concióe affatus,docuit iã tẽpus eſſe,quo Sardinia & Sicilia receptis,rebuſq́ꝫ in Italia ꝓſpere cedẽtibus,Pœni ex Hiſpania q̊qꝫ eijcerẽt,ad q̊d ipm ea uirtute op⁹ eſſet, qua Romanũ nomẽ,tot bellis oli, ac tũ nouiſſime, poſt imẽſas Italię clades integrũ & imobile ſtetiſſet. Inde ꝙ ſibi & ſuis bene uerteret Carthaginẽ nouã oppugnatum

tũ ſe ire dixit. Irent igitur, atqꝫ ea capta, pręterꝗ ꝙ pręda ingẽs diuitem factura eſſet exercitum, breui futurũ ſperarent, ut omnis Hiſpania Romanis armis ſubigeret. Ingens militũ conſenſ⁹ c & fauor ſecutus eſt. Carthaginemqꝫ ſine mora eſt itum. Erat ibi Hanno Hannibalis frater, qui ſub ipſum hoſtiũ acceſſum, intra extraqꝫ urbẽ, opportunis locis ꝑſidia locauerat. Perleui negocio Scipio hoſtẽ, extrarijs ſtationibus pulſum, in urbẽ compulit, inde muros ſubiẽs, haud uno loco iubet ſcalas admoueri. Aderat ipſe cuiuſqꝫ uirtutis laudator caſtigatorqꝫ ignauiæ, fuitqꝫ

Scipio Carthaginẽ nouam oppugnat.

primus impetus Romanis irritus, fractiſqꝫ & diſiectis ſcalis, non pauci uulnerati afflictiqꝫ ruina ſunt. Tum Scipio, quum paululum quieuiſſet, hoſtem iterũ adort⁹, auerſa parte urbis, qua ſtagno alluitur, occulte miſit, qui inde quoqꝫ ſcalas admouerẽt. Compertum habebat Scipio, decreſcente pelago, ibi ſolũ enudari, ut & piſcatorię cymbę uadis deſtituerẽtur. Quum itaqꝫ inſtauratum certamen hoſtiũ oculos & aures in eam partẽ auertiſſet, qua dux ipſe hortator aderat, recurrente in altũ æſtu, & aquilonis flatu fluctum in pelagus propellente, qui ad id negocium miſſi ſunt per ſtagnum mœnibus inſinuati, ſine certamine muros tranſcendũt, inde celeri curſu in eam partem urbis delati, qua acerrimum contractum erat prælium, pene prius portæ refringi cœptę ſunt ꝗ Pœni ſe hoſtem à tergo habere ſenſerint. Tum uero metu ꝑculſi, paſſim muro deſiliẽtes alij alio cũ clamore & trepidatione diffugiũt. Romanus urbẽ ingreſſus, ad arcẽ & tumulum qui ab hoſte tenebatur oppugnandum, copias mittit, utrobiqꝫ Pœni facile ceſſerunt. Hanno qui in arcẽ confugerat, ubi omnia hoſtiũ plena uidit, nec ſpes eius retinendę reliqua ulla fuit, ſe & ſuos Scipioni tradidit. Cędes late eſt in puberes euagata priuſꝗ arx recepta

Præda Carthaginiẽſis.

eſſet, mox in ꝑdã diſcurſum quæ ſane ingens fuit. Octo milia hominum capta, decem naues, Catapultę, Scorpiones & alia bellica inſtrumenta. Paterę aureę. CCLXXVII. Argẽti facti ſignatiqꝫ duodeuiginti milia, & trecenta pondo. Tritici hordeiqꝫ uis ingens reperta. Naues onerarię

Munera militum.

octoginta in portu expugnatę. Scipio poſtridie ꝗ urbs capta eſt, laudatis pro concione militibus, Q. Tiberium centurionẽ, & Sextũ Digitiũ ſocium naualẽ murali corona donauit, ad tollẽdam diſcordiam, nã magno militum certamine uterqꝫ id præmiũ petebat. Donat⁹ eſt & C. Lę D lius aurea corona, & triginta bobus. Hiſpanorũ obſides Scipio ſuis Carthaginẽ accerſitis gratis reſtituit, & in primis matronalis pudoris cura habita. Adducta eſt ad ipſum ducem puella eleganti forma, quæ ſua pulchritudine quacunqꝫ iret uertebat omnium in ſe oculos. Erat hęc deſponſa Luceio adoleſcenti Celtiberorum longe principi. Hunc igitur cum parentibus Carthaginem ſub fide accitum ita Scipio pro tribunali eſt allocutus.

Scipionis continentia

Ego, inquit, quum nuper tua ſpõſa à militibus ad me deducta eſſet, ubi eam tibi cordi eſſe quũ aliorum prædicatione, tũ ex ipſa formę elegantia cognoui, dedi operam, ut eadem qua & apud parentes uerecundia cuſtodiret, ut inuiolatum dignumqꝫ me & te donum tibi dari poſſet, hãcqꝫ mercedẽ unam pro eo munere paciſcor, ut populo Ro. amicus deinceps ſis, & ſi me uirum bonũ credis qualem patrem patruumqꝫ meũ hæ gentes norunt, ſcias multos noſtri ſimiles in Romana ciuitate uiros eſſe, nec po.ullnm in terris hodie inueniri, quem minus tibi & tuis hoſtem uelis, aut amicum malis. Adoleſcens inſperato gaudio perculſus, ac ſimul pudore confuſus, deos tantum precatus eſt, ut illi parem pro ſe gratiam referrent, quoniam ſibi haud tantum facultatis eſſet, ut pro ſuo in illum illiuſqꝫ erga ſe animo, meritam ipſi duci gratiam referre poſſet. Inde quum parentes uirginis aurum, quod puellam redimendam attulerant, ante Scipionis conſpectum ſtatuiſſent, rogantes ut loco muneris id non præmij acciperet, id acceptum Scipio eidem ſponſo ſupra dotem, quam à parentibus accepturus eſſet, ſuo nomine habendum dedit. Quibus ille donis honoribuſqꝫ lætus, ubi domum eſt reuerſus, Scipionem laudibus cœlo inter ſuos populares extollere, ueniſſe affirmans iuuenem dijs ſimillimum uincentem omnia, quum armis, tum beneficentia.

Celtiberi iuuenis gratitudo.

Nec multo deinceps poſtea delectu ex amicis & clientibus habito cum mille & quadringentis equitibus ad Scipionem uenit. Ipſe Hannone cum quindecim ferè ſenatoribus captis Romam miſſis, Carthagineqꝫ ualido præſidio firmata, Taraconem redijt, quo omnibus nouis ueteribuſqꝫ ſocijs conuentum indixit. Eratqꝫ hic rerum ſtatus in Hiſpania, quum Marcellus poſt Salapiam receptam, Maroneam & Melem de Samnitibus ui cepit, in quib⁹ tria milia militum Hannibalis oppreſſit, qui ad locorum præſidium fuerant à Pœno relicti, tritici & hordei inſignis utrobiqꝫ copia reperta. Sed nõ tantũ lętitię præſens uictoria attulit, quãtũ triſti

A tiæ & mœroris clades per eos dies ad Herdoneam accepta. Cn. Fuluius proconſul ſpe eius oppidi recipiendi, haud procul inde habebat caſtra, in quibus, uelut in pacato eſſent, quũ omnia ſolute & negligẽter fierent, idq; Hannibal per exploratores cognouiſſet, citato agmine, ex Brutijs ad hoſtem uenit. Fuluius copijs ſtatim eductis pari temeritate, qua & Cn. Fuluius, qui eiſdem in locis biennio ante uictus fuerat, cum hoſte conflixit: pugnatũ eſt aliquandiu ferociter, inde hoſtes à tergo circũuecti, cum alij Ro. caſtra, alij aciem à tergo inuaſiſſent, primo ſexta legio turbata eſt à Numidis, quæ extremo loco ſteterat, ut cæteris ſubſidio eſſet. Mox quinta fuſa eſt. Poſtremo Pœnis ubiq; uincentibus, acies in medio cæditur. Ad quatuordecim milia hominũ cæſa, ut quidã autores ſcribunt. Alij ſeptem milia tradidere. Atq; ita accidit, ut eodem in loco, duo Fuluij, modico temporis interuallo, ingenti Romanorũ clade uicti ſint, quæ omnia inter ſe tam ſimilia ſunt, ut parum abſit, quin nominũ & loci ſimilitudinẽ autores in errorem traxiſſe credam, ut quæ una fuerit duplicem fuiſſe pugnã arbitrati ſint, quia in annalibus rem uarie relatam inuenerint. Sed ſic certe eſt, ſolet fortuna in eundem pene caſum ſæpius deferri, aut quia ingens rerum multitudo facilem, ut quidam uolunt, habet ad ſimilitudines fingẽdas materiam, uel ꝙ ex quibuſdam terminatis numeris ſeries ſit rerum cõnexa, ob idq; neceſſariũ ſit ex illarũ diſcurſu nonnunq; eadem euenire, quorũ neutrum in hoc caſu probabile uidetur. Satis conſtat duos Acteones Sytum unum, alterũ Arcadem diſcerptos, hunc à canibus, illum ab amatoribus. A duobus Scipionibus Carthaginẽ uictam, ab uno tributariã factã, ab altero euerſam. Ter Troiam equo captam. Duarũ ciuitatũ quæ ab odoratiſſimis plantis nomina habuerũt Chij & Smyrnæ, in altera Homerũ naſci contigiſſe, in altera humanis deceſſiſſe. Clariſſimi quidam imperatores altero oculo caruerunt, Philippus Amyntæ filius, Antigonus, & Hannibal, qui duos Fuluios eiſdem locis eodem pene euentu caſtris & exercitu ſpoliauit. Pœnus uictor, quia comperit Herdoneã fuiſſe ad Romanos defecturã, incenſa urbe omnẽ multitudinẽ Metapontũ & Turium traduxit, occiditq; principes, qui cũ Fuluio colloquiũ habuiſſe dicebãtur. Marcellus ex Samnio profectus, ut breuem faceret eam hoſtibus lætitiã, ad Muni-

*Recens ad Herdoneã clades.*

*Similitudo caſuum.*

B ſtronem Lucaniæ oppidum, in hoſtium conſpectu caſtra poſuit. Ptolemæus & Plinius Numiſtrum & Numiſtranos in Brutijs ſtatuere. Poſtridie conſul copias in aciem eduxit, nec Hannibal pugnam detrectauit. Certatumq; eſt ab hora tertia diei ad noctem, nox, incerta adhuc uictoria, diremit pugnam. Postero die Marcellus in aciem reuerſus, ubi hoſtem uidit ſe tenere in caſtris, ſpolia per ocium legit ſuoſq; cremauit. Hannibal ſequenti nocte ſilentio mouit caſtra, quem Marcellus eueſtigio ſecutus ad Venuſiam eſt adeptus. Hic aliquot tumultuaria prælia ſunt per occaſionẽ commiſſa, atq; ea fere Romanis ſecunda, inde per Apuliam ſine aliqua memorabili dimicatione exercitus ducti. Syphacis regis legati hoc anno Romam uenere amicitiam cum Scipionibus ante initam renouaturi, qui non ſolũ benigne ſunt accepti, ſed ex urbe legati miſſi ad regem, qui illi togam & tunicã purpureã tulere, ſellam eburneã, & paterã quinq; pondo auri. Miſſi & Alexandriã ad Ptolemæũ, qui cum ipſo rege amicitiã renouarẽt. Eadem fere quæ & Syphaci ſunt munera illi miſſa. Cleopatre reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo. Apud Trogum Eurydicen pro Cleopatra ſcriptam reperio. Ioſephus in Cleopatræ nomine Liuio aſtipulatur. Tuſculi eodem anno agnus natus cum lactenti ubere. Iouis ædes fulmine icta, atq; toto tecto pene enudata. Anagniæ, terra ante portã de cœlo icta, ſine alimento, die ac nocte arſit. Taracinæ angues eximiæ magnitudinis laſciuientiũ piſcium more in mari apparuiſſe dicebãtur. Tarquinijs porcus cum humano ore natus, & ad lucum Feroniæ quatuor ſigna diem ac noctem ſudarũt ſanguine. Sub id tempus Leuinus conſul ex Sicilia Romam ad habenda comitia eſt reuocatus, qui priuſq; diſcederet, M. Valeriũ Meſſalã in Aphricã cum L. nauibus prædatũ miſit. Is Vticenſem agrum populatus, magnoq; mortaliũ numero in prædã abducto, ex captiuis cognouit Carthagini quinq; milia Numidarũ eſſe cum Maſiniſſa Galæ filio, ac magno ſtudio alios conquiri, ut his aucto Haſtrubalis exercitu, dux ipſe in Italiam primo quoq; tempore trãſiret, ſeq; fratri ſuo Hannibali, cum q; maximis poſſet copijs iungeret, claſſem adhæc ualidiſſimã paratã bello eſſe, qua Siciliam repeterẽt, credere eam aut iam profectam, aut certe non multo poſt ꝓfecturã. Hæc ex captiuis cõperta, ubi Valerij literis ſunt Romæ cognita, conſul cõfeſtim in inſulam eſt reuerſus, ne dictatore quidem qui comitia haberet

*Pugna anceps.*

*Syphacis legati.*

*Amicitia Ro. cum regibus.*

*Prodigia.*

dicto. Marcellus igitur, quia ab Hānibalis ueſtigio abſcedere non potuit, patrum literis iuſſus C
Dictator ſe cōſu. dixit. eſt id facere. Fuluiū, qui Capuæ erat, dictatorē dixit. Is Romam reuerſus, nouo quidem exem-
plo, ſe conſulē retulit. Q. Fabius Maximus illi eſt collega datus. Ipſi inter ſe prouincias ſortiti, Fabio Tarentina regio euenit, Lucani & Brutij Fuluio. Per id tempus C. Valerius Flaccus fla-
men à P. Licinio pontifice captus, quū ſuis omnibus eſſet inuiſus ob negligentē & luxurioſam adoleſcentiā, poſtea uero ꝙ inauguratus eſt curæꝗ ſacrorū admotus iam repēte priores exuit mores, ut nemo in tota iuuentute prior haberet̃, nec primoribus patrum totiꝗ ciuitati magis
Morū mutatio. probatus Adeo nōnunꝗ cum perſona mutant̃ & mores. Ex triginta Po. Ro. colonijs, quæ in terra Italia erant, duodecim, eo anno legatis ad id Romam miſſis negarūt ſe decem annorū tri-
Coloniæ Romanæ in Italia. butis & delectibus exhauſtos, milites ex formula dare uelle amplius. Coloniæ quarū legati ad id uenerāt fuere, Ardea, Nepete, Sutrium, Minturnæ, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Ca-
les, Narnia, & Interamna. Qui in officio manſere fuerūt, Signini, Norbani, Satriculani, Brun-
duſini, Fregellani, Nucerini, Venuſini, Adriani, Firmani, & Ariminenſes. Et inferi maris ora, Pontiani, Peſtani, Conſani, & mediterranei, Beneuētani, Eſernini, Spoletani, Placētini & Cre-
monēſes. Coloniarū in officio permanentiū in curiam producti à conſulibus, inde ad populū pro concione ut fideles Coloni laudati, ac gratiæ utrobiꝗ illis, publico nomine, actæ. Cæteraꝝ Coloniaꝝ militiam detrectantiū, neꝗ dimiſſi, neꝗ retenti ſunt, neꝗ à conſulibus appellati. Ea
Aurū uiceſimarium. tum caſtigatio tempori accōmodata eſt. Aurum præterea uiceſimariū quod ærario ad hos rei-
publicæ caſus ſeruabatur, publico eſt decreto in præſentē uſum belli depromptū. Ad quatuor milia pondo auri inde ſumpta. Conſules in prouinciam abituri, ob prodigia quæ per eos dies
Prodigia. nunciata erant, retenti ſunt. Albana aqua cruenta fluxiſſe dicebatur. Et in æde fortis fortunæ ſignū quod in corona erat in manus ſtatuæ ſua ſponte eſt delapſum. Et Priuerni ſatis conſta-
bat bouem locutū. Sinueſſæ natum puerum ambiguo inter marem & fœminā ſexu. Hos Ro
mani Androgynos græca uoce dixerūt. Pluerat & lacte, natuſꝗ eſt infans elephantino capite. Quibus rite ꝓcuratis, Fuluius comitia habuit, cenſoreſꝗ creati ſunt, M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tuditanus, quorū neuter adhuc conſul fuerat. Hi in recenſendo ſenatu Ce- D
cilij Metelli nomen præteriere, ꝙ poſt Cannenſem pugnam de Italia deſerenda cum alijs qui-
buſdam agitaſſet. Fabius Tarentū iturus, Marcellum, cui prorogatū erat imperium in ſequen
tem annū, per literas obteſtatur, ut quoad eius fieri poſſit, Hannibalem arcto implicaret bello, dum ipſe Tarentū oppugnaret. Ille literis cōſulis & gloriæ cupiditate concitus, ubi primum in agris pabuli copia fuit, ad Canuſium Hannibali occurrit. Pœnus ſub Marcelli aduentū, quia nullus in aperto erat ad inſidias relictus locus, motis caſtris, per ſaltuoſa ductabat loca. Inſta-
bat eius ueſtigijs Marcellus, ac caſtra caſtris conferre, facereꝗ identidem hoſti pugnæ copiam. Ille, dubium metu an conſilio, ꝑtinaciter abſtinebat ab omni maiore certamine, tantum leuia prælia turmatim fiebant, eaꝗ per alterius partis occaſionē: poſtremo Marcellus noctu Punica caſtra prætergreſſus, hoſtem in apertis locis adeptus, ad certamen compulit, eſtꝗ eo die æquo
Marcelli ferocia. matre diſcuſſum, pugna in noctē diſtracta. Poſtridie ubi primū illuxit, Marcellus ſuos in aciē educit: nec Pœnus detrectauit pugnam hoſtis ferocia iritatus, ſuoſꝗ efficaciter hortatus adeo inflammauit, ut duabus nec amplius horis prælio protracto, Romanos fuſos fugatoſꝗ cum multa cæde in caſtra cōpulerit. Cæſa eo die duo milia Romanoꝝ & ſeptingenti. Marcellus mi-
lite pro concione grauiter increpito, cohortibus à quibus fuga incœperat hordeum dari iuſſit.
Aīaduerſio militaris. Centuriones manipuloꝝ, quorū ſigna amiſſa fuerant, diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit, & ut poſtero die omnes equites pediteſꝗ armati adeſſent edixit, pronūciauitꝗ pugnandū eſſe, ac ut uincerent adnitendū omnibus, ut non prius heſternæ fugæ ꝙ recentis uictoriæ Romam peruenire poſſit fama. Poſtridie ubi Romana acies inſtructa in hoſtium conſpectu conſtitit, Hānibal dixiſſe fertur, cum eo hoſte nobis res eſt, qui neꝗ uictor, neꝗ uictus poſſit quieſcere. Mirum eſt quod ſcribunt quidam. Marcellū flagraſſe incredibili dimicādi ſtudio, ut per quie-
tem una ſpecies obuerſaret̃ animo, atꝗ id unum cum amicis collegiſꝗ fabularet̃, ea una uox
Gladius & Clypeꝰ Romanus. ſemper in eius ore eſſet, atꝗ id uotum, ut intra una mœnia aut uallum unū exercitibus clauſis, cum Pœno de ſumma rei ſemel ſibi dimicandū eſſet. Hinc certe fuit ꝙ Gladius, ut Poſſidoniꝰ tradidit, populi Romani aduerſus hoſtem ſit dictus. Cōtra Fabius Maximus Clypeus. Han-

nibal &

A nibal & ipſe in pugnā eo die deſcendit. Romana acies ita inſtructa ſtetit, ut L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Nero legati in cornibus eſſent, ipſe Marcellus mediam aciem ꝓcurauit. Fuerat aliquādiu anceps pugna, quū elephantes ab hoſte in mediam aciem immiſſi, adeo late ſtragem dederunt, ut res iam ad fugam ſpectaret, niſi milites Decimi Flauij hortatu (erat is tribunus militū) impetu in beluas facto, ac pilis undiq; coniectis, eas in fugam auertiſſent, auerſasq; per diſiectā Pœnorū aciem cum ſtrage inſecuti unà & hoſtē terga dare coëgiſſent. Marcellus equites in fugientē Pœnum immiſit, multi in fuga, ſed plures circa uallum trucidati, caſtroꝝ porta duobus elephātibus ad terram ſtratis inſeſſa. Cæſa ex hoſtibus octo milia uiroꝝ, & cum his quinq; elephanti. Nec Romanis incruēta uictoria fuit tribus milibus eo die deſideratis. Secundū eam pugnā Hannibal noctu caſtra mouit, atq; in Brutios abijt, quem quo minus Marcellus ſequeret̃, ſauciorū multitudo effecit. Hirpini interea & Lucani, traditis Pœnoꝝ præſidijs, ſeſe Fuluio conſuli dederunt. Et Fabius Mandauriā in Salentinis ui cepit, atq; inibi quatuor milia hominū capta. Tarentum inde oppugnare adortus, in faucibus portus caſtra poſuit, fuiſſetq; oppugnatio & longa & laborioſa, niſi ex re admodum leui facta uis eſſet conſuli in urbem euadendi. Habebāt Tarentini Brutiorū præſidium in urbe, cuius præfectus perdite amabat indigenā puellam, eratq; puellæ frater in Fabianis caſtris, qui à ſorore per literas factus certior de ſuo cum nobiliſſimo Brutioꝝ congreſſu, permiſſu conſulis ille pro perfuga in urbem tranſijt, ibiq; per ſororem præfecto inſinuatus, quū tempeſtiuo alloquio, cum ſororis illecebris eo hominē perpulit, ut de urbe conſuli tradenda nunciū in caſtra miſerit. Fabius ubi tempus & locus conſtitit, ſilentio noctis cum parte copiarum haud procul ab ea murorū parte quam Brutij pręſidio obtinebāt quietus conſtitit, inde ab arce & à portu ex compoſito nocturnus eſt clamor ſublatus, uelut ea parte Romanus eſſet impetum facturus. Multitudine igitur in eum tumultum auerſa, Romanus miles ſcalis diuerſa regione admotis, Brutiorū auxilio in urbem tranſcendit. Refractis ſubito portis cum maiore ſuorū agmine forum occupat. Tentarunt nōnihil prælium Tarentini ſubito tumultu exciti, cæterum ubi forum & omnia armis hoſtium teneri animaduerſum eſt, alij alio dilapſi fuga ſeſe proripuerūt. Carthaginienſes qui in

B urbe erant, ad unum ferme ſunt cum Carthalone præfecto cæſi. Perierunt Nico & Dimocrates principes ciuitatis. Philomenes, qui Tarentum Hannibali prodidit, medio tumultu digreſſus, fugam ut creditur occupaturus nuſquā poſtea comparuit, eius equus uacuus repertus eſt. In apertum puteum præcipitatū crediderunt quidam, dubium, caſu an uoluntate. xxx. milia ſeruitiorū capta, ingens uis auri argentiq; facti ſignatiq;, ſigna tabulæq;, ut Syracuſana propemodum æquarent ornamenta. Maiora ſigna Fabius immota manere iuſſit, teſtatus iratos Tarentinis deos ſe relinquere. Obſidebat tum forte Hannibal Cauloniam, qui audita Tarenti oppugnatione quum dies nocteſq; citato agmine ad ſuos obſidione leuandos properaret, Tarenti à Fabio capti nuncium, quū iam haud procul abeſſet, accepit. Tum perculſus animo dixiſſe fertur. Habent & Romani ſuum Hannibalem. Amiſimus Tarentum ea arte quā cepimus. Verum ne fugiſſe uideret̃, eo in loco ubi ſociorū clades nunciata eſt, quinq; milia paſſuū ab urbe caſtra fecit, conuerſuſq; in ſuas artes Pœnus, Fabium in inſidias trahere eſt conatus. Duos in urbem mittit cum literis, quibus Romanus conſul à Metapontinis accerſebatur, tantum defectionis ueniam precantibus. Credidit id Fabius, & iam per literas cōuenerat, quo die Metapontū erat profecturus, Hannibalq; medium iter ad Romanū exercitum opprimēdum inſederat, cæterum homo ſuperſtitioni addictus, quia aues non addicerent, aruſpicibuſq; denunciantibus Romano inſidias ab hoſte imminere, reuerſi haud multo poſt Metapontini, ac quæſtioni adhibiti, Hannibalis eam eſſe fraudem confeſſi ſunt. Principio æſtatis, quā hæc in Italia gerebātur, Scipio ex Taracone in hoſtem mouit, cui per pacatum adhuc eunti Indibilis & Mandonius, totius Hiſpaniæ haud dubie principes, occurrūt. Prætexuit Indibilis tranſitioni ſuæ neceſſitatē, precatus Scipionem, ne præſentem ab hoſte defectionē ſibi leuitati aut perfidiæ, ſed neceſſitati aſcriberet. Superbiſſimū Pœnorum imperium, inexpletamq; auaritiam nihil ſibi & alijs ſocijs incolume reliquiſſe, quo ita ſit factum ut diu antea ſuum corpus apud hoſtes fuerit, animus uero apud eos qui ius & fas colere diceretur. Summa eius orationis fuit, ut neq; honori, neq; fraudi, noua ſibi ſocietas eſſet, ſed quales iam inde ſocij forēt, perinde ſuæ

Hānibal magno prælio uincitur.

Fabius Tarentū recepit.

Carthalonis cædes.

Hannibalis uox de Fabio.

Scipionis expeditio.

operæpretium faceret: Scipio ita ſe facturũ pollicitus benigne acceptos ad cõparandos copias C
ambos à ſe dimiſit. Sedebat Haſtrubal ad Betulam urbem, quo quum Scipio ueniſſet, uelites
& anteſignani ex itinere, cum hoſtium equitatibus qui in ſtadione erant prælio inito, hoſtem
primo acceſſu in caſtra conieceruñt. Sequenti die Pœnus ita aciem digeſſit, ut appareret magis
Scipio Haſtrubalem fundit.
proximo flumini, & collibus circũiectis, q̃ uiribus confidere, quod intuitus Scipio ſuos horta-
tus, primo conatu non ſine acri certamine, hoſtes ex editiore loco deiecit, inde inſeſſis itineribꝰ,
cæteram adortus aciem nullo maiore negotio diſpulit. Cæſa ad octo milia hoſtium, duodecim
capta, & in his duo milia equitũ. Haſtrubal pecunia & elephantis, priuſq; dimicaret, præmiſſis
ipſe cum quibus potuit pręter Tagum fluuiũ ad Pyreneum tetendit, in Italiam quo iter inten-
derat penetraturus. Romanus uictor, captiuis Hiſpani generis domum dimiſſis, Aphros om-
nes uendidit: ibi quũ omnis Barbaroꝝ multitudo eum regem appellare cœpiſſet, pro cõcione
uetuit eam uocem uſurpari, profeſſus ſatis amplam uideri ſibi impatoris appellationẽ, regium
nomen alibi magnum apud Romanos inuiſum eſſe & deteſtabile. Ex captiuis Aphris adole-
ſcens eleganti forma, à quæſtore media auctione eſt ſelectus, quia regij ſanguinis eſſe diceret.
Maſiniſſæ neceſſarius
Hunc ad ſe miſſum Romanus dux ſciſcitatus quiſnam & cuius generis eſſet, ubi ex Galæ filia
natum audiuit, in Hiſpaniã cum auunculo ſuo Maſiniſſa ueniſſe, iuſſumq; ab eo prælio tem-
perare nequiuiſſe, quin eo inſcio prælium fuiſſe ingreſſum. Factum inde ut media fuga equo
præcipitatus, in hoſtium poteſtatẽ uenerit. Percontatus Scipio an ad Maſiniſſam reuerti uel-
let, lachrymis repente obortis uehemẽter ſe id cupere teſtatus eſt, tum aureo amiculo & tunica
laticlaui cum ſagulo Hiſpano, & aurea fibula donatũ, phaleratoq; equo ſedentem, ab equiti-
bus in pacatum deduci iuſſit. Atq; Scipio tam pulchre uictoria utebatur, haud ignarus uti bel-
li finis uictoria eſſet, ita uictoriæ clementia & liberalitas. Summũq; imperatorẽ non minus li-
beralitate & domeſticis uirtutibus q̃ bellicis artibus pręditũ eſſe oportere. Multi Hiſpaniæ po-
puli ſecundum eam uictoriam ad Romanos defecere, nec Scipio Haſtrubalem ſequi perſeue-
rauit, ratus fore ut ille cum Magone & altero Haſtrubale iunctis copijs, longe uiribus praſta-
turus eſſet. Taraconẽ itaq; reuerſus eſt. Carthaginienſium duces partiti inter ſe copias, alij alio D
ad tuenda ſociorũ loca conceſſere. Nec aliud memoria dignum eſt æſtate illa in Hiſpania ge-
ſtum. Romæ interea Marcellus à Trib. plebis ad populũ eſt accuſatus, ꝙ exercitũ bis ea æſtate
ſub tecto Venuſiæ habuiſſet, eiuſq; fraude ac patrum fieri, ꝙ tandiu hoſtis in Italia eſſet, fuiſ-
ſetq; tribunitia rogatione ei abrogatũ imperiũ, niſi ipſe tempeſtiue occurriſſet. Concione itaq;
ad populũ de rebus à ſe geſtis habita, adeo mutauit plebem, ut proximis comitijs magno om-
Conſules.
nium cõſenſu, cum Quintio Criſpino factus ſit conſul. Ludi Romani hoc anno & plebeij per
diem unum inſtaurati, erantq; ædiles curules, L. Cornelius Caudinus, & Seruius Sulpitius
Galba. Plebeij, Q. Cecilius Metellus & Cn. Seruilius, quem neq; ædilem tum eſſe aiebãt, neq;
olim Trib. plebis eſſe potuiſſe, qa eius pater quem à Boijs occiſum x. ante annos fama tenuit
uiuere diceret. Marcellus & Criſpinus undecimo ſecundi belli Punici anno conſulatũ iniuere,
Prodigia.
quibus Italia prouincia decreta, placuit eo anno una & xx. legionibus bellum in Italia & in
prouincijs adminiſtrari. Prodigioꝝ religio tenuit conſules, ne tam cito in prouinciam abirent,
nam præterq; ꝙ Hoſtiæ & Capuæ loca quædam de cœlo tacta dicebãtur, Caſſini apum exa-
men in foro conſederat, & mures in Capitolio aurum roſerant. Vulſinijs lacus ſanguine ma-
Ludi apollinares.
narat. His de more procuratis, ludi Apollinares in perpetuũ hoc anno uoti, ut Liuius ſcribit,
quum prius in annum uoueri conſueſſent, nec certo aut ſtato die P. Licinius Varus prętor Vr-
banus iuſſu populi uouit, diemq; illis ſacrauit tertium nonàs quintiles. Tarentũ quia ſuſpecta
Tarenti præfectus.
eſſet ciuium fides, præſidio cuſtodiri placuit, & ciues intra mœnia contineri, centum & amplius
ſenatorũ filijs Romam traductis. De M. Liuio præfecto arcis uariæ ſententiæ fuerunt, alijs pa-
trum illi præmia decernẽtibus, ignominiam alijs, ꝙ eius culpa Tarentum amiſſum diceretur.
Aderant eius neceſſarij, qui quum identidem iactarẽt, Liuij opera Tarentum à Fabio recupe-
ratum, ita eſt illis à Fabio occurſum, re ueriſſimũ id eſſe, nam niſi Liuius Tarentum amiſiſſet,
nunq̃ fuiſſet à ſe recuperatũ, ſed ea cognitio ad cenſores eſt delata. Dedicaturus interea Mar-
De uirtutis & honoris æde.
cellus ædem quam Honori & Virtuti bello Gallico uouẽrat, pontificũ iuſſu id facere eſt prohi-
bitus, negantiũ recte cellam unam duobus numinibus dedicari, quia ſi prodigiũ aliquod inci-

diſſet

A diſſet, haud ſciri poſſet, utri numinũ rem diuinã fieri oporteret, neq; duob⁹ niſi certis dijs una hoſtia mactaret. Marcellus pontificũ autoritate motus, alterã priori ędem adiecit, hancq; Virtuti, illam Honori dedicauit. Conſulibus inde ad exercitũ profectis, Locri nõnihil à Criſpino ſunt oppugnati. Mox audito Hãnibalis acceſſu ſoluta metu obſidione, ad Marcellum ſe contulit. Duobus inde cõſulibus cõſularibuſq; exercitibus iunctis, Romana caſtra cõmunita ſunt inter Venuſiã & Bautiam: (alij Bantiã ſcribunt) Hannibal & ipſe in eam regionẽ uenit auerſo à Locris bello. Conſules ut abſente Hãnibale Locri obſiderent, ad L. Cincium ſcribũt, ꝙ cum claſſe Locros traijceret, à mariq; oppidum obſideret. Partem pręterea copiarũ eo tranſire iuſſerunt, ut à terra quoq; hoſtes premerent. Qui à Tarento accerſiti erant, in hoſtiũ inſidias lapſi, maiore ex parte cæſi, multi etiã capti ſunt, cęteri fuga elapſi Tarentũ acceptæ cladis nuncij retrò abierunt. Nec ita multi interiecti ſunt dies, quibus Marcellus & Criſpinus conſules exploratũ egreſſi, ut collẽ occuparẽt, qui medius erat inter ſua & hoſtiũ caſtra, in inſidias & ipſi inciderũt. Erant cum cõſulibus CCXX. equites, & M. Marcellus cõſulis filius. Numidę equites qui in conualle occulti ſedebãt, nec in talem ſpem eo ꝓgreſſi, ſed ut aliquẽ procul à caſtris longius uagantem exciperent, ſubito ex lateribus coorti, uijs à tergo inſeſſis, à lateribus & à fronte conſules & eorum equitatũ, cum clamore inuadunt. Reſtiterũt aliquãdiu Romani ſubita re perculſi, mox cadentẽ Marcellũ intuiti, qui, quum prælium fortiter cieret, lancea transfixus concidit, metu & pauore diſiecti, pauci cum Criſpino duobus iaculis icto, & Marcello adoleſcẽte ſaucio in caſtra refugiũt: quo iam clamor & tumultus ꝑuenerat, multiq; iam arma expediebãt, ut cõſulibus auxilio irent. Cæſi ſunt cum Marcello tres & XL. equites, duodeuiginti capti, & cum his quinq; lictores conſulũ. Nec una de Marcelli interitu ad paſtores fama eſt tradita. Satis conſtat eo die, quo cæſus eſt, ſacrificãti prima hoſtia cæſa, iecur ſine capite inuentũ, in altera hoſtia non ſolum inuentũ ſed auctum etiam, q̃d Aruſpex oſtentũ non minus ꝙ illud prius oblatũ ſit auerſatus. Hãnibal Marcelli corpus honorifice ſepeliuit, tumulumq; ab hoſte petitũ, ut Romanis terrorem incuteret, inſedit. Criſpinus caſtris in tutiorẽ locũ tranſlatis, circa ciuitates & præſidia nuncios miſit, Marcellũ cum paucis in inſidias lapſum perijſſe, eiuſq; corpore Pœnum potitũ, habereq; interfecti cõſulis annulũ, quare ſi quæ literæ Marcelli nomine alicunde allatæ eſſent, crederent illas hoſtiũ eſſe, non eius qui hoſtili fraude perijſſet. Vix cõſulis nuncius Salapiã uenerat, quũ & Hannibalis literæ Marcelli nomine eo ꝑferuntur, quibus ſignificabat, ut milites parati ſtarent, uentuꝝ ſe quarta uigilia noctis, publicũ negotiũ obiturũ. Hanc hoſtis capiendi occaſionẽ Romani qui pręſidio erãt adepti, ſe ut iuſſi eſſent facturos reſpõdent. Mox per muros & circa portas pręſidijs diligenter diſpoſitis, hoſtem noctu uenientẽ excipiunt. Erant in primo agmine Romanoꝝ transfugæ cum ſignis, ut res minus ſuſpecta eſſet. Et iam ſexcenti hoſtium ingreſſi erant urbem, quũ cataracta ferrea cum ſonitu remiſſa, cæterũ agmen oppido excluſit, ſublatoq; è muris clamore, ſaxa & tela in hoſtẽ deijciunt. Cohors quæ admiſſa erat momento temporis eſt telis obruta. Ita Hannibal ſua arte captus Salapia diſceſſit. Patres ubi de Marcelli morte & alterius cõſulis periculo per literas certiores facti, Qu. Fabium filium qui Marcelli exercitui præeſſet, Venuſiam mittunt, eo enim Criſpinus poſt Hannibalis diſceſſum ſedere iuſſerat, ipſe Capuam conceſſerat cum ſuis legionibus, quo tres legati, ut ipſe à patribus petierat, ſunt miſſi, Sextus Iulius Cæſar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimẽtius, ut cum his quæ uellet de repub. loquererũt. Pœnus Salapia reuerſus in Brutios abijt, ſub cuius acceſſum Locri, qui terrà & mari obſidebãtur, à Cincio prætore oppugnari deſierunt. Nec Leuinus interea in ocio fuit, qui cum centum nauium claſſe ex Sicilia in Aphricam trãſuectus in Clupeenſem agrum excurſione facta, quũ hoſtico abſcederet punicã claſſem octoginta nauium obuiam habuit, cum his proſpere congreſſus, duodeuiginti nauibus captis, cęterã in alto multitudinẽ diſpulit. Atq; ita uictor cum præda & captis nauibus Lilybæũ paucis diebus eſt reuerſus. Eadem æſtate quæ undecima fuit ſecundi belli Punici. Philippus rex auxiliũ tulit Achæis, aduerſus Machanidam Lacedæmonioꝝ tyrannũ. Lacedæmonij iam enim ex quo Cleomenis ductu ab Antigono ingenti fuerant prælio uicti, etſi Lycurgum in Cleomenis locum regem conſtituerẽt, uetus reipub. forma minus indies minuſq; illis conſtitit, donec res ad tyrannidem delapſa eſt, & Machanidas cum Aetolis à Romanorũ partibus ſtabat, ita enim in fœdere cum Aetolis icto

Bautia & Venuſia.

Conſules in inſidias incidunt.

Marcelli interitus.

B

Hãnibal à Salapiã cõ hoſte ami... tit.

Punica claſſis à Leuino ꝓfligatur.

diſerte fuerat expreſſum, ut liceret illis quos uellent in fœdus trahere. Nec Machanidas tantum Achæos laceſſere, ſed Aetoli etiam nauibus per fretũ quod Naupactum à Patris diuidit C (Rhion accolæ uocant) traiecto exercitu, Achaicũ littus uaſtare, expectabantq́ in horam Attalum regem, cui imperij ſummam proximo concilio detulerant. Cæterum abſente adhuc rege, cum Philippo Ætoli dimicare auſi, bis ſunt prælio uicti, quibus ſe ad Lamiam recipiẽtibus, Philippus ad Phalerã exercitũ reduxit, ubi nõnihil per Aminandrũ Aramanũ regem & Ptolemęi regis legatos de bello cum Ætolis ſoluẽdo eſt actum. Re deinceps in publicũ concilium gentis delata, Philippus firmata præſidijs Eubœa ad Attalũ, qui eo uenturus credebať, excludendũ, ipſe Argos conceſſit, ut Nemeæis ludis intereſſet, quibus ut rex curator præſideret, Herei Nemeæiq́ ſuffragio decreuerãt. Siquidem Macedonũ reges ut fama erat ex ea ciuitate fuerãt oriundi. Rhium inde rex cõceſſit, ubi de pace frequenti Achæorũ concilio iterũ agitari cœptũ, tota Græcia libenter ad pacem inclinãte, ne Romanis aut Attalo materia daretur, tuendoꝝ ſociorũ prætextu, Græciã intrandi. Sed Ætolis Romana ſocietate fretis, multa ſuperbe poſtulantibus, rem indignã Philippus fieri ratus, ut bis uicti prælio leges uictoribus darent, teſtatus ibi coram per ſe nõ ſtare quin pax fieret: quatuor milibus armatoꝝ ad Achæorũ præſidiũ relictis, ipſe ad Nemeæoꝝ ludicrũ cuius tempus aderat, Argos eſt reuerſus. Sulpitius interea Romanæ claſſis ꝑfectus, copijs inter Sycionẽ & Corinthũ expoſitis, agrum nobiliſſimæ fertilitatis ferro & igni uaſtauit, ad quam hoſtium famam Philippus excitus, improuiſo acceſſu, Romanos temere diſpalatos cum multa cæde & trepidatiõe ad naues compulit. Ita Romana claſſis parum læta ex Achaia Naupactũ tranſmiſit.

*Philippus Ro. claſſem ex Achaia depellit.*

Macedo ludorũ qui reliqui erant, celebritate & recẽti ſucceſſu lætus, in multã ſe lætitiã & libidinẽ immerſit, ut uno duobus'ue comitãtibus, in priuatas domos noctu irrumperet, in matronas & uirgines graſſabundus, uicq́ ſibi uenerem quærebat, quam mercari non poterat, qua fœda licentia multas nobiles conſtuprauit matronas, & in his Polycratiam Arati Achæorũ principis coniugem, quam ſpe nuptiarũ in Macedoniam deportauit. Nemeæis peractis rex Elim ꝓfectus eſt, ut Ætolorũ præſidiũ inde eijceret, ad Dymas Achæorum copiæ illi præſto affuerunt. Oderant Achæi infenſe Eleos, ꝙ à ſe ad Aetolos defeciſſent. D

Rex aucto exercitu ſociorũ appẽdicibus Lariſſo amne ſuperato, qui Dymeum agrum ab Eleo dirimit, hoſtilẽ agrum uaſtauit admotoq́ ad urbem exercitu, à Romanis qui ad quatuor milia numero haud multo prius à Sulpitio eo occulte miſſi fuerant, prælio excipitur. Hic regius equus Romano pilo cõfoſſus, cum ipſo rege corruit.

*Philippi equus cõcidit.*

Tum Philippo in apertum diſcrimen adducto, Macedones atrocem circa illum obeunt pugnã, fuitq́ ipſius ſe tuentis certamen omniũ maxime inſigne. Poſtremo multis cadentibus Macedo recenti equo impoſitus prælio exceſſit. Fecit rex caſtra quinq́ milia paſſuũ ab urbe, poſtridie ut præſentem deleret ignominiã, ad Pyrgum Eleorũ caſtellũ profectus, quatuor milia agreſtiũ, & pecorũ omnis generis uim ingentẽ in prædam abduxit. Diuidenti prædam ex Macedonia nuncius ſuperuenit cum literis Lychnidũ oppidum ab Europo occupatũ, & cum eo Daſſaretiorũ uicos quoſdam, Dardanoſq́ ad arma cõcitari, quibus nuncijs permotus cum exercitu in Macedoniã abijt, uix Theſſaliam attigerat, quũ recentioribus nuncijs affertur Dardanos in Macedoniã effuſos Oreſtidẽ obtinere, atq́ in Argeſteũ campum irruptionẽ moliri, famamq́ inter Barbaros eſſe celebrem, Philippũ nuper interfectũ in ea pugna quam ꝓſpere alioqui in Romanos ad Sycionẽ pugnauerat.

*Diſſipati de Philippi interitu rumores.*

Enimuero medio procurſu alterũ galeæ cornu arboris trunco impactũ defregerat, quod Ætolus quidam adeptus ad ſuos populares deportauerat, ex Ætolia inde ad Scerdileũ Illyriorũ regem delatũ. Is regium galeæ inſigne agnoſcẽs, interfecti regis rumorem diſſipauit. Poſt Philippi diſceſſum Achæi ꝓſpere in Ætolos & Eleos dimicarũt. Sulpitius ſub id tempus & Attalus in Ægina congreſſi ſunt, ubi ambo hyemare conſtituerũt. Eratq́ hic rerũ ſtatus alibi. Criſpinus in Italia, L. Manlio Torquato dictatore ad habenda comitia creato, ex uulnere circa Venuſiã Numidarũ incurſu accepto mortuus eſt. Nunq́ antea acciderat, ut duo cõſules ſine aliquo maiore prælio interfecti fuerint. Creati itaq́ in eorũ locum C. Claudius Nero, & Marcus Liuius, qui aliquot ante annos ex cõſulatu à populo dãnatus, ad id tẽpus ruri ſe tenuerat, ab urbe & omniũ ciuiũ cõgreſſu abhorrẽs. Id haud multo prius in urbẽ reductus, cõſulatũ magno ſibi patrũ & plebis cõſenſu delatũ ꝑtinaciter recuſabat, ciuitatis incõſtantiã accuſans, quæ ſordidati rei nõ miſerta fuiſſet,

A fuiſſet,candidã nolenti togã induceret,quæ ſi bonũ ſe uirũ iudicaſſet,q̃d ita pro malo & noxio
damnandũ duxerat: aut ſi prior cõſulatus male creditus eſſet,quid alterũ ſibi tanto ſtudio de-
latum cuperet: hæc & alia querentem caſtigabant propinqui & neceſſarij,monebantq́ꝫ patriæ
ſæuitiam patiendo ferendoq́ꝫ leniendã eſſe ut parentũ iram.Ceſſit ille patrum & aliorũ auto-
ritati,paſſuſq́ꝫ eſt ſe cũ Tyberio Nerone conſulẽ renũciari, cũ quo ſenatu id petente in gratiã
redijt,erant enim nobiles inter eos inimicitiæ. Vterqꝫ igitur alteri reconciliatus prouincias ſor-
titi,Nero Brutios aduerſus Hannibalem eſt prouinciã adeptus. Liuius Galliam qua Haſtru-
bal erat in Italiam uenturus.Conſtans fama erat eum Hiſpania cum ingenti exercitu aut mo-
uiſſe aut non multo poſt moturum.Id Maſſilienſiũ legati primo nunciarunt, mox & qui ad
hoc ipſum publice miſſi fuerant,ut rẽ ex ꝓximo explorarent, Sextus Antiſtius & Marcꝰ Rhe-
tius retulerũt, cõpertũ à ſe eſſe Haſtrubalẽ exercitũ cõparaſſe,nec aliud eũ morari q̃ꝫ hybernũ
anni tẽpus,nouũ uer expectari, ut cõmodius alpes ſuparí poſſent.Hoc anno P.Sempronius
Tuditanus & Gn.Cornelius Dolabella cẽſores luſtrũ condiderunt, cenſaq́ꝫ ſunt ciuiũ capita,
CC. XXXVII. milia C.& XVIII. minor haud dubie numerus eo q fuerat añ Hannibalis in Itã-
liã acceſſum.Et qa Veijs de cœlo lapidauerat nouendiale ſacrũ fuit.Nũciata & alia prodigia.
Lucus Maricæ & alia q̃dã loca inſignia fuerãt de cœlo tacta.Minturnẽſes ſanguinis riuũ ante
portas fluxiſſe ſignificabant,& Capuæ lupus urbẽ ingreſſus uigilẽ laniauerat,& in armiluſtro
Romę uiſum eſt lapidibꝫ pluere. Fruſinone natus infans dicebat̃ quadrimo par ambiguoq́ꝫ
ſexu.Id monſtrũ aruſpices ex Hetruria acceſiti alto mari mergendũ curatũt,ac pontificũ decre-
to ter nouenæ uirgines ꝑ urbẽ euntes,Iunoni reginæ carmẽ decantarũt. Cõdidit id carmẽ Li-
uius poëta: puellæ lõga indutæ ueſte,ab æde Apollinis ꝑ carmẽtalẽ portã in forũ uenere x. ui-
ris cũ laurea corona ſequentibꝫ,inde ꝑ manꝰ reſte data uirgines ſonũ uocis pulſu pedũ modu-
lantes,per Tuſcũ uicũ,Velabrũ,forũ boariũ,& cliuum publicũ,ad ædẽ Iunonis itum,ibi duas
boues albas x. uiri immolarunt,duoq́ꝫ cupreſſea ſimulachra phano intulerunt, & Matronæ
collata in mediũ ſtipe auream peluim Iunoni dedicarũt.Conſules inde acerrimũ ob aduentũ
B Haſtrubalis delectũ habuerũt,coactiq́ꝫ ſunt maritimi coloni,qui ſacroſanctã uacationẽ habe-
bant,milites dare.Hi erant Hoſtienſes,Alſienſes,Antiates,Anxurites,Sinueſſani. Et à ſupe-
ro mari Senenſes,q Senã Gallicã incolebant.Hoſtiẽſibꝫ tantũ & Antiatibus uacatio obſerua-
ta.Et iam Haſtrubal ex hybernis mouiſſe dicebat̃,& in Liguria octo milia militũ ſunt conſcri-
pta,q̃ illi in Italia tranſgreſſo iungerentur. Hæc cum L. Portius Prætor ex Gallia ſcripſiſſet,cõ-
ſules a liquanto celerius in ꝓuincias abierũt. Iuuit magnopere rem Romanam quod Hanni-
bal haud immemor q̃ laborioſe à ſe tranſcenſæ fuiſſent alpes,& ratꝰ haud multo id iter fratri
expeditius fore,aliquãto tardius ex hybernis exijt,& Haſtrubali oĩa faciliora q̃ꝫ fratri fuerunt.
Galliq́ꝫ non ſolũ non impediuere,ſed multi ultro etiã ſecuti ſunt.Pœnus igitur oĩm opinione
celerius in Italiã trãſgreſſus, Placentiã obſidione cinxit,ubi circa Coloniã unam aſſidẽdo,ſpa-
tium Romanis dedit omnia maturius prouidendi.Liuius ex urbe profecturus ciuitatem alio-
qui nouo bello ſollicitam aliquãto ſollicitiorem reddidit,triſti & intempeſtiuo reſpõſo. Quip-
pe qui à Fabio maximo monitus ut memor eorum,quæ temeritate ducũ paucis annis accide-
rant,q̃ cautiſſime bellum adminiſtraret,ita occurriſſe dicit̃,ſtatuiſſe ſe quũ primũ in hoſtiũ cõ-
ſpectũ ueniſſet,dimicare.Rogatus ecquam tantũ haberet feſtinandi cauſam: aut ex hoſte,in-
quit,uicto egregiã laudẽ,aut ex ciuibus cæſis etſi non honeſtum,meritum tamen gaudium fe-
ram.Erat iam & Nero profectus ex urbe quũ C. Hoſtilius incompoſitum Hannibalis agmẽ
in Salentinos ductantis cum expeditis cohortibus ex improuiſo aggreſſus,ſubito turbauit,ac
quatuor milibus hoſtium cæſis,nouem ſigna militaria Pœno ademit.Secundũ hęc Hoſtilius
cum ſuis copijs Brunduſiũ ad conſulem uenit,ibi Claudius XL. milibus peditũ,& duobꝫ equi-
tũ,& quingentis ex omni numero lectis, quibus ipſe aduerſus Hannibalem uteretur, Hoſti-
lio cæteras copias dedit Capuam deducenda,quæ ibi præſidio eſſent.Hannibal undiqꝫ uiribꝫ
in unum contractis,cum uniuerſo exercitu ad Crumentum in Lucanis conſedit, ſpe eius loci
recipiendi: nec Claudius multo poſt ex Venuſia eo uenit,caſtriſq́ꝫ in propinquo poſitis,quan-
tum ipſe remorandi erat hoſtis cupidus,tantũ ille abeundi,ſtructaq́ꝫ acie Romanum ad præ-
lium euocat.Erant nudi colles,q nihil ad inſidiarum uſum utiles uideri,poſt hos in cõuallibꝫ

Nuncij de aduẽtu Haſtrubalis

Prodigia.

Virginum chorus.

Sacro ſancta uacatio

Haſtrubal Placentiã obſidet.

Liuij conſulis ferox reſum.

Hannibalis clades.

Claudius punica arte uſus, quinq; peditum cohortes in inſidijs locauit, ipſe luce prima, ut om- C
nes hoſtiũ ſenſus ab inſidiarum loco auerteret, in æquum copias eduxit, nec Hannibal ullam
pugnæ moram fecit. Ceterũ Pœnos incompoſite ruentes, immiſſis tertiæ legionis equitibꝫ cõ-
ſul graui prælio excepit, ſtruxiſſet nihilo ſecius Hannibal aciem, ut uetus dux in ueteri exerci-
tu, etſi haud una parte initum erat præliũ, niſi à tergo exauditus Romanorũ clamor ex inſi-
dijs conſurgentium, Pœnos in fugã auertiſſet. Propinquitas caſtrorum fugientibus auxilio fuit,
Punica clades. quo minus in medio ad unũ interfecti ſint, ſic quoq; octo milia hominũ cæſa, ſeptingenti ca-
pti, ſigna militaria nouẽ adempta. Poſtridie Nero lectis hoſtium ſpolijs, ſiqui ſuorũ in prælio
occubuerant ſepeliuit, inde continuis diebus inſtructa acie, hoſtẽ ad præliũ prouocare non de-
ſtitit. Pœnus triduo poſtq̃ pugnatum erat, ſilentio noctis, Apuliam uerſus mouit caſtra, pau-
cis Numidarum ante uallum relictis. qui oſtentando ſeſe hoſtem diſtinerent, mox ad altum
diem celeri curſu digreſſi amicum agmen ſunt priuſq̃ aduesperaſſet aſſecuti. Claudius cogni-
ta hoſtiũ fuga poſtridie illorũ ueſtigia ſecutus, circa Venuſiam eos aſſequitur. Hic tumultua-
ria pugna iterum cõmiſſa ſupra XV. hoſtiũ milia cæſa dicuntur, tum uero duplici clade percul-
ſus Hannibal, per montana ducens, ne pugnare cogeretur, Metapontũ conceſſit. Hinc Han-
none in Brutios miſſo ad nouũ comparandum, ipſe aucto ijs copijs exercitu, quibus fuerat il-
le ad urbis præſidiũ uſus, retro in Apuliam reuerſꝰ Canuſium petijt. Inſtare Claudius, nec ue-
ſtigiũ ab hoſte abſcedere. Mouerat interim Haſtrubal ex Placentia infectare, p̃miſeratq; qua-
tuor Gallos equites, & duos Numidas ad fratrẽ cum literis, quibus ſuum illi ſignificabat acceſ-
Equites ab Haſtrubale miſſi capiũtur. ſum. Emenſi illi omnẽ fere Italiæ longitudinẽ, poſtremo uiarũ errore Tarentum delati, in Ro.
poteſtatem uenere. Continuo inde ad conſulem ſunt cum literis miſſi. Nero cognito hoſtiũ
conſilio, haud quicquàm in tali diſcrimine cunctandũ ratus, Haſtrubalis literis ad ſenatũ miſ-
ſis, quibus ſignificabatur illum fratri in Vmbria occurſurũ, monet ut legione ex Capua ad p̃-
ſidium urbis accerſita, accuratiſſimũ in urbe habeant delectũ, ipſe pręmiſſis q per Larinatem,
Mauricinũ, Ferentanũ, & Prætutianũ agrũ cõmeatus in uijs parari iuberent, qua erat citatum
Feſtinatio Neronis ad hoſtem. agmen ducturus, ex uniuerſo exercitu delegit ſex milia peditũ, & mille equites. pronũciatq; ſe D
in Lucanos iturum, ad urbem quandã cũ Punico pręſidio occupandam, relictoq; Q. Tatio in
caſtris, nocte ꝓfectus in Picenũ flexit, quantis maxime poterat itineribus ad tollegam ductu-
rus quacunq; iter faciebat, undiq; effuſa ex agris multitudo, uirorũ ꝑmiſcue & fœminarũ, ur-
bis Romę cæteręq; Italiæ uindices ire felices iubẽt, i illorũ armis dextriſq; ſuã ſuorũq; liberorum
ſalutẽ & libertatẽ repoſitã p̃dicãtes, deos deasq; p̃cari, ut illis fauſtũ iter, felix pugna, maturaq;
ex hoſtibus uictoria eſſet. Romæ præter publicum terrorẽ, audax Neronis conſiliũ uarie ani-
mos affecerat. Dãnare quidã ut temerariũ & p̃ceps, timereq; relictis ſine duce copijs, qd ſi nõ
hoſtis falleret, nõne ad p̃dã relictꝰ uideri poſſet exercitꝰ? Horrebãt & futurę pugnæ euentũ q̃
ſi parũ ꝓſpere, ꝙ dij auerterẽt, depugnata eẽt, actũ de ſalute ciuiũ, ſi duobꝫ ferociſſimis ducibꝫ
cũ duobus florẽtiſſimis exercitibꝫ omia tenentibꝫ, ſine exercitibꝫ, ſine ducibꝫ, urbs Roma eẽt
ad prædã & excidium relicta. Augebat hos metus alarum Haſtrubalis nomen qui duos Sci-
piones cum duobus exercitibus in Hiſpania deleuiſſet, ac præterq̃ ꝙ tot annos in terra rẽ Pu-
Nero occulte ingreditur collegæ caſtra. nicam fortiter tutatus eſſet, in ijs locis exercitũ coëgiſſet, quibus Hannibal eius frater pene to-
tum amiſerat. cui tantũ abeſſet ut Claudius Nero par futurus credi poſſet, ꝙ biennio ante ab
eo in Hiſpania, ut puer turpiter fuiſſet illuſus. Per has ille ſociorũ preces ac ciuiũ omina, dies
ac noctes continuato itinere ad collegam uenit, ad quem pręmiſſis nuncijs ex ipſius ſententia
noctu eſt Ro. caſtra ingreſſus, ne quid hoſtis ſentire poſſet, data erat totis caſtris teſſeta, ut tri-
bunꝰ tribunũ, centurio cẽturionẽ, miles militẽ acciperẽt, ne caſtra dilatarent. Erat Neronis ag-
men inter eundũ uoluntariorum manu nõ parua auctũ. Habebat Liuius caſtra tũc ad Senã
Gallicã. Quingentos inde ferme paſſus Haſtrubal aberat. Ibi paululũ eſt inter duces addubi-
tatũ, cõtinuo ne cõfligendũ eſſet, an expectandũ ut miles longis itineribus feſſus reficeret. Ve-
rũ Claudio negãte rei diſcrimen ullã pati dilationem, ſed utendũ eſſe hoſtiũ errore, quum nec
Hannibal ſciret ſibi rem cũ paucioribus eſſe, ne Haſtrubal cũ pluribus fore, ſignum pugnę ꝓ-
ponunt. Deſcendit Pœnus in æquũ acie dimicaturus, interim priuſq̃ ſigna canerent progreſ-
ſus in primã aciem, ubi uetera ſcuta & ſtrigoſiores equos in acie uidit, multitudo quoq; maior
ſolita

A ſolita conſpecta eſt nouitate rei territus pugna abſtinuit, mandatq́; ſimul ex aquatoribus, ſi fieri poſſit, aliquē exceptū duci ad ſe, ut ex eo ſciſcitaret, ecquibus nouis copijs auctus eſſet hoſtiū exercitus? ſimul obſeruari iubet an caſtra aucta eſſent, an duobus p̄torijs ſigna canerent. Vbi uero pluribus ſignis exploratū habuit, ꝙ homo militaris ſcientiæ peritiſſimus ſua ſponte fuerat ſuſpicat⁹, mirari ſecū qd eſſet, ꝙ cōſul fratrē fallere potuiſſet, uereri ſimul nequa ille clade affectus ſibi occurrere nequiuiſſet, ipſeq́; iam perditis rebus ſerū auxiliū ueniſſet, ſuſpicari interdum ne literæ quas ad fratrem de ſuo aduentu dediſſet, ab hoſtibꝫ eſſent interceptæ, atq; ita Hannibale inſcio ad ſe opprimendū alterū conſulem feſtinaſſe. His anxius curis noctu, extinctis ignibus, mouet caſtra: ubi uero illuxit, & ad Metaurū uentū eſt, dum in reperiendo uado qua copias traijceret retardat, nā quanto longius à mari abſcedebat, eo altioribus ripis coercitus amnis minus erat uadabilis, ſatis ſpatij datum eſt Romanis ad hoſtē aſſequendū. Nero prior cum equitatu affuit, inde L. Porcius prætor cū leui armatura. Hęrebat ueſtigio Liuius cū robore copiarū, ſed quum primi feſſum agmen carperent, incurſandoq́; pluribꝫ locis inceſſerent, Pœnus amiſſo itinere in tumulo flumini propinquo munire caſtra eſt conatus. Cæterū legionum interuentu, quum iam undiq; premeretur, ab opere ad prēlium conuerſus, quātū temporis & locorum anguſtia patiebatur Gallos Neroni, qui ſiniſtrū cornu tenebat, opponit, ipſe aduerſus Liuiū dextro cū Aphris & Hiſpanis conſtitit. Ligures in medio accepti poſt elephantos qui in fronte conſtituti erant. Primo itaq; inter Haſtrubalem & Liuium cōcurſum, nam cū Gallis haud ita facile concurri potuit collem obtinentibus. Elephāti anteſignanos ab initio turbarunt; ſubmoueruntq́; ſigna loco. Creſcente deinde certamine, beluæ clamoribus perculſæ, inter utrāq; aciem primo ancipiti ſtatu uerſari, uelut naues ſine gubernaculo, modo huc modo illuc impactæ. Claudius interim ubi à ſuo cornu nihil geri poſſe uidit, hoſtibꝫ munitiore ſe loco tenentibus, aliquot ſubſidiarijs cohortibus occulte circūactis, ſiniſtrū hoſtiū cornu a tergo inuaſit. Ibi Hiſpani Aphriq́; in medio cæduntur, mox & Ligures cum ſtrage disiecti, perueneratq́; iam cędes ad Gallos, qui uigilijs fatigati, & ut gens eſt laboꝝ impatiens, ęgre

B ſuſtinebant feſſa æſtu corpora, eratq́; iā dimidiū diei. Sitis & calor biantes hoſtis uictoribꝫ cædendos capiendoſq́; affatim præbebant. Elephāti plures à rectoribꝫ q̄ ab hoſte interfecti, qui eos ubi ſequentes regi amplius nequiuere, ne in ſuos cū pernicie ruerēt, ſcalpro inter aures ictu mallei adacto interfecerunt. Ea breuis uia reperta eſt, ad tantā beluæ molē ſubito conficiendā, Haſtrubaliſq́; id fuiſſe inuentum credidit Liuius. Qui nūc ſuos hortando, nunc caſtigando, pluribus locis pugnā reparauit, nihilq́; eo die eſt ab eo prætermiſſum, quod ad imperatorem optimū pertineret. Verum ubi res perditas uidit, ne tot milibus hominum ſupereſſet ſuū nomē & imperiū ſecutis, dignus Hamilchare quo natus erat patre, dign⁹ fratre Hannibale, equo in cōfertiſſimum hoſtium agmen adacto mortē occubuit. Nunq̄ eo bello una acie plures cæſi dicuntur. Quinquaginta ſex milia hominū interfecta, quinq; milia capta. &, cccc. Liuius autor grauiſſimus ſcribit. Nec uictoria Romanis paruo conſtitit, octo milibus hominū ea acie amiſſis. Ingens prēda parta eſt, auri & argenti immenſum pondus. Poſtridie nunciatū ē Liuio Ligurū & Gallorū conſternatam manū domū abire ſine duce ac pene inermē, modico equitatu immiſſo, ad unum occidione occidi poſſe. Sint, inquit ille, aliqui hoſtiū ſuæ cladis nūcij, noſtręq́; uirtutis teſtes. Adeo hoſtilis ſanguinis ſatietas uictores ceperat. Nero nocte quę pugnā ſecuta eſt, à Liuio digreſſus, haud minori celeritate q̄ uenerat ad ſuos reuertitur, tanta omniū populorū lætitia, quacunq; iret, ut præ nimio gaudio uix homines animorū compotes eſſent. Poſt Neronis diſceſſum quotidie magiſtratus urbis, cū uniuerſo ſenatu, in curia à prima luce ad ueſperā p̄manſerant, euentum pugnæ expectātes. Matronæ in templis eſſe, ſupplicijs deo & uotis fatigantes. Anceps primo fama ſollicitæ ciuitati accidit, uictos ingēti prēlio hoſtes, duo id equites ex eo exercitu qui erat in faucibus Vmbriæ attulerunt, ueniſſe in ea caſtra qui conſulū uictoriam nunciaſſent. Primo id magis auribus q̄ animis acceptum, ut quiddam maius ac lętius q̄ ſatis credi poſſet. Secutę inde L. Manlij Acidini literę, q ex eiſdem caſtris id idem ſcribebat, ad quem nuncium tantus concurſus eſt in curiā factus ut tabellarius cum literis ad patres ingredi non poſſet, clamante multitudine ut literæ publice recitarentur, Secuti inde legati, quibus cōtinenti agmine ab urbe ad Miluium pontem præ nimia lætitia eſt ciuitas obuiam effuſa, Tum

Haſtrubalis peritia in re militari.

Initium pugnæ ad Metaurum.

Elephantorum cædes.

Haſtrubalis caſus.

Liuij conſulis edictum.

Neronis celer reditus.

ſa, Tum

Publica lætitia.

ſa.Tũ literæ ſunt in ſenatu recitatę,inde & in foro in cõcione popl̃i,unde ab alijs in alia eſt tẽpla diſcurſum,ut dijs gratularẽt. Multi domũ ad liberos & coniuges cũ lætitia reuerſi,publicũ gaudium nunciant.Supplicatio in triduum decreta,uix credi poſſit quantũ ea uictoria mutatus ſit ciuitatis ſtatus,uelut iam debellatũ in Italia eſſet,uendẽdo,emendo,mutuum dãdo,creditũ ſoluendo,nõ aliter q̃ ſi om̃ia pacata eſſent ciues inter ſe negocia cõtrahere cœperunt.Claudius Nero ubi in caſtra uenit, Haſtrubalis caput proijci ante hoſtium ſtationes iuſſit,duciq; Aphros uinctos in Pœnorũ cõſpectum,ex his duos ſolutos ire ad Hannibalẽ ꝑmiſit,eiq; nũciare quid illis diebus ad Metaurũ geri contigiſſet. Pœnus tã atroci nuncio perculſus,agnoſco inquit,fortunã Carthaginis,caſtriſq; repentẽ motis in Brutios cõceſſit,ſubductis præſidijs ex omnib9 locis q̃ tueri non poterat. Metapontinos adhæc & Lucanos,qui ſuæ ditionis erãt,ꝓprijs ſedibus excitos,in extremum Italiæ traduxit angulum.

Hannibalis uox in ſubito dolore.

C

# ENNEADIS V LIBER V

NEC IN HISPANIA poſt Haſtrubalis digreſſum multo res quietiores fuere,quin bellũ ſub Hannonis acceſſum , q cũ nouo exercitu in eius locũ ex Carthagine fuerat miſſus,latius exarſit. Bina in Celtiberia hoſtes caſtra fecerant.Syllanus cum x.milib9 peditũ,equitib9 quingentis,citato agmine ad eos miſſus,pene prius in conſpectũ uenit,q̃ adeſſe,diceret. Hanno cuius caſtra ex deſtinato petebant,ad primũ tumultũ,quatuor milib9 ſcutatorũ in fronte conſtitutis,leuẽ armaturam in ſubſidijs locat, in hos uixdum munitionibus egreſſos,Romani pila conijciunt prælioq; cominus conſerto,locorũ aſperitas nonnihil uictoriam retardauit.Neq; em̃ cõtinua acie pugnabat,uirgultis uepribuſq; ordines dirimentibus, bini ſinguliq; inter ſe manum conſeruerant. Cæterum eadem res quæ ab initio adiumento fuerat hoſtibus,poſtquàm fuſi ſunt impeditiorem reddidit fugam, barbaroſq; ad cædẽ multo opportuniores reddidit. Scutatorum legione cæſa,leuis armatura & qui ex alteris caſtris tumultu & clamore exciti auxilio aderant,fugam capeſſunt. Hanno cum magno ſuorum numero eſt captus.Alter imperator Mago qui cum omni equitatu, poſtquã fortunam inclinare uidit,ſeſe periculo ſubtraxerat,decimo poſt die i Gaditanam prouinciam delatus,cum Haſtrubale Giſgonis copias iunxit.Scipio Syllano ob rem bene geſtam laudato,haud multum inde commoratus, ad Haſtrubalem ire pergit, ad cuius aduentum Pœnus cõtinuo in ultimas terras conceſſit,diſtributoq; in urbes exercitu Gadis traiecit.Scipio ubi bellũ diſſipatũ uidit,quia longũ erat ad ſingulas urbes circũagere exercitũ,relicto L.Scipione fratre cũ x. milibus peditũ & mille equitibus,ad Origin urbẽ in Meſſeſum finib9 oppugnandã retro abijt.Ille poſt fratris digreſſum,quũ tertiam copiarum partẽ hoſtiũ mœnibus admouiſſet,ualideq; Hiſpani muros tuerent,eſſentq; in magno diſcrimine q muros ſubierant,confeſtim reliquũ copiaꝝ oppidanos longiore iã pugna fatigatos iubet inuadere. Origenſes metu perculſi,relictis muris, ueriti ne ad unũ caderent,ſi ui hoſtis in urbẽ irrupiſſet, ſcutũ altera manu habentes ne nuda corpora iritato hoſti obijcerent,dextera inermi ſublata,ut appareret nõ bellũ ſed pacem expoſci,patefacta repente porta,ſeſe ultro Romanis offerunt.Cæterũ ſiue res ſit parũ animaduerſa, ſiue dolus ſuſpect9 fuerit,nõ aliter cęſi ſunt,q̃ ſi cõflicturi in apertũ proceſſiſſent.Oppidũ eodẽ impetu eſt captũ,duo milia hoſtiũ cæſa.Roman9 uictor,ccc. oppidanorũ qui clauſerant portas,cũ punico p̃ſidio in uincula coniectis,cęteris quib9 fortuna belli pepercerat,non ſolũ ueniam dedit ſed liberum etiam oppidum reſtituit,atq; itaq; ita prouincia egregie obita,cũ exercitu ſe ad fratrem recepit,qui dimiſſis in hyberna legionibus(inſtabat em̃ hyems)Taraconem conceſſit,unde Hannonem & cæteros captiuos nobiles Romam cum L. Scipione fratre miſit.Eadem æſtate iterũ Leuinus in Aphricam trãſmiſit, ibiq; extremos Carthaginis fines,atq; Vticenſem oram prædatus,quum Siciliam repeteret,in LXX. Punicas naues incidit.Ex ijs decem & ſeptem captis quatuor in alto demerſis cæteræ fuſæ fugatæq; ſunt, ipſe cum ingenti præda uictriciq; claſſe Lilybęũ reuerſus eſt.Hæc expeditio tam ſimilis priori uidetur,ut Liuius q utriuſq; uictoriæ eſt autor,merito in ſuſpitionem uenire poſſit, ut uelut

Syllani uictoria.

D

Pœnorũ cum fuga.

Origenſiũ deditio.

Leuini in Aphrica expeditio.

eorum

A eorum oblitus quę ſcripſerat, bis idem poſuerit. Potuit & annalium uariatio in cauſa eſſe, q̃ alij alio tempore rem ſemel geſtam tradiderint. Principio æſtatis qua hæc geſta ſunt, P. Sulpitius cũ rege Attalo, quicum Æginæ hybernauerat, Lemnum tranſmiſit, quorum conatibꝰ Philippus occurſurus, Demetriadem ad mare deſcendit, etſi regis animus alioqui haud in unã belli curam diſtrahebatur: nam & Achæi opem implorabant aduerſus Machanidã Lacedęmoniorum tyrannũ qui in Argiuorum finibus caſtra fecerat, & Ætoli Romana ſocietate freti ferociꝰ q̃ antea Philippi rebus incubuerant: ex Macedonia quocꝫ tumultuoſe nũciabatur, Scerdilaidam & Pleuratum in armis eſſe, Medoſcꝫ Thracum gentem motam. Interim Attalꝰ ex Lemno, maritimam Macedoniæ oram populatus, Heracliam quo fuerat Panætolium indictum, proficiſcitur. Philippus, ad eum hoſtium conuentũ diſturbandum, Scotuſam magnis itineribus contendit. Hic quũ Ætolicum concilium dimiſſum audiuiſſet, ſegetes iam propemodum maturas, in Æniano ſinu fœda populatione uaſtauit. Inde Philippo Demetriade reuerſo Attalus & Sulpitius à Pepareto Niceã tranſmiſere. Ex Nicea Oreum petierunt. Ea prima urbiũ Eubœæ ad læuam occurrebat, Euripũ Euboicũ ex Demetriaco ſinu petentibus. Rex à terra urbem expugnare eſt adortus, & Romani à mari hoſtẽ premebant, & iã Attalꝰ ex cõpoſito auerſa parte ferociter inſtans oppidanorũ in ſe oculos uerterat, quũ Plator regis præfectus à mari Romanos in urbem accepit. Oreenſes ſubito metu perculſi, in arcemcꝫ refugientes in medio cæſi ſunt. Macedonum præſidium Platore id petente incolume eſt dimiſſum. Sulpitius p̃ſenti ſucceſſu elatus Chalcidem oppugnare conſtituit eocꝫ claſſe admota infeſtam ſtationem intuitus, mare enim in anguſtum coactũ, ut duo ab utracꝫ euripi parte fieri portus uideantur, in ora ſibi inuicem conuerſi. Nec ibi, ut fama ferebat, ſepties die, quod & Piniꝰ ſcribit, ſtatutis horis huc mare & illuc cõmeare tunc animaduerſum eſt, ſed montiũ propinquitate ſubitis uentorum flatibus, procelliſcꝫ alterutrius pelagi concitati fluctus, temere in fretũ depelluntur. Quũ necꝫ ſtatio tuta uideretur, necꝫ oppidũ præſidio uacuũ, omiſſo oppugnandi conſilio, ad Locridis emporiũ tranſmiſit. Nec Macedo multo poſt ſuis auxilio terreſtri itinere affuit. Eſt enim

B Chalcis, etſi in inſula ſita, adeo tamẽ arcto interſcinditur freto, ut ponte continenti iungatur, terracꝫ aditũ faciliorem habebat q̃ mari, tã proxima illa eſt Bœotiæ, unde olim motu fuit terræ abſciſſa, ut Cyprus à Syria, Sicilia ab Italia, Beſbicus à Bithynia, Leucoſia à Syrenũ p̃montorio. Vehementiores motꝰ terræ in cauſa fuiſſe creduntur, cur hæc loca ſint terris adempta, ut q̃dam eadem de cauſa eiſdem reddita, ut Antiſſa olim inſula Lesbo iũcta, Zephynũ Halicarnaſſo, Etuſa Mindo, Dromiſcos Mileto. Philippus deiecto Ætolorum ex Thermopylis præſidio, Scotuſam uſcꝫ progreſſus, hoſtibuſcꝫ in Heracleam cõpulſis, iterũ ad hoſtẽ agmine rapto profectus, parũ abfuit quin Attalum oppreſſerit, qui Opunte ex Locris capto, quum in diuidenda p̃da eſſet occupatus, Philippi acceſſu tumultuoſe nunciato, inermis ſeſe ad naues recepit. Philippus ad mare uſcꝫ progreſſus, nautis ancoras remolientibus tumultum iniecit, deos homineſcꝫ incuſans quod tanta ſibi opprimendi hoſtis occaſio eſſet manibꝰ elapſa, Opuntem ingreſſus oppidanos ex eadẽ ira increpuit, qui hoſti tam facile ceſſiſſent. Nec ita multo poſt Attalus, quũ Pruſias Bithyniæ rex ſui regni fines ingreſſꝰ diceret, Ætolico bello omiſſo, in Aſiã trãiecit, & Sulpitius ſeſe cum nauibus quæ quincꝫ & xx. erant numero, Æginiam recepit, poſt cuius digreſſum Philippus Toronem occupauit. Tenebant eam urbem profugi à Thebis Phthioticis, qui ueteri patria à Philippo capta eam ſedem ab Ætolis incolẽdam acceperant. Aliquot ignobilibus oppidis poſt Toronem captis, quum Elatiam ueniſſet, ut ibi audiret Ptolemæi & Rhodiorum legatos, qui de bello cum Ætolis ſoluendo acturi uenerant, ſubitis excitus nuncijs, Machanidam Spartanũ Eleis ludicrum parantibus imminere, in Peloponneſum per Bœotiam & Megarã mouit. Machanidas audito Macedonis aduentu, in Laconiæ fines exercitum duxit, de cuius diſceſſu Philippus factus certior, ad Achæorum conſiliũ ꝙ Ægiũ fuerat indictũ diuertit, ubi quũ multa de ſe magnifice diſſeruiſſet, illud teſtatus dicit, difficile ſibi dictu uideri, utrũ audacius à ſe bellũ gereret, an ab hoſtibꝰ fugaciꝰ, & ab Opunte Attalum ſibi manibus elapſum, & Sulpitium à Chalcide, & tũc poſtremo Machanidã ab Elide fuga ſeruatum, manifeſta hoſtiũ cõfeſſione habere eos nequaq̃ ſibi pares. breui & uictoriã habiturum, certo ſcire ſe eos nihilo meliore euentu quàm ſpe ſecum dimicaturos. Magnifica

Philippi & Attali geſta in Græcia.

Res à Sulpitio in Græcia geſta.

Freti Euboici natura.

Inſulæ abſciſſæ.

Inſulæ iunctæ.

Attalus p̃pemodũ à Philippo capitur.

Attali tranſitus in Aſiã

Philippi

Philippi oratio haud mediocriter ſocios in certā ſpem uictoriæ erexit,ipſe cum Achęorū naui bus,& quas ſuo nomine parauerat, ut Punicæ claſſi iungeret, quæ in auxiliū uenerat,ad Erytras Aetolorum tranſmiſit,unde modica q̃dem ad littus præda abducta(nam Aetoli,qui illi⁹ aduentum præſenſerant,cū pecore in profundas & deuias refugerant ſyluas)Macedo Corinthum primo, inde per ipſas fere hoſtiū ſtationes Chalcidem nauigauit, ubi collaudata ciuiū fide,ꝙ Romanis non ceſſiſſent, Caſſandream abijt,hicq́ꝫ carinis centū longarū nauium impoſitis.ingentē uim opificum operi adhibuit,inde quū omnia circa oram Græciæ, poſt Attali diſceſſum,quietura eſſent,ut Dardanis bellū inferret,in diuerſam Macedoniæ partem cū exercitu trāſijt. Huius æſtatis exitu Liuius & Claudius Nero conſules,ob rem aduerſ⁹ Pœnū proſpere geſtā,decreto patrū Romā ambo uno tpe uenerunt. Eos circūfuſa multitudo non ſolū ſalutauit,ſed dexteras etiam uictrices,q̃ Ro.Po.ſalutē peperiſſent,certatim oſculati ſunt ciues. Inde ſenatu ad ædem Bellonæ illis dato,quū petijſſent ut pro re bene geſta dijs immortalibus gratiæ agerentur,ſibiq́ꝫ trimphus decerneretur,reſponſum eſt,& eos iuſta petere, & ſenatum libenter ea decreturū.Supplicatio igitur amborū nomine indicta,ꝑmiſſumq́ꝫ ut uterqꝫ triumphans in urbē ingrederetur.Liuius in cuius ꝓuincia res geſta eſt,eiuſq́ꝫ auſpicijs pugnatū,curru eſt inuectus.Nero equo ſedēs,multo maiore celebritate & fama,q̃ collega eſt ante cōſpectū ciuitatis ꝑteruectus.Eum prædicabant ſex dierū ſpatio Italiæ longitudinē emēſum, atqꝫ eodē die cū Haſtrubale illū in Gallia dimicaſſe,quo ab Hānibale in Apulia,uelut in proximo ſederet,timebatur.Itaqꝫ unū conſulem,pro utraqꝫ parte Italiæ aduerſus duos duces,duos potentiſſimos exercitus ſatis fuiſſe,hic præſentia ibi fama rem Romanā ſuſtinuiſſe. Iret itaqꝫ Liuius, curruq́ꝫ ſublimis,multiiugis ſi uellet equis præter ora ciuiū ueheretur,unius equo uerū per urbem triumphū uehi.Per hos ſpectantiū ſermones illi in Capitoliū deuecti ſunt.Cōſularia inde comitia habita,quibus L.Veturius Philo.& Q.Cæcilius Metellus ſunt conſules creati,ambobuſq́ꝫ Italia prouincia aduerſus Hannibalem,eo anno decreta,qui tertiuſdecimus ſecundi belli Punici fuit. Cęteꝝ priuſq̃ noui cōſules in prouinciam profecti ſint,prodigia q̃ ſub id tempus facta dicebanť,procurare ſunt iuſſi.In æde Iouis duo angues foribus allabi uiſi fuerant.In Antiati metentibus cruentæ ſpicæ apparuiſſe ferebanť.Cære porcus biceps natus,& agn⁹ maſcul⁹ ideḿꝫ & fœmina,Albæ duo ſoles uiſi.Lux Fregellis noctu oborta. Bos in Romano agro locutus.Ara adhæc,Neptuni in circo Flaminio multo ſudore manauerat, & ueſtalis ignis extinctus,quapropter uirgo,cuius cuſtodia tunc erat,flagro ad mota eſt.His rite procuratis,quoniā metus ſubmotus erat ab Roma & Latio,& res Romana indies melior fiebat, ſenatuſconſulto plebs cōpulſa eſt in agros remigrare, q plures annos metu hoſtiū coli deſierāt. Cōſules in ꝓuinciam profecti,quū ex Conſentino agro ꝑ anguſtū ſaltū exercitū grauem ꝑda abducerēt,ſubito Brutiorū & Numidarū incurſu,turbato agmine & ꝑda & milites pene in diſcrimen uenere,maior tñ tumultus fuit q̃ pugna,legiones ꝑmiſſa ꝑda incolumes in aptū euaſerūt.Inde in Lucaniā ꝓfecti omnē gentē ſine certamine in fidē recepere.Cū Hānibale nihil rei eo anno geſtū,q̃ppe q neqꝫ ipſe uſpiā ſe Romanis obtulit,neqꝫ conſules eū laceſſere ſunt auſi,tanta in uno duce uis eſſe credebať,ut om̃ibus circa illū ruentibus, magno tñ terrori eſſet hoſtibus. Nec mirum,in nullo imperatorū maior uiguit ſolertia, q̃ tāta in uno extitit,ut quū tot annos in hoſtili terra exercitū ex omni colluuione gentiū mixtū rexit,quibus non lex,nō mos,nō lingua una fuerit,alius quidē habitus,alia ueſtis,alia arma,alij ritus,alia ſacra,ita tamē arcto uinculo oīm animos copulauit,ut in ſumma ſtipendij & rerū oīm penuria,nullā ſit expertus ſeditionem.Eratq́ꝫ hic in Italia rerū ſtatus.In Hiſpania Haſtrubal Giſgonis filius,poſt Barchinos duces oīm eo bello ducū celeberrimus,ex Gadibus in continentē reuerſus,delectu in ulteriore Hiſpania cū Magone habito,ad XL.milia peditū,& quatuor equitum & quingētos ad arma conciuerat.Quidam ſeptuaginta armatorū milia fuiſſe ſcribūt,adeo ea terra,quū bellaciſſimis hominū ingenijs,tum uirorū fortiū multitudine ad reparandū bellū fuit ferax. Prima oīm terreſtriū prouinciarū à Romanis inita eſt,atqꝫ oīm poſtrema, Auguſti principis ductu & auſpicijs domita. Cū hoc armorū apparatu Pœni duces ad Silpiam urbē eo conſilio ſederūt, ut cū hoſte,ſub eius acceſſum,confeſtim acie confligerent.Scipio ad hanc noui exercit⁹ famā ex Taracone excitus Caſtulonē primo uenit,inde cū quinqꝫ & XL.milibꝫ armatoꝝ ciuiū ſociorūq́ꝫ. ad Be‑

C

Ciuiũ prædicatio de Claudio Nerone.

Conſules.

Prodigia.

D

Hannibalis prudẽtia in exercitu regendo.

Penorũ bellici apparatus in Hiſpania.

A ad Betulā ꝓgreſſus, in eū metari incipientē Maſiniſſa & Mago, cū omni eq̄tatu, impetū fecere, turbaſſentq́ militē opi intentum, niſi eqtes, qui in hos caſus inſtructi poſt montē ſteterāt, ue lut ex inſidijs coorti hoſtiū impetū preſſiſſent. Fuitq́ eq̄ſtris pugna aliq̄diu atrox, donec mi les in prælīū eductus ſubmouit primo hoſtē gradu, inde late fudit, fugauitq́. Secūda inde cer tamina aliquot Romanis, quoad Haſtrubal prior copias in aciem eduxit. Scipio & ipſe conti nuo militem exaduerſo inſtruxit, inde ſilentiū utrinq́ fuit. Hinc Pœnus, inde Scipio expecta bant, ut ab altero prius ſignū, ad cōcurrendū daret. Atq́ ita utraq́ acies ꝑ diē immota ſtetit. Id quū plures dies feciſſent, ſtaretq́ tā hi q̄ illi ad ꝓlium īſtructi, ita ut tā Romani q̄ Pœni me diā aciē tenerent, in cornib⁹ ſocij locati eēnt, Scipio ut uidit oibus ita ꝑſuaſum, ut eo ordine q̄ ſteterant, eſſet aliquādo confligendū, mutatis ordinibus pugnare cōſtituit, atq́ ita prima luce pranſos equites cū leui armatura in hoſtiū ſtationes miſit. Ipſe ſocijs in medio acceptis cornua Romanarū legionū robore firmauit. Haſtrubal tumultu excit⁹, ꝓmiſſo eq̄tatu quo ordine cō ſueuerat peditē eduxit. Fuit eq̄ſtris pugna quoad acies inter ſe ad quingētos paſſus ꝓxime ſte tere. Tum Scipio receptis equitib⁹, atq́ in ſubſidiū poſt cornua locatis, iubet Hiſpanos, qui in medio erāt, preſſo pede in prælium ꝓcedere, ipſe à dextro cornu aciē extēdit, miſſis q̄ Syllanū & Martium inſtruerent, ut in aduerſa parte idē ipſi facerent, atq́ ita ſinuata acie prius cornib⁹ eſt conflictū, q̄ media hoſtiū acies, ubi erat om̄e ueteranorū robur, cū ſocijs Romanorū, qui ſe gnius ire in prælīū iuſſi fuerant, manū cōſeruerit. Stetit itaq́ Pœnus innixus ſcuto ad multum diei immotus, media Romanoꝝ acie cōgreſſum de induſtria retardante, quoad in illum fame & æſtu languentē elephanti à Romanis in ſuos iaculando auerſi impetū fecere. Tum ſuo loco ſubmota acies ad colles uſq́ ſeruatis ordinibus ceſſit, ibi quū Romanus præter ſpem acrius in ſtaret, neq́ loc⁹ neq́ ducis præſentia formidini obſtitit, ſoluta acie hoſtes per ſaltus & abrupta loca diffugiunt. Præcipua pars fugā in caſtra inclinauit. Ingens pluuia, quæ interim cœlo effu ſa eſt, Romanos à caſtrorum oppugnatione arcuit. Secundū eam pugnam Attanis Turdeta norū Regulus, cum magna ſuorum popularium manu, ad Scipionē tranſijt. Haſtrubal ueri tus ne unius exemplū cæteri ſecuti ad hoſtes deficeret, ſilētio noctis mouit caſtra, Beticq́ ſupe

B rato ad oceanū flexit iter. Scipio abeuntē ſecutus, primo agmen immiſſis equitib⁹ retardauit, retardatum legiones quæ haud multo poſt ſuperuenerunt, ferro conficiunt, ingens ibi cædes edita. Haſtrubal cum aliquot milibus hominum in editum collem ſeſe à fuga recepit, ubi poſi tis caſtris aliquot dies obſidionē ꝑtulit. Demū Magone ibi relicto, ipſe nauibus occ̄te paratis (nam haud ꝓcul inde mare aberat) Gadis noctu trāſmiſit. Nec Mago poſt & ipſe præſidio lo ci exceſſit. Tū uero q̄ cū ducibus eo fugerāt (fuerūt ad XL. milia numero) partim ad Romanos tranſiuere, partim à ducibus deſerti fuga in ſuas ciuitates dilapſi ſunt. Scipio, q̄ Syllano ad eā obſidionē relicto, aliquanto antea diſceſſerat, multis interim gentibus & populis in fidē rece ptis, Taraconem retro abijt. Atq́ ita Scipionis ductu & auſpicijs Pœni, anno quattodecimo ſecundi belli Punici Hiſpania ceſſere. L. Scipio cum multis nobilibus captiuis Romā à fratre miſſus, receptæ Hiſpaniæ nuncium attulit. Cęterū quū ea uictoria uulgo omnibus ſpecioſa & ingens uideret, ſolus Scipio præ ijs quæ animo conceperat, præſentē ſucceſſum ꝓ re nulla ha bebat. Iam enim ad Aphricā & ad decus finiendi belli animū adiecerat, ad q̄ ipſum ut uia ali qua aperiret, Syphacem Maſſeſſulorū regem (ea gens eſt Mauritaniæ affinis, è regione nouæ Carthaginis in parte Libyæ ſita) in partes belli trahere cōſtituit; miſitq́ ad hūc primo Læliū cū donis, eratq́ tunc ille Carthaginienſiū ſocius, uerū donis captus, ſpecq́ ꝓſperioris amicitię, Lę liū benigne cōplexus, ad Scipionē cū his mandatis dimiſit. Fore ut de fœdere & amicitia facile trāſigi poſſet, ſi imperator ipſe ad ſe ueniret. Præſtitit id Scipio intrepide, nec multo poſt cum duabus triremibus & Lælio, ex noua Carthagine ꝓfect⁹, in Aphricam traiecit. Accidit ut eodē tpe Haſtrubal ex Hiſpania pulſus, cū ſeptem triremibus & Scipio regium ſinū portū ingreſſi. Syphax ꝓclarū ſibi quidē & honorificū credidit, q̄ duorū potētiſſimoꝝ populorū duces, uno die, ſuā amicitiā petitū ueniſſent, ꝓ magnoq́ habuit negocio hoſpitali menſæ utrūq́ adhibe re. In uno loco ambo duces accubuerūt. Cæterū tanta erat in Scipione comitas, ingenijq́ in al loquendo dexteritas, ut nō Syphacē mō Romanis moribus inſuetū, ſed Haſtrubalem infe ſtiſſimū hoſtē ſibi facile cōciliarit, multoq́ maior mirabiliorq́ ſit Scipio illi coram uiſus, q̄ añ

Scipionis ſtratagema.

Pœnorum fuga.

Cædes Pœ norum.

Cedūt Pœni poſſeſſione Hiſpaniæ.

Haſtrubal Scipionis indolem mi ratur.

fama,& reb adverſ⁹ ſe & alios Carthaginiēſes duces in Hiſpania geſtis fuerat. Mirari eximiā
hoſtis indolē. Credere ſimul Haſtrubal Syphacē, Scipionis opa, breui in Romanorū ptibus C
futurū, cū gemitu teſtat⁹ int ſuos, Hiſpanijs amiſſis iā de Aphrica retinēda Carthaginiēſes co
gitare oportere: Scipionis cōſilia eo tēdere, ut p Syphacē Romanis armis Aphrica apiret. Sci
pio fœdere cū ipſo icto nōnihil tēpeſtate iactat⁹, qrto die Carthaginē ad ſuos redijt. Hinc Syl
lano ad Caſtulonē oppugnandā miſſo, ipſe cū cætero exercitu ad Illiturgim cōceſſit. Hæ duæ
urbes etſi tum metu quieſcebant, ad oēs Pœnoꝝ motus, utpote Ro. nomini pter cæteras Hi
ſpaniæ ciuitates infeſtę credebātur defecturæ. Stimulare ad id Romanorū aīos Illiturgitanoꝝ
iniuria, q duob Scipionib paucis dieb i Hiſpania cęſis, Romanū pſidiū fœde trucidaſſent.
Huc Scipio copias admoturus, milites hortat infandā cōmilitonū necē fortiter ulciſcerent, &
in oē tpſ atq omnib gentib documentū ſancirēt, neqs unq Romanū ciuē, militē ue, in ul
la ſibi fortuna iniurię opportunum duceret. Milites ultionis cupidi, muros hoſtium ferociter
ſubire. Hoſtes rati ſupplicium à ſe non uictoriam expeti, non ſolum ab initio portas clauſe
re, ſed tanta animorū ptinacia certarūt, ut aliqties ſint Romani à muris cū cæde & ignominia

Scipionis ferocia.

depulſi. Scipio indignitate rei motus, militē increpans inter primos, nō ſine apto uitæ diſcrimi
ne, muros ſubijt. Manifeſtū ducis piculū uniuerſum agmē in pugnā reuocauit. Ibi ſcalis haud
uno loco erectis, p ſaxa & tela ſuperne deiecta, murū miles obtinuit. Capta & à tergo eodē tpe
urbs eſt, nullo, ob loca inacceſſa, pſidio firmata. Per rupes & abruptos ſcopulos pauci fixis per
crepidines clauis primi alios manu extrahentes, poſtremi ſubleuātes, in ſummū euaſere. In me

Illiturgitanorum excidium.

dio itaq hoſtes cæſi. Sęuitū in oēm ſexū & ætatē, ne ab infantibus quidem ferrū ira abſtinuit.
Vrbs incenſa & euerſa eſt. Ad Caſtulonē inde Scipio duxit. Mitior ibi uictoria fuit: nā pterq
quod minor erat Caſtulonenſium noxa, urbs ipſa ſub ipſum ducis acceſſum, eſt per Cerdu
bellum quendā Hiſpani ſanguinis dedita. Miſſus inde Marti⁹ ad cæteros pplos, ſiqui adhuc
indomiti erant, ſubigendos. Ipſe dux ad ſoluenda dijs uota, gladiatoriūq munus in memo
riā patris edendū conceſſit. Hic nō à laniſtis, ut aſſolet, uænalis ſanguis quæſitus, ſed uolunta
ria gratuitaq fuit pugnātiū opa, in gratiā Scipionis. Alij à regulis miſſi, alij ex puocatione in D

Singularis pugna Corbis & Orſuæ

certamē deſcēderunt. Nonnulli, quū diſceptando uerbis litem diffinire nequiſſent, ferro decre
uere conditionē, ut res uictorem ſequeret, & in his Corbis & Orſua Ibenſes patrueles fratres
de ciuitatis principatu inter ſe ambigentes, q celebri pugna, mortalibus documentū dedere, q
tū regni cupiditas malū ſit inter mortales, qd cognatas armet fraternaſq inter ſe man⁹, deq
uita diſceptare contra ius naturæ impellat. Victoria fuit apud Corbim, qui maior natu erat. Is
uſu & pitia armorū facile ſtolidas ſupauit uires. Additi gladiatorio ſpectaculo funebres ludi.
Martius interea, Bethi ſuperato, Cirtim ſine ui ulla bellica recepit. Aſtapam inde petijt. Fuerat
ea ciuitas ſemper Carthaginienſiū, præcipuūq gerebat in Romanos odiū, in quorū nomen,
quum implacabili eſſet animo, memorabile ſub hoſtiū acceſſum facinus eſt ab oppidanis edi

Aſtapenſiū memorabile facinus.

tū, filios & uxores, & oēm imbellē multitudinē cū pretioſa ſupellectile, in forum contulere, col
latam, arida lignorū materia in ſpeciem grandioris pyrę circūuallant, quinquaginta inde iuue
nibus mandāt, dira execratione adhibita niſi imperata feciſſent, ſi (quod nollent) ſe ad pugnā
egreſſos ſuperari cōtigiſſet, confeſtim ferro in multitudinem graſſati, pyræ ignē inijcerēt, neqd
chariſſimarū rerum ad hoſtes perueniret. Ipſi ſubita eruptione in Romanorum ſtationes fa
cta militē inopinata re turbatū in caſtra compellunt, uallum inde ſubeunt uertuntq oēm in
ſe exercitū: certatū nonnihil eſt ancipiti marte: poſtremo Hiſpani multitudine uicti, ad unū cæ
duntur: qua ſuoꝝ clade animaduerſa, iuuenes qui in urbe erant imbellē multitudinē ferro cō
ficiūt, pyrā incendūt, incenſæ ſe ipſos cum armis inijciunt. Superuenit Romanus uictor crude
liſſimo ſpectaculo. Multi, qui cupiditate interfulgentis auri pxime rogum adiere, urgētis à ter
go multitudinis impulſu ptim igni correpti ſunt, partim inſigniter ambuſti, Et Aſtapēſes hūc
exitū habuere. Scipio interim graui morbo implicitus, adeo periculo pximus fuit, ut totā Hi
ſpaniā fama puaſerit eū uita deceſſiſſe, q res in cauſa fuit ut pter alios Hiſpaniæ motus, Man
doni⁹ & Indibilis, puincię ſtatū turbare adorti ſint, & octo milia militū, qui ad Sucronē ſtatiua
habebāt, ut ijs pſidio eſſent, qui cis Iberū incolūt, ſtipendiū ſibi nō reddirū cauſati Tribunis ſe
ditione eiectis C. Albium Calenū, & C. Actiū Vmbrium ſibi duces creauerint. Noui motus
autores

A autores imperij inſignia faſces & ſecures ſuis imminẽtes ceruicibus ſuſcipere auſi, ſociorũ fines cupiditate pdæ infeſtabant,imperabantq́ proximis ciuitatibus pecuniã,ſupbeq́ exigebant. Cęterũ ubi Scipio cõualuit,Mãdonius & Indibilis in ſuos fines cõfeſtim abierũt,ipſeq́ impe/rator,cũ copijs Sucronẽ pfect⁹,ſeditioſum exercitũ p cõcione increpuit. Verũ enimuero teſtatus multitudinẽ mari ſimilẽ eſſe,q ut uẽti & auræ cieãt,ita tranqllũ eẽ cõtingat,aut pcelloſum. Vt pœna igit̃ ad paucos,exemplũ ad plures pueniret, autores ſeditionis,q quq́ & xxx.nu/mero fuerũt,añ tribunal deſtitutos primo uirgis iuſſit cædi,inde cæſos ſecuri pcuſſit, adeo omnib⁹ metu torpentib⁹,ut nõ mõ nõ ferocior uox ulla aduerſus ſupplicij atrocitatẽ,ſed ne gemit⁹ qdẽ exaudiret̃.Sumpto de his ſupplicio,ſtipẽdiũ eſt oĩbus redditũ,mileſq́ nouo ſacramento adactus. Sub id tp̃s Hãno,ex Gadibus in terrã digreſſ⁹,cũ quatuor milibus armatorũ Be/thim uſq́ pceſſerat,Hiſpanię ſtatũ quoquo modo ſollicitatur⁹.Hũc L.Martius primo cõgreſ/ſu fuſum ac fugatũ puincia expulit,& Lælius aliquãto antea à Scipione miſſus,cũ claſſe Car/teiã appulit.Eſt ea urbs i oceani ora,ubi primũ ex anguſtis faucib⁹ pandit̃ mare. Fuerat enim p Gaditanos quoſdã ſpes facta,futurũ,ut ſi Romana claſſis eo appelleret̃,ſine certamine Romani Gadib⁹ potirent̃,pſtitiſſentq́ fidẽ pditionis autores, niſi cõiuratio ad Magonẽ indicio delata,añ Lælij acceſſum fuiſſet à Pœno oppſſa.Eſt tñ nõnihil à Lælio in aditu oceani, cũ ſe/ptẽ Punicis triremib⁹ dimicatũ,quarũ Atherbal erat pfectus,à Magone miſſ⁹, ut Gaditanos q pditionis cõuicti fuerant Carthaginẽ deferret.Tumultuaria fuit pugna,ut pote hic,ubi pl⁹ æſtus freti,q̃ remi aut nauis gubernaculũ poſſet,ſic quoq́ duæ Punicæ ſunt ſuppreſſæ,& uni⁹ lat⁹ cũ tota remorũ ſerie deterſum.Læli⁹ ubi q̃ facta erãt Gadibus audiuit ne aſſidẽdo fruſtra tp̃s tereret,Carthaginẽ redijt.Mandonius & Indibilis,q aliq̃tulũ qeuerãt,Sucronẽſis ſeditio/nis euentũ expectaturi,ut ſi militibus uenia data eſſet,ipſi quoq́ in fidẽ redirent ducis clementiã ſecuti,ubi in eius motus autores atrociter ſæuitũ fama ptulit, deſperata uenia cũ quinq́ & uiginti milib⁹ peditũ,duob⁹ eqtum,in Sedetano agro caſtra faciunt. Scipio ſuos pro cõcione hortatus,teſtatuſq́ ſe ad latrones & latronũ duces,non ad hoſtes ire,ut his oppſſis pacata ex omni parte,puincia cũ omnibus copijs Romã ad triumphũ decederet,Carthagine profectus

B decimis caſtris ad Iberum peruenit.mox eo ſuperato,quatriduo poſt, cum hoſte caſtra cõtu/lit.Hic primo leui eſt armatura dimicatum,mox militũ pcurſatione iuſta fuit pugna,eaq́ Romanis proſpera. Ad quam cladẽ tantũ abfuit, ut uicti hoſtes quicq̃ de priſtina ferocia remiſe/rint,ut poſtero die prima luce in aciẽ deſcenderint. Scipio qa in anguſta ualle tota acies expli/cari nõ poterat,Lælium circũagere equitẽ poſt colles iuſſit, atq́ à tergo hoſtib⁹ pauorem incutere.Id quũ ille nauiter feciſſet,qcunq́ hoſtiũ in ualle dimicauerant, equites ac pedites ad unũ ſunt in medio oppreſſi,perpauci qui in collibus ſteterant fuga ſeruati ſunt,& cum his Indibi/lis & Mandonius,qui omni ſpe armorum poſtremo abiecta, Romano imperatori ſeſe tradiderũt.Mandonius ab Indibili fratre miſſus ad pſentem culpam deprecandã. Ambo perfidiæ increpiti in priſtinam ſunt amicitiã recepti,neq́ arma illis adempta,neq́ obſides imperati,ſti/pendium tantũ ſunt iuſſi in præſens ſoluere militibus. Rebuſq́ in hunc modũ alibi compo/ſitis,Martio in ulteriorẽ Hiſpaniam pmiſſo,Scipio cum parte copiarum Syllanum Taraconẽ ire iubet,mox ipſe cum paucis ſuorum ueſtigia ſecutus ad oceanum ire pergit, ibi ex compoſi/to cum Maſiniſſa in colloquiũ uenit, qui ut occultius id fieret, audito Scipionis aduentu cum Magone egit ut in continentem prædatum ire liceret,cauſatus equos corrumpi longo ocio, & inſulæ feracitate.Equitatu igitur in terram expoſito,trib⁹ ad Scipionem miſſis, quorum duos obſides retineret,tertium ſecutus,cum paucis ſi ita uideretur, Romanus imperator ad conſti/tutum locum ueniret.Præſtitit id Scipio nihil grauate,atq́ ita ambo cõgreſſi, uterq́ alteri fuit admirationi,ob ea quæ in Hiſpania ad id tempus ambo geſſerant.Cæterũ Scipionis præſen/tia multo maior uiſa eſt Barbaro(quàm fama ferebatur.Nam pręterquàm,quod florenti erat ætate Scipio,maieſtas plurima illi inerat, quã uirilis habitus & promiſſa cæſaries adornabãt. Ob hęc,quũ nonnihil attonitus ſtetiſſet Maſiniſſa,tandem Scipioni egit gratias quod fratris ad ſe filium remiſiſſet.Sic Liuius:quod nõ poſſum non mirari,quum ſupra ſororis eum non fratris fuiſſe filiũ ſcripſerit.De amicitia inde inter eos & fœdere actũ,Maſiniſſa uictoriam pol/licente,ſi Scipio cum exercitu in Aphricam traijceret,ſed ut is congreſſus clam Magone eſſet,

Animaduerſio Scipiõis in capita ſeditionis.

Lælius ad anguſtias Gaditani freti pro/greditur.

Indibilis & Mandonij motus.

Indibilis prælio uin/citur.

Scipionis & Maſiniſſæ congreſſus.

Scipionis permiſſu Maſiniſſa ex ſociorũ finibꝰ ingentem p̃dam hoſtiliter abegit. Nec Mago C
multo poſt cũ claſſe, quã Gadibus habebat, in Italiã ire iuſſus, atq; ibi ex Gallis ac Lyguribus

Magonis ex Gadibus in Italiam profectio.

mercede cõductis, nouũ exercitũ cõficere, quo pro uiribus bellũ gereret, quũ Hiſpaniæ orã lege
ret Cathaginem nouã nocturno p̃lio tentare conſtituit, an eã ſubito acceſſu poſſet recupera-
re. Nec Romanos qui ibi erant latuit hoſtium conſiliũ. Enimuero claſſis interdiu ex alto con-
ſpecta fuerat, & ex agris trepide nũciatũ erat hoſtes aduentare. Stationibꝰ itaq; circa muros di-
ſpoſitis robur copiaꝝ intra portam, q̃ ad ſtagnũ & mare obuerſa eſt, ad eruptionem paratum
cõſtitit. Pœni nauibꝰ ſilentio appulſis, quum maiore tumultu q̃ ui muros ſubiiſſent, porta cõ-
tinuo patefacta, Romani cũ clamore & impetu erũpunt, hoſtẽq; ad primum telorũ cõiectum

Mago cũ cæde à Carthagine repellitur.

Suffetes crucifiguntur.

turbãt, turbatũ præcipiti fuga multaq; cæde ad naues agunt. In ipſis quoq; nauibus eſt non-
nihil trepidatũ ne hoſtes promiſcue irrumperent, trahũt ſcalas, oraſq; & anchoras, ne qua in
moliendo mora eſſet p̃cidũt, multi in aquas præcipitati, quum tenebris & metu impedientibꝰ,
haud tutus patuiſſet ad naues recurſus, ad duo milia hominum inter muros & littꝰ poſtridie
ſunt reperta. Qua clade territus Mago retro ad oceanũ rediit, ibi Gadibus excluſus, Gaditano
rum Suffetes & quæſtorem ſub fide, per ſpeciem colloquii, ad naues accitos, uerberibus diſſe-
ctos cruci affixit, inde digreſſus in Pytiuſam inſulam tendit, benigne ibi acceptus remigium
ſuppleuit, inſulanis iuuentutem & arma ultro dantibus. In maiorem inde Balearium curſum
intendit, unde hoſtiliter eiectus in minorem hyematurus tranſmiſit. Gaditani poſt Mago-
nis diſceſſum, cõtinuo in Romanorum fidem conceſſerunt, quibus receptis, quum nullus am
plius hoſtis eſſet in Hiſpania, Scipio prouincia deceſſit, L. Lentulo, & Manlio Acidino, cum
exercitu ad eius præſidium relictis, ipſe cum decem nauibus Romam reuerſus, in æde Bello-
nę, ubi ſenatus eſt redeunti datus, de omnibus rebus à ſe in Hiſpania geſtis diſſeruit. Quoties

Scipio Romam reuerſus.

collatis ſignis dimicaſſet. Quot oppida ex hoſtibus ui cepiſſet. Quas gentes in populi Ro-
mani ditionem redegiſſet. Quatuor duces, quatuor exercitus Pœnorum à ſe deletos. Hiſpa-
niam totam Romani imperii factam. Pro quibus magis tentata eſt ſpes triumphi, quã perti-
naciter petita, quũ nemo ad id tempus, q ſine magiſtratu res geſſiſſet, triumphans eſſet urbẽ D
ingreſſus: equo itaq; ſedens urbẽ intrauit, p̃tulitq; ſibi XIIII. milia pondo argẽti, CCCXLII.
ſignati p̃terea numerum ingentem. Comitia inde cõſularia habita, magnoq; oĩm fauore Sci-
pio ad quẽ uidendũ multi mortales Romam confluxerant, cum P. Licinio pontifice maximo
creatus eſt conſul, Sicilia Scipioni extra ſortem data. Brutii Craſſo, qui cũ pontifex eſſet, Italia
non poterat abeſſe. Scipio centũ boues in Capitolio ex uoto immolauit. Cõceſſum etiã, ut &
ludos quos in Sucronenſi ſeditione uouerat, ex publica pecunia faceret. Inde Saguntinorũ le

Saguntinorum legati.

gati ſunt in curiam introducti, qui multa de fide ſua in Po. R. & excidio ciuitatis locuti, multo
maiorem ſe Romanoꝝ clementiã & benignitatẽ expertos teſtati ſunt, q̃ ſua fides merita eſſet.
Quod per eos patria, q̃d libertas ſibi reſtituta eſſet, quapropter ut ſenatui populoq; Ro. grãs
agerent ſe à Saguntinis miſſos, & ut unà gratularent̃, ꝙ res Romana in certiſſima eſſet ſpe ui-
ctoriæ, ob hęcq; coronam auream uictorię dono attuliſſe ſe, quã ut ſibi dedicare liceret, ſenatũ
magnopere p̃cati ſunt. Summa eius orationis fuit, ut patres ipſi rata hr̃e uellent, quęcunq;

Reſponſum patrum ad Sagũtinos.

Romani imperatores in ſe bñficia cõtuliſſent. Nã & Turdetanus ager à Saguntinis fuerat Sci
pionibꝰ addictus. Reſpõſum eſt Saguntinoꝝ in Romanos fidẽ, rurſus Romanorũ in Sagun
tinos eã p̃ſenti bello extitiſse, ut documento oibus eſset gentibꝰ futura. Impatores ſuos rite ac
recte feciſse, ꝙ omni bñficiorũ gñe Sagũtinis ſociis fideliſsimis, cõſultũ uoluiſsent, eaq; ſenatũ
populũq; R. omĩ tp̃e rata habiturũ, & iã inde ꝑ ratis hñda in ꝑpetuum decernere. Permittere
adhęc ut donũ in Capitolio ponerẽt. Inde locus lautiaq; p̃beri iuſsa, & dena milia æris in ſin-
gulos data, datiq; duces ut Italiã ꝑ ociũ uiderẽt, ac paſsim publicę literę datæ, ut ubiq; benigne
acciperent̃. Inde q̃a rumor erat Scipionẽ Po. rogaturũ ut ſibi Aphrica prouincia decerneret̃, ſi
à patribus negaret̃. Fabius Maximꝰ longã ſup̃ ea re habuit or̃onẽ, qua patribꝰ oſtẽdit nõ ex-
pedire reip. priusq̃ hoſtis eſset Italia eiectꝰ, bellũ in Aphricã trãſlatũ iri, q̃n ita ſit natura cõpa
ratũ, ut prius mortales ſua defendãt, q̃ aliena oppugnare incipiãt. Pacandã ꝓinde prius cẽ Ita
liã q̃ Aphricã bello inceſscendã, priuſq; timorẽ domo ꝓpulſandũ, q̃ ultro aliis inferendũ. Re
nouata ĩde Attilii reguli memoria, q̃ cũ exercitu in Aphrica periit, & Nicię Atheniẽſis q̃ bello
in Si-

A in Siciliã tranſlato Athenienſiũ opes in ꝑpetuũ afflixit, facile ſenatũ in ſententiã traxit, ne Sci/
pioni Aphrica decerneret. Cui ille quum nihilomin⁹ uehementẽ orationem cõtra habuiſſet,
uidereturq́ꝫ perſtare in propoſito, Q. Fuluius qui quater conſul fuerat à Scipione quæſiuit, ut
palàm in ſenatu diceret, eſſet ne eo ſtaturus ꝙ patres de prouincijs decernerẽt, quũ ille ſe qđ è Contentio
repub. eſſet facturũ reſpondiſſet. Nõ, inquit, ignarus erã quid reſponſur⁹ facturusue eſſes, qñ inter Scipio
nihil obſcure ꝑ te feras te tẽtare nõ cõſulere ſenatũ, ut niſi ꝓuinciã q̃ uelis tibi decreuerit, cõfe/ nem & fra/
ſtim plebem roges, quare tribunos aduerſus tuũ iſtud incœptũ appello. Altercatione deinde tres.
inter cõſulem & patres orta, petijt diẽ Scipio ad cõſultandũ de re tota cum collega. Poſtero die
patribus ꝑmiſit, ut de ꝓuincijs q̃ uellent ipſi decernerent. Decretum ut Scipionis Sicilia ꝓuin/
cia eſſet, haberetq́ꝫ XXX. roſtratas naues, cũ quibus ſi uideret̃ è republica futurũ, in Aphricã
trãſmitteret, ita paucitate nauiũ Scipioni facultas, ex Fabij ſententia, adimi uiſa eſt in Aphricã
trajciendi. Cæterũ charitate patrię, an gloriæ potius æmulatione, Fabius id Scipioni negãdũ
cenſuerit, haud quiſq̃ facile dixerit. Scio tamen nullũ fere unq̃ in aliqua republica militari glo/ Ducũ æmu/
ria fuiſſe, qui nõ domi ſit aperta ſimultate petitus. Sic Themiſtocles Athenis à Phocione op/ lationes.
pugnatus, Sic Lyſander Lacedęmonius ab Agide, ſic Hannibal ab Hãnone. Sic poſtea à Ca
tone C. Cæſar, adeo gloria ſine inuidia eſſe non poteſt, Scipio poſtq̃ delectus habendi copiã
ſibi ademptã uidit, petijt ut ſaltẽ uoluntarios ſecum trahere liceret, quod quum facile obtinuiſ
ſet, incredibile dictu eſt, q̃to omniũ Italiæ populorũ ſtudio ſit ipſe ad eam expeditionem adiu
tus, aliorum alia ultro ꝓbentiũ, frumentũ, arma, milites, pecuniam: oĩaq́ꝫ tãta celeritate acta
ut XLV. die, q́ꝫ materia ſyluis detracta eſt, naues inſtructæ armatæq́ꝫ in ſalo ſteterint, ipſeq́ꝫ ni Quo appa/
hil moratus, cũ ſeptẽ milibus uoluntariorũ trigintaq́ꝫ lõgis nauibus in Siciliã ſit ꝓfectus. Ma ratu Scipio
go ſub id tp̃s ex minori inſula Balearium, ubi ſe per hyemem tenuerat, cũ XXX. roſtratis na/ in Siciliam
uibus onerarijſq́ꝫ plurimis, duodecim peditũ milia, & duo æquitum, in Italiam deportauit, im tranſierit.
prouiſoq́ꝫ in Liguriã appulſu, Genuam nullis tum munitam pręſidijs occupat ac diripit, prę/
daq́ꝫ Sauonæ Alpino oppido depoſita, Epanterios montanos in Ingaunorũ Ligurum gra/
tiam oppugnat, cum quibus fœdus ꝑcuſſerat. Multos ille ex Gallia & Liguria, fama ſui nomi
B nis, ad bellum conciuit populus, cuius opes quum in dies, magis q̃ tutum Romanis eſſet, au/
gerentur, Marcus Valerius Leuinus cum duabus urbanis legionibus Aretium ꝓceſſit. Eratq́ꝫ
bellũ per hęc in Liguria renatum, quum octoginta Punicæ naues, cõmeatu onuſtæ, in Italiam
ad Hannibalem curſum intenderant. Has circa Sardiniam intercepit C. Octauius eius inſu/
læ prætor. Valerius Antias Liguſtica ꝑda onuſtas fuiſſe ait, quę à Magone Carthaginẽ mit/ Ara Hanni/
tebantur. Hac æſtate, q̃ XIIII. fuit ſecundi belli Punici, nihil memoria dignum ẽ in Brutijs ge/ balis ad Iu/
ſtum. Hannibal circa Laciniæ Iunonis templum caſtra habuit, ubi aram deę dedicauit, cum ti nonem La/
tulo rerum omniũ à ſe geſtarũ, Græcis Puniciſq́ꝫ literis ſculpto. Interim Scipio in Sicilia, Sicu/ ciniam.
lorũ nobiliũ ſumptu, qui ad trecentũ numero iuſſi ſecum militare, quia Aphricana militia gra
uarentur, totidem equites ex ijs qui ſe ex urbe ſecuti fuerant, inſtruxit. Frumentũ præterea Si/
culis ad alendum exercitũ imperauit, ueteres naues refecit, omnia ſumma cura & diligentia pa
rabat, quum in Hiſpania ab Indibili renouatum eſt bellum. Contemptu ille Romanorũ du/
cũ, qui tum erant in Hiſpania, ratus ueniſſe temp⁹ liberandæ Hiſpaniæ, cũ quatuordecim mi/
libus armatorum in Auſetanis campis conſedit. Lucius Lentul⁹ & Manlius Acidinus primis
Barbarorum motibus occurrendũ rati, & ipſi haud multo poſt, iunctis exercitibꝰ, in hoſtium
conſpectu metati ſunt. Nec longior inde mora fuit, in aciem utrinq́ꝫ eſt uno tempore deſcen/ Hiſpanorũ
ſum, fuitq́ꝫ pugna ab initio anceps. Poſtremo hoſtis à Romano equitatu circumuent⁹ in me & Indibilis
dio eſt cęſus, uix mille acie euaſerunt, cæteri ad unum occidione occiſi ſunt, & cum his Indibilis cædes.
defectionis autor. Ea clade fracti Ilergetes, Mandonio & cæteris belli autoribus ad ſupplicium
traditis, arma & ſeipſos Romanis dediderũt. Atq́ꝫ hunc exitum habuit bellum, ꝙ ab Ilergeti/
bus ex improuiſo exarſerat. Lęlius interea in Aphricam cum parte nauium à Scipione miſſ⁹,
circa Hipponẽ copias expoſuit, ſub ſigniſq́ꝫ miles io hoſticũ egreſſus eſt, qui in agris conſpe/
ctus, tantum terrorem hoſtibus incuſſit, ut non minus ſit Carthagini trepidatũ, quàm ſi Sci/ Carthaginẽ
pio caſtra ad urbẽ admouiſſet. Vulgo ferebatur Scipionem non Lælium adeſſe, actumq́ꝫ de ſiũ metus.
re punica credere, ducẽ inuictum exercitũ in Libyam deportaſſe, breui futuꝝ ut Aphrica uelut

Hiſpania nuper armis ſubacta, Carthaginē ipſam oppugnet: nec prę nimia cōſternatione poterat aliq̄d ſalubriter conſuli. Verū ubi Lælius adeſſe dictus eſt, nec tota cum eo claſſis, remittente metu confeſtim militem in urbe & agris conquirunt, & Magoni grandem pecuniam decernunt, ut conducto q̄ maximo poſſet exercitu, ad Hannibalem penetraret, amboq́ iunctis copijs Romā contenderent, darētq́ operā ut Scipionē Aphricæ imminentē ab incœpto auerterent. Sunt & ad Philippū regem miſſi qui grande argenti pondus illi pollicerent̄, ſi in Siciliā aut Italiā cū claſſe tranſmitteret. Hæc illi. Lælius late oīa populatus, copijs ad naues cum præda reductis, quū iam ex Aphrica ſoluturus eſſet, à Maſiniſſa q̄ ad famam Romanæ claſſis ad mare occurrerat, cōuent⁹ ē. Hic ille multū q̄ſtus de longa Scipionis mora idētidē hortat̄, ut primo quoq́ tpe in Aphricā cū claſſe & exercitu trāſeat, eā cunctationē quū Romano popl̄o ad uictoriā nō parū officere, tū ſibi admodū piculoſā, q iādudū graue bellū ſuſtineret, ueniret tantū Scipio atq́ certā ſpē ſecū ferret, fore ut breui tota Aphrira potiret̄, q̄ ob crudele & auarū ipſoꝝ iperiū ualde eēt Carthagīeſib⁹ infeſta. Cū his ad Scipionē mādatis & p̄da ingēti, Lęli⁹ in Siciliā ē reuerſ⁹.

Maſiniſſæ mandata ad Scipionem.

Nec ita m̄lti dies itercessere, qb⁹ Romani Locros recceperūt. Erāt duę Locrorū arces, quarū altera eſt à Pœnis retenta. Ea res uno tpe Scipionē & Hānibalē ad ſuis opē ferendā exciuit, iā & Locrēſes Punicū iperiū ptæſi, in medio poſiti fauorē ad Romanos inclinabāt. HānibalRomana arce paꝝ feliciť tētata, ubi cōſulē adeſſe ſenſit, ide mouit caſtra, iuſſis q i altera arce erāt, uti cōmodi⁹ poſſent, ſuæ ſaluti cōſulerēt. Illi piculo q̄ iſtabat pculſi domos arci ꝑpinquas incēdūt, ut fumo hoſtib⁹ ꝓſpecta adimerēt, moxq́ auerſa patre murorū dilapſi cōſternato agmine abeuntes, ſuos ante noctē aſſequuntur. Scipio ſumpto de ijs ſupplicio, qui autores fuerant defectionis ad Pœnos, neq́ ſe publice Locrenſib⁹ dare quicq̄ dixit, neque auferre, Romam irent, eam fortunam habituri, quā ſenatus cenſuiſſet. Ipſe Q. Pleminio ꝓprætore ad p̄ſidium urbis relicto, Meſſanā traiecit. Cæterum Pleminius, & qui cum eo erant, multo crudelius q̄ Pœni ſunt Locrenſes uexare adorti, nihil oim, quæ inuiſas opes potentiorum faciunt, nō perpetratū eſt in oppidanos ab duce & militib⁹.

Pleminij ſæuitia.

Proſerpinæ theſauri.

In ipſorū Locrenſium corpora, in liberos, in cōiuges, infandę contumeliæ editæ, nec auaritia minor libidine, quippe q̄ ne à ſacris quidem Proſerpinæ theſauris abſtinuit, quos quū Pyrrhus rex olim uiolaſſet, magno cōmiſſi ſacrilegij piaculo, manubias in id ſacrū retuliſſe ferebatur. Quin & Romani ipſi, q in præſidio erant, ſeditione agitati media urbe inter ſe armis dimicarūt, uiolatuſq́ eſt Pleminius, naſoq́ & auribus ferro deſectis, ſemianimis à militibus eſt relictus, ad quam ſeditionē cōprimendā Scipio Locros ꝓfectus, cognita cauſa, Pleminiū abſoluit, tribunoſq́ ei tradidit, qui cū ipſo in urbe hoſtiliter conflixerant, ut eos ſub cuſtodia Romā mitteret. Ille recentis iniuriæ impatiēs, poſt Scipionis digreſſum deditos crudeliter necauit, atq́ inſepultos ꝓiecit, pari crudelitate in Locrenſiū principes uſus, qui ad Scipionem de ſua iniuria queſtū iuiſſe dicebātur: inde iræ indulgens eo uſq́ ſceleribus & flagitijs patrādis proceſſit, ut non ſibi ſolū, ſed ipſi quoq́ imperatori qui ea pateret̄, infamiæ & dedecori eſſet.

Exercitus ro. peſtilentia abſumitur.

Romanus interea exercitus, qui in Italia erat Pœno obiectus, tam graui morbo conflictabatur, ut P. Licinius conſul Romā ſcripſerit, breui futurū, ut cōtagione ad unū abſumerentur, niſi exercitus ſolueretur. Cæterum quia iam Hannibal in hyberna conceſſerat, ꝑmiſerūt patres, ut Licinius faceret, q̄ è repub. futurum arbitraretur, & Romæ qm̄ ſepius eo anno fuerat lapidatū, decēuiri ex Sibyllinis libris carmen in apertum retulerunt, breui Romanum populum uictoriā ex hoſte habiturū, ſi matris Idææ numē, ex Peſinunte Phrygiæ Romam accerſerent:

Mater deū accerſitur.

M. Valerius Leuinus, qui res in Græcia geſſerat, cum quatuor alijs legatis ad id miſſus eſt in Aſiam. Hi cum Pergamū ad Attalum regem ueniſſent, hoſpitaliter accepti, Peſinuntemq́ adducti, lapidē, quē matrē deum incolę uocabāt, in naues ꝑmiſſu regis ſuſtulerūt, præmiſſus ē inde Romā M. Valerius Falco, legatorū unus, q id Romā nunciaret, moneretq́ patres quærendū eſſe in ciuitate uirum optimum, qui uenientē deam exciperet.

Conſules.

Creati ſunt per id tēpus cōſules M. Cornelius Cethegus & P. Semproni⁹ Tuditanus. Ludi Romani ter, plebeij ſepties hoc anno inſtaurati, q quintuſdecimus fuit ſecundi belli Punici. Ædē uirtutis M. Marcellus Marcelli fili⁹, q cōſul ad Venuſiā perijt, ad portā Capenam dedicauit. Philippus quia biennio res à Romanis in Græcia fuerant neglectę, Ætolos ſociorum ope deſtitutos, quibus uoluit conditionibus, ad pacē ſecum iungendā cōpulit. Cæte

rum pa

A rum pace nuperrime pacta P.Sempronius Tuditanus proconſul Dyrrachium,cum xxx.ro-
ſtratis nauibus,& x.milibus peditum,numeroſoq; equitatu applicuit,Aetolis opem laturus.
Philippus cum exercitu Apolloniam uenit,quo Romanus cum copijs,pceſſerat,ibi rex quum
ſub primũ acceſſum pugnæ copiam feciſſet, ubi hoſtem ad certamen elicere non potuit, (Erat
enim Sempronius numero militum longe inferior) in Macedoniam conceſſit. Nec ita multo
poſt per Epirotas de bello inter Romanos & Philippum ſoluendo cœptum eſt agi,neq; enim
Philippus mediocriter de ſuis rebus cœperat eſſe ſolicitus,poſtq; Punicis opibus ubiq; fractis,
Romani in ſpem apertæ uictoriæ uenerant. Nec ita multo poſt Romanus dux & Philippus
in colloquiũ uenere,Semproniuſq; has pacis cõditiones Macedoni dixit, ut Parthini,Dimal-
lum,Bargulum,& Eugenium Romanorũ eſſent. In fœdere autem ſunt à rege aſcripti, Pruſia
Bithyniæ rex,Achæi,Bœotij,Theſſali,Acarnanes, & Epirotæ. A Romanis, Ilienſes, Attalus,
Pleuratus,Nabis Lacedęmonioꝝ Tyrannus,Elei,Meſſenij,Athenienſes.His cõſcriptis & ob-
ſignatis in duos menſes pactæ ſunt induciæ, dum legati ad ſanciẽdam pacem Romam mitte-
rentur. Sempronius compoſitis in Macedonia rebus in Italiam ad conſulatum,quem abſens
adeptus fuerat,deceſſit: atq; in prouinciarũ ordinatione Scipioni in annum prorogatũ eſt im-
perium, cum ijs copijs & claſſe quam habebat: quanq; Aphrica prouincia occulte illi decreta,
occultantibus id de induſtria patribus,ne Pœnus id ſcire poſſet. Erat tamen ciuitas in eam ex-
pectationẽ erecta, ut eo anno in Aphricam bellum transferret. Multa interim prodigia facta
dicũtur,duo ſoles uiſi,& nox interluxit.Fax ſtellæ ſpecie ab ortu ad occaſum porrigi uiſa.Pluri-
bus locis ſacra & prophana ſunt de cœlo tacta,pluit & lapidibus, quapropter nouẽdiale eſt ſa-
crum de more indictum.Etiam Taracinæ legati cum Idæa matre eſſe dicebãtur,quum Romæ
Scipio Naſica Gn. Scipionis filius illius qui cum fratre in Hiſpania perijt,adoleſcẽs adhuc,ſe-
natus iudicio,optimus ciuium iudicatus eſt,ac omniũ maxime dignus,qui matrem deum acci-
peret.Sed quid ille ordo ſit præcipue in iuuene ſecutus parum traditur.Is cum matronaꝝ cœtu
ire Hoſtiam eſt iuſſus,deamq; è naui acceptam matronis deferendam tradere. Poſtea uero q;
nauis ad oſtiũ Tyberini amnis acceſſit,Scipio in ſalum naui euectus,ſimulacrũ à ſacerdotibus
B acceptũ in terram extulit. Matronæ primores ciuitatis exceperũt,inter quas Claudiæ Quintiæ
inſigne fuit nomen ad poſteros. Huius quũ dubia prius fuiſſet fama,clara eſt pudicitia eo mi-
niſterio facta. Alij autores ſunt,nauim Tyberino uado hærentem,quia circumfuſa multitudo
uario conatu remoliri nõ poſſet, cingulo unam ueſtaliũ Claudiam ſecum traxiſſe,ſed horum
fides ſit apud eos qui talia tradiderunt. Dies inde illi ſacer fuit, Idus Aprilis proxime præcedit.
Ipſa in æde uictoriæ,quæ in Capitolio fuit,locata eſt,quũ nullum ad eam diem illi Romæ eſſet
templũ.Romanæ coloniæ,quæ ſexto ante anno militem dare recuſauerãt,hoc anno duplicem
militum numerũ dare ſunt coactæ, decretũq; ut quotannis ſingulæ tria milia æris Po. Ro. no-
mine ſtipendij penderẽt. Tulit & aliud decretũ ſenatus,ut qui in ſumma ærarij inopia pecuniã
in medium cõtuliſſent,tribus eam penſionibus ex publico acciperent. Primam præſentes con-
ſules numerarẽt,reliquas duas,qui tertio deinceps anno ac quinto futuri cõſules eſſent. Eratq;
tum his curis occupata ciuitas quũ x. Locrenſium legati obſiti ſquallore & ſordibus,ramoſq;
oliuarũ, Græcorũ ritu, manibus habentes,ad conſulũ conſpectũ,qui forte in comitio ſedebãt,
cum flebili lamẽtatione humi procubuerũt. Quærentibus conſulibus,qui hominũ eſſent,Lo-
crenſes ſe eſſe dixerũt, ea à Pleminio & Ro. militibus paſſos,quæ ne Carthaginienſes quidem
pati Romanus populus uelit,orare ut ſenatum adire liceret, fieretq; ſibi poteſtas apud patres
ſuas erumnas deplorandi. Hi à conſulibus in curiam introducti,ubi quid peterent dicere ſunt
iuſſi,tum ex his maximus natu. Vellem ait patres conſcripti,quando incertum eſt quo animo
ſitis noſtras querelas audituri,primum omniũ illud uobis conſtaret,quo modo Locri Cartha-
giniẽſibus proditi fuerint,& rurſus quo ſtudio & cõſenſu,pulſo Hannibalis præſidio, ſe uobis
Locrenſes reſtituerint, quum defectionis culpa procul abſit à publico cõſilio,& in ueſtram de-
ditionẽ reuerſi ſimus,non ſolum uoluntate,ſed noſtra etiam opera & uirtute, certo ſcio,ſi hæc
uobis nota ſint,multo magis indignemini ueſtros ſocios tam indignis & atrocib⁹ cõtumelijs à
Q.Pleminio legato ueſtro & eius militibus in pręſentia uexari. Cęterũ alienationis noſtræ cau-
ſam & reuerſionis in aliud tẽpus differẽdam arbitror,quũ ob Scipionis abſentiã, qui omniũ à

Scipiõi Aphrica decernitur.

Prodigia.

Scipio Naſica Ro. optimus.

Mirum in Claudia ueſtali.

Locrẽſium legatorum querelæ.

Oratio Locrẽſium ad ſenatum.

nobis recte ac perperā factorum optimus eſt teſtis, tum ꝙ qualeſcunq; in uos fuimus, multo atrociora patimur quàm mere potuerimus. Multa quidem fœda & indigna ab Hamilchare & Punico præſidio paſſi ſumus, ſed illa cum ijs, quæ nunc patimur, collata, multo minus atrocia ac pene mitia habenda ſunt. Verum enimuero uos reſpiciatis neceſſe eſt perditas res noſtras P. conſcripti, aut ne à dijs quidem immortalibus quod precemur aliud quicquam ſupereſt amplius. Q. Pleminius legatus qui ad Locros à Pœnis recipiēdos miſſus eſt, quiq; nobis receptis, ut præſidio eſſet, à Scipione fuit relictus, noſtrarum lachrymarū huiuſq; afflicti & miſerabilis ſtatus autor eſt. Nihil in eo hominis eſt (dant animum ad loquendum ultimæ miſeriæ) pręter figuram & ſpeciem. Nihil Romani ciuis, præter linguam, habitum, & ueſtitum. Peſtis & belua immanis, qualem proximū fretum olim nauigātium perniciem inſediſſe in fabulis proditum eſt, qui ſi libidinem & auaritiam ſolus ipſe in ſocios exerceret, unam ipſius etſi profundā & immenſam uoraginem, noſtra tamen patiētia expleremus. Nunc centuriones, militeſq; ueſtros adeo fœda libidine & licentia corrupit, ut promiſcue ferarū more rapiant, occidant, lanient miſeros ſocios, ſtuprantur matronæ, uirgines & pueri ex parentū complexibus ad nefandos uſus extorquentur. Quotidie urbs capitur, quotidie diripitur, exaudiuntur paſſim puerorū puellarumq; ploratus, à ſuorū conſpectu abſtracti, infanda patiuntur. Miretur qui ſciat, quo modo aut nos ad ea patienda ſufficiamus, aut illos qui faciunt, nondum tantarum ſatietas iniuriarū ceperit. Et quia neq; ego omnia exequi poſſum, nec uobis uacat ſingula audire, nulla, ut breuiter dicam, eſt Locris domus, nullus quidem homo, qui ad hunc diem ſit iniuriarū expers, nullum libidinis aut auaritiæ genus eſt, quod in eorum quenq; qui pati potuerunt, ſit à Pleminio & alijs p̄termiſſum, omnia quæ urbes bello captæ patiuntur, paſſi ſumus P. conſcripti, & nunc maxime patimur, quęcunq; crudeliſſimi tyranni in eos quos metu & armis preſſos habēt, edere conſueuerunt. Vnum eſt quod nominatim dicam, & quod partim religione, partim ueſtra cauſa dicendum exiſtimaui, ut rempub. ueſtram religione, ſi ita uidebitur, ſoluatis. Vidimus enim quanta cærimonia, nō ſolum ueſtros colatis deos, ſed externos etiam accipiatis. Eſt apud nos phanum Proſerpinæ multa religione inſigne, de quo nimirum aliqua ad uos fama peruenerit: id olim Pyrrhus ex Sicilia reuerſus, quum Locris pręteruehereť, ob ſingularem noſtram in uos fidem, hoſtiliter ſpoliauit. Poſtridie uero quàm id ſacrilegium fuerat à rege perpetratū, claſſe fœda tempeſtate iactata, omnes naues, quæ ſacram pecuniam habebant, noſtris ſunt littoribus impactæ, qua clade rex territus, conquiſitam pecuniam in priſtinos Deæ theſauros reponi iuſſit. Nec illi poſtea quicq; proſpere euenit. Multis aduerſis caſibus iactatus, poſtremo Argos ingreſſus infeliciter perijt. Hæc & alia religionis documenta, quum Pleminius & milites qui cum eo ſunt, à nobis ſæpius audiuiſſent, haud ſacrilegas ab eiuſmodi theſauris manus abſtinuere, atq; nefanda præda ſe & domos ſuas cōtaminare auſi, quod ſcelus priuſquam fuerit expiatum, expedit uobis ueſtræq; reipublicæ Patres conſcripti, nihil in Italia, aut Aphrica geſtum iri, ne quod illi piaculum cōmiſerunt, non tantum ſuo ſanguine, ſed publica etiam clade luant, quanquam illi furijs ſui ſceleris agitati, non paruas deæ pœnas ad hunc diem expenderunt, ſæpius inter ſe media urbe hoſtiliter præliati, ubi præter multorū cædem, Pleminius ipſe ſacrilegij autor, à militibus naſo & auribus truncis pene interfectus eſt, & Tribuni eiuſdem furoris participes, ab eo poſtea ſunt crudeliter interfecti, corporaq; eorum inſepulta iacuerunt, habetq; has ab illis pœnas uiolatum numen, nec prius deſinet eos agitare, quàm ſublatam pecuniam in templum repoſuerint. Sed nunc & ſæpe aliàs dea ſuam eſt ſedem præſenti numine tutata, noſtras iniurias ulciſci nō potuit, nec poſſit alius quiſpiam uolumus q; uos. P. cōſcripti, ad quorū fidē ſupplices cōfugimus. Nam q̃d ad noſtra mala attinet, nihil intereſt utrū ſub Pleminij pręſidio Locri poſthac ueſtro iuſſu ſint, an irato Hānibali & Pœnis ad ſuppliciū Po. Ro. iuſſu dedamur. Nec poſtulamus ut nobis de abſente aliqd credatur, ueniat coram ipſe, audiat diluat ſi poteſt, ac ſi quicq; ſceleris, quod homo in hominē edere poſſit, non ad hunc diem ille in nos edidit, non recuſamus, quin nos omnia eadem ſi fieri poſſit, ut pati poſſimus iterū patiamur, ipſeq; omni humano & diuino ſcelere libereť.

Proſerpinæ templum.

Peroratio.

Quū hæc legati queſti eſſent, rogati ſunt à Fabio Maximo, an eas querelas ad Scipionē detuliſſent. Reſpōſum eſt miſſos ad eum legatos, ſed eo præſenti apparatu belli occupato, quippe qui aut iam in Aphricā tranſmiſiſſet, aut certe non multo

A non multo poſt eſſet trãſmiſſurus. Romam quoq; ſibi mittendũ duxiſſe, præſertim quũ ſemel
experti eſſent quantũ apud Scipionẽ Pleminij ualeret gratia, qui cognita ſeditionis cauſa, Tri-
bunos illi uinctos uelut ad ſuppliciũ tradidiſſet. Tum Fabius legatis à curia abire iuſſis ſenten- Fabij Max. ſententia.
tiam dixit, ut Pleminius uinctus Romam deportaret̃, atq; eorum quæ legati quererentur con-
uictus in carcere necaretur, eiuſq; bona publicarent̃. P. Scipio, quia ad corrũpendam diſciplinã
militarem natus eſſet, ac regio more militum licentiæ indulgeret, domum reuocaret̃, agerentq;
interim Tribuni plebis cum populo de imperio illi abrogando, & ut Locrenſes in curiam reuo-
cati benigne appellarẽtur, docerentq; ea quæ facta eſſent, neq; ſenatum, neq; Po. Ro. probare,
iuſſurumq; omnia publice & priuatim reſtitutũ iri, adiecit ut & milites qui ibi eſſent deporta-
rentur in Siciliam, quatuorq; latini nominis cohortes Locros ad pręſidium mitterẽtur. Aſſen-
ſum fuiſſet Fabio in his quæ dixerat, etenim non parum inuidiæ conflatũ erat Scipioni ſuper
id crimen q, cum pallio & crepidis dicebatur ocioſe Syracuſis inambulare, libelliſq; & palęſtræ
dare operam, corrumpiq; eius deſidia milites loci amœnitate, niſi Q. Metelli ſententia interceſ- Senatuſcõſultum de Scipione.
ſiſſet, quæ ut mitior ita æquior uiſa eſt, ut x. legati cum duobus tribuniſplebis & uno ædili, qui
quęſtionẽ ſuper ea re haberet, in Siciliã mitterent̃, ac tum ſi ea quæ facta dicebantur uera com-
periſſent, Scipionẽ prouincia decedere iuberent, aut ſi in Aphricam tranſmiſiſſet, duo tribuni
plebis in prouinciã irent, eumq; duobus legatis cum exercitu relictis, Romam deportarẽt. Se-
natuſconſulto in hanc ſententiã facto, legati Locros profecti, primum omnium conquiſitam
diligenter pecuniã in ſacrario reponẽdam curarunt, ac ſi qua non extitit ex publica adiecta eſt,
ut rite ſacrilegium expiaretur. Milites inde Vrbani prætoris edicto, qui cum legatis eo uenerat,
iuſſi ſunt ſine armis urbem ingredi, permiſſum eſt Locrenſibus, ut omnia ſua quæ in illorũ ta-
bernaculis agnoſcerent, per ocium reciperent, inde poteſtas omnibus facta eſt Pleminij & Sci-
pionis accuſandi. Pleminio ante legatorũ aduentũ Scipionis iuſſu iniectæ fuerant catenæ. Alij Vincitur Pleminius.
tradunt eum ex fuga à Pomponio prætore retractum, atq; in uincula cõiectum. Pleminium ſe
accuſaturos dixerunt Locrenſes, nullam à Scipione in ſe profectã iniuriam, cur de eo conqueri
B posſent, quin eum eſſe Scipionẽ, quem amicum habere malint q̃ inimicum. Pleminius cum
triginta alijs ſacrilegij & ſceleris conuictus, damnatuſq;, Romam ad ſuppliciũ eſt miſſus, ubi Pleminij mors.
prius uita deceſſit, q̃ populi ſit iudicio damnatus. Scipio ubi legati Syracuſas iuere (neq; enim
ignarus erat ad quid uenirent) poſtridie q̃ urbem ſunt ingreſſi omnem exercitum terreſtrem
maritimumq; illorum oculis cognoſcendum ſubiecit, decurſuq; militari, ac nautico conflictu,
uelut cum Pœnis res ageretur, non ſolum deſidiæ calumniam diluit, ſed uehementer à legatis
collaudatus, iuſſus eſt in Aphricam, quod dij bene uerterent, continuo traijcere. Iret ac ſpei de
eo ſemel præceptæ Po. Ro. compotem faceret, confeſſi aut eum ducem & exercitũ, aut nullum
alium præſenti bello finem impoſiturũ: & ipſi Romam reuerſi autores fuerunt, ut ſenatuſcon-
ſultum fieret, uti Scipio quoties uellet in Aphricam tranſmitteret. Sed dum hæc Romæ & in
Sicilia fiunt, Syphax Sophonisba Haſtrubalis Giſconis filia in matrimonium recepta, ictoq;
cum Carthaginienſibus fœdere, ad Scipionem miſit, qui eum hortarentur ut procul Aphrica Syphacis legati ad Scipionem.
uellet cum Pœnis ut antea bellare, nam ſi in Libyam traijceret, fore, ut ſe non hoſpitem aut ſo-
cium haberet, ſed hoſtem, qui pro Aphrica in qua natus eſſet, & pro cõiugis patria enixe eſſet
dimicaturꝰ. Scipio ueritus ne Syphacis alienatio occultando magis uulgaret̃, militumq; ani-
mos frangeret, legatis in concionẽ productis, ſe à Syphace rege cum exercitu in Aphricam per
legatos accerſi utiliter mentitus eſt, proinde ſtatuiſſe ſe, dijs bene iuuãtibus, primo quoq; tem-
pore ex Sicilia proficiſci: pararent itaq; ſe omnes, ut quũ datum eſſet ſignũ, nihil in mora eſſet.
Legatis inde confeſtim dimiſſis Syphacem per literas monuit, ne initam cum Po. Ro. temere
uiolaret ſocietatem, ne hoſpitalem fidem, ne deos conuentorũ arbitros falleret. Ipſe claſſem &
copias Lilybæũ traduxit: tantus nauium fuit apparatus, ut Lilybętanus portus eas capere non
poſſet. Quantæ fuerũt copiæ ad id bellum ductæ uarie proditum ſcribit Liuius. Qui plurimũ
prodidere quinq; & triginta milia peditum atq; equitum poſuerũt. Qui minimũ decem milia Copiæ Scipionis.
peditum. Qui medium ſecuti xv. milia peditum, mille & quingentos equites. Scipio iuſſis
militibus ſilentium nautis præſtare, dexterum cornu tenuit cum L. Scipione fratre & xx. ro-
ſtratis nauibus. Læuum C. Lælius agebat: præfectus claſſis onerarias in medio accepit, nulla
unq;

Scipionis ex Sicilia digreſſus.

unꝗ Ro. claſſis maiore celebritate ex Sicilia in Libyam tranſmiſit. Multi mortales ad eum ap/
paratũ uiſendum Lilybæum ex tota inſula conuenerãt, & iam omnia ad curſum parata erant, C
quũ Scipio ex ſumma naui deos precatus, ut eam profectionẽ ſibi populoꝗ Romano ſecun/
darent, cruda uictimæ exta, ut mos erat in ſubiectos fluctus proijcit: inde cum tota claſſe profe
ctus, uentis à terra ſpirantibus, confeſtim in altum abijt, ad promontoriũ Pulchri copiæ expo/
ſitæ ſunt. Secũdam eam nauigationẽ Ro. fuiſſe, cæteri autores tradiderũt: Cælius omniũ unus
non ſine tumultu & ſæuitia maris appulſum autor extitit. Claſſis primo ex alto, inde milites in
agris conſpecti ingentẽ maritimis urbibus terrorẽ incuſſerunt, ſed præcipuus metus Carthagi
nem caput belli, inuaſit. Confeſtim, tanꝗ Scipio ad urbem admouiſſet, ad arma conclamatũ,
portæꝗ clauſæ ſunt, uigiliæ & ſtationes in muris diſpoſitæ. Ro. impator poſtridie ꝗ in Aphri/
cam appulit, urbem Aphrorũ ſatis opulentã cepit: unde ad octo milia liberorũ capitum ſerui/

Scipionis appulſus in Aphri/cam.

tiorumꝗ captorum in Siciliam miſit. Maſiniſſaꝗ principio gerendarũ rerum cum ducentis
equitibus, nec amplius uenit. Quidam cum duobus milibus ueniſſe autores fuerũt. Cæterum
quia multis per id tempus iactatus fuerat caſibus, regnoꝗ & fortunis ſpoliatus multo æquius

Maſiniſſa.

credere eſt ut cum paruo equitatu uenerit. Fuit Maſiniſſa Galæ filius, qui quum pro Carhagi/
nienſibus in Hiſpania militaret, patrem amiſit, cui Deſalces regno ſucceſſit, is non multo poſt
moriens regnum Capuſæ filio adhuc Maſiniſſa abſente, per manus tradidit, qui à Mezetillo,
uiro inter ſuos populares illuſtri, regiæꝗ familiæ infeſto, armis uictus, cum multis occidit, quo
contigit ut omnis Maſſeſſuloꝝ gens in Mezetilli ditionẽ conceſſerit, abſtinere tamen ille regio
nomine. Verum fretus Carthaginiẽſium amicitia, ex qua urbe uxorem duxerat, fretus & Sy/
phacis qui pro Carthaginienſibus ſtabat amicitia, in alieno regno obtinendo pſeuerauit. Ma/
ſiniſſa ex Hiſpania reuerſus cum Numidarũ ala, quæ ad eum uenientem ſe contulerat, Lacu/
mace Regulo, cui regnũ deberi Mezetillus prædicabat, primo acceſſu fugato, Tapſum urbem

Lacumax.

cepit. Lacumax adhuc puer ad Syphacem, cum modica ſeruorũ manu confugit, & Mezetillus
cum ſuis copijs (habebat enim ad quinꝗ & uiginti milia hominũ in armis) Maſiniſſæ ueniam
pollicenti facile ceſſit. Syphax Haſtrubalis ſoceri impulſu bellum infert Maſiniſſæ, quẽ prælio D
uictum, in Balbum montem cum paucis equitibus cõpulit. Maſſeſſuloꝝ quidam cum pecore
& familia Maſiniſſam ſecuti, locorũ difficultatibus freti, ſe & reliquũ fortunarũ cum rege ad/
uerſus Syphacis iniuriam tuebantur, in cuius ditionem cætera Maſſeſſulorũ gens conceſſerat,
ex his locis aliquandiu Maſiniſſa Carthaginienſem agrum latrocinijs ſubitiſꝗ excurſionibus

Bocchar.

habuit infeſtum, donec Bocchar Syphacis præfectus, cum quatuor milibus ad eum debellan/
dum miſſus, montibus deiectum, cum XL. equitibus fugientẽ, ad urbem Clupeam circũuen/
tum propemodum oppreſſit, inde ſaucius medio tumultu cum quatuor equitibus elapſus ad
flumen peruenit, ibi præcipiti metu (hęrebat enim ueſtigio hoſtis) uorticoſum flumen ingreſ/

Quibus ca/ſibus iacte/tur Maſiniſ/ſa.

ſus, ægre cum duobus equitibus ad ulteriorẽ ripam pertendit, duo reliqui in hoſtium cõſpectu
aquarũ impetu abſorpti ſunt, atꝗ ita ab hoſtibus perijſſe creditus, in ſpelunca quadam plures
dies latuit donec uulnus quo grauabatur herbis ſit pene obductum. Tum uero iactationis pa
tiens factus, cum duobus ad paternũ regnum repetendũ, quod uix ad poſteros tam audax fa
cinus inueniat fidem, porro ire cõſtituit. Iuncti ſunt primo illi aliquot equites, inde ubi præter
ſpem omniũ, uiuere dictus eſt, ſimulac in conſpectum uenit, ad ſex milia hominũ & quatuor

Recipit re/gnum Ma/ſiniſſa.

equitum ad eum confluxere, quibus non ſolum regnum recuperauit, ſed Syphacis & ſociorũ
fines multa nominis celebritate uexare eſt adortus, caſtris inter Cyrtham & Hipponem loco
edito, munitis. Quo Syphax cum filio Vermina profectus, eum magis arte ꝗ uiribus uictum,
iterum exercitu & regno ſpoliat. Ille cum modico equitatu elapſus, ad minorẽ Syrtim cõfugit.
quo ſe uſꝗ ad Romanæ claſſis appulſum tenuit. Tum uero cum ijs equitibus, quos forte circa
ſe habuit, ad Scipionẽ, ut dixi, uenit, à quo benigne eſt accept9. Carthaginiẽſes ſub primũ Ro
manæ claſſis appulſum, Hannonem Hamilcharis filium cum ualido equitatu Scipioni obij/
ciunt: Haſtrubalẽꝗ & Syphacem tumultuoſe accerſunt. Hanno cum quatuor milibus equitũ
Saleram urbem XV. milia paſſuum à Ro. caſtris occupat. Scipio circa Vticam adhuc erat, qui
audito Hannonis acceſſu, Maſiniſſam cum paucis equitibus pręmittit, qui portis obequitãdo
hoſtẽ ad pugnã eliceret, ipſe poſt altiores tumulos, cum cætero equitatu cõſedit. Pœnus temere
effuſus,

A effuſus,dum hoſtibus ſponte cedentibus cupidius inſtat,in medias incidit inſidias.Cæſus eſt Hanno ꝑfligatur.
Hanno cum mille equitibus,cæteri metu diſiecti paſſim,aut cæſi,aut capti ſunt,& in his cc.no
biles Carthaginiẽſes.Scipio Salera ab eodem metu capta,pręſidioꝗ firmata,ſeptem dies late
per hoſticũ euagatus,oppidis & uicis quibuſdam occupatis, mortaliũ iuxta ac pecorũ numerũ
ingentẽ ad naues abduxit,quæ eo die quo fuerat ad Saleram ꝓſpere pugnarũ, ex Sicilia com/
meatũ attulerant, eas recenti præda onuſtas in Siciliam remiſit, inde Vticam terra mariꝗ eſt Scipio Vticam oppugnat.
oppugnare adortus,ut eam captã belli ſedem in Aphrica haberet. Nec Haſtrubal multo poſt
cũ triginta milibus peditũ & tribus equitũ affuit, ſecutus eſt eueſtigio Syphax cum L.milibus
peditũ & decem equitũ,motiſꝗ confeſtim ſignis haud procul Vtica bina fecerũt caſtra.Scipio
quadraginta diebus ad Vticam fruſtra conſumptis, ſub hoſtium acceſſum, locum circa mare
(exierat iam æſtas) ad hybernandũ idoneum cepit. In Italia per id tempus P. Sẽpronius con/
ſul in Crotonienſi agro,tumultuario pręlio cum Hannibale conflixit,milleꝗ & cc. militibus Ro.cædes.
amiſſis,trepide in caſtra ſe & ſuos recepit, nec ita multis interiectis diebus, iunctis cum P. Lici/
nio copijs,ex cõpoſito iterũ cum Pœno dimicauit, quo prælio primigeniæ fortunæ uouit tem/
plum,fuitꝗ ꝓſpera Romanis pugna.Cæſa ex hoſtibus quatuor armatoꝝ milia,paulominus
quàm ccc.capti,ſigna militaria XL. Pœno adempta:qua clade territus Hannibal Crotonem Pœnorum cædes.
exercitum reduxit. Eodem anno M.Liuius & Claudius Nero cenſores Magnæ matris ædem
faciendam in palatio locauerũt. Vectigal etiam nouum ex Salaria annona conſtitutũ,id one/
ris Liuio plebs retulit acceptũ, qui ob ueterem damnationẽ Romanis tribubus adhuc iratus
haberet̃,eaſꝗ res illi Salinatoris cognomen dedit. Secutum inde fœdum inter cenſores ipſos Salinatoris cognomen.
certamẽ,ita ut in cenſu agendo uterꝗ alterius equum uendi iuſſerit. Adiecit Liuius aliam ma/ Cenſorum contentio.
iorem notam, ꝙ omnes Romanas tribus, præter Metiam, quæ nec damnaſſet, nec damnatũ
conſulem, aut cenſorem feciſſet,cæteras ad quatuor & triginta ærarias reliquit,& quia ſe inſon
tem damnatũ uoluiſſent,& poſtꝗ damnaſſent,conſulem primo,mox cenſorẽ creaſſent. Huc
uſꝗ cenſorũ odia proceſſerãt, quum Gn. Bæbius Trib. plebis utriꝗ diem ad populum dixit,
ſed conſenſu patrum amborũ ſimultas eſt oppreſſa,ne nouo exemplo cenſura populari auræ
B in poſterũ fieret obnoxia. Creati inde conſules Gn.Seruilius Cœpio, & Gn.Seruilius Gemi/ Conſules.
nus. Quadrigæ aureæ hoc anno, qui ſextuſdecimus fuit ſecũdi belli Punici,in Capitolio ſunt
ab ædilibus poſitæ. In prouinciaꝝ ordinatione imperium eſt Scipioni in Aphrica prorogatũ,
quoad in ea eſſet terra debellatũ. Facta hoc quoꝗ anno ſunt prodigia quædam ac ritæ procu/
rata. Corui non laceraſſe ſolum roſtris aurum in Capitolio, ſed comediſſe etiam dicebãtur,& Prodigia.
mures Antij coronam auream arroſere. Locuſtaꝝ uis ingens Campanũ agrum inſederat,nec
qua mundi parte profectæ eſſent ſatis conſtabat. Reate equuleus cum quinꝗ pedibus natus,
Anagniæ ſparſi primum ignes in cœlum,inde fax ingens arſit.Fruſinone arcus tenui linea eſt
ſolem amplexus,inde orbem ipſius ſideris ſua magnitudine contractũ incluſit circulo. Arpini
terra campeſtri agro in ingentẽ ſinum conſedit. Et his,ut dixi,de more expiatis, tota ciuitas in
Aphricum bellum uerſa erat,ſtudioꝗ cõmeatus & ueſtes ad exercitum conuehebant̃. Scipio Scipionis conſiliũ in opprimendo hoſte.
haud procul Vtica caſtra habebat,tendebantꝗ hoſtes propemodũ in conſpectu,eratꝗ non/
nihil hyeme cum Syphace actum,ut Romanã ſocietatẽ reſpiceret. Cæterum niſi rex Cartha/
ginienſes ſecum in fœdus traheret, nullo modo erat bellum ſoluturus. Sed dum legati citro
ultroꝗ in caſtra eunt redeuntꝗ,calonum habitu miſſi ſunt quidam à Scipione,qui hoſtium
caſtra ſpecularent̃,quæ ubi plurimũ arundine & ſtoria conſtare exploratũ habuit,ad ea noctu
incẽdenda Ro.imperator animũ adiecit.Inde ut ab eo q̃d parabatur hoſtiũ animos auerteret,
tumulũ occupat circa Vticam,quem ſupiore anno tenuerat, uelut iterũ urbem oppugnaturꝰ,
inde ſub noctẽ pręſidio circa tumulũ relicto,ne eruptio fieret in caſtra ab oppidanis,ipſe cum
robore copiarũ ad hoſtem ſilentio profectus,circa mediam noctem proximus illi cõſtitit. Hic
Scipio parte copiarũ Lælio & Maſiniſſæ tradita, ut eodem tẽpore Syphacis caſtra inuaderet̃,
ipſe ad Haſtrubalẽ tum cætero exercitu ire pergit, non prius quippiã mortuus,ꝗ Numidarũ
tabernacula procul uidiſſet incenſa. Obiuerũt nauiter illi iniunctũ munus. Ignis pluribus locis
iniectus ſubitũ hoſtibus pauorem iniecit,additus inde terror,multiꝗ,uelut ad fortuitũ incen/ Incendium
dium accurrentes,primo oppreſſi ſunt,inde cædes circa portas ac totis caſtris edita,& ex alteris caſtrorum.

caſtris quæ proxima erant,conſpectus ignis inermem multitudinẽ ad opem ferendam temere exciuit. Hos qui cum Scipione erãt ſilentio exceptos ad unum obtruncãt,caſtra inde aggreſſi, ut in nocturno tumultu,ſtationibus deſerta ſubito occupant,igniq; in prima tecta iniecto,primo paucis locis reluxit flamma,mox alijs in ignem abeuntibus.fœdum incendiũ omnia corripuit. Ambuſti homines iumentaq;. Fuga & ſtrages ingens continuo edita,ac multo plures in ipſo portarum exitu ſunt ab hoſtibus oppreſſi. Multi mortales alij alio caſu ea ſunt nocte in utriſq; caſtris abſumpti: ad XL.milia hominũ,aut cæſa,aut ignibus conſumpta traduntur,ſex milia capta,ſigna militaria CXXVIII.equi Numidici duo milia DCC.& amplius:magna uis armorum capta,ea omnia imperator uictor Vulcano ſacra incendit. Haſtrubal primo Vticam, mox ueritus ne hoſtibus cum urbe dederetur, Carthaginẽ abijt. Syphax octo milium ferme ſpatio ab hoſte,loco ſatis munito,cum ijs qui nocturna clade ſecum euaſerãt,conſedit. Liuius ad uiginti milia peditũ fuiſſe ſignificare uidetur & D. equites, ſemiermẽ turbam atq; incendio afflatam. Carthagini ad eam cladem non minus trepidatum eſt, q̃ ſi hoſtis ad muros caſtra

Suffetes.

admouiſſet. Senatus à Suffetibus (erant hi apud Carthaginenſes, qui & Romæ conſules) in curiam accerſitus,triplicem dixit ſententiã. Vna pacem quibuſcunq; conditionibus petendam ſuadebat. Altera Hannibalem ex Italia reuocabat. Tertia cenſebat reparãdum eſſe bellum,ac Romanorũ exemplo in aduerſis perdurandũ. Hæcq; Barchinæ factionis hominibus adnitentibus tenuit. Nouus delectus eſt habitus, paucisq; diebus Haſtrubal & Syphax cum triginta milibus armatorũ iterum in aperto metati ſunt.Scipio etſi ad Vticam oppugnandam omnes uires intenderat, ubi noua hoſtium caſtra in magnis campis eſſe exploratum habuit,parte copiarum ad obſidionem relicta, ipſe cum robore exercitus ad locum proficiſcitur,quadriduoq;

Recens Pœnorum clades.

poſtq; in cõſpectum uenit in aciem utrinq; eſt deſcenſum. Primo conflictu Numidæ & Carthaginenſes ſunt ab utroq; cornu pulſi, in medio quatuor milia Celtiberorũ, qui per eos dies mercede conducti in caſtra uenerãt,aliquid negotij uincentibus fecere,deſperata uenia,quoad ſint ad unum cæſi,uictoriã ex confeſſo partam remorati ſunt.Ea cædes Syphaci & Haſtrubali ſatis ſpatij dedit ad fugam. Poſtridie q̃ pugnatũ erat Scipio Maſiniſſam & Lælium cum Romano Numidicoq; equitatu ad ipſos duces perſequẽdos dimiſit,ipſe interim multas Aphricæ urbes ſubegit.Carthaginienſes recentiore clade conſternati,confeſtim in Italiam mittunt,qui Hannibalem & Magonem ad opem patriæ ferendam in Aphricam euocarẽt, ſimul quicquid

Scipio Tuneta occupat.

nauium domi erat inſtituunt, ut Romanã claſſem Vticæ hærentem, ſubito acceſſu opprimerent.Scipio interim Tuneta locum & natura & opere munitum XII. milia paſſuum à Carthagine,unde ad ipſam urbem patebat aſpectus,occupat. Hinc punicam claſſem ad Vticam tendentem intuitus,cõfeſtim ſigna tolli iubet,ne ſuæ naues improuiſo hoſtium acceſſu opprimerentur. Hic quantũ in re ſubita prouideri potuit, quaterno onerariarũ ordine claſſem præmuniuit. Stabant præſidiariæ ita inter ſe nexæ, ut ſpeculatorijs nauibus ſpatia relinquerẽt ad impetum in hoſtem faciendum, & ad uim, quũ opus eſſet, declinãdam habilem darent receptũ. Quæ in fronte conſtitutæ ſunt antennis tenaci nexu alligatis ſublimẽ pontem habuere, unde uis telorum ingens in hoſtem coniecta eſt.Magnum ibi fuit certamen,ad poſtremũ pontibus ui ſolutis,ſex onerariæ ſunt ab hoſtibus in altum abductæ. Id maius Pœnis fuit,q̃ pro re gaudium,q; in tot cladibus res ea parte proſpere ceſſiſſet.Sed dum hæc circa Vticam geruntur,Lælius & Maſiniſſa quintodecimo die in Numidiam uenerant, ibi Maſſuli, Syphacis præfecto ſubita defectione eiecto,regem ſuum ingenti lætitia excipiũt.Nec Syphax interea quieuit,qui exercitu breui reparato quantũ ad eam diem nullum habuerat, hoſtibus obuiam prodijt, ibi primum leuis armaturæ prælium fuit,mox equeſtre certamen ſecutum. Sed poſteaq; Romanarum legionum ſigna illata ſunt,recentium cladium admonitu perculſi hoſtes fugam capeſ-

Syphax capitur.

ſunt.Syphax dum ſuos increpat,pugnamq; inſtaurare conatur,equo ad terram deiecto capitur,captus ad Lælium perducit̃, cædes minor q̃ uictoria fuit. Cæſa ad quinq; milia hominũ. Duo milia & quingenti capti. Maſiniſſa cum leui equitatu Cyrtham urbem regiam petijt, ſe-

Cyrtha capitur.

quitur Lælius cum robore militum. Cyrthenſes Syphacem captum intuiti, quem hoſtis uinctum in conſpectu dedit,terrore perculſi portas patefaciunt: ibi Maſiniſſa ad regiam occupan-

Sophoniſbæ preces.

dam curſu prouectus, Sophoniſbam Syphacis coniugem in ueſtibuli aditu obuiam habuit.

Hæc Maſi-

A. Hæc Maſiniſſam armis & cætero habitu inſignem intuita, regem eum eſſe rata, ad eius pedes procubuit. Dij tibi, inquit, dederunt, tuaq; uirtus, ut omnia demum quæ uelles in nos poſſes, ſed ſi captiuæ apud te uictorē, uitæq; & necis dominū, ullam licet uocem emittere, ſi genua uictricemq; dexteram attingere, te precor & obteſtor, per regiam maieſtatem, in qua nos paulo ante fuimus, per deos huius regiæ, qui te melioribus opto ominibus accipiant, q̄ hinc Syphacem miſerunt, unum hoc abs te impetrari ſinas, ut ipſe de hoc capite quodcunq; libet ſtatuas, nec me in ſuperbiſſimū Romanorū arbitrium uenire patiaris. Enimuero ſi nunq; Syphacis uxor fuiſſem, mallem tamen Numidæ uiri, & in Aphrica geniti, q̄ alienigenæ fidem experiri. Quid Carthaginienſi, quid Haſtrubalis filiæ ab Ro. hoſte ſit timendum uides. Quod ſi nulla alia re potes, ut me ab infeſtiſſimi hoſtis arbitrio morte uindices oro & obteſtor. Erat Sophoniſba inſigni forma & ætate florenti, quo accidit, ut decoris lachrymis, dexteraq; ſæpius petita, ne hoſtibus traderetur, quum iam prope eſſet, ut blandiri potius q̄ precari uideretur, feruidus iuuenis animus, ut Numidarū ſunt ingenia prona in uenerē, ex miſericordia facile eſt in amorem prolapſus: dat ergo illi fidem in ea quæ petebātur, quod ut facilius præſtaret, temerariū ab amore conſiliū mutuatus, nuptias in eum ipſum diem iubet parari, ne quid Lælio aut Scipioni de ea integrum relinqueret.

Maſiniſſa Sophoniſbā ſibi iungit.

Peractis nuptijs ſuperuenit Lælius, qui tantum abfuit, ut Maſiniſſæ factum probarit, ut parum defuerit, quin Sophoniſbam geniali lecto detractam ad Scipionem miſerit. Cęterum flexus Maſiniſſæ precibus, ſatis in præſentia habuit Syphacem mittere, quem ubi in caſtra adduci nunciatū eſt, omnis multitudo ad eum uidendum ſeſe effudit: mirari omnes in eodem maieſtatē nominis, fortunęq; uolubilitatē. Cęterū mouit quum alios fortuna regis, tum Scipionem ipſum, cuius animū ubi hoſtem ante ſuum tribunal proſtratū uidit, ueteris hoſpitij, dextræq; olim datæ & acceptæ ſubijt recordatio. Rex igitur rogatus quid ſecutus Carthaginiēſium amicitiā Romanæ prætuliſſet: Tum ille peccaui, inquit, atq; prorſus inſaniui, quū aduerſus Po. Ro. arma indui, ſed tum ille mei furoris exitus fuit non principiū, tum furialis, inquit, peſtis domū meam inuaſit, quū Sophoniſbā mihi matromonio deuinxi,

B illarū nuptiaꝝ facibus domus mea Scipio conflagrauit, illa omnibus delinimentis animū recenti amore captum à Romana ſocietate alienauit, nec prius egregia coniunx ab incœpto deſtitit, q̄ funeſta mihi arma induit: uerum in hac calamitate & fortuna unum duntaxat ſolatiū inuenio, ꝙ inimico capiti eam matrimonio coniunctā audio, ſatis ſcio fore, ut non multo poſt illius impulſu, Maſiniſſa non magis feliciter q̄ ego nuper Ro. nominis fiat hoſtis. Iniecit tam audax Maſiniſſæ facinus Scipioni non paruam ſollicitudinē, nec tuto, nec ꝓbabili exemplo id factum arbitrari, ꝙ eo die quo primū reginā uidiſſet, ſibi eam matrimonio iungere eſſet auſus, & apud ipſos hoſtiū penates nuptiale ſacrum celebrare. Hæc illi animo uoluenti, Maſiniſſa & Lælius ſuperuenerūt, quibus hilari fronte acceptis pro concioneq; laudatis. Maſiniſſam in ſecretum abductū, & leniter caſtigatū admonuit, parum conſiderate feciſſe, ꝙ Carthaginienſem fœminā Barchini ſanguinis imperatoris hoſtiū filiam, iure belli captam, ſibi matrimonio iunxiſſet.

Scipionis caſtigatio ad Maſiniſſam.

Populi Ro. non ſuum eſſe conſtituere, quid de ea fieri placeat. Videat igitur ne uoluptas una multa bona corrūperet. Maſiniſſa non rubore tantū ſuffuſus, ſed lachrymis etiam obortis ſe in Scipionis poteſtate futurū reſpondit, inde cōfuſus animo, ubi ſe in ſuum tabernaculū recepit, cum gemitu, ut à multis audiretur, miniſtrū cum ueneni poculo ad Sophoniſbā miſit, iuſſitq; nunciari Maſiniſſam præſtare illi fidem, quam poſſit, quādo quam uelit nequeat. Ipſa patriæ memor familiæ, Haſtrubalis patris, duorūq; regum, quorū coniunx fuiſſet, ſibi conſuleret. Accipio, inquit, illa nuptiale munus, neq; ingratū, ſi nihil maius uir uxori pręſtare potuit. Sed melius moritura fui, ſi non nupſiſſem in funere. Ac tantum locuta poculū intrepide hauſit.

Sophoniſbæ interitus.

Poſtq; Sophoniſbæ interitus Scipioni nunciatus eſt, pro magno habuit negocio ægrum Maſiniſſæ animū familiariter caſtigatū, ꝙ magnū erratum aliquāto maiore correxiſſet, & re & uerbis cōfirmare. Poſtridie ad ſe accitum, pro concione regem appellauit, appellatū, aurea corona donauit, patera aurea, curuli ſella, & Scipione eburneo, toga picta, & tunica palmata, triumphalibus ſcilicet ornamētis, quo honore nullus tum maior fuit apud Romanos.

Regalia inſignia.

Donatus eſt & Lælius aurea corona, quem Scipio nō multo poſt, cum Syphace & alijs nobilibus captiuis, pulcherrimæ uictoriæ nuncium Romam miſit. Ipſe iterum ad Tunetem caſtra retulit. Cartha

giniēſes tot cladibus aliȷs ſuper alias fracti, ex triginta ſenioribus (id ſanctius fuit apud illos C
concilium) legatos ad Scipionem mittunt, de pace acturos. Hi ubi in caſtra uenerāt ad ipſius
imperatoris conſpectū procūbentes, omni belli cauſa in Hannibalem & paucos Barchinæ fa-
ctionis uiros reiecta, ut Carthagini parceret ſuppliciter precati ſunt. Etſi uictoria, inquit, Scipio
in manibus eſt, ut omēs tamen gentes intelligāt. Romanū Po. iuſte bella ſuſcipere, ſuſceptaq;

Conditiōes pacis.

iuſtius finire, pacem his cōditionibus habebitis, ut Gallia & Italia ueſtri decedant exercitus, ni-
hil uobis rei in Hiſpania ſit, nihil in ȷs inſulis, quæ mediæ ſunt inter Italiam & Aphricā, om-
nes naues longas præter xx. dabitis, quingenta tritici modioꝝ milia, trecenta hordei, captiuos
& perfugas reſtituatis. Quantū pecuniæ imperauerit Scipio parum conſtat, quinq; milia talen
torum quidam poſuere. Aliȷ quinq; milia pondo argenti. Nōnulli duplex ſtipendiū. Irent ad
ſuos atq; intra triduum redirent, ſi pacem his cōditionibus uellent. Carthaginienſes dubium
ſtudio pacis, an ut requies à bello eſſet in aduentū uſq; Hannibalis, pacem haud abnuerunt,
miſſiq; Romam legati cum aliquot perfugarū, in ſpeciem optatæ pacis. Romæ interea cogni-
tis, quæ in Aphrica geſta erant quatriduū circa omīa templa eſt ſupplicatū, & Maſiniſſæ legati
qui cum Lælio Romam iuerant in ſenatum introducti, benigne auditi ſunt. Laudatus Scipio
qui eum regem àppellaſſet, muneraq; publica ipſi regi decreta, equeſtria arma, tabernaculū, &
militaris ſupellex, qualis cōſulibus parari ſolet. Legatis quina milia æris, comitibus mille data,
ueſtimēta adhæc his ſingula. Bina legatis & lautia decreta. Syphax Albam in cuſtodiā miſſus.

Syphax Albam relegatur.

Per id tempus Quintilius Varus prætor, & M. Cornelius ꝓconſul in Inſubribus Magonem
Barchinū & Gallos ingenti prælio uincunt. Sex milia hoſtium in acie cæſa, & Mago dux gra-

Mago moritur.

uiter uulneratus. Nec Romanis gratuita uictoria fuit, duobus milibus & amplius in pugna a-
miſſis. Mago haud multo poſt Carthaginē reuocatus, copiȷs in naues impoſitis, in altum de-
latus, quum Sardiniam p̃terueheretur, aut certe uix curſu ſuperata ex uulnere quod in prælio
acceperat moritur. In Brutȷs, Cn. Seruilius conſul Conſentiam Vffugum, Vergas, Beſidias,
Hetriculum, Sypheum, Argentanū, Dampetiam uoluntaria deditione recepit. Traditur etſi
obſcura fama, eum in Crotonenſi agro cum Hannibale cōgreſſum ad quinq; milia hoſtium D
cecidiſſe. Nec multo poſt Hannibal & ipſe auxilium patriæ ferre iuſſus, frendens fremenſq;,
ac uix lachrymis temperās, dicitur legatoꝝ uerba audiuiſſe. Iam nihil ꝑplexe, inquit, ſed palam

Hannibalis querela.

reuocant, qui uetando ſupplementū & pecuniam ad Hannibalem mitti ſemper retraxerunt.
Vicit ergo Hannibalem non Po. Ro. toties cæſus fugatuſq;, ſed Carthaginienſis ſenatus ob-
trectatiōe & inuidia. Neq; Scipio tantum deformitate mei reditus exultabit quantū Hanno,
qui, quando alia uia non potuit, domum noſtram Carthaginis ruina oppreſſit. Inde inutili
multitudine præſidiȷ ſpecie in urbibus relicta, cæſiſq; in Laciniæ Iunonis templo, quo ſe uelut
in aſylum receperāt, omnibus Italici generis in Aphricam ire recuſantibus, cætero exercitu in
naues impoſito, quas in hunc uſum iam antea parauerat, uelut diuinaret ita futurum, ut Italia
excedere cogeretur, non minus triſtis, q̃ ſi Carthagine exul abiȷſſet, in Aphricam tranſmiſit,
ſeipſum identidem accuſans, ꝙ Cannenſi uictoria uti neſciuiſſet. Romæ duplex lætitia dein-
ceps fuit, uno fere tempore Magonis morte nunciata, & Hannibalis diſceſſu. Erant qui Han-
nibalem retentū maluiſſent, ne Aphricanā uictoriam ſuo reditu impediret. Quinq; dies circa
omnia templa ſupplicatū, & maiores uictimæ aris adhibitæ. Per eos dies Carthaginienſium
legati, qui Romam miſſi fuerant, urbem ingredi prohibiti, in uilla publica hoſpitiū, & ad Bel-

Carth. legati infecta re dimittūtur

lonæ templum illis ſenatus datus. Ibi ob ea quæ petebantur facile apparuit Carthaginienſes
fraude agere, quum omnia incerta attuliſſent. Sine reſponſo igitur in Aphricam ſunt dimiſſi.
Seruilius conſul Hannibalem Italia excedentē in Siciliam uſq; cum exercitu ſecutus in Aphri-
cam traȷcere parabat, ut finiti belli laudem unus ferret. Cæterū ea res indigna patribus & po-
pulo uiſa, quapropter dictator ad hoc ipſum eſt Romæ creatus, qui eum ex Sicilia reuocauit,
quibus diebus cc. & xxx. naues quibus Gn. Octauius cum cōmeatu in Apricā ex Lilybaeo
tranſmittebat, tempeſtate diſiectæ. Quæcunq; earum ad Ægimurū inſulam, quæ ab alto clau-
dit ſinum Carthaginis, aut ad Calidas aquas in conſpectu urbis compulſę ſunt, quanq̃; indu-
ciæ adhuc tenerent, à Carthaginienſibus ſunt tamen interceptæ. Miſit Scipio Carthaginem

Carth. perfidia.

legatos, qui uiolatas inducias quererētur. Parum abfuit, quin ȷ qui miſſi ſunt, multitudinis in-
curſu

A curſu ſint diſcerpti, nauiq; retro ad Scipionem miſſi, Pœnorũ fraude excepti, medio mari oppreſſi eſſent, niſi naui qua uehebãtur littoribus impacta, pedibus ad Scipionẽ ægre abijſſent, quorũ perfidiam tantum abfuit, ut Ro. imperator imitari ſuſtinuerit, ut Carhaginienſium legatos, qui in caſtra cum Lælio nõ multo poſt ſunt ex Italia reuerſi, incolumes domũ dimiſerit. Hannibal ubi Aphricam in conſpectũ habuit gubernatorẽ ſciſcitatus, Ecquæ terræ ora oculis occurriſſet? Sepulchrũ dirutum reſpondit: quã uocem ille auerſatus, Leptim curſum detorſit. Exijt interim ſextuſdecimus ſecũdi Punici belli annus. Secuti conſules M. Seruilius Geminus & T. Claudius Nero, quibus permiſſum à patribus ut inter ſe Aphricam ſortirẽtur. Populus tamen Scipionis eam eſſe prouinciã malebat. Legati ſub id tempus ex Græcia à ſocijs Romã uenerũt, querentes ſuos agros à regijs Macedonũ præſidijs uaſtari, miſſi proinde ſunt ad Philippum legati qui res repeterẽt, nunciarentq; fœdus uiolatũ uideri: ꝙ ſocij Po. Ro. media pace hoſtiliter peterent. Fuit idem annus urbico incẽdio inſignis, quo Cliuus publicus eſt ad ſolum uſq; exuſtus, & Q. Fabius Maximus uir iam grãdis natu, quippe qui XL. annos augur fuerat, moritur, uel ea laude clariſſimus, ꝙ totius Italiæ cõſenſu graminea eſt corona donatus. Et iam Scipio & Hannibal omniũ gentiũ animos in expectationẽ erexerãt duces ad ſupremũ bellum cõparati, ueneratq; Adrumentũ Pœnus cum exercitu, ubi quum aliquot dies copias refeciſſet, ad Zamam ꝓfectus eſt. Trepide interim nunciabat omnia circa Carthaginẽ Romanis armis obtineri. Scipio hoſtiũ exploratores in Romanis caſtris deprehẽſos tribunis tradidit per tota caſtra deducendos, ut per ocium omnia explorarent, inde incolumes ad Hannibalem dimiſit, quo facile apparuit ꝙ parum Scipio Hãnibalis acceſſu moueretur. Perculit ea Romani ducis fiducia Pœnũ hoſtẽ, ac ratus omnia æquiora impetrari poſſe, ſi integer pacem à Scipione peteret, cum eo in colloquiũ uenit: dubium, ſua ſponte an publico conſilio. Valerius Antias ꝓdidit uictum à Scipione Hannibalẽ, cæſaq; ex Pœnis ad XII. milia priuſq; mentio ulla ſoluẽdi belli ſit à Pœno illata: ex cõpoſito duces caſtra protulerũt, ut ex propinquo coire poſſent. Romanus ad Nagadarã loco opportuniſſimo conſedit. Hannibal inde tumulũ ad quatuor milia paſſuũ

B cepit. Medio deinceps ſpatio ſummotis utrinq; aciebus, cũ ſingulis interꝑtibus congreſſi ſunt, ibi uterq; alterius admiratione attoniti, mutuo ſe aſpectu intuentes, ſine uoce aliquãdiu conſtiterũt. Tum Hannibal poſt mutuã ſalutationẽ, multa de uarietate fortunæ locutus, ꝙ ipſe qui prior bellum intuliſſet, ſæpius uictoriã habuiſſet in manibus, poſtremo inermis ad petendam pacem ꝓceſſiſſet, inde clades executus, quas Pœni Romaniq; ad id tempus bellando perpeſſi eſſent, cum qbus longe melius actũ eſſet, ſi ab initio tam hi ꝙ illi, ſuo fuiſſent contenti, ad pacẽ inter utrunq; populũ iungẽdam hortatus eſt, teſtatus ſe humanaꝝ rerum mobilitate edoctũ, libentius rationẽ ſecutuꝝ, ꝙ mobilẽ fortunæ auram: q̃d ut Scipio faceret, Carthaginienſiũ fortuna documẽto eſſet, qui paucis annis Italia ꝓpemodũ domita, Romam oppugnaſſent, tum demũ omibus mutatis pro patria dimicare cogerẽtur. Summa eius orationis fuit, ut priuſq; in pugnã deſcenderẽt, itidem ſecũ cogitaret, cum quo exercitu & duce ſibi res futura eſſet, uim fortunæ mortemq; cõmunẽ utriſq; eſſe, uideret ne momẽto unius horę multa ſimul parta decora euerteret, q̃d ut caueret Attilij Reguli infelix exitus magnũ præberet exemplũ, qui quo altius uincẽdo aſcenderat, dum ſuæ felicitati modum non imponeret, fœdius corruiſſet. His Pœnus alijſq; pluribus uerbis Scipionẽ in ſententiã trahere eſt conatus. Tum ille, ſi Carthaginienſes, inquit, Hãnibal, ijs ſtetiſſent cõditionibus, quas illis nuꝑ diximus, pax haud dubie ſecuta eſſet. Verũ ob tuum reditũ feroces facti, pacem, quã ſuppliciter petierãt, noſtris nauibus prius interceptis, mox iure gentiũ in legatis uiolato irritam habuerũt. Armis itaq; potius decernendũ arbitror, ꝙ ullam pacis mentionẽ inferẽdam, quæ tuorũ ꝑfidia nunq; aut fida, aut diuturna eſſe poterit. Eam ſortem habendã, quã dij utriq; populo dabũt. Quod ad fortunæ mutationẽ attinet, ſatis ſum, inquit, humanæ infirmitatis memor, & uim fortunæ mecum cõſidero, & ſimul illud reputo, Po. Ro. pia arma induiſſe: quapropter ſpero equidẽ eum exitũ, quẽ dij priori bello Punico dederũt, eundẽ huic ob fœdus à uobis ſemel atq; iterũ uiolatũ eſſe daturos. Ita infecta pace quũ duces ipſi ad ſuos redijſſent, armis decernendũ pronunciãt, arma expedirẽt milites, unam poſtremo pugnã decreturã, Romani an Carthaginienſes iura ſint gẽtilibus daturi, nec Aphricã aut Italiam, ſed orbem terrarũ uictoribus præmiũ proponi, par etiam periculũ uictis,

Omen Hannibali oblatum.

Fabij Maximi interitꝰ.

Scipionis fiducia.

Scipionis & Hannibalis cõgreſſus.

Reſpõſum Scipiõis ad Hannibalẽ.

Oratio ducum.

quum Romanis, ſi uicti eſſent, nullum pateret effugium, ſi Pœni, Carthago ſupremū caſura C.
eſſet. Multum ac uarie uterq; dux ſuos hortatus, Scipio in pugnā progreſſus, ita aciem inſtru-
Romana acies. xit, ut in fronte haſtati manerēt, inde principes, Triarijs poſtremū aciem tuendam aſſignauit.
Lælius ſiniſtrū cornu tenuit cum Italico equitatu, dexterū Maſiniſſa & Numidæ, relictis inter
manipulos ſpatijs, qbus uia beluis irruētibus pateret, dato ſigno, ut eas inter ordines receptas,
dextra læuaq; pilis configerent. Hannibal octoginta elephantos in fronte ſtatuit, quantū nu-
Punica acies. merū in nulla unq; acie Pœni habuerāt: inde auxilia Ligurum Gallorū Balearibus & Mauris
admixta. Carthaginienſes & Aphri cum Macedonū legione, in ſecunda acie conſtiterūt. Po-
ſtremo in ſubſidijs Itali locati. Dexterū latus Carthaginieſium equitatus clauſit, Læuum Nu-
midæ. Diligens inde ducum adhortatio fuit ad milites in procinctu ſtantes. Nec longior dein-
Prælium. ceps mora interceſſit, Tubis à Romano canētibus, tantus clamor eſt exortus, ut elephanti ma-
gna ex parte exterriti in læuum Pœnoꝝ cornu pręcipites abierint, qua parte Numidas, beluaꝝ
ſtrage territos, Maſiniſſa ferociter adortus facile turbauit. Pars elephantorū, quæ in aduerſam
Romanorū aciem inciderat, modico certamine in dexterū Pœnorū cornu auerſa, terrorem ſuis
attulit, auxitq; Lælius, qui & ipſe cum Italico equitatu ea quoq; parte hoſtium aciem præſidio
nudauit. Inde pedeſtris fuit pugna, extemploq; Romana acies duplici ſucceſſu ferocior facta
hoſtem loco ſubmouit, actiq; ſunt primi ad ſecūdam aciem, ibi quū Carthaginieſes & Aphri
non modo non ſuſtinerēt impetū, ſed titubare etiam cœpiſſent, factum eſt, ut auxiliares ſuorū
pauore perculſi, in ſecūdam aciem refugerint, itaq; ab hoſte in ſuos uerſa, quoniā non recipe-
rentur, plurimos obtruncāt. Ibi Carthaginieſes, uelut duplici pręlio grauati, multi à ſuis, plures
aduerſo hoſtium ferro in medium cæduntur, eratq; interim tanta hoſtium perturbatio, ut ne
Romani quidē cum omnia cæde cōplebant, ſatis ordines ſeruarēt: qua re Scipio animaduerſa
(nam & principū ſigna fluctuare cœperāt) Haſtatis in medium receptis, hinc principibus inde
triarijs firmat latera. Tum uelut noua acie pręlium inſtauratū, Romanuſq; ob hoſtilem equi-
tatum utrinq; pulſum ferocior factus, totoq; militum robore, quod in ſubſidijs erat cōnixus,
uix per ſe erat hoſtibus tolerabilis, quū Lælius & Maſiniſſa, qui læua dextraq; pulſum equitē D
fuerāt aliquādiu inſecuti, in pugnā reuerſi, alacriq; clamore à lateribus incurſantes, hoſtem in
Hannibal fuſus. fugam auertunt. Tum uero diſiecta eſt acies, Pœnuſq; totis campis ab eqtibus qui omnia ob-
Cæſorum numerus. tinebāt, cęſus. xx. milia hominū ſunt eo die ex Carthaginienſibus interfecta, ac pene totidem
capta, cum centū uiginti tribus ſignis militaribus, Elephantis quadraginta. Ex uictore exercitu
ad decem milia deſiderata. Hannibal hortādo ſuos præliumq; pluribus locis inſtaurādo, tam
diu in acie uerſatus eſt, q̄ad rem ſemel inclinatā, neq; ui, neq; arte ulla uidit ſiſti poſſe amplius,
tum demum cum paucis equitibus medio tumultu elapſus Adrumetū confugit, Scipionis &
Hannibal Carth. accerſitur. aliorū iudicio ſummi imperatoris conſilio & arte, ut ſi quādo aliàs eo die præcipue uſus. Hoc ille
uelut ultimo uirtutis opere edito, quū Adrumetū ſe recepiſſet, Carthaginē accerſitus, ſexto &
xxx. anno, poſteaq; puer inde abſceſſerat, faſſus eſt in curia, ſe non prælio tantum, ſed bello
etiam uictum, nec ſpem ſalutis alibi quàm in pace reponēdam. Scipio potitus hoſtium caſtris.
Carthaginienſium legati. C. Octauio Carthaginem cum legionibus præmiſſo, Lælium Romam ire iubet, nobiliſſimæ
uictoriæ nunciū. Ipſe L. roſtratis nauibus, centumq; onerarijs, quas nuper P. Lentulus duxe-
rat, ueteri claſſi adiunctis, Vtica profectus Carthaginē petijt. Et iam haud procul inde aberat,
quū uelata infulis ramiſq; oleæ Carthaginienſium illi nauis occurrit: decem legati erant prin-
cipes ciuitatis ad petendam pacem miſſi. His uelamenta ſupplicū porrigentibus, fidemq; im-
peratoris & clementiam implorantibus reſponſum eſt, ut Tunetum irent, ibi Romanū caſtra
habiturū, ipſe Carthaginis ſitum ad hoſtium terrorem contemplatus, retro uticam conceſſit,
Numidarū cædes. Octauio cum exercitu ad ſe reuocato, quo conſilio non reperio. Interim trepide affertur Ver-
minam Syphacis filium cum non paruo equitatu & pedibus multis Carthaginienſibus auxi-
lio uenire. Miſit confeſtim Scipio, qui illum appropinquantem ſubito exciperent pręlio, naui-
terq; ea prouincia nauata eſt. Ad quindecim milia hoſtiū cæſa, mille & ducenti uiui capti, equi
Numidici mille & quingenti, ſigna militaria duo & ſeptuaginta. Verminas cum paucis equiti-
bus uix fuga ſeruatus eſt. Nec multo poſt Scipio ad Tunetū reuerſus triginta legatos ex Car-
thagine ad ſe miſſos, perfidiæ increpitos dimiſit: poſtridie ad ſe reuocatos docuit his conditio-
nibus

A nibus pacem habituros, ſi decem milia talentũ argenti in quinquaginta annos æquis penſionibus Po. Ro. penderent. Centum obſides ſuo arbitrio darent, haud minorem x. annis nec maiorem xxx. Si frumentũ & ſtipendium auxilijs dum induciæ tenerent. Si naues omnes roſtratas traderent, ſi bellum neq; in Aphrica neq; extra iniuſſu Po. Ro. gererent, neq; equos neq; elephantos deinceps alerent, onerarias naues nuper captas cum rebus reſtituerent. Maſiniſſæ agrum quem ademiſſent redderent, ipſi tantũ urbes & agrum in Aphrica haberẽt, quem priusq; bellari cœptum eſſet, tenuerãt. Has conditiones quum tumultuoſe multitudo audiuiſſet, & Giſgo ad diſſuadendam pacem ſuggeſtum aſcendiſſet, ab Hannibale ex ſuperiore loco eſt ui detractus, quæ inſueta liberæ ciuitati ſpecies quum populi fremitum mouiſſet, perturbatus Hannibal imprudentiã excuſauit, quòd puer patria profectus, leges & iura ciuitatis, ut homo militiæ aſſuetus, parum calleret. Inde de pace diſſeruit, cætera executus, quæ præſenti ſtatui rerum conducerent, pacem ut æquam & neceſſariam probauit, ac ſecundum eam concionem autores fuerunt quidam, Hannibalem ad mare deſcendiſſe, ubi nauis ad id prius parata erat, ſponteq; in exilium abijſſe, poſtulantiq; Scipioni ut Hannibal ſibi traderet, reſponſum eſſe, eum exilij nomine ſolum uertiſſe. Quidam alij aliquanto poſtea id factum prodiderunt. Legati ad Scipionem reuerſi, pacis conditiones probarũt, datæ inde in tres menſes induciæ, dum Romam irent ad confirmandam pacem, ea conditione ut legatos interim haud alio, quàm in Italiam mitterent, nec aliunde miſſos acciperent, priusq; Romanos certiores feciſſent ad quid mitterentur. Romæ interea audita hoſtium rebellione ſub Hannibalis aduentum in Aphricam, uehementer fuerat trepidatũ, alteraq; claſſis parata, cum qua confeſtim T. Claudius conſul in Siciliam traijceret, & ex Sicilia in Aphricam, ubi par illi eſſet cum Scipione imperium. Turbabant ſuſpenſam rei euentu ciuitatem multa & uaria prodigia, quæ per id tempus facta dicebantur. Solis orbis minui uiſus fuerat, plueratq; lapideo imbri, & in Veliterno agro terra ingẽtibus cauernis ſubſederat, arboreſq; in profundum hauſtæ, quibus omnibus procuratis, Claudius conſul cum claſſe profectus primo in Coſſano tractu atroci tempeſtate eſt iactatus,
B inde circa Sardiniam multo atrocior procella claſſem adorta, fractis laceriſq; nauibus, uix conſul Carales in Sardinia tenuit ubi dum naues reficit, mareq; intractabile circa brumam eſſet, circumactus eſt illi annus, priuatuſq; Romam redijt. Romæ interim conſules creati erant, Gn. Cornelius Lentulus, & P. Ælius Petus, atque alteri eorum Aphrica prouincia decreta eſt, ſi pax cum Carthaginienſibus non ſecuta eſſet, ut ipſe mari, Scipio in terra ut ante rem gereret. Auditiq; interim Philippi regis legati, qui quum multa perplexe aduerſus ſocios Po. Ro. & M. Aureliũ, qui illos contra Philippi iniuriam defenderat, locuti eſſent, ſuperbeq; regis nomine poſtularent, ut Sopater dux, & qui apud Hannibalem militaſſent, quos Scipio in uinculis haberet, ſibi reſtituerẽtur: Reſponſum eſt quærere regem bellum, & ſi pergat prope diem habiturũ. Fœdus ab eo dupliciter uiolatum, & nunc ſocios Po. Romani eum iniuria laceſſere, hoſtem præterea ab eodem auxilijs adiutum, quare recte faceret Scipio, qui Sopatrum & alios in uinculis haberet, quia pro hoſtibus in acie ſtetiſſent, & M. Aureliũ ex ſententia patrum ſocios aduerſus regis iniuriam tutari. Cum his Philippi legati dimiſſi ſunt. Auditi inde ſunt, qui à Carthaginienſibus miſſi fuerant, in quibus erat Haſtrubal cognomẽto Hedus, qui ut Hanno ſemper fuerat autor pacis, Barchinæ factioni infeſtus. Is omni ruptorũ fœderum iniuria in Barchinæ gentis homines reiecta, quorum impotentiæ à bonis reſiſti nequiuerit, Patres conſcriptos precatus eſt, ut præſenti rerum ſucceſſu, ſecundiſq; rebus modeſte ac moderate uterentur, ſi ſe atque Hannonem ſui ciues audire uoluiſſent, pacis conditiones daturos fuiſſe, quas ſuppliciter peterent. Raro hominibus bonam fortunam, bonamq; mentem dari. Populum Romanum eo inuictum eſſe, quòd in ſecundis rebus ſapere & conſulere meminerit, qui pene plus parcendo quàm uincendo imperiũ auxerit. Hæc & alia quum ille & collegæ miſerabiliter locuti eſſent, appareretq; iam ſenatum miſericordia flecti, Senatorũ unus Carthaginienſium perfidiæ præ cæteris infeſtus, ſuccla maſſe dicitur. Per quos deos Pœni fœdus percuſſuri eſtis, quum eos per quos toties ſit ictum fefelleritis? Per eoſdem, inquit, Haſtrubal qui tam infeſti ſunt fœdera rumpentibus. Quum omnium animi ad pacem inclinarent, eamq; conſul ambitioſe impediret, Trib. plebis ad populum tulerunt, populuſq; ſciuit, ut Scipio ex decem legatorum

Hannibalis facinus.

Hannibalis exilium.

Prodigia.

Conſules.

Legati Carthaginienſ. Romæ auditi.

torum ſententia pacem Carthaginiēſibus, quibus uellet legibus daret, exercitumq; uictorem ex Aphrica in Italiam deportaret. Secūdum id publicum decretum Carthaginienſium legati, quum gratias patribus egiſſent, petierunt ut ſibi liceret in urbem ingredi, & colloqui cum ſuis ciuibus qui capti in publica cuſtodia ſeruarentur, eorum propinquos quoſdam eſſe, habere & propinquoꝝ ad alios mandata, quibus conuentis, quum iterum petijſſent, ut quorundā redimendi ſibi poteſtas fieret, factum eſt ſenatuſconſultū, ut legati, qui ad Scipionē ituri erant cc. quorum nomina legati dediſſent in caſtra ad Scipionem adducerent, eoſq; ſi pax ſecuta eſſet gratis Carthaginiēſibus reſtituerent. Sunt & fœciales miſſi ad fœdus ſanciendum, ſecum priuos lapides priuaſq; uerbenas ferre iuſſi: prætorem quoq; Sagmina popoſcerūt. Id genus herbæ fuit ex arce ſumptum. Poſtq; legati cum his in Aphricam uenerunt, pax cōditionibus iam dictis icto fœdere confirmata eſt. Naues longas, Elephātos, perfugas, captiuos ad quatuor milia numero tradiderunt, in quibus fuit Q. Terentius Culeo ſenatorij ordinis. Scipio quingentas omnis generis naues in altum abductas, in Carthaginis conſpectu cremauit. Id incendium tam lugubre Pœnis fuit, q; ſi tum Carthago tota deflagraſſet. Transfugas latini nominis Scipio ſecuri percuſſit. Romanos ſuſtulit in crucem, ut perfidos & patriæ proditores, de fugitiuis mitior fuit ſententia, quoniam id ſeruile ſit, libertatem ſibi effugio quærere. Fuit is annus quadrageſimus ab eo quo primum bellum Punicum à Q. Luctatio & M. Manlio fuit ad exitum perductum. Decimuſſeptimus, non octauus, ut ait, q; à Pœnis bellum in Hiſpania, Hannibalis ductu, eſt renatum. Inter primum & ſecundum Punicum bellum anni tres & xx. interfuerunt. Ferunt ex Scipione ſæpius auditum T. Claudij primo, mox Gn. Cornelij cupiditatē in mora fuiſſe, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiretur. Quum prima pecuniæ collatio ciuibus longo bello exhauſtis difficilis uideretur, exaudirēturq; multorū querelæ, riſiſſe Hannibal dicitur, qui ab Haſtrubale Hedo increpit⁹, q; in publico malo rideret, cuius ipſe cauſa & origo extitiſſet, ſi ita animus, inquit Hannibal, ut oculi perſpici poſſint, nō lætitiæ riſum hunc, ſed amentiæ eſſe ſentiretis, qui ne ſic quidem tam intempeſtiuus eſt, q; ueſtræ lachrymæ. Tum enim fleuiſſe oportuit, quum nobis ademptæ ſunt naues, interdictum externis bellis, illo enim uulnere concidimus, quum ſpolia uictoriæ Carthagini detrahebant̄, quum inermes relinquebamur inter tot armatas Aphricæ gentes, nemo tunc ingemuit: Quàm uereor, ne propediem ſentiatis leuiſſimo in malo uos hodie lachrymaſſe. Hæc ille, quaſi diuinans quæ poſtea tertio bello Punico euenere, locutus dicit̄. Scipio Maſiniſſam in paterno regno confirmatū, Cyrtha & omnibus urbibus ex Syphacis regno captis, pro concione donauit. Ipſe pace terra mariq; parta, exercitu in naues impoſito, Lilybæum in Siciliam traiecit. Inde maiore parte militum nauibus præmiſſa, cum reliquis copijs, per Italiam pace & uictoria lætam, effuſis uidendi ſtudio quacunq; iret obuiam populis, Romam triumphans ingreſſus eſt. Mors Syphacem tam celebri triumpho ſubtraxit, qui haud multo prius ex Alba Tybur traductus, uita deceſſerat. Polybius in triumphum ductum ſcripſit. Terentius Culeo pileatus Scipionis currum eſt ſecutus, eumq; grato animo iam inde, ut ſuæ libertatis autorem coluit. Ipſe Scipio, ſiue familiaris aſſentatio fuerit, ſiue militaris fauor popularis ue aura, primus Quiritium, quod ſatis cōſtat, à terra quam bello uicerat, Aphricani eſt cognomen adeptus.

Libertas Ro. in Carthaginień. — Sagmina. — Pax inter Ro. & carthagiń. — Temporū ſupputatio — Scipionis triūphus. — Terentius Culeo. — Aphrican⁹.

## ENNEADIS V. LIBER VI.

AVTORES, quos ſequimur, adeo interdū diuerſi abierūt, ut parum mihi compertū ſit, quem ex multis potiſſimū præferam. Accidit id mihi, quum ſæpe aliàs, tum in ijs maxime, quæ præſenti uolumini dabunt̄ exordium. Liuius autor eſt, ſub Macedonici belli initium legatos ad Ptolemęum regem miſſos, & in his M. Æmylium Lepidum, qui publice illi agerent gratias, q; Hannibale Italiam uexante, nihil rei ſibi cum Pœno, ut Philippus, eſſe uoluerit. Hunc Philopatorē fuiſſe neceſſe eſt, qui ſecūdi belli Punici tempore in Ægypto haud dubie regnauit. Cæterū Macedonico bello nondum inito, quia Antiochus, ut Trogus ſcribit, & Philippus reges Ægypto iminebant, Alexādrinis per legatos id petētibus Ptolemæū puerum à Philopatore relictū publice tuendum Romani ſuſceperūt, Æmylio Lepido ad hoc ipſum

Autorum uariatio.

A ipſum Alexandria miſſo, qui tutorio nomine pueri regnū adminiſtraret. Nec lōgior deinceps
mora fuit, Attali & Rhodiorū legatis de Philippi iniuria querentibus, bellū eſt Macedoni illa
tum. Hæc Trogus parum ſcrupuloſe tēpora executus. Quo fit ut maior fides Liuio in hac par
te accedat, qui ita res digerit, ut Philopator ſecundo Punico bello nonnihil ſuperſtes fuerit, ad
quem miſſi ſint legati à Po.Ro. poſteaquàm Punico bello eſt defunctus. Sed prius quàm bel
lum ſit Philippo indictum (Etenim Macedonicum non ſtatim, ſed poſt aliquot menſes, Puni
co ſucceſſit) Philopator mortem obijt, ac tum iterum Æmylius in Ægyptum ſit miſſus, aut cer
tè, quod uidetur Liuius ſignificare, quum Ptolemæus obijt adhuc legati Alexandriæ erant. Si
quidem is autor eſt Æmylium legatorum conſenſu ex Alexandria ad Philippum nauigaſſe,
qui tum Abydum oppugnabat, nondū bello ipſi regi indicto. Sed quoquo modo res habet,
Philopator poſt clariſſimā illam uictoriam, qua uictor Antiochum regē ex Palæſtina & Phœ
nicia eiecit, ut alio eſt à me loco memoratum, receptis urbibus quas eo bello amiſerat, in priſti-
nam luxuriam iterum demerſus, Eurydice ſorore ſua, eademq́ uxore interfecta (Polybius &
Ioſephus Beronicen, non Eurydicem ut Trogus, ſcribunt) meretricio Agathocleæ amori addi-
ctus, regiȩ maieſtatis immemor, noctes integras, & dies in ſtupris, & cōuiuijs cōſumpſit. Quin
& Agathocles meretriculæ frater cum Ptolemæo faciebat ſtuprum, qua duplici illecebra ita ſi
bi regem deuinxit, ut regnum ſuo arbitrio adminiſtraret, nemoq́ minus in ſuo regno quàm
Philopator poſſet. In hoc fœdo uitæ inſtituto rex uita deceſſit, paruo filio ex Eurydice, ſiue Be
ronice potius relicto. Agathocles Alexandrinorum incurſu interficitur, cuius ſoror Agatho-
clea & mater ſunt poſtea crucibus affixȩ. Alexandrini, quia conſtans fama erat Antiochum &
Philippum diuiſiſſe inter ſe Alexandrinum regnum, Ptolemæum puerum à patre relictum.
qui Epiphanes cognominatus eſt, per legatos Po.Ro. commendarunt. Fuit in Iudæa, Philo-
patoris temporibus, ſacerdos ſummus Simon Oniæ filius, cuius pontificatus incidit in ſecun-
di belli Punici tempora, qua tempeſtate Ieſu Sirachi filius librum Panareton ſcripſit. Eodem
tempore Coloſſus ſolis, quem Chares Lyndius Rhodijs fecit, ſeptuaginta cubitorum altitu-
B dine, ſexto & quinquageſimo anno quàm fuerat conſtructus, terræ motu corruit. Cæterum
iacens moles illa fuit uiſentibus miraculo, quod pollicem pauci ulnis complecti poterant. Fuit
eadem tempeſtate Eratoſthenes hiſtoriarū ſcriptor. Euſebius LX. Iudæorum millia per id tem
pus interfecta autor eſt, ſed preſſe nimis, ut cætera, locum perſtrinxit. Adijcit tum quoq́ in Pa
læſtina ea fieri contigiſſe, quæ primo Machabeorum libro continentur. Sed Ioſephus in An-
tiochi regnum, qui Epiphanes cognominatus eſt, omnem rerum ſeriem reijcit. Fuit ille magni
Antiochi filius, qui, nuper Seleuco interiecto, Syriæ regnum tenuit. Ioſephum igitur ſecuti, Ma
chabeorum res propiore loco explicabimus. Nunc ad Macedonici belli exordia redeo, cui9 ge
rendi reſidua Romanorū in ipſum regē ita præcipuam præbuit materiā. Ille quidē nulla à Ro
manis laceſſitus iniuria, cū Hannibale & Pœnis ſocia arma decimo ante anno iunxerat. Fuit
hæc primaria, ſed nō ſola bellandi cauſa, nā ille pacē, quam triennio añ cum Romanis ſanxe-
rat, haud uno modo uiolauit, Carthaginiēſibus auxilio & pecunia adiutis, ſæpiuſq́ reb9 per
iniuriā laceſſitis, nouiſſimeq́ Athenienſiū, eorū agro fœde populato. Hi in urbē cōpulſi Ro-
mam miſerūt, q apud patres in ſenatu de Philippi iniuria q̃rerēt. Auxerūt materiā futuri belli
Attali & Rhodiorū legati, q eodē fere tp̄e nūciarūt, Aſiȩ ciuitates à Philippo ad bellū ſollicita-
ri. Trogus iniuriā à Macedone acceptā legatos, q̃ſtū ueniſſe ꝑdidit. Vnū in mora fuit, q̃ min9
bellū ſit cōtinuo regi indictū, quod tum P. Ælius bellum aduerſus Boios Gallos gerebat. Præ
miſerat Ælius C. Appiū ꝑfectum cū tumultuaria manu in hoſtē, qui à Gallis circumuētus, cū
ſeptē milibus hoim, fuit interfectus. Secutus inde conſul cum legionibus, qui Boicū agrum la
te populatus, cū Liguribus Ingaunis, priuſq̃ prouincia decederet, fœdus icit. Romam inde re-
uerſus, prima eius de Philippo relatio fuit. Senatus decreuit, ut M. Valerius Leuin9 cum XL.
nauibus in Macedoniam iret. Creati ſunt interea X. uiri, qui Samniticum & Appulum agrū
bello captū, ciuibus diuiderēt. Creati & cōſules P. Sulpitius Galba & Gn. Aurelius. Peroppor
tune accidit, ut his populū rogaturis de bello regi indicendo, ad irritandos animos Athenien-
ſium legati ſuperuenerint, nunciantes Philippum ſuis finibus hoſtiliter imminere. P. Sulpi
ti9, cui Macedonia ſorte euenerat, Po. rogauit, uellet, iuberetq́, ob iniurias ſocijs illatas, bellū

*Fœdiſſima Philopatoris uita.*

*Coloſſi Rhodij caſus.*

*Epiphanes.*

*Cauſæ belli Macedonici*

*Conſules.*

Philippo Macedonũ regi indici: oẽs centurię feſſis diuturno bello animis eã rogationem anti- C
quarũt. Nec multis inde diebus interiectis, Sulpitius Po. iterũ ad comitia uocatum, accuratiſſi-
ma oratione caſtigauit, docuitq́; futurũ, ut ſi Athenienſiũ q̃relæ, ut Saguntinorũ olim, negli-
gerent, nõ quinto menſe, ut Hannibal, poſt ſociorũ excidiũ, ſed quinto die ferox hoſtis Italiã
inuaderet. Sic Alexander Epirota, ſic Pyrrhus multo uiribus inferiores, q̃ Philippus eſſet, in eã
oram Italiæ tranſmiſiſſent, q̃ magna Græcia diceretur. Illũ diu Lucanos & circumiectas gentes
bello ſollicitas habuiſſe, Hunc Appulis Samnitibus & Lucanis à Ro. Po. alienatis, teterrimas
eorũ maioribus clades intuliſſe. His conſul uerbis multitudinẽ mouit, ut bellũ Philippo indi-
cendũ iuſſerit populus. Supplicatũ inde triduo eſt, dijq́; obſecrati ut bene & feliciter euenire
uellet, q bellũ Macedoni inferendũ populus iuſſiſſet. Sex Romanis legionibus & ſociorũ au-
xilijs eo anno placuit remp. adminiſtrari. Eratq́; p hæc ciuitas in noui belli expectationẽ ere-
cta, quũ præter oĩm opinionẽ, Gallici tumult⁹ fama exorta eſt. Inſubres Cenomani & Boij, I-
luatibus & alijs Liguſtinis gentibus ad arma excitis, Hamilcharis ductu (ſubſederat is ex Ha-
ſtrubalis exercitu in Gallia) Placentiã Romanã coloniã ſubito impetu capiũt, captam diripiũt,
direptã incendunt. Traiecto deinde Pado Cremonam ire pergũt. Proxima coloniæ clades au-
dita effecit, ut Cremonẽſes clauſis portis procul hoſtẽ à muris diſtinuerint. Obſideri inde cœ-
pti, opẽ à Romanis implorant. Præerat tũ prouincię L. Furius Purpurio. Is Romã ſcribit Pla-
centiam direptã & incenſam à Gallis, Cremonenſes à XL. milibus hoſtium circũſederi. Nouo
exercitu opus eſſe, ut Colonia obſidione eximeretur. Se quinq́; milia armatorũ habere, quam
exiguã manũ haud operæpreciũ ſit tanto hoſtiũ numero obijcere. Furij literis in curia recitatis
decreuerunt patres, ut aut Gn. Aurelius conſul ad Gallicum motũ opprimendum proficiſce-
retur, aut Q. Mutio prætori ſcriberet, ut acceptis legionibus, quibus ut ad certũ die in Hetruriã
cõuenirent edictum erat, Cremonenſibus ſuppetias ferret. Sunt & Carthaginem legati miſſi
qui Pœnis denunciarent, contra fœdus fieri, quod Hamilcharis ductu Galli & Ligures rebel-
laſſent, poſtularentq́; ſi publico id conſilio non fieret, ut hominem Po. Ro. dederent. Com-
pertum præterea habere ſe multos adhuc perfugas Carthagini agere, qui dediti non eſſent. D
Eos ſi pacẽ ratã uellent continuo comprehendẽdos curarent, ac Romam mittendos, Iuſſi ijdẽ
legati ad Maſiniſſam ire, eiq́; paternũ regnũ recuperatũ gratulari, poſcereq́; ab eo, ut ad Ma-
cedonicũ bellum optimus amicus & ſocius, Numidarũ equitatu rem Ro. iuuaret. Verminæ le-
gatis qui per id tempus Romam petitũ uenerant, ut rex ille & ſocius Po. Ro. appellaretur, re-
ſponſum eſt, Syphacem ipſius patrem, ſine cauſa, ex ſocio factũ eſſe Romani nominis hoſtẽ,
& ipſum Verminam adhuc adoleſcentẽ, Romanos laceſſendo primum militiæ rudimentũ po-
ſuiſſe. Itaq́; pacem prius illi petendam fuiſſe à Po. Ro. q̃ ut rex & ſocius appellaretur, eius no-
minis honorẽ, pro magnis erga ſe regũ meritis, dare populũ Romanũ cõſueſſe. Legatos ſuos
in Aphrica eſſe, ad eos ſcripturũ ſenatũ quibus legibus Verminæ pacem dari placeret. Fœda in
terim prodigia nunciabãt, In Sabinis infans natus, incertũ mas an fœmina. Alter ſexdecim
annorũ ambiguo & ipſe ſexu inuentus. Fruſinone agnus cũ ſuillo capite, & Sinueſſæ porcus
cũ capite humano natus. In Lucanis equus cũ quinq́; pedib⁹. Cœlũ adhæc arſiſſe credebatur,
& Priuerni ſol plus nimio rubeſcere uiſus. Prodigioſi fœtus in altũ deportati, Cætera ꝓdigia,
ut tũ eius populi dira fuit ſuperſtitio, de more expiata. P. Sulpitius in Græciã profectus, Athe
nienſibus p legatos opẽ implorantibus. Claudiũ Centimalum cum XX. nauibus in Atticam
miſit. Obſidebat p id tempus Abydũ Philippus ferox quũ ſuo ingenio, tũ noua Antiochi re-
gis ſocietate, q ambo fœdere inter ſe icto, poſt Philopatoris Ptolemęi interitũ, Alexãdrino re-
gno imminebant. Bellũ Athenięſib⁹ cũ Philippo ita cõflatũ dicit. Duo iuuenes Acarnanes ini
tiotorũ ignari Cæreris ſacrũ ipruderter ingreſſi, qa initiati nõ eſſent, tanq̃ ſcel⁹ ab his inexpiabile
fuiſſet ꝑpetratũ, Antiſtitis iuſſu interfecti ſunt, qua iniuria Acarnanes adacti, auxiliari manu
à Philippo accepta, Atticũ agrũ primo populant, inde aĩs ad bellum iritatis Macedo, in Acar-
nanũ gratiã arma aduerſus Athenienſes induit. Philippus aliquot naualibus prælijs, cũ Rho
dijs & Attalo, parũ feliciter cõmiſſis, relicta Abydo in Macedoniã conceſſit. Interea Attalus
Athenas profectus Athenienſes ad bellum hortatur, qui ex ueteri fortuna nihil præter ani-
mum gerentes, freti adhęc Romanorum opibus, Attaliq́; & Rhodiorum ſocietate, bellum
aduerſus

Bellum Philippo regi indicitur.

Galli Placẽtiã diripiũt.

Verminæ legati.

Prodigia.

Belli cauſa inter Athenienſes & Philipp.

A aduerſus Philippum decernūt,& in Attali gratiam illata mentio eſt de tribu una ad x. uete
res adijcienda,quā Attalidem uocarent:& Rhodiorū populus aurea eſt corona donatus,ciui
tasq́ꝫ Rhodijs data,quemadmodū Rhodij Athenieſibꝰ dederāt.Secundū hęc Attalus in Æ
ginā cōceſſit.Rhodij & ipſi Athenis ꝓfecti quū Ægæi inſulas legerent,ꝑter paucas, q̄ Mace
donico tenebantur præſidio,cæteras à Philippo alienarūt.Macedo qui Attalū & Rhodios nu
per tulerat, haud minori animo,q̄ſi illi à ſe uicti eſſent,Romanū bellū intrepide excepit, miſ
ſoq́ꝫ cū parte copiarū Philocle ad Atticū agrum populatione fœdandū,claſſeq́ꝫ Heraclidi tra
dita,quā ad Maroneā duceret,ipſe terreſtri itinere profectꝰ eam urbē primo impetu cepit.Æ
nū inde,Doriſcū & Serrhei occupat.Mox Thraciā Cherſoneſum ingreſſus,Eleuntem & Alo
peconeſum,uolūtaria deditione recepit.Deditæ inde Callipolis & Madytos, Abydus plures
dies obſeſſa,multoq́ꝫ conatu oppugnata,ualide aliq̄diu defenſa eſt. Poſtremo ſubrutis cuni
culo muris,Abydęni à Philippo petierāt,ut ꝑſidio incolumi dimiſſo,ſibi cū uxoribus & libe
ris,ſingulisq́ꝫ ueſtimentis,urbe excedere liceret.Cæterū legatis nihil pacati ab hoſte renunciā
tibus,Abydæni in rabiem uerſi,matronas omnes in tēplo Dianæ,pueros & uirgines cū nutri
cibus & infantibus in Gymnaſio claudūt,aurū & argentū omē in forū deferūt, mox in unum
collectū in Rhodias naues q̄ forte in portu ſtabant,imponunt.Ipſi eo conſilio in hoſtē exeūt,
ut nō niſi uictores in urbē redirent,delectis q̄ atrox facinus,niſi cōſilium ꝓceſſiſſet, peragerēt,
dira execratione interpoſita,niſi imperata faceſſerent,ut ſi Abydęnorum acies pugnā egreſſa
uinceret,cōfeſtim omnē imbellē turbā obtruncarent.Aurū & alia q̄ in naues congeſta eſſent,
in mare deijcerent.Pugna multo attrocior fuit q̄ ꝓ numero dimicantiū.Verū Macedo , Aby
dænis maiore ex parte interfectis,animaduerſa hoſtium deſperatione,ſub noctem pugnam
inhibuit.Poſtridie urbs paucorū conſenſu deditur,ſacerdotibꝰ ad eam dedendam miſſis, ubi
hoſtis intra mœnia eſt conſpectus,qui prelio ſuperfuerant , iuriſiurandi publiceq́ꝫ execratio
nis memores,ſubito uelut furore correpti,ſtricto ferro ſuos conficiunt.Sęuiūt inde in ſeipſos,
quo hoſtium furore rex perculſus militē à cæde reuocauit,profeſſus ſe tridui ſpatiū Abydæ
B nis dare ad mortē ſibi conſciſcendam,quo tempore plura in ſe uicti facinora ediderunt, q̄ uel
ab irato hoſte pati debuiſſent.Superuenit huic cladi M.Æmylius,qui Abydænorum obſidio
ne audita,ex Alexandria,legatorū conſenſu,eo nauigauit,ut Philippum,in quem nihil adhuc
hoſtiliter motū erat,ex Abydænorum ceruicibus amoliretur. Ibi Æmylius queſtus,q̄ rex bel
lum Rhodijs & Attalo intuliſſet Philippus contracti belli culpam in eos reiecit,à quibus pri
mum profecta eſſet in ſe iniuria. Tum ille,quid Abydęni?num,inquit,& hi tibi iniurij fuerūt?
Ad eam uocē liberius emiſſam,q̄ ipſe audire conſueſſet,indignatus Philippus, Ætas, inquit,
tua & Ro.nomen te ferociorem faciunt, ſed ſi fœderū uos Romani immemores me bello la
ceſſeritis,faxim ſpero ut Macedonū regnū non minus bellicoſum ſentiatis q̄ Romanū. Aby
dænorum nemo uiuus uenit in hoſtium poteſtatem,auro tamen & argento potitus eſt Mace
do,qui unius urbis nō ignobilis excidio,haud aliter q̄ Hannibal ferocior factus,prę ſidio Aby
di relicto,quum in Macedoniam ſe reciperet,per literas & nuncios cognouit Romanum con
ſulem cum exercitu in Epyrū ueniſſe. Carthaginienſes interea,poſtquàm legati in Aphricam
iuere,de Hamilchare nihil,quia procul patria abeſſet,ſe ſtatuere poſſe dixerūt. Vnum ſibi in
tegrum relinqui,q̄ libenter facturi eſſent,ut eiꝰ bonis in publicū redactis,exilio damnarēt,da
turos adhęc operam,ut perfugę q̄ꝫ diligentiſſime conq̄ſiti,ad ſupplicium dederētur. A Maſiniſ
ſa, cc. equites ſunt accepti,& uis ingēs tritici,ad Macedonici belli uſum,exhibita. Cum Ver
mina pax ſancita eſt L.Cornelius Lentulus,per id tempus ex Hiſpania reuerſus,primus om
nium obtinuit,ut qui procul prouinciam adminiſtraret,quiq́ꝫ non conſul,aut pretor rem geſ
ſiſſet,ouans in urbem intraret.In Gallia quoq́ꝫ eodem tempore L.Furius cum Gallis & Ligu
ribus ad Cremonam acie dimicauit. Conati ſunt Galli multitudine freti aciem circumuenire:
quod ubi Furius animaduertit,extenſis utrinq́ꝫ cornibus,inde equitibus dextra læuaq́ꝫ immiſ
ſis,ferociter, mediā hoſtium aciē inuaſit.Nec illi diu ſuſtinuerūt Romanorū impetū,cū cęde &
multa ſtrage in caſtra fugati ſunt.His q̄q́ꝫ primo impetu captis maior eſt cædes ſecuta, ſupra
q̄nq́ꝫ & xxx. hoſtiū milia ſunt eo die cęſa.Ex uictore exercitu ad duo milia ciciderunt. Nec
multo poſtq̄ cum hoſte ita dimicatū erat C.Aurelius cōſul in Galliā uenit,uictoremq́ꝫ exerci
tum à

Rhodijs data ciuitas olim.

Philippi geſta in Thraciam.

Abydenorum excidium.

Philippi uerba ad Marcum Aemylium legatum.

Teterrima Gallorum cædes.

tum à Furio prætore accepit. In Græcia Claudius, quẽ Athenienſibus ſubſidio miſſum alio C
loco diximus, cum Romana claſſe, tribus Rhodijs & totidem Athenienſibus, ualide interim
Atticos fines tuebatur, qui factus certior Chalcidem ſegniter à Macedonico præſidio custo/
diri, eo noctu profectus urbem occupat. Cædes in omnẽ ſexum & ætatẽ, ut in urbe ui capta,
euagata eſt. Horrea regia incenſa. Philippi ſtatuę ſubuerſæ. Vrbs ipſa rapinis exhauſta mili/
tum inopia retineri non potuit. Erat tum Philippus Demetriade, unde nunciata Chalciden/

Chalcis à Ro. occupa/ tur

ſium clade, magnis ad inſulam itineribus uenit, hoſtẽ oppreſſurꝰ, eoq; non reperto, Athenas
citato agmine ire pergit, pari incœpto haud diſparẽ euentũ affuturum ratus, affuiſſetq; haud
dubie, quũ nihil minꝰ quã eius acceſſus timeretur, niſi ſpeculator procul agmen intuitus, ma
gnũ die uno emenſus iter, circa mediam noctẽ Athenas perueniſſet. Repente ad tã tumultuo
ſum nunciũ eſt ad arma conclamatũ, diſcurſumq; ad portas & muros. Philippus aliquãto an
te lucẽ urbi appropinquãs, audito ex muris fremitu, luminibuſq; crebris procul inſpectis, ſuſ
picatus, quod erat, ſe ad hoſtẽ haud imparatũ uenire, diẽ ſtatuit expectare, priuſquã agmen
portis admoueret. Athenienſes, ubi illuxit, Attali p̃ſidio freti citra Dipylõ (fuit ea porta uelut
in fronte urbis) aciẽ inſtruũt, qđ Macedo intuitus cõfeſtim & ipſe, patenti uia, quę ab urbe ad

Philippi o/ ſtentatio

Academiã ferebat, inde aliquantulũ agmẽ p̃tergreſſus, ad bellicam uirtutẽ oſtentandã, quàm
pauciſſimis comitatus, in aduerſam hoſtiũ aciem ferociter inuehitur. Ibi pecudũ more Athe/
nienſes diſiecti cum metu & trepidatione intra mœnia compelluntur. Poſtridie quia nocte q̃
ſecuta eſt Romani ex Pyreo in urbẽ uenerant, fruſtratus Macedo omni ſpe expugnãdæ ur/
bis, mouit caſtra, Cynoſa rege, ubi caſtra fecerat, & Gymnaſij luco alijſq; præcipua amœnita
te locis incẽſis, ſepulchra quoq; in hoſtium inuidiam paſſim diruit, mox Eleuſinę Cereris tẽ/
plo caſtelloq; fruſtra tentatis, Argos proceſſit, quo ꝑ id tempus indictum erat Achæis conci/
lium. Tẽtauit Philippus eo ſociorum cõuentu iuuentutem Achęorũ per ſpeciem militiæ, p̄cul
domo ablegare, ut totius gentis fidẽ ſibi obſtrictam eo pignore haberet, quod quum impetra
re nequiuiſſet, cum paucis uoluntarijs & ijs copijs quas Argos duxerat in Atticam redijt, ibi
Philocles eius p̃fectus occurrit, cum duobꝰ milibus hominũ, qui & ipſe Eleuſinen expugnare D
nuper adortus, cum multa ſuorũ cęde inde fuerat eiectus. In Pyreũ primo impetus eſt factus,
unde Macedo pręſidiariorũ eruptione irrito incœpto abire coactus, omnem belli iram in um
bras mortuorum ac deos effundit, ſacras ædes, quæ paſſim tota Attica cum ueſtigio uetuſta

Philippi o/ dium in A/ thenien.

tis uiſebãtur, ſepulcraq; ferro & igni ab imo ſubuertit, omni materia, quæ in illis nobilior fuit
aut fracta, aut flãmis abſumpta. Atq; ꝑ hęc ille in urbẽ quã infenſe oderat, ita debacchatus, in
Bœotiam cõceſſit. Nec quicquã deinceps Philippus memoria dignum in terra Gręcia geſſit.
Sulpitiꝰ interea qui inter Apolloniã & Dyrrachium caſtra fecerat, T. Apuſtium legatum cũ
parte copiarum ad populandos hoſtiũ fines miſit. Cepit ille primo impetu ex hoſtibus Cor/
rhagum, Gerũniam, & Oreſſum caſtella. Antipatriam inde in anguſtis Macedoniæ faucibus
ſitam, ui captam diripuit & incendit. Ea clades, ut Induſ oppidum dederetur effecit. Et iam re
proſpere geſta Apuſtius cum exercitu præda onuſto ad conſulem redibat, quum extremum
agmen in traiectu fluminis, Athenagoras regis præfectus, ſub clamore adortus, ultimos ordi

Appuſtij ex peditio in Macedones

nes turbauit. Apuſtius, conuerſis ad ſuorũ clamorẽ ſignis, hoſtem cum multa cæde fudit fu/
gauitq;. Atque ita duplici ſucceſſu lętus, cum ingenti pręda eſt ad conſulẽ reuerſus. Vna felix
expeditio, pleroſq; regulos Macedonię accolas ad Romanorũ ſocietatem traxit, & in his Pleu
ratum Scerdileti filium, Aminandrum Atamanum regem, & ex Dardanis Batonem, quibꝰ
in fœdus receptis, alijs alio tempore dixit ſe conſul uſurum, Aminandro in præſentia nego/
ciũ datũ, ut Ætolos in Macedonẽ concitaret, Rhodijq; ut belli partes capeſſerent, per legatos
ſunt moniti, & ut Attalus ꝗ Aeginę hybernauerat, ibi Romanã claſſem expectaret. Nec Phi
lippus in tãto motu rerũ, quicq̃ ocioſe impare aut facere, ſed intra extraq; regnũ laborabat,
Perſeo primũ miſſo ad tuendas Pelagoniæ fauces, ipſe urbibus parũ munitis, ne hoſtibꝰ præ
dæ eſſent, diſiectis, ꝑ legatos ad id miſſos hortatur Aetolos, ut in fide & amicitia perſtarent.
Erat tũ forte indictũ uniuerſæ Aetolorũ genti conciliũ, quo ab Athenis legati occurrerant, &
à conſule miſſi erant, qui Aetolos in priſtinã amicitiã reuocarent. Primo Philippi legati au/
diri ſunt, à quibus Romanorũ ſuperbia immenſaq; imperandi cupiditas, longa eſt oratione

iactata,

Verba legatorum Philippi in Panætolico.

A iactata,clariſſimas Italiæ ac Siciliæ urbes eorũ ſocietatẽ ſecutas,alias direptas eẽ & exciſas,alias in miſerabilẽ ſeruitutem redactas. Contra q̃ fides quę conſtantia Philippi eſſet in ſocios memorantes,eo decurrere,ut Ætolos hortarent̃ ad eã pacẽ ſeruãdã,quã ipſi olim à Romanis ꝓditi,à Philippo petere coacti eſſent. Athenieſes inde auditi.

Verba Athen. in Philippũ.

Hi Philippũ regẽ,ut impiũ inſectati,ꝗ ſepulchra,ꝗ tẽpla diruendo,cũ inferis & ſuperis,nõ cũ mortalibus bellaſſet in Attica,idẽtidem orare,ut ſuarũ cladiũ miſerti,dijs immortalibus primũ, inde Romanis q ſecundũ deos plurimũ in terris poſſent,ducibus,bellũ in Philippum decernerent. Romanorũ oratio extrema fuit. Cęterum adeo omnia,q̃ à Macedonibus obiecta fuerant,diluit,ſuaq; cõfirmauit, ut haud dubie Ætoli eo die bellũ decreturi fuerint,niſi Democrit⁹ ꝑtor pecunia,ut credit̃,à Philippo corruptus,pronũciaſſet rẽ maioris eſſe diſcriminis,q̃ ut temere decerni poſſet. Nihil eſſe conſilijs tam inimicũ,q̃ celeritatẽ ſubitorũ conſiliorũ ueſtigijs hęrere pœnitentiã,ſed eam parũ utilẽ,ut q̃ ſemel decreta ſint,mutari nõ poſſint,neq; in integrũ reſtitui. Fuit itaq; autor Democritus,ut pſens cõſultatio in aliud tps differretur,atq; ita legatis ambiguo reſpõſo dimiſſis, egregie Ætolico nomini cõſultũ à Democrito credere,ꝗ in eam partẽ,q̃ melior uiſa eſſet,quũ uellet,inclinare liceret. Contrahebat interim Demetriadẽ copias Philippus, ea ꝑte bellũ adminiſtratur⁹, Attalo & Romanæ claſſi Heraclidam ſuarũ nauiũ præfectũ obiecit. Bellũ interea à Sulpitio diuerſa parte gerebat̃,& iã per Daſſaretiorũ fines ducens,multa oppida, partim uolũtaria deditione ex hoſte ceperat,inde late per hoſticũ euagatus ad Lyncũ,apud flumẽ Bęuũ, ſtatiua poſuit. Speculatoria interim Romanorũ ala(nã cõſtabat Philippũ ex hybernis mouiſſe)ad explorãda Macedonũ cõſilia ex caſtris miſſa,quũ ꝑ Darſetios adhuc erraret, regiæ equitũ alæ & ipſi ſpeculatũ ꝓfectæ occurrit. Hic ſubitũ utrinq; eſt p̃liũ contractũ,eſtq; per aliquot horas dubio marte dimicatũ. Poſtremo fatigatio p̃liũ diremit.

Speculatoriarũ alarũ congreſſus.

Cædes pene par fuit,quoq; plures ex Macedonibus ceciderũt. Iuſſit Philippus cęſos equites in caſtra deportari,ut eos in conſpectu totius exercitus honorifice funeraret,ratus eã rem ad militũ animos ſibi ſtudio charitateq; deuinciendos,haud mediocriter profuturam. Cæterũ Macedones lanceis & ſagittis plurimũ pugnare ſueti,equitũ membra Hiſpanico gladio trũcata intuiti,incredibili ſunt terrore ꝑculſi.

B Mouit inſuetũ ſpectaculũ & regẽ,adeo ut pſentis periculi admonitus, filium ex Pelagonia reuocarit,ipſe nihilo ſecius ad hoſtẽ ꝓfect⁹ paulo plus ducentos paſſus à Romanis caſtris in tumulo Athaco imminenti eſt metatus.

Philippi copiæ. Tralles.

Habebat Macedo ſub ſignis XX.M. peditũ,& quatuor equitũ. Hinc ala equitũ miſſa,& cũ hoc equitatu Tralles,CCCC.(Illyricũ eſt id gen⁹ hominũ)& Cretenſiũ ſagittariorũ nõ parua man⁹,q hoſtẽ laceſſerẽt,inter bina caſtra eſt non nihil dimicatũ:poſtremo Macedones retro ad ſuos pro uictis abierũt. Poſtero die rex cũ omnibus copijs in aciem proceſſit,cetratorum manu in inſidijs locata. Ceſſit regius eques de induſtria pene priuſquàm prælium conſertum eſſet,ut Romanũ in inſidias traheret, fuiſſetq; omnino res in diſcrimen adducta,niſi q tẽpus obſeruarẽ debuerãt ex latebris præmature ſurrexiſſent.

Leuia prælia.

Romani pulſo hoſte tutiq; ab inſidijs,ingenti lætitia in caſtra ſunt reuerſi. Sequenti die conſul,ſtructa acie,ad hoſtiũ uallũ ſucceſſit,elephantis, quibus primũ eo bello ſunt Romani uſi, in fronte collocatis,qui quum hoſtem ad pugnam elicere nequiuiſſet, ut liberiorẽ frumentationem haberent milites,octo ferme paſſuũ milia inde ad Athabolũ(id nomẽ loco erat)trãſfert caſtra. Paucis inde diebus Philippus,cum parte equitum & Cretenſi armatura,uijs inter utraq; caſtra celeri curſu inſeſſis, in Romanos frumentatores, qui temere errabant per agros diſpalati,ſuos immiſit,dato prius ſigno,ut uiuus nemo ad ſe perduceretur. Improuiſa res multos Romanorum oppreſſit,priuſq̃ laborantibus ſuccurri potuerit, pugnatumq; eſt pluribus horis, ſed circa regem maior fuit dimicatio, qui cum omne Romanarum legionũ robur, certaminis magnitudine,in ſe conciuiſſet, pulſi Macedones cum fœdiſſima ſtrage equitum, in profundas ſunt paludes pręcipitati.

Vincitur prælio Philippus.

Philippus equo deiectus, aut eo die interfectus eſſet, aut certe captus, niſi effugientium equitum unus ei equum tradidiſſet, in quem ſubito ſublatus in caſtra celeri ſeſe fuga proripuit. Qui periclitanti regi equum obtulit, quia pedeſtri curſu ſuos aſſequi non potuit,medio fugæ conatu ab hoſte oppreſſus eſt. Fuiſſent Macedonum caſtra eo die expugnata, niſi à Romano eſſet conſule ceſſatum. Philippus duplici clade perculſus,ut hoſtem commodius falleret, caduceatorem ad Sulpitium miſit, ut ad ſuos ſepeliendos indu-

dos indu-

dos inducias in paucos dies peteret. Ipſe ſcđa noctis uigilia, mſtis ignibꝰ circa caſtra relictis, ta
cito agmine retro mouit ſigna. Cõſul audito hoſtiũ diſceſſu, quia quo cũ ſequeret̃ paꝝ habuit C
exploratũ, in iiſdẽ ſtatiuis aliquot dies manſit. Stuberrã inde profectꝰ petijt, mox & Pluinã,
nouiſſime ad Oſphagũ fluuiũ caſtra ꝓtulit. Nec Philippꝰ multo poſt circa fluuiũ eſt metatꝰ,
Eruuacenãq; Romanos petituros ratus uallo & foſſa fauces quo illi ingreſſuri erant, multa ar
borũ cõgerie lapidibuſq; ꝑ muro interiectis clauſit. Succeſſerũt nihilo ſecius Romani locũ ab
hoſte inſeſſum, fuitq; oppugnantibus in primis adiumento, qđ ſylueſtris erat ſaltus, atq; ob
Recentior Macedonũ clades. longiores haſtas Macedonibꝰ inutilis, nec Thracibꝰ multo habilior, qui rompheis non paruę
lõgitudinis utebantur. Saxa in ſubeuntes deiecta paululum Romanorũ impetũ retardarũt,
mox facta teſtudine, aliquãto minore certamine q̃ ab initio fuerat initũ, Romanus uictor ſal
tũ tenuit. Nec parua fuit hoſtiũ cædes, ſed multo maior futura, niſi ꝑplexa loca fugientes texiſ
ſent. Conſul ad Erdũã proceſſit, ubi agros late populatus, ad Celetrum caſtra admouit. Eſt id
oppidũ i Oreſtide, quo ꝑ deditionẽ recepto in Daſſaretijs Peliũ expugnauit atq; diripuit. Cæ
terũ quia locus peraccõmodus uiſus eſt ad tranſitũ in Macedoniã faciendũ, ſeruitijs tm̃ abdu
ctis oppidũ p̃ſidio firmatũ oppidanis habitandũ reſtituit. Atq; his feliciter geſtis Sulpitius unͣ
primo mouerat uictorẽ exercitũ reduxit. Philippus interea haud uno bello grauatꝰ, in multas
belli partes partiebatur curas, nam & Dardani in Macedoniam eruperãt, in quos Athenago
ram cũ expeditis peditibus immiſit: & Ætoli ubi regẽ bis p̃lio uictũ audiuere, Democratis ſua
ſu bellum aduerſus Philippum decreuere, Romana adhęc claſſis Macedoniæ ora infeſtabat.
Aetolorũ & Aminãdri expeditio. Ætoli copijs cũ Aminandro Athamanum rege iunctis, Cerciniũ captum incendunt, inde &
Cyretias diripiũt, qua clade territi, q Maleam incolebant, ultro in fidẽ cõceſſere. In Theſſaliam
inde eſt deſcenſum, in qua Ætoli late diſpalati, improuiſo Philippi acceſſu, in caſtra, moratoꝝ
paucis ab hoſte interceptis, ſe trepide receperũt. Animander ſeorſum munitiore loco conſede
rat, memor in hoſtico ſe eſſe, nõ in pacato. Cõtinuit tñ diu ſuos Philippus, quoad miles ex iti
Aetolorum cædes. nere feſſus cibũ caperet, mox paulo curatis corporibus ſtructã aciẽ in Ætolorũ caſtra dirigit.
Id illi procul conſpicati auerſa caſtrorũ parte dilapſi ad tumulũ, quẽ Aminander tenebat, fugã D
intendunt. Multi interim medio curſu, aut interfecti ſunt, aut capti. Hinc quoq; ſequẽti nocte
dilapſi, in pacatũ conſternato agmine cõceſſerũt. Et Aminander optimis ducibus uſus, ꝑ mõ
tes in Ætoliam copias reduxit. Dardani quoq; per eos dies non ſine cæde ab Athenagora Ma
cedonię finibus fuerant eiecti, quo duplici ſucceſſu Philippus Romani belli damna reſarſiſſe
ſibi uidebatur. Leuatꝰ eſt & numero hoſtiũ, Scopas cũ magno auri pondere, ex Aegipto miſ
ſus ſex milia Aetolorũ mercede cõducta, cũ frequenti eqtatu Alexandriã deportauit, & hæc in
terris ea ęſtate circa Macedoniam geſta. In mari L. Apuſtiꝰ Romanę claſſis p̃fectus, circa Scyl
leum agri Hermionici cum Attalo rege cõiunctus tantũ animi fecit Athenienſibus, ꝙ cõtinuo
decretũ tulerint, ut omnes Philippi ſtatuæ, atq; maiorũ eius tituli & honores, in perpetuũ abo
lerentur. Publici ſacerdotes quoties pro populo Athenienſi ut pro ſocijs facerent, Philippum
cum tota progenie, exercitum, regnũ, ipſumq; Macedonũ nomẽ execrarentur. Demum ut im
pune occidere liceret, ſiquis unq̃ Athenis de honore aliquo ipſi regi decernendo, iam inde uer
Athenæ uerbis potẽtes ba auſus eſſet facere. Atq; ita Athenienſes uerbis, quibus ſolis ualebant, bellum aduerſus Phi
Andros inſula. lippum gerebant. Attalus & Apuſtius Athenis profecti, Andrũ inſulam paucis diebus ui ca
piunt, præda Attalo data, ornamenta urbis Romani ſuſtulerũt. Eſt Andros Cycladum una,
Fons mirus. patetq; circuitu xc, triũ miliũ paſſuũ, Cauros à quibuſdam nominata, Laſſis p̃terea & Antan
drus. Mirũ eſt quod Mutianus de fonte huius inſulę ſcribit, qui in tẽplo Liberi patris fuit ſem
per nonis Ianuarijs uini ſapore ſolitus fluere. Nec ita multis interiectis diebus in ora Macedo
niæ fœda tempeſtate iactati, collectis ex ea iactatione nauibꝰ, copias in terras exponũt, Caſſan
dreamq; urbem oppugnare adorti, non ſolũ fruſtrati ſunt incœpto, ſed multis etiã circa urbẽ
amiſſis ad naues negocio infecto abierũt. In Canaſtrũ inde Pallenes traiecerunt, ſuperatoq;
Toronæ ꝓmontorio, Acanthũ urbem ui captam diripiunt, inde retro in Eubœam curſu dela
ti Oreum obſidione cingunt. À pelago Romana claſſis urgebat, Attalus in terrã egreſſꝰ auer
ſa parte hoſtẽ fatigabat. Defendebatur interim ualide oppidum à Macedonibus qui locum p̃
ſidio obtinebant, q̃ oppugnatio quũ longior futura uideretur, Apuſtius ne cum omnibus co
pijs ho

A pījs hoſtiū mœnibus aſſidens,tempus tereret cum parte nauium in continētem trāſgreſſus,
Lariſſam urbem,non Theſſalicam illam nobilem,ſed alteram quæ Cremaſte cognomēto di Lariſſa
cta eſt,ſubito aduentu occupat,pari ſucceſſu Aegelon ui cepit.Et iam ad Oreum muri operi/
bus bellicis haud uno prociderant loco,quo contigit,ut Attalus & Romani,ſine ullo maiore
certamine,urbem irruperint.Qui in arcē ꝓfugerāt,biduo pòſt deditionē fecerūt.Et iā autūna
le æquinoctiū iſtabat,cęterū qa Euboicus ſinus,quē Cœla uocant,ſuſpectus eſt nautis, retro
Athenas unde profecti erant,cōceſſerūt,Apuſtius xxx.nauibus in præſidio relictis,Corcy/
rā ſe recepit,Attaluſq́ & Rhodij diuerſi domū abierūt.Et hęc ſunt æſtate illa aduerſus Philip
pum terra mariq́ à Romanis & ſocijs geſta.Romę per id tēpus L.Furius prętor de Gallis ad
Cremonam uictis triumphauit, ludiq́ à P.Scipiōe,quos in Aphrica uouerat,magnificētiſſi
mo apparatu ſunt celebrati:& in Hiſpania à C.Cornelio Cethego procōſule quindecim mi Conſules
lia Hiſpanorum in agro cæſa,Signa militaria capta octo & LXX,Creantur inde conſules L.
Cornelius Lentulus,& Aulus Iulius Appulus,qui cum idibus Martijs magiſtratum iniuiſ/
ſent, ſortiti inter ſe ꝓuincias,Lētulo Italia ſorte obtigit,Iulio Macedonia.Latinæ feriæ decre/ Latinæ Feriæ
to pontificum inſtauratę, quod legati ab Ardea queſti erant ſibi carnem latinis ferijs,ut aſſo
let,non eſſe datam.Procurata ſunt & prodigia,quæ pluribus locis nunciabant̄,quorum præ/ Prodigia
cipua fuere,quòd in Brutijs equus quinq́ pedibus erat natus,& tres gallinacei cum ternis pe/
dibus,& in Macedonia in puppi longę nauis nata erat laurea.Carthaginienſes eo anno quū
argentum ſtipendij nomine imperatū Romam aduexiſſent,idq́ probum non eſſe quæſto/
res retuliſſent,pars explorantibus decocta eſt,ob eam rem pecuniam Romæ mutuo accipere
ſunt coacti,ut intertrimentum explerent,pars obſidum illis in præſens reddita,factaq́ de cæ
teris ſpes,eſt,ſi in fide permanerent.Iulius in Macedoniam profectus in militarem ſeditionē
incidit. Querebant̄ multi quia in Italia Sicilia & Aphrica ſtipendia feciſſent,ſe labore & uul/
neribus exhauſtos,ꝓcul domo conſenuiſſe.Petere ꝓinde ut domum mitterentur.Iulius ſe ad
B ſenatum ſcripturum pollicitus eſt,ipſis interea expedire pronunciauit,ut p̄cibus potius quàm
minis,quod impetratum uellent,à ſe poſtularent.Oppugnabat per id tempus Philippus rex
Thaumacos,Erat id oppidum loco alto ſitū,unde ex Maliaco ſinu per implexa & confrago/ Thaumaci
ſa loca in Theſſaliā tendentibus uaſta primo panditur planities,adeo ut ſubiecti campi ocu/
lis terminari nō poſſint:ab eo igitur,quod ea res miraculo ſit uiſentibus,loco eſt nomē datū.
Oppidū undiq́ abrupto ſaxo impoſitum,multis laboribus fruſtra exhauſtis,regē ab oppu/
gnatiōe deterruit.Verit⁹ inde Macedo ne Achæi à ſe deficerent,legatos in Achaiam miſit,q
peterent,ut queādmodū ab initio ſecum pacti eſſent,in legatorū uerba publice iurarent.Cæ/
terū ut Macedonū quoque gentē ea tēpoꝝ nouitate ſibi magis deuinctā haberet,Heraclitem,
quē ſciebat rex multis inuiſum uarijs criminib⁹ oneratū,in uincula conijcit.Inde nouo uere
exercitu accuratiſſime inſtructo,anguſtias præter Aoum amnē(Plutarchus Apſum nō Aoū Apſus ſiue Aous.
uocat)qua fluuius inter Aeropū & Aſnoū mōtes coarctatur,occupat,Athenagoræq́ dat lo/
cum p̄ſidio obtinēdū ipſe in Aeropo loco partim natura,partim militari ope munitiſſimo ca
ſtra locat.Iuli⁹ cōſul ex Corcyra,ubi militē in hybernis habuerat,cum toto exercitu eo uenit,
naturāq́ loci intuit⁹,qa nō ſine labore & ꝑiculo hoſtis ex munitiore erat loco deijciendus,du
bitare cœpit,utrū cōducibilius eſſet,per hoſtē,an ea parte,qua Sulpitius ſuꝑiori anno in Ma/
cedoniā erūperet,tenuitq́ ea conſultatio plures dies.Interim ex urbe affertur T.Quintiū Fla
miniū cōſulē factū,ſortitūq́ ꝓuinciā Macedoniā,maturato itinere,in Corcyrā traieciſſe.Va/
leri⁹ Antias in annalib⁹ urbis ſcripſit Iuliū cum Philippo acie congreſſum,fuſum fugatūq́
Macedonē ac XII.milia hoſtiū cęſa,duo capta,ſigna militaria cētū XXXII.uotāq́ à cōſule æ/
dē Ioui,ſi uictor eo die acie exceſſiſſet.Cæteri Græci & Latini ad unum nihil quod memora/
bile eſſet à Iulio in prouincia geſtū prodiderūt.Per id tēpus C.Bebius Pāphilus Inſubrium C.Bebius
Gallorū agrū temere ingreſſus,ab hoſte circūuētus,ad ſex milia & ſexcētos milites amiſit. Ea
clades L.Lētulū ex urbe exciuit.Cęteꝝ nihil ab eo relatu dignū eſt in Gallia geſtū.Sub id tp̄s
quo Quinti⁹ in Macedoniā traiecit,aut certe nō multo pri⁹,legati ab Attalo rege Romā miſ/
ſi ſenatū docuerūt,Antiochū regē cœpiſſe fines ſui regni hoſtiliter infeſtare,petere itaq́,ſi uel
lent regē ipſum,ut antea,mari & terra aduerſum Philippū bellū gerere,uti ſuo præſidio Ro/

 mani

Attali regis poſtulata.

mani ſe tutum domi ab hoſte præſtarẽt, aut ſi id minus facturi eſſent, bona ipſorũ uenia lice/ C
ret cũ claſſe & oibus copijs domũ abire ut præſens ſua defenderet. Reſpõſum eſt legatis gratũ
fuiſſe Po. Ro. ꝙ Attalus ſuos duces terra & mari ſtrenue iuuiſſet. Verũ quia Antiochus Ro/
manorũ amicus eſſet, neq; æquũ peti, neq; ſe præſtaturos, ut ꝓ ſocio & amico rege, aduerſus
ſociũ regẽ & amicũ ſine cauſa arma induerẽt, nec ſe Attali auxilia remorari, ultra q̃ ipſi cõmo/
dũ eſſet. Sẽper Po. Ro. alienis rebus arbitrio alieno uſum & principiũ & finẽ in poteſtate eorũ
eſſe qui rẽ Romanã adiutã uelint. Legatos ſe ad Antiochũ miſſuros, qui illi nunciarẽt, Roma
nos Macedonico bello Attali regis auxilijs terra & mari uſos, pergratũ eũ Po. Ro. facturũ, ſi à
finibus ſocij regis abſtineret. Æquũ eſſe amicos & ſocios Po. Ro. pacẽ inter ſe agere. Et Attali

Prodigia

legati cũ his dimiſſi ſunt. Hoc quoq; anno, pręterq; ꝙ multa publica loca erant de cœlo tacta,
Aretij cœlum ardere uiſum eſt. Velitris terra trium iugerum ingenti cauerna deſedit. Natus
Sueſſæ agnus cũ duob⁊ capitib⁊, & porcus Sinueſſæ hũano capite. His prius de more ꝓcura/
tis, Quinti⁹ in ꝓuinciã, ut dixim⁹, tranſmiſerat, q ubi in caſtra uenit, Iulio Romã dimiſſo, nõ/
nihil & ipſe dubitauit, q̃ potiſſimũ ratione in Macedoniã penetraret, exierũtq; plures dies ſine
alio conatu, quib⁊ de pace nõnihil eſt actũ. Rex & Quinti⁹ in colloquiũ uenere, ubi Romanus
cõſul ꝑter cæteras gẽtes & urbes quib⁊ petebat libertatẽ reſtitui, quũ & Theſſalos nomiaſſet,
quid, rex inquit, mihi uicto grauius imperares? Atq; ita ſe colloquio proripuit. Poſtridie circa
flumẽ initũ eſt præliũ, hoſteſq; in arctum coniecti, locũ catapultis & baliſtis facile ſunt tutati.
Erantq; ad Aoum res in hoc ſtatu, quũ paſtor quidã à Charopo Epirotarũ principe eſt ad

Quintij ſtratagema.

conſulẽ miſſus. Is quia in eo ſaltu quẽ rex inſederat armentũ paſcere inſueuerat, pollicitus eſt
ſe Romanos ſi uelint ſupra caput hoſtiũ per occultos calles perducturũ. Quatuor milia pedi/
tũ & cc. equites cũ tribuno militũ miſſi ſunt à cõſule. Atq; equites iuſſi tã procul tẽdere, quoad
montiũ decliuitas pateretur, inde occulte in inſidijs ſedere, donec ad erumpendũ ſignũ acce/
piſſent. Pedites ubi ad deſtinatũ perueniſſent locũ, ſignũ fumo ederẽt, nec prius tollerent cla/
morẽ, q̃ præliũ in faucibus contractũ arbitrari poſſent. Ducẽ multis pollicitatiõibus oneratũ, D
ſi fidẽ præſtaret, uinctũ tribuno tradidit. Ipſe interea intẽtus ſignũ expectabat. Tribunus & q
cũ eo miſſi ſunt, quia luna pernox erat, mõtibus circũacti noctu iter habebãt, interdiu occulti
quieſcere. Demũ tertio die deſtinatũ iugũ adepti ſignũ ex cõpoſito edunt: quo accepto, Quin

Philippus ex Aoi faucibus depellitur.

tius nihil moratus tripertito in hoſtẽ mouet, fuitq; primo præliũ extra hoſtiũ uallũ. His inde
in anguſtias & intra munitiones cõpulſis, quũ iam Romanus iniquo loco pugnaret, clamor à
tergo auditus hoſtẽ in fugã auertit. Impeditiora loca Macedoni adiumento fuerunt, qua nec
eques nec miles graui armatura fugientibus è ueſtigio potuit inſiſtere. Duo milia hominũ cę
ſa, captaq; regia caſtra. Rex collecto ex diſſipata fuga agmine in Theſſaliã cõceſſit, in qua per
agranda multa oppida, excitis ſua ſede nataliq; ſolo incolis, cũ ijs rebus quas aſportare potue
rũt, incẽdio uaſtauit. Exciſæ per hunc modũ Phaciũ, Ireſiæ, Euhydrium, Eretria, Palæpharus.
Pheris rex excluſus in Macedoniã tranſcẽdit. Affuerũt nec multo poſt Ætoli, q audita pugna
ad Aoum cõmiſſa, Theſſaliã ingreſſi ignobilia quædã loca occuparunt, & in his Ciphara ca/
ſtellũ Dolopiæ imminẽs. Secutus inde Aminãder rex Athamanũ, qui Romano milite uſus
quẽ à cõſule acceperat, paucis dieb⁊ Phecas, Gõphos, Argentã, Pherinũ, Thimarũ, Liſinã, Sti
nonẽ, & Lampſum deditione recepit. Atq; ita uno ſere tpe Theſſalia à tribus eſt exercitib⁊ ue/

Tres exercitus Theſſaliam uaſtãt.

xata. Quintius Epirotis qui Macedonũ reb⁊ ex confeſſo fauerãt, per Charopũ in ſocietatẽ re/
ceptis, claſſeq; ex Corcyra accerſita, Theſſaliã Aminandri ductu ingreſſus Phaleriã metropo
lim totius gẽtis, & Pieriã cepit. Phaleria direpta & incenſa eſt. Et iã conſul ad Rhagẽ urbẽ co/
pias admouerat, quæ fuit ſuper Peneũ amnẽ, quũ L. Quintius cõſulis frater, cuius erat claſſis
imperiũ, quia fama erat duas ſociorũ claſſes Rhodiã & Attalicã, circa Andrũ inſulã nuꝑ iun/

Erethria capitur.

ctas in Eubœam tranſmiſiſſe, L. Apuſtio ad Athenarũ præſidiũ relicto, cũ cætera claſſe codẽ
cõtendit, ut gerendarũ rerũ principio adeſſet. Hic triplici claſſe uno tẽpore Eretria oppugnata
inter motas cõditiones pacis, L. Quinti⁹ ea parte qua murus dirutus erat, noctu ſuos in urbẽ
immiſit. Multitudo nocturno tumultu cõſternara arcẽ occupauit, eius diuti⁹ retinẽdæ qa nul

Caryſtus deditur.

la ſpes erat, ultro dedita eſt. Vrbs à Romanis, auro, argẽto, tabulis, ac ſignis quorũ abundans
erat ſpoliata eſt. Iude Caryſtij cũ arce quã tenebãt circũſeſſi metu deditionẽ fecere. His duab⁊
urbibus

A urbibꝰ in Eubœa captis,claſſis ad Cẽcreas Corinthiorum nauale deceſſit. Fuit is locus in Sa
tonico ſinu circa Iſthmũ qua parte Peloponneſus Myrtoo abluitur. Erãt & Lecheę frequen
tius nauale in aduerſo Iſthmo,quæ Ionium procaci inſinuatiõe illius anguſtias oppugnat.
Sinum ipſum Corinthiacum uocant,Quintius conſul, quum plures dies Rhagẽ in Teſſa/
lia fruſtra obſediſſet,in Anticyrã quæ in Phocide eſt ad Corinthiacum ſinum uerſa proceſſit
Phanoteaq; primo ĩpetu ſubacta,ipſa quoq; Anticyra ſine maiore certamine capta eſt. Am/
bryſus inde Hyampolis receptæ,mox & Daulis excelſo ſita tumulo ui capitur,& cum ea ſex
alia ignobilia oppida magis metu q̃ armis dedita. Elatia inde cicũſeſſa eſt, quo tẽpore in ſpẽ
uenit Achææ gentis à Philippi ſocietate per Ariſtenũ prætorẽ alienandæ. Is eiecto Cycliada
eorũ principe,q rẽ ad Philippũ trahebant,frequenti Achæorum conuentu cõmemorata in/ Achæorum cõſultatio
tolerabili Macedonũ in ſocios ſupbia,fœdaq; regis libidie,quũ in alias multas illuſtris fœmi
nas,tum in Polycratiã Arati coniugem,quẽ Achæorũ haud dubie principem cum Arato pa/
tre occidiſſet,adiectis inde cladibꝰ quibꝰ eo biennio acceptis ne ſua quidẽ Philippus,nõ mo/
do aliena ſatis defenſurus uideret. Contra laudata Romanorũ uirtute,qui unus in terris po/
pulus ad id tp̃s omnibꝰ inuictus bellis eſſet. Laudata conſulis clementia, q Achæos rogaret
(aderant enim legati à Quintio ad id miſſi)quos ui poſſet & armis cogere,idẽtidẽ monuit ne
oblatã inuictæ gentis ſocietatem faſtidirent,quæ ultro ſibi tali tẽpore optãda eſſet,haud ſem/
per liciturũ quod tum liceret,nec talem occaſionem oĩ tp̃e affuturã ſuis rebꝰ cõſulẽdi. His & a/
lijs quæ Liuius lõgiore eſt cõplexu uerborũ executus,obtinuit Ariſtenus,ut Achæi decretum
tulerint,quo Rhodiorum & Attali ſocij fierent,mox & Romanorũ,ſi ſenatus ad quẽ mitteba
tur eam ſocietatem probaſſet. Achęis per hunc modum à Philippo alienatis,in eorum gra/ Achæi à Philippo a/lienantur
tiã Attalus & L. Quintius ſunt Corinthũ oppugnare adorti,ariete muris admoto aliquãtulũ
ruinæ fecerãt,cæterum Macedones & Romanorũ perfugæ,quibus nulla ſpes ueniæ aderat,ſi
urbs capta eſſet,pertinaciter reſiſtentes,ualidæ ſe & Corinthios tutati ſunt. Infecta itaq; re in
B de abſceſſum:diuerſiq;, Attalus Pyreũ, Corcyrã Quintiꝰ abierũt. Per id tp̃s Cõſul ad Elatiã,
diſiecta murorũ parte, quum unũ in locum plurimũ erat periculi contractũ,omniũ oculos a/
uertiſſet,diuerſa murorũ pͤte ſcalis haud uno loco appoſitis,urbẽ occupauit,qua direpta,arcẽ
quo multi mortales medio tumultu cõfugerant, metu ad deditionẽ compulit. Interea Argiui
Achæoꝝ p̃ſidio eiecto Macedones in urbẽ accipiunt. Erat Aeneſidemus præſidij p̃fectus,il/ Aeneſidemi præclarum facinus
le ubi Macedones receptũ iri uidit,& Argiuorũ aciem in ſe dirigi,pactus,ut incolume p̃ſidiũ
ex urbe mittere liceret(erãt em̃ q̃ngẽti nũero iuuenes ex tota Achaia delecti)ipſe cũ paucis cliẽ
tibus,obiecto hoſtibꝰ ſcuto,locũ retinere pſeuerauit,ꝓfeſſus malle ſe ibidẽ mori,q̃ cõmiſſę ur
bis p̃ſidio decedere. Atq; ita cõiectis in unũ telis,nõ inultus cõcidit. Et hęc in Gręcia ſecunda
Macedonici belli ęſtate geſta. In Gallia nihil interea memorabile fieri cõtigit. Circa urbẽ Ro/
mã cõiuratio ſeruorũ nõ paruũ ciuitati terrorẽ incuſſit. Hi Seciã, Norbã,& Circeios occupare Coniuratio ſeruorum
cõſtituerãt. Id flagitiũ ad L. Corneliũ Lẽtulũ prætorẽ Vrbanũ ĩdicio delatũ,ſubito eius occur
ſu,capitibꝰ cõiuratiõis necatis,paucis eſt diebꝰ oppreſſum. Cõſiliũ à ſeruis Carthaginiẽſiũ,q
obſides Setię cuſtodiebant̃,ortũ ferebat̃,atq; ob eã rẽ Pœni ꝑ eos dies,iuſſu patrũ ſunt intẽ/
tius atq; in priuato obſeruati. Legati ſub id tp̃s ab Attalo Romã miſſi coronã aureã CCXLVI
põdo ĩ capitolio poſuerũt,gratias patribꝰ agere iuſſi,ꝙ Romanoꝝ legatorũ autoritate Antio/
chus motꝰ,ſui regni finibꝰ exceſſiſſet. A Maſiniſſa, CC. eq̃tes & X. elephãti ſunt ꝑ id quoq; tẽ/
pus ad exercitũ ĩ Macedoniã miſſi:& M. Porcius Cato,q tũ p̃tor in Sardinia erat,fœnerato/ Catonis decretum
res oẽs ex ea inſula exegit,& ſumptꝰ q in p̃toriũ cultũ fieri ſolebãt à ſocijs circũcidit, ip̃e adeo
frugi circũſpectaq; moderatiõe egit,ut uno dũtaxat comite,q ſalinũ ad uſum ſacroꝝ ferret,ſo
cias urbes circuiret. Creati inde cõſules Cn. Cornelius Cethegus,& Q. Minutius Ruffus,am Conſules
bobusq; eſt Italia decreta. Quintio,q̃a ſatis cõſtabat nihil magis obſtare,quo maturiꝰ in Ma
cedonia debellaret̃,quã ꝙ pene priꝰ cõſulibꝰ ſuccederet̃,q̃ res ibi geri cœpta eẽt,tãdiu in ꝓuin
cia,ꝓrogatũ eſt impiũ,donec ſucceſſor datꝰ eſſet. Prodigia aliq̃t hoc quoq; anno & facta ſunt Prodigia
& expiata. Sumani ędes cũ aliquot publicis locis è cœlo tacta eſt. Agnꝰ biceps Aſculi natꝰ,&
lupus in Capitoliũ penetrauit. Fruſinone inter noctẽ lux orta eſt. Quinq; colonię in mariti/
ma loca decrete,duę ad oſtia Vulturni & Literni. Puteolos tertia. Ad Caſtellũ Salerni quarta.

Vltima Buxentũ. Cõſules in prouinciã ꝓfecti,in Inſubres Cornelius duxit exercitũ Minutiꝰ C
in Ligures,ubi Claſtidiũ & Litubiũ cõfeſtim deditiõe recepit. Pari deinceps ſtudio oĩs gens Li/
gurũ præter Iluates & Boios Gallos cis Padũ in fidẽ uenit. Boij Pado ſuperato iã antea cũ In/
ſubribus & Cenomanis cõtulerãt caſtra. Verũ ubi ſuos ab hoſte agros uaſtari rumor & nun/
cij retulerunt,relictis ſocijs qui in Mincij fluminis ripa caſtra fecerant, citato agmine ad ſuos
fines tutãdos trans Padũ abierũt:quibus abſentibus haud multis inde interiectis diebɔ Cor/
nelius cũ Inſubribɔ cõflixit. Cenomani quorũ fides labare credebatur,in ſubſidijs ſunt ab In/
ſubribus locati. Aedẽ ſoſpitę Iunoni eo die cõſul uouit,ſi acie uiciſſet. Victoria ingẽs fuit. Cæ/
ſa Inſubriũ quinqꝫ & XXX. milia, Mille & DCC. capti,& cũ his Hamilchar Carthaginiẽſis bel/
li autor. Signa militaria centũ, XXX. & ſuper hæc ingẽs prę da capta. Alteri cõſuli Minutio mi/
nus negocij cũ Boijs fuit,ꝗ ubi Inſubres ingẽti prę lio uictos audiuere,ſociorũ clade territi uica/
tim ſparſi ſua quiſqꝫ ut poterat,tueri perſeuerauit. Iluates fractis Inſubriũ opibus ultro ſe Ro/
manis dediderunt. Et hæc in Gallia & Liguria eo anno geſta. Hyems erat, & Quintius poſt
Elatiã captã in Phocide hybernabat,ex quibus hybernis ab Locrorũ factione q̃ rẽ ad Roma/
nos trahebat accerſitus, arcẽ q̃ regis præſidio tenebatur, parabat oppugnare,quũ à Philippo
ad eũ caduceatorˀ uenit,locũ & tp̃s colloquio petẽs. Flaminius qui nondũ ſatis compertũ habe/
bat,ꝙ Romæ poſt cõſiliaria comitia actũ eſſet,ueritus ne nouorũ conſulũ alter ſibi ſucceſſor
mitteretur,pacis cupidus,ut Macedonici belli cõfecti laus penes ſe & nõ aliũ eſſet,in ſinũ Ma/
liacũ,ꝓpe Niceã deſcẽdit,cũ rege locuturus. Philip. ex Demetriade eo cũ quinqꝫ lembis uenit:
erãtqꝫ cũ eo Macedonũ pricipes,& Cycliadas uir illuſtris,& cæteri Achęorũ exules. Cũ Flami/
nio Aminãder & Dionyſiodorꝰ Attali legatꝰ, Phaneas Aetolus, & Rhodiæ claſſis p̃fectꝰ, cũ
Ariſteno & Xenophõte Achæorũ pricipibɔ. Cũ his Quintiꝰ ad littꝰ ꝓgreſſus regẽ hortatur,
ut è naui in littꝰ ꝓgrediatur,ſecũ q̃ uellet cõmodius loquuturꝰ: ꝙ facere recuſantẽ, quũ Quintiꝰ
rogaſſet quẽ timeret,neminẽ præter deos reſpõdit ſibi timori eſſe,cæterũ haud ſe fidẽ ijs ꝗ cũ
Flaminio eſſent habere. Omnibɔ id periculũ eſt,inqt Quintius, ꝗ cũ hoſte cõgrediuntur,ſi in D
nullo fides ſit. Verũ eſt hoc,ait Philippus: ſed ſi fraude agendũ ſit haud par fallẽtibɔ erit præ/
miũ Philippus,& Phaneas Aetolus. Macedones haud ita facile aliũ Philippi ſimilẽ ſibi inue/
niãt regẽ,ut Aetoli in Phaneæ locũ aliũ ſubſtituãt prætorẽ. De pace inde agi cœptũ,cuius Fla/
minius has cõditiões dixit,ut rex p̃ſidia ex oĩbus Græciæ urbibɔ deduceret. Captiuos & trãſ/
fugas traderet Romanis,ut Illyridis loca poſt pacẽ occupata relinqueret, & cũ his urbes quas
poſt Philopatoris mortẽ Ptolemęo filio ademiſſet. Audiẽda adhęc ſociorũ poſtulata. Ibi quũ
alij alia poſtularẽt,ut tot & tãta haud quaqꝫ p̃ſtiturꝰ uideret, trahereturqꝫ in longũ diſcepta/
tio,tũ Phaneas,nõ in uerbis,inqt,res uertit,aut bello uincẽdũ eſt,aut melioribɔ parendũ. Ap/
paret id quidẽ, Philippɔ dixit,& cęco,iocatus in Phanee ualetudinẽ,ꝗ uiſu laborabat, fuit em̃
natura dicacior q̃ regẽ deceret. Triduo inde ꝑ uarias altercatiões cõſumpto,ita demũ cõpara/
tũ eſt,ut inducijs in duos mẽſes pactis, Philippus legatos Romã mitteret, ꝗ cũ legatis ſociorũ
de pacis cõditionibus corã patribus diſceptarẽt. Ibi uero quũ illi demõſtraſſent (nã haud tota
Græcia decedebat Philip.) niſi Demetriadẽ in Theſſalia, Chalcidẽ in Eubœa, Corĩthũ in A/
chaia Macedo relinqueret,quas urbes haud falſo rex ipſe cõpedes Gręcię uocitare eſſet ſolitꝰ,
nunqꝫ Græciã ipſam à certaminibɔ quieturã, Regijqꝫ legati negarẽt quicqꝫ de his ſibi mãda/
tũ eſſe à rege,re infecta dimiſſi ſunt, Quintio pacis & belli arbitrio ꝑmiſſo. Ille uero uictoriæ
magis qꝫ pacis cupidꝰ, quũ oẽs ſuas & ſociorũ uires ad exequendũ bellũ cõuertiſſet,reparãda/
rũ uiriũ Philippo neceſſitatẽ ĩpoſuit. Et ꝗa de Macedonia retinẽda iã ſolicitꝰ eſſe cœperat, Ar/
gos Nabidi (Plutarchꝰ Onabũ ſcribit) Lacedæmoniorũ tyrãno ꝑ Philoclẽ præfectũ tradidit,
ꝗ inuitis ciuibɔ ꝑ arcẽ immiſſus,urbẽ nõ aliter q̃ ui captã,fuga & rapinis fœdauit,rogatiõe ꝓla/
ta ut Argiuus ager uiritim diuiderẽt, & ueteres tabulæ è medio tollerẽt,duæ faces multitudi/
nis in optimates iritãdæ. Nec ita multo poſt Onabɔ cũ Quintio & Attalo in colloquiũ uenit,
pollicituſqꝫ eſt auxilia aduerſus Philippũ,induciaſqꝫ Achæis ex Quintij autoritate fecit. Lace/
dæmonẽ inde reuerſus uxorẽ Argos miſit,ut queadmodũ ipſe uiros,ita illa matronas ſpolia/
ret. Egregia mulier Argiuarũ nobiliſſimã quãqꝫ nũc blande appellando, nũc inſtãdo minaci/
ter omni ornatu cultuqꝫ corporis auariſſime ſpoliauit. Philippus interea ad Scotuſam caſtra
fecerat

Inſubrium cædes.

Philippi & Flaminij. congreſſus.

Philippus dicax.

Compedes Græciæ.

Vide nũ o. articulus ſit

Rapaciſſi/ma Nabidis coniunx.

A fecerat,quo & Quintiꝰ cum exercitu uenit de ſumma rei dimicaturꝰ.Erãt in Romanis caſtris cũ ſociorũ appendicibꝫ ſex & xx.milia hoĩm.Primo die Macedo ꝓlio abſtinuit,religiõe quadam territꝰ.Sequẽti die nubilũ erat cœlũ,obſcuraq́ nubes mõtibus delapſa cãporum faciem obduxerat,qua cõtigit,ut ſpeculatoriæ alæ equitũ utrinq; à caſtris ꝓgreſſæ,circa Canis capita cæco pene occurſu prælium cõmiſerint. Canis capita.

Sũt hi denſi tumuli mutuo ſe attollẽtes, ab eaq́ poſitura nomen fuit loco inditũ.His locorũ difficultatibꝰ Romani ſimul & Macedões uſi, prælium ſemel initũ tãdiu ancipiti euentu diſtulerunt,quoad diſcuſſa nebula,eo totis ſit uiribus cõcurſum.Pugnabat Philippꝰ in dextro cornu cum Macedonica phalange,tantoq́ eſt impetu in Romanos inuectus,ut parum res à fuga abeſſet:q̃ ſuorũ periculũ intuitus Quintiꝰ, oẽ robur militum remiſſa alibi pugna eo concitauit.Tum uero inſtaurato prælio,ſumma ui Macedonica acies ſoluit,ſoluta cum cæde & ſtrage multa profligata eſt,paſſimq́ fuga inſecuta, octo milia hoſtiũ ſunt cæſa,quinq; capta. Macedonũ cædes

Veniſſet & Philippus in Romanorũ poteſtatẽ,niſi Aetoli ad regia caſtra diripienda conuerſi,Romanos ab eo inſequendo auertiſſent,quibꝰ iam exhauſtis præda,quũ Quintiani ſuperueniſſent,iniquiſſimo animo tulerũt.Offendit ea res nõ mediocriter Quintij animũ,ſed multo magis illud,quod Aetoli præcipuã ad ſe eius uictoriæ partẽ trahebãt,quã famam Alcæus auxit poeta alioqui ignobilis.Nã ut de Lyrico qui Leſbiꝰ fuit intelligas,neq; tps patit̃,neq; carmẽ,ſcripſit ita qſqs fuit ille Alcæus.Fletibꝰ & buſto indecores terdena uiator Theſſaliæ oppetimus milia in hoc tumulo.Marte ſub Aetolũ domiti & uirtute Latinũ:Quos Titus immẽſa duxit ab Italia.Aemathiæ clade trux ſpiritꝰ ille Philippi, Ceruorũ curſu ꝑpete lapſus abit. Alcæi carmen.

Sed Alcæus numerũ emẽtitꝰ eſt,& Quintij animũ maiorẽ in modum offendit.Ob idq́ eiꝰ iuſſu hæc ſunt loco carmina inſcripta:Frondibus & ueteri libro nudata uiator Celſa ſit Alcæo crux ſita in hoc tumulo.Philippus tam atroci clade fractus, ſe & fortunas ſuas cũ toto regno,in Quintij ducis populiq́ Romani poteſtatẽ tradidit,cui tota Græcia abſtinere iuſſo,Macedoniæ regnũ & pacẽ Quintius reſtituit,mille prius talentis tribu- Pax Philippo reddita.

B ti nomine imperatis,totaq́ claſſe ꝑter x.naues adempta.Rex Demetriũ filium in fidẽ eorum quæ paciſceret̃,obſidẽ detulit.Delatũ Quintiꝰ Romã miſit.In Hiſpania ꝑ id tps,C.Sempronius Tuditanus cum exercitu eſt à Celtiberis cæſus.Sed quã male ibi res geſta eſt,tam ꝓſpero feliciq́ euẽtu in Gallos a L.Furio & Claudio Marcello cõſulibꝰ bellatũ:hi poſt Cornelium Cethegũ & Minutiũ Ruffum cõſules fuere,Boijs & Inſubribꝰ bello ſubactis,& Marcellꝰ qui iuſtiore ꝓlio hoſtes uicerat,ĩ urbẽ triũphãs redijt.Imminebat interim bellũ ab Antiocho,ad qđ Hãnibal q adhuc,ut quidã ſcribũt,Carthagini erat,hortabat̃,ipſe in Aphrica aliqđ occulte moturꝰ.Cæterũ indicio ꝑ hoĩes aduerſæ factionis Romã delato,quũ ſuppliciũ uereret̃ (iam enim legati ad eũ depoſcendũ ab urbe profecti dicebant̃)ad Antiochũ transfugit. Hannibalis ad Antiochum transfugium.

Interea Romæ magna altercatio inter ordines orta de lege Oppia.Eã M.Oppius tribunus plebis,Q.Fabio & T.Sẽpronio cõſulibꝰ,medio Punici belli ardore tulerat,ut ne qua mulier plus ſemũcia haberet auri.Nec ueſtimẽto uerſicolori,iũctoq́ uehiculo niſi ſacrorũ cauſa uteretur.Tribuni legẽ tuebant̃,& iã turba fauẽtiũ legi aduerſantiũq́ Capitolium cõplerat,multiq́ nobiles ad ſuadẽdã diſſuadendãq́ abrogationẽ in publicũ ꝓdiuerãt,& in his M.Porciꝰ Cato q tum cõſul erat.urbanæ luxuriæ ut ſemꝑ alias acerrimꝰ hoſtis,in hũc modũ eſt ꝓ lege ita locutꝰ. Catonis uerba pro lege Oppia.

Si ſuã quiſq́ ueſtrũ Quirites cõiugẽ ita inſtituiſſet,ut maieſtatẽ uiri domi uereri didiciſſet,minus hodie negocij cũ uniuerſis haberemꝰ.Sed quia nimiũ illis indulgẽdo,eo ꝓceſſum eſt, ut noſtra ſit libertas domi oppreſſa,quid mirũ ſi publice etiã oppugnamur,horremusq́ uniuerſas hodie,quia ſingulas domi ſuſtinere noluimus?Fabuloſum arbitrabar in Lẽno inſula uiros muliebri cõiuratione oppreſſos,ſed à nullo genere nõ magnũ imminet periculum ſi ſuos cœtꝰ ſi ſecreta habere cõcilia patiaris,quo difficilius dictu eſt,utrũ res ipſa peior ſit an peiore fiat exẽplo.Sed alterũ noſtra conſulũ culpa fit,alterũ ueſtra Quirites.Et magiſtratus digni ſunt repꝛehenſione,q patiũtur in publico muliebres cœtꝰ cõſiſtere,ambireq́ Tribunitia ſubſellia, & uos multo maiore q earũ petulãtiã domi nõ coercetis.Vſq; adeo ne matronarũ illecebris indultum oportuit,ut ꝑ illarũ ſeceſſionẽ nobis uelut quondã in ſacro monte ꝑ ſeceſſum plebis accipiendæ ſint leges?Nõ ſine pudore nuꝑ per denſum fœminarũ agmẽ in curiã ueni,q̃ niſi ſupbe nimis facere uiſus eſſem,nobiles matronas appellaſſem,& ab his corã quæſiuiſſem, qđ exẽplũ

aut quẽ morẽ ſecutæ, auſæ eſſent in publicũ egredi, alienoſq́ uiros cõpellare. Quid eſt qđ pu- C
blice petitis quod domi ueſtros uiros nõ petere poſſitis? an blãdiores foris eſtis q̃ domi? & alie
nis uiris blandæ uideri mauultis q̃ ueſtris? quæ ſi domi in officio teneremini, quę leges hic ro
gẽtur & abrogẽtur minime curaretis. Maiores noſtri nullã priuatã rẽ capeſſere fœminas ſine
ſuorũ autoritate uoluerũt, nũc, ſi ita dijs uidebitur, & rẽpub. capere audebũt. Date frenos im-
potẽti naturæ, impotẽti animali, nec ſperate eas modũ licẽtiæ facturas niſi uos feceritis. Mini-
mũ hoc eſt qđ illæ ſibi denegatũ iniquo aĩo ferũt. Omniũ rerũ licentiã deſiderãt, iã nihil erit ſi
hoc eis detur, qđ nõ ſint poſtea tẽtaturæ. At nõ ius ſed iniuriã deprecãtur; immo & unã tol-
lendo legẽ cæteras infirmetis, nulla lex ſatis cõmoda oĩbus eſt, id modo uidendũ eſt, an maio
ri ſit parti & in ſumma utilis. Nõ audiuit curia olim pias illarũ preces, quũ ſecũdo bello puni-
co ſuos redimẽdos cũ fletu & lachrymis depoſcebãt, hodie ut cõtinẽtię frenos abrũpãt, eantq́
in oẽm licentiã præcipites, permittemus? & nũc quidẽ ſi quis eas percõtetur quid ſibi datũ ue-
lint, quid aliud qđ reſpõdeant habebũt, niſi ut in auro & purpura fulgeãt? ut feſtis profeſtiſq́
diebus curru inuectæ, de legibus à ſe uictis triũphent? Audiuiſtis credo me ſæpe querentẽ, ꝙ
duobus diuerſis uitijs hæc ciuitas ad ꝑniciẽ laboret, luxuria & auaritia, quæ duo mala & mul-
ta & magna olim euerterũt imperia. Hæc quo magis publica fortuna ciuitatis creſcit, eo plus
horreo, ne uictarũ gentiũ res ꝑnicioſius urbẽ capiãt, q̃ ipſæ captæ ſunt, nec Syracuſana ſigna
huic urbi illata probaui unq́, & à quibuſdã ciuiũ Corinthi & Athenarũ ornamẽta laudari, ri
deriq́ maiorũ fictilia uehemẽter moueor. Cyneas Pyrrhi legatus nullã Romæ fœminã inue

Lex Oppia.

nit, q aurũ à rege miſſum acceperit, nec adhuc lex Oppia ad coercendã muliebrẽ auaritiã lata
erat. At quid in cauſa credendũ eſt? quia nulla utiq́ adhuc luxuria ciuitatẽ inuaſerat. Hæc po-
ſtea in hac urbe & orta eſt, & coaluit, Hęc legis Oppiæ ferẽdę cauſa fuit ut agrorũ cupiditas Li
ciniæ, ut Cinciæ praua munerũ ambitio, q̃ plebẽ pene uectigalẽ ſenatui fecerat. Nõ acceperũt
tũ matronæ in priuato munera; ac nũc in publico ſtãtes acciperẽt. Quid ꝙ lex ipſa oĩe orna-
tus diſcrimẽ ſuſtulit, ex quo oĩs muliebris intẽperies oritur? Etenĩ cultus æmulatiõe accẽſæ ui- D
ros rogãt, tũ miſer ille q exorari ſe ꝑmittit, ſed multo miſerior q nõ fuerit exoratus. Nã qđ ipſe
nõ dederit ab alio datũ uidebit. Nolite adhæc Quirites exiſtimare rẽ eo loco futurã, ſi huic le-
gi abrogatũ fuerit, quo fuit antea. Hoĩem improbũ nõ accuſari tutius eſt, q̃ abſolui: & luxuria
nõ mota tolerabilior eſſet q̃ nũc ruptis uinculis futura ſit, ut ſi beſtiæ iritatę pri⁹ in apertũ emit
tãtur. Ego nullo modo legẽ abrogandã cenſeo. Vos quicquid de ea ſtatueritis dij fortunẽt uo-

Peroratio.

lo. Et Cato Porcius in hunc modũ pro lege perorauit. Quẽ L. Valerius Tribunus ple. ita ex-
cepiſſe fertur. Si priuati, inquit, tantũ ad ſuadendũ aut diſſuadendũ proceſſiſſent Quirites, qa
ſatis pro lege & cõtra legẽ abunde dictũ exiſtimabã, tacitus ueſtrorũ ſuffragiorũ euentũ expe
ctaſſem. Nũc uero quoniã grauiſſimus cõſul M. Cato, accuratiſſima oratione, noſtrã inſecta-
tus eſt rogationẽ, paucis ei reſpondere neceſſe eſt, etſi plura uerba in muliebri intemperie ca-
ſtiganda cõſumpſiſſe mihi uidetur, q̃ in noſtra rogatione diſſuadenda. Sed M. Cato nõ ſolũ
grauis orator, uerũ etiã trux interdũ, etſi ingenio mitis. Etenim quid noui matronæ feciſſe ui-
deri poſſunt, ꝙ frequentes in cauſa ad ſe pertinẽte in publicũ proceſſere? Quaſi nouo exẽplo
& non ſæpe aliâs ſemperq́ bono publico, ut ipſe in ſuis ſcripſit originibus, id fieri contigerit.
Siquidẽ muliebri cœtu Sabini & Romani medio pugnæ ardore arma poſuerunt. Matronæ
Coriolanum hoſtẽ à mœnibus huius urbis amoliri potuerunt. Matronæ aurũ Senonico bel
lo in publicũ contulerunt, ut hæc urbs à Gallis redimeretur. Matronæ ad mare progreſſæ ma-
trem deũ publice exceperunt. Nec quia diſſimiles cauſæ ſint purgatione ulla opus eſt, ſi nihil
nouo exemplo eſt factũ, quanq́ quid per deum mirari oporteat eas nunc in ſua cauſa facere,
quod olim in communi ſua & uirorum fecerunt? Superbas nimis ne inhumanas dicã aures
haberemus, ſi quũ domini nõ faſtidiant ſeruorũ preces, nos ab honeſtis fœminis rogari non
dignaremur. Queritur conſul legẽ aliquã abrogatum iri, uel in primis eã quæ ad muliebrem
luxuriam arcendã lata eſſet. Ego quemadmodũ legũ quæ perpetuæ libertatis cauſa in omne
tempus latæ ſunt nullã antiquari oportere arbitror, ita ſiqua minus utilis uſu deprehẽdatur,
quod ſæpe temporũ conditiõe euenit, aut corrigendam aut mutandam contenderim. Nam
& quæ pace latæ ſunt ſæpius bellum abrogat, & contra quæ in bello pax inutiliores reddit,

A ut in naui gubernanda,alia ſecunda,alia aduerſa tẽpeſtate uſui ſunt.Lex hęc à uigeſimo hinc anno lata eſt,ſine qua quũ matronale decus huic ciuitati per tot annos & ętates inoffenſum manſerit,uerendũ eſt ne nunc ſublata lege à nobis,in officio cõtineri non poſsit. Nec ipſiꝰ legis ferendæ luxuria in cauſa fuit,ſed temporum difficultas. Hãnibal in Italia erat,ciuitas pluribus cladibus affecta. Magna pars Italię à nobis alienata,An tali tempore matronę in cultu & ornatu occupatę erãt ut Oppia lege opꝰ fuerit,præſertim quũ Cereris anniuerſarium ſit intermiſsum,matronis publicam & priuatam cladem lugentibus,aut potius inopia & publica calamitas,ut id fieret,perſuaſit? Quod ſi omnia quæ tũc neceſsitas reipublicę expreſsit,nullo pacto mutãda ſunt,cur priuatis pecunię reſtituuntur? cur ſerui ad malitiã emi deſierũt? cur non ſinguli damus remiges ſicut tunc dedimus? omnes ciuitatis ordines mutationem reipublicæ in melius ſenſerint,ad uxores tantum noſtras tranquilli huius ſtatus nullꝰ perueniet fructus? uir in ueſte ſtragula utetur purpura,mulieribꝯ purpureũ amiculum habere non licebit,ut equus pretioſius inſternat̃ quàm uxor? Quid quod purpura tenacior eſt,in uſu,& in auro nullum ſentit̃ intertrimentũ,& qđ ſepe experti ſumꝰ,præſidiũ eſt quoddã muliebris ornatus ad publicos & priuatos uſus. Quod aũt ad ęmulationẽ attinet,nõ uideo quæ maior doloris cauſa oĩbꝯ eſſe poſsit,quã ſpectare ſocioꝝ Latini noĩs matrõas auro & purpura fulgẽtes currꝰ urbẽ uehi,ipſas ſine cultu,ſine ornatu pedibꝯ ſeq,tãq̃ in illarũ urbibus ſit impiũ. Poſſet id uiroꝝ animos ꝑſtringere,nõ mõ mulierũ,quæ paruis etiã mouent̃. Adde ꝙ nõ magiſtratꝰ,non ſpolia,non triumphi huic ſexui cõtingere poſſunt,mũditiæ ornatꝰ & cultus,ꝓpria & ꝑpetua fœminarũ iſignia. His illę gaudẽt & gloriant̃. Hũc muliebrẽ mũdũ maiores noſtri non ſine cauſa dixerũt. Quid aliud in luctu,quã purpurã & aurũ deponũt? qđ quũ eluxerũt in ſupplicationibus deorũ aut gratulatiõibus præter hęc eadẽ ſumũt? Nec illud uerẽdũ eſt quoties libuerit ne inhibere non poſsitis,quę hodie lex Oppia,uelut nõ omni tẽpore uxores in manu ueſtra futuræ ſint. Patiendũ huic infirmitati eſt Quirites,quodcũq; ſtatuendũ putatis. Quo eñ plus

Munditiæ fœminarũ inſignia

Oppia lex antiquatur

B poteſtis, eo moderatius in illas uos decet uti imperio. His utrinq; dictis omnes ad unam tribus legem abrogarũt. Et Marcus Cato ſecundũ eam abrogationem,cũ quinq; & xx. longis nauibꝰ,in Hiſpaniã ꝓfectꝰ ad Emporia primo delatꝰ eſt. Duo erãt oppida muro diuiſa,unũ Gręci à Phocęa,ut Maſsilięſes oriũdi habebãt in mare expoſitũ. Alterũ mari auerſum,ꝙ Hiſpani. Coaluit res Gręca intantũ indigenarũ uicinitate,diligenti cuſtodia,reiq; maritimę peritia,cuius Hiſpani accolæ expertes gaudebãt Græcorũ commercio uelut uicinũ haberent Emporiũ,& ſi illi nullius cõmercij cauſa à Græcis in oppidũ admitterent̃. Vmbra quoq; Romani nominis Gręcos ab omni finitimorũ iniuria incolumes pręſtabat,quippe qui ciuitate fuerunt poſtea à Romani donati,inde & Hiſpani accolę,quo contigit ut in unũ corpꝯ ciuitatis poſtea abierint. Hinc Cato hoſtiũ fines ingreſſus,oĩa incẽdio & depopulatiõe cõplet. Cęterũ ſub id tẽpus quo Cato in ꝓuinciã uenit,Heluius Romã deceſſurus,cũ ſex milibꝯ hoĩm quos p̄ſidij cauſa ab Appio Claudio p̄tore acceperat,quoad in pacatũ abijſſet,ad Illiturgim p̄lio exceptꝰ à Celtiberis XII. milia hoſtiũ occidit,atq; Illiturgim ui cepit. Inde ĩ Catõis caſtra trãſgreſſꝰ p̄ſidiũ in ulteriorẽ Hiſpaniã remiſit. Ea uictoria in cauſa fuit,ut Romam reuerſus minorẽ triũphũ,quã ouationẽ uocãt,egerit. Minutius quoq; per id tp̃s de Hiſpanis triũphauit. Sed Heluius tãdiu morbo implicitꝰ fuit,ut nõ multo priꝰ ꝓuincia deceſſerit,q̃ Minutiꝰ q illi ſucceſſerat. Fecerat Cato nõ ꝓcul hoſtibꝯ caſtra,& iam præliũ imminebat,quũ Ilergetũ legati ſubſidium petitũ uenere,affirmãtes niſi rebus ſuis mature ſubuenieret̃,futurũ,ut breui ab hoſte aut ui aut uolũtate ſubigerent̃. Cato & ſocijs conſultũ uolebat,& copias ſub pugnę tp̃s haud minui oportere cẽſebat. Vt igit̃ in tolerãda obſidione durarẽt ſocij,illis ſpectãtibus tertiã copiarum partẽ in naues ĩpoſuit,legatis ĩde abeũtibꝯ mãdat,ut ſuis ſubſidiũ affuturũ nũciẽt. Ceterũ illis à ſe dimiſſis,milites ex nauibꝯ ad ſigna reuocat,oĩ cura cogitatiõeq; cõuerſa in id bellũ qđ in ꝓximo hęrebat. Paucis ĩde diebꝯ ſuos hortatꝰ ad hoſtiũ caſtra ducit,quos ad pugnam extractos egregie ſupat ac caſtris exuit. Ad LX. milia hoſtium cęſa Valeriꝰ Antias ſcripſit. Ipſe Cato nũeꝝ nõ poſuit. Multi inde ppl̃i in fidẽ recepti,& cũ his Emporięſes Hiſpani,q cũ alijs defecerãt. Cato ſcđm eã uictoriã Taraconã ꝓgreſſus,qcqđ gentiũ cis Iberũ alienatũ à Romanis erat in fidẽ recepit,armaq; receptis ademit. Id adeo ægre Hiſpani tulerũt,ut eoꝝ multi ſi-

Ilergetum poſtulata

Hiſpanorũ cædes.

bi mortē cōſciuerint(ferox hoim genus)nullā ſine armis uitā eſſe rati. Magno & ipſe Claudiꝰ C
ſucceſſu in diuerſa parte Hiſpaniæ x.milia Turdetanorū una acie cōfecit,etſi Turdetani oim
Catonis frugalitas. Hiſpanorū,ut Liuius ſcribit,imbelliſſimi ſunt.Cepit inde Cato Segeſtiā urbē opulentā,mul
taq; ui hoſtibꝰ inſtare,atq; in maximis minimiſq; rebꝰ obeūdis, in nullū acerbiꝰ q̃ in ſeipſum
exercebat imperiū,parſimonia,uigilijs,& laborę,cū infimis militū certabat,ſæpius dicere ſolitꝰ
nō placere ſibi militē,q magis ſtertēdo audiretur q̃ hoſtibꝰ inclamādo , nec q in itinere manꝰ,
ſn prælio pedes agitaret.Et qa Turdetani prelio uicti Celtiberos mercede cōduxerāt,fecerātq;
bina caſtra,nec par Romanꝰ prætor duobꝰ hoſtiū exercitibꝰ futurꝰ uideret, Cato ꝑ literas ac
cerſitus cū legionibus eo uenit,q poſtq; in cōſpectu hoſtiū caſtra fecit,triplicē Celtiberis cōdi/
tionē ꝓpoſuit,ut aut ad ſe trāſirent,duplex ſtipendiū accepturi , aut domū abirēt publica fide
accepta,nulli eorū noxæ futurū,ꝙ cū Turdetanis militaſſent:aut ſi neutrū horū placeret,in a/
ciē de ſumma rei decreturi deſcenderēt.Illi nihil horū agere, medij inter bellū & pacē agitare,
in priſtina ſtatione eſſe.Qđ ubi Cato animaduertit,pretore cū maxima parte copiarū relicto,
ipſe ne aſſidēdo hoſtibus tēpus tereret,cū ſeptē cohortibus ad Iberū reuerſus, Sedetanos,Au
xetanos,Sueſſetanos,& Lacetanos deuiā & ſylueſtrē gentē recepit,capta eorū urbe munitiore
loco ſita . Cepit dein Vergiū caſtrū latronū receptaculū, quos in poteſtatē redactos extremo
affecit ſupplicio:multitudinē ſub corona uendidit. Et iā pacata erat prouincia quadringentis
Vectigal argenti in Hiſpania. eius terræ oppidis captis. Cato ad triumphū deceſſurus ex ferrarijs & argētarijs uectigal inſti
tuit.Quibus locupletior ꝓuincia facta eſt.Eadē æſtate qua hæc in Hiſpania facta ſunt, Vale/
rius Flaccus alter cōſul cui Gallia prouincia forte euenerat,iuxta Litanā ſyluā cū Boijs proſpe
re pugnauit.Octo milia hoim eo prælio deſiderata.Nec ultra quicq; dignū memoria in ea ꝓ/
Flaminius bellum Nabidi infert. uincia geſtū.In Græcia ꝑ id tp̃s Quintius pace Philippo reddita,Nabidi Lacedæmoniorū ty
ranno bellū intulit:q ex Achæis Argos occupatū habebat.Omnis Græcia præter Aetolos in
id bellū cōſenſit.Caſtra igitur primo circa Argos Flaminiꝰ habuit, eratq; cū eo Ariſtenus A/
chæorū prætor,qui circa Cleonas cū x.milibus armatorū illi ſe iunxerat.Pythagoras Nabidis D
gener urbē Laconico obtinebat preſidio.Is ſub hoſtiū acceſſum,& circa portas ſtationes & in
muris cuſtodias diſpoſuit,omniaq; ſolerti aīo ꝓſpicere ad urbē ui retinendā. Sed parū abfuit
quin ab initio ſubita ſit cōiuratione oppreſſus: Democles nobilis adoleſcēs cū pluribus in eū
cōiurauerat,incautus tamē fidei æſtimator dū ſtudet plures ſibi adiūgere,cōiuratio ad Pytha
gorā indicio eſt delata.Ille uero poſteaq; ſe proditū ſenſit,in publicū cū paucis proceſſit,ciues
ad libertatē uocās,ſed ad primū clamorē cū ijs qui cū ſequebātur,eſt Pythagoræ iuſſu interfe/
ctus.Caſtra inde ad urbē quingētos circiter paſſus Quintius admouit,ſpe alicuius futuri mo/
Quintiꝰ Lacedæmonē petit. tus.Verū ubi omnia preſſa teneri ſenſit,nec quicq̃ ab Argiuis moueri in urbe,relictis Argis in
Nabidē mouit:per Partheniū primo, mox præter Taygetū ducēs, ad Caryas conſedit. Huc
Lacedæmoniorū exules ſpe patrię recuperādæ ad Quintiū uenerūt,& auxilia à Philippo rege
miſſa,& naues undiq; multæ conuenerant. Nec tyrannus ad tanta belli molē animū remiſit,
urbe foſſa & uallo ualide munita,omnis ciues ambiguę fidei quoſdā etiā iniuria ſuſpectos in
poteſtatē redactos ſequenti nocte in cuſtodia necauit , quo tēpore perculſam ciuitatē iā inde
magis magiſq; obnoxiā habuit.Flaminus prioribus ſtatiuis profectus,ad Sellaſiā ſupra Oe/
nūta fluuiū caſtra fecit,quo in loco Antigonus rex Cleomenē primū Lacedęmoniorū tyran/
nū ingēti prælio uicit. A Sellaſia ad urbē progreſſus qua Eurotas mœnia præterlabitur hoſtē
Nabis uincitur. tumultuario prælio uictū in urbē cōpulit. Poſtridie Nabis Romanū agmē circū Mænali radi/
ces actū à tergo adortus multo maiore clade,q̃ prælio affectus , ſeſe trepide in urbem recepit.
Quintius duplici pugna uictor tranſlatis ad Amyclas caſtris amœniſſimū agrū urbi circumie
ctū late populatur. Ad flumen inde Eurotam ꝓfectus , uallem Taygeto ſubiectā agrumq;
uaſtat mari finitimū. L. Quintius claſſis præfectus,& ipſe interea in littorali ora aliquot oppi
da partim ui,partim uoluntaria deditione tyranno adimit.Gytheū inde terra mariq; aliq̃diu
Gytheū oppidum. oppugnatū Romanus imperator cepit . Ea demū clades(erat enim Gytheum omniū mariti/
marū urbiū caput)feroces tyranni ſpiritus fregit,qui fortunæ cedendū ratus,Caduceatorē ad
Quintiū in caſtra miſit,ut ad ſe legatos mitti pateretur,quo impetrato Pythagoras qui nuper
ex Argis cum duobus milibus Argiuorū Lacedæmonē uenerat,ad Quintiū in caſtra eſt miſ/
ſus.

A ſus,Is petijt ut Nabidi liceret cũ impatore loq.Id quoq; illi pmiſſum.Tũ ibi prior Nabis ue/ Nabidis &
lut ignarus,qua cauſa bellũ ſibi Ro. Po,indixiſſet,colloquiũ petijſſe dicit,ut priuſquã periret Quintij con
ſciret cur ſibi pereundũ eſſet.Inde multũ de Romanorũ iniuria queſtus,quod ſe quẽ ſociũ & greſſus
regẽ appellaſſent, cui⁹ auxilijs aduerſus Philippũ uſi eſſent,hoſtiliter petijſſent,præſertim cũ
nihil ex eo fœdere quod ſecũ Quintius ſanxiſſet,eſſet ad id tp̃s uiolatũ.Mirari ſe Romanos q
fœdera præter cæteras gentes colerent,ac ſociale nomen ſanctũ & inuiolatum haberent,Puni
ca perfidia ſecũ agere.Certo ſcire nihil à ſe dictũ aut factũ cur Romanos initæ ſecum amicitię
pœniteret.Hęc Nabidẽ locutũ ita Flaminius excepit,ut oſtẽderet quædã eũ cõtra fœdus & pa
ctam ſocietatẽ feciſſe.Stulte pręterea Romanos agere uideri potuiſſe,quũ liberandæ Græciæ
titulo graue bellum procul domo tãto periculo & labore tot annos geſſiſſent,Argos & Lace/
dæmonẽ duo quædã Græciæ lumina,tyranno laniãda relinquerẽt.Poſtremo monuit,ne fru/ Quintij uer
ſtra fidẽ & ſocietatis iura iactaret,quin omni populari oratione omiſſa ut tyrãnus loqueretur, ba aduerſ⁹
cui natura repugnante nulla fidelis cũ libero populo ſocietas & amicitia eſſe poteſt.Nabis fe/ tyrannos
rociſſimo Quintij reſpõſo adhuc magis territus,ecquæ cõditiones pacis ſibi dicerẽt requiſi/
uit.Aliquãtulũ inter ſocios eſt dubitatũ,bellũ ne ſolui deberet(nã ipſe Argis ſponte præſidiũ
deducebat,an tollẽdus è medio eſſet tyrãnus,quo incolumi nũq; ſtatus Græciæ uiderẽt quie
turus.Demũ Quintio ad pacẽ declinante,quum propter bellũ quod ab Antiocho inſtabat,
tũ quia uerebatẽ,tũ quia uerebatur ne noui conſules Gręciã ſortirẽt,his cõditiõibus pax Na Cõditiones
bidi propoſita eſt,ut intra decẽ dies p̃ſidiũ Argis deduceret,ut Argiuis mãcipia adempta red/ pacis Nabi/
deret,naues reſtitueret quas uicinis ciuitatib⁊ abſtuliſſet,ipſe præter duos lembos nauẽ nullã di p̃poſitæ.
haberet,pfugas & captiuos Romanis & ſocijs remitteret,Meſſenijs oĩa q̃ extarẽt dominicq; a
gnoſcerẽt reddẽda curaret.Exulib⁹ Lacedæmonijs filios relaxaret,urbes quas in Creta habe
ret dimitteret,nec in ea inſula ullã habere poſſet amplius ciuitatẽ.Ciuitates quę in fidẽ popu
li Rõani ueniſſent ne bello infeſtaret.Ne caſtellũ aut oppidũ uſpiã conderet.Quinq; obſides
B daret quos Romanus imperator uellet.Cẽtũ argẽti talẽta in præſentia pẽderet.Hic Nabis cõ
ditionib⁊ erat ſibi pacẽ redempturus.Cæterũ ſerui q exulũ uxores matrimonio ſibi deuinxe/ Per quos
rãt,quiq; Argiuis reſtituẽdi erant,transfugæ & alij quoꝝ intererat bellũ manere,tumultuoſo pax turbe/
diſcurſu clamoreq; ſignificabãt deteſtabilẽ eã pacẽ eſſe,oĩa ſe pri⁹ laturos quã bellum eiuſmo tur
di cõditionib⁊ ſolui.His uocib⁊ cõſenſuq; ſuorũ fretus,Nabis repudiatis conditionibus in bel
lo pſeuerauit.Aliquot itaq; p̃lia ſunt poſtea circa urbẽ geſta eaq; Romanis proſpera,adeo ut
quidã fugiẽtib⁊ mixti in urbẽ irruperint.Flaminius urbis ſitũ cõtemplatus corona oppidũ cin
xit.Habebat em̃ ſub ſignis cũ appẽdicib⁊ ſociorũ L.armatorũ milia.Fuit Lacedæmon olim ſi Lacedæ.mu
ne mœnib⁊.Tyrãni p plana loca murũ duxerãt.Eminentiores partes Nabis præſidijs firma/ ri
uerat.Fuit ab initio cruentũ certamẽ,cæterũ Romanis in urbẽ euadentibus capta erat Lacedę
mon,niſi Pythagoras,Nabidis gener ędificia muro pxima incendi imperaſſet.Ea res in cauſa Pythagoræ
fuit,ut flamma ſubito emicante,q urbi imminebãt incendij metu ſint à mœnib⁊ repulſi, refu conſilium
giebãtq; ex urbe ad ſigna qui iã in angiportis pugnabãt,ne gliſcẽte flamma à ſuis excluderen
tur.Imminebat nihilo ſeci⁹ tyrãno Quinti⁹,& iã triduo eũ prelio fatigabat,quũ Nabis in prę
ces uerſus per Pythagorã iterũ in caſtra miſſum ijs legib⁊ quas Romanus imperator dixerat Pax Nabidi
pacẽ impetrauit.Qua uix bene firmata nũcius ex Argis ſupuenit,Argiuos pulſo tyrãni p̃ſidio datur
ſeſe in libertatẽ aſſeruiſſe.Autores qdã nõ ex oppido Nabim bellaſſe pdiderũt, ſed caſtra ca
ſtris cõtuliſse eſseq; acie certatũ,ingẽtiq; p̃lio uictũ,qndecim milibus hoĩm amiſsis,& quatu/
or captis,quib⁊ potuit conditionib⁹ pacẽ cõplexum.Eodẽ tp̃e à Quintio literæ de reb⁊ in Gręꝗ
cia geſtis,& à M.Porcio Catone ex Hiſpania Romã allatæ,ingenti læticia ciuitatem affecerũt
in triduũq; utriuſq; nomine circa deũ aras ſupplicatũ.Creati inde cõſules,P.Corneli⁹ Scipio
Aphricanus,&T.Semproni⁹ Longus,quorũ patres primo anno ſecundi belli Punici unà cõ Conſules
ſules fuerant.His Italia ambob⁹ eſt decreta,&ſi Scipio Macedoniã maluiſset,iam enim An/
tiochus in Europam trãſcendiſse dicebatur,incertũ quo cõſilio,eratq; conſtans fama ab Han
nibale & Ætolis ad Rõanorũ bellũ regẽ cõcitari.Cęterũ nõ mõ ob eã rẽ,nõ nou⁹ aliqs exerci
tus in Gręciã miſsus eſt,ſed q ibi erat in Italiã deportari placuit.Ver ſacrũ eo bono factũ ex oĩ
pecore,qđ eſset à Caleñ.Martijs ad Maias idus natũ.Et Scipio q cõſul erat,ab Ælio Pæto &
C.Cor

C.Cornelio cēſoribus princeps ſenatus eſt lectus. Iidē cēſores loca ſenatoria à populo ſecreue C
re, quū prius, ꝑmiſcue ſpectare cōſueſſent. Hoc anno Q. Pleminius eſt in uinculis necatus, ut
quidā ſcribūt, qui ad id tp̄s in cuſtodia habitus, ut carcerē cōmodius refringeret, quibuſdā au/
tor fuerat, ut noctu urbē pluribɔ locis incēderet. Coloniæ deductæ Puteolos Vulturnū & Li
Prodigia — ternū Tempſam & Crotonē. In Romano foro & in Capitolio ſanguinis guttæ uiſæ ſunt, &
terra aliquoties pluit, & Interānæ lac fluiſſe dicebatur, quę oculorū ludibria de more ſunt Ro/
mæ, ꝓcurata, additūꝗ nouēdiale ſacrū, ꝙ Adriani nunciarūt in agro ſuo lapidibus pluiſſe. L.
Valerius ſuperioris anni cōſul, cū Inſubribus & Bois circa Mediolanū cōgreſſus, x. milia ho/
ſtiū credidit: & Cato ꝑ eoſdē dies de Hiſpanis triumphauit. Nec ita multo poſt T. Sēpronius
cōſul in Boios profectꝰ, ubi hoſtes in armis eſſe ſenſit, paratoſꝗ acie cōfligere, ad collegā nun
ciū miſit, ut ſi cōmodo reipublicę fieri poſſit ad ſe ueniret, ut iūctis copijs cū hoſte nūero abun
dāte ex æquo dimicarēt: ipſe interim de induſtria tp̄s trahere: qua re aīaduerſa Galli metu id
accidere rati, ſubito Romana caſtra inuadūt, prælioꝗ haud uno loco inito ꝑ quæſtoriā portā
ingreſſi, L. Poſthumiū cognomēto Tympanū, cū duobus p̄fectis ſociū interficiūt. Eoſdē extra
uallū reiectos, Romani duabus principalibus portis egreſſi, poſt longū certamē cū ſtrage mul
Gallorum cædes. — ta loco ſubmouēt funduntꝗ: cæſa ſunt eo die. xi. milia Boiorū. Nec Romanis fuit uictoria
incruēta, quinꝗ milibɔ deſideratis. Et hæc eo anno ſunt in Gallia geſta. Quintius qui Elatiæ
hybernauerat, iuſſus in Italia exercitū deportare, publico Græciæ ciuitatibɔ cōuētu Corinthū
indicto cōmemorata Romanorū beneficētia in ſocios, Neꝗ d ſit, inquit, qđ de Po. Ro. in uos
Quintius Græcis libertatem reſtituit. — aīo dubitetis, in Italiā abiturus, Chalcidē Demetriadē & Corinthū præſidijs inde deductis in
libertatē reſtituo: qđ Aetoli nunꝗ futurū prædicabāt, eoꝗ adhuc loquēte ꝗ Corinthi in præ
ſidio erāt motis ſignis urbe excedere cœperūt. Plutarchus in Iſthmico cōuentu p̄conis uoce li/
bertatē Græcis oībus reſtitutā ſcribit, ad quā inſperatā uocē tātus ſit fauētiū clamor ſecutus,
Auiū caſus. — ut corui tū forte ſuperuolātes ī mediū cōſeſſum cōciderint. Dubiū, cōſciſſus aër ſit in cauſa, an
quū permagna uox editur, ille ui diſiūctꝰ nullā uolātibɔ relinquat firmitatē: ꝗ quoniā lubricꝰ D
fiat, aues quū uelut ad inane ꝑuenerint ad terrā dilabūtur, quanꝗ in aere uelut in aq̄s uortex
quidā eſſe pōt, cuius uiolēto impetu circūactæ uolucres ad terrā deprimantur: nec abſurdū ſit
credere clamoris ictu tanꝗ ſagitta quadā cōſauciatas ad terrā defluere uolucres. Sed quoquo
modo id fiat, ſatis cōſtat & tūc quidē & nōnunꝗ aliâs ob multiplicē clamorē talia accidiſſe. Po
puli quibus noīatim reſtituta eſt libertas, fuere Corinthij, Locri, Phocenſes, Euboici, Achæi,
Phthiotæ, Magneſij, Theſſali, & Perrhebi. Quintiꝰ niſi ſe gratulāti multitudini ſubtraxiſſet,
tot miliū hoīm affluxu uitæ periculū adijſſet. Romā inde reuerſus clarum de Macedonia egit
Macedonicꝰ triumphus. — triumphū, cui præcipuo officio fuit ornamēto, ꝙ mille ferme & cc. Romani ciues qui ſecūdo
bello Punico capti, diuerſaꝗ ſorte in eā terrā deportati ad id tēpus in ꝓuincia ſeruitutē ſerui/
uerāt, in Flaminij gratiā ab Achæis ſunt redēpti. Hi triūphali pompę haud uulgarē prębuere
ſpeciē, raſis capitibus Quintij currū ſecuti. Prælatæ adhæc caſſides, Macedonicę Peltę, Sariſſę,
defœcati auri pōdo tria milia ſeptingēta tredecim, Argēti quadraginta tria milia, cc. ſeptuagin
ta. Aureos philippeos. xiiii. milia. d. xiiii. Hæc Plutarchus. Liuius ait triduo triumphatū, ac
multo plura ī triūpho lata, & in his. x. argēteos clypeos, & unū ex ſolido auro, mille talēta quę
Philippus debebat Quintij autoritate Po. Ro. remiſit, ſocietatēꝗ cū ipſo rege iūxit. Hoc anno
Templa. — aliquot ædes dedicatæ ſunt Romæ, Iunonis Matutæ in foro holitorio. In Quirinali, Fortu/
næ Primigeniæ, Iouis in inſula tyberina: & ex multatitia pecunia Fauni. Conſules habuit ſe/
Conſules. — quēs annus L. Corneliū Merulā & Q. Minutiū Thermū. Hoc quoꝗ anno Romanis ludis ſe
natꝰ à pp̄lo ſeorſum ſpectauit, fuitꝗ hic annꝰ octauꝰ ac q̄nquageſimꝰ Romanę urbis ſupra
q̄ngēteſimū, quū ad id tp̄s po. Ro. ꝑmiſcue ludos ſpectaſſet. Crebro eo anno terra in urbe &
circa urbē mota eſt. Cōſules partiti iter ſe ꝓuīcias, Corneliꝰ Galliā, Ligures Minutiꝰ ſortitꝰ eſt.
Et iā. xx. milia Ligurū in Lunēſem agrū irrupiſſe rumor erat, & altera manus haud multo mi
nor circa Padū Romanas colonias infeſtare nūciabat. Cōſulibɔ eo tumultu urbe excitis, decre
to patrū ꝑmiſſum eſt, ut eos ꝗ ſcripti fuerāt in urbe, & ex agris quos uellēt ad in bellū euoca/
rēt. Romæ interim cæterarū gentiū legati in curiā ſunt benigne appellati. Antiochi legatio ad
Quintiū &. xx. legatos qui cū eo in Græcia fuerant, uelut multo alijs ꝑplexior reiecta eſt, ut

illeex

A illę ex dignitate po. Ro. regis poſtulatis reſpõderet. Ibi Menippo legationis ei⁹ principe negã te ſe uidere quid regia legatio perplexi in ſe haberet, quando tria eſſent iungendorum fœderũ genera. Vnũ quũ inter uictorẽ & uictum fœdus feriret, ubi qui uiciſſent uictis leges daret. Alterum quo pares bello populi regesq́ in fœdus coirent, quũ res æquo iure & ex cõmodo utriuſque partis cõponi ſoleant: eſſeq́ tertiũ genus quo cum ij qui nunquã hoſtes fuerint, ad amicitiam ſociali genere iungẽdam coeant, ac tum alterã partiũ, neq́ dare leges neq́ accipere. Cuius generis Antiochus rex eſſet, qui nunquã hoſtis & aliquando amicus in fœdus populi Romani cuperet aſcribi. Tum Quintius, Quando, inquit, Menippe de amicitiæ iure diſputa re libet, alia duo genera adjiciã, extra quæ nulla regis amicitia cũ Po. Ro. eſſe poſſit, ut aut Antiochus tota Europa abſtineat, aut liceat Romanis Græcas colonias, quę in Aſia ſunt, in libertatem uindicare, quæ non iccirco in eam terram fuerunt ab initio miſſæ, ut regum libidinibꝫ ſeruirent. Quũ Menippus negaret ſe eorũ quicquã in mandatis habere, de ijs q̃ ad eius regnũ attinerent, ut cõditio ulla finiũ moueretur, pręſertim quũ quę Antiochus in ora Helleſponti poſſideret, iam inde à Seleuci proaui tẽporibus, qui urbes ipſas Liſymacho ſublato iure belli ſuas feciſſet, auus tenere perſeueraſſet: ille patri ſuo, pater ſibi per manus tradidiſſet, uix obtinere potuerunt legati, ut de ea re nihil Romani & ſocij decernerent, quoad legatio eſſet Antiocho renunciata, ut tempus regi daretur ad deliberandũ, qd cum facere oporteret. Erant iam Romani ad Antiochũ miſsuri, quũ legati ex Carthagine nunciarũt regem ipſum Hannibalis impulſu bellũ comparare. Depoſcebat ſibi Hannibal centum naues, ſexdecim milia peditum, & mille equites, quibuſcum iterum Italiam inuaderet, cætera Italiã ipſam daturam pollicebatur: fore adhæc, ut per homines ſuæ factionis Carthaginienſes à Romanis ſub primos belli motus deficerent. His quũ facile Antiochus acceſſiſset, miſit Hannibal in Aphricam Ariſtonem quendã Tyriũ, ſed Epheſi natũ cuius opera fuerat Pœnus in rebus haud quidẽ leuibus ſępe uſus. Is notis q̃buſdã inſtruct⁹, ut ſua mãdata agnoſcerent, Barchinę factionis uiros B nominatim eſt cõuenire iuſſus, ac cũ his occulte agere de Romana pace quoquo modo turbãda. Erat is nonnihil Carthagini uerſatus, quũ hoĩbus diuerſæ factionis ipſius mora ſuſpecta eſſe cœpit, res primo inter paucos, mox in curia iactata, multiq́ aperte prædicare ſtatũ ciuitatis Romanãq́ pacem ab Hannibale ſollicitari. Nec multũ eius exilio ꝓfectũ, ſi abſens per internũcios faceret, qd̃ pſens factur⁹ eſset. Ariſtonẽ Tyriũ ab eo & Antiocho miſsum, obſeruatumq́ plures dies apud hoĩes Barchinę factionis, habendũ eũ in cuſtodia, quæſtione extorquendũ ad quid uenerit: Satis pro temeritate unius ſuppliciorũ publice & priuatim eſse expẽſum. Iam inde ciues ſuo periculo peccaturos, rẽp. non modo extra noxam, ſed ab oĩ noxę ſuſpitione ſeruandã, q nisi ille in curiã accerſit⁹ diceret cauſam ſui acceſſus, iniectus uinculis Romã eſſe deportandũ. Fuiſsent illi in ſenatum uocato, ac parum expediẽti ad qd ueniſset, cõtinuo catenæ iniecte, niſi ab hominibus Barchinis reclamatũ eſset, rem indignam fieri, parumq́ utili exemplo, hoſpites nullo indicio in crimen deuocari: dilataq́ in ſequentẽ diẽ diſceptatione, Ariſton tabella ſub noctẽ in publico ſuſpẽſa, qua ſignificabat ſe ad neminem priuatũ, ſed ad ſenatũ ab Hannibale mãdata habuiſse, tertia uigilia noctis nauim ingreſsus in altũ abijt, quæ res nouæ inter ordines diſcordiæ fuit cauſa. Eam occaſionem Maſiniſsa rex ſecutus Carthaginiẽſem eſt agrũ populat⁹, & ad ſtipendiũ ſibi pẽdendũ aliquot illorũ urbes metu adegit. Cęteꝝ ubi legatos Romã miſsos audiuit, q nõ ſolũ recẽti crimine ciuitatẽ purgarẽt, ſed ut de ipſius quoq́ regis iniuria quererent, miſit q cũ Carthaginienſibus in curia de iure agri diſceptaret. Nec ita multo poſt tres legati ab Roma in Aphricã ſunt miſſi, & ĩ his Scipio Aphricanus, q quũ uelut in rẽ præſentẽ ueniſſent, dubiũ, ſua ſpõte, an ita fuerit illis mandatũ, integrũ certamẽ (q ſatis cõſtat) reliquere. In Hiſpania per id tps P. Corneli⁹ Scipio Cnei filius, præter alia pauca ſecunda ꝓlia, q̃ in hoſtes fecerat, Luſitanos perua ſtata citeriore Hiſpania, ac p̃da graues haud ꝓcul Ilipa urbe adortus, ingẽti ꝓlio uictos fudit ac fugauit xij. milibus ex eorum exercitu cæſis, militaribꝫ ſignis centũ q̃nquaginta quatuor captis, Sext⁹ Digiti⁹ nõ ita ꝓſpere ĩ ulteriore Hiſpania rẽp. adminiſtrauit. Etenim poſt Catõis digreſsũ, noua paſsim bella citra ultraq́ Iberũ exarſerãt. Pluribꝫ itaq́ ꝓlijs ita Digiti⁹ copias minuerat, ut uix dimidiũ exercit⁹ Caio Flaminio tradiderit. Gliſcebat interim Ligũſticũ bellũ xl. milibus hoſtiũ Piſas circũſedentibus

Triplex fœderũ ratio

Hãnibal pacem turbat.

Ariſtonis uaframẽtũ.

Tres legati in Aphricã mittuntur

dentibus,eo Minutius ex Aretio occurrit,urbemq́ ingreſſus poſtridie mille paſſus ab hoſte C
caſtra fecit,uerū nouo militi diffiſus ad prælīū exire nō eſt auſus. Ligures ſuo nūero freti, ual/
lū ſuccedentes ſæpius pugnandi copiā fecere. Cōſederat itaq; circa Piſas aliq̄diu bellū,quū al
ter conſul Cornelius Boicū agrū populatus,quū Mutinā duceret,Boiorū exercitus,qui inſidi
andi cōſilio loca,quibus cōſul ducturus erat,inſederat,obuiā occurrit: eſtq; ibi aliquot horas
Gallorū cædes. ferociter pugnatū,ad poſtremū Galli æſtu & labore feſſi,terga uertūt,paſſimq; metu & pauo/
re diſpalati cædūtur: XIIII. milia partim in prælio,partim in fuga mortē occubuere,mille & no
naginta duo capti,& cū his ſigna militaria CC. Ex Romano exercitu quinq; milia deſiderata.
Romæ interea fœneratores noībus ciuiū,cū quibus fœnus facere nō licebat,in ſocios tranſcri
ptis,fraudē legi fecerāt: decretū ꝓinde eſt,ut ſecundū debitores ius diceretur in ea ſumma quæ
poſt legē de ea re latā credita eſſet. In Hiſpania nihil memoria dignū hoc anno geſtū,niſi ꝙ
C. Flaminius Iluciā urbē in Oretanis expugnauit,& aliquot leuia prœlia geſſit aduerſus latro
nes magis q̄ hoſtes: & M. Fuluius apud Toletū cū Vacceis acie cōflixit,quibus egregie uictis,
eorū regē Hilermū uiuū cepit. Cēſus Romæ perfectus,cēſaq; ſunt ciuiū capita centū quadra
Prodigia. ginta tria milia CCCIIII. Tyberis loca plana urbis inundauit,Ariciæ,Lanunij & in Auētino la
pidibus pluit. Ædiculā uictoriæ uirginis prope maiorē ædē uictoriæ M. Cato q̄ uouerat dedi
Conſules. cauit,& in caſtrū Ferentinū colonia eſt deducta. Cōſules ſub id tp̄s creati,Gn. Domiti⁹ Æno
barbus,& L. Quintius Titi Quintij frater,q ex eodē loco perierat, q̄ P. Cornelius Scipio A/
phricani patruelis frater,adeo plus recens Quintij gloria fratri apud pp̄lm q̄ Aphricani ſuo
cādidato ꝓfuit. Sed q̄ maior erat Scipionis gloria,eo ꝓpior inuidiæ. Adde ꝙ iā decimū annū
Scipio in oculis ciuitatis fuerat uerſatus,q̄ res minus uerēdos magnos hoīes longa ſatietate fa
cit. Multi pecuarij eo anno ab Ædilibus dānati,ex multatitiaq; pecunia clypea inaurata ſunt
in faſtigio Capitolij poſita,& extra portā Trigeminā portic⁹ una excitata,altera à porta Fon
Martis ara. tinali ad Martis arā. In Liguribꝰ ꝑ eos dies cōſulis caſtra ſunt ab hoſtibus oppugnata, ac uix
retēta. Nec multi deinceps dies interceſſere, quū cōſul motis caſtris in hoſticū iturus,medijs an D
guſtijs à fronte & à tergo Ligures eſſe ſenſit. Claudinæ cladis ſpecies admota erat militū ocu/
lis,quū periculū extremo auxilio eſt diſcuſſum. Erat in caſtris Numidarū equitū ala,huius præ
fectus ꝑmiſſu & hortatu cōſulis,hoſtiū ſtatiōes ſine tumultu adeq̄tauit. Erāt interim ſpectāti
bus Numidæ ludibrio,equi hoīesq; pauxilli & graciles,diſcinctus & inermis eques,nihil p̄ter
iacula habēs,equi infrenes,deformes,rigida ceruice,& capite in curſu extēto. Vbi uero hi ad ia
ctū teli ꝓpinq̄ hoſtibꝰ fuere,nūc ꝓcurſum ſimulātes,nūc recurſum,paulatim ſeſe inſinuarunt.
Poſtremo cōcitatis uno tp̄e equis clamoreq; ſublato,ꝑ medias hoſtiū ſtatiōes,trepidātibꝰ ma
gis Liguribus q̄ tela expediētibꝰ,in apertū euaſerūt. Ipſi paſſim in hoſtico incēſis uillis oīa
igni & rapina fœdātes,hoſtē ad ſua tuēda ex præſidio cōtraxerūt,atq; ita cōſul obſidiōe libera
tus,in apertū copias eduxit. Cęterū neq; Ligures,neq; Hiſpani,ea tēpeſtate magis erāt Roma
Aetolorum motus. no noī infeſti q̄ Ætoli. Hi ad Nabidē mittūt,& ad Philippū & Antiochū reges,qui illos ſocie
tate ſecū iūcta,ad Romanū bellū concitarēt. Nabis (nā alij nihil temere mouerūt) oīa circa A/
chaiā & loca maritima ꝑ ſe turbare adortus eſt. Iā Gytheū apte oppugnabat,eſtq; ab Achęis
interim Romanæ pacis ꝑ legatos admonitus. Miſſi ſunt & ab eadē gēte legati Romā,q tyran
ni motū nunciarent. Venerat ꝑ id tp̄s Antiochus Epheſum Piſidas oppugnaturus,quo Iuli⁹
Scipionis & Hannibalis congreſſus. à Po. Ro. miſſus uenit. Sulpitius eius collega ægrot⁹ Pergami ſubſederat. Iulius ſæpe cū Han
nibale congreſſus,eū Antiocho ſuſpectiorem reddidit. Claudius Quadrigarius annaliū ſcri/
ptor,Acilianos libros,ut Liuius ait,ſecutus,Scipionē in ea legione fuiſſe tradidit, in qua opi/
nione & Plutarch⁹ quoq; fuiſſe mihi uidetur,ibiq; duces ipſos in colloquiū ueniſſe,rogatūq;
Hannibalē à Scipione,ecquē oīm imperatorū maximū fuiſſe arbitraretur,prælatū ab eo cæte
ris ducibus Alexandrū Macedonē,qui cū modicis copijs immēſos uiciſſet exercitus. Mox Pyr
rhum regē ſecundo loco nominatū,ꝙ optime oīm caſtra fuiſſet metatus. Rogatus quē tertiū
exiſtimaret,ſeipſum reſpōdit. Tū Scipio. Quid ſi me uiciſſes Hannibal: prætuliſſem me inq̄t,
oibus. Quibꝰ uerbis lætatus Scipio,ita ſit hoſtis reſpōſum interpretatus,tanq̄ tacita eius cō
feſſione ipſe oīm præſtantiſſim⁹ iudicat⁹ eſſet. Alij,ut dixi, Iuliū dūtaxat cū Pœno cōgreſſum
autores ſunt,qui ex Epheſo Apameā ubi Antioch⁹ erat ꝓfectus,eandē cū rege diſceptationē
habuit

A habuit,q̃ à Quintio fuerat Romæ cũ regijs legatis mota. Tenebat adhuc ea diſcuſſio, quũ interim affertur Antiochi filiũ Seleucum maiorẽ natu,uita deceſſiſſe,quo nũcio regia luctu occupata. Iulius Pergamũ cõceſſit. Vnde paulopoſt ipſe & Sulpitius,iam enim à morbo conualuerat,ad regem reuocati,cũ Minione uno ex regis purpuratis & ipſi & ſociorũ legati, nonnihil per irritas altercationes diſceptarũt. Rex enim intereſſe noluit,ad ultimũ nulla re impetrata,legati dimiſſi ſunt,poſt quorũ diſceſſum rex de bello in Romanos decernendo ſuos conſulit. Hic alijs alia magis in regis gratiã,quã in rẽ decernentibus,Hannibal cõſilio non fuerat adhibitus,iam regi ſuſpectior factus,qa cũ legatis Romanorũ eſſet ſępius congreſſus. Tum ille purgatione opus eſſe ratus,ita demum eſt regem allocutus. Quum puer admodum, inq̃t,adhuc eſſem Rex maxime,pater meus Hamilchar,me puerũ aris,ad quas ſacrificabat, admotũ iurare coegit,ut nunquã populo Ro.amicus eſſem. Hoc quoq; ſacramẽto annos ſex & xxx. militaui. Hoc me quũ pacate alioq agere poſſem patria expulit. Hoc me extorrẽ in tuã regiam adduxit. Hoc duce ſi tu ſpem meã deſtitueris, ubicũq; uires,ubicũq; arma eſſe ſciã,ire contẽdã omnibus terris hoſtẽ po.Ro.quæſiturus. Itaq; ſi quis tuorũ me criminãdo cupit tecũ gratiam inire,aliunde ſibi quęrat materiã. De meo in Romanos odio,pater Hamilchar,& dij per quorũ aras iuraui,ſunt mihi teſtes. Si proinde de Romano bello cogitas,inter primos Hannibalem adhibeto cõſilijs,ſi pacẽ mauis,aliũ cum quo id deliberes, tibi quæras oportet. Tempeſtiuus hic ſermo non mouit ſolum regẽ,ſed recõciliauit etiam Hannibali. Atq; ita ex concilio eſt diſceſſum, ut bellũ gereret. Romę interea alteri cõſulũ Italia prouincia decreta eſt. Alteri datũ ut ſiqd ab Antiocho,aut aliũde moueret,cũ nouis legionibꝫ & auxilijs eõ ꝓficiſceret, quo neceſſitas uocaret: ſeorſum claſſis & terreſtris exercitus aduerſus Nabim decretus. Eratq; erecta ciuitas in deſtinati belli magis quã indicti expectationem,præſtolabaturq; in horam legatorum ab Antiocho reditum,quum fœda prodigia pluribus locis nũciata,nõ parum formidinis ciuibꝫ attulerũt. Capra in Piceno ſex hœdos uno fœtu enixa ferebatur. Et Aretij puer unimanus natus.

Rex de ratione belli conſultat

Verba Hannibalis ad Antiochum

Prodigia

B Amiterni terra pluerat,& quod maxime religionẽ incuſſit,bos locuta eſt, Caue tibi Roma, Cætera prodigia curata,bos aruſpicũ iuſſu ſeruata eſt. Tyberis infeſtiore quã unquã fuerat inundatione,duos pontes & multa circa Flumentanam portã ędificia diſiecit. Et ſaxum è Capitolio in Iugariũ uicũ cum multorũ ꝑnicie,ꝓcidit,dubiũ imbribus,an tacito motu terræ Tarpeia rupe auulſum. Per eos dies Q. Minutius in Piſano agro cum Liguribꝫ dimicauit,ceciditq; nouẽ milia hoſtiũ,cętera multitudo trepide intra uallũ reiecta eſt,qua clade Ligures fracti,ꝓxia nocte ſilẽti agmine in pacatũ cõceſſerũt. Nec Romanus uictor quicq; laxamẽti dedit hoſti,Ligurię fines ingreſſus,late uicos & uillas incẽdio uaſtauit. Legati ab Antiocho reuerſi,nihil q̃ maturã belli cauſam haberet attulerũt. Proinde Attilius tantũ cũ claſſe in Grę ciam aduerſus Nabidẽ eſt miſſus. In Italia Boiorum & Ligurũ fines à duobꝫ Romanis exercitibus ſunt uaſtati. Hoc anno C. Flaminius in Hiſpania Litabrũ oppidũ opulentũ expugnauit,& M. Fuluius prętor,duobus pręlijs cũ hoſte factis, Viſteliam & Volonem duas illuſtres Hiſpaniæ urbes cepit. Mox in Oretanis Cuſibi & Nobilia potitus eſt. Ad Tagũ amnẽ deinproceſſit, Toletũ paruã tunc urbem,cæterum munitiſſimã,oppugnare eſt adortus. Huc magnus Vectonũ exercitus breui affuit Toletanis ſuppetias laturus. His prælio fuſis,Fului⁹ oppidũ expugnauit. Et is tũc erat Hiſpaniarum ſtatus,quũ Attalus Eumenis regis frater Romã uenit,qui Pergami regnũ obtinebat. Attal⁹ pater nõ multo poſtq̃ Philipp⁹ uictus eſt ad Canis capita,uita deceſſerat: ex hoc patres cognouerũt Antiochũ Helleſpontũ traieciſſe,& Ætolos ſummo ſtudio bellũ cõparare. Eumeni abſenti,& ꝑſenti Attalo gratiæ publice actæ ſunt. Ædes liberæ & Lautia decreta,addita & his munera. Senatus his nuncijs cõmotus, primum omniũ cẽſuit,ut cõſularia comitia haberent,qbus creati ſunt cõſules,P. Cornelius Scipio,q priore anno repulſam habuerat,ut dilat⁹ honor tali uiro,nõ negat⁹ uideret: & M. Attili⁹ Glabrio. Et iã ſedulo oĩa Romæ ad bellũ parabant,quũ Achęi,q nihil ad id tp̃s mouerãt expectato Senatuſcõſulto,bellũ aduerſus Onabim decernũt,qui iãdudũ Gytheũ ſumma ope oppugnabat. Erat eoꝝ ꝑtor Philopœmenes,q Græcos oẽs eo tp̃e prudẽtia & autoritate anteibat. Fuit is oĩm illuſtrium ducum,quos Græcia habuit,nouiſſimus,maiore prudentia quã forma præditus. Proditum memoriæ eſt,quũ Megaris eius aduentus expectaretur,parareturq; con

Res in Hiſpania geſtæ

Conſules

Philopœmenis facinus.

uiuū apud hoſpitē,ad quē diuerſaturus erat,magno ſtudio, illeq́ʒ interim tenui ueſte hoſpi/talē domū ingreſſus,creditus à matrefamilias ſeruorū unus, qui ab ipſo duce præmiſſus eſſet, C iuſſus eſt ab ipſa ligna ſcindere,qđ quū ille ſedulo faceret,ſuperuenit interim hoſpes,qui tum forte ex foro domū redibat.Is Philopœmenē operantē intuitus,indignitate rei cōmotꝰ, quid hoc eſt,inquit,Philopœmenes?cui ille,expēdo,inquit,pœnas meæ deformitatis.In hūc quoq́ʒ Flaminius aliquādo cauillatus,pulchras dixit Philopœmenes habet manꝰ, & pulchra crura, at uentrē nō habet,qui etſi reuera circa mediū ualde remacruerat corpus,inopiam tamē in eo Romanus imperator ſugillabat.Habebat ille pedites optimos & equites,pecuniarū tamē in/digus.Haud igitur multo poſtq̄ dux creatus eſt, homo terreſtribꝰ prælijs magis q̄ maritimis aſſuetus,à Nabidis claſſe,quæ circa Gytheū ſtationē habebat,nauali prælio uictus, uix piſcatoria eſt ſcapha ſeruatus,fecitq́ʒ id hoſtibus breue gaudiū,quos ad Pleias ſtatiua habētes(im/minet is locus Leucis,quē tyrannus poſt naualē uictoriā,unà cū Gytheo oppugnabat)noctu adortus,caſtris ex improuiſo incenſis & flamma & ferro haud mediocrē hoſtiū partē deleuit, plurimi tamē in maiora caſtra refugerūt. Inde Philopœmenes Tripolim Laconici agri partē populatus,prius prædā ingentē ex hoſtico abduxit,q̄ ex Gytheo tyrannus ſuis opem tulerit. Per hæc Achæorū animis à naualis pugnæ ignominia reſtitutis,Philopœmenes cum ualido exercitu Lacedęmonē petijt,ita fore ratus,ut Nabis uel inuitus Cytheū obſidiōe ſolueret.Caſtra ad Barboſthenē montē primo fecit x.milia paſſuū à Lacedæmone. Cęterū tyrānus Gytheo recepto cū omnibus copijs ſuis auxilio affuit.Nec longior interceſſit mora, contracto circa riuū unde utriq́ʒ aquabantur prælio:Onabini in inſidias præcipitati, fœda fuga ac cæde in caſtra cōiecti ſunt.Erat Philopœmenes nō tantū longa militiæ experientia rei bellicæ peritus, ſed in pace aſſidua animi meditatione ſua ſponte excitatus,præparabatq́ʒ ſe ad ſubitos armorū caſus.Inter ambulandū ſaltus,ualles,locorū anfractus,explorabundus cōſiderare.Quærere etiā nonnunq̄ à comitibus,ſi qua hoſtes ex improuiſo apparuiſſent,quo illis conſilio eſſet occurrendū,qua acie,quibus inſidijs.Per quæ cōſecutus erat, ut nemo ea tempeſtate in inſtru- D enda acie peritior haberetur,quo loco metanda caſtra, qua figura,quibus munimentis, quæ aquandi pabulandiq́ʒ ratio,quod mouētibus caſtra maxime tutū iter,quæ forma agmē agendū. Atq́ʒ talis ille erat.Nabis ueritus ne reditus ſibi ad urbē intercluderetur, poſtridie ſtatione ante uallū relicta,inſtructa acie uelut ad pugnā egreſſurus, repente conuerſis ſignis,citato a/gmine ad urbē ducit.Qua re aīaduerſa Philopœmenes,direptis hoſtiū caſtris abeuntē è ueſti/gio ſequitur,mox uero extremū agmē adeptus,iniecto prælio ita perculit, ut cōtinuo abiectis armis alij alio turpiter ſint dilapſi. Cædes paſſim edita. Tyrānus cū paucis ad urbē celeri cur/ſu penetrauit.Reliquos qui ſyluis & ſaltibus euagati per diē,uelut iā defuncti periculo ad altā noctē ſe in urbē recipiebant,Philopœmenes obiecto qua uenturi putabantur equitatu, inſi/dijs exceptos miſerabili cæde confecit. Vix quarta pars ex opulento nuper exercitu incolumis euaſit.Plures inde dies cōſumpti in Latonico agro ferro & igni uaſtando.Hiſq́ʒ proſpere ge/ſtis Philopœmenes exercitū in Achaiā reduxit.Circuibant interea legati ab Roma miſſi Gręciæ ciuitates,ut bellū ſecū in Antiochū compararent.Ætoli iā aperte ad defectionē ſpectabant, ſed ab Athenienſiū legatis monebantur,nequid temere mouerēt. Conſilia callida & audacia prima ſpecie lęta uideri,tractu dura,euentu triſtia eſſe.Dū integra adhuc eſſent oīa uerbis potius de ijs quæ ambigerētur,diſceptarent,q̄ Aſiā & Europā funeſto bello implicarēt.Quintiū & cæteros legatos in Panætolico audiendos cenſuerūt.Sed tantū abfuit ut grauiſſima uiri au/toritas eā gentē in officio retinuerit,ꝙ eo nondū digreſſo , decretū tulerint de Antiocho ad li/berandū Græciā accerſendo, minatuſq́ʒ ſit Ætolorū prætor Democritus, fore, ut breui ſuper ripā Tyberis Aetoli caſtra ponerēt.Atq́ʒ ſecundū id decretū ut ab aliquo magno Græciæ motu bellū inchoarent,Demetriadē fraude occupant:dein auxilij prætextu aduerſus Achæos exhibendi,Nabide fraude interfecto,Lacedæmonē occupare ſunt conati.Alexamenus pręſidij præfectus,qui tyrannū interfecit,quia regia occupata, ſibi & Atolis nō Spartanis eā cædē perpetratā uelle creditus eſt,multitudinis incurſu & ipſe poſtridie interficitur. Aetoli qui cū eo in auxiliū tyranni uenerāt,circa Chalciœcū(erat id æreū Mineruæ templū)ad unū pene trucida/ti ſunt.Lacedæmon tyrannide liberata haud multo poſt Achæorū ſocietati per Philopœme/nem

Deformitas & iocus Philopœmenis

Philopœmenis meditatio.

Nabidis clades.

Aetolorū defectio à Romanis.

A nem eſt adiuncta. Tẽtarunt Ætoli & Chalcidẽ per exules ſuis uiribus iungere, quod ut com
modius fieret, Thoas ipſius gentis prætor, ad Euripũ uſqꝫ, cum magna ſuorũ populariũ ma/
nu proceſſit. Sed ſpe ſubitæ rei agendę Ætolis deceptis, infecta re domũ ſunt reuerſi. Eratqꝫ
per hęc ſtatus Gręcię non mediocriter turbatꝰ, quũ conſules (nam eorum annus, licet nouis
conſulibus creatis, nondũ exierat) Gn. Domitius, quia nihil à principio anni fuerat ab Antio
cho motũ, aduerſus Boios profectus, eam gentem ſine aliquo maiore negocio ſubegit: Quin
Boij ſubigũtur
tius eius collega, fines eius gentis diuerſa parte populatus, ingentẽ ex hoſtico prædã abduxit,
multiqꝫ Romani nominis ſunt inter captiuos recepti. Hoc anno Vibonem colonia deducta
eſt. Brutiorum is ager fuerat. Brutij Græcis ademerant. Romę dies duodequadraginta mota
Terræ motꝰ
eſt terra, & ob eam rem ciuitas totidem per metum & ſollicitudinẽ feriata eſt dies. Quadrigę
inauratæ in Capitolio poſitę, ac duodecim inaurata clypea à M. Tutio & P. Iunio ędilibꝰ, ex
multatitia pecunia fœneratoribus adẽpta. Antiochũ interea Smyrna Troas & Lampſacus re
morabantur, quas urbes, priuſquã in Europam tranſcenderet, ſubigere cupiebat: eratqꝫ huic
uni negocio ille intentus, ſimulqꝫ deliberabat de claſſe Hannibali expedienda, ut in Aphricã
Inuidia magnarum domuũ alũna.
traijceret, ſed inuidia magnarum domuũ alumna, quo minus id fecerit obſtitit. Thoas Aeto/
lus & alij regij aſſentatores adeo Antiochum ſuſpitionibus impleuere, ut nullum maius ne/
Thoas Hannibalem criminatur
gocium Hannibali auſus ſit credere. Punicum in eo ingenium iactare, ac perfidiæ plenũ, nec
ſi uictoria de Romanis cõtingeret alienum imperium hominem imperãdi cupidum diutius
paſſurum, neqꝫ Antiochum eum laturum, qui liberam patriam ferre nequiuerit. Nullum ge/
nus hominum pronius eſſe ad ſuperbiam & inuidiã, quã qui fortunam ſuam animis non æ/
quent. Vteretur igitur illo non duce ſed comite & conſiliario; & ſi ad id quoqꝫ tale ingeniũ pa/
rum eſſet utile, ac merito ſuſpectum. Rex Thoanti aſſenſus confeſtim mittendi Hannibalis
conſilium omiſit, uiſaqꝫ eſt fortuna in eo, uelut in ipſo belli limine Romanis arridere. Antio/
chus audita Demetriadis defectione, Thoãteqꝫ ad capeſſendum bellum impellente, haud ul
B tra differendũ ratus, quũ in Ilio Mineruæ ſacrificaſſet, ad mare deſcendit. Inde cum octogin/
ta nauibus ad bellũ inſtructis, ducentiſqꝫ onerarijs, Imbrum traiecit, ex Imbro Scyatum, po/
ſtremo Demetriadẽ delatus x. milia peditum, quingentos equites, & ſex elephantes in terrã
expoſuit, copias ad nudã Græciã ſollicitandam, non modo Romanum bellum ſuſtinendum
haud dubie infirmas. A magnetibus & Aetolis ingenti lętitia exceptus, in publico eius gentis
concilio, quod ad Lamiã fuerat indictum, excuſata pręſentium copiarum paucitate, fore polli
citus eſt, quum primũ mare ꝑ uernũ anni tẽpus tractari potuiſſet, totam Gręciã armis, uiris &
Antiochi magnifica pollicitatio
equis inundaret, omnia littora claſſibus cooperiret, neqꝫ ſe labori, neqꝫ impenſæ, neqꝫ pericu/
lo ulli parſurum, donec Romano imperio Græcorũ ceruicibus depulſo, Gręciam uere liberã,
& Aetolos in ea principes factos cerneret. Atqꝫ huiuſmodi ille hortatione uſus, concilio egre/
ditur. Fuerunt qui cenſerent nihil temere mouendũ, utendũqꝫ eſſe Antiocho arbitro & recon
ciliatore potiuſquã duce cũ Romanis, uicit tamen Thoantis & aliorum ſentẽtia, qui bellũ ma
lebant, decretũqꝫ tulerũt, ut Antiochus imperator aduerſus Romanos appellaretur. Tentata
eſt inde Calcis ꝑ Aetolos à rege, unde quũ nihil pacatũ reſponderet, Achęos à Romanis alie
nare aggreſſus, legatos in publicũ eiꝰ gentis conciliũ miſit. Miſerunt & Aetoli Archidamum,
qui idẽ q; & regius legatꝰ peteret, ut Achæi medij inter utroſqꝫ ſe gererẽt, ſed q̃ uana fuit regij
legati oratio, maria & montes pollicẽtis, tã arrogans & cõtumelioſa in Romanos Archidami
Aetoli. Tũ uero Quintiꝰ, q tũ forte aderat, dixiſſe ferẽ, corã q̄bꝫ potiꝰ q̃ apd' q̄s uerba faceret.
Quintij cauillatio in Antiochi legatos.
Archidamũ rationẽ habuiſſe. Cæteꝝ probe ſcire Achęos omnẽ Aetolum ferociam in uerbis
nõ factis eſſe. Inde in uanã legati orationem inuectus, leuem & ridiculam illam tot gentium,
quot bello affuturas regiꝰ legatus iactaret, tantarũqꝫ claſſium oſtentationem perquã ſimilẽ
uideri ſibi dixit cœnæ cuiuſdã Chalcidẽſis hoſpitis ſui hoīs & boni & ſciti, à quo ſolſtitiali tp̄e
comiter acceptꝰ, quũ miraremur, inq̄t, unde illi eo anni tp̄e tã uaria & multa uenatio eſſet: Ho
mo minime ut regis legatꝰ, in uanis glorioſus, renidẽs uarietatẽ illã cõdimẽtorũ, & ferinaꝝ car
nium ſpeciẽ teſtatus eſt, ex uno domeſtico ſue factam, quod ipſum apte in eas regias copias
quas legati inaniter iactarẽt dici poſſe Quintius affirmabat. Multa ab illis gentium nomina
affingi, cæterũ Rex duabꝰ ſemiplenis legiũculis comitatꝰ bellũ ingreſſus, per Aetolorũ & Ma

gnetũ conciliabula ſtipendiũ & frumentũ mendicabundus, curſitaret. His Quintius hoſtiũ C uanitate irriſa, Achæos hortatus eſt, ut in fide perſtarent, quẽ illi ſua ſponte ſecuti, continuo bellũ aduerſus Antiochũ decernunt. Interim Chalcidenſes ad Quintiũ miſerant, ut ad ſe milites præſidij cauſa mitteret. Quingẽti eo miſſi ſunt, qui priuſq̃ in inſulam tranſiiſſent, Menippus ab Antiocho miſſus, ad Salganea caſtra fecerat, qua tranſitus ex Bœotia eſt in Eubœam. Romani ubi aditũ ex ea parte ad inſulã ſibi intercluſum ſenſere, retro Deliũ conceſſerant. Id templũ erat Apollinis mari incubãs, quinq; milia paſſuũ à Tanagra, unde traiectus quatuor milia paſſuũ in Eubœam.

Cauſa belli cum Antiocho.

Hic quũ Romani eſſent, quia nihil hoſtiliter his aut illis ad eã diem pati aut facere contigerat, diſpalati circa templũ milites, alij amœnitatẽ contemplari, lignabantur alij, quũ Menippus in eos repente inuectus, ad unũ propemodum obtruncauit. Ea demũ uis iuſtam Romanis inchoandi belli cauſam præbuit. Rex Euripo cæteriſq; circa inſulam locis terra & mari obſeptis, Chalcidem ex tota Eubœa breui in deditionem recepit.

## ENNEADIS V. LIBER VII.

His Gręciæ motibus Romã perlatis, Cornelius Scipio, qui tũ conſul erat, decreto patrũ ad populũ tulit, uellet iuberetq; Antiocho regi, & qui cũ eo ſocietatẽ iniuiſſent, bellũ inferri.

Conſules

Id quũ populus ſciuiſſet, cõſules inito nuper magiſtratu inter ſe prouincias ſortiũtur. Cornelio Italia, Gręcia M. Attilio euenit. Inde biduo ſupplicatũ eſt, uotaq; publice ſuſcepta, ſi id bellũ ex ſententia Po. R. ad exitum perduci contigiſſet. Venerunt haud multo poſt Romã legati à Ptolemæo rege & à Philippo utriq; regũ nomine auxilia, pecuniã, frumentũ ab bellum pollicentes.

Sociorum pollicita.

Adiecerunt Ægyptij pollicitis mille pondo auri, quod ad præſentem uſum Ptolemęus miſerat. Regibus gratiæ actæ ſunt, nec auri quicq; eſt acceptũ, remiſſaq; eſt Ptolemæo militia, Philippi legatis reſponſum, facturũ eũ rẽ gratã populo Romano quando ipſis pene Macedoniæ finibus bellandũ eſſet, ſi Attilio conſuli res in Græcia geſturo non defuiſſet. D Venerunt & à Carthagine legati. Hi tritici mille modios obtulere, quinquaginta milia hordei. Claſſem proprio Carthaginienſiũ ſumptu polliceri, adhæc & omnẽ pecuniã quã po. Ro. ſoluturi eſſent uno tempore expenſuros, ſi ita Romanis uideretur. Nihil eorum quæ dabantur acceptũ, tantũ ſe patres frumẽto uſuros dixerunt, ſi Carthaginienſes ſibi perſolui uellent, multo maior uis tritici hordeiq; à Maſiniſſa eſt per legatos delata, & cũ his equites quingenti, & elephanti XX. numero. De frumento idem quod & Carthaginienſibus reſponderi placuit: cætera Attilio danda cenſuerunt. Antiochus cũ Chalcide eſſet, totũ hybernoꝝ tempus in diuerſarũ gentiũ legatis audiendis conſumpſit. Adiunxitq; interim ſibi Eleos & Bœotios. Concilio inde Demetriadẽ indicto, de Theſſalis ad ſocietatẽ ui, ſi aliter non poſſent, compellendis prima relatio fuit. Erant qui id conſiliũ probarent, expectandũ tamẽ dicerent uernũ tempus. Alij rem hybernorũ tempore gerendã, dum nulla ij qui oppugnandi eſſent alicunde ſperare poſſent auxilia.

Hannibalis ſententia.

Hic Hannibal (nã non defuerunt qui huic conſilio eũ interfuiſſe ſcripſerint) ſententiã dicere iuſſus, negauit ullũ eſſe belli momentũ in Theſſalis, alijſue Græciæ populis, qui quoniã ſuis uiribus ſtare non poſſent, alienã ſequerentur fortunã. Quin enixe potius darent operã, ut Philippus in partes traheretur, qui Antiocho iunctus haud dubiã factur⁹ eſſet uictoriã: uel ſi à Romana ſocietate auerti non poſſet, niteretur Antiochus, ut per Seleucũ filiũ Macedoniæ fines, qua parte Thraciã habet finitimã, infeſtarentur, quæ res Philippum, ut ſuũ tueretur regnũ, procul eſſet à Romanis habitura. Quod ad ſummã belli attineret, prædixiſſe ſe à principio, ac tũ demũ affirmare, aut unã illã ſpem bene gerendæ rei eſſe, ſi in Italiam bellũ transferretur, aut nullã aliã reliquã, quæ uictoriã polliceri poſſit. Etenim ut nõ omnis, inquit, belli peritiſſimus ſum, ita cum Romanis bellare longa experientia didici, paratus in hæc quæ conſulo fidelem & impigrã operã tibi rex & tuis nauare. Sed quæ ſententia optima uiſa fuerit, eam dij ſecundẽt uolo. Probauit Antiochus magis q̃ executus ſit Hannibalis conſiliũ.

Antiochi tranſitus in Theſſaliam.

Cæterũ ſtulta Aetolorũ aliarumq; Græcarũ gentiũ uaniloquentia ductus, in Theſſaliã profectus eſt, ad Pheraſq; primo caſtra fecit, quo Aetoli & Aminander rex Athamanum uenere. Theſſali per legatos Antiochũ hortãtur, ut Theſſaliæ finibus excederet, ac ſiquid eſſet quod

à Theſſa

A à Theſſalis impetratum uellet, id per legatos ageret, Rex firmãdę eorum libertatis ſtudio ueniſſe primo profeſſus eſt, ubi uero ad uoluntariã defectionẽ trahi non poſſe uidit, Pheras oppugnatione adorit, breuiq; Pheræos ſubegit. Scotuſam inde, Cranonẽ, aliaq; permulta recepit loca. Et iam omne fere Theſſalicũ nomẽ in eius poteſtate erat, quũ Lariſſam copias admouit. Interea Aminander Pel lineũ occupat, & Menippus à rege miſſus, in Perrhebia Mallœã & Chyrretias ui cepit, Pharſalus quoq; p legatos eſt dedita. Aſſidere Antiochus interim Lariſſę ad quã pręſidio tuendã, M. Bebius qui iam antea in Græciã miſſus fuerat, & in Daſſaretis cũ Philippo de ratione belli locut⁹, eò M. Claudiũ impigrũ miſerat. Is poſtq; Gonnos uenit (erat id oppidũ in faucib⁹ ei⁹ ſaltus quẽ Tẽpe uocant) quum ſummo loco plures ignes accẽdiſſet, rat⁹ Antiochus Romanũ exercitũ adeſſe, hyemẽ cauſat⁹, ab Lariſſa Demetriadẽ reuerſus, in Chalcidẽſis uirginis Cleoptolemi filiæ amorẽ incidit, qua ſibi matrimonio deuicta, nuptias tãquã media pace celebrat. Tũ uero Grę corũ libertatis belliq; cũ Rõanis ſuſcepti immemor factus, reliquũ hyemis in cõuiuiis & uoluptatib⁹ temulẽtię pediſſeqs trãſegit. Corrupũt uoluptuoſa hyberna nõ magis regẽ q̃ regis pfectos, atq; uniuerſum exercitũ, q̃ ſegnitie poſtea animaduerſa, ſenſit Antiochus quãtũ militaris detrimenti intẽpeſtiuæ illæ nuptiæ ſibi ad res gerendas attuliſſent. Principio igitur ueris Alexandro Acarnane & Menippo copias præter Maliacum ſinum ducere iuſſis, ipſe Naupactũ profectus, nec multo poſt & Stratũ per Clytũ Acarnanum pretorẽ, & Medionẽ oppidum ex Acarnanib⁹ occupauit: inde Tyrrheũ pgreſſ⁹ eſt, cui Tyrrhẽſes portas ferociter clauſerũt. Sed dum Rex Tyrrheo aſſidet, in caſtra affertur Attilium conſulem in Macedoniã tranſmiſiſſe, quo rex nuncio perculſus, Mediõe & aliis circa oppidis pręſidio firmatis, per Ætoliæ & Phocidis urbes Chalcidẽ rediit. Interea M. Bebius in Theſſalia Philaciũ & Phæſtũ primo impetu cepit. Inde Chyrretiis & Eritio captis, præſidióque firmatis, cum Philippo qui iamdudũ Maleã obſidebat, iũxit copias. Et Maleenſes ad Romani ducis aduentũ deditionẽ fecere, incertum, metu, an quia maior inde ſpes uenię protẽderetur. Dein ad ea loca recipienda profecti ſunt, quæ Athamanes per hyemem occupauerant.

B Et iam Bebius Pelineũ oppugnabat, & Limneũ Philippus, quũ Attilius cõſul cũ x. milib⁹ peditũ, & duob⁹ equitũ, in Theſſaliam uenit. Pellinenſes ad primũ conſulis acceſſum deditionẽ fecerunt, inde & alia oppida dedita, in quib⁹ ad tria milia hominũ quæ in præſidiis erãt, in Romanorũ poteſtatẽ uenere. Fuerãt in his Athamanes non pauci, qui clementer à Philippo habiti, haud dubia ſpe ipſi⁹ gẽtis ſibi adiungendæ, Macedonem in Athamaniam traxere, ad cuius aduentũ ueritus Aminander ne hoſti traderet, cũ uxore & liberis regno exceſſit. Atq; ita Athamanes in Philippi poteſtatẽ uenere. Cõſul paucis diebus Lariſſæ commorat⁹, dum exercitus à iactatione maritima reficeret, Scotuſam, Pheras. Proernam, uoluntaria deditiõe recepit. In Malia cum inde ſinum ducit, Thaumaciſq; in Theſſaliæ finibus occupatis, cum non modica oppidanorũ cæde, qui anguſtias inſederant, ad Sparchium amnem peruenit. Antiochus qui adhuc in Chalcide erat, audito Romanorũ acceſſu, quum ab Ætolis tarda & modica auxilia uenirent, cernens ex Græcia ſe nihil habere, præter amœna & infamia Chalcidis hyberna, Thermopylarum anguſtias occupat. Dirimũt mediam Græciam, ut Italiam Apenninus, iuga mõtinm à Leucade & mari ad occidẽtẽ ſolem uerſo, ad alterũmare, quod ad ortum ſpectat, tendentia. Extremos montes ad occaſum Oetam uocant, quorum quod altiſſimum eſt Callidromum appellant, per cuius uallem in Maliacum ſinum iter eſt non latius LX. paſſibus. Hæc una uia militaris eſt, per quã ſi nemo phibeat, traduci poteſt exercitus: cætera loca adeo ardua & pplexa, ut ne expeditiſſimis quidẽ ſint peruia, ideo Pylæ quaſi portæ dictę, & à calidis aqs inibi naſcentib⁹ Thermopylæ. Locũ Spartani Medicis temporib⁹ inſigniuere magis ſpecioſa morte quã memorabili pugna. Iacẽt itaq; ad mare uerſa, Acarnania, Ætolia, Locris, Phocis, Bœotia, Eubœa, pene terræ annexa & Pelopõneſus, longius prędictis in mare excurrũt, diuerſa mõtiũ facie, & q̃ ad ſeptẽtrionẽ obuerſa iacet, includitur Epir⁹, Perrhebia, Magneſia, Theſſalia, Phthiotæ, & ſinus Maliacus. In his anguſtiis Antiochus metatus caſtra foſſa & uallo ualidẽ cõmuniuit, inde locorũ natura fret⁹, quatuor milia Ætolorũ qui in caſtris erant, ad Heracleam, q̃ fuit ante ipſas mõtiũ fauces, præſidio obtinendã mittit. Affuit nec multo poſt infeſto agmine Attili⁹ cõſul, q Heraclienſi agro uaſtato in ipſis faucib⁹ pter calidarũ

Antiochus uxorẽ ducit

Attilii in Macedoniam acceſſus

Conſulis acceſſus in Theſſaliam

Thermopylarũ deſcriptio

Græciæ deſcriptio

aquarũ ſcaturigines,aduerſus regẽ caſtra fecit. Qui ueritus ne ab hoſte per occultos montiũ C
calles inuecto circũueniretur,ad Aetolos qui Heracleæ erant nunciũ mittit, ut eã ſaltẽ operã
præſenti bello,quod ipſorũ impulſu conflatũ eſſet,ſibi præſtarent, uti iuga montiũ quæ capi/
ti immineret præſidijs inſeſſa,ſibi tuta ab hoſte redderẽt. Duo milia Aetolorũ,pars una Cal/
lidromũ,altera Rhodontiã & Thitiunta(hæc erant noĩa ipſis montiũ cacuminibꝰ) inſederũt.
Conſul Porciũ Catonẽ & M. Valeriũ Flaccũ in Aetolos mittit,ut Cato Callidromũ,Flaccus
Thiciunta & Rhodontiã inuaderent,ipſe paucis hortatus militẽ,facilemqꝫ ex timidiſſimo ho
ſte uictoriã pollicitus,uictoriæqꝫ præmiũ ingẽs,quæ totũ orientẽ Romanis ſubigendũ pateſa
ceret,aciẽ arcta frõte,ad naturã & anguſtiã loci,ad aduerſum hoſtẽ dirigit. Antiochus ubi pu
gnã inſtare uidit,parte copiarũ ante uallũ educta,cęteras copias intra munimẽta inſtruit. Qui
ante munitiones ſteterãt,poſt nõ longũ certamẽ in caſtra reiecti, longioribus haſtis uſi,mul/
tiſqꝫ telorũ generibus procul à uallo Romanũ hoſtẽ diſtinebãt,quũ M. Cato pulſis ex Calli/
dromo Aetolis,q̊s incautos pene oppreſſerat,ex ſupiore iugo uictor ſeſe ſuis unà atqꝫ hoſtibꝰ
oſtẽdit. Tũ uero Romanis ſignis ſupiore loco cõſpectis,q in regijs caſtris erãt, uelut ab hoſte
circũuenti abiectis armis fugã capeſſũt. Munimentorũ anguſtiæ & elephãti,haud facilẽ dabãt
uiã ad hoſtẽ è ueſtigio inſequendũ. Tenuit nõnihil etiã militẽ caſtrorũ direptio, ſecutus tamẽ
eſt Romanꝰ uictor ad Scarphiã uſqꝫ,cæſiqꝫ ſunt multi hoſtim in itinere,aliquot etiã elephãti

Antiochus caſtris exuitur.

capti,nõnulli interfecti. Rex cũ exigua ſociorũ manu in Chalcidẽ euaſit. Valerius Antias qua
draginta milia hoĩm Antiochũ ad Thermopylas habuiſſe,ꝓdidit,Polybius fere dimidiũ ſcri
pſit,atqꝫ ex his quinqꝫ milia capta, cæteros ad unũ occidione occiſos, præter quingẽtos,qui cũ
rege in Chalcidẽ profugerant. Signa militaria CCXXX. hoſtibus adempta. Cõſul per Phoci/
dẽ & Bœotiã ducẽs,cõſocios ſuæ defectionis populos,& ob id metu perculſos, tantũ eorũ per
fidiã & leuitatẽ uerbis inſectatus,ab omni mala ultione abſtinuit. Naues regiæ quæ ad Thro
niũ ſtabant,ubi primũ regis fuga audita eſt,in Eubœã pedẽ fecerũt. Per eos dies Attilius cõſu
lis frater claſſis præfectus regios cõmeatus circa Andrũ inſulã oppreſſit,earũ nauiũ quæ pręſi D
dio aderãt,aliæ captæ ſunt,aliæ in altũ mare depreſſæ. Antiochus ubi conſulẽ à Thermopylis
profectũ audiuit,& iã Bœotiã ingreſſum,Chalcide profectus,Tenedũ primo tenuit,inde E/

Antiochus ex Chalcide ꝓficiſcitur.

pheſum trãſmiſit. Eubœa poſt regis diſceſſum cõtinuo recepta eſt. Attilius cõſul ad Thermo/
pylas reuerſus,M. Catonẽ uictoriæ nunciũ remiſit Romã. Is à Patris Corcyrã atqꝫ Hydrun/
tẽ in Italiã delatus,quinto die pedeſtri itinere à mari Romã ueniſſe dicitur. Senatus à Catone
edoctus,quæ in Antiochũ geſta eſſent,ſupplicationẽ in triduũ decreuit. Per eoſdẽ dies Fuluiꝰ
Nobilior,qui prætor in Hiſpania fuerat,ob res in prouincia bene geſtas,minorẽ triumphũ e/
git. In Gręcia poſt Catonis diſceſſum Romanus cõſul Heracleã oppugnauit. Erat urbs ſita
ad radices Oetæ mõtis,iuxta Aſopũ amnẽ,quatuor & XX. dies, copijs plurifariã diuiſis ſum/
ma ope incluſum hoſtẽ fatigauit. Poſtremo urbs ui capta ac direpta eſt. Arx nõnihil retẽta,in
quã oĩs fere multitudo ſe cõtulerat, deditusqꝫ cũ alijs Democritus Aetolorũ princeps, qui à
principio minaciter Quintio denũciarat,futurũ,ut breui ſupra Tyberis ripã Aetoli ſuo ductu
caſtra ponerẽt. Poſt Heracleã Lamia recepta eſt. Aetoli etſi ad regẽ miſerãt,ut aut ipſe repara

Aetulorum poſtulatio.

to exercitu iterũ in Gręciã tranſmitteret,aut ſocios armis & pecunia iuuaret,ne ab eo deſtituti
prædæ Romanis eſſent,id ad regiã dignitatẽ pertinere affirmãtes,& ad ipſius regni incolumi/
tatẽ, ne Aetolis excidio deditis,Romani bello uacui,in Aſiã traijcerẽt. Hæc quia uera Antio/
cho uiſa ſunt,pecuniã & auxilia miſſurũ ſe reſpõdit. Tẽtata eſt interim ab Aetolis pax,miſſiqꝫ
in caſtra legati. Poſt deditionẽ factam,quũ Attilius petijſſet,Dicearchum Aetolum, Menetã
Epirenſem & Aminandrũ regẽ,defectionis principes ſibi dari, re in publicũ cõcilium delata.
adeo dura conditio eſt omnibus uiſa, ut confeſtim conclamatum ſit eſſe in bello perſeueran/
dum. Conſul ubi Aetolorum deditionem ad irritum cecidiſſe uidit,ſacrificio Herculi in Oeta
monte peracto,Naupactum petijt, habuitqꝫ ea oppugnatio non minus laboris q̃ nuper He
racleenſis. Meſſenij per id tempus petiti ſunt bello ab Achæis quia cũ Aetolis ſenſiſſent. Cæ/
terum Romanus imperator pronunciauit,quia Meſſenij ſe T. Quintio libertatis autori de/

Attilij uerba de Achæis.

derunt, concilij Achæorum eſſe oportere: Zacynthumqꝫ Achæis ademit,quam Romanis
armis iam antea quæſitam,gens ipſa fraude interceperat,teſtatus nihil Achæis expedire pro/
cul à

A cui à domo aliquid poſſidere,qppe qui teſtudini eſſent perquā ſimiles,quæ quū ſua contegi/
tur teſta,tuta ab omni externa ui eſſet,eandē qualibet ſui parte exerta,iniuriæ fieri obnoxiā.
Sic gentē ipſam Pelopōneſi finib9 ſatis ualidā uideri,cōtra procul euectā,externis armis infe
ſtiorē fieri.Dū hęc in Pelopōneſo fiunt,cōſulq; ad Naupactū ſedet,Philippus Attilij permiſ/
ſu Demetriadem recepit. Mox & Dolopiam Aperantiam & Perrhebiæ aliquot ciuitates, &
Ætoli obſidione ad Naupactum,Quintij interuentu ſoluti ſunt,cuius fidem è muris implo/
rarunt,dateq; illis induciæ in certos dies quo ad Romā mitterēt ad ueniam implorandā.Phi/ Legati à Phi
lippi regis legati ſub id tempus Romā uenerunt,uictoriāq; de Antiocho patrib9 gratulati,co lippo Ro.
ronā aureā cētū pōdo i capitolio poſuerūt.Laudata eſt fides regis,q boni & fidi amici ptes eo miſſi.
bello obiuiſſet.Demetriuſq; ei9 filius,q diu Rōę obſes fuerat,ultro eſt legatis reſtitut9.Et bel
lū cū Antiocho in Gręcia hūc exitū habuit.Romę p id tēpus matris deū ædes in palatio eſt de
dicata,ludiq; ob dedicationem facti qui prius Scænici dicti fuerant,Megaleſia inde dici po/ Megaleſia Prodigia.
tuerūt,ut Antias Valerius prodidit.Duo boues qui in carinis ſua ſponte per ſcalā in ſummū
ædificij euaſerūt,iuſſu aruſpicū uiui cōbuſti ſunt,& cinis in Tyberim deiectus:adeo praua reli
gio ciuitatē inuaſerat.Taracinę & Amiterni lapidib9 pluit,& in Vulturni oſtio duę naues de
cœlo ictę,cōtinuo deflagrarunt.Quæ pdigia & ipſa de more pcurata ſunt, inſtitutūq; ut qn/
to quoq; anno nouēdiale ſacrū fieret,qa biſeo anno lapidatū eſſet.In Liguria Q.Minuti9 ad
quatuor milia hoſtiū cecidit,q noctu Romana caſtra oppugnare conati,pręlio in lucē diſtra/
cto,ſubita militū eruptiōe,fuſi fugatiq; ſunt,ac fœda ſtrage diſſipati.Duob9 inde menſib9 in
teriectis,cōſul P.Cornelius Naſica Gallos Boios ingēti pręlio uicit.Ad duodetriginta hoſtiū Galli à Naſi
milia cęſa,autores qdā tradiderūt.Capta tria milia & ampli9 cū ſignis militaribus CXXXVII. ca cæduntur.
Ex uictore exercitu mille & quadringēti pierūt.Boij(qd' ſatis cōſtat)ea clade afflicti,haud mul
to poſt in deditionē uenere.Valerij Antiatis q tā inclitæ pugnę fuit autor,in explicādo cęſo℞
nūero fides(ut Liui9 ait)infamat.Tum primū Boij obſides dare ſunt coacti, ac dimidia agri
B parte multati.Scipio de Gallis clarum egit triumphum,in qua pompa CCCCLXX. aurei tor/
ques ſunt tranſlati.Dum hęc Romę & in cætera Italia gerunt,Antiochus Hannibalis moni
tu, qui unus omnium iam inde ex quo rex ad Thermopylas eſt uict9,prædicare nō deſtitit,
fore,ut Romani breui poſtea in Aſiam bellū transferrēt,in Thraciā Cherroneſum ex Ephe
ſo cū aliquot nauib9 trāſijt,eā pręſidijs aduerſus Romanos ſi tranſire ſtatuiſſent, firmaturus,
cęterā claſſem Polyxenidæ agēdā dedit.Eodē fere tpe Gn.Liuius Pyreū cū noua claſſe appli/
cuit.Aderāt ſex Carthaginieſiū naues ex fœdere,& aliæ plereq; auxiliatores.quas Neapolita
ni.Locri,Rhegini,cętereq; magnę Gręcię ciuitates dederāt.Ibi ueteri claſſe ab Attilio accepta
cū una & octoginta roſtratis nauib9 ex Pyreo in Delū traiecit.Polyxenidas audito hoſtiū ac/
ceſſu,cū rege ex Chertoneſo Epheſum reuerſo egit,ut priuſquā Eumenis & Rhodio℞ naues
Romanę claſſi iūgerent,liceret ſibi maritimę pugnę fortunā experiri,qd' ubi impetratū eſt,bi
duo inornāda claſſe abſumpto,cū cētū nauib9 quarū LXX. tectę erāt,cęterę minores & aptæ,
Ciſſontē Erithreo℞ portū inſedit.Rex interea,qa nauali pugnę non erat interfutur9,Magne
ſiā q ad Sypilū eſt,cōceſſit,ut terreſtris copias pararet.Liuius ex Delo Phocęā pceſſit, quo &
Eumenes cū quatuor & XX.tectis nauib9,& aliquāto pluribus apertis uenit,ut nauali prælio
qd' iſtare dicebat,rē Ro.iuuaret.Ex Phocęa dein claſſe aucta profectus Coricū petijt, mox Naualis pu
Ciſſontē petitur9.Interea naues ex alto cōſpectæ hoſtē ex ſua ſtatiōe exciuerūt,magnis utrin gna ad Ciſ
que eſt animis cōcurſum,dueq; Punicę naues quę aliquantulū cæteram claſſem ſua agilitate ſontem.
pceſſerant,à trib9 regijs primo ſunt cōgreſſu circūuentæ,earū una defractis utrinq; remis op/
pſſa eſt,altera ęgre dilapſa ad Rōanos cōfugit:ibi Liui9 indignitate rei accenſus prætoriā na/
uem in aduerſos hoſtes cōcitat,atq; abiectis remis,manicas ferreas hoſtiū nauibus iubet ſuos
inijcere,Romanęq; uirtutis memores in uiliſſima regis mancipia alacrem pugnā capeſſere.
Tum ue ro ad id ſpectaculū utraq; claſsis prælium inijt,paſsimq; mixtis nauibus res gereba/
tur.Eumenes qui aliquāto tardius affuit,cōſpicatus lęuum hoſtiū cornu à Liuio turbatū, in
dextrū ubi anceps dimicatio adhuc erat impetū fecit.Ea quoq; parte rex haud dubiā fecit ui/
ctoriā.Sēſit Polyxenidas ſe militū uirtute ſupari ſublatiſq; dolonib9 fugā capeſsit.Eū fugiētē
cæterę ſunt naues ſecutę,quib9 ſaluti fuit q tantū ad pugnā inſtructę aderant,& ob eā rem ad

fugã expeditiores,Rõanis cõtra cõmeatu onuſtis nec niſi ad ſtatariã pugnã idoneis,ſic quoq; C
XIII.nũero naues ſunt ab hoſtib9 captæ,X.in alto depreſſæ, una tantũ punica ex Romanis a-
miſſa,q̃ primo cõgreſſu,ut ſupra eſt ſignificatũ,perijt.Poſtridie q̃ ita erat dimicatũ, Liuius E-
pheſum ire pergit quo ſe ex fuga receperat, medioq; curſu quinq; & XX. Rhodias naues ob
uias habuit,quib9 priori claſſi adiũctis, añ Epheſinũ portũ ſuos aliq̃diu in procinctu tenuit.
Sed ubi nihil ab hoſte moueri uidit,cõfeſſioq; eſt uictis expreſſa, Rhodijs & Eumene domũ
Conſules
dimiſſis,ipſe in hyberna cõceſſit.Sequẽtis anni principio cõſules creati ſunt,L.Cornelius Sci-
pio & C.Lælius.Ætolorũ legati q Romã uenerãt,quia de pacis cõditionib9 nõ cõuenerat,infe
cta re abeũtes,iuſſi ſunt intra quindecim dies Italia excedere. Vterq; cõſul ſibi Græciã prouin
ciã depoſcebat,quo certamine ad patres delato, Aphrican9 in curia ꝓfeſſus eſt ſe legatũ fratri
Scipiõis pietas in fratrẽ
iturũ,ſi extra ſortẽ illi ea ꝓuincia decerneret,q̃ uox oẽ certamẽ è medio ſuſtulit. Experiri libuit
utrũ plus pſidij Antiocho in Hannibale eſſet,an cõſuli & Rõanis legionib9 in Scipione. Atq;
ita Scipioni Græcia, Lælio Italia prouinciæ ſunt datæ. Inter cætera huius anni ꝓdigia, Aſculi
Prodigia.
terra pluiſſe dicebatur,& Reate mula peperit. Aphrican9 priuſq; legatus in ꝓuinciã iret forni
cẽ in Capitolio erexit,cũ ſeptẽ auratis ſignis,& duob9 eqs ac totidẽ marmoreis labris: & à Pto
Ptolemæi legati.
lemæo legati uenerũt,q regis noĩe patres hortati ſunt,ut in Aſiã exercitũ mitterẽt. Oĩa circa
Antiochũ metu conſternata iacere,poſt aduerſam illã ad Thermopylas pugnã,paratũ eſſe ſe
in Syria & Phœnice totis regni uiribus rẽ Romanã iuuare. Gratiæ regi actæ & legatis quater
na milia æris in ſingulos data.Nec Scipio multo poſt paludatus ex urbe eſt digreſſus,qui prę
ter legiones ad bellũ decretas & ſociorũ auxilia XV.milia uoluntariorũ Italici noĩs qui ſub A-
phricano olim militauerãt,ſecũ ad bellũ traxit. Attilius interea qa deſperata pace Ætoli ad ar-
ma recurrerant,Elatiã biduo oppugnatã ui cepit,captã diripuit.Et iã Amphiſſam ex ea gente
operibus oppugnabat, quũ allatũ eſt Scipionẽ in Græciã traieciſſe. Athenienſiũ legati ad eũ
uenerunt,Ætolorũ excidiũ deprecaturi,in quorũ gratiã inducię in ſex menſes illis datę, ut Ro
mã iterũ mitterent. Eam quietẽ Scipiones paſſi ſunt à ſe impetrari, ut rebus Græciæ pacatis, D
cõmodius in Aſiã tranſmitterẽt. Attilio igitur Romã dimiſſo cõſul ex Amphiſſa per Macedo
Scipiones per Macedoniã ducunt.
niã & Thraciã in hoſtẽ ducere cõſtituit,exploratoq; Philippi regis animo, q iã ſua ſpõte com
meatũ cõparauerat,qua Romanus erat cõſul ducturus,& uias cõplanari fecerat, in Macedo-
niã trãſiit,ubi ambo Scipiones regio apparatu à Philippo accepti,multaq; comitate per terrã
ipſam & Thraciã,ſequẽte rege omniaq; accuratiſſime præparãte, ad Helleſpontũ ducere pſe-
uerarũt. Antiochus interea in Phrygia erat terreſtribus copijs cõparandis intẽtus. Hannibalẽ
in Phœnicẽ miſerat, ut inde naues accerſeret, & Polyxenidas circa Epheſum uehemẽter erat
occupatus in reparãda claſſe.Seleuc9 regis filius in Æolide maritimas urbes in fide cõtinebat.
Nec Liuius audito cõſulis in Græciã acceſſu multũ in mora fuit quin ex hybernis cũ ſeptẽ &
XXX. nauibus egreſſus in Helleſpontũ eſt profectus,ut cõſuli ueniẽti oĩa ad traijciẽdũ exerci-
tũ in expedito eſſent. Achiuorũ itaq; portũ ingreſſus Iliũ aſcẽdit,rẽ diuinã Mineruæ facturus.
Liuij geſta in Helleſpõto.
Tantiſper uero dũ his moratur locis,ex Rhetio Eleũte & Dardano ad eũ legati uenerũt dediti
onẽ ultro faciẽtes. Inde parte nauiũ ad Abydũ oppugnãdã relicta, ipſe Seſton cũ reliqua claſ-
ſe iuaſit. Galli ſacerdotes circa portas phanatico habitu occurrũt,ueniãq; precãtes. Nihil ꝓinde
uiolati ſunt,cõtinuoq; Seſtos dedita eſt. Claſſis retro ad Abydũ obſidẽdã cõceſſit. Polyxeni-
das interim facta ſpe trãſitiõis Pyſiſtratũ Rhodiæ claſſis præfectũ cũ oĩ fere nauiũ nũero circa
Samũ inſulã incautũ oppreſſit,& Seleucus Phocęã ꝓditione cepit,cui Cyma & Helia deinde
ſpõte deditę ſunt. Hmõi hoſtiũ ſucceſſus ex Abydena oppugnatiõe Romanã claſſem ad Ca
nas reuocarũt,ubi ꝓxima hyeme ſtationẽ habuerat. Verebatur Liui9 ne ſe abſente Polyxeni
das naues nuper relictas ſubito acceſſu opprimeret. His ita deductis claſſeq; Eumenis & dua
bus Mitylenẽis ſuarũ numero adiũctis,in Samũ curſum tetẽdit,ad Erythrã primo claſſis ap-
pulſa,hinc poſtridie añ ſolis ortũ,ex q̃ cœli ſtatũ gubernatores obſeruãt plurimũ,ĩ altũ euecta
Res mari geſtæ in ora Ioniæ.
ſubito ĩ ſeptẽtrionẽ uerſo fœdè iactata eſt. Tenuit tñ Samũ,ubi Rhodias naues expectare con
ſtituit: nã Rhodij poſt cladẽ acceptã cui9 ſupra mẽtio facta eſt, alterã ſedulo claſſẽ ornauerãt.
Interim agreſtiũ indicio cõperit Polyxenidæ claſſem ad Ætaleã ſtare, Liui9 qa Rhodiæ nõdũ
aderãt, Corycũ trãſmiſit,& Polyxenidas audito hoſtiũ digreſſu ſe Epheſum recepit,nec mul-

to poſt

A to poſt Roman⁹ dux,Samo repetita Rhodiiſq; nauib⁹ acceptis,Epheſum dimicãdi conſilio
cõtẽdit,Hic quũ hoſtes ſe portu tenerẽt,biduo milites in litt⁹ expoſiti.Epheſinũ incurſauere a/
grũ.Priore die ob eruptionẽ ex urbe factã cũ cęde & fuga milites ad naues compulſi:poſtridie
Roman⁹ impator conat⁹ hoſtes in inſidiis excipere,pugnã elicere non potuit.Nec ita multo
poſt L.Æmyli⁹ Regill⁹ Liuio ſucceſſit,q Patarã occupare tẽtauit.Eſt Patara urbs Lyciæ. At/ Patara
que eo cõſilio Rõani eã captã uoluiſſent,ne claſſis q̃ ab Antiocho in Cilicia & Phœnice puta
bat̃,cũ Polyxenida iũgi poſſet ampli⁹.Rõan⁹ cũ aliqt nauib⁹ eo miſſ⁹,q nõ ſolũ nõ loco potit⁹
eſt,ſed partim locorũ accolis,partim aſperiore fluctu pene intercept⁹,infecta re in Græciã trãſ
miſit,Scipiões q tũ per Theſſaliã ductabãt cõuentur⁹. Æmyli⁹ ubi rẽ à Liuio omiſſam audi
uit,eũq; pcul abiiſſe,cũ tota claſſe intermiſſum negociũ executurus,maritimã ei⁹ terræ orã pe/
tiit.Ibi à ſuis impitię accuſat⁹,q Antiochi claſſe poſt ſe relicta,incertã ſpem ſecut⁹, ſocios ad
prædã hoſtib⁹ reliqſſet,p magno habuit negocio primis tẽpeſtatib⁹ Samũ repetere.Et iã Per
gam⁹ à Seleuco Eumene abſente oppugnabat̃,Vbi itaq; Ro.claſſis Samũ attigit. Eumenes
ut ſuã tutaret̃ regiã ab Æmylio diſceſſit,eũtẽ Aemyli⁹ ſecut⁹ eſt,ut amico & ſocio regi auxilio
foret,ad Eleãq; copias expoſuit,q̃ Antioch⁹ caſtra admouit de pace cũ Aemylio actur⁹. Au/
diuerat eñ Scipionẽ p Thraciã ad Helleſpõtũ tẽdere,neceſſariaq; ad traiiciẽdũ exercitũ parari. Antioch⁹ tẽtat pacẽ
Miſit Antioch⁹ caduceatorẽ q Aemylio nunciaret regẽ de pace acturũ ab eo colloqũ petere.
Rñdit Rõan⁹ dux,neq; à ſe neq; ab alio poſſe qcq; ante cõſulis aduẽtũ de pace agi.Qua fru/
ſtrà tẽtata,rex Seleuco filio ad Eleenſem & Pergamenũ agrũ deuaſtãdũ relicto in Adramyteũ
agrũ opulẽtiſſimũ(Thebes olim noĩabãt)Homeri carmine celebratũ impetũ fecit.Ingẽs hinc
præda regiis eſt militib⁹ parta,& Diaphanes interea cũ mille lectis peditib⁹ & cẽtũ eqtibus ad
Eumenis auxiliũ miſſus Pergamũ ingreſſus,incautos hoſtes prio adort⁹ trepide in caſtra com
pulit,inde in incõpoſitũ agmẽ ĩuect⁹,fuſos uſq; ad munitiões caſtrorũ à tergo iſtãs cecidit, qua
Achęoꝝ audacia Pergameno Seleuc⁹ agro exceſſit.Et Antioch⁹ ubi Eumenẽ & Romanos A
B dramyteis auxilio uenire audiuit,motis caſtris alio belli ĩpetũ auertit, Pheræaq; Mityleneoꝝ
colonia expugnata,Coronẽ,Corylenõ,Aphrodiſiã crenem ui cepit,inde p Tyatira Sardis re Rex Sardis reuertitur
uerſus eſt,Seleuco ad orã maritimã tuendã relicto.Aemyli⁹ Eumene Eleã remiſſo,ut ea q̃ ad
traiiciẽdũ Rõanũ exercitũ Helleſpõto neceſſaria eſſent mature cõpararet,ipſe in Samũ conceſ
ſit,& qa fama erat regiã claſſem ex Syria aduẽtare,Rhodias naues.xiii.nũero ex Samo mi/
ſit,q̃ uenieñ hoſti occurrerẽt.His totidẽ alię Rhodię nup ad eiuſdẽ hoſtis famã domo pfectę
medio curſu adiiciunt̃.Cõſederũt prio Rhodii ad Phaſelidẽ ĩ Lycię & Pãphylię cõfinio,inde
cęli intẽpie(erat eñ ęſtiuũ anni tp̃s)ex ea ſtatiõe ĩ Pãphyliã pgreſſi,ad Eurymedõtẽ fluuiũ cõ/
ſedere.Hic demũ eſt exploratũ,hoſtes Sidæ eẽ,q̃ cõtigit ut poſtridie uelut ex cõpoſito ſibi ob
uię fuerit claſſes.Erãt ſeptẽ & xxx.regię naues & cũ his Hãnibal q ſiniſtrum cornu regebat. Naualis pugna ad Eurimedontẽ.
Dextero Apolloni⁹ pꝑat purpuratoꝝ un⁹.Eudem⁹ dextro cornu aduerſ⁹ Hãnibalẽ pugna/
uit.Pãphilidas mediã aciẽ curabat.Heraclit⁹ circa terrã Apollonio obiect⁹ eſt.Perdifficilis fuit
ab initio pugna,ſed qua Hãnibal certamẽ obibat,multo acri⁹ eſt q̃ alibi dimicatum,fuiſſetq;
Eudem⁹ obrut⁹,niſi cęteri duces alibi p̃lio defũcti,accepto ſigno laborãti auxilio affuiſſet.Sic
ea quoq; pte multitudine hoſtiũ uict⁹ Hãnibal fugã capeſſit,pter Hepterim unã,quã Rhodii
ex hoſte cepãt,cęterę naues,& ſi magna pte cõcuſſę,retro abierũt.Rhodii una felici pugna re/
ſtituti,Eudemũ cũ ſeptẽ nauib⁹ Samũ mittũt. Heraclit⁹ cũ cætera claſſe ad Patarã deiceps ſta/
tionẽ habuit,hoſtiũ aduẽtũ obſeruatur⁹.Per id tp̃s nũciis & lr̃is tẽtauit Antiochus Pruſiã Bi
thynię regẽ ſibi belli ſociũ adiũgere,q haud dubie feciſſet,uariis criminib⁹ Rõanos inſectat⁹, Criminatur Ro. Antiochus apud Pruſiam
q eo cõſilio ĩ Aſiã trãſmitterẽt,ut Europę & Aphricę regib⁹ ſublatis,Aſię quoq; regna euerte
rẽt.Peti ſe oĩm primũ,cęteꝝ breui fore,ut & alii eodẽ ĩcẽdio flagrarẽt.Induiſſet Pruſias his uer
bis cõmot⁹,haud dubie arma,niſi pportune Scipiõis literę & Aphricani nomẽ ab ĩcœpto
abſterruiſſent.Venit ad regẽ ipm & Liui⁹ q claſſi ſupiore anno p̃fuerat,is in q̃ apta ſpe uicto
rię Rõani eſſent quũ plane docuiſſet,tenuit ut rex ab armis abſtineret,pſertim q ſatis conſta/
ret Maſiniſſam regẽ qa Po.Ro.amic⁹ fuiſſet,nõ ſolũ in paternũ regnũ à Rõanis reſtitutũ,ſed
alieno etiã donatũ,& q Philippo armis uicto Macedonia reſtituta eſſet,& fili⁹ ultro domũ re
miſſ⁹.Sic & Nabidi ſubacto pacẽ cũ Lacedęmõe redditã,Sic Eumenẽ auxiliis defenſũ.Antio
chus

chus deſperata Pruſiæ regis ſocietate, ex Sardibus Epheſum uenit, inde ueterẽ Colophonẽ ex improuiſo inuaſit. Colophonij opẽ ab Æmylio q Sami adhuc erat implorãt. Romanꝰ ſociorũ ꝑiculo motꝰ cũ tota claſſe ad Myonneſum ſe cõtulit, aliquot hoſtiũ nauibꝰ inter eundũ oppreſſis. Eſt Myonneſus inter Theiũ & Samũ ꝓmontoriũ in modũ metæ, à fundo ſatis lato, in cacumẽ faſtigiatũ, mox hinc ꝓfectus ad Gereſtiũ applicuit, Teiũ agrũ populaturus. Teij eã cladẽ per legatos deprecati, quinq; milia uaſorũ uini Aemylio ſe daturos pollicẽtur. Id ille à Teijs exacturꝰ, quũ ad Gereſtiũ ſederet, agreſtis cuiuſdã indicio cõperit, regiã claſſem ad Macrin ſtare. Eo Polyxenidas uenerat, ut ea arte Romanã claſſem ad Gereſtiũ caperet, qua non multo ante anguſtis faucibꝰ portus ad Samũ inſeſſis ceperat & Rhodiã: iuuabat hoſtis cõſiliũ natura portus quæ talis erat, ut duæ naues coeuntibus in arctũ ſcõpulis, uix è faucibus in apertũ exire poſſent. Periculo rei cõmotus Æmylius, claſſiarijs cũ multa trepidatiõe ad naues reuocatis in apertũ euaſit. Nec multo poſt regię naues in conſpectũ uenere. Hic ſeſe claſſes ex aduerſo intuitæ infeſtis animis cõcurrunt. Pugnabãt à Romanis LXXX. naues, quarũ duæ & XX. erãt Rhodiæ: tres & XC. regiæ. Robore nauiũ & uirtute militũ Romani longe præſtabãt, Rhodij agilitate & remigũ peritia: profuit nõ parũ ad uictoriã ꝙ Italicæ naues in proris prætentos habuerunt ignes, quarum occurſum regiæ metu declinabãt, ſed multo plus militũ uirtus rẽ Romanã iuuit. Fuſi hoſtes atq; alto diſiecti, duas & XL. naues amiſerũt, Cætera claſſis cũ Polyxenida Epheſum refugit. Romanarũ duæ fractæ, una Rhodia, magis caſu ꝗ hoſtiũ uirtute capta. Ceſſit tũ demũ Antiochus poſſeſſione maris inſigni clade affectus, Colophoniſq; oppugnatione omiſſa in Lydiã ſe recepit, terreſtris copias ad extremũ certamẽ quæſiturus. Æmylius Chium profectus, ubi erat Romanorũ horreũ, L. Æmyliũ Scaurũ cũ XXX. nauibus in Helleſpontũ ad exercitũ traijciendũ miſit, ipſe refectis nauibus quę recẽti prælio fuerãt cõcuſſæ, Phocæã traiecit.

Phocæa. Erat Phocęa in intimo ſinu poſita oblonga forma, duoq; illi portus eſſe, quorũ maiorẽ qa multarũ eẽt nauiũ capax ab re Nauſtathmõ appellabãt. Vtroq; igit inſeſſo haud multo poſtq; eã Æmylius oppugnare cœpat, ꝑ deditionẽ recepit, urbẽ ſpõte dedità Æmylio inuito milites diripuerũt. Prætor libertatẽ qđ unũ potuit Phocenſibus reſtituit, D

Lyſimachia. fuitq; ibi reliquũ hyemis Romana claſſis. Scipio interea ꝑ Aeniorũ & Maronitarũ fines Lyſimachiã uenit. Erat ea urbs in Thracia Cherroneſo ea tẽpeſtate opulẽta, quã Antiochus poſt aduerſam ad Myonneſum pugnã reliquit, ibi aliquot dies exercitus longis itineribꝰ feſſus refectus eſt.

Ro. exercitꝰ traijcitur Helleſpõto. Ex Lyſimachia cõſul ꝑ Cherroneſum in Helleſpontũ deſcẽdit, rebuſq; priꝰ ab Eumene paratis, uelut in pacatũ, copias in Aſiã trãſmiſit. Auxit ea res Romanis aĩm qui magnũ ab initio certamẽ in ipſo Aſiæ limine præceperãt aĩs. Inciderãt in id tẽpus dies quibus ancilia Romæ mouebãtur, patriaq; religiõe ꝓhibebatur miles iter facere. Ea res fuit in cauſa, ut eodẽ loco plures dies habita ſint ſtatiua, quo primũ copiæ in hoſtico cõſtiterãt. Huc Heraclides Bizantius uenit ab Antiocho miſſus qui pacis ſtudio præſidia deducturũ regẽ dixit tota Europa, ceſſurũq; ex ijs Aſię urbibꝰ, quas Romani in libertatẽ aſſertũ iri uellẽt, daturũ adhæc dimidiũ impenſæ in bello ad id tẽpus factæ, & hæc fuit ſumma eorũ quæ dabãtur. Adiectę deinde preces, iuſſiq; ſunt Romani hũanarũ rerũ meminiſſe, ſatis ſupq; habituri ꝙ potẽtiſſimꝰ rex Aſiæ ſtudio Romanæ pacis infra regiæ dignitatis faſtigiũ ſe ad ꝑces & ſupplicia demitteret, cederetq; parte nõ parua regni à maioribꝰ accepti. Reſpõſum eſt oẽm belli impẽſam ſolui oportere ſi pacẽ rex uellet, decediq; nõ Ionia ſolũ & Æolide, ſed tota Aſia quæ eſt citra Taurũ montẽ. Legatꝰ ſcđm id reſpõſum, ꝓ magno habuit negocio, ſecreto Aphricanũ cõuenire, huiꝰ filiꝰ

Vbi Scipionis filius ſit captus. in ꝑtãte regis erat, in Chalcide, ut aiũt quidã, cũ Antiochꝰ ceperat. Alij traiecto Helleſpõto inter ſpeculatorios eqtes miſſũ ab hoſte interceptũ, atq; apđ regẽ tã comiter habitũ, ꝗ ſi uetꝰ Scipionũ hoſpes Antiochꝰ fuiſſet, nõ po. Ro. atq; ducũ inimicꝰ. Huiꝰ gratuitã reſtitutionẽ Heraclides pollicitꝰ eſt, magnũq; ad id auri põdꝰ, ſi Scipio daret operã, ut à cõſule & po. Ro pax impetrareẽ.

Verba Scipionis ad Antiochi legatum. Ad ea Scipio, ꝙ Rõanos, inqt, & me ad quẽ miſſus es, ignores nõ miror, quũ & regis cuiꝰ nũciꝰ ueniſti fortunã ignorare mihi uidearis. Lyſimachia ab Antiocho obtinẽda fuit, ne Cherroneſũ ĩtraremꝰ aut ad Helleſ. obſtãdũ, ut pacẽ à nobis de belli euẽtu ſollicitis impetraretis, nũc cõceſſo ĩ Aſiã traiectu, nec tm̃ frenis, ſed iugo etiã accepto, ꝗ eſt iſta diſceptatio ex ęquo quũ imperiũ patiendũ ſit? Ego ex oĩ regis munificẽtia magnũ donũ filiũ habeo. Deos ꝑcor, ne

unq;

A unquã fortuna egeat mea, aio aũt egebit nũq̃ plane gratũ ſentiet pro tali in me beneficẽtia ſi priuatã gratiã pro priuato beneficio deſiderat. Cęterum publice nec habeo quicquam ab illo nec dabo, unũ eſt in pręſentia, q̃ ei præſtare poſſum, fidele conſiliũ, idq̃ tu illi nuncia, ut bello oĩno abſiſtat, nec pacis conditionẽ recuſet ullã. Nihil ea Antiochũ mouerunt, q̃n mentiõe pacis in præſentia omiſſa ſe totũ omneſq̃ uires regni ad bellũ cõuertit. Scipio cõſul ex Helleſpõto profectus, Dardanũ primo, inde Rhœteum uenit, mox Iliũ progreſſus in cãpo urbi ſubiecto caſtra fecit. Hinc arcẽ cõſcendit Mineruę, rem diuinam facturus. Ilienſibꝫ inde Romanæ gentis autoribꝫ omni uerborũ ac rerũ honore appellatis, ex Ilio ꝓfectus, ſextis caſtris ad Caici caput peruenit. Erant regia caſtra ad Tyatiram, unde Antiochꝰ filiũ per legatos remiſit Scipioni, q̃ ægrotus ad Eleã delatꝰ erat. Id munus nõ ſolum patrio animo fuit gratũ, ſed corpori etiã ſalubre gaudiũ. Cõplexu filij ſatiatꝰ, ite, inq̃t, & regi dicite, me gratias illi immortales habere, aliã nullã in pſentia pręter unã referre poſſum, ut ſuadeã illi ne in aciẽ deſcendat, priuſq̃ me in caſtra reuerſum audiuerit. Erãt tũ regi LX. milia peditũ & XII. eq̃tũ. Quidã multo maiorũ copiaꝝ ſunt autores, quas cũ Antiochus pręſente Hãnibale recognoſceret, gloriareturq̃ quũ numero militũ, tũ ipſoꝝ armorũ gñe exq̃ſitiſſimoq̃ in his auro & argento cęlandis apparatu, cauillãti ſimilis Pœnũ rogaſſe fert, an tantũ exercitũ tam opulente inſtructũ crederet ſatis eſſe ad Romanos: ad quẽ ille renidẽs, ſatis quidẽ rex, & ſi Romani auariſſimi ſint. Significauit peritiſſimꝰ dux futurũ ut irriti eſſent oẽs Antiochi conatꝰ, q̃ plꝰ auri quã uiriũ eſſet in aciẽ laturꝰ. Cęterũ quãtæcũq̃ tũ fuerũt Antiocho copię, his fretꝰ à ꝑlio nõ abhorrebat. Secutꝰ tñ Scipiõis autoritatẽ, Phrygiũ amnẽ trãſgreſſus circa Magneſiã poſuit caſtra, eãq̃ foſſa muro & turribꝫ circundedit. Conſul ad Tyatirã ꝓgreſſus ubi rex caſtra habuerat, & ipſe circa amnẽ quatuor milia paſsuũ ab hoſte metatꝰ eſt. Biduo poſt Scipio ſuperato amne ad duo milia & q̃ngentos paſsus ꝓpinquus Antiochi caſtris cõſedit, tumultuariũ pręliũ eſt cõmiſsum ſub primũ Romanorũ acceſsũ, facto à regijs eq̃tibꝫ in militẽ uallũ iaciẽtẽ impetu. Ad poſtremũ fugati hoſtes, cẽtũq̃ in fuga cęſis, ac totidẽ captis in caſtra cõpellunt. Quatriduũ inde acies utrinq̃ ad pugnã iſtructę ſteterũt. Nihil tñ hinc aut inde motũ. Tũ demũ cõſul promotis caſtris quũ ita aciẽ inſtrueret ut caſtra oppugnaturꝰ uideret, niſi hoſtis in aciẽ deſcenderet. Enimuero appetẽte hyeme uidebat Scipio, aut militẽ ſub pellibꝫ habẽdũ, aut trãſigẽdã ſine prælio hyemẽ ſi in hyberna cõceſsũ eſset, q̃d utrũ minꝰ uellet uix ipſe expedire potuiſset. Nec Ro. miles ullũ magis hoſtẽ cõtẽpſit. Antiochꝰ ueritꝰ ne ꝑliũ detrectãdo ſuoꝝ aĩos cõminueret i aciẽ deſcẽdit. Erãt Scipiõi duę Romanę legiões ac totidẽ latini nõis. Quina milia militũ & q̃ngenti erãt in ſingulis, quos ita diſpoſuit ut primũ ordinẽ tenerẽt haſtati, mox pricipes ſtarent, poſtremo in ſubſidijs triarij locati ſunt, Vtrũq̃ cornu ſocij latini nõis tenuerũt. Rõani mediã aciẽ. Cornua eq̃tibꝫ firmata q̃ minꝰ tribꝫ milibꝫ erant. Poſt dextrũ cornu Trallij, Cretẽſes, & Eumenis auxilia ſteterũt. Lęuũ obiectu fluminis ſatis tutũ ſine ſubſidijs uidebaẽ. Sexdecim Aphri. Elephãtes poſt triarios ſtetere, ut aduerſus Indicos qui magnitudine & ferocia pſtãt, haud dubie inutiles. Macedones auxiliares, cũ M. Aemylio tribuno militũ ad caſtrorũ pſidiũ ſunt relicti. Antiochꝰ q̃ ex oĩ colluuione hominũ exercitũ cõtraxerat, multiplici ordine aciẽ iſtruxit: beluæ indicę cũ turribꝰ in q̃bꝫ ſingulis q̃tuor bellatores erãt ordinibꝫ iteriectę, quarũ octo & quadraginta Antiocho affuerunt. Falcatę ad id quadrigę, in cuſpides circa temonẽ ab iugo decẽ cubita extãtes uelut cornua prominebãt, q̃bꝫ q̃cq̃d obuiũ fuiſſet atrociter trãsfigereẽ, in extremis iugis binæ pręteẽtę erãt falces, una æquata iugo, ad terrã altera deuexa, illa ut quicquid à latere obijcereẽ diſſecaret, hęc ut ꝓlapſos aut de induſtria ſubeũtes demeteret. Erãt & ab axibꝫ rotarum utrinq̃ pari ratione falces deligatæ. Stabãt Cameli quos Dromadas uocãt, & in his Arabes ſagittarij, q̃ quum opus erat, tenuis gladios quaterna cubita longos, uelut ſuperne in hoſtẽ uibrabãt. Fuerũt in cętero eq̃tatu Tarẽtini equites q̃ duos deſultorios ductabãt equos in pręliũ. Huiuſmodi pſidijs aciẽ uarie inſtructã rex è dextero cornu tuebaẽ, à leuo Seleucꝰ filiꝰ. & Antipater ex fratre genitꝰ. Mediũ aciẽ Minio, Zeuſis, & Philippus elephãtorum magiſter tenuerũt. Fuit dies quo pugnatũ eſt nubilꝰ atq̃ humor ab auſtro uelut imber pfudit omnia, q̃ res arcus fundas & iaculorũ amenta hoſtibus minus utilia reddidit, qui his telis plurimũ ut Romani pilis & gladio utebanẽ. Perſuaſum habuit Antiochus ita fore, ut primo cõcurſu falcatæ

Ilienſes

Antiochi copiæ

B

Scipionis ferocia.

Antiochi acies

Deſultorii equi.

Quadrigæ diſijciuntur

catæ quadrigæ aduerſam Romanorũ aciẽ turbarent. Cæterũ funditoribus ſparſim Eumenis conſilio immiſſis clamore crebroq; telorũ iactu medio campo inter duas acies per ludibrium exactę ſunt, atq; pene è medio ſublatæ, inde iuſta fuit pugna, iniectoq; ſemel pauore quadrigarũ fuga in hoſtiũ ſubſidia quæ poſt læuũ cornu ſtabant incidit, quibus non ſolũ aciẽ nudauit, ſed uſq; ad cataphractos equites pauor cũ ſtrage peruenit. Secuta eſt Romanorũ equitũ procella, quæ ſubito incurſu regiũ equitatũ ſua ſponte turbatũ diſpulit, totũ deinde læuũ hoſtiũ cornu inclinauit, peruaſitq; terror uſq; ad mediã aciẽ, nec tantũ præſidiarij & phalanges turbatæ ſunt, ſed beluæ ordinibus interiectæ, à Romanis tali prælio aſſuetis confectæ aut in fugã actæ. Longe diuerſa fuit Romanorũ fortuna in ſiniſtro cornu in quod circũuentũ Antiochus totis uiribus incubuit. Id cũ cæde & ſtrage multa eſt pene in caſtra cõpulſum. M. Æmylius, qui, ut diximus, ad illorũ præſidiũ fuerat relictus, ſuorũ fuga animaduerſa cũ præſidio fugiẽtibus occurrit, hortationeq; & minis fugã ſiſtit. Affuit cõtinuo Eumenes, inde & Attalus Eumenis frater cũ recenti ala equitum, quorũ interuentu inſtaurato prœlio, pauor continuo à Ro. in hoſtes uertitur. Antiochus ubi fortunã mutatã uidit, confeſtim equũ in fugã uertit, continuo & alij ſecuti regẽ, ſeſe prælio ſubtrahunt, fitq; aperta fuga. Romani utroq; cornu uictores per aceruos corporũ, quæ media maximè acie cumulauerant, ad regia caſtra diripienda ire pergunt. Hoſtes toto campo cæſi ſunt, multi alij ſuper alios ruentes inter beluas & quadrigas obtriti. In caſtris maior propemodũ cædes edita eſt ꝙ in acie, ad. L. milia peditũ cæſa eo die dicũtur, equitũ tria milia. Mille. cccc. capti, & cũ rectoribus. xv. elephãti. Romanorũ qđ uix hiſtorica fide incolumi ſcribi poſſit, ccc. nec amplius pedites acie occubuerunt, equites quatuor &. xx. Antiochus cũ paucis fugiẽs primo Sardis cõtendit, urbeq; præſidio firmata cũ uxore & filia Apameã quo Seleucus cũ paucis amicorũ cõceſſerat, eſt profectus. Tyatira, & Magneſia ad Sipylũ urbes haud multo poſt pugnã deditæ, & à Sardibus quoq; & ab Epheſo legati uenerũt deditionẽ faciẽtes. Per eos quoq; dies Aphricanus ab Elea in caſtra uenit: nã ob morbũ pugnæ nõ interfuit. Venerunt & ab Antiocho legati pacẽ & ueniã orantes, qui poſt pauca uerba præſenti fortunæ accommodata, Ecquas leges Antiocho uicto Romani dicerẽt quæſiuerũt. Aphricanus oĩm permiſſu leges dixit, ut tota Europa Aſiaq; citra taurũ Antioch⁹ abſtineret. xv. milia talentũ Euboicorũ Po. Ro. penderet. Tria milia priuſq; pax ſanciretur. Reliqua æquis pẽſionibus in. xii. annos. Obſides. xx. Romanorũ arbitrio daret, ut Hannibal & Thoas Ætolici belli cõcitator, Mnaſimachus Acarnã, & Philo Chalcidẽſis dederẽtur. Adiecit Scipio regẽ ſerius pacẽ petijſſe ꝙ debuerat, ꝙ ſi eã quæ tunc daretur repudiaret, ſciret regũ maieſtatẽ difficilius à ſummo faſtigio ad mediũ detrahi, ꝙ à medio ad imũ. Sed legati cũ his mandatis uenerãt, ut nullas pacis cõditiones recuſarent. Miſſi itaq; ſunt legati Romã ad eam ſanciendã, & cõſul exercitũ in hyberna dimiſit. Sub id tp̃s Attilius de Antiocho ad Thermopylas uicto, & de Ætolis triũphauit. ccxx. ſigna militaria ſunt triũpho prælata, ingens uis argẽti ſignati infectiq; cũ ſupellectili argẽtea precioſaq; ueſte ex hoſte capta, cũ coronis & captiuis nobilibus. Eximij triũphi lætitiã triſtis ex Hiſpania nũcius minuit, ꝙ ſex milia Romanoꝝ militũ ad Lyconẽ oppidũ, L. Æmylij proprætoris ductu, à Luſitanis cæſi eſſent, cætera multitudo turpi fuga magnis itineribꝰ ægre in pacatũ abijſſet. Creati ſunt inde in ſequentẽ annũ cõſules, Fuluius Nobilior, q ſibi Gn. Manliũ collegã dixit, quũ comitiorũ die neq; is, neq; cæteri cõpetitores cẽturias expleſſent. Valerius Antias ꝓdidit ꝑ id tp̃s quo hæc Romæ gerebãtur, quũ nondũ ad Magneſiã pugnatũ eſſet, Romæ famã percrebuiſſe, cõſulẽ Scipionẽ cũ fratre Aphricano ꝑ ſpeciẽ reſtituẽdi filij in colloquiũ à rege uocatos, in hoſtiũ poteſtatẽ ueniſſe, atq; his captis Romana caſtra ab hoſte expugnata, deletũq; omnino exercitũ. Liuius neq; rẽ ꝓ uera execut⁹ eſt, neq; ꝓ uana ſilẽtio ꝓterijt. Cũ Ætolis ꝑ id quoq; tp̃s de pace actũ. Legati q ab ea gẽte ad hoc Romã uenerãt, rogati an in ſenat⁹ & in po. Ro. ꝑtãte futuri eſſent Ætoli, nec ad id quæſitũ reſponderẽt, iuſſi ſunt tẽplo excedere, ab uniuerſoq; ordine acclamatũ, frãgendos eſſe uaniſſimos eius gẽtis ſp̃us, belluq; cũ ea gẽte nihil intermittendũ. Prouincias cõſules ſortiti M. Fuluius Aetoliã, & Manlius eſt Aſiã adeptus. Q. Fabius Flamẽ Quirinalis, q Siciliã ſortit⁹ ꝓuinciã fuerat, à P. Licinio põtifice ſacrorũ cauſa Romæ retẽtus eſt, ut olim Poſthumius Albinus primo bello Punico à Metello põtifice ad bellũ exire ꝓhibit⁹, ac tũ demũ literæ à Scipio-

Laborant Romani in ſiniſtro cornu.

Cæſorum numerus.

Antiochus petijt pacẽ.

Conſules.

Q. Fabius flamẽ à Pontifice retẽtus

A à Scipionibus Romã perlatæ,quibus non ſolum exercitus & ducum incolumitas ſed uictoria 5
ingens nuper parta nunciabatur,nihil tamẽ de conſule in Aſiam mittendo mutari placuit.Se/
cuti deinceps Antiochi & Rhodiorũ legati.Venit & Eumenes,cui primo oĩm datus eſt ſenat⁹.
Rex uictoriã de Antiocho patribus gratulatus,pudenter & uerecunde ſua fratriſq; ſui merita
in Romanos ordine expoſuit.Auditi ſunt deinde Rhodij & Antiochi legati,cum q̃bus pax ijs
conditionibus quas Scipio dixerat firmata eſt. Et in capitolio fœd⁹ ictũ,Eumeni & fratri datũ — Munificen/
quicq̃d circa Taurum Antiocho adimebatur,p̃ter Lyciã & Cariã uſq; ad Mȩandrũ amnẽ. Hȩ — tia Ro. in ſo
Rhodijs attributȩ,Cæterȩ ciuitates Aſiæ q̃ Antiochi ſtipẽdiariȩ fuerãt,liberȩ & imunes factȩ. — cios
decẽ poſtremo legati in Aſiã miſſi,q̃ uelut in rẽ p̃ſentẽ irent,reſq; eius ꝓuinciȩ publico decreto
conſtituerẽt.Per id tẽpus,L.Bebius p̃tor,qui in Hiſpaniã ꝓficiſcebat̃,à Ligurib⁹ circũuẽtus,cȩ/
ſo eius comitatu,ipſe uulnerat⁹ Maſſiliã cũ paucis fuga delat⁹,intra triduũ expirauit:& L.Æmi
lius,q̃ priore anno fuerat à Luſitanis uict⁹,tumultuario fretus exercitu,collatis iterũ cum hoſte
ſignis,duodeuiginti barbaroꝝ milia cecidit,tria milia &.ccc.cepit.Hic eſt Æmilius ille q̃ haud
multo poſt Perſen regẽ uicit.Eodẽ ãno Bononia colonia Latina in Boios deducta: Triũuiri eã — Bononia.
deduxerũt, L.Valerius Flaccus,M.Attili⁹ Seran⁹,& L.Valeri⁹ Tappo.Per eoſdẽ dies L.Æmy
lius Regillus q̃ ad Myõneſum Antiochi claſſem magno p̃lio uicerat, naualẽ triũphũ egit.Prȩ/
latȩ currui coronȩ aureȩ undeq̃nquaginta. Tetradrachmi Attici ccxxx.M.Ciſtophori maio
re adhuc numero trãſlati.Scipio & ipſe Romã reuerſus mẽſe intercalario,pridie Calẽ.Marti/
as,triũphans urbs ingreſſus eſt.Prælata currui ſigna militaria ex hoſte capta.ccxxiiii. Oppi/
dorũ ſimulacra centũ.xxxiiii.Eburnei dẽtes.M.ccxxxi.Aureȩ coronȩ.ccxxxiiii.argen/
ti pondo.cxmxvii.M.&.ccccxx.Tetradrachmũ & Ciſtophorũ multa milia,nũmi aurei Phi
lippei.cxl.M.Argenti facti mille pondo &,cccc.xxiii. Auri mile pondo & ampli⁹. Regij p̃/
fecti & purpurati duo &.xxx. ante currũ ducti.Ipſe Scipio ne fratris cognomini cederet,Aſi/ — Triumphus
aticus appellari uoluit.Interea Gn.Mãlius cũ Gallogrȩcis in Aſia bellũ cõflatũ habebat,q̃ au/ — Aſiatici Sci
B xilijs Antiochũ iuuerãt,& Q.Fabi⁹ p̃tor claſſis p̃fectus,ne ocioſã ageret ꝓuinciã in Cretã bellũ — pionis.
trãſtulit.Etenim multi Romanoꝝ in ea inſula iãpridẽ ſeruitutẽ ſeruiebãt, ubi claſſis eò eſt ap/
pulſa,edictũ fuit p̃toris nomine, ut captiui paſſim cõq̃ſiti ad ſe cũ legatis mitterent̃,q̃bus cũ de
rebus ad Romanos & Cretẽſes ꝑtinentibus ageret. Valerius Antias annaliũ ſcriptor, quatuor
captiuorũ milia ab inſulanis minaciſſimũ à Romanis bellũ ueritis, Fabio reſtituta eſt tradidit
q̃ popularis ꝓuincia effecit,ut Fabio Romã reuerſo naualis ſit triũphus decretus,Nec res Græ
ciȩ interea in ocio fuere,dũ in Aſia eſt cũ Antiocho bellatũ,Athamanes Philippi regis prȩſidijs
haud uno loco eiectis Animãdrũ q̃ in Ætolia erat in paternũ regnũ reſtituere. Heraclea Theu — Aminander
doria & Argithea urbes uno tẽpore à Philippo defecerũt.Secuta eſt eã defectionẽ,cȩtera Atha — in regnum
mania ingenti ſtudio.Ocurrit eò non multo poſt Philippus cũ ſex milibus armatorum,qui ad — reſtituitur.
Argitheã ducens parũ abfuit,quin Athamanũ & Ætolorũ qui Aminandro fauebant, ſubito
ſit incurſu cum omnibus copijs oppreſſus.Fugienti itaq; ſimilis ſeſe in Macedoniã recepit,p̃ſi/
diumq; quod in Æthopia ſupra Argitheã conſtiterat,poſt regis digreſſum ab Athamanibus
expulſum,partim cæſum eſt,partim ſua ſponte per locorum abrupta præcipitatũ. Aminander
recuperato regno Romã miſit,q̃ pacẽ ſuo nomine à po.Ro.impetrarent.Nec Ætoli,Aminan/
dro in regnũ reſtituto quieuere.Amphilochia em̃ & Aperãtia receptis,& Dolopes qui ſub Phi
lippo erant ſuȩ ditionis faciunt.Hȩcq; illi ſub id tẽpus q̃ Antiochus eſt in Aſia uictus.Vno ita/
q; tẽpore & ſubactũ regem audiuere,& legati ab Roma ſine pace domũ reuerſi ſunt. Secut⁹ &
Fuluij conſulis trãſitus in orã Macedoniȩ,quibus omnibus territi Ætoli ꝑ Rhodios & Atheni/
enſes pacem impetrare ſunt conati.Conſul per Epirũ & Acarnaniã ducens Ambraciam oppu
gnare eſt adortus.Haud uno loco urbs bellicis inceſſebatur operibus,ualide tamẽ defenſa fuit — Ambracia
Ætolorum prȩſidio,q̃ ab initio firmã eò propugnatorũ manum miſerunt.Secuta inde alia co — defenditur.
hors,quæ tantũ audaciȩ obſeſſis attulit,ut eruptione ex oppido facta,partẽ operũ corruperint,
multiq; Romanorũ tumultuoſo ſint p̃lio deſiderati,fuiſſetq; eo die ingẽs clades accepta ſi Æ/
tolorũ exercitus ut per nuncios conuenerat,exteriore parte Romanos prȩlio occupatos inuaſiſ
ſet.Sed qui Ambraciam uenire debuerant,incertũ,metu an neceſſitate ducti in Amphilochiã
diuerterunt,opẽ ſuis laturi qui à Perſeo Phillippi filio oppugnabantur.Regius iuuenis audito

Ætolorum acceſſu,hoſtilē agrū populatus in Macedoniā conceſſit.Ad Ambraciā quantū mu/ C
rorū conſul diſcutiebat;tantū oppidani ab Aetolis,adiuti interiore parte reponebāt. Eſtq́ꝫ inte
rim penè in urbē penetratū cuniculo ad muros acto. Sed re animaduerſa ſolū Aetoli ex tran/
uerſo effodiunt,atqꝫ ita obuiā hoſtibꝰ eunt,dimicatūq́ꝫ eſt in cuniculo , nec ulla ui magis uicta
fuit Romanorū pertinacia q̃ nouo oppidanorū cōmento,Doliū pluma oppletū cū tenuibꝰ fi/

Aetolorum inuentum.

ſtulis in cauerna oſtio obiecerūt,inde à tergo follibus adhibitis nidore incenſę plumæ fumoq́ꝫ
miles à ꝓpoſito eſt auerſus.Tenuit inde aliquot dies obſidio,quoad Aminandri regis interuē/
tu Ambracienſes deditionē fecere,q p̃ter aureā coronā.DCL. pōdo,ſigna ænea marmoreaq́ꝫ &
tabulas pictas qbꝰ ornatior erat Ambracia(fuit em̄ Pyrrhi regia)conſuli obtulerūt. Aetoli & i/

Leges Aetolis datæ.

pſi feſſi his cōditionibus pacē accepere.Imperiū maieſtatēq́ꝫ Po. Ro. Aetolorū gens cōſeruato
ſine dolo malo,ne quē exercitū q aduerſus ſocios amicoſq́ꝫ eorū ducet̃ ꝑ tuos fines tranſire ſi/
nito.Belluq́ꝫ pariter gerito, ꝑfugas fugitiuos captiuos reddito. Romanis ſocijſq́ꝫ obſides qua/
draginta cōſulis arbitrio dato.Cephalenia extra pacis leges eſto.M.talenta argenti po.Ro. ſol/
uito,dimidiū in p̃ſentia pēdito.Qui agri,q̃ urbes à Romanis iā inde à T. Quintio & Gn. Do/
mitio cōſulibus ſunt ipſi gēti adēptę,Acarnanū ſunto: & hęc à M.Fuluio in Aetolia geſta. Gn.
Mālius ꝑ id tēpus cū Gallogræcis bellauit.Is initio ueris cū eo exercitu quē à Scipione acceꝑat,

Cauſa belli Gallis illati.

ipſi genti bellū intulit.Hortatꝰ eſt itaqꝫ Mālius milites ad rē ſecū alacri animo gerendā aduerſꝰ
eos q pro Antiocho in acie ſtetiſſent, qbus etiā incolumibus multo minus pacata futura eſſet
Aſia citra Taurū Romanis,q̃ ſub Antiocho fuerat.Ex Epheſo in hoſtē mouit,ad Męandrum
primo uentū,q̊ nauibꝰ ſuꝑato(nā uado tranari nō potuit)p̃ter Hierā comē,ubi Appollinis tē/
plū cū celebri oraculo fuit,ad Harpaſum amnē fecit caſtra. Hic quū ſederet caſtellū quoddā per
tribunū militū receptū Alabandenſibꝰ reſtituit.Dein ad Antiochiā ſuꝑ Męandrū metatꝰ.Eſt

Apamea.

Męandri ortus ex Celenis.Fuerūt Celenę olim caput Phrygię Nouęq́ꝫ urbi Apamęę nomen
fuit,ab Apamea Seleuci regis ſorore, & Marſias haud ꝓcul à Męandri fontibꝰ oriēs ipſi fluuio
infunditur. Obtinuit fama Celenis Marſiam tibiarū cantu cū Apolline certaſſe. Mæander ex D
arce ſumma Celenarū ortus urbē ipſam interſecās,ꝑ Caras & Ionas fluens inter Prienē & Mi/
letū mare elabitur.Ad Tabas itū in finibꝰ Piſidarū.Hic qa in Romanū equitatū factus eſt ab
locorū accolis impetus,uicti p̃lio Barbari qnqꝫ &.xx.talētis &.x.milibus medimnis tritici,pa/
cē ſibi à cōſule redemerūt.Erizā urbē cepere,mox ad Tabuſion caſtellū īminens flumini Indo
uentū eſt.Labitur is ex Cibyratarū mōtibus,ꝓcul ab eo multo celebriore q Indię nomē dedit.

Indus flu.

Quanq̃ hic quoqꝫ ob id nō parū celebris, ꝙ ut Plinius ſcribit ſexaginta accipit perēnes fluuios,
torrentes amplius centū.Dedit huic fluuio nomē Indus ex elephante caſu q̊dā in eū deiectus.
Gn.Manlius à conſule miſſus cū quatuor milibus peditū,& quingentis equitibus,Cibyratarū
fines ingreſſus,obuios continuo habuit à Cibyra legatos,per q̊s Moages tyrannus ueniā pre/
catus pollicetur ſe impetrata facturū.Cui centū talenta &.x.milia medimnū tritici cōſul expreſ/

Calauris. flu.

ſit:à Cibyra per Sidenſiū agros ducens Calaurē amnē ſuperauit,dein p̃ter Carallitem paludē
& Madamprū fecit caſtra.Lagū ab incolis deſertā diripuit. Ab Lyſeos fluminis fōte ad Cobu/
letū amnē uentū eſt.Et ex Cobuleto in Pamphyliā cōſul detorſit iter,exemitq́ꝫ Iſiondenſes ob
ſidione, quorū arcem capta urbe Termeſſenſes oppugnabant,& Termeſſo pax data,ex Pam/
philia reuerſus ad flumen Taurū conſedit:poſtero die ad Xylenē (quā uocant) comē metatus
eſt,ad Cormala urbē poſtea proceſſit,Darſamq́ꝫ habitatoribus metu deſertā diripuit, & Lyſi/
noēm ſpōte deditā recepit:fuiſſet & Sagaſſenꝰ ager uiolatus,niſi Piſide q̃ eū incolunt,pacē ſibi
L.talentis &.xx.milibus medimnū tritici,ac totidem hordei mercati eſſent.Inde circa Rutrinos
fontes ducibus itineris à Seleuco qui eo ex Apamea uenerat acceptis per Metropolitanū cam/

Synadicus lapis.

pum ad Dinias Phrygię admouit caſtra.Synada deinde proceſſum locū marmoris preſtantia
nobilitatum,hinc ad Alexandri fontes & mox triduo ad Abeſſum profectus Manlius in To/
liſtobogorū finibus fecit caſtra.Ea gens Brennonis ductu ex Gallia profecta in Dardanis, qui
à tergo Macedonię adiacent,multum euagati primo conſederunt.Ibi ſeditio inter Gallos orta
eſt.xx.milia hominū cū Lonnorio & Lutario regulis ſeceſſione facta in Thraciam iter auer/
terūt,huius terrę accolas quum aliquādiu ſtipendiarios habuiſſent,Byzantiū uſqꝫ ꝓgreſſi om/
nē Propōtidis orā ſibi uectigalē fecere.Lyſimachia fraude capta ac cū ea tota Cherroneſo ſub/
acta

A acta,ad Helleſpontũ deſcendere,unde Aſiã ex ꝓximo intuiti(dirimit ibi fretũ ſeptẽ ſtadiorum Aſiã ab Europa)audita terrę feracitate,cupido aĩm inceſſit in aduerſam terrã traijciẽdi. Hic no/ua rurſ⁹ ſeditiõe turbati Lõnori⁹ retro cũ parte copiarũ Byzãtiũ reuerſ⁹ eſt. Lutari⁹ haud ab in/cœpto deterritus copias traijcit,duab⁹ tectis nauib⁹ & trib⁹ lembis uſ⁹ q̃s Macedonib⁹ ademe/rat legatoꝝ ꝑtextu ad ſpeculãda Gallorũ conſilia ab Antipatro miſſis. Nec multopoſt & Lon/norius ex Byzantio Nicomedis opa cũ ſuis copijs in Bithyniã traiecit,ubi Gallorũ auxilijs fret⁹ Zybœta uicto,totã Bithyniã ſuę ditionis fecit. Tũ uero Galli ex Bithynia in Aſiã ꝓceſſerũt.x. milia armatorũ erãt,pari mulierũ & puerorũ multitudine. Tã exigua bellatorũ man⁹ tantũ ter/roris oib⁹ cis Taurũ incuſſit,ut oẽs populi ſiue petiti bello,ſiue nõ petiti breui ſint illorũ impio ſubacti. Tũ demũ quũ tres eſſent gẽtes,Toliſtobogi,Trocmi & Tectoſagi,ita ſunt ſibi Aſiã par/titi,ut Trocmi Helleſponti orã haberẽt,Toliſtobogi Æolidẽ cũ Ionia,Tectoſagi mediterranea ſedẽq; ſibi circa Halyn fluuiũ obtinerẽt. Hoꝝ opes adeo deinceps creuere ut & Syrię reges illis cętera Aſia uno tpe tributũ penderẽt. Attal⁹ Emmenis pater, prim⁹ oĩm cũ his acie confligere auſus,quũ magno ꝓlio uiciſſet,tributũ gẽti dare recuſauit. Cęterũ quũ nihilo ſeci⁹ impio abſti/nerẽt,Antiochũ ut ſupra eſt demonſtratũ bello iuuerũt,atq; eo acie uicto,qui ꝓcul à mari inco/lebãt,ſatis fidere Romana ad ſe arma nunq̃ ꝑuentura. His quũ iã cõſul imineret ita eſt ꝓ concio/ne milites affat⁹. Sunt ſcio milites hi Galli cũ quib⁹ nobis res futura eſt oĩm qui Aſiã incolunt, belli fama maxime illuſtres. Gens natura ferox poſt uarios errores ſibi bello ſedẽ q̃ſiuit. Proce/ra corpora,comęꝓmiſſę,& rutilę,ampliora ſcuta,lõgiores gladij,& quũ pugnã ineũt,cãtus,ulu/lat⁹, tripudia & horrẽdos cient armorũ ſtrepit⁹, oĩa de induſtria ad terrorẽ cõpoſita. Hęc facile omnes circũiectos accolas unius gẽtis iniurię obnoxios fecere. Sed illa,Phryges,Cares,& q̃ illo/rũ bellis ſunt minime aſſueti reformidẽt Romanis q̃ ducẽteſimo abhinc ãno cũ ipſa gẽte felici/ter dimicãt,leuia & ridicula habẽda ſunt. Semel id ludibriũ maiorib⁹ noſtris ad Alliã obfuit. In/de uero aſſiduis cladibus ita ꝓſtrati,cæſiq; ſunt à Romanis Galli,ut penè plures ex hac una gẽ/

B te q̃ ex reliq̃s oibus q̃ in toto orbe ſunt, triũphi ſint Romæ acti. Etenim quũ primũ illũ impe/tũ q̃ feruida & cęca ira in pugnã ruũt,ſuſtinueris,fluũt ſudore & laſſitudine mẽbra,labãt arma, mollia corpora,molles & animi ubi ira illa remiſit,ſol,puluis,ſitis etſi ferrũ non adhibeas,ꝓſter/nunt. Nec acie tantũ id ſum⁹ experti ſed uir uiro congreſſus quantũ Romana uirtus pręſtet ſę/pius documẽto fuit. Sic Torquat⁹,ſic Coruinus Gallicã ferociã ſtrauere. Quid ꝙ M. Manlius totũ agmen unus è capitolio deiecit. Eratq; tũ maioribus noſtris bellũ cũ ijs Gallis q̃ patrio ſo/lo ferociſſimaq; mundi plaga nuꝑ fuerãt egreſſi. Hi uero Græcis imixti,unde Gallogræci di/cti,in molli genioſaq; terra diu commorati, quantum à propria uirtute gentis tam longo tem/poris ſpatio degeneraſſe credendi ſunt? Nam ſi in frugibus pecudibuſq; non tantum ſemina ad ſeruãdam indolem ualent,quantum cœli ſub quo aluntur proprietas, ſane & hominum in/genia locorũ diuerſitate mutari neceſſe eſt. Abijt Macedonum ferocia,Alexandriam,Seleuciã, & Babylonẽ colẽdo in uiliſſimarum gentiũ molliciẽ. In Maſſilienſibus nõ parua mutatio ſub diuerſo climate facta eſt,& ut breuiter dicã,nihil tã generoſum extat quod in eius terrę naturã cui creditur non facile degeneret. Adde ꝙ oĩa in peius facilius mutantur. Gallica igitur tantum habebunt arma: Phryges per cætera experiemini. Sed q̃d experiemini dixi? quos ad Magneſi/am ſuperiore anno ut uiliſſimas pecudes cecidiſtis, uictores uictos cędetis. Nã ut ferę humana arte & illecebris omnẽ cũ tempore exuunt feritatẽ,ita gens hęc Aſiaticis opibus ſaginata,uberri/mo agro,ſaluberrimo cœlo,clemẽtibus accolarũ ingenijs gentilẽ depoſuere ferociã. Hoc ipſum quo uerius eſt,eo impenſius adnitendũ ut q̃primum defuncti hoc bello domũ uictores abea/mus, Aſiaticam amœnitatẽ fugientes. Etenim tantum peregrinę uoluptates ad extinguendũ ui/gorem animorũ ualent,quantum contagio corruptaq; accolarum diſciplina,euenietq; illud fe/liciter,ꝙ cum hi Galli parem inter Græcos famam obtineant, uelut ſi nihil eſſet in uirtute de/generatum,ex hac uictoria non minorem laudem reportabimus,quàm ſi cum ueris eſſet Gal/lis dimicatum. Dimiſſa concione cõſul ad Alandrũ fluuiũ mouit caſtra, inde ad Tyſcõ uicũ ꝓ/greſſus. Oroandẽſiũ legatis pacẽ petẽtib⁹. cc. talenta impauit. Ad Plitẽdũ deĩceps & Alyattos nouiſſime atq; Axylon duct⁹ eſt exercit⁹. Nomẽ loco à re factũ,nõ modo nõ ligni q̃cq̃,ſed ne ſpinas q̃dẽ fert id ſolũ. Fimo bubulo incolæ ꝓ lignis utuntur. Et iam caſtra ad Cuballũ Gallo/

Y 2 gręciæ

Galli Helleſponto Aſiam mittunt.

Toliſtobo/gi. Trocmi. Tectoſag

Oratio con/ſulis ad mili/tes.

Peroratio.

Axylum ſo/lum.

græcię caſtellū promota erant, quū ſubitus Gallorū equitū acceſſus Romanorū ſtationes tur/ C
bauit,ſed Romano eqte in eos immiſſo,continuo à pugna in fugā uerſi ſunt,fugientiūq; aliq̄t
interfecti. Compoſito deinde agmine ad Sangariū amnē cōſul uenit,is ex Adoreo mōte lapſ⁹

Sangarius fl.

per Phrygiā fluens circa Bithyniā Tymbri fluuio miſcet,tū maiorem in modū auctus per eam/
dē terrā decurrēs in Propontidē euoluitur,non tā ſua magnitudine q̄ piſciū ubertate mirabilis.

Galli ſacerdotes.

Conſul Sangariū ponte tranſgreſſus p̄ter ripā ducens Gallos ſacerdotes ex Piſinunte obuios
habuit. Hi phanatico furore carmē cecinerūt,q̄ Romanis uictoria portēdebat, quo omine læ/
tus cōſul Gordiū peruenit. Medius is loc⁹ inter Helleſpontū & orā Cilicij maris ab utroq; litto
re parib⁹ diſtans ſpatijs. Hic ex Epeſſognoto regulo q unus Gallorū Antiocho contra Roma
nos auxilia denegarat,cognitū eſt Gallos cū uxorib⁹ & liberis,& his rebus quæ aſportari potue
runt,populariter ex ſuis ſedibus migraſſe,Olympūq; ab eis occupatū, ſedēq; belli in eo mōte
deſtinatā,ut locorū arduitate & armis ſe & ſua inde tuerent̄. Oroandenſiū inde legati nuncia/

Olympus à Gallis occupatur.

runt à Toliſtobogis Olympū teneri,Magauam uero alterum montē à Tectoſagis & Trocmis,
q̄q̄ hi dicerent̄ Toliſtobogis auxilio ituri. Conſul ad Olympū primo duxit,triduo poſtq̄ in ho
ſtiū conſpectū uenit tripertito eſt montē p̄ter hoſtiū opinionē oppugnare adortus. Perſuaſum
habuerunt Galli ab initio Romanos locorū difficultate territos, nihil aduerſus montis naturā
auſuros. Eſt Olymp⁹ penè undiq; aditu difficillim⁹ p̄terq̄ à meridie qua parte colles caſtigati⁹
aſſurgunt. Hic Galli omne copiarū robur hoſtibus obiecerunt. Cęteris locis modico p̄ſidio fir/
matis,quatuor milia tumulū uiæ imminentē,procul à caſtris occupant. Id Romani intuiti locū

Romanorū ferocia.

ferociter ſubeunt,fuitq; his pugna ab initio difficilior ut parū æquo loco inita:mox uero ubi cō
minus uentū eſt,& Galli ſeminudi ſcutorū anguſtia ad telorū ictus expoſiti,ſagittis,glande, ia/
culis obruebantur, atq; eorū clades eò inſignior q̄ & nudi pugnabant, & candida corpora no/
tabilius cruore rigabantur,tū uero in rabiē uerſi, partim corpora humi ſternere,alij in ſubiectū
hoſtē præcipites acti in ſuam perniciē ruebāt. Poſtremo ubi ſe à leui armatura uictos ſenſerūt, D
& iā legiones ſub ſignis aderant,effuſa fugā caſtra repetunt. Conſul capto tumulo paululū ibi
milites cōtinuit,inde ſuos paucis hortatus iterū leuē armaturā in caſtra p̄mittit. Hic quoq; Gal
li qui pro uallo ſteterant,telorū multitudine coopti momēto tēporis in caſtra cōpellūtur, firmis
ſtationibus ad portarū aditus relictis. Cadebat interim telorū uis ingens intra hoſtiū munitio/
nes,multiq; mortales ꝓmiſcue uulnerabant̄,exaudiriq; ꝓinde clamores & ploratus mulierū ac
puerorū. Demū adhibito legionū robore,paucis hoſtiū primo congreſſu ꝓſtratis,cętera multi/
tudo perculſa ceſſit,diffugit̄ totis caſtris cū clamore & miſerabili ploratu,ruuntq; Galli ꝑ uias &
inuia, nō abrupta ſaxa,nō rupes obſtāt fugiētib⁹, atq; ita multi p̄cipites acti aut debilitati ſunt
aut ruinoſo lapſu exanimati. Abſtinuit ſuos conſul à præda,ut fugiētibus è ueſtigio inſtarent.
Quę res effecit ut paſſim ſint cæſi hoſtes,& ultimū agmē quod extra pugnæ periculū fuit caſtra

Cæſorum numerus.

diripuit. Claudius Quadrigarius qui bis in Olympo pugnatū credidit. xl. hominū milia ſcri/
pſit occidiōe occiſa. Valerius Antias. x. milia tantū interfecta prodidit. Captiuorum numerus
haud dubie priorē numerum expleuit. Multi donati ſunt pro concione,& in primis Attal⁹ Eu
menis frater qui egregiā omniū conſenſu operā eo prælio nauauit. Prædā in medio redactam
cōſul militibus diuiſit. Inde in Tectoſagos itū,uentūq; eſt tertijs caſtris ad Angirā nobilē in ea
terra urbē,ubi quum conſul ſtatiua haberet,Centurio qui cuſtodiæ captiuorū præerat,Oriſgō

Oriſgontis Reguli uxor.

tis Gallorum reguli uxori eximia inter ſuas populares pulchritudine,ad omnem iniuriam ob/
noxię ſtuprū intulit. Inde ut mœrentem illius animum leniret,auri talentum pactus, occulte ſe
illam è cuſtodia ad ſuos dimiſſurū pollicetur,fecitq; illi poteſtatē mittendi ſeruū in altera Gal/
lorum caſtra,quæ ad decem milia paſſuū inde aberāt, ut noctu duo ex neceſſarijs ad conſtitu/
tum locum cū auro uenirent. Affuerunt illi ex edicto, & centurio cupiditate auri impulſus ca/
ptiuam ex cuſtodia eductā,ad deſtinatū perduxit locū. Ibi illa Gallica lingua hortatur ſuos, ut
ſtricto ferro hoſtē obtruncent,cędeq; perpetrata iacētis caput ferox mulier abſciſſum ſinu in/
uoluit. Inde ad Oriſgontem,qui in caſtra ex Olympo perfugerat, reuerſa,in eius conſpectum
caput abiecit. Tum mirante illo ecqd rei id eſſet,ulta ſum inquit,priuſq̄ ad te uenerim, corporis
iniuriā,uiolatāq; ab hoſte pudicitiā. Et Gallica mulier tale edidit facin⁹. Tētarūt interim Galli
ꝑ ſpeciē colloquij,cōſulē inſidijs excipe, mille lectis ad id facin⁹ eqtib⁹,fuiſſentq; uoti cōpotes
facti

A factí, p̄ſidio quingentorũ equitũ quos ſecũ conſul habebat, fuſo, maiorecꝫ ex parte cæſo, niſi a/ Conſul pe/
liquanto maior eqtatus, qui pabulatoribꝰ p̄ſidio erat, clamore audito, eò mature accuriſſet, ho ne oppreſ/
rũ interuẽtu, nõ ſolũ cõſul ſeruatus eſt, ſed hoſtes fuſi ac cæſi uſcꝫ ad radices mõtis. Tertio itacꝫ ſus eſt à Gal lis.
die ab eo quo ita eſt pugnatũ, in aduerſum montem cõſul aciẽ erexit, quatuor & .LX. milia bel/
latorũ iugũ tenebãt. Fuit tñ hæc uictoria aliq̃to facilior, q̃ ad Olympũ ꝓculſis recẽti clade hoſtiũ
animis, reſtiterũt tamẽ nõnihil, q̃ad robur legionũ admotũ ſit caſtris. Tũ uero, ut erant magna
ex parte ſaucij, ui telorũ, uelut grandine quadã, afflicti fugã capeſſunt, dextra læuacꝫ ꝑ deuexa
montiũ latera diffugiunt. Miles caſtris captis, p̄dæ cupiditate, ad inſequendũ hoſtẽ ægre trude
batur, fuitcꝫ ꝓinde cædes longe minor quàm uictoria. Ad. x. milia occiſa dicunt. Cætera mul
titudo ultra Halim fluuiũ q̃ filios & uxores p̄miſerãt abierũt. Præda tãta fuit, quãtã gẽs rapiẽdi
cupida, q̃ per multos annos Aſiã cis Taurũ tenuerat, coaceruaſſe potuit. Galli duplici clade fra Galli pacẽ
cti, poſtremo ad cõſulẽ legatos pacẽ imploratũ mittũt, his Epheſum ad ſe uenire iuſſis, ipſe quia poſcunt.
dimidiũ autumni exierat, ut ꝓcul Tauro mõte, q̃ gelidiſſimꝰ eſt, copias ante hyemẽ abduceret,
motis ſignis in maritima loca hybernatũ dimiſit. Romæ interea T. Quintius & M. Claudius cẽ
ſores uiã ſilice ſternendã à Capena porta ad ædẽ Martis locauere, ab his Scipio Aphricanꝰ ter
tio lectus eſt princeps ſenatus: fuit enim quantũ hinc colligi poteſt honos ille annuus. Tyberis
duodecies uno anno campũ Martiũ, & plana urbis loca inundauit. In Græcia M. Fuluius alter
conſul Cephalenios in fidẽ recepit. Samei, una inſulanoꝝ ciuitas, poſt datos obſides, incertum
quo conſilio confeſtim rebellauit, quatuorcꝫ menſes laborioſe oppugnati, demũ urbs & capta
ui eſt & hoſtiliter direpta, & qui cũ arce dediti ſunt, ſub corona uænierũt. Ex Cephalenia cõſul
in Peloponneſum trãſmiſit, ob bellũ inter Achæos & Lacedæmonios nouiſſime ortũ. Quintiꝰ Lacedæmo niorũ &
& Romani, fractis Nabidis opibus, uicos & caſtella Laconici agri Achæis addixerant. & Spar/ Achæorum
tani exules paſſim ea loca obtinebant, habebantcꝫ per hæc Lacedæmonios uehemẽter ſollici/ diſcordia.
tos, in primiſcꝫ ægre ferre Spartãi, q̃ ora maris parũ ſibi tuta eſſet. Indignitate itacꝫ rei cõmoti,
B Lan uicũ maritimũ adorti ubi tũ plericꝫ exulũ agitabant, maiorẽ tumultũ q̃ cædẽ exciuerũt. Mi
ſerũt Philopœmenis impulſu, qui tũ p̄tor erat, Achæi Lacedæmonẽ legatos, q̃ eius tumultꝰ au/
tores ad ſuppliciũ depoſcerẽt, alioqui fœdus uiolatũ uideri. Achæorũ poſtulata adeo Spartani
iniquo animo tulerũt, ut interfectis qui illorũ erant ſocietatis autores ipſius gentis amicitiæ pu
blice renunciarint, miſſis ad conſulẽ legatis, qui Lacedæmonẽ illi populocꝫ Roma. dederent. Et
iã Achæi ſumpſerant aduerſus Spartanos arma. Cæterũ cõſulis interuentu iuſſi utricꝫ ſunt ar/
mis abſtinere, Romãcꝫ ad patres mittere. Magna erat apud Romanos Achæorũ authoritas,
& de Lacedæmonijs nihil mutari placebat. Eſt itacꝫ legatis adeo ambigue reſponſum, ut tam hi
q̃ illi in ſuum fauorẽ ſenatũ decreuiſſe dicerent. Accenſis proinde in priſtinũ certamen animis
ſub initiũ ueris Philopœmenis ductu Achæi Laconicos fines ingreſſi, defectionis autores depo/
ſcunt, polliciti fore, ut indicta cauſa nihil paſſuri eſſent. Ciuitate attonita, qui depoſcebãtur ſua
ſponte ſe ituros profeſſi ſunt, & quia cõmunis cauſa agebatur, plericꝫ alij ſunt ſecuti: ubi in ca/
ſtra uentum eſt Spartanorũ exulum qui cum Achæis erant incurſu, fauente multitudine ad ſe/
ptẽdecim eorũ qui uenerant contra ius gentiũ & fidem à duce in id datã interficiũt. Poſtridie cæ
teri, qui tres & .LX. numero fuerunt è uinculis iratæ multitudini obiecti, damnati ad unum om
nes ſupplicio traditi ſunt. Principum clade territi Lacædemonij, muros urbis diruere ſunt iuſſi,
exules reducere, Lycurgi legibus abolitis Achæorum moribus aſſueſcere. Muri diſiecti ſunt, Ly Lycurgi le
curgicꝫ diſciplina ſublata, qua octingentos ea ciuitas annos ſteterat. Poſt Fuluij & Manlij an/ ges ſublatæ.
num ſecuti ſunt conſules M. Valerius Meſſala & Gn. Liuius Salinator, prouincijs in ſortem Conſules.
coniectis, Meſſalæ Ligures euenerunt: Salinator Gallos ſortitus eſt. C. Valerius Tappo trib.
ple. legem promulgauit, ut Formiani Fundani & Arpinates municipes, qui ciuitatem ſine le/
gis latione adepti fuerant, ferendi ius haberent. Ea rogatio non caruit contentione, ſciuit tamen
legem populꝰ. M. Claudius Marcellus Luſtrum condidit. Cenſa ſunt ciuium capita. CCLVIII.
milia. CCCVIII. In fœdere quod cum Antiocho fuerat ictum diſerte eſt expreſſum ut Hannibal
dederetur, quod ille præuidens, continuo poſt pugnam, qua Antiochi opes ad Magneſiam cõ Hannibal
ciderant, in Bithyniã ad Pruſiã regem ſe contulit. Cum Ariarate rege, in Eumenis gratiã, q̃ illi/ ad Pruſiam regem ſe cõ
us filiã uxorẽ duxerat, iuncta eſt ſocietas. Et Gallis his conditionibus pax reddita, ut uagandi tulit.

morẽ finirent,ſeq́; teneret ſuis finibus. Rebus Aſię per hęc conſtitutis,Manlius omnes copias C in Europã traiecit,inde per Cherroneſum duces,quia per Thraciã erat iter factur⁹,copĳs bifariã diuiſis,partẽ unã iuſſit præire,reliqua cogebat agmen , in mediũ uehicula cũ omni præda & publica pecunia accepit. Nec fefellit Romanũ opinio. Thraces ad qnq; milia numero , inſeſſis locorũ anguſtĳs,impetũ ex impulſo in impedimẽta faciũt, & iã diripe occœperãt interfectis cuſtodib⁹,quũ ſubito militũ occurſu ꝑlio occupant,fuitq́; anceps per diẽ pugna, multiq́; utrinq; cecidere,ſed plures aliquãto ex Romanis. Remiſerũt ꝑliũ ſub noctẽ Barbari,nec ꝓda uacui domũ cõceſſerũt. Romani bifariã nocte una metati ſunt,poſtridie iunctis acieb⁹ ſigna mota ſunt, ad Hebrũq́; fluuiũ uentũ eſt. Inde per Æniorũ fines ad alias anguſtias itũ (Tympira locum uocant) hic iuſto ꝑlio,cęterũ in apto cũ Thracib⁹ dimicatũ,fuſiſq́; Barbaris ac eorũ pluribus cęſis, Romani ſaltũ transgreſſi,in Maronitarũ fines uenere per pacatã inde regionẽ Apolloniã,& ex Apollonia per Abderitanũ agrũ,Neapolim & reliquas Græcorũ colonias copię traductę. Poſtremo per reliquos Thraces magis ſuſpectos q̃ infeſtos uentũ eſt in Macedoniã,ac reliquũ hyemis Apollonię egit. In Liguria & Gallia nihil dignũ memoria eſt eo anno geſtũ. Secuti noui cõ-

Conſules.

ſules M. Æmilius C. Flaminius. His cõſulibus L. Minutius Myrtilus & L. Manlius, quia Carthaginienſiũ legatos pulſaſſent, M. Claudĳ ꝑtoris iuſſu per fœciales traditi ſunt legatis,& Carthaginẽ aduecti. M. Fuluius ab Ambracienſibus M. Æmilĳ cõſulis impulſu eſt abſens accuſatus apud patres,ꝙ ſine cauſa petiti bello eſſent,& hoſtiliter ab eo ſpoliati:erant nõ obſcurę inimicitię inter Fuluiũ & Æmiliũ. Cęterũ C. Flaminius cõſul,abſentis cauſam cõplexus,autor fuit

Manlius à ſuis legatis accuſatur.

ne quid decerneret ante Fuluĳ reditũ. Sic enim Gn. Manlius , ubi Romã uenit, quũ peteret ut triũphãs in urbẽ ingrederet,à L. Furio Purpuriõe,& à L. Æmylio Paulo,qui eius in Aſia legati fuerant,accuſatus eſt,ꝙ Antiochi pacẽ turbare q̃ſiuerit,belli gerendi cupiditate, trans Taurũ Romana ſigna cõtra ictũ fœdus,oraculũq́; ſibyllini carminis,ꝓferre conatus eſſet,feciſſetq́;,niſi à legatis ꝓhibitus fuiſſet,& ꝙ à tã audaci incœpto auerſ⁹,Pyſidię,Lycaonię,Phrygię inſontes urbes circũducto ad omnes receſſ⁹ mercenario exercitu ſordide expilaſſet,ꝙ Gallogręcis,ſine ſe- D natuſcõſulto iniuſſuq́; Po. Ro. bellũ intuliſſet,ꝙ illatũ adeò temere adminiſtraſſet,ut niſi fortuna Po. Ro. affuiſſet,potuerint Romanę legiones ſemel atq; iterũ,locorũ iniqtate deleri. Poſtremo ꝙ in Thracia ab incõpoſita latronũ manu fugatus eſſet,Ro. exercitus cæſus atq; impedimẽtis non parua ex parte exutus. Cęterũ ſi talis clades nunq̃ fuiſſet accepta,nõ uidere ſe aiebat, de quo hoſte Manlius triũphare poſſet,an de Gallogręcis? à quibus res repetitæ non eſſent, neq; hoſtes à Po. Ro. iudicati,neq; ſolenni more bellũ indictũ,niſi confundi tolliq́; iura fœcialia pla-

Quæ Manlius reſponderit.

ceret,neq; ſenatũ de bello cõſuli amplius,omniaq́; iura diuina & humanę turbari. Excepit legatorũ accuſationem Manlius longiore oratione,qua & Gallos armis iure petitos oſtẽdit, qui ad Magneſiã ꝓ Antiocho ĩ acie ſtetiſſet,appellatiq́; ambo Scipiões q̃ gerẽdo bello ꝓfuerãt,Gallogręci hoſtes eo bello an amici fuiſſent. Iniquiore loco à ſe aciẽ inſtructã haud quidem inficiari, quando æquiore inſtrui non potuiſſet. Sic ad Thermopylas ab Attilio,ſic à Quintio antea ad Aoum amnẽ dimicatũ. Eò igitur itũ,quò ſpes uictorię traxiſſet. Ad centũ milia hoſtium debellata. XL. M. aut cæſa aut capta. Pacatã à ſe totã citra Taurũ Aſiam,quæ incolumibus Gallis omniũ opinione quietura erat nunq̃. Quod ad Thracię latrones attineret tantũ abeſſe, ut crimen, imò mendaciũ illud,gloriæ à ſe partę aliq̃ modo obfuerit,ut pro ea uictoria, ꝙ bis multa milia Thracũ paucis diebus fudiſſet cecidiſſetq́;,ſi nihil in Aſia eſſet geſtũ,nihilominus triumphum petitur⁹ fuiſſet. Sed cęcam eſſe inuidiã,nec quicq̃ aliud ſcire q̃ detrectare uirtutes, honoreſq́; ac ꝓmia corrumpere,quam duo L. Purpurio & Æmylius ſecuti,ea accuſarent, quorũ ipſi alioqui

Triumphus Manlio decernitur.

teſtes,ſi ſine inuidia uiueretur , adhiberi debuiſſent,ſiquis alius labefactare eſſet auſus. Iactata inde in ſenatu res eſt,nitẽtibuſq́; Manlĳ neceſſarĳs,freqũes ſenatus illi triumphũ decreuit. Maior deinde contentio orta. Duo Petilĳ tribuni plebis diem Scipioni Aphricano dixerũt,nec defuerunt fortaſſe qui Romanã ciuitatẽ, ut ingratã accuſarent, quę tantũ uirũ à Trib. ple. uexari pateret. Cęterũ & tunc qdẽ oportuit,oportebitq́; ſemper,uirũ in libera ciuitate tãtũ eminere,ut legib⁹ ſemp interrogari poſſit:nullũ enim maius ciuitatis uinculũ q̃ ꝙ ita libertas æquet, ut potentiſſimus quiſq; poſſit cauſam dicere. Qui ęquũ pati nequeat in eũ uim iniuſtam haud uideri

Quid Scipio de ſe.

oportere. Nunq̃ igit Scipio maiore ciuiũ frequẽtia in forũ eſt deduct⁹,q̃ quũ ad dicẽdã cauſam

uenit

A uenit,quã iuſſus dicere, ſine ulla criminis mẽtiõe orationem de rebus à ſe geſtis ita eſt exorſus, ut nemo unq̃ melius,neq; ueri⁹ laudat⁹ fuerit,omnia eodẽ animo & ingenio quo geſta fuerãt, ab eo memorata,aberatq; interim ab auribus faſtidiũ,qa pro pículo & nõ pro gloria dicebãtur. Tribuni ꝑter Syracuſana hyberna,q̃ infamia nõ caruerũt, Pleminianũ ſacrilegiũ,militareq; ſeditionẽ,ſuſpitionibus magis pecunię ab Antiocho captę,q̃ argumẽtis rerũ reſpergebant. Filiũ captiuũ ſine ꝓcio reſtitutũ,oĩbus rebus Scipionẽ,tanq̃ in eius manu pax & bellũ Po.Ro. eſſet, cultũ ab Antiocho fuiſſe.Dictatorẽ eũ conſuli nõ legatũ in prouincia fuiſſe. Nec in Aſiã alia de cauſa profectũ,q̃ quod Hiſpanię,Aphricę,Sicilię,de eo iã antea ꝑſuaſum eſſet, hoc Gręciæ & Aſiæ & oĩbus ad orientẽ gentibus appareret,unũ hominẽ caput ac columẽ eſſe Romani imperij, ſub umbra Scipiõis ciuitatẽ late imꝑantẽ latere. Sic illũ infamia intactũ,inuidia,qua poterãt,obruebant.

Quæ obiecta ſint Aphricano à Petilijs.

Die illo per hęc cõſumpto,cauſa ꝑducta eſt,cuius dicendę quũ poſtea dies affuiſſet,Tribuniq; pro roſtris ſediſſent,Scipio ubi ad illorũ conſpectũ uenit, dixit diẽ illũ eſſe eum,q̃ ipſe Hannibalẽ & Carthaginienſes in Aphrica ingẽti ꝑlio uiciſſet.Omiſſa igit̃ omni altercatione,iturũ ſe in Capitoliũ,dijs immortalibus pro ea Po.Ro.uictoria gratias acturũ,qđ ut cæteri facerẽt hortatus,totã ſecũ concionẽ traxit, adeò ut Tribuni cũ modica ſuorũ clientiũ manu,& ꝑcone,qui reũ uocabat,in roſtris relicti ſint.Ex capitolio Scipio cætera deorũ tẽpla cũ populo circuiuit,fuitq; lux illa fauore hoĩm nõ min⁹ ei ſpecioſa, q̃ quũ de Syphace & Pœnis triũphauit.Ipſe aſſuet⁹ maiori fortunę,q̃ ꝙ reus eſſe ſciret,prius q̃ dies affuiſſet,qua cauſa dicenda erat,Liternũ ubi uilla illi fuit cõceſſit. Tribuniplebis abſentẽ inſectati, eius ſuperbiã & apertã ſeceſſionẽ in capitoliũ ad populũ criminari.

Scipio Liternum in exilium abit.

L. Scipo eius frater morbũ excuſabat,cæteriq; Tribuni ab eo appellati ita decreuerũt, ut qñ morbi cauſa Scipio abeſſet, dies à collegis ꝓrogaret̃. Nemo ex toto Tribunorũ collegio erat,à q̃ triſtior ſentẽtia expectaret̃,q̃ à T. Sẽpnio Graccho cui inimicitię cũ Aphricano haud obſcurę intercedebant.Is quũ uetuiſſet nomẽ ſuũ decreto collegarũ adſcribi,erexiſſetq; oĩm animos in expectationẽ alicuius durioris decreti,ita ꝑfatus dicitur.

B Quãdo Scipio morbi cauſa abeſſet,non paſſurũ ſe eũ accuſari,priuſq̃ Romã ueniſſet, ac tũ q̃q; ſi ſe appellarit auxilio futurũ,ne cauſam diceret.Rem indignã fieri teſtatus eũ,qui ad tantũ rerũ faſtigiũ deorũ hoĩmq; conſenſu ꝑueniſſet,ſub roſtris reũ ſtare, aureſq; ꝑbere adoleſcentiũ cõuicijs,nõ tã ipſi q̃ Po.Ro.eſſe deforme.Mouerũt Sempronij uerba, quũ cęterã multitudinẽ, tũ accuſatores ipſos,qbus ꝓnunciantibus ſe in poſterũ deliberaturos,qđ ſui iuris & officij eſſet, dimiſſa cõcione Senatus eſt haberi cœpt⁹,gratięq; à toto ordine ſunt ipſi Sempronio actę, ꝙ remp.priuatis ſimultatibus potiorẽ habuiſſet.Petilij probris uexati,qui ex aliena inuidia ſplendorẽ ſibi quæſiuiſſent,ſpoliaq; ex Aphricano triumpho peterent.Silentiũ poſtea de Aphricano fuit.Literni reliquum uitę egit,in ea quoq; ſolitudine tam uenerabilis,ut prędones maris dicant̃ quãdoq; in littus deſcendiſſe, ut eũ uiderent,dextram q; illam tot terrarum & gentium domitricẽ tangerẽt. Ipſe ne in patria,uelut ingrata,funus ſibi fieret moriens mandauit.Eius ſepulchro id fuit carmen aſcriptum. Deuicto Hannibale,capta Carthagine, & aucto imperio, hos cineres marmore tectus habes. Cui non Europa,non obſtitit Aphrica quondam. Reſpice res hominum quàm breuis urna premat, Sed hæc aliquanto poſtea contigerunt.

Scipionis interitus. Carmen Scipionis ſepulchro aſcriptum.

Eius morte creuit inimicis animus,quorum princeps fuit M. Cato,qui eo adhuc uiuo tanti uiri magnitudinẽ allatrare erat ſolitus, quo autore Petilij illi diẽ dixiſſe creduntur, & poſt eius mortem rogationem tuliſſe,ut quæ pecunia capta,ablata,coacta ab rege Antiocho eſſet, quæreretur, & ſiquid ex ea in publicum nõ fuiſſet relatum. Eam iniuriam queſt⁹ eſt L.Scipio,ꝙ poſt mortẽ Aphricani ea rogatio orta eſſet, non ſatis uideri Aphricanum fratrem ſuum pro roſtris non laudatum more maiorum,niſi mortuus etiam accuſaretur. Contentos Carthaginienſes eſſe Hannibalis exilio,Po.Ro.ne morte quidem Scipionis qui Hannibalem uicit exatiari, niſi ſepulti fama laceret,fraterq; acceſſiõe inuidię inſuꝑ mactet̃.M. Cato ſuaſit Petiliorũ rogationẽ,quã omnes tribus iuſſerunt. Q. Terentius Culeo,qui tum prætor erat,eam queſtionem habere eſt iuſſus,adeo Scipionũ familię amic⁹,ut ad portã Capenam in Aphricani funere mulſum populo dederit,pileatuſq; ut olim ipſius triũphantis currum,ita ſit funus perſecutus. Hoc propius uero eſt,q̃ quod tradũt quidam fuiſſe eũ familię inimiciſſimũ,atq; ab hominibꝰ aduerſę factionis quæſtionẽ habendã optatũ. Cæterũ ſiue æquum ſit expertus ſiue iniquũ, L. Scipio reus eſt fa-

Terentij Culeonis gratitudo.

ctus,receptaq́ nomina quorūdā legatorū,ut Hoſtiliorū,Catonū & C.Furij quæſtoris, ſcribæ C
cū his duo expoſtulati.Scipio cū Hoſtilio legato & C.Furio, ceteris abſolutis,damnati ſunt,ꝙ
ille ſex milia pondo auri,quadringenta argenti,pluſq́ in ærariū relata eſſent,ab Antiocho rege
accepiſſet,ꝙ Hoſtilius.LXXX.pondo auri,argēti CCCC.tria.Furius.CXXX.auri CC.argēti.Tra-
dūt quidam P.Scipionem rationariū à L.fratre in curiā allatū ſuis manibꝰ cōcerpſiſſe,indigna
tū,ꝙ quū tantū auri & argēti eſſet ærario illatū,quadragies(tanti ea lis reo æſtimata eſt)ratio re-
poſceretur. Cæterū hæc de Scipionibus uarie,ut uideo,tradita ſunt memoriæ. Alij à Petilijs Sci-
pionē,alij à Næuio accuſatū autores fuere,& illud diuerſum tradunt, quo ſit loco Scipio ſitus.
Quidā Literni ſepultū ꝓdiderūt,in qua opinione Plinius & Plutarchꝰ mihi fuiſſe uidetur. Alij
Romę extra portā Capenā,ubi tres ſtatuę uno loco uiſerentur,ſupra ſepulchrū ꝗd Scipiōis eſ
ſe diceret,quarū una Aphricani fuerit:Altera L.fratris:Tertia Quinti Ennij poetę. Quidā A-
phricanū fratri iā reo facto,& in carcerē duci iuſſo,ex Hetruria ubi legati munere fungebat̃ au-
xilio ſupueniſſe aiunt,atq; ibi magis pie q̃ ciuiliter,reū ex uiatorū manibus extorſiſſe,quo auda
ci facto,quū Tribunitia poteſtas à priuato ſoluta uideretur,eaq́ oneraretur Aphricanus inui-
dia,Gracchū ꝓ Scipionibꝰ interceſſiſſe,quū iā L.Scipio in uincula duceretur, iureiurando teſta
tū manere ſibi cū Scipionibus inimicitias, uerū indignū ſibi uideri in carcerē L.Scipionē detru-
ſum iri, in quē tot captiuos hoſtiū duces Aphricanus duxiſſet, ac tū demū ob id meritū,minor
Cornelia(maior Naſicę nupſerat)ex autoritate patrū,ab Aphricano Graccho in matrimoniū
ſit data.Scipio domū reuerſus,quū Æmylię coniugi filiā à ſe uiro locatā renunciaret,mulier in-
dignabunda, ꝙ talis conſilij non particeps facta eſſet,nō ſi T.Graccho,inqt,locata foret filia,e-
ius rei expers eſſe debuiſſem. Tū uero Scipio lętus concordi iudicio,illi ipſi Graccho quē diceret
Corneliā à ſe deſponſam affirmauit. Liuius aliā quādā de L.Scipione opinionē eſt ſecutus, ut
poſt Aphricani mortē ille damnatus,quū in carcerē traheret̃,qa eius bona nō tanti uęnire poſ
ſent,q̃ti lis fuerat æſtimata,Scipio Naſica de totius familię laudibus accuratiſſima uſus oratio-
ne, conatus ſit eū ꝑiculo eximere. Cęterū tribunis in ꝓpoſito manētibꝰ,ſolꝰ è collegio Gracchꝰ D
eū mitti iuſſerit, quo apparet Scipionē haud ſemel cauſam dixiſſe,alioq nō uideo cur Aphrica
nus Graccho filiā deſponderit, ſi nulla ipſius tribuni opera in cauſa fratris fuiſſet ad id tempus
uſus, niſi quis dicat bis illū pro Scipionibꝰ interceſſiſſe,& quū Aphricano primū dicta eſt dies,
quo merito ille Cornelię ſit cōnubium adeptus:& mox poſt Aphricani interitū, quū Aſiaticus
cauſam diceret. Satis conſtat.L.ipſius bona omnia in publicū à Tribunis redacta,ac diuendita
pręter pauca quæ ad uſum uitæ cognati & clientes illi redemerunt. Sed dum hæc Romæ gere-
bantur,Flaminius conſul Friſinates Ligures pluribus pręlijs uictos in deditionem accepit,qui
bus quum arma adimeret,ſubita defectione in Anginum montem confugere,atq; inde plures
metu diſſipati,alij aliò fuga dilapſi,in deuia abierunt,qui in caſtris ſe tenuerūt à Romanis cir-
cumſeſſi expugnatiq́ ſunt. Inde & Apuani Ligures deditionem fecere. Flaminius,pacata pro-
uincia, ne militē in ocio haberet,uiam à Bononia Aretium uſq; ſilicibus ſtrauit,& Æmylius al-
ter conſul,etenim ambobus eo anno Ligures prouincia dati,uillis diuerſa parte exuſtis,hoſtes
ſe mōtibus tenentes adortus,primo leuibus pręlijs fatigauit, coactos inde in aciem deſcendere
iuſto pręlio uicit. Hiſq́ cis Apenninum geſtis transmontanos ſubegit,armaq́ ademit. Vltimo
pręlio, quod cum ea gente geſſit, ædem uouit Iunoni reginę. Multitudine itaq; ex montibus
in campos deducta,pacatis Liguribus legiones in agrum Gallicum deduxit, uiamq́ à Placen
tia Flaminię commiſſam Ariminum uſq; militari opere communiuit. Cęterum Strabo uiam
à Flaminio per Tuſciam & Vmbriam Ariminum perductam autor eſt, & alteram ab Æmy-
lio ab Roma Bononiam,& inde, ducto prope alpium radices in gyrum circa paludes opere,
Aquileiam uſq; M.Fuluius Romam reuerſus de Ætolis & Cephalenia triumphauit. Prælatæ
currui,preter aliam pecuniam, coronæ aureæ Centū duæ. Signa ænea.CCXXXV,marmorea.
CCXXX.& Cn.Manlius de Gallogræcis triumphum egit Actus eſt triumphus ille aliquanto
tardius, quòd ueritus fuit ne Scipionum exemplo apud tribunos uexaret̃, quod priuſquàm
præda triumpho prælata in ærarium relata eſſet,euenire non potuit. Ferebatur pręterea ab eo
exercitus Aſiatica mollitie corruptus,tum primum lecti ærati,ueſtis ſtragula precioſa, plagulę,
& alia textilia Romę inuecta dicunt̃. Monopodia adhęc,& Abaci,pſaltrię,ſambuciſtrię & con-
uiualia

Qui peculatus cū Scipione conuicti ſint.

Cornelia Graccho locatur.

Scipionum fortunæ à Tribunis concuſſæ.

Via Flaminia.
Via Aemilia.

Prima Ro. luxuriæ rudimenta.

A uiualia ludionū oblectamenta epulis adhibita,& coquus in ꝑcio haberi cœptus. Erantq́ȝ iam
conſules Q. Martius Philippꝰ & Poſthumius Albinus,his q̃ſtio de clandeſtinis cōiurationibꝰ
decreta. Græcus qdā ignobilis aliqt ante annos in Hetruriā uenerat,nō ĳs artibus ꝑditus,qui/
bus gens ipſa omniū erudítiſſima ea tēpeſtate utebatur,& ſacrificulus, ac uates occultorūq́ȝ ſa/
crorū antiſtes,ea noctu multa uini & epularū crapula mulieres maribus mixtæ in abdito cele/ Bacchanalium ritus.
brare,ibi neq́ȝ ætatis ulla,neq́ȝ ſexus reuerentia,promiſcua puerorū ac matronarū ſtupra, ex ea
officina omnia ciuitatis flagitia ꝓmebant. Manarunt ex Hetruria Romā huiuſmodi initia,ma
gnitudoq́ȝ urbis talium malorū capax,diu id ſcelus occultū habuit. Cæterū ſacrorū indiciū ita
eſt ad Poſthumiū delatū. Amabat Hiſpala quædam Fecenia P. Ebutiū adoleſcentem , pupillū
à patre relictū. Hæc enim ancilla corpore quæſtū fecerat,mox libera huic uni animū adiecerat,
ſuſtentabatq́ȝ ſuis opibus,hęredēq́ȝ teſtamento cōſuetudine capta,deſtinauerat. Ebutĳ mater
nouum matrimoniū ſecuta,ne adminiſtratę tutelæ ratio ſibi aliquando reddēda eſſet, ut q̃quo
modo illius indolē ꝓfligaret,mariti impulſu uoto ſe eū Bacchis initiaturā ait. Denūciat id Ebu
tius Hiſpalę,uetatq́ȝ ſimul eā mirari,ſi aliq̃t ſecubet noctes,religionis cauſa id ſe facere, ut Bac/
chis recte initietur. Tū illa dĳ meliora inquit,inde multa ĳs mala imꝓcata,qui id ſuaſiſſent,ſatiꝰ
ſit,inq̃t,tibi & mihi mori,q̃ te officinā illā omniū ſcelerū ſubire, ſemel ſe ſacrariū illud ſuę domi/
næ comitē ingreſſam,at poſtq̃ libera fuiſſet,nunq̃ adĳſſe ampliꝰ,ob ſtupra & alia flagitia, quæ
ibi perpetrari uidiſſet. Docuit adhæcꝙ hoſtia in occulto mactari, ſiquis turpia pati recuſaſſet,
quibus territus adoleſcens, urgenti matri negat ſe uelle initiari. Tum hæc uitricuſq́ȝ irati Ebu/
tiū domo eĳciunt , exprobrātes adoleſcenti meretriciū amorē,quo implicitus , religionis cauſa,
non poſſet paucis ab Hiſpala noctibus ſecubare. Contulit ſe ille ad amicā ſuā Ebutiam, cuius
autoritate adoleſcens rē,ut ab Hiſpala acceperat,ad Poſthumiū conſulē defert. Conſul cū Ebu/
tia locutus,apud Sulpitiam ſocrū ſuam Hiſpalē eodē accerſitā,initioq́ȝ perculſam atq́ȝ pauitā/
tē,impunitatis ſpe confirmatā audiuit. Hic illa ſacrariū illud docuit prius fœminarū fuiſſe , nec
B quenq̃ uirū admitti conſueſſe,inuicem matronas ſacerdotes creari ſolitas. Eſoponā quę fuit ſa/ Bacchanalium indiciū.
cerdos primā uelut dei monitu omnia immutaſſe,eāq́ȝ nouo exemplo uiros initiare auſam,no
cturnū ſacrū ex diurno,& pro tribꝰ in anno diebꝰ,quinos ſingulis mēſibus initiorū feciſſe. Ac
iā inde permixtis cū mulieribus uiris,à nullo flagitĳ genere ceſſatū , pluraq́ȝ inibi fieri uirorū q̃
fœminarū ſtupra:ſiqui minus patientes dedecoris eſſent,pro uictimis immolari,uiros uelut mē
te capta cū phanatica iactatione corporis uaticinari. Matronas Baccharū habitu paſſis crinibꝰ
cū ardentibꝰ facibus decurrere ad Tyberim, demiſſaſq́ȝ in aquā faces,qa uiuum ſulphur cum
calce inſit, integra flamma efferre,raptos à dĳs homines dici,quos machinæ illigatos è conſpe/
ctu in abditos ſpecus abripiant,eoſq́ȝ per hunc modū necari qui facere aut pati nollent turpia.
Multitudinem eſſe ingentem,quæ in id facinus coniuraſſet,alterūq́ȝ ꝓpemodū populū uideri,
bienniōq́ȝ ante inſtitutum nequis maior .xx. annis initiaretur. Captari ætatē ſtupro & errori
inhibendo idoneā. Conſul Hiſpala apud ſocrū locata,& Ebutio in domū clientis ſui miſſo, ſe/
natū docuit,quæ duorum indicio per eos dies cōperiſſet. Patres,quū rei atrocitate,tū periculo ꝑ/
culſi,ædilibus negociū dant,ut antiſtites ſacrorū in poteſtatē redigerent. Triūuiri capitales no/
ctu proſpicerent,ne qui in urbe motus aut cœtus nocturni fierent, Propoſito edicto ne talium
ſacrorum cauſa in urbe,reliquáue Italia conuentus ullus haberetur,magnus terror peruaſit ci/
uitatem. Multi fugā molientes,circa portas nocte quæ ſecuta eſt à uiris triumuiris capti. Multi
etiam uiri fœminæq́ȝ ſibi ſcelerum conſcĳ mortem occupauere . Cōſpiraſſe ſupra ſeptem milia
uirorum fœminarumq́ȝ dicebantur. M. Catinius de plebe Romana,Faliſcus L. Opiternius,&
Ninius Cerinius(Hi erant ſacrorum antiſtites)cum omnibꝰ qui ſtupris aut cædibus uiolati eſ/
ſent,aut teſtimonia uendidiſſent,capitali ſunt ſupplicio affecti. Qui tantum initiati in uinculis Bacchanalium capita necantur.
habiti,mulieres ſtupro pollutæ cognatis traditæ ſunt , & iuſſum ĳs in quorum manu erant,ut
more maioꝝ ſuo arbitrio in illas animaduerterēt. Siqua erat cuiꝰ idoneꝰ ultor nō extaret,publi
ce necata eſt. Conſulibus inde datū negociū,ut Romæ ac tota Italia Bacchanalia diruerēt. Indi
cibus Hiſpalę & Ebutio ſingulis centena milia æris ex publico data,additū ut Hiſpala ingenuo
nuberet,nec fortuna,aut ꝙ q̃ſtū corpore feciſſet,apud uirū noxę illi eſſet,nec apud quēq́ȝ ꝙ ipſi
us indicio fuiſſet in plures animaduerſum,ut Ebutio emerita ſtipēdia eſſent, nec inuitꝰ milita/
ret

ret. Sed dũ Poſthumius erat Romæ in habenda de Bacchanalib⁹ q̃ſtione occupatus, Q. Martius alter conſul in Liguribus Apuanis, ab hoſtib⁹ circũuentus, quatuor milia militũ amiſit, & cũ his aliq̃t ſigna militaria. Saltus in quo ea clades accepta eſt, Martius fuit ad poſteros appellatus. In Hiſpania C. Catinius cũ Luſitanis ꝓlio cõgreſſus, ſex milia hoſtiũ cecidit. Ipſe quũ Haſtã urbẽ oppugnaret, accepto circa muros uulnere, paucis diebus expirauit. Erat in citeriore Hiſpania L. Manlius Acidinus, qui ad Calagurã illis ipſis dieb⁹ ancipiti marte dimicauit. Nec ita multis interiectis diebus iterũ in aciẽ deſcenſum, cæſa ſunt. XII. M. hoſtiũ, duo milia & amplius capta, caſtris potitus eſt Romanus imperator. Per eos dies, quibus hęc ex Hiſpania nũciari cõtigit, Ludi Taurij ſunt Romę biduo celebrati religionis cauſa, eos M. Fuluius Ætolico bello uouerat. Hos Liuius, loco haud multũ diuerſo, Magnos appellauit. Cæterũ q̃cunq; nomine dicẽdi ſint, eo primũ ſpectaculo Romę certarũt Athletę, uenatioq; Leonũ & Pantherarũ exhibita. Triduo hoc anno lapidib⁹ pluit in Piceno, & puer ſemimaris duodecim annorũ repẽte extitit. Galli trãſalpini ꝑ id tp̃s in cãpeſtrem Carnorũ regionẽ trãſgreſſi, oppidũ haud ꝓcul ubi poſtea Aquileia fuit, cõdere ſunt adorti. Legatis ad hoc ipſum ex urbe in Galliã miſſis ſciſcitatum publicó ne conſilio an priuato ea manus alpes tranſcendiſſet: reſponſum eſt neq; id ex autoritate gentis factũ, neq; ſcire ſe ad quid illi patrio eſſent ſolo profecti. Habuit ann⁹, qui ꝓxime ſecut⁹ eſt, cõſules Appiũ Claudiũ Pulchrũ, & M. Sẽproniũ Tuditanũ, q̃bus magiſtratũ gerẽtib⁹ Sipontus colonia deducta eſt ad ſuperũ mare, ad inferũ Buxentũ. Belli cauſę, q̃d eſt poſtea cũ Perſe geſtũ, ſub id tẽpus, & ex hoc q̃d dicã extiterũt. X. legati q ad res ſociorũ inſpiciũdas ex urbe in Græciã miſſi fuerãt, quũ pro Theſſalis Perrhębis & Magnetibus, qui aduerſus Philippũ ſtabant, q̃dam decreuiſſent, libere Macedo eſt queſtus de legatorũ iniuria, auditaq; eius uox eſt inter diſceptandũ, nondũ oĩm dierũ ſolẽ occidiſſe, q̃d hoſtili animo dictũ, non cæteri tantũ, ſed & legati, q à Roma uenerant, unà ſunt interp̃tati, nec ab illo eſt propterea q̃cq̃ mutatum, quũ oĩa alioq conſilia ad bellũ ſpectarent. In Italia L. Manlius ex Hiſpania reuerſus, ouãs urbem ingreſſus eſt, & in Apulia magnus motus ſeruilis fuit. L. Poſthumius p̃tor, cuius Tarentũ prouincia erat, de paſtoribus, q uias latrocinijs inſederant, quęſtionẽ exercuit, ad ſeptẽ milia hominũ condemnauit. In Hiſpania ſub id tempus duo prætores C. Calpurnius & L. Quintius, duobus exercitibus iũctis, in Carpetanis acie uicti, atq; fœde in caſtra ſunt ab hoſte cõpulſi. Vna aduerſa pugna ꝑterriti duces noctu caſtra reliquerũt. Cæſa ſunt in acie ac fugata ad qnq; milia Romanorũ. Dein reparato exercitu ad hoſtem pugnandi ſtudio reuerſi, Tagum duob⁹ uadis copias tranſmittunt. Nam Hiſpani circa fluuiũ caſtra fecerant. Cæterũ Romani priuſq̃ uallum iacerent, confligere ſunt coacti. Pugnabat hoſtis cuneo, qui quũ aliter ſubmoueri non poſſet, p̃tores cum ſuo uterq; equitatu, à lateribus inuecti hoſtem loco ſubmouere, impreſſione q; à legionarijs facta, Barbari cum multa cæde in caſtra rejciuntur. Eques è ueſtigio inſecut⁹ intra uallum tumultuoſe irrumpit, Tum uero Hiſpani totis caſtris cum cęde acti. XXX. circiter milia hoſtium aut cæſa, aut capta ſunt. Signa militaria. CXXXII. uictis adempta: ex Romanis ſocijſq; paulo plus trecenti acie occubuerunt. Equites quorum opera eo prælio maxime enituit, poſtridie armillis à C. Calpurnio donati ſunt. Quintius ſuos catellis & fibulis donauit. Conſules in Ligures profecti. Sempronius uaſtatis Apuanorum agris, prælioq; demum hoſtes uictos montibus deiecit. Appi⁹ Claudius aduerſus Ingaunos aliquoties ꝓſpere dimicauit, ſexq; eius gentis oppida cum multis milibus hominum ui cepit. Creatus eſt ſequenti anno conſul Claudius Pulcher Claudij cõſulis frater, qui totis uiribus, maieſtateq; perſonę quã ſuſtinebat annixus peruicit ut frater, nobiliſſimis competitoribus deiectis, locum obtinuerit. Datus eſt illi collega L. Porcius Licinius: his conſulibus iterum legati miſſi ſunt in Græciam ad res ſociorum componendas. Philippus iuſſus à legatis ut Maronitis libertatem reſtitueret, per Onomaſtum pręfectũ urbis nocte una omnes Romanę factionis uiros occulte interfecit. Ea res ita legatos offendit, ut haud dubie præ ſe ferrent, nihil eorum quæ Philippus feciſſet ſibi placere, & ille ita diſceſſit, tanq̃ non multo poſt rebellaturus. Vnum in mora erat, q; immaturis adhuc uiribus Macedo nunq̃ arma induiſſet. Sed dũ in Græcia & Macedonia ita uerbis diſceptabat, Quint⁹ Næui⁹, cui de ueneficijs q̃ſtio decreta erat, ſupra quatuor milia, partim Romæ, partim foris, ei⁹ ſceleris conuictos damnauit. C. Calpurnius Piſo, & L. Quinti⁹ ex Hiſpania Romã reuerſi triũpharũt

Ludi Taurij.

Gallorum tranſitus in Italiam.

Belli cũ Perſe cauſæ.

Res uariæ in Hiſpania geſtæ.

Luſitanorũ cædes.

C

D

A pharunt,uterq; de Luſitanis & Celtiberis,diuerſis tñ diebus.Erant aũt Romę cenſores L.Va/ leri⁹ Flaccus,& M.Porci⁹ Cato,homo plebeij ſanguinis,ſed tã acri ingenio, ut ipſe ſibi fortunã feciſſe uideať. Nulla illi ars defuit publicæ priuatęq; rei gerendæ, pleriq; eloquentia,alij uirtute militari,ad ſummos honores ſibi gradũ fecere:huic adeo uerſatile fuit ingeniũ,ut ad id unũ qđ ageret,natus uideretur.Strenu⁹ miles,Imperator optimus,peritiſſim⁹ iuris,Orator eloquentiſ ſimus.Quinquagies fere egiſſe dicitur,pro ſe,proq; alijs,aduerſus alios.Orationes reliq̃t q̃plu/ rimas,quippe qui non ſolũ accuſando,ſed reus etiã fatigauit inimicos, quater ac quadragies ac cuſatus,ſemperq; abſolutus,quo cõtigit ut Romanus ſit Demoſthenes ab omnibus ſui tẽpo/ ris dictus.Simultates nimio plures eũ exercuerunt,& ipſe eas exercuit.Nec eſt facile dictu, utrũ illũ magis nobilitas,an ipſe nobilitatẽ agitauerit.Aſperi ingenij, linguę acerbæ & immodicæ li/ bertatis:Rigida in eo innocentia,gratiæ & diuitiarũ cõtempt⁹,etſi ipſi⁹ eſt apophthegma illud, Virorum eſſe rem domeſticã augere,uiduarũ deteriorẽ facere,ferrei prope corporis ad laborẽ, animi adeo uegeti,ut cũ ne ſenect⁹ qdẽ fregerit.Sex & octoginta nat⁹ annos cauſam dixit. In/ de nonagenarius Sergiũ Galbã ad iudiciũ populi adduxit. Vbi fuerit nat⁹ parũ perſpicue tra/ ditur,Tuſculanus tñ fuit genere, Priſcuſq; ab initio appellatus, inde à prudẽtia & animi ſoler/ tia Catonis eſt nomẽ adeptus. Sic enĩ Ro.olim nominabãt,q multarũ rerũ uſum & experiẽtiã callerent.Colore fuit ſubruffo,& glaucis oculis,ut carmẽ in eũ defunctũ teſtať.Porci⁹ hic mor/ dax glaucis ſubruffus ocellis,Interitus hęrebo ſedes non cepit ullas. Multa adhæc continẽtia & æq̃tate utpote qui adoleſcẽs Tarẽti quũ ſub Fabio Maximo militaret, Nearcho Pythagorico familiariter ſit uſus, ex q̃ quũ multa alia audire ſit ſolitus à Platone uſurpata,tũ illud, uolupta/ tẽ eſſe malorũ oĩm eſcã. Patientia & labore cũ ſeruitiorũ certauit turba,q̃diu uillicatus eſt. Rigi/ da ac penè immiti natura, qui ſeruos ſenio cõfectos,aut corpore debilitatos,ut mutas animãtes uenditare cõſueuerit,uelut nihil humanitatis cauſa homini deberet.Sed ut nõ ingrato animo merito habenť, q cũ mutis animalibus emeritis clemẽtius agũt,ut Cimon ille Athenienſis qui

B equas,q̃ tertio uicerant olympia,tumulandas curauit:& Xantippus ille priſcus, qui & ipſe hu/ maſſe dicitur emeritos canes,ita durus & inhumanus ſit merito dicendus,q hominib⁹ ut uaſis calceiſue utať,q ubi longo fuerint uſu attriti,ꝓ re uiliſſima abijciendos putet. Alioqui talis fuit ut grauitatẽ comitate cõdiret,iucunditatẽ terrore.Huius illud eſt, difficile eſſe eã ciuitatẽ diu in/ columẽ fore,ubi pluris piſcis unus q̃uis paruus,q̃ bos uenderet,& Romę uxores uiris impera/ re,qui in cęteras gentes imperiũ obtinerẽt.Eundem trium in tota uita pœnituiſſe aiunt,ꝙ muli eri arcanũ ullũ credidiſſet,ꝙ eò naui ſe uehi paſſus eſſet,q̃ pedibus ire potuiſſet,& ꝙ dies aliq̃ñ una per incuriam inanis effluxiſſet. Græcas literas iam grandis natu didicit,etſi latinos impro/ bare ſit ſolitus,qui Gręca ſtudia mirarentur:ſępe teſtatus tũ Romanos imperiũ amiſſuros,quũ ſe græcis literis dediſſent. Impium arbitrari ſiqs uxorem aut liberos pulſaſſet,quibus p̃ſentibus non minus q̃ ſi ueſtales adeſſent,omni liberiore uerbo abſtinuit. Sed iã plus nimio ſumus, & præter ſtili rationem in hac parte uerſati,q̃q̃ in uno uelut flore hominũ,talis ſit relatio nõ iniu/ cunda. Cenſor itaq; creatus,homo à multis læſus,ac lędendi cupidus,uulgo formidini & terro/ ri ab initio fuit. Septem omnino è ſenatu mouit,& in his L.Quintium Flaminiũ uirum conſu larem,in quem adeo graui eſt uſus oratione,ut ne Titus Quintius eius,ſi tum cenſor fuiſſet,fra trem in ordine retinere potuerit. Caput accuſationis fuit,ꝙ quum ille conſul in Gallia eſſet, in gratiam eius ſcorti,quod ex urbe in prouinciam accerſiuerat, Gallum hominem qui à ſuis ad Romanos cum liberis transfugerat,ad colloquium admiſſum in multorum conſpectu,ut gla/ diatorij certaminis ſpeciem cuius uidendi impudicus adoleſcens erat cupidus,ipſius oculis ſub ijceret,gladio cõfeciſſet, & quod atrocitatẽ ſceleris haud mediocriter auxerat, Romanorum fi/ dem implorãtem. Valerius Antias è cuſtodia eum eductum prodidit,ac ſecuri percuſſum, nec in pueri ſed puellæ gratiam,quam Placentiæ perdite adamaſſet,quæ continuo adhibita teſta/ ta eſſet,ſe humanæ cædi nunq̃ interfuiſſe. Sed Catonis oratio priori opinioni, ut Liuius ſcri/ bit,aſtipulata eſt. Ademit & L.Scipioni Aſiatico equũ,ornamenta,& ueſtẽ muliebrẽ,uehicula & p̃tioſiora mancipia in cenſum referri iuſſit,ut priuata luxuria grauior adhuc eſſet, publicam aquam in priuatum ædificium, aut agrũ influentẽ ademit. Tam triſtis & ſeuera cenſura effecit ut cognomen ſit cẽſoris ex ea re adeptus.Flaccus eius collega molẽ ad neptunias aquas cõſtru/

M.Catonis cenſura.

Catonis elo quentia & mores.

Carmen de Catone.

Cimonis equæ. Canes Xan tippi.

Catonis dicta & facta.

xit,ut populo eò eſſet uia per Formianū. Cato duo atria Muniū & Titiū & Baſilicā fecit. Duæ C
Conſules. hoc anno coloniæ deductę,in Picenū Polentia,Piſaurū in Gallicum agrū. Sequenti anno con-
ſules ſecuti M. Claudius Marcellus & Quintꝰ Fabius Labeo. His rēpublicā adminiſtrantibus
C.Seruilius Geminus in Publij Licinij funere uiſcerationē dedit,& ludi funebres per triduum
fuere,ac ſecundū ludos epulū,in quo quū toto foro ſtrata triclinia eſſent,tēpeſtas cū magnis ꝓ-
cellis orta coegit tabernacula ſtatuere in foro, eadēq; ubi differenauit ſublata,ciuitatē uani ter-
roris ex oraculo cōcepti admonuerunt,ꝙ inter cætera fatidica uates ceciniſſet futurū,ut aliquā-
do in Romano foro neceſſario tabernacula ſtatuerētur. Sed animis ueteri religione leuatis, al-
Prodigia. tera recens iniecta eſt. Per biduū ſanguinē pluit in area Vulcani. Aderant ſub id tēpus Romæ
ab Eumene, & pleriſq; Gręcię ciuitatibus legati,q̄ q̄ſtū de Pilippi iniuria uenerant. Quibꝰ quū
Demetrius eius filius à patre miſſus parū liq̄do reſponderet,ſenatus adoleſcentis cauſa (fuerat
enim diu obſes Romę & ob id uulgo non ingratus)legatos in Macedoniam decernit,qui Phi-
lippo denunciarent,omnia ei integra adhuc eſſe cū populo Romano, Demetrij filij cauſa: da-
ret modo operam,ut quę ſemel ex arbitrio Romanoꝝ in Græcia cōſtituta eſſent, inuiolata ma-
nerent. Cęterùm ea res adoleſcenti in perniciem uertet. Deſciuerant per id tempus Meſſenij ab
Achęorum concilio,Democratis perſuaſu,uiri ob priuatas contētiones Philopœmeni infeſti.
Huius ductu Meſſenij Colonide uicum oppugnabant. Is motus Philopœmenem ex agris ad
opē ſuis ferendam cū modico equitatu exciuit. Liuius ad Coronen occupādam ducem ipſum
profectum ſcribit. Cōmittitur prælīū ad Euandri tumulum,uincunturq; primo concurſu Meſ-
ſenij,qui fuga diſiecti,unius cohortis interuentu collecto à pauore animo,prælium inſtaurant,
hoſtemq; iniquitate locorum in arcto deprehenſum non ſolum fatigant ſed cogunt etiam re-
tro moliri curſum. Cogere interim dux ipſe agmen,ac quacunq; ſe hoſtis inferebat,obiecto cor-
pore ſuſtinebat impetū. Tū ibi cæteris turbatis ipſe lapſu equi ad terram effuſꝰ,quū graui caſu,
tū ætate iam grandi (erat enim ſeptuagenarius recentiq; morbo affectus)penè exanimis iacuit.
Eū hoſtes haud aliter q̄ propriū ducē attollūt reficiuntq;. Pręceſſit fama Meſſenē debellatum D
cum hoſtibus eſſe,captum eorum ducem Philopœmenem. Vix ab initio tanta res credi potuit
inde ubi certiores nuncij affuere,omnis multitudo adducētibus obuiā effuſa eſt, qua ægre ſub-
mota,ante oculos ciuitatis uelut in triumpho ductꝰ,nocte una in ſubterraneo eſt loco aſſerua-
tus. Poſtridie de eo conſultatio tenuit in ſenatu, uicitq; pars pœnæ cupida. Venenū ei mittitur,
Philopœmenis interitus. q̄d intrepide accipiens,miniſtrū interrogauit,an Lycortas uiueret:(erat Lycortas ipſius collega
in prætura)quē ubi cū omni ferè equitatu euaſiſſe audiuit,bene habet inquit,uenenoq; impa-
uide hauſto,haud multo poſt eſt uita extinctus. Et Philopœmenes hūc exitū habuit, quē Gręci
ci ſcriptores in rebus ſuis mirandis immodici,inter clariſſimos externarum gentium duces repo-
nere non dubitant. Fuitq; opinionis huius Polybius autor,Philopœmenis municeps. Cui Li-
uius(quod miror)haud grauate accedit: enimuero haud uideo,cur Hānibali aut Scipioni com-
parandus fuerit is q in Creta latrūculos potiuſq̄ hoſtes fuerat inſectatus,& in Peloponneſo cū
ſemiplenis Achęorū cohortibus,fugaciſſimo tyrāno in urbē cōpulſo, Laconicum agrum eſſet
populatꝰ. Idē Polybiꝰ & Rutiliꝰ eodē āno Philopœmenē Hannibalē & Scipionē extinctos tra-
didere,q̄bus Liuiꝰ de Scipiōe aſtipulat̄. Nā q̄d ad Pœnū attinet,Antiochi opibꝰ fractis,Hāni-
bal ad Pruſiā,ut dixi,Bithyniæ regē ſe cōtulit,ueritus ab Antiocho Romanis traderet̄. Quidā
Hannibalis ars in Gortynijs fallendis. ab Antiocho eū in Cretā ad Gortynios nauigaſſe ꝓdiderūt,ibiq; quū fama eſſet eū ingēs au-
ri pōdus ſecū habere,hoſpitales inſidias ueritꝰ,amphoras inaurato plūbo refertas,in Dianę tē-
plo,uelut ſanctiore loco aſſeruarent̄,cōſtituit. Gortynijs itaq; templū obſeruātibus,Pœnꝰ ueris
opibꝰ occulte in naues trāſlatis,in Bithyniā nauigauit. Eſt in ea terra maritimus uicus,Libyſſa
nomine,ubi Hannibal iā inde eſſe ꝑſeuerauit,haud inerti ocio deditus,ſed aut naues interim,
aut milites inſtruere,aut equos alere,aliaq; in eo ſeceſſu meditari, q̄ à priſtina gloria nō abhor-
reret,q̄n certo inter Pruſiā & Eumenē bello p̄fectꝰ Hannibal Bithynæ claſſi,nouo ludibrio fa-
cile eſt uictoriā adeptus. Hoſtē nauali certamine occupatū,ſubita ui ſerpētiū obiectu,perpulit,
q̄s in fictilibus uaſis cōditos ad hūc uſum habuit. Nec ita multo poſt T. Quintius Flaminiꝰ ad
Pruſiā legatus uenit. Erat enim rex Po.Ro. ſuſpectus,quū ob bellū, q̄d cū Eumene Romanoꝝ
ſocio habebat,tū ꝙ Hannibalē Ro.nomini infeſtiſſimū hoſpitio accepiſſet,acceptū tādiu penes
ſe

A ſe haberet. Siue igitur (nã id parũ pſpicue tradit) Flaminius Pœnũ ſibi petierit, erat enim is il lius Flaminij filius, qui ad Traſimenum lacum fuerat ab Hannibale cum exercitu cęſus, ſiue Pruſias Romanis gratificaturus, ad eum tradendum ſua ſponte animum adiecerit, cõfeſtim à primo eorum congreſſu miſſi ſunt milites, qui Hannibalis domum cuſtodirent. Pœn⁹ qui ab initio regis fidem ut mutabilem habuit ſuſpectam, occultos exitus ad hos caſus circa domum parauerat, & in his ſubterraneos quoſdã, ut tutius quum opus eſſet, declinare poſſet inſidias: ſed regũ imperium nihil inexploratũ habet, quod inueſtigari uoluit, milites ita domũ circũquaq; inſederunt, ut Hannibal effugere conatus, ubi armis omnia teneri uidit, confeſtim uenenum hauſerit, tantũ effatus, Soluam⁹ Po. Ro. diuturna cura, quãdo ſenis mortem expectare longum eſt. Erat iam Hannibal ſeptuagenarius. Sunt qui uenenum annulo incluſum habuiſſe credant. Cæterum ſiue ſub gemma, ſiue alibi fuerit, Hannibal, quod ſatis conſtat, ſic perijt. In quo merito aliquis miretur, tãtam breui tempore in Romana indole mutationẽ fieri contigiſſe, quorum patres Pyrrhum hoſtẽ infeſtiſſimum, lateq; Italiã uaſtantem, domeſtica fraude extingui noluiſſent, in Bithyniam uirũ cõſularem miſerint, ad ſenem & exulẽ depoſcendũ. Sed credibile eſt Romanos nõ tam ob id Hannibalẽ ſublatũ uoluiſſe, quia in præſentia formidabilis eſſet, quã ꝙ de Carthagine euertẽda cõſilium ſenatus agitare cœpiſſet, ne ſuis extremis reb9 Carthaginienſes illius opera uti poſſent, nouũq; molirent̃ bellum, aut illatum propulſarent, atq; ita de eo magis caute q̃ fortiter ſtatuerint. Sub id tempus quo Philopœmenes perijt, ut proximo eſt loco ſignificatũ, Demetri⁹ ab Roma cũ legatis in Macedoniã redijt. Erat is minor natu Perſeo altero Philippi filio, legitimoq; thoro ortus, patremq; liniamẽto oris totũ referebat. Cõtra Perſeus ex pellice, & quia uulgato corpe genit⁹, nullã certi patris notam præ ſe ferebat. Magno itaq; Macedonum conſenſu, Demetrio regni ſucceſſio debebatur. Accedebat & fauor Ro. Po. cui erat ille quã chariſſimus, frequẽtiorq; cum legatis erat quã cum patre, ut appareret uix integrum illi futuꝝ, utrũ duorum poſt ſe regnare uellet: ea res quantũ ſollicitudinis Perſeo iniecit, tantũ illi apud patrẽ peperit odij. Philippus nequã reparãdi belli ſuſpitionem legatis pręberet, exercitũ in Odryſas Dẽtelecos & Beſſos duxit. Philyppopolimq; oppidanorum fuga deſertam pręſidio firmauit, nouũq; ad id oppidum in Derrhopio conſtituit, Pęonũ ea regio eſt prope Erigonũ amnẽ, qui ex Illyrico p Pæoniam fluẽs, in Axium elabit̃, urbem ipſam à nõie maioris filij Perſeida appellari iuſſit. Dũ hęc in Macedonia gerunt̃. Marcell⁹ conſul in prouinciã pfectus, Gallos decreto petebat, qui in Carnis haud pcul inde ubi mox paulò cõdita eſt Aqleia ſibi locũ cõmuniuerant, ſed hi ultro deditionẽ fecere legatis ad id obuiam Marcello miſſis XII. milia armatorũ fuere, quibus nouo oppido iuſſis excedere, arma cõſul ademit, Galli id ægre ferẽtes, legatos Romã miſerũt, qui de cõſulis iniuria quererentur. Hi excuſata agri inopia, qua in Italiam tranſcendere coacti eſſent, ſine cuiuſpiam iniuria dicere, ſe in uacuo ſolo nouæ urbi locũ optaſſe, mox inde migrare iuſſi, quum imperata facerẽt cõſulem arma & quicqd fortunarũ ſibi eẽt abſtuliſſe. Orare proinde ne in ſe innoxios, ac ſpõte deditos acerbi⁹ q̃ in hoſtes ſęuirẽt, Patres increpitis Gallis ꝙ temere aliena occupare eſſent auſi, ad cõſulẽ mittũt qui iuberet res & arma illis reſtitui, ſi protinus abirẽt ultra alpes. Et ſic Galli reb9 ſuis receptis cõtinuo puincia ceſſerunt. Marcellus ex patrũ ſententia bellũ in Iſtros trãſtulit, q negabãt ſe paſſuros coloniã à Ro. ullam ſibi pximã deduci: nam eo anno pręter Parmã & Mutinã, quę in Gallia deductę ſunt, & in Caletranum agrũ Saturnia, & de una in Carnos mittẽda in curia cœptũ erat agitari, q̃ incũbẽtib9 Barbaris opponeretur. Cęterũ Marcellus nulla re memorabili in Iſtros geſta, dimiſſo exercitu, Romã ad comitia habenda redijt. Nec alibi puinciarũ aliqd memoria dignũ eſt eo anno geſtũ, pręterq̃ ꝙ in Hiſpania Terẽti⁹ ptor aliqt pſpa plia, circa Iberũ amnẽ cũ Hiſpanis fecit. Cõſules Romę creati Gn. Bebi⁹ Tãphil⁹, & L. Æmyli⁹ Paulus. Sãguine hoc anno p biduũ pluit Romę in area concordiæ, & iuxta Siciliã iſula una ſubito enata. Hierã fuiſſe Euſebi⁹ ſentire uidet̃. Valeri⁹ Antias hoc demũ anno Hãnibalẽ perijſſe pdidit, T. Quintio Flaminio, L. Scipiõe Aſiatico, & P. Scipiõe Naſica ad eũ depoſcẽdũ in Bithyniã miſſis. Principio ſequentis anni pridie Palilia, q̃ ad XIII. Calẽdas Maias celebrari, ſubita pcella medio die orta, multis ſacris, pphaniſq; locis fœdiſſimã attulit ſtragẽ. Signa ænea in Capitolio deiecit, & forẽ ex æde lunę q̃ in Auentino fuit

Hannibalis exitus

Demetri9 & Perſeus Philippi filij.

B

Galli Italia eijciuntur

Prodigia.

turbine contortã, Cereris tẽplo affixit. Faſtigia adhęc aliquot temploꝝ eadẽ ui deiecta. In pro C
digiũ res uerſa eſt, ac rite ꝓcurata. Martius ex Macedonia reuerſus, docuit ſe in Philippo nihil
obſeruaſſe qđ nõ idẽ eſſet & hoſtile, & ad rebellionẽ ſpectans, quippe q̃ pręter alia multa quę
hoſtilẽ in eo aĩm arguerẽt, oẽm accolarũ multitudinẽ, ex maritimis urbibꝰ in Æmathiã ab eo
traductã. Auxitq́ꝫ præſentẽ inuidiã, ꝙ paulopoſt nunciatũ eſt, queadmodũ Theoxena muli-
Theoxenæ facinus.
er Theſſala, cuius maritũ Philippꝰ interfecerat, quũ ſororis filia à Philippo ad carcerẽ & ludi
briũ depoſcerẽtur, molita mulier cũ pueris fugã, ubi ſe & ſuos uẽturos eſſe uidit in hoſtiũ pote
ſtatẽ, quos fallere nõ potuit, ſibi & pueris mortẽ cõſciuiſſet. Oritur interim inter regis filios diſ-
cordia, quantũ Demetriꝰ Ro. nomini tribuere, tantũ Perſeus obtrectãdo detrahere. Et iã Phi
lippus totꝰ in Perſeũ uerſus, Demetriũ oderat, hunc auerſari, oĩa illi ſecreta credere. Aderatq́ꝫ
tp̃s luſtrãdi exercitus, moriſq́ꝫ apud Macedonas fuit, ut cæſa hoſtia atq́ꝫ dimidiata partibꝰ de
xtra læuaq́ꝫ cõſtitutis, medius exercitus traduceret, ueteriq́ꝫ inſtituto fiebat decurſus, ibiq́ꝫ bi-
fariã diuiſis copijs, Regij iuuenes, q̃ diuerſis agminibꝰ præerãt, ludicri prætextu præliũ ſudibꝰ
cõſerũt. Cæterũ nihil ad iuſtã pugnã præter arma defuerũt, fuitq́ꝫ lõge ſupior pars, q̃ ſub De-
Demetrij & Perſei ſimultas.
metrio erat. Mox inuitatus Perſeus à Demetrio illius cõuiuio intereſſe noluit, tũ uero cũ mul
ta inter iuuenes, ut fit, iactarẽtur, nec tantũ militũ ſed ipſorũ etiã ducũ pſonæ cõferrẽtur, exce-
ptus apud Demetriũ Perſei ſpeculator à iuuenibꝰ triclinio egreſſis male multatus eſt. Tũ De-
metrius, quin imus oẽs ad fratris tricliniũ: ſequũtur euntẽ cũ cętera multitudine, hi q̃ nup ſpe
culatorẽ uerberibꝰ affecerãt, iniuriæq́ꝫ ultionẽ ueriti, occultis armis ſuccincti, ire pergũt. Perſeus
eã criminãdi Demetrij occaſionẽ nactus, obſerari iubet ianuã ipſeq́ꝫ ex ſuperiore parte ædiũ
Demetriũ & comites, ut q̃ ad cædẽ parati uenirẽt, ꝓcul iubet abſiſtere: ibi à Demetrio aliquot
uerba iuueniliter in Perſeũ, ut imbellẽ & timidũ iactata, rẽ magis ſuſpectã fecere. Poſtridie ille
regiã ingreſſus, de capitalibus Demetrij inſidijs abũde multa ad patrẽ queſtus, tantũ inuidiæ
abſenti fecit, ut pro magno negocio habuerit Philippus utrũq́ꝫ audire. Ambobꝰ itaq́ꝫ ad con
ſpectũ ſuũ cõſtitutis, eorũ diſcordiã multis uerbis inſectatus, Agite, inquit, & corã miſero pa- D
tre de criminibus decernite, mox ferro decreturi. Ibi Demetrius uarijs atrocibuſq́ꝫ criminibus
à Perſeo eſt pene obrutꝰ. Qđ Romanũ nomẽ cõplexus Macedoniæ regnũ qđ iure gentis ad
ſe qui maior eſſet, attineret, fratris parricidio occupandũ deſtinaſſet Lõga fuit inde Perſei que
rela, nec magis longa q̃ atrox, quo accidit, ut Demetrius cõſternatꝰ aĩo aliq̃diu ſilentiũ tenue
rit, dolorẽ animi lachrymis teſtatus. Mox ubi ſumptis uiribus fari cœpit, ita cõſtanter & accu-
rate obiecta diluit, ut ſi æquus affuiſſet iudex, neq́ꝫ falſum cogitatę cędis crimẽ, neq́ꝫ Romana
amicitia noxæ illi apud patrẽ fuerit futura. Et in eos quæri poſſe aiebat, qui arma tuliſſe dice-
bantur, quo cõſilio, aut quo autore id feciſſent, & ꝙ Romanũ nomẽ coleret, nõ ipſe, ſed pater
eſſet in cauſa, qui primo ſe obſidẽ, mox & legatũ Romã miſiſſet: nã quod ad ſuũ i Romanos
ſtudiũ attineret, q̃diu apud illos fuit, oẽm à ſe operã adhibitã, ut patri, Macedonũq́ꝫ genti nõ
dedecori, ſed ornamẽto eſſet. Philippus ita eos dimiſit, ut diceret ſe inquiſiturũ in amborũ ui-
tam, obſeruaturũq́ꝫ dicta eorũ ac facta, quo apparuit regẽ Demetrij gratiã cũ Romanis non
ſolũ nõ probare, ſed uehemẽter etiã fuiſſe illi ſuſpectã. Et hæc ſemina eius belli fuerunt, quod
poſtea Perſeus cũ Po. Ro. geſſit, quo uicto, Macedonia ex regno prouincia facta eſt. In Hiſpa
nia per id tẽpus Fuluius Vrbicinã ex Celtiberis captã diripuit, aliquoties hoſtibus media ob-
ſidione circa urbẽ prælio uictis. Nec in ipſa prouincia aut Liguria eo anno eſt memorabile a-
Conſules.
liud geſtũ. Secuti inde conſules P. Cornelius Lentulus, & M. Bebius Tanphilus. Hoc quoq́ꝫ
Prodigia.
anno in area Vulcani & cõcordiæ pluit ſanguinẽ. Lanuuij Iunonis Soſpitæ ſimulacrũ lachry
Aemꝰ mõs.
maſſe ferebatur. Philippus interim exercitu Stobos Pæoniæ urbẽ indicto, ad Aemũ montẽ
ducere cõſtituit, eius uerticẽ aſcẽſurus, ſiquidẽ fama erat, ex ſummo eius iugo duo maria pro-
ſpici, Adriaticũ & Aegæum, & à tergo Iſtrũ amnẽ, quod ad futuri belli rationẽ nõ parũ perti-
nere arbitrabatur. Ex Stobis Demetrio in Macedoniã remiſſo, ipſe cũ Perſeo & toto exercitu
ſeptimis caſtris, ad Aemi radices peruenit. Hinc digreſſus, cũ ijs quos ſibi comites deſtinaue-
rat, montẽ eſt ſcandere adortus. Facilis primo & accliuis eſt uiſus, mox loca edita, & aſcẽſu dif-
ficiliora, & arborũ denſitate opaca, ubi uero iugis propius ſubiere, denſæ nubes adeo omnia
obtexerant, ut illis nõ minus iter, q̃ nocturnis tenebris impediretur. Demũ tertio die uerticẽ
tenuerũt

A tenuerũt, ubi ſub Caniculæ ortũ, ꝙ ſidus media ferme ęſtate orit̃, brumale ſunt ferme frig⁹ experti, qua cœli intemperie, quũ alij omnes, tum rex in primis, ob ętatẽ iam ingraueſcentẽ, uehementer eſt conflictatus. Duas ibi aras Philippus, Ioui unã, alteram Soli conſtituit, ſacrificioq́; dijs perpetrato ad exercitũ redijt Macedo, nihil diuerſum à uulgata opinione inde referens, poti⁹ credo ne uanũ iter ſuſceptũ uideretur, quã quòd fieri potuiſſet, ut duo diuerſa maria tã longis ſpatijs inde eſſet intuit⁹. Ex Æmo ꝓfectus in Medis Petrã locũ nõnihil oppugnatum, acceptis obſidibus, in fidẽ recepit. Cæterũ quũ hic ſederet indicio cõperit, Demetriũ filium ad Ro. fugã moliri, quare eius iuſſu aſſeruari cœptus eſt, nec multo poſt legati ex urbe Roma reuerſi, adulterinas reddiderũt literas, uelut à Quintio ad regẽ datas, quib⁹ deprecatio continebatur eorũ, ꝗ ſecũ Demetrius regni cupiditate egiſſet, nihil eũ aduerſus ſuorũ quẽquã factuꝝ nec ſe eũ eſſe, qui ullius impij cõſilij autor uideri uellet. Hæ literæ fidẽ Perſei criminib⁹ fecere:

Adulterinæ literæ in Demetriũ ſcriptæ

Herodot⁹ Demetrij amiciſſimus uarijs cruciatib⁹ affect⁹, ſine indicio à rege primo necat⁹ eſt. Nec multis inde dieb⁹ interiectis Demetri⁹ ex Aſtreo Heracleã ad ſolenne conuiuium à Dida uocat⁹, cui id negociũ datũ erat à rege, in cœna imprudens uenenũ hauſit, poculoq́; epoto ſenſit extẽplo uim ueneni, obortiſq́; mox paulo dolorib⁹, quũ in cubiculum ſe recepiſſet, patris crudelitatẽ, fratris parricidiũ, & Didæ ſcelus incuſans, à Tyrſi Stubareo & Betreo Alexandro ad eum ingreſſis, tapetib⁹ in faciẽ iniectis, occluſo ſpiritu necatus eſt, quũ annũ uitæ ageret q̃ntũ & uigeſimũ, quinq; annis minor Perſeo. Et Demetri⁹ ſic perijt.

Demetrij interitus

L. Æmylius quum inducias in aliquot dies Ingaunis Liguribuſq́; dediſſet, ut de pace quã petebãt, cõmodius deliberarent, ingenti illorũ exercitu ex improuiſo circunſeſſus, atq; oppugnat⁹ eſt. Sed quũ nec M. Bebi⁹ cõſul, qui tum Piſis erat, ferre poſſet opem, quia exercitũ in Sardiniã decreto patrũ miſiſſet, nec ex Gallia, q̃ bellũ cum Iſtris conflatum eſſet, ſubueniri poſſet, Æmylius copijs, quatuor caſtroꝝ portis uno tp̃e in hoſtẽ eductis, fudit Ligurẽ, fugauitq́; ac caſtris exuit, ad XV. M hoſtiũ cæſa, duo capta dicunt̃, qua demũ clade Ingauni fracti, triduo pòſt datis obſidibus in

Ligures in ditionẽ Ro. uenere

B Romanorum ditionẽ uenere. Grauiſcę colonia ſub id tẽp⁹ deducta in Hetruſcũ agrũ de Tarquinienſib⁹ olim captũ. Fuit hic annus ſiccitate inſignis. Sex cõtinuos menſes nunquã pluiſſe dicit̃. Et libri Numę de quibus in origine urbis, aut certe loco originib⁹ ꝓximo abũde dixi, ſub Ianiculo in agro L. Petilij ſcribæ ſunt reperti. Libri ipſi publice combuſti, q̃ parũ ad religionẽ pertinere crederent̃.

Lib. Numæ.

Fecerat caſtra ꝑ id tp̃s Quintius Fului⁹ Flaccus ad Eburiã in Carpetanis Hiſpanię, q̃ quũ ad XXX. M. Celtiberorũ (quãt⁹ nunquã aliàs ex ea gẽte exercitus) eo conueniſſent, ad duo milia paſſuum ab hoſte cõſedit. Celtiberi, quũ innata ferocia, tũ numero freti, plures dies explicata in conſpectu Romanorũ acie, pugnæ copiã fecere. Cõtinuit ſuos intra uallũ Flaccus de induſtria, inde ubi ſpem fecit hoſtib⁹, fore, ut nihil ab Romanis mouerent̃, noctu L. Aciliũ mittit cũ ala eq̃tũ & ſex milib⁹ peditũ, q̃ circũacto agmine poſt proxios mõtes occulte ſederet, auditoq́; clamore à tergo hoſtiũ caſtra iuaderet. Vbi uero illuxit, ꝓmiſſi ſunt equites q̃ hoſtẽ ad pugnã elicerent, quẽ nunc reſtitãdo, nunc refugiendo ꝓcul à caſtris pertractũ, Flaccus inopinato prælio excepit. Necdũ pugna ſatis cõſerta erat, quũ Acilius illorũ caſtra à tergo occupat, q̃bus ea parte qua certamẽ fuerat contractũ incenſis, ſubitus terror hoſtium animos inceſſit, & Romanis creuit audacia.

Fuluij Flacci ſtratagema

Reſtitit tamen nonnihil Celtiber ſua uirtute nixus. Et iam in ſiniſtro cornu Roman⁹ laborabat, quum ſeptima legio iuſſa laborãtibus occurrere, ſuorũ aĩos firmauit. Qui erãt circa urbẽ, relicta ſtatione ſimul in hoſtẽ ruunt, & Acili⁹ à tergo cũ ſua legione affuit, ita Celtiberi in medio cæſi, tria & XX. hoĩm milia interfecta, quatuor milia & octingẽti capti, ſigna militaria LXXXVII. Cõtrebia ſecundũ ꝓſperã illã Rõanis pugnã dedita eſt, exercit⁹q́; ob aſſiduas pluuias in urbẽ receptus.

Duplex Hiſpanorum cædes

Affuit interim altera ingens Celtiberorũ manus, auxiliũ Cõtrebianis latura, nã de eorũ deditiõe nihil adhuc auditũ erat. Celtiberi Romana caſtra intuiti nuꝑ deſerta, rati ꝓcul inde hoſtes abijſſe, ſoluto agmine ad urbẽ contẽdunt, obſidionis ſolutionẽ gratulaturi. Hic à Rõanis ſubito prælio uelut inſidijs excepti, cum multa ſtrage disiecti ſunt. XII. M. hoc quoq; die cęſa, & quinq; capta cũ duob⁹ & LX, militarib⁹ ſignis. Duab⁹ cladib⁹ Celtiberi paucis dieb⁹ affecti, pręter paucos populos, cætera gẽs in deditionẽ uenit. Et hęc in citeriore Hiſpania eo anno geſta. Diuerſa parte Manli⁹ prætor aliquot ꝓſpera prælia cũ Luſitanis fecit. Aq̃leia, colonia latina eodẽ anno de-

Aquileia colonia

ducta eſt, in eum agrum unde Galli fuerant à Marcello deiecti. P. Scipio Naſica, C. Flaminius, & L. Manlius Acidinus deduxerunt. Tria milia peditum fuere. Aedes Veneris Erycinæ ad portam Collinā dedicata eſt, & Pietatis in foro holitorio. Eam Marcus Attilius Glabrio dedicauit, qui primus Italorum auratam ſtatuam patri poſuit, illi qui Antiochum ad Thermopylas uicit, quiq́ꝫ ædem ipſam in eo prælio uouerat. L. Aemylius de Ingaunis triumphauit, ac tum demum Ligures damnatis armis toties infeliciter ſumptis, pacem in perpetuum petitam impetrarunt. In Corſica per id quoq́ꝫ tempus pugnatum eſt à M. Pinario, Corſiq́ꝫ prælio uicti, obſides dederūt. Et in Sardinia motus ab Ilienſibus ortus, pari felicitate interim opprimitur. Carthaginienſibus hoc anno centum obſides reſtituti ſunt. Au. Poſthumius Albinus & C. Calpurnius Piſo, conſules inde fuerunt. Peſtilentia iam in tertium annum urbem Romam & Italiam uaſtabat. x. uiri Sibyllinos libros ad eius cladis remediū inſpexere. Conſul Poſthumius, nam Calpurnius per eos dies uita deceſſerat, Apollini Aeſculapio & Saluti dona & ſigna inaurata pro ſalute ciuitatis uouit. Et quæ uouit dedit. Eadem de cauſa in urbe & cætera Italia per omnia fora, & conciliabula eſt ſupplicatum. C

Conſules.

## ENNEADIS V. LIBER. VIII.

QVAE Po. Ro. à principio Macedonici belli, quod proxime ſecundum Punicum excepit, intra extraq́ꝫ Italiam xx. ferme annorum ſpatio geſſit, in hunc modum ſe habent. Regnarunt per id tempus in Macedonia Philippus, Antiochus in Syria, qui ambo unus poſt alterū à Ro. bello uicti ſunt, in Aegypto Ptolemæus cognomento Epiphanes, fueruntq́ꝫ horū ætatibus interiecti Plautus comœdiarū ſcriptor, qui inopia preſſus, ſuam piſtori operā locaſſe traditur, quoties ab opere uacuus fuerat fabulam ſcribere ſolitus, in quo genere tantū claruit, ut ſecundas inter id genus ſcriptores ſit pluriū iudicio ſortitus. C. Næuius qui Sedigiti ſententia tertiā in comicis obtinet palmam, eodē tempore Vticæ mortuus eſt, factione nobiliū, ac Metelli in primis ex urbe pulſus. Ipſe ut Varro ſcripſit, anno conditæ urbis quingenteſimo ferme ac uigeſimo, fabulam Romæ edidit, quo anno Spurius Carbilius Togatorū primus, cum uxore diuortiū fecit, eius ſterilitatē cauſatus. Militauit Næuius primo bello punico, quod ipſe eſt poſtea carmine complexus. Vixit cum his Q. Ennius, qui ſeptem annos & ſeptuaginta natus, duodecimū annalem ſcripſit. In Græcia clari fuerunt philoſophiæ ſtudijs eodē tempore Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus, qui ab Athenienſibus Romā miſſi, ad orandam Oropi cauſam (eſt id oppidū in finibus Bœotiæ) oſtentandi ingenij gratia celebri hominū conuentu, in ueſtibulo curiæ ſeorſum diſputaſſe dicuntur, ſcitaq́ꝫ & teres fuit oratio in Critolao, in Diogene modeſta & ſobria, uiolenta in Carneade: hunc quum Porcius Cato in utramq́ꝫ partē de iuſtitia differentē audiuiſſet, curiā ingreſſus, cenſuit Carneadem audiri non oportere, quando eo uiro argumentātē, nō poſſet intelligi ubi lateret ueritas. Cæterū admiſſi auditiq́ꝫ Cecilio, ut Gellius ſcribit, interprete, Statió ne Cæcilio quē Sedigitus Comicorū fecit principē apud Romanos, an alio haud facile dixerim. Qui comœdiā ſcripſit, Q. Ennij, quod ſatis cōſtat, cōtubernalis fuit, unoq́ꝫ anno poſt cū uita deceſſit. In Ianiculo ſitus eſt, ſiue Mediolani, quod plures uolunt, ſiue alibi natus. Erat in Palæſtiua pontifex Onias maioris Oniæ nepos, ut quidā ſcribunt, ad quem Lacedæmoniorū rex Arius literas dedit, quibus illi ſignificauit Laconicis monumentis contineri, Lacedæmonios per Abraamū Iudęorū conſanguineos eſſe. Hortari proinde gentē ipſam, ut quæ Lacedæmoniorū eſſent, pro ueteri neceſſitudine, ſibi communia ducerent. Epiſtola quadrangula fuit figura, ut Ioſephus ſcribit, & Aquila quæ dracone geſtabat, obſignata. Antiochus qui magni cognomen tulit, ſuper cæteras belli clades quibus fuerat afflictus, grauiſſimo etiā tributo, quo pacē à Ro. redemerat, exhauſtus ad ſacrilegiū animū adiecit, exercituq́ꝫ ad Didymei Iouis templū noctu moto, ut id tumultuario impetu donarijs ſpoliaret, finitimorū incurſu cū omnibus eſt copijs oppreſſus, anno ſui regni ſexto & trigeſimo. Seleucus eius filius ſucceſſit, cui Philopatori cognomē fuit. Perijt Antiochus eo fere tēpore, quo Philopœmenes eſt à Meſſenijs necatus. Nec multū inde tēporis interceſſit, quū Philippus rex animi

Plautus.

D

Næuius.

Q. Ennius.

Critolaus. Diogenes.

Carneades.

Cæcilius.

Lacedæmonij conſanguinei Iudæorum.

Antiochi interitus.

A mi ægritudine cõfectus, quòd Demetriũ filium falſis criminib⁹ oppreſſum temere necaſſet, cerneretq́ Perſeũ ſublato æmulo cõtumaciorẽ in ſe factũ, q̃ppe q̃ nõ ſolũ hæredẽ, ſed regẽ iam aperte ageret, capitaleſq́ patri moliret̃ inſidias, iã ſuperſtitis quoq́ filij necẽ aliquãto iuſtius aĩo meditabat̃, quũ fatali eſt morte præuentus: ſatis conſtat ſub id tẽpus quo uita deceſſit, in aĩo habuiſſe, Perſeo ſublato, Antigonũ ſucceſſorẽ regni ſibi ſubſtituere. Et duo clari reges in hũc modũ perierũt. Romæ interea ueſtalis ignis eſt extinct⁹, quod nõ ſine ultione, prodigij loco, expiari cõſueuit. Tribunitia rogatione eſt cautũ, ne q̃s mulierẽ hæredẽ cõſtitueret. Q. Volũni⁹ Saxa tribun. ple. populũ rogauit. Cato Porcius legẽ ſuaſit. In Hiſpania uero Sẽproni⁹ Gracchus præclare bellũ adminiſtrauit. Celtiberoꝝ opib⁹ adeò acciſis, ut trecẽtæ illoꝝ urbes ab eo euerſæ ſint, ſi Polybius uerus eſt autor, cõſtitutũ inibi poſt uictoriã ab ipſo uictore oppidum Gracchoꝝ, ut rerũ in ipſa terra geſtarũ, clarũ eſſet poſteris monumẽtũ.

Gracchus CCC. Celtiberorũ urbes euertit.

Pari ſucceſſu Vaccei & Luſitani, Poſthumij Albini procõſulis ductu armis ſubacti, eſtq́ p id tempus aduerſus Sardos bellatũ, & in Iſtros in Liguria aliquãdiu, cæterũ parũ memorabili euẽtu. Perſeus, q̃ bellũ à Philippo patre magna ex parte cõparatũ acceperat, ut infeſto erat animo in Romanos, iam inde ex quo regnare cœpit, ad id exequendũ totã mentẽ & animũ adiecit. Pleriq́ illi reges populiq́ ex Barbaris accolis, ac ferociſſimi q̃q́ aderãt, & in his Scordiſci.

Scordiſci

Fuerũt Scordiſci Galli q̃ Brẽnonis ductu Delphos oppugnauerãt. Perpetrato ſacrilegio alij ex eo comitatu in Macedoniã, nonnulli in Galliã ut in pacatũ abierũt, & ex his nõ parua man⁹ inter eundũ ad Danubij & Sabi cõfluentẽ cõſedit, q̃ ſe Scordiſcos dixere. Tectoſagorũ multitudo, quod nõ multũ diuerſo ſermone tradit̃ ab eo q̃d de euẽtu Delphicæ oppugnationis alio eſt à me loco memoratũ, cũ Delphica præda Toloſſam reuerſi (ea tum ciuitas totius gẽtis erat caput) graui peſtilentia excipiunt̃, qua oraculo defuncturi omne argẽtũ & aurũ ſacrilegio q̃ſitũ, in Toloſſanum merſerũt lacũ. Id nõ paruo annorũ interuallo, Q. Cæpio cõſul, quũ in Gallia bellaret, ſuſtulit. Cẽtum & x. milia põdo auri fuiſſe dicuntur, Argẽti q̃nquagies centum milia. Trogus

B eſt autor: q̃ res ipſi duci & exercitui excidio fuit. Tranſijt inde Toloſſanũ aurũ in puerbiũ, uelut res infauſta habentib⁹. Et Ro. Cimbrici belli tumultu id factũ publice expiatũ crediderũt.

Aurum Toloſſanum.

Nec Tectoſagi diu inde q̃euerũt, quin prædæ illecebra adducti, domo iterũ pfecti, ſpoliatis Iſtris in Pãnonia cõſederũt.

Tectoſagi. Iſtri populi

Credunt̃ Iſtri à Colchis oriũdi, & ab Æta rege miſſi, q̃ Argonautas & ipſum filiæ raptorẽ Iaſonẽ ſeq̃rent̃. Hi famã hoſtiũ ſecuti, ex põto Iſtrũ primo ingreſſi ſunt, ex Iſtro in Sabũ, obſeruatis inde fugiẽtium ueſtigijs, naues p iuga mõtiũ in Adriã trãſuehũt. Mox hoſte nõ repto in Cherroneſo, haud pcul Aq̃leia, incertũ, regis ſæuitiã ueriti, ob puinciã parũ feliciter nauatã, an lõgioris nauigatiõis tedio, cõſederũt, ſeq́ à fluuio Iſtro, quẽ maxime nauigarãt, Iſtros p Colchis dixerũt. Id ppi⁹ uero eſt, quã q̃d Nepos Corneli⁹ pdidit ab eo Iſtros nũcupatos, q̃ Iſtri fluminis pars in Adriã corruit̃. Pli. de Colchis Trogo aſtipulat̃, q̃ Polã urbẽ q̃ in ea eſt terra, ait Colchoꝝ eſſe oppidũ. Sollicitabãtur ſup hos à Perſeo ad Ro. bellũ & Daci, & Gethæ olim dicti, Trog⁹ Getharũ ſobolẽ eos eſſe tradidit.

Daci. Gethæ

Circa Iſtrũ ad ſeptẽtrionẽ gẽs ipſa põtũ accolit, tã ſeuera militia, ut quũ aduerſus Baſternas ſemel male dimicaſſent, Oloris regis iuſſu coacti ſint tãdiu uxoribus miniſtrare, & ſomniũ capturi obuerſis in imas ſtibadij patres capitib⁹ cubare quoad bellica uirtute eam ignominiã deleuiſſet. Iã & Cothus rex Tracũ, & Gẽti⁹ Illyrioꝝ, p Macedõe ſtabãt. Sollicitati & Carthaginiẽſes ubi noctu auditi in curia Macedonũ legati. Græciæ quoq́ ciuitates nõnullæ ſunt ſuſpitiõe aſperſæ, uelut ad Macedonẽ defecturæ, Plutar. Baſternas q̃ ad Iſtrũ habitãt gentẽ Gallicã & Illyrios per Gẽtium Perſeo cõciliatos ſcribit.

Baſternæ

Nec ex profeſſo adhuc hoſtis erat Perſeus. Cæterũ Eumenes rex de ipſi⁹ iniuria Romæ queſtus in curia, cauſa fuit cur illi bellũ ſit indictũ. Publi⁹ Licinius Craſſus cõſul, cui ea prouincia euenerat, cũ exercitu in Macedoniã tranſmiſit, atq́ in Theſſalia poſt aliquot expeditiões equeſtre præliũ, pſpere, ut Liuius ait, cũ hoſte depugnauit. Plutarchus Romanos prælio uictos ſcribit, duoq́ milia & ampli⁹ Licinianorũ cæſos, ſexcẽtos uiuos in hoſtiũ poteſtatẽ ueniſſe. Pari inde Macedonũ ſucceſſu, Romanã claſſem quæ ad Oricũ ſtabat ex improuiſo oppreſſam, uigintiq́ nq́ onerarias cum quibuſdã alijs ad bellũ inſtructis interceptas. Hoſtiliũ præterea per Theſſaliã irrumpere conantẽ inſtãdo Perſeus terruit, ut acie congredi non ſit auſus: & q̃q̃ Romano hoſtis bello eſſet implicit⁹, impetu in Dardanos auer

ſo,ad decẽ milia eius gẽtis uno prælio peremit Romæ per id tẽpus, quo in Macedonia armis C
Fuluij dementia.
cũ Perſeo diſceptari cœpit,quũ Fuluius Flaccus Cẽſor marmoreas tegulas ex templo Laciniȩ Iunonis Romã deportaſſet,ut his ædẽ à ſe dedicandã integeret,parũq; iã inde mens illi cõſtare uiſa eſſet,patria ſuperſtitiõe ſenatus perculſus,id tegumenti genus in priſtinũ locũ publico decreto reſtituit. In Ligures quoq; & Corſos eodẽ tẽpore eſt nõnihil bellatũ. Prætorij adhȩc quidã uiri dãnati,ꝙ auarè nimis & crudeliter prouincias adminiſtraſſent. Pari iniuria Græcæ quædã urbes à P. Licinio crudeliter ſunt direptæ,quæ res adeò mouit patres, ut ij qui ſub corona uænierãt in libertatẽ eorũ decreto reſtituti ſint,ac domũ remiſſi. Miſſus inde ad Perſicũ
Qu. Martius in Macedoniam mittitur.
bellũ Qu. Martius Philippus cõſul,qui per Aſtrudẽ paludẽ Macedoniã ingreſſus, qua minime Perſeus rebatur,tantusq; inopinato hoſtiũ ingreſſu illi terror iniectus eſt, ut uelut ſibi minus cõſtare cœpiſſet, pecuniã in mare mergi iuſſerit,ne periret,claſſemq; incẽdio abſumi,ne
Perſei inſania.
ab hoſte incẽderetur. Eratq; Macedo in hoc metu,quũ Ca. Anitius prætor(apud quoſdã,L. pro Caio reperio)in Illyricũ miſſus celeritate penè incredibili bellũ cõfecit. Genthius uno prȩlio uictus cũ matre,uxore,& duobus liberis ultro in Romanorũ poteſtatẽ uenit,triginta dierũ ſpatio in ea puincia debellatũ. Prius Romæ cognitũ eſt hoſtẽ cũ ſuis captũ, ꝗ bellũ inchoatũ crederetur. Florus autor eſt Loſcordã caput gẽtis captã à Romanis ac deletã. Sub id tẽpus Romæ Paulus Æmylius cõſul creatur,cui extra ſortẽ Macedonia puincia data eſt. Nã cũ Perſeo adhuc integrũ bellũ erat,qui magna officiorũ frequentia domũ reductus, in magnũ uictoriæ
Omen Aemylij.
omẽ incidit. Erant Aemylio plures liberi,& in his Tertia admodũ puella, quã plorantẽ pater intuitus,ab ea quid fleret ſciſcitatur,tũ illa, mortuus eſt,inquit, Perſeus(id nomẽ erat catello, quẽ puella in delitijs habuerat,ac tũ forte extinctũ ubertim cõplorabat) arripuit ea uerba Aemylius puellãq; exoſculatus,accipio,inquit,filia omen. Nec ita multopoſt ad bellũ proficiſci-
Perſei auaritia.
tur,in quo cõficiendo incredibili eſt felicitate uſus. Sed nihil æque ac Perſei auaritia ad uictoriã profuit,qui nõ multo prius ꝗ Paulus in prouinciã ueniſſet, decẽ milia Baſternarũ equitũ, ac totidẽ auxiliariũ, quia eorũ præfectus exiguã quandã ab eo pecuniã petijſſet in ſtipendiũ,à D ſe dimiſerat,res auro & nõ aurũ rebus emi opinatus. Modicæ itaq; pecuniæ parcens,ſe, filios
Baſternarũ ars.
& regnũ prodidit. Erant Baſternæ uiri nõ colendo agro, nõ paſcendo pecori, ſed militaribus ſtudijs dediti. Vnũ opus,unamq; artẽ norant,pugnare & uincere. Supererant tamen Perſeo copiæ haud cõtemptibiles,quatuor milia equitũ,peditũq; in phalangẽ redactorũ quadraginta milia,quibus copijs fretus ad Olympũ montẽ fecit caſtra,ratus fore, ut bellum de induſtria trahẽdo,Romanũ conſulẽ rerũ omniũ inopia laborantẽ fatigaret. Erat ob hȩc hoſtis Romano militi formidoloſus, quẽ metũ ut uanũ inſectatus Aemylius, edicit parati ſint,ut quoties in Perſeũ mouere uellet,nulla in milite mora eſſet,& q̃a incõmodè Romani ad Olympũ pro-
Aemylij prudentia.
greſſi aquabantur inter littorales aquarũ ſcaturigines,faciẽ mõtis cõtemplatus conſul,quæ uirenti ueſtiebatur ſylua,ex eo occultos laticũ meatus ſubeſſe ratus, circa eius radices haud uno loco uaſtos effodit lacus, quibus aqua uelut uiuis fontibꝰ affluente cõtinuo aquãdi copia militi facta eſt. Fuerunt quod ad fontiũ origines attinet qui crederent neq; aquarũ fontes, neq; cõceptos lacus ſub ijs locis eſſe unde fluerent,neq; eruptionẽ eã uideri liqueſcẽtis materiæ, ſed generationẽ & concurſum ad ipſas ſaturigines fieri, denſitatẽq; atq; humiditatem liqueſcere in cauernoſis & frigidis terræ locis,uelut in conceptaculis muliebriũ mammarũ,quæ non ſint uelut uaſa lactis fluere parata,ſed nutrimento in illa corriuato iac generent & emittant:ſic frigida & cauernoſa loca terræ nõ conceptã aquã cõtineant, & quaſi ex præparato quũ aperiun-
Speculatio de aquarũ uenis.
tur effundant,ſed ſpiritũ & aërẽ denſando,premendoq; in aquã cõuertant, ut ubera,quæ magis reſoluuntur,quũ ſunt manu agitata. Prȩbuerunt qui in hac ſententia fuere,materiã ambigendi,& recte,an ſanguis ſit inanimantibus uenis uelut conceptaculis incluſus,an ui cuiuſdã ſpiritus,carniſq; mutatiõe generetur,ut ad uulnera,tanq; ad effoſſos lacus decurrat. Sed huiuſmodi opinionẽ flumina ſub terrã pleno alueo decurrentia, ut uanã redarguunt. Fuit itaq; plures dies in utroq; exercitu uelut ex cõpoſito quies,mox uero factꝰ certior Æmyliꝰ,unũ ſibi locũ relictũ,per quẽ ad hoſtẽ aditus pateret,eumq; ob aſperitatẽ ipſam non aſſeruari, qui eũ
Olympi mõtis ſitus.
ex improuiſo occuparent,occulte miſit. Aſſurgit parte ſui Olympus in tantã celſitudinẽ ut à ſummo iugo ad imum perpendiculo x. ſtadia & amplius Xenagoras geometrica ratione col-

legerit

legerit. Teſtabatur id epigramma in tẽplo Pythij Apollinis, ita conſcriptum. Olympi uertex
A ex qua parte eſt Apollinis Pythij templũ, altitudinẽ habet ad ſubiectum examuſſim x. inte-
gra ſtadia, & unũ plethro min⁹ quadrupedali. Xenagoras Eumeli filius menſuram poſuit, cæ
teri geometriç artis periti, neq; montis altitudinẽ, neq; maris profunditatem x. ſtadia excede- Aemylij ſtratagema
re arbitrati ſunt. Sed quoquomodo res habet, Aemyli⁹ Scipionẽ Naſicã & Fabiũ ex filijs na-
tu maximũ, q ad id facin⁹ obeundũ ſuã ultro operã polliciti ſunt, ad locũ occulte occupandũ
cũ parte copiarũ ire iubet, q ut hoſtẽ cõmodius fallerent, ad mare conceſſerunt, uelut nauibus
aliò traiecturi. Nocte q̃ ſecuta eſt, Naſica cum lecta manu occulte montẽ circuire cœpit, reli-
cto Fabio ad litt⁹, nequa hoſtib⁹ ſuſpitio moueret. Reſciuit interim Cretẽſis transfugæ indi-
cio Perſeus, qd à Romanis pararet̃, ſubitoq; Milonẽ Macedonẽ cũ xii. milib⁹ hoim ad iugũ
inſidendũ celeriter dimiſit. Polybi⁹ Milonẽ & q cũ eo erãt dormiẽtes à Romanis ſubito acceſ-
ſu oppreſſos, ꝑdidit. Plutarch⁹ Naſicã, q gerẽdç rei ꝑfuit, ſecut⁹ atrocẽ cum hoſte pugnam cõ
miſſam autor eſt. Iugo à Romanis trãſcenſo rex turbat⁹ retro ad Pydnã mouit caſtra, ibiq; Pydna
cõſilij anceps pugnaret ne acie, an exercitũ ad præſidia urbiũ dimitteret, amicis ad prçliũ hor-
tantib⁹ fortunã conſtituit experiri, locũq; ad phalangem explicandam idoneum circa Aeſo- Aeſon & Leucus fluuij
nem amnẽ, & Le cũ delegit. Aemyli⁹ iũctis cũ Naſica copijs hoſtẽ è ueſtigio ſecut⁹, ubi in cõ
ſpectũ uenit, cõtẽplatus Macedonũ multitudinẽ, & ſi Naſica recẽti uictoria autor erat pugnç
capeſſendç, militẽ tamẽ metari iuſſit, ueterũ ducũ errata documento ſibi eſſe dictitans, ne ex
uia cum inſtructa hoſtiũ phalange de ſumma rei decerneret. Nocte igit̃, quæ proxime ſecuta
eſt, luna ſuo repẽte defecta eſt lumine. Attulit ea res multũ formidinis & terroris Macedoni-
bus, nec Ro. interim & ipſi liberi religiõe erant; quippe quib⁹ talis deliquij cauſa parum uulgo
adhuc nota eſſet. Hinc accidit ut tinnitu æris milites patrio more facibusq; in cœlum iactis, Sulpitius Gallus
ſideris lumẽ reuocare conati ſint. Conſul Sulpitio Gallo qui in ipſis caſtris militabat, in con-
cionem producto (erat is cœleſtiũ rerũ ea tẽpeſtate Ro. longe peritiſſim⁹) defect⁹ rõne expoſi-
B ta, ſiqs timor militũ aĩos inceſſerat, facile excuſſit. Liui⁹ id futurũ aliquãto antea ab Aemylio
militibus denũciatũ ꝑdidit, quo min⁹ illi ſub ipſum pugnæ tẽpus rẽ nõ adeò uulgatã expa-
ueſceret. Erat Aemylius, ut idẽ autor prodidit, talis diſciplinæ nihil ignar⁹. Sed ut multa erat
religione, ſacrificulaq; natura prædit⁹, ad primũ Lunæ defectũ xi. illi tauros mactauit, inde
prima luce Herculi ſacra faciẽs, uſq; ad uigeſimã primã hoſtiã litare nõ potuit, mox & Heca-
tõben uouit. Acie deinceps per primores inſtructa, ipſe declinationẽ ſolis expectãs, ne ſuis im
pedimento eſſet, tabernaculo adaperto uſq; ad nonam diei horam cunctat⁹ eſt. Præliũ inde
ex cõpoſito exortũ infreni equo in hoſtẽ immiſſo. Alij facto in Ro. pabulatores à Macedoni
bus impetu, dum plures ſuis laborantibus hincinde opem ferunt, totis utrinq; uirib⁹ concur
ſum prodiderunt. Nunq̃ Romani ad id tempus cũ tam ualido Macedonum exercitu confli-
xerant. Pugnabãt Thraces in prima acie proceritate corporum inſigni, nigra tunica amicti, al
bis & lucentib⁹ ſcutis, enſes dextra manu quatientes. Proximi mercenariorũ agmen uarijs ar-
mis inſtructũ, Macedonica phalãx iũcto ſtetit loco, auratis armis, ſagisq; rutilãtib⁹ fulgens.
Incutiebat ſpectantib⁹ horrorẽ acies ſole percuſſa, collesq; & ualles, ꝓpiquæ terrifico clamore Acierum concurſus
reſultabãt, tãtoq; à Barbaris Thracib⁹ ardore eſt dimicatũ, ut eorum cadauera ad duo ſtadia
Ro. caſtris propinqua ſint reperta, ſed cum Macedonica phalãge omnino plus negocij fuit:
qppe q̃ nũc ſariſſis clypeos refringebat, nũc uelut ſigno dato peltis & gladio uſa Romanã ſub
mouebat aciẽ. Circuibat ſuos aperto capite Aemylius, & quã plus ꝑiculi & laboris erat rẽ uo-
ce & auxilijs iuuabat. Perſeus ſub ipſum ꝑlij tp̃s metu ꝑculſus, in ꝓximã urbẽ cõceſſit, uelut
Herculi, ut Polybi⁹ ſcribit, ſacrificatur⁹. Poſſidoni⁹ qdẽ q rei gerẽdæ interfuit, atq; bellũ ꝑ ſcri-
pſit, Perſeũ eq̃no calce pridie q̃ pugnaret̃ ictũ ꝑdidit, etſi grauiter haberet, prohiberet̃q; à ſuis
ꝑlio itereſſe, miſcuiſſe tñ ſeſe inermẽ phalãgi, eiuſq; lat⁹ Ro. pilo leui uulnere cõfoſſũ. Tẽta- Aemyli⁹ ſuos circuiẽs.
uit interim Saus pelignç cohortis ꝑ̃fectus phalãgẽ ſoluere, cõiecto in confertos hoſtes ſigno,
ꝙ quũ Peligni ꝑtinacius repeterẽt, in crebra ſariſsarũ uulnera ruentes, cum magna cæde retrò
pulſi ſunt. Is hoſtiũ ſucceſsus effecit, ut Romana acies paululũ loco ſubmota ſit, qđ Aemyli⁹
intuitus, præ nimio dolore ſibi ueſtem ſcidit. Cçteꝝ media afflictatiõe cõſpicatus phalangem
haud totam ſibi cohçrere, ſed loci natura, & dimicãtium inſultu, q̃buſdã uelut interuallis pu

 gnare,

gnare,continuo ſpatia illa à ſuis occupari iubet,ac pluribus ſimul locis manũ conſeri.Ibi Ma cedones tranſuerſo pilorũ iactu, gladioq́ꝫ cõminus cõfoſſi,quũ ſibi inuicẽ auxilio eſſe nequi rẽt,ſoluto ordinis robore cũ multa cæde & ſtrage,tota planitie acti ſunt.Trogus autor eſt, M. C

Catonis indoles. Catonẽ Porcij Catonis filiũ atq́ꝫ Æemylij generũ, adoleſcentẽ alta indole, medio ardore pugnæ dimicantẽ,quũ equo lapſum denſa hoſtiũ manus circunſtetiſſet,in pedẽ mira corporis agilitate erectũ,obiecto ſcuto,ferrũ cõminus uibraſſe,ibiq́ꝫ ſtrage edita gladiũ manibus excuſſum,ꝑ denſos hoſtiũ mucrones,aliquot interim uulneribus acceptis,repetiſſe. Plutarchus excuſſum ait manibꝫ enſem, aliquotq́ꝫ ex cõmilitonibus ad ſe clamore cõcitis, ex medio hoſtiũ cuneo repetere auſum, uerũ quoquomõ res acta eſt egregius adoleſcẽs egregiũ uirtutis opus præſtitit,à nona diei hora ad decimã pugnatũ.Breui enim uictoria parta eſt:quinq́ꝫ & xx.milia hoſtiũ cæſa,alij xx.milia ſcribũt.Ex Romano exercitu centũ nec amplius.Miles uictor,quũ hoſtẽ decima hora pulſum lõgius ſequi ꝑſeueraſſet, ſub noctẽ in caſtra reuerſus eſt.Et iã oẽs redierãt præter Aemylij imperatoris filiũ.Is quũ nuſq́ꝫ exiſteret,nõ ſine luctu & mœrore à patre requirebatur, deploratãq́ꝫ iam propemodũ erat eius ſalus, quũ ille ad altam noctẽ tribus dũtaxat comitibus,multoq́ꝫ hoſtiũ cruore reſperſus,in caſtra redijt, quippe q lõgius q̃ cæteri

Scipio Aemylianus. fugientẽ hoſtẽ fuerat inſectatus.Is ille Aemylius eſt,q poſtea Scipionum familię adoptiõe inſertus,Carthaginẽ & Numantiã deleuit.Perſeus paucis equitibꝫ comitatus, ex Pynda Pellã uenit,ex Pella cũ duobus amicorũ & Euãdro Cretẽſi,paucisq́ꝫ militibꝫ, quos ut fideliores fugæ comites haberet,uaſa aurea diripiẽda dedit, Amphipolim primo, mox Alepſum ꝓfectus eſt.Ibi partim precibus partim ui auro Cretẽſibus erepto,qđ nuper illis dono dederat,in Samothraciã q̃ cõtra Iberi oſtiũ iacet,traiecit.Ibi ſe tẽplo,uelut Aſylo quodã, aliq́ꝫdiu tenuit.In

Præſagia uictoriæ. terim Macedonia biduo fere tota in Romanorũ poteſtatẽ cõceſſit. Florus eodẽ die quo Perſeus uictus fuit,Romã duos equites uictoriæ nũcios ueniſſe autor eſt,q ad Iuturnæ lacũ cõſpecti ſint recẽti cruore reſperſi,creditũq́ꝫ Caſtor & Pollux q ea i acie ꝓ Romanis ſteterint.Valerius P.Vatinio Reatinæ ꝑfecturæ uiro duos iuuenes obuiã ueniſſe ait albis equis ſedẽtes, qui D nũciarint pridie illius diei Perſeũ ingẽti prælio uictũ.Id Vatinius quũ ſenatui indicaſſet, quaſi contẽptor maieſtatis primo ſit in cuſtodia habitus,mox nũciata uictoria,qui Pauli literę nuncio reſpõdiſſent,uinculis liberatũ,publicoq́ꝫ agro & militiæ uacatiõe donatũ.Plutarchus quatriduo,q́ꝫ pugnatũ erat,ludorũ die,rumorẽ incerto autore totã caueã perſuaſiſſe ait, Macedonas ab Æmylio uictos,populũq́ꝫ ſedentẽ ingẽti lætitia exultaſſe,poſteroq́ꝫ die famã illã, quũ nullꝰ certus extaret autor,ꝓ uana reſediſſe:poſtremo certiorẽ nuntiũ ſecutũ,q quũ oĩa palã feciſſet uulgo creditũ præſagiũ illud fuiſſe ꝙ priuſq́ꝫ nũciata eſſet po.Ro. ſuæ uictoriæ applauſiſſet,qđ lõgo poſt tpe Antonio in Germania uicto,accidiſſe cõſtat.Perſeus poſtq́ꝫ Gn.Octauius ab Aemylio miſſus in Samothraciã uenit,nec templũ uiolare auderet, q̃ ſe Macedo ue

Capitur Perſeus cũ uxore & liberis. lut ad aſylũ cõtulerat,fugã meditatus,cũ Oroande quodã Cretẽſi qui littoribus lembũ appulſum habebat,ut ſe occultiſſime inde aſportare pactus eſt.Ille uero Cretenſi arte uſus, Macedone cũ ſuis in littore relicto,in altũ cũ tota gaza abijt.Tũ Perſei filij circa mare capti,cauſa fuerũt,ut pater ultro ſe Octauio permiſerit,qui ad Aemyliũ perductus,adeò infra regiã maieſtatem ſeſe ad illius genua miſerabiliter dimiſit,ut conſul qui multa alioqui ueneratione illũ fuit excepturus,turbato uultu dixerit.Quid ita Perſeu fortunã crimine liberas,ut nõ præſenti,ſed ſuperiore fortuna indignus uidearis?quid ita te gerens noſtrã uictoriã deformare pergis?magnã fert ſecũ reuerentiã,uel apud hoſtes,cadentiũ uirtus, ut ignauia in ſumma etiam fortuna contemptũ.Atq́ꝫ his dictis illum attollẽs,Tuberoni genero tradidit, inde multa cũ filijs & amicis de uolubilitate fortunæ locutus,Macedoniã documento mortalibus eſſe affirmans,q́ꝫ pa

Aemylius aurũ ſpectare noluit rũ in hũanis rebus fidere oporteat.Inde ad regni ſtatũ ordinandũ cõuerſus,urbes & populos dimidio ſtipẽdio leuauit,qđ regibꝫ ſoluere cõſueuerãt, Aurũ regiũ ne ſpectare quidẽ uoluit, ex regũ Bibliotheca libros quoſdã filijs,literarũ ſtudioſis,deligere permiſit. Inde epulũ & cœnas eximia comitate & diligẽtia ſuis & prouincialibus dedit,eiuſdẽ eſſe animi prædicans,& aciẽ & conuiuiũ bene inſtruere.Illam ut formidoloſus ſis hoſtibus, hoc ut amicis gratus in militibus donandis. Aelio Tuberoni genero ſuo Phialam quinq́ꝫ talentorũ dono dedit,idq́ꝫ argentũ primũ in eam familiã deuenit, quum ad id tempus ita pauper fuiſſet, ut Tubero cum quindecim

A quindecim eiuſdē cognationis,modicis ędibus,paruoq́ʒ fundo uixiſſet.Paucis inde diebꝰ interiectis,decreto patrū militibus per partes in prædā alterius rei prætextu dimiſſis,ſeptuaginta urbes eius gentis uno die hoſtiliter diripuit,omni prius auro cōmuni & priuato in publicū per ciuitatū principes redacto.Cētū xx.milia hominū una hora capta dicunt̃.Plin.duas & ſeptuaginta urbes haud direptas tantū,ſed uēditas etiā ab Æmylio uno die ſcripſit.Ex tāta oppidanorū uaſtitate.xi.duntaxat Drachmæ militi datæ p̄dæ nomine,quæ res tantū omnium animos offendit,ut uelut præda ab ipſo duce fraudati eſſent,adeo illū Romā reuerſum ſunt criminibꝰ inſectati,ut occaſione inde ſumpta Sergius Galba,qui tribunꝰ militū ſub Aemylio fuerat,eū ad populū criminatꝰ in cauſa fuerit,ut tribubꝰ ad comitia uocatis,prima earū ꝙ ſuffragia inījt,triūphū illi denegauerit.Eā iniuriā patres & magna pars populi iniquo animo ferētes,cū Tribuno plebis agūt,ut tātiſper cēturias à ſuffragio remoraretur, quoad aliquis pro Aemylio diceret.Ibi M.Seruiliꝰ uir conſularis qui ter ac uicies ex ꝓuocatione hoſtē proſtrauerat,in mediū ꝓgreſſus,Qualis fuerit Aemylius imperator uel ex hoc ipſo intelligo,inquit, ꝙ militē tā improbū ſortitꝰ,res geſſerit ampliſſimas.Sed non tam hoc miror(uicit eīm ſæpiꝰ cōſiliū & prudētia ducis quā militaris ferocia)quā illud nō poſſum nō ſatis mirari,ꝙ populꝰ Ro. ꝗ ob res in Illyrico &Hiſpania geſtas,ijs qui eas geſſerūt ſummo ſtudio triumphū decreuerit, Aemylio qui oēm Alexādri & Philippi gloriā,cum eorū progenie captiuam Romam duxerit,tāquā res parua ab eo ſit geſta eundē honorē deneget.Ergo Perſeo nuꝑ uicto,dijs immortalibus à tota ciuitate ſupplicatū eſt,is cuiꝰ noīe honor eſt dījs habitus,militari inuidia, honore fraudabitur?uſq; adeo ne,inqt,corrupta eſt militaris diſciplina,ut Sergius Galba,hō nitida cute,& corpore ꝓpter urbanū ociū molli,& ꝗ nūquā uulnus in prælio accepit,de fortitudine & ignauia impatoris apud Po.Ro.uerba facere audeat,aduerſus eos qui uulneribus honeſte acceptis attritū pectꝰ gerūt?Atq; hæc fatus ſimul pectus denudans,innumeras pene cicatrices populo oſtēdit.Rideat hæc,inqt,Galba:Ego uero hæc ꝓ patria accepiſſe glorior.Sed age Sergi uoca iſtos in ſuffragia,ſequar eos,hodieq́ʒ intelligā ꝗ grati ſint ciues,qui & ingrati & improbi.Hęc Seruilij oratio,adeo multitudinē mouit,ut omnes deinceps tribꝰ triūphū decreuerint.

Verba M. Seruilij pro Aemylio.

B Nullus unꝗ Ro.impator opulētiorē prę ſe tulit p̄dā.Triduo eſt triūphatū,primꝰ dies,ſignis, tabulis,& coloſſis trāſmittēdis cōſumptus eſt.Ducēta quinquaginta uehicula huiuſmodi rebus onuſta,longo ordine ante oculos ciuitatis traducta.Poſtero die ornatiſſima Macedonū arma auro & argento cęlata,galeę,ſcuta,thoraces,ocreæ,Cretēſes peltæ,Threicia geſa,pharetræ,equorū frena,enſes,ſariſſæ,ut fuerāt in pręlio armis infixæ.Poſt armorū currꝰ,uaſa trecēta quinquaginta argētea, ducētarū circiter & xl.librarū,quorū ſingula quaterni uiri ſubnixi argēteis nummis referta geſtabāt.Alia deinceps multitudo lōgo ordine Crateres argenteos, Phialas,Calices ornatiſſimos prætulerūt,ut ꝗ hęc omnia ferrent,ad tria milia nūero fuiſſe dicantur.Tertia luce tibicines bellicū canentes præceſſere.Poſt hoc cētū xx.boues auratis cornibus ſecuti,uittis ac ſertis de more inſtructi.Ducebāt eos miniſtri ad ſacrificiū ſuccincti,& totidē pueri aureas argenteaſq́ʒ pateras ad eundē uſum ferētes.Vaſa deinceps tria & lxxx.pari pondere quo priora illa præcipua aureis numiſmatis plena.Inde x.talentorū phiala p̄cioſiſſimis munita lapidibꝰ,Antigonea inde uaſa,Seleucia,Thericlia,& quæ Perſei fuerāt,ex auro oīa.Poſt hęc currꝰ cū armis Perſei & diademate ſuperimpoſito.Mox altero curru Regij filij,mares duo,& una fœmina,trāſuecti,eoq́ʒ maiore ſpectantiū miſericordia,quod ſuū infortuniū adhuc per ętatem nō intelligebāt.Cęterū à nutricibus & pędagogis inſtructi,manus ad ppl'm ſupplices tēdebāt,tāq̄ miſericordiā implorarēt,ꝙ ſpectaculū paſſim lachrymas circūfuſę multitudini elicuit.Seq̄bat̃ filioꝝ currū rex ipſe pulla ueſte amictꝰ,& crepidas more patrio habēs,malorū magnitudine ad oīa trepidꝰ,uultūq́ʒ turbatꝰ.Poſt illū amicorū & familiarium turba mœſta,regē cū lachrymis intuētes.Nouiſſime aureæ coronę quadringētæ nūero, quas honoris gratia,Gręcię ciuitates Aemylio dederāt,currui ꝑlatę.Ipſe Aemyliꝰ purpura auro cōtexta,lauri ramū gerēs dextra,iſigni curru uehebat̃,ſequētibꝰ ſuo ordine militibꝰ,& ipſis lauꝝ habētibꝰ,partim iocularia carmina ſalibꝰ ꝑmixta iactātibꝰ,partim impatoris laudes habētia. Et Aemyliꝰ in hūc maxīe modū de Perſeo triūphauit,ꝗ ne ex tā indyto triūpho integrū gaudiū ferret,paucis diebꝰ duos amiſit filios,unū ſexdecim annorū,quinq; diebꝰ priꝰ extinctū ꝗ̄ trium

Aemylij triumphus.

Miſerabile ſpectaculū in triūpho.

Oratio Aemylij ad populum.

triumphum egerit,alterũ aliquanto minorem natu triduo poſtq́; triumphauit,in cuius fune C
re graui eſt oratione ad populũ uſus. Nihil,inquit,Quirites in hoc proſperrimo rerũ à me ge-
ſtarũ curſu magis ab initio extimui,q̃ inopinatũ aliquẽ inſidiantis fortunæ caſum, nec pro re-
pub. prius timere deſtiti,q́; illius ſequentis impetus me priuatim inuaſit,quod ſæpius erã à deo
optimo precatus,ut ſiquid diri Po.Ro. ex ea felicitate impenderet,id totũ in me,domũq́; meã
uerteret. Duos ſuauiſſimos filios,quos mihi ſucceſſores deſtinauerã,pene continuatis funeri-
bus extuli,nunc omni periculo liberatus uideor, bonamq́; mihi ſpem propono,fortunã po.
Ro. ſine labe permanſurã,quando ſatis inuidiæ mihi ac meis duplici clade ad hũc diẽ inflixit.
Nec ego q de Perſeo triũphaui, minus inſigne documentũ quanta ſit humanarũ rerũ fragili
tas eſſe poſſum,q́; is de quo à me eſt triumphus actus. Perſeus etſi uictus,filios tamẽ habet.
Æmylius,qui eũ uicit,prole orbatus eſt. Hæc ille nõ minori aĩo præſtitit,q̃ ſi tuerbis executus.
Mox ꝓ Perſeo annixus ut mitiori loco cuſtodiretur,nihil impetrare potuit,quo tõtigit, ut ille
Perſei exitus. mœrore animi & carceris iniquitate,paucis diebus expirauerit. Interierũt & ex filijs duo,Alex.
qui ſuis ſuperſtes fuit,latinas literas,Romanumq́; ſermonẽ didicit,priuatamq́; agens uitam,
magiſtratibus ſcribæ operã præſtitit. Atq; Macedoniæ regnũ hunc exitũ habuit. Stetit à Ca-
rano qui primus in ea regnauit,uſq; ad Perſeum,qui trigeſimus rex ab illo fuit,annos nonin-
gentos uiginti tres. Potiti rerũ ſunt Macedones annis octo minus ducentis. Triumphatũ eſt
ſub id quoq; tempus de Gentio,affuitq́; horum triumphorum ſpectaculis,aut certe nõ mul-
to poſt Romam uenit Pruſias rex Bithyniæ, Nicomedemq́; filiũ ſuum ſenatui in curia com-
mendauit. Ipſe infra regiam dignitatem adulationis plenus,libertum ſe populi Romani fate-
batur. Affuerunt Eumenes & Attalus,ut Eutropius ſcribit. Liuius Eumenem ueniſſe ait:uerũ
quia ſe Macedonico bello medium geſſerat,latam in comitio eſſe legem,ne cui regũ,Romam
uenire liceret, atq; ita ut anceps in fide fuerat,ita ſuſpenſo eſt animo dimiſſus,ut nõ uelut ho
ſtis ſit excluſus,nec in urbem admiſſus,ut crimine liberatus. Hoc anno cenſa ſunt Romæ ci-
uium capita CCCXII. milia DCCCV. Medio Macedonici belli ardore à Ptolemæo & Cleopa- D
tra uenêre legati,ut Liuius ſcribit,auxilium à populo Romano implorantes aduerſus Antio-
Antiochi Epiphanis motus. chum Epiphanem,à quo graui bello premebantur. Fuerat is magni Antiochi filius ſucceſſe-
ratq́; Seleuco fratri,qui patre defuncto XII. annos in Syria regnarat. Nec Liuius à quo Ptole
mæo miſſi ſint legati,ſatis explicat,ſed ab eo uideri poſſunt,qui & ipſe Epiphanes cognomi-
natus eſt,cui Cleopatra,ut Trogus ait,magni Antiochi filia nupſit. Cæterũ Ioſephus haud
dubie demonſtrat ab Antiocho bellum Philomatori Ptolemæo & Phiſconi illatum, qui ab
Epiphane patre pueri relicti fuerant: quo apparet Cleopatræ matris & Ptolemæi filij legatos
fuiſſe,qui auxilia imploratum per id tempus Romam uenere. Pupillarem igitur amborũ æta
tem Antiochus nactus,ratus fore ut eos ſine ullo maiore certamine paterno regno ſpoliaret,
res primo in Iudæa eſt turbare adortus. Onia ſummo Iudæorum ſacerdote defuncto, Ieſum
eius fratrem,qui Iaſon dici maluit,in defuncti locum inſtituit. Is breui poſtea in domeſticam
ſeditionem incidit. Menelaus eius frater inuidia motus,cum Tobiæ filijs,qui Iaſonem infenſe
Iudæi legis præuaricatores. oderant,ſeceſſione ad Antiochum facta patrias ſe leges abnegare teſtati ſunt,iam inde Græ-
corũ ritu & lege omnia facturi,loco q́; à rege ad ædificandũ impetrato, ſibi Gymnaſium con
ſtruxerũt,in quo quũ poſtea exercerentur,ne quid à Græcis uiderẽtur differre,uerẽda ſummo
Antiochus Memphim occupat. ſtudio traxere. Nec Antiochus multo poſt Aegyptũ bello petijt Scopãq́; prælio ſuꝑauit. Hic
eſt Scopas ille,q primi Macedonici belli tp̄e ex Aetolia,ut alio eſt loco memoratũ, aliquot ho
minũ milia ſtipẽdio cõducta in Aegyptũ deportauit. Et iã Antiochus Memphi occupata, A-
lexandriã obſidere cœperat,q̊ Philomator Memphitica ſede pulſus,ad Phiſconẽ fratrẽ cõfu-
gerat. Legatus interim à ſenatu ad Antiochũ uenit P. Popilius, ut eũ Aegypto excedere iube-
ret,abſtineretq́; rebꝫ Ptolemęi regis,q amic⁹ eſſet & ſoci⁹ po.Ro. Excepit Popiliũ uenientẽ An
tiochus oſculo multaq́; comitate,quippe quẽ Romę obſes p̃cipue coluerat. Tũ legat⁹ miſſam
fac,inq̄t,Antioche priuatã amicitiã,& ad ea q̃ po.Ro. mandat aĩm aduerte: expoſita inde le-
gatione,nõ minus ille Popilij ſeueritate mot⁹,q̃ Romani noĩs maieſtate,bello abſtinuit. Inde
Antiochi ſæuitia in Iudæos. per Iudæam ducens,per hoĩes ſuæ factionis Hieroſolymas occupat,ferrumq́; in eos immiſit,
qui autores fuerant ne in urbem acciperetur,eſtq́; in cæteros ſæuitum. Poſtremo ad prædam
conues

A conuerſus,omnia ſacra &ꝓphana,ſacrilega & uiolenta rapina fœdauit,Aram aureã quæ in
tẽplo fuit,Mẽſam,Lucernas,omnẽq; ſacrorũ uaſorũ apparatũ è templo ſuſtulit. Sacra p̃rio
ritu fieri uetuit,arcẽ urbi impoſitã p̃ſidio firmauit. Demum inde profectus ad x.milia homi/
num omnis ætatis & ſexus ſecum in captiuitatem abduxit. Nec meliore conditiõe eſſe, qui in
urbe relicti ſunt multa indigna & nefaria paſſi ab his qui ad Hieroſolymorũ præſidiũ relicti
fuerant,in minore erant luctu & mœrore conſtituti,quo longius ab ea malorũ facie aberant,
proculq; ab omni ſenſu eorũ quæ Hieroſolymis in cõteptum religionis,contraq; leges & pa

Iudæorum calamitas.

trium morẽ fiebãt. Suilla hoſtia tractatur in templo,malorum dæmonũ ſimulacra cogebãt
Iudæi Græcorũ ritu uenerari. Capitalis noxæ fuit,ſiq̃s filiũ circũcideret,ſiq̃s Moſis uolumen,
aut ꝓphetarũ haberet,uerberibꝫ cæſi alij ſup alios obtrũcari. Pueri laqueo enecti è parentũ cer
uicibꝰ ſuſpẽdebant. In tẽplo dei optimi maximi Olympij Iouis erat ſtatua cõſtituta. Samaritę
& ipſi in Antiochi gratiam tẽplũ quod ad Gazarim erexerãt Ioui conſecrarũt. Erãtq; in hoc
ſtatu res in Iudęa,quũ Mathathias uir acer,cui quinq; numero erãt filij,florẽti ętate,& in his

Mathathias Iudæ Machabei pater

Iudas cui cognomen fuit Machabeo,permoleſte ferens diuino ſacrorũ ritu abolito,paſſim à
ſuis popularibꝫ Gręcanico more ſacrificari,& pro uera pietate dęmonibꝫ ſeruiri, natorũ fidu/
tia fretus,ſe primum pietatis aſſertorẽ exhibuit. Habitabat is in Modine uico,ubi unum ex ſu
is popularibus extrario cuidam deo aram erigentẽ intuitꝰ,ex improuiſo adortꝰ,medio opere
obtrũcat,mox & Apolloniũ Antiochi pręfectũ ferro opprimit,qui ad impium cultum popu
lũ cogebat. Alta deinde uoce Iudæos pietatis patrijq; ritus admonens,cum liberis & non par
ua paganorum manu in deſerta montiũ conceſſit. Iudices & qui Hieroſolymitanam arcẽ prę
ſidio obtinebant,promiſſa impunitate,Mathathiam & qui cum eo erant è montibus dedu/
cere ſunt conati. Cæterũ quũ neq; hortatione,neq; minis flecti potuiſſent,ſabbatorũ die quo
Iudæi gẽtili inſtituto pugnare prohibebant,hoſtes montibus inſinuati, nullis repugnãtibus
ſupra mille in ſpeluncis ferro & igni crudeliter necarũt. Mathathias & multi cũ eo media con/

Iudæorum clades

B ſternatione dilapſi,ardua montium tenuere. Nec ea clades Iudæorum ſtudiũ in Mathathiã
inhibuit,ſed pleriq; mortales,antiquæ pietatis reſpectu,ad eum aſſidue confluebãt,eoq; ſibi
iudice creato,crebris excurſionibus omnia fœdabãt,deorũ aras diſiicere,obtrũcareq; eiuſmo/
di ſacris operãtes,lata tũ primum lege,ut & ſabbatis pro uita aduerſus hoſtes dimicare liceret,
puerosq; quicunq; nati eſſent,nondum recutitos,patrio ritu circuncidere. Annoq; per hæc
uix dum acto Mathathias uita decedens ita ſtatuit,ut Simon qui ſecundo erat loco natꝰ,q̃a
prudentia cæteros anteiret,uelut pater à fratribus coleretur,Machabeus adhuc iunior, quod

Machabeus dux inſtituitur.

feroci & inuicto eſſet animo,patriã religionem ab iniuria uindicaret. Huius itaque ductu bre
ui hoſtes Modinenſi ſunt agro eiecti,atq; unà interfecti omnes legum deſertores. Apolloniꝰ
Samariæ pręfectus ſuorum clade iritatus,cum tumultuario exercitu ad Machabei conatꝰ op
primendos occurrit,cui uenienti Iudas ferociter obuiam iuit,hoſtemq; prælio uictum ꝓpria
manu obtrũcat,iacẽtiq; opima ſpolia detrahit. Multi ex Antiocheno exercitu circa ducẽ occu
buerunt,ſed plures omnino in fuga. Magnꝰ inde concurſus ad Iudã eſt factus, ſecũdũ unam
proſperã pugnã,cuiꝰ uires,quũ ĩ dies ĩualeſcerẽt, Serõ q̃ ĩferiori Syrię p̃erat,cũ ijs copijs, quas
tũ forte penes ſe habuit,magnaq; euocatoꝝ manu ad Bethorõ caſtra fecit(eſt is Iudææ uicꝰ)

Recẽs Iudæ uictoria.

quo Iudas ꝓgreſſus cõflixit,quũ nũero multo eẽt ĩferior,cęſa tñ ad octo milia Antiochenorũ.
Rex duobꝰ exercitibꝫ cũ ipſis ducibꝰ amiſſis ut q̃ ualidiſſimũ exercitũ ĩ Iudęã cõparet,ĩ Perſidẽ
ꝓficiſcit,Lyſia cũ filio & ijs copijs,q̃s ex finitimis gẽtibꝫ cõtraxerat,ad bellũ relicto. Nec Lyſias
ĩ cõparãdo exercitu q̃cq̃ remiſit ĩduſtrię,q̃ppe q̃ nõ multo poſt q̃ Antiochꝰ ĩ Perſas abijt,cum
XL.milibꝰ peditũ,& ſeptẽ eq̃tũ Palęſtinã ĩgreſſus,ad Emaũ cõſedit. Iudas ad primã hoſtiũ fa
mã tria milia fortiũ uiroꝝ ſibi ex oĩ nũero delegit,quos ĩ hoſtẽ iturꝰ,ita affatꝰ dicit. Pñs fortu/
na neceſſitaſq; uiri fortiſſimi,& ſuadet & cogit,ut p̃icula cõtẽnamꝰ,oĩs ſpes recup̃ãdę liberta/

Oratio Iudæ ad ſuos.

tis,quã ſua ſpõte deſiderabilẽ,ipm pietatis ſtudiũ adhuc deſiderabiliorẽ facit,in noſtra uirtu/
te ſita eſt,quales paulopoſt in p̃lio erimꝰ,talẽ fortunã habituri ſumꝰ. Quãq; ſi q̃d nolim,uicti
ſimus,ne uita q̃dẽ nobis ſperãda ab impio & irato hoſte. Multa q̃dẽ & magna homines ſua
ſponte faciũt,ſed multo plura & maiora neceſſitate coacti. Quare eo cõſilio nos in pugna ire
oportet,ut nõ niſi uictores inde abſcedamus,ꝓ lucro mortẽ habituri,ſi cadendum in p̃lio ſit,

quia

quia pro patria,pro iuſtitia,pro religione dimicamus,ſi ut ſpero uicerimus,aſſerta libertate,ut patrijs legibus in ea pietate quã à maioribus per manus accepimus,q̃ florentiſſime uiuamus. Nec nos hoſtiũ numerus terreat,uirtus nõ multitudo pugnam decernit. Quanq̃ non uideo quid minus timeri poſſit q̃ hoſtis,ſemel atq; iterũ uictus.Ita ſane cõparatũ eſt,ut miles ignominiæ aſſuetus,nullius ſit rei,prætereq̃ fugæ,memor. Parate uos igitur in craſtinũ,uel una pugna decreturi in libertate ne poſthac nobis agendũ ſit,& in antiqua pietate manendũ,an pro patria, quo nihil in morte poteſt homini glorioſius contingere, fortiter moriendũ. His Iudas ſuos hortatus haud ignarus quantum momenti in celeritate eſſet,noctu ad hoſtium caſtra occultis itineribus ducit. Ita ſane accidit, ut eodem tempore Gorgias uir impiger, cum cohorte una,& mille equitibus ſpeculatum miſſis,ad Machabei caſtra, & Iudas cum ſuis, diuerſis itineribus ad hoſtem peruenerit. Cæterum Gorgias,ubi omnia deſerta uidit, ratus hoſtes metu in deuios montes abijſſe,aliq̃diu deliberabundus ſtetit,pergeret ne illos ſequi,an retro ad ſuos rediret. Iudas interea hoſtiũ munitiones ex improuiſo adortus,tantum terroris ad primum clamorẽ hoſtibus iniecit,ut ſine prælio alioue maiore conatu, caſtra irruperit, ignemq; tabernaculis iniecerit. Tum uero ferro & flamma late graſſantibus fuga facta eſt, multi mortales intra extraq; munitiones cæſi,cædeſq; Gazaram uſq; diſtracta. Ad tria milia hominum cæſa dicũtur. Superuenit Gorgias ſuorũ cladi, qui procul ardentia intuitus caſtra ſubſtitit,inde ubi res perditas uidit,ne tentato quidẽ prælio fugã capeſſit. Tum Iudas lectis per ociũ ſpolijs,caſtriſq; direptis,cũ ingenti prę da,ſed multo maiore gloria domũ reuerſus eſt. Nec hoſtis toties uictus,diu poſtea quieuit,quin exercitu multo ualidiore q̃ antea ad Bethſurã conſedit, hic quoq; Iudas diuina magis q̃ humana ope fretus, egregie aduerſus tantas Syrorũ copias dimicauit. Quinq; milia hoſtiũ hoc prælio cæſa. Lyſias bello infeliciter reparato ſecundũ eam cladẽ Antiochiã conceſſit,poſt cuius diſceſſum Iudas hoſtiũ metu liberatus,cũ ſociorũ manu Hieroſolymas ingreſſus,primo templũ inuiſit,ubi oĩa deſolata & horroris plena intuitus,nõ potuit lachrymis tẽperare. Parte itaq; copiarũ ad regiũ præſidiũ ex arce deijciendũ miſſa, ipſe cũ cætera multitudine ad tẽpli purgationẽ cõuerſus,externorũ deorũ focos,& ſimulacra diſiecit,deoq; optimo maximo ueterẽ aram inſtaurauit. Candelabra repoſuit. Priſtinũ ſacrorũ ritum induxit. Atq; ita templũ triennio poſtq̃ fuerat ꝓphanatũ,ab hoſtiũ impietate eſt aſſertũ, quod fieri contigit Olympiade ſupra centeſimã quarta & quadrageſima, quo tẽpore Perſeus eſt ab Æmylio uictus,& Ennius poeta ſeptuagenarius, ut Euſebius ſcribit, articulari morbo perijt,& in Scipionis monumento uia Appia ſepultus,ut idẽ autor prodidit. Fuerunt qui Rudiam eius oſſa ex Ianiculo tranſlata prodere nõ dubitarint. Daniel propheta annis quadringentis & amplius q̃ hæc Hieroſolymis acciderint, nihil obſcura diuinatione fore prædixit, ut templũ deo conſtitutũ à Macedonibus uiolaretur. Octo diebus ſedulo ſacrificatũ, id ſacrum Lumina dixerunt,quia reparatæ religionis lumen ex inſperato affulſiſſet. Vrbẽ muro & turribus ſumma ope Iudas communiuit, multaq; interim prælia cũ finitimis proſpere geſſit, qui inuidia & odio accenſi,ultro armis Iudæos inceſſebant,& in his Ammonitæ,quorũ Azorum urbẽ ui captã diripuit Iudas,& incendit. Factus deinceps certior, ꝙ Ammonitæ omnes in armis eſſent,bellumq; ab ea gente ſumma ope Timothei ductu reparatũ,& ſuper hæc nunciabatur,ex Galilęa,Sidone,Tyro,& Ptolemaide multos ad arma conciri, belli curas cũ fratribꝫ partitus,Simonẽ cũ tribus milibus peditũ in Galilęam mittit. Ipſe cũ altero fratre Ionatha in Ammonitas iturus,octo milia militũ ad id bellũ ſibi delegit,cæteræ multitudini Ioſippũ præfecit Zachariæ filiũ,cui mandatũ eſt,ut tñ à Iudeæ finibus iniuriã arceret,prę lio alioqui & ab hoſte laceſſendo abſtineret. Simon ꝓſpere in Galilea dimicauit,tribꝫ hoſtiũ milibꝫ acie interfectis,cæteros porro fugatos Ptolemaidẽ uſq; eſt ꝓſecutus. Iudas triũ dierũ itinere trãs Iordanẽ ꝓgreſſus,primo Bethſurã ex hoſtibꝫ cepit, inde pari celeritate Timotheũ triptito adortus: ad primũ clamorẽ fudit fugauitq;,octo milibꝫ ex eius exercitu occidiõe occiſis. Ea uictoria potitus cõplures Galaatidis urbes in deditionẽ recepit, alias ui captas euertit. Nec longo interiecto tẽpore, Timotheus cũ aliquãto maiore exercitu,in aperto caſtra fecit. Cę terũ pari euẽtu ad Rophon urbẽ prælio uictus eſt,ac caſtris exutus. Rophus ſimul expugnata,quo multi ex fuga ſe receperãt,magnaq; hoſtiũ cædes hic edita. Iudas poſt rẽ in Ammonitas præclare geſtã, copias

Iudas incendit hoſtium caſtra.

Ennij mors.

Danielis uaticinatio.

Iudæ Machabei ſucceſſus.

A copias Hieroſolymā reducturꝰ. Iudæos qui in Galaatide erāt, ne prædæ eſſent finitimis, cum
liberis & uxoribꝫ omniqꝫ ſupellectile in Iudęā traduxit, Ephrone urbe in reditu, quia ſibi por
tas clauſiſſet, expugnata per Bethſamū (eam Græci Scythopolim uocant) cum ingenti geſta-
rum rerū gloria, Hieroſolymas eſt reuerſus. Sed dum in Galaatide Iudas bellaret, & Simon
in Haliſea, Ioſippus Zachariæ filius ad Iudææ præſidiū relictus, & ſi ab initio iuſſus fuerat ni
hil extra prouinciā mouere, glorię tamē cupidꝰ, nō parua manu ad Iamniam cū Gorgia regis — Iudæorum
pręfecto conflixit, amiſſiſqꝫ duobꝫ milibꝰ hoīm, trepide in pacatū refugit. Poſt Iudę reditū ali — clades
quot ex Idumęis urbes ui captæ ſunt, direptæqꝫ & inceſæ. Per id tp̄s Antiochꝰ quē in Perſidē
ꝓfectū diximꝰ, quū aliquādiu ad Helimaidē urbē cōſediſſet, expugnādæ ſtudio, ut Dianæ tē-
plū qđ ibi fuit multarū gētiū donarijs opulētū diripet, demū ignominioſe inde repulſus, quū
Babylonē ueniret, accepto nūcio de his quæ in Galilęa facta erāt, nimia animi ægritudine in
morbū incidit, paucíſqꝫ diebꝫ uita deceſſit, priuſquā expiraret, identidem inter ſuos teſtatꝰ, ſe
immatura morte extingui, quod Hieroſolymitanū tēplū impie prophanaſſet. Hoc multo ue — Antiochi in
rius eſt, quā quod Polybiꝰ ꝓdidit, id illi accidiſſe qa Dianæ tēplū uiolaſſet, quū ſi uerꝰ eſt Io — teritus
ſephus, ne uiolarit qdē, nō qa noluerit, ſed qa non potuerit. Atqꝫ Antiochꝰ Epiphanes in hūc
modū perijt, filio Antiocho ſub Philippi uniꝰ purpuratorū tutela relicto. Eupator eſt puer co
gnominatus. Iudas audito Epiphanis interitu, Hieroſolymitanā arcē maiore q̄ unquā antea
oppugnatione adortus, aggere & bellicis machinis circa muros erectis, ſumma ope hoſtes fa
tigabat. Arx tēplo imminebat, eratqꝫ ob eā rem ſacrificātibꝫ aſſidue infeſta, q̄ iniuria maiorē
Iudæis neceſſitatē imponebat illius totis uiribꝫ oppugnādæ. Regij milites, & Iudæi trāsfugæ,
q locū p̄ſidio obtinebāt, ad Eupatorē mittūt, q eū docerēt, quāto diſcrimine tenerent, niſi ma
ture laborātibꝫ ſuppetias ueniret. Ille ſupra ętatē ſuorū pićulo cōmotꝰ, exercitū in Iudæos in-
gentē cōtrahit. Cētū milia peditū, & xx. eqtū ad bellū inſtructa ſcribit Ioſephꝰ. Et cū his Indi
cę beluę qnqꝫ & xx. nūero, His copijs rex Antiochia profectꝰ, ꝑ Idumęā Iudææ fines ingredi — Antiochi
B tur: ad Bethſurā primo caſtra fecit, quē locū in hūc uſum aliquot ante annos Iudas cōmuni- — bellū in Iu-
uerat. Bethſurei forti aīo regē excipiūt, exceptū ualide ſe tuēdo fatigāt. Nec Iudas deſedit in tā — dæos
terribili hoſtiū apparatu, omiſſa arcis obſidione cū ſuis copijs ueniēti regi occurſurꝰ, Beduſca
ritanas anguſtias x. milia paſſuū ab hoſte occupat. Apud quoſdā x. ſtadia reperio Antiochꝰ
Bethſura relicta, ad fauces quas Iudas inſederat, ducit exercitū, Iudæi locotū natura freti ſub
primū cōgreſſum aliquot ex regijs ferocíꝰ inuectos obtrūcāt, eſtqꝫ aduerſus beluas dimicatū
quarū una ab Eleazaro Iudæ fratre, quē Mauronē uocabāt, cōfoſſa in uulnꝰ corruēs, ſua mo
le percuſſorem oppreſſit. Iudas ubi mōtes & oīa teneri ab hoſte uidit, ſe & ſuos pugnæ ſub-
trahēs ſine aliqua maiore clade, retro ad tuendā urbē abijt. Bethſurei omni ſpe deſtituti, cum
rege ſalutē pacti, urbē illi tradiderūt. Eā Antiochus oppidanis ſine ueſtibꝫ eiectis, ſuo præſi- — Iudæ reditꝰ
dio firmauit. Ad Hieroſolymā inde copiæ admotæ, tenuitqꝫ plures dies obſidio. Interim An- — ad urbem.
tiochus factus certior, Philippū, q à patre datꝰ erat ei tutor, regni adminiſtrationem ſibi uen-
dicare, moliriqꝫ res nouas cœpiſſe, Lyſiæ impulſu, quo militię magiſtro & conſiliario utebatur
ad eum opprimendū animū adiecit. Ne qs igitur motus in caſtris oriretur, ſimulato obſidio-
nis tædio, pactus eſt cum Iuda, ut ij qui in tēplo eſſent ab armis diſcederēt, uiuerētqꝫ ſuis legi-
bus. Cæterum templum deditū, cōtra fœdus ac iuſiurādū à ſummo ad imū Antiochꝰ dirui — Templum
imperauit: Oniā ſacerdotū principē in Berœam Syriæ urbē ablegatum interfici iuſſit, Alcimo — diruitur
in eius locū inſtituto. Id iniquo animo ferens maioris Oniæ filiꝰ, ꝙ Menelao perneceſſario
ſuo ſublato, ſummū ſacerdotiū eſſet ad Alcimū regis iuſſu trāslatū, cui talis honor haud qui-
dem gentilis eſſet, ad Ptolemæū in Ægyptū abijt, à quo benigne acceptus, impetrauit, ut ī He
liopolitana regione Ægypti, nouū deo templū patrio more ædificaret. Sed hæc aliquāto poſt — Nouum dei
ſecuta. Eupator in Antiochiā reuerſus Philippū tutorē ſuū in poteſtatem redactum extremo — templum in
ſupplicio affecit, interceſſitqꝫ haud multū tēporis quū Demetrius magni Antiochi filius ob- — Aegypto
ſes Romā à patre miſſus, audita Epiphanis fratris morte, ratus Syrię regnum ad ſe pertinere,
ut queadmodū ipſe duobus fratribꝫ ceſſiſſet, q unus poſt aliū regnauerāt, ita pupillū ſibi ce-
dere oportere, à ſenatu petijt, ut ad paternū regnū capeſſendū, in Syriā abire liceret, neqꝫ id illi
omnino negatū eſt, neqꝫ conceſſum. Fuitqꝫ poſtea Demetrius tātiſper Romæ, donec quæ ad

fugā neceſſaria uidebātur cū amicis cōpoſuit:inde ex urbe uenādi ſpecie occulte profectus ad C
mare delatus,in Tyrū nauigauit,ubi magno oīm fauore exceptus diadema ſibi impoſuit, bre
ui poſtea aulā occupat,Eupatoremq; ſibi traditū obtrūcat,quū duos omnino regnaſſet annos.

*Eupator à Demetrio occiditur.*

Eodē tēpore aut certe nō multo prius q̃ hæc in Syria geſta ſunt,C.Sulpitius Gallus proſpere
in Ligures bellauit,luſtrūq; Romæ conditū,cēſaq; ciuiū capita CCCXXVII.milia XXII.Ptole-
mæus Pilometor à Phiſcone minore fratre pulſus,Romani populi autoritate, legatis adhoc
ipſum Alexandriā miſſis, in regnū reſtituitur,moxq; ipſi ita inter ſe regnū partiti ſunt,ut hic
Alexandriæ,ille Cyrenis regnaret. Paulus Æmylius,qui ex Hiſpania prius, inde ex Macedo

*Pauli Aemylij interitus.*

nia,immenſum auri & argēti pōdus ærario intulerat,adeo pauper hoc tp̃e uita deceſſit, ut uix
ex auctiōe bonorū eius tm̄ cogi potuerit, ꝙ dos uxori redderetur. Tāta tū fuit in quibuſdā ci
uitatis principibꝫ à publico abſtinētia. Plutarchꝰ patrimoniū ſeptē & triginta miliū filijs eū re
liquiſſe ſcribit,cuius partē Scipio in Corneliorū gentē adoptatus fratri habendā cōceſſit. Du-
as omnino Æmylius habuit uxores,Papyriā cū qua diuortiū fecit,de qua notū eſt eius ad ne
ceſſarios reſpōſum,qui quū ab eo ſciſcitarētur,ac moleſte nimis quęrerēt, ecquid eſſet ꝙ talē à
ſe fœminā alienaret;quæ pudica eſſet,formoſa,fœcūda. Tū ille pedē extulit,inde ad eos con-
uerſus. Videtis ne,inquit,q̃ hic calceus pulcher ſit,q̃ recēs,q̃ aptus, & tm̄ ignoratis qua parte il-
le pedē offendat. Ex Papyria duos filios tulit, quorū unus à maiore eſt Aphricano adoptatꝰ,
ut Plutarchus ſcribit, alter à Fabio maximo quinquies cōſule. Filias adhæc duas,quarū una
Marci Catonis filio,altera Ælio Tuberoni nupſit,uiro ſingulari uirtute,inopia inſigni,ut ſex
decim uiri ex Aeliorū gēte cū cōiugibus & liberis unas ædes,eaſq; ꝑ modicas colerēt. Pontinæ

*Paludes. Pontinæ.*

paludes à Cornelio Cethego cōſule,cui eaꝓuincia euenerat,corriuatis multifariā aquis,ſunt
eodē tēpore exiccatæ,atq; ex his ager factus,locus olim quatuor & uiginti urbiū, ut Mutianꝰ
prodidit. In Ligures & Corſos bellatū eſt per id tēpus,cæterū perditis rerū monumētis parū ce
lebris fama, à quibus & quo euētu res utrobiq; geſtæ ſint,ad poſteros manauit,minus obſcu
ra q̃ in Hiſpanis geſta ſunt,anno circiter ſexcēteſimo ab urbe cōdita, duobus Lucijs Poſthu- D
mio & Licinio cōſulibus. Sed q̃ ab his ꝓuinciæ ſunt feliciter adminiſtratæ,tā à Sergio Galba
ignominioſe multaq; ſuorū clade,quippe qui à Luſitanis magno prælio uictꝰ uix ipſe cū pau
cis acie effugit,cęteri ad unū cæſi. Vlti ſunt eā cladē L.Minutius & Marcus Marcellus,q unus
poſt alterū proſpero euētu in Hiſpania bellarūt. Romæ Gn. Tremilius pecunia multatus eſt,
ꝙ Tri.ple.cū M.Aemylio Lepido pōtifice maximo iniurioſe cōtenderat, quæ ultio facile de-
monſtrauit ſacrorū magiſtratuū ius multo ſanctius fuiſſe apud maiores, publica poteſtate.
Delmatæ Illyricos fines populati,quia res à Romanis repetitæ eſſent nec redditæ (erāt enim
Illyrij in fide populi Romani)bello ſunt petiti. Delmatæ & ipſi Illyrica natio,ut alio eſt à me

*Delmaticū bellum.*

loco demonſtratū,à Delminio oppido id nomē adepti,ſi Appianus uerus eſt autor,mediāq;
orā habuere inter Titiū amnē & Liſſum. C.Martius cōſul aduerſus Delmatas primo cōgreſ-
ſu parū proſpere dimicauit,ſecūda Ro.pugna felicior fuit, qua oīs ignominia priori prælio ac
cepta,duci & exercitui adempta eſt. Secutus inde cōſul Naſica,qui eā gētē late domuit, q̊ tem
pore Q.Opimius & ipſe cōſul, trāſalpinos Ligures q Maſſilienſiū ueterū ſociorū Antipolim

*Naſica Delmatas bello afflixit.*

& Niceā uaſtabāt,bello ſubegit. Sequēti anno quū indies maiores ex Hiſpania motus nūcia-
rētur,multiq; iā Hiſpanorū rebellaſſent, cōſules cōfeſtim comitijs pactis magiſtratū iniuere,
legati adhæc qui in Aphricā miſſi fuerāt,ut Maſiniſſæ & Carthaginiēſiū de finibꝫ diſceptan-
tiū ueterē contentionē ſopirēt,Romā reuerſi nunciarūt uim naualis materiæ ingentē à ſe Car
thagini animaduerſam,nimirū urbē ad rebellandū & ad Romana arma exercēda natā occul

*Carthago res nouas molitur.*

te bellū aliquod moliri. Secuta & alia recens ſuſpitio, ꝙ poſt legatorū reditū nunciatū Romæ
eſt Ariobarzanē Syphacis nepotē, cū magno Numidarū exercitu in Carthaginienſiū finibꝫ
ſediſſe,qui etſi in Maſiniſſam paratus diceretur,Porcius Cato longe aliter interpretatꝰ,bellū
haud dubie Pœnos moliri criminabatur,exitiali bello petendā ciuitatē cenſebat,quæ inexpia
bili odio Romanū nomē perſequeretur. Plutarchꝰ Catonē cū cęteris legatis in Aphricā iuiſſe
ait,ad Maſiniſſę & Carrhaginienſiū litē inſpiciendā,unde Romā reuerſꝰ, quū in ſenatu mul
ta de ſuſpecto Carthaginienſiū ſtatu diſſeruiſſet,ꝙ iuuentute armis & omniū rerū opulentia
ea ciuitas,ſiquando aliās,tum maxime floreret, ut maiorē belli neceſſitatem locorū uicinitate

ostende

A oſtenderet,recentẽ ficum in ſuburbanis hortis Carthaginis decerptam,ſub toga in curiam at tulit,eamq̃ſinu depromptã patribus oſtentans dixit.Rogo uos patres conſcripti,quam du dum hanc ex ſua arbore ficum demptã arbitremini?quum inter omnes recens eſſe conſtaret ac nuperrime decerptã:Atqui hoc triduo,inquit,ex Carthaginis pomario huc delatam ſcito te,tam prope hoſtẽ habetis.Eam præcocem ficum fuiſſe Plinius interpretat. Et Cato poſte ritati cauens,per hęc bellum Carthagini inferendum cenſuit.Cornelius Naſica nihil contra fœdus mouendum exiſtimabat.Satis proinde uiſum in præſentia iterum in Aphricam mit tere,per ſpeciem litis inter regẽ & Pœnos finiendæ,qui res punicas diligenter inſpicerent: Ibi quũ ager de quo cõtẽtio orta erat,Maſiniſſę addiceretur,Giſgo Hamilcharis filius homo ſedi tioſus,qui tum in magiſtratu erat,quũ ſenat⁹ Carthaginiẽſis ſe legatorum iudicio ſtaturum profiteretur,priuſquã de ea re declaratio ulla ſecuta eſſet,ita populum ſuadendo concitauit, ut legatis ſola fuga ſaluti fuerit,quò min⁹ cõtra ius gẽtiũ uiolarent.Ea res patres q ſua ſpõte Carthaginiẽſibus imminebãt,multo infeſtiores reddidit.Cato interim filiũ amiſit,quẽ modi co ſumptu extulit.Erat enim ut Liuius ſcribit,Cato admodũ pauper.Ad hunc pater,quũ æ gre ferre audiſſet,q̃ ſenio cõfectus Salonij cliẽtis ſui filiam ſibi nouercã ſuperduxiſſet,nõ nõ uercam fili tibi ſupducere uolui,ſed eo cõſilio uxorẽ iã exacta ætate duxi,ut ſi fieri poſſit,mul tos q̃dẽ mihi natos,& plures patriæ ciues tui ſimiles procreẽ.Ex Salonij filia genuit Cato Sa loniũ,qui quũ publicũ exercitũ imperator ductaret,mortẽ obijt:ei⁹ fili⁹ cõſulatũ geſſit.Is au⁹ fuit Marci Catonis,q ſecũdo bello ciuili Vticę ſibi mortẽ cõſciuit.Erãt p hęc quę dixim⁹ iacta tertij punici belli ſemina,de quo priuſquã dicã quæ in Iudæa & cætera Syria aliquãto antea ſunt geſta,breuior ſermo explicabit.Demetrius poſt Syriæ regnum parricidio occupatũ,Iu dęorum querelis compulſus,qui legem tranſgreſſi à Machabęo Iuda infeſtabantur,Bacchi dem unum ex purpuratis,cum magno exercitu Hieroſolymã miſit:is Iudã per colloquij ſpe ciẽ capere non potuit,fautores legis quicũq̃ in poteſtatẽ redigi potuerunt,ad unũ obtrunca

B uit.Ioachim relicto,& cum eo ualida militum manu,ex Iudæa cæteras copias abduxit. Iudas deceſſu hoſtis ferocior factus,multos præuaricatorũ inſidijs exceptos iterfecit:lateq̃ p Iudęã euagat⁹,immeritã ſuoꝝ cladẽ impioꝝ cęde ulciſcit,cui⁹ rei fama ad Demetriũ delata,Nicano rẽ cũ numeroſo exercitu miſit in Iudęã,eſtq̃ illi in primis mãdatũ,ut Iudã & qui cum eo in pa tria lege tuẽda pſeuerarẽt,ad unũ ferro extingueret.Nicanor prouinciã pacate ingreſſus, ubi Hieroſolymas adeqtauit,pacis ſtudiũ præ ſe ferẽs,regia fide ſuaq̃ iureiurãdo interpoſita, cõ ponẽdę pacis ptextu,Iudã ad colloquiũ traxit,quẽ dato militib⁹ ſigno,fruſtra capere conat⁹, ubi irritũ id cõſiliũ ceſſit,ut ſui arma expediãt edicit.Iudas & ipſe celeri fuga agmen repetens, hoſti iſenſior fact⁹,pliũ ferociter inijt.Pugnatũ eſt ad uicũ Copharſama,ibi Machabęus ui ctus in pximã arcẽ cõpellit.Nec ita multo poſt cum mille dũtaxat circa Adaſſis uicũ,qui mi nus quatuor milib⁹ paſſuũ à Bethoro pcul aberat,iterũ cum hoſte eſt congreſſus. Nicanore cadente,ita Demetrianos afflixit,ut ex nouẽ milibus hoim nemo ferè ſuperfuerit,quũ mille interim nec amplius Iudæ adeſſent.Dies quo Iudas tã feliciter in Nicanorem dimicauit, ſolẽ nis mãſit apud Iudęos,quieuerũtq̃ inde nonnihil res eius gentis ab externis armis. Ioachim interea q ſummus erat ſacerdos,quũ ſanctuarij murũ uetus prophetarũ op⁹ demoliri aggreſ ſus eſſet,improuiſa ſideratiõe percuſſus,mutus cõcidit,multoq̃ corpis cruciatu paucis dieb⁹ expirauit.Sacerdotiũ Iudæ ingenti oim fauore eſt delatũ,q dignitatem adeptus,Romã ad ſe natũ legatos miſit,ut cũ inuicto populo ſocietatẽ & amicitiã iungerẽt,quo impetrato multo fe rocior Iudas fact⁹,nouũ Demetrij exercitũ,Bacchidis ductu Iudęã ingreſſum,fortiter exce pit.Erãtq̃ Iudæ duo milia armatoꝝ.His ille,ſuaq̃ felicitate fret⁹ ad Barziton caſtra fecit. Au dito deinceps hoſtiũ acceſſu cęteris metu dilapſis,cũ octingẽtis relict⁹,nullis ſuoꝝ precib⁹ fle cti potuit,ut in tutũ priuſq̃ hoſtes i cõſpectũ uenirẽt,uellet ſe recipe,ſæpi⁹ teſtat⁹ nũq̃ futurũ ut ſol ſua terga hoſtib⁹ obuerſa aſpiceret.Nec lõgior inde mota fuit,ubi Demetrianos adeſſe uidit,aciẽ à Bacchide explicari animaduertit,intrepide & ipſe ex ſua ſtatiõe uenietib⁹ occurrit pugna,q̃ uix credi poſſit,ad noctẽ uſq̃ extẽſa eſt.Ibi Iudas Bacchidẽ in dextro cornu pugnã cientẽ intuitus,cũ lectiſſima ſuoꝝ manu,in eam partẽ impetũ fecit.Fuga ibi cõtinuo facta eſt cædebatq̃ iam alteri⁹ cornu terga,quũ ij qui in læuo cornu dimicabãt,cõtẽpta uincentiũ pau

Catonis cõmentum ad curiam mouendam

Cauſa una tertij belli punici.

Catones

Nicanor à Iuda uincitur.

Ioachim caſus

Iudas cum Ro. ſocietatem init

citate,confeſtim circũducta ala,Machabęũ & qui circa illũ pugnã ciebant, à ſuis excludũt. Hic C
undiq; hoſtibus ſeptus,quũ nulla in tanta hoſtium multitudine eruptio fieri poſſet,Iudas in
orbẽ dimicans diu multumq; in tetra Demetrianorũ cæde uerſatus, pluribus confoſſus uulneribus cõcidit,eius corpore cæteris aut ibi cadentibus,aut ægre ex media acie reuulſis, uictor
hoſtis potitus eſt. Id Simon & Ionathas fratres redemptũ ad Modin uillã,ubi pater ſitus erat,
multo Iudæorũ luctu & mœrore ſepelierunt. Atq; is exitus fuit Iudæ uiri fortiſſimi,quum tris
eſſet annos ſacerdotio functus. Sęuire tum Bacchides ea uictoria elatus in Iudæos diuerſarũ
partiũ,ac quanto magis pij affligebantur,tanto deſertores ueritatis in maiore apud hoſtes celebritate eſſe & exiſtimatiõe. Sed adeò antiquę pietatis ſtudiũ animis inſederat,ut p exqſitiſſimos cruciatus mallent extingui,q̃ præuaricari. Occulte itaq; Ionatham hortantur, ut fratris
uiri fortiſſimi ueſtigia ſecutus, reliquã piorũ multitudinẽ tuendã ſuſciperet. Ionathas etſi rebus iam haud dubie perditis,uerũ ne à patre ſuo fratreq; degenerare crederetur, ducis nomẽ
tanto ad ſe conſenſu delatũ intrepide recepit. Cæterũ Bacchidis metu, qui ad primos motus
affuit,cũ duobus fratribus adhuc ſuperſtitibus & ea manu quã ſtudio cõtraxerat,circa Iordanem ſuper Aphar lacũ loco munitiſſimo cõſedit. Lacus quem Affar Ioſephus appellat, Aſpaltites eſt à Græcis,ni opinione fallor, nuncupatus, in quẽ Iordanis ex Paneade fonte infuſus,
laudatas amittit aquas,etſi ille non unius ſit lacus incola,ſed & Geneſaræ à quo ſecundo loco
ebibitur. Hinc Ionathas Ioannẽ fratrẽ ſuum ad Nabathęos miſit cũ tota ſupellectile,ut ſi ab
hoſte quẽ haud multo poſt affuturũ arbitrabatur,caſtris fuiſſet exutus, quod reliquũ fortunarũ eſſet in tuto haberetur. Sed ille in Nabatha Arabũ perfidia oppreſſus, & res & comites
uno tempore amiſit. Certatũ eſt interim ab Ionatha circa Iordanẽ cũ Bacchide,ibiq; duobus
milibus hoſtiũ cæſis, quia multo erat numero inferior, ad flumen compulſus, ut imminenti
ſeſe periculo ſubtraheret,fluuiũ tranſnare eſt coactus. Bacchides pręſenti uictoria contentus,
Hieroſolymã copias recepit. Ibiq; arce per ociũ præſidio & cõmeatu ad tempus munita,Hiericontẽ,Bethorũ,Betuliã,Pſammatã, & alias nõ paucas urbes opere & armis aduerſus hmõi D
motus ualide muniuit. Ionathas interim cladẽ in Arabia acceptã ex occaſione fortiter eſt ultus. Ducebant ſibi ſpõſam ex Madaba urbe Amiri filij,qui iniuriæ ſibi ab Arabis illatæ autores fuiſſe dicebãtur. Vbi Ionathas exploratũ id habuit,qua illi iter facturi eſſent,locis opportune inſeſſis,in Nabatheorũ agmẽ nil tale ſuſpicãs impetũ fecit,cecidítq; ad quadringẽtos ex
ijs q cũ eo in comitatu fuere,oẽmq; nuptialẽ apparatũ diripuit. Perſeueratũ inde biduo in ſtatione eſt circa Iordanẽ,nec interim ab impiorũ inſectatione ceſſatũ,quæ iniuria effecit,ut Demetrius ſuorũ querelis fatigatus, Bacchidẽ cũ exercitu tertio in Iudæã miſerit. Is noctu ad Ionathæ ſtationẽ profectus ſolertiſſimũ haud fefellit hoſtẽ,quippe qui explorato Bacchidis acceſſu in locũ munitiſſimũ cõceſſerat. Ibi aliq̃diu obſidiõe fatigatus,Simone fratre ad pręſidiũ
loci relicto, ipſe noctu per hoſtiũ ſtatiões occulte dilapſus,paucis diebus ex finitimis armatorũ manu collecta,Bacchidis caſtra tumultuoſe inuaſit. Simõ & ipſe accepto ſigno ex oppido,
cũ præſidiariorũ manu erumpens bellica opera eodẽ tẽpore incẽdit. Bacchides, ancipiti metu
perculſus,quũ cerneret aſſidẽdo nihil ſe pręter ignominiã lucrifacere, pacẽ Ionathę p legatos
petẽti,nihil grauate reddidit,libertaſq; per hũc modũ Iudæis retẽta eſt. Geſta ſunt hæc Olympiade quinquageſima ſexta ac cẽteſima,quũ nõ multo prius in Arcadia interijſſet P. Terentius
comœdiarũ ſcriptor. Vixit eodẽ tpe Ariſtarchus grãmaticus analogiæ perpetuus aſſertor. Demetrius maioribus rebus iã inde occupatus, à Iudæa infeſtãda deſtitit. Ipſe Syriæ regno pupilli
cæde occupato,quo tutior domi eſſet,finitimis ſeſe regibus formidabilẽ effinxit,primoq; Ariarati Cappadocũ regi,ꝓpter faſtiditas ſororis nuptias,bellũ intẽdit: Oleferne eius fratre ad ſe
recepto,qui per iniuriã fuerat ab Ariarate pulſus: ſed Olefernes medio belli apparatu Demetrio inſidiatus,ut ſubita Antiochenſiũ defectiõe cũ regno pelleret,ꝙ ab incœpto abſiſteret effecit. Dedit ueniã perfido hoſpiti Demetrius,Seleucięq; cuſtodiri iuſſit,ne ſublato fratre Ariaates belli metu liberaretur. Nec Antiochẽſes ab inchoata defectiõe deſtiterũt: itaq; adiuuantibus Ptolemæo,Attalo,& Ariate à Demetrio laceſſitis,Prompalũ quendã ſortis extremę uirũ
ſubornãt,ut Syriæ regnũ uelut Antiocho genitus,hæreditariũ repetat,& ne qua deeſſet cõtumelia Alexandrũ nominãt. Adeò tunc omniũ odia in Demetriũ exarſerant,quę ille ſuperbia

Marginalia: Iudæ Machabæi interitus. — Pietatis ſtudiũ in Iudæis. — Arabũ iniuria in Ionatham & fratres. — Vltio Ionathæ in Arabes. — Pax à Demetrio Iudæis. — Odia regũ in Demetrium.

plusq;

A pluſquã tyrãnica in ſe cõciuerat,turri quadã haud ꝓcul Antiochia incluſus,nulli ſui adeundi
faciebat poteſtatẽ. Alexãder tot regũ auxilijs fretus,ferociter bellũ Demetrio infert. Ille tantã
belli molẽ haud aſpernatus,ut Iudæã pacatiorẽ haberet,Hieroſolymã miſit, qui obſidib⁹ Io/
nathæ reſtitutis(cuſtodiebant̃ hi in arce,quæ templo imminebat)ipſum hortarentur, ut ex to
ta gente auxilia ad bellum contraheret,quo cõtigit,ut ſumma toti⁹ rei,Demetrij fauore,ad u/
num Ionathã uelut principem gentis,ſit ex inſperato deuoluta. Alexãder quoq; ad Ionathã Ionathæ principat⁹ honores deferuntur
ſcribit,ut iniuriaꝝ,quas à Demetrio accepiſſet,memor in partib⁹ eẽ mallet. Sũmũ adhęc ſacer
dotiũ ei tradidit,miſit & dignitatis inſigne,purpureã ſtolã,& cũ ea aureã coronã. Sic quadrien
nio poſt Iudæ interitũ,quũ nemo in eius locũ ſurrogatus eſſet,Ionathas intermiſſam dignita
tem recepit,quod ubi Demetrius audiuit,metu perculſus,ad Ionatham & omnem Iudæorũ
gentẽ ſcripſit, pollicitus ſe præſidium ex Hieroſolymitana arce deducturum, permiſſurumq;
iam inde Iudæos ſuis legibus uiuere,ſi in officio permaneret. Adijcere his & templi reſtitutio/
nem,cũ magna pecunia ad uſum ſacrorum,cum tributi quod pendere conſueſent abolitio/
ne. Hæc ille. Alexãder uero cum magno interea exercitu per Syriã ad Demetrium profectus,
uno prælio debellauit,fuitq; id ſane atrox uicitq; Demetrius ſiniſtro cornu,dextro uero quo
rex ipſe pugnabat uictus,cęteriſq; fugiẽtib⁹ dũ multũ diuq; uictoriã hoſtib⁹ extorqre conat̃,
poſtremus acie exceſſit, hic equo alta cœni uoragine immerſo,tãdiu quũ fugam expediret,eſt
in ueſtigio retardat⁹,donec incurſu hoſtiũ perijt,quum annos undecim Syrię imperaſſet. Per Demetrij interitus
id tẽpus Onias Oniæ fili⁹,q ad Ptolemæũ Philometorẽ trãsfugerat,Heliopoli tẽplũ deo o/
ptimo cõſtruxit,Hieroſolymitano perquã ſimile,uetuſtiſſimi tẽpli ac diruti area in hũc uſum
purgata,cui per literas Ptolemæus & Cleopatra aſſenſi,memorabile illud adiecerũt. Vidẽdũ
eſt gratũ ſit deo tẽplum quod ædificaturus ſis tam luxurioſo loco ſacriſq; animalibus referto,
ſed ſi Eſaias multo antea id futurũ prædixit,concedimus quod petis,modo ſiquid contra legẽ
fiat,nihil nos in deum peccaſſe uideamur. Eam templi conditionẽ Eſaias ſexcentos annos an
B tea prædixerat. Eſtq; Alexãdriæ eadem tẽpeſtate diſceptatũ de iure & ſanctitate tẽplorũ,corã
Ptolemæo,utrũ Samaritæ an Hieroſolymitani uerius tẽplũ,auſpicatiuſq; deo cõditũ tenerẽt.
Cõſtitit tandẽ ꝙ Hieroſolymis eſſet legitime ædificatũ,& ob eam rem ab Aſię regibus multis
donarijs excultũ. Cõtrã quod in Gazari mõte,Alexãdri tẽporibus fuiſſet conditũ,obſcurũ &
inhonoratũ iam inde ab ipſa ædificatione manſiſſet,ſine ulla regũ dignatione. Sabeo itaq; &
Theodoſio,qui diuerſum illud tuebant̃,Ptolemæi iuſſu interfectis. Hieroſolymitanũ ſancti⁹
ueriuſq; iudicatũ. Laudatuſq; eſt Andronicus qui auguſtiſsimi templi gratia in capitalem di
ſceptationẽ deſcendere nõ dubitaſſet. Alexander Demetrio ſublato,Ptolemæi filiam ſibi u/ Alexandri & Ptolemæi affinitas.
xorẽ popoſcit,nuptiæq; regio apparatu ſunt Ptolemaide celebratæ,ubi magno mortaliũ con
uentu Ionathas purpurea eſt ueſte ab Alexandro donatus,& amicorũ princeps appellatus. M. Aemylij decretũ in morte
Romæ interea M. Aemylius,qui princeps ſenatus ſexies fuerat,uita decedens filijs mandaſſe
fertur,ut lecto purpura & linteis nudo ſuũ efferrent corpus,in funus haud plus denos æris in
ſumerent,imaginũ ſpecie nõ ſumptib⁹ funera nobilitari ratus. Publia & Licinia nobiles fœmi
næ qſtione de ueneficijs publice decreta,quia uiros ſuſtuliſſe dicebant̃,cognatorũ decreto ne
catę ſunt. Affert̃ interim Carthagini delectũ haberi accuratiſſimũ,claſſemq; & bellum haud
dubie inſtrui. Id Guluſſa ſiue Gelo Maſiniſſę fili⁹ nũciauit. Appian⁹ Geloſſem pro Guluſsa
ſcribit. Erãt tũ cõſules L. Licini⁹ Lucullus,& Aulus Poſthumi⁹ Albin⁹,q quũ ad bellũ acerbiſ Conſules
ſimũ haberẽt delectũ,nec quẽquã gratia dimitterẽt,à Tri. ple. q pro amicis uacationẽ impetra
re nequerãt,in carcerẽ cõiecti ſunt. Interim ſup punici belli terrorẽ,res in Hiſpania à pluribus
paꝝ ꝓſpere geſtę ciuitatẽ maxime ſollicitã habebãt,& iã tãtus met⁹ oĩm aĩos inceſſerat, ut ne
ij qdẽ inuenirent̃,q in eã ꝓuinciã tribuni militũ,aut legati ire uellet. P. Scipio Aemylian⁹ pu/ Scipionis Aemyliani indoles
blicè ꝓfeſsus eſt,ſe iuſsu ppli i ꝓuinciã ituꝝ,obiturũq; ꝓ uirib⁹ qcũq; ſibi militiæ ptes decer/
nerent̃. Ea uox ingẽs,ut fit,accẽdit militaris ætatis ſtudiũ,ut multi in Hiſpaniã ſe mitti poſtula
uerint. Scipio tribun⁹ miſſ⁹ eſt cũ Claudio Marcello ubi Barbarũ ex prouocatiõe ſingulari ui
cit certamine,& in ualidæ urbis expugnatiõe,nõ ſine manifeſto uitæ piculo,murũ primus oĩm
aſcẽdit. Subacti ſunt eo bello Vaccei,Cãtabri,& aliæ qdã Hiſpaniæ gẽtes,ad id tps Romanis
incognitę. Sed quã ꝓſpero euẽtu hac ꝓuinciæ pte bellari contigit,tã infeliciter cũ Luſitanis eſt

codẽ tpe à Sergio Galba dimicatũ. Amiſſo exercitu dux ipſe cũ paucis ægre ſeruatus eſt. Alíj C
aliquãto prius eã cladẽ acceptã, qd ſuprà eſt ſignificatũ, meminerũt. Romæ interea quũ cenſo-
res Theatrũ extruendũ publicè locaſſent, P. Cornelio Naſica autore ſenatus demoliendũ iuſ-
ſit, tanq̃ ea res publicis obſtaret moribus, adiectũq; decreto, ut Valerius ſcribit, neq; in urbe
nec ppiꝰ mille paſſus ſubſellia poneret, ludosúe ſedẽs ſpectaret: & qa ſatis cõſtabat bellũ Car-
thagini ſumma ope parari, cẽſebat Cato & alíj principes ciuitatis exercitũ in Aphricã depor-
tandũ. Cõtrà Naſica cõſtanter, negare ullã ſibi uideri iuſtã inferẽdi belli cauſam. Placuit itaq;
ut bello abſtineretur, ſi Carthaginiẽſes exuſta claſſe exercitũ dimiſiſſent, quorũ utrũq; contra
fœdera fieri cõſtabat: ſi minus id præſtarẽt, ꝓximi cõſules de bello Pœnis inferẽdo primũ oĩm
referrẽt. Carthaginiẽſes interea bellũ Maſiniſſę inferũt, erat iã fere ille nonagenarius, uerũ ita
adhuc uiuido corpore, ut ſine pulmẽto cibũ mãderet, ſcanderetq; equũ ſine ephippíjs, nudo
capite militaria & imperatoria obiret munia. Cõflati belli cauſa fuit inter Maſiniſſam & Car-
thaginiẽſes, ꝙ præter ueterẽ de finibus cõtentionẽ, quadraginta circiter Carthaginiẽſes nobi-
les, q Maſiniſſæ partes in publica diſceptatiõe tueri uidebãtur, urbe eiecti, ſeſe ad regẽ ipſum
cõtulerãt, de quibus in urbẽ reducẽdis, quũ Guluſſa & Micipſa Maſiniſſæ filíj acturi Cartha-
ginẽ ueniſſent, nõ ſolũ nõ auditi ſunt, ſed ex Guluſſę comitatu quidã à Carthalone, q abeun-

*Cauſa belli inter Carth. & Maſiniſſam.*

tibus occurrerat, fuerãt interfecti, qua iniuria Maſiniſſa cõmotus, Horoſcopã Carthaginien̄.
urbẽ oppugnare adortus, Punica in ſe iritauit arma. Haſtrubal homo popularis dux ad bel-
lũ lectus, cũ v. & xx. milibus peditũ, & ccc. equitibus urbanis pręter externas copias, in regẽ

*Duo prætores à Maſiniſſa deficiunt.*

profectus, ſecũdã eſt ab initio fortunã expertus. Aſaſio & Suſabes regis prętores, orta inter
eos & regis filios in caſtris diſcordia, cũ ſex milibus militũ, ad Haſtrubalẽ trãſiuere, quo ille ſuc-
ceſſu elatꝰ, caſtra caſtris penè cõtulit. Maſiniſſa ad inſidias cõuerſus, copíjs ex improuiſo ſub-
ductis, fugã ſimulat, Pœnũq; effuſe ſequentẽ deducit in cãpos undiq; collibus ꝑcinctos. Huc
ubi uentũ eſt, Maſiniſſa cõuerſis retrò ſignis, media planitie caſtra locat. Haſtrubal & ipſe lo-
co eminẽtiore cõſedit, imminebatq; utrinq; præliũ, quũ Scipio Æmylianus, q ſub L. Lucullo D
tribunus militũ in Hiſpania militabat, ad regẽ uenit, Luculli noĩe ab eo elephãtes poſtulatu-
rus. Maſiniſſa in aciẽ proceſſit, quũ iã duodenonaginta natus eſſet annos, erat, ille ut dixi, ſu-
prà q̃ ętas pateretur, uegeto corpore, idq; in Numidia potiſſimũ euenire arbitrati ſunt quidã,

*Temperata Numidia.*

ꝙ neq frigida nimis ſit ea regione hyems, nec nimis torrida æſtas, ut in Aethiopia, ob idq; im-
maniſſimas beluas nutriat tellus. Accedere huc ritũ gẽtis, q̃ ſub dio plurimũ degat, aſſiduoq;
labore exerceatr̃, quũ neq; temulẽtia multa, neq; ullus adſit ciborũ apparatus, ſed ſimplex par-
ſimonia. Haſtrubal ubi regẽ uidit ſuos pugnę inſtruere, in equũ deſcẽdit, acie dimicaturꝰ. Hic
Scipio cõcurſuras acies intuitus, priuſq; ſigna canerẽt, editiorẽ locũ occupat, ut cõmodius inde
prælíũ ſpectaret. Ferũt poſtea dicere ſolitũ, nullo unq; tpe ſe tantã ex quouis alio ſpectaculo
percepiſſe uoluptatẽ, q̃ quũ ſupra centũ milia hoĩm inter ſe pugnantiũ ipſe omni ſolicitudine

*Pugna.*

& cura liber, ex alta cõtemplatus eſſet ſpecula. Pugna à prima luce ad noctẽ diſtracta eſt, mul-
tis hincinde cadẽtibus, ad poſtremũ rex aliquãto ſuꝑior acie exceſſit, cui in caſtra redeũti gra-
tulabũdus Scipio occurrit. Eũ Maſiniſſa ob Aphricani memoriã quẽ oĩm maxime coluerat,
arctiſſime eſt cõplexus, multaq; comitate penes ſe habuit. Tũ Scipioni ſpecies illa eſt per quie-

*Viſio Scipionis.*

tẽ uiſa, quã Cicero diſertè in ſexto reip. eſt poſtea executus. Tẽtata quãdiu ibi fuit Scipio pax
eſt inter regẽ & Carthaginiẽſes, cæterũ iritatis utrinq; aĩs ad exitũ perduci nõ potuit. Ipſe acce-
ptis à rege elephãtis, in Hiſpaniã abíjt. Maſiniſſa poſt prælíũ Haſtrubalis caſtra iniquo loco
ſita & foſſa & uallo cinxit. Habuit ab initio Pœnus in aĩo prius erũpere, q̃ undiq; hoſte clau-
deretur, regẽq; ad prælíũ cogere, ſed audito legatorũ ex urbe Roma acceſſu, ratus fore ut eorũ
arbitrio bellũ ſolueretur, certamine abſtinuit. Legatis occulte mandatũ erat, ut ſi Maſiniſſa in-

*Rom. dolo malo cum Carthag. agunt.*

ferior eſſet, pacẽ ſuaderẽt, ſi res eius melior q̃ Punica uiderer̃, ſinerẽt bellũ trahi. Quo apparet
Romanos parũ ſanctè ius ſociale ꝑ id tp̃s cuſtodiuiſſe, ac quantũ Pœni prioribꝫ bellis ꝑfidia
egerãt, tm̃ tertio hoc Punico bello Romani dolo malo egiſſe merito uideri poſſunt. Spe igitur
fruſtratus ſua Haſtrubal, ad eã eſt inopiã redactus, ut equos primo, mox ſcutorũ lora, & habe-
nas mãdere ſint milites coacti. Tela adhęc lignorũ defectu cõbuſta. Sequuta eſt inde peſtilen-
tia famis alũna, magnaq; pars exercitus paucis diebus teterrima illa clade cõſumpta eſt. Tũ de-

ſperatis

A ſperatis rebus, Haſtrubal tria milia argēti talenta in quinquaginta annos, & exulū reſtitutionem pact⁹, ut ipſe & ſui cū ſingulis ueſtimentis domū abirent, pacē cū rege ſanxit. Geloſſes regis filius, dubiū ignaro patre, Numidicū eqtatū in agmen morbo & fame affectū immiſit, tantaq; cædes eſt edita, ut ex octo & quinquaginta hoim milib⁊ (tot enim fuiſſe dicuntur) præter paucos qui cum ipſo duce Carthaginē peruenere, cæteri & ſi alij alio caſu, ad unum perierint.

Cartha. cædes.

Carthaginiēſes non tam p̄nti clade perculſi, quā Romani, quos merito ſuſpectos habebāt, ac curatiſſimum tota Italia delectū habere dicebantur, ut nullū non remediū, ad id bellū, quod inſtabat, euitandum quæſiuiſſe uiderent. Haſtrubalem primo qui geſti cū Maſiniſſa belli autor fuerat, & Carthalonē, cæterosq; eius cōſilij participes, partim exilio, partim capitali ſupplicio afficiunt. Mittūt & Romam legatos, qui Numidici belli culpam in paucos ſuorum ciuiū, qui publicè pœnas luiſſent, & in Maſiniſſam reijcerent, docerentq; publicum conſilium ab omni culpa procul abeſſe. Interrogati ab uno ſeniorū legati, cur non autores belli à principio coercuiſſent, ſed poſtq̄ res male geſta eſſet, quū nihil ad ea reſpōdiſſent, cum his dimiſſi ſunt, ut diceretur illis nondum uideri Po. Ro. à Pœnis ſatisfactū. Idem ferme reſponſum datum legatis, qui ſecūdo loco miſſi ſunt. Interea Vticenſes Carthaginiēſib⁊ infenſi Romā occulte mittunt, q urbē Romanis dederent, qua opportuna deditiōe arrepta ſenatus in capitolio, ubi talia decerni conſueuere, bellū Carthaginienſib⁊ inferendū ſtatuit. Erant tū conſules, M. Manlius & L. Martius, qui in Aphricā tranſmiſſuri, clandeſtinè iubent̄ nō prius à Carthagine copias abducere, quàm eā fundit⁹ euertiſſent. Fuit hic annus ſexcenteſim⁹ ſecūdus ab urbe condita.

Conſules

Nec lōgior inde mora fuit: conſules omnib⁊ ad bellū paratis, cū centū quinquaginta nauibus ad pugnā inſtructis, & ui onerariarū ingenti, octoginta milia peditū & quatuor equitū, in Aphricā deportarunt. Prius claſſis ex alto cōſpecta eſt, quā in ſe quippiā moueri Carthaginiēſes reſciuiſſent. Stupentib⁹ itaq; nouitate animis, quū ne ad tolerandā quidē obſidionē ſatis parati eſſent, uiſum eſt celeriter Romā mittere, q à ſenatu quæreret, qd Ro. Po. Carthaginiēſes uellet facere.

Copiæ in Aphricam delatæ

B Reſpōſum his eſt, ut irent, & ccc. pueros ex omni nobilitate lectos, cōſulibus obſides darēt, tū fore ut cæteris, q̄ poſtularent̄, mitius aures accōmodarēt. Carthaginiēſes & ſi tota res ſuſpecta erat, ut neq d eorū, q̄ ad flectēdos Romanorū animos attineret, nō datū uideri poſſet, ccc. pueros, ex omni nobilitate lectos, cōſulib⁊ dedere, qui quū in naues imponerent̄, in Siciliā deportandi, lachrymoſum ciuitati ſpectaculū prębuere, lamētari eoꝶ matres capilloſq; ſibi laniare, multūq;, ut in tali dolore, teſtatæ, & filios ſibi adimi, & Carthaginem haud ꝓpterea incolumē futurā, uelut imminēs excidiū ante oculos haberent. Et illi è conſpectu ſuorū in altū delati ſunt.

CCC. Carth. pueri obſides dati.

Erāt interim Cōſules ad Vticā, quē locū primū in Aphrica tenuerūt. Ad eos ex Carthagine legati quū ueniſſent, ad terrorē incutiendū, editiore ſunt loco auditi, ut uniuerſum exercitū, ad hoc ip̄m inſtructū, & in ꝓcinctu ſtātē, oculis intuerent̄. Illi miſerabili oratiōe uſi, & ad præſentē fortunā accōmodata, diu multūq; p̄cati ſunt, ut humanaꝶ reꝶ memores, p̄nti fortunæ moderarent̄. Carthaginē quoq; aliq̄n floruiſſe terra mariq;, intra extraq; Aphricā latè impaſſe, nūc ſupplicē ad ipſoꝶ pedes iacere, nō claſſem, nō exercitū, nō ſocios, nō p̄ſidia ulla, nō deniq; aliud qppiā, p̄ter ſpem, quā in Romanorū clemētia repoſitā haberēt, reliquū ſibi fortunā feciſſe.

Carth. preces

Cōtēti, inqt, fuerūt maiores ueſtri, cū qbus bella geſſim⁹, armis uiciſſe. Cæterū tm̄ abfuit, ut uictoria abuſi ſint, ꝙ & nos uictos ſibi fœdere deuinxerint, numero amicoꝶ habuerint, fœdera publicè icta ſanctiſſime ſeruarint, quo magis mirari oporteat, qd ſit ꝙ uos illoꝶ ꝓgenies, cū qbus nūq̄ bellauim⁹, nihil dicto aut facto læſim⁹, ita ſubito ad arma ꝓſilueritis, an tributa uobis non exoluim⁹? aut naues habemus? aut elephātos alimus? quæ oīa in fœdere ſunt, nihil certe hoꝶ à nobis factū criminari pōt quiſquā. Quid igitur uobis arma induit? res noſtrę, credo, quæ qm̄ ſunt adeò afflictæ, quū oīm iniuriæ ſunt obnoxię, tū uobis merito ludibrio, ſed miſericordia poti⁹ digni ſum⁹, ꝙ p̄ter alia mala, q̄ lōga tēporū ſerię miſera ciuitas ꝑpeſſa eſt, octo & qnquaginta milia hoīm, his paucis mēſib⁊ amiſim⁹, more ferarū à Maſiniſſa circūuēta, fameq; & ferro abſumpta. Sed uos, aliqs dixerit, Maſiniſſæ bellū intuliſtis, mitto ꝙ ab eo oīs belli cauſa orta eſt. Sed cur nō huic inferri debuerit, q terrā illā in qua nutrit⁹ eſt & inſtitut⁹, ui, ferro, flāma, rapinis, nō min⁹ impie, q̄ igrate tot annos hoſtiliter inſectat? Maſiniſſa nos arma cape coēgit, Maſiniſſa fœdera uobiſcū icta confudit,

Efficaciſſima Carth. conqueſtio

ꝙ ſiquid hinc etiã peccatũ eſſet,& quia eius tumultus autores publice pœnas luerũt,& ꝙ Romã miſimus,qui uos docerent publicũ cõſiliũ procul à culpa abeſſe, abunde ſatisfactũ arbitrabamur. Nunc uero,quid per deũ numeroſa hæc claſſis ſibi uult? quid immenſus hic exercitus? aduerſus eos qui nec ſe peccaſſe intelligunt, nec ſi intelligant, recuſent uobis ſe ſubijcere, omnia quę uelitis, ferre humiliter parati. Sed iã in ueſtra poteſtate eſt,acceptis obſidibus uelitis publicã fidẽ ſeruare,patiq; Carthaginẽ ſuis legibus uiuere,an documẽto eſſe cæteris mortalibus ut qui plus poſſint ꝙ ſoleant,plura uelint ꝙ debeant. Et hæc legati palã queſti ſunt. C

Tũ L. Martius inquit, De iure fœderis uobis Romæ reſponſum eſt Carthaginienſes, & quũ obſides tradidiſtis,prædixerat ſenatus fore,ut Vticæ cętera quæ po. Ro. uellet à nobis audituri eſſetis. Nunc quando uobis in pace uicturis arma nullo modo uſui futura ſunt, edicimus, ut quicquid armorũ in urbe eſt,id nobis afferatis. Legati conſulũ edictũ eo tẽdere rati,ut ſublatis armis omnis nouãdarũ rerũ occaſio è medio tolleret, ſe imperata facturos polliciti ſunt.

*Arma Carthag ademψta.*

Cornelius Scipio Naſica,& Cornelius cognomẽto Hiſpanus,in urbẽ miſſi, ingentẽ uim armorũ ex armamentario depromptã in caſtra deuehi curarunt,ducenta milia armorũ fuiſſe dicuntur. Sagittarũ & telorũ incomperta multitudo. Catapultæ in his machinæ ad excutiendos lapides duo milia numero. Hæc omnia curribꝰ ſublata,primores ciuitatis,cũ ſacerdotibus, & quicunq; pietatẽ uel ipſo aſpectu mouere potuerunt,reliqua ciuitate in fletu & mœrore occupata,ſecuti ſunt. Hi ubi ad conſulũ conſpectũ ſtetere,tũ Martius(erat is multo promptior, ꝙ collega ad dicendũ)digni quidẽ laude eſtis uiri Carthaginienſes,ꝙ & obſides primo, mox & arma nobis petentibus dediſtis,cæterũ in rebus neceſſarijs paucis uerbis opus eſt, audite quæ uobis poſtremo imperentur. Tradite nobis urbẽ ueſtrã, aliamq; nouã uobis x. milia paſſuũ procul à mari,ubicunq; libuerit cõdite. Hanc quã habetis euertere in animo eſt.

*Extrema conſulũ denunciatio.*

uix hæc Martius fuerat locutus,quũ Carthaginiẽſes omnes unà manibus ad cœlũ ſublatis, multa aperte Romanis mala imprecari, à quibus tã perfide fuiſſent decepti. Et illi amentes,ſiue moriendi cupidi id facere,inde in terrã prouoluti manibus capita contundunt. Alij ſibi ueſtes laniant, quidã manũ ſibi inferre conati ſunt,uelut inſania quadã ſtimulante. Poſtremo ab ea cõflictatione quieſcentes, uelut defuncti uita,humi proſtrati iacuerunt, raras & miſerabiles uoces interim emittentes,filios,uxores,patriã,deos ipſos quos ipſæ pie coluiſſent,miſerabili modo inuocantes. Admoniti conſules humanæ fragilitatis,miſericordia & ſtupore preſſi,ſine uoce aliꝗdiu ſtetere,nec circũfuſa multitudo lachrymis temperare potuit. Vbi uero Pœni ab ea lamẽtatione paululũ quieuere,tũ Hanno cognomẽto Gelas,medio dolore interfatus. Quãdo, inquit,Romani,neq; fœdera nobis apud uos adiumento ſunt,neq; publica fides, quam uos conſules apud nos nuper obligaſtis,fore,ut urbs noſtra libera dimitteretur,liceat nobis ſaltẽ pauca flere,ac ſimul deprecari,etſi nõ parua alioqui adſit nobis in tantis malis deprecandi copia. D

Per noſtræ urbis uetuſtatẽ,per urbẽ ipſam deorũ oraculis conditã, per eius famã ualde olim in terris inclytã,per Carthaginis nomẽ omnibus gentibus notũ, per ſacra,quorũ in ea ingens copia eſt,per deos ipſos,qui nihil impie uſq; egerũt,oramus uos Romani ac precamur, ne eorũ celebritates,pompas,ſolẽnia nobis eripiatis,ne defunctorũ monumẽta,quũ nihil ab his paſſi ſitis,diruatis: & ſiqua uobis ineſt pietas miſereamini eorũ, quibus unà migrare opꝰ eſt. Parcite dijs penatibus,parcite foro,theatris,templis,parcite cæteris ornamẽtis,quæ eſſe ſolent ciuibus & honeſta & iucunda. Quid Carthaginẽ metuere amplius opus eſt? quũ ipſi arma,naues,elephantos,& omnia quæ inuidiæ eſſe poterãt,teneatis? Cęterũ nihil eſt indigniꝰ, ꝙ homines mari aſſuetos,quorũ infinita multitudo inibi operatur, in mediterranea traduci. Ne tamẽ urbs immerita infando excidio detur,uobis Romani quod ęque ualeat relinquimꝰ habitandã. Mittite,ablegate miſeros Carthaginiẽſes in extremas terras,innoxiæ urbis ædificijs parcite,qđ & minꝰ luctuoſum nobis erit,& uobis minꝰ inuidioſum.

*Extrema Pœnorum poſtulata.*

His & alijs nõ paucis Hãno patriæ excidiũ deprecatus eo demũ decurrit,ut diceret: liceat Romani miſeræ ciuitati legatos iterũ Romã mittere,tantiſper parcite periturę urbi,donec poſtremo experti ſimus an ſenatus ille,q alijs gẽtibus ultro ignoſcere cõſueuerit,ſociæ ciuitati & cuius auxilijs in duobꝰ nuper regibus expugnãdis publicè ſit uſus, quã obſequentiſſimam in omnibus habuit, noſtris precibus & iuſtis lachrymis ſit aliquid daturus.

*Carthag. preces.*

Ad ea Martius, Decreuit,inquit,ſenatus uiri Cartha-

*Verba Martij.*

A Carthaginiẽſes,& quod decreuit fiat neceſſe eſt. Inde multis uerbis conatus oſtẽdere condu-
cibilius eis fore ad quietẽ,& ocium maritimã urbẽ relinquere,quæ ipſis omniũ malorũ fuiſſet
cauſa,ut olim ſuã Atheniẽſibꝰ,eſſeqꝫ taliũ urbiũ opes maritimis negocijs perquã ſimiles,quę Verba de obliuione
celerrime mari auctæ,celerius dilabunt̃. Præſtare ad futurũ patriæ deſideriũ leuãdũ,procul à
mari recedere,ne ad omnẽ pelagi cõſpectũ memoria antiquę laudis cũ imperio amiſſæ ſubi-
ret animũ. Malorũ,inq̃t,oĩm præſtantiſſimũ remediũ eſt obliuio,quã niſi mutatis ſedibꝰ fie
ri,Carthaginiẽſes uiri, haud quidẽ poteſt,ut aliquãdo aſſequamini. Et Martius humane qui
dem tali uſus eſt hortatione,quũ imperio uti poſſet. Legati poſtremo illud petierunt, ut quã-
do aliud impetrari nõ poſſet,ne multitudinis incurſu ad primã eius rei mentionẽ laniarentur
tãquã ſua ſpõte in patriæ excidiũ cõſenſiſſent,cõſules ipſi cũ claſſe in cõſpectũ urbis uenirent.
Id Martiꝰ cõcedẽdũ ratus,cũ xx,q̃nqueremibꝰ ſub legatoꝝ reditũ,ex alto ſe Carthaginiẽſibꝰ Noua Cartha. trepidatio
oſtẽdit. Illi mœſto ſilẽtio urbẽ ingreſſi,cõtinuo multitudinẽ in melioris nũcij expectationẽ ere
ctã,metu & terrore perculerũt,multis amicorũ ſciſcitãtibꝰ,quũ ne uox ulla quidẽ redderetur,
multa cũ trepidatione in curiã diſcurrit,ubi ad primã mandatorũ relationẽ,tantus eſt à patri
bus clamor exortus,ut plebs,q̃ ante curiã ſtabat,ægre à foribꝰ remoliendis abſtineret. Mox
uero edocta quę eſſent Romanorũ poſtulata, uelut ſubito furore correpti,alij aliò dilabũtur.
Miſerabilis cõploratio in publico & priuato orta,ſæuusqꝫ matronarũ planctus. Aliæ cum fle
tu & lamẽtatiõe tẽpla ſubeũt,dijs inuidiam facturæ. Aliæ paruos natos cõplexę illorũ ſortem
lamẽtari,quorũ ortꝰ in ea tp̃a incidiſſent,ut euerſa patria in exilio uicturi forẽt. Quædã pena
tes deos,& lares,quos caſte coluiſſent,uelut ingratos incuſare. Viri ira & dolore perciti,clauſis
portis muros cõſcenderũt,cũ ipſa patria perituri,p̃ catapultis ſaxa cõgerũt. Senatꝰ omnia pri-
us extrema perferenda cenſet,quã urbẽ ad excidiũ tradẽdã. Bellũ itaqꝫ decernit̃,mittiturqꝫ ad Bellũ decernitur
Haſtrubalẽ nũciꝰ,qui urbe pulſꝰ erat,ut publicę iniurię oblitꝰ,p̃rię extremo tp̃e auxiliũ ferat,
habebat ille ſecũ ad uiginti milia hominũ eo conſilio quęſita,ut ab ſui exilij autoribus pœnas
B exigeret. Huic igitur imperium decernitur,ut foris rẽ gereret,datusqꝫ illi collega eſt Haſtrubal
Maſiniſſæ nepos,q̃ urbẽ tueretur. In extremũ itaqꝫ bellũ ciuitate conuerſa,ſerui oẽs libertate
donantur. Omnia opificia negociaqꝫ ſacra & prophana in præſentẽ belli uſum uertunt̃. O-
mnis ſexus & ętas in mediũ operari,frumento & labore per partes diuiſo. Centũ clypei ſingu
lis diebus fiebant,trecẽti enſes,mille catapultę,ſagittæ,lanceæ,& iacula quinquaginta. Mulie-
res quoque memorabili exemplo,cannabis & lini inopia capillos ſibi ſecuerunt.

## ENNEADIS V LIBER IX

QVANTVM Pœni patriæ periculo adacti,inaniter bellum inſtruebãt, Segnities conſulum.
tantum Martius & Collega,ſemicapti hoſtis contẽptu,quod reliquum
negocij erat ſegniter obibant. Dum igitur ad Vticam ſedent reſpõſum
expectantes,dum terunt tẽpus in maritimis urbibus recipiendis, quæ
ultro in deditionem ueniebãt,dum citro ultroqꝫ Carthaginẽ mittũt, &
audiunt miſſos,Pœni urgente neceſſitate urbem irrequieto opere mu-
niunt,ex totaqꝫ Aphrica uires ad bellũ comparant,quòd Maſiniſſa æ-
gro animo ferens,queſtus eſt per literas,quod hoſtem quem proſtratum ipſe Romanorũ pe Maſiniſſa delirus habitus
dibus conficiendũ obieciſſet,cõſules ſua cũctatione reſpirare paterentur. Reſcripſerunt regi
Martius & Collega,ut & ipſe bellum pro uiribus iuuaret,mitteretqꝫ in caſtra auxilia,quę q̃a
tum miſſurũ ſe ille reſpondit,ubi opus ſuo auxilio eſſet,& mox paulo miſſis,qui conſulibus,
dicerent,an re aliqua opus eſſet,delirũ ſenem cõſules aſpernati,ſe tum miſſuros reſponderũt,
quum eius uiribus indiguiſſent. Nec multis inde interiectis diebus Adrumeto, Lepti & alijs
quibuſdam locis receptis,Carthaginem uerſus caſtra mouent. Erat Carthago uelut in Cher
ſoneſo quadam ſita,cuius ceruix à mediterraneo aſſurgens latitudine patebat quiqꝫ & uigin
ti ſtadiorũ,longiore inde tractu diſcurrebat inter ſtagnũ & mare. Cherſoneſum ſimplex mu-
rus per interiectos ſcopulos muniebat. Circa collum,ubi Byrſa fuit,ad meridiem urbs triplici
fuit murorum ſerie prædita. xxx. cubitorum altitudine,turribus in quaterna tecta aſſurgen
tibus,triginta pedes in profundum demiſſis,ut in cauedijs ipſis trecẽti ſtabularent̃ elephanti

Altera ſuperius ſtabula, pari opere, quatuor miliũ equorũ capacia. Domicilia inde circa mu C
ros XX. milibus peditũ, & quatuor equitũ ſtationẽ ſatis commodã datura. Erat angulus ſecun
dũ Ligulam ad portũ extenſus, magis natura, quàm opere munitus, & ex ſtagno, quod naui-
gabatur, exitus in mare anguſto ore, quod ferreæ claudebant catenæ. Interius inſula in me-
Naualia. dio ſita, & ipſa nõ mediocribus à ſtagno ſcopulis diſtincta. His naualia interiecta ccc. nauiũ
Carthag. capacia, domibꝰ ſuperimpoſitis, cũ omni triremiũ apparatu. Erat & Naucleri domus eminen
tiore loco ſita, unde ille ſignũ dabat nautis, quãdo late inde patebat in oẽs partes conſpectus.
Nec à mari ſubeuntibus cõtinuo naualia uideri poterãt, duplici muro obiecto. Et is tunc erat
Carthaginis circa muros apparatus, quũ cõſules admotis copijs, Martius à mari, à terra Man
lius, uno tẽpore, urbẽ adoriũtur. Bis utrinq; cũ ignominia repulſi. Martiꝰ prope ſtagnũ caſtra
fecit. Manlius ſupra Cherſoneſi collũ, qua uia mediterranea ferebat. Vterq; Haſtrubalis me
tu, qui haud procul à ſtagno cõſederat, caſtra uallo & foſſa muniũt. Nec ita multo poſt Mar-
tius cũ quingentis ferè militibus, per ſtagnũ aduectus, ad materiã ex proximo petendã, ut ſca
las & alia bellica opera mœnibus applicaret, improuiſa Himilconis eruptione, armis magna
ex parte amiſſis, quibuſdã etiã ab hoſte cæſis, in caſtra, fugienti ſimilis redijt, auecta nihilo ſe-
cius materia, quæ cæſa erat. Duobus itaq; arietibus muro admotis à parte Ligulæ ter conatus
eſt urbẽ irrumpere. Cæterũ quantũ ea parte Romani diſturbabant: tantũ Pœni, celeri opere
interius reponebant. Iniecit tamẽ nõ paruã ſollicitudinẽ hoſtibus tertius ille Martij conatꝰ.
uerũ quia extrema urgebat neceſſitas, nocte, quæ ſecuta eſt, eruptione ex urbe facta, in Martij
caſtra Pœni impetũ faciunt. Plures omnino facibus q̃ armis erant inſtructi, quibus intra mu
ros compulſis, Romani alacri animo munitiones inuadunt, conſtituerant Pœni, inſtructo a-
gmine, intra muros acie, ſi opus eſſet, dimicaturi. Erat intus campus late patens, pugnæq; con
ſerendæ nõ inhabilis. Martiani milites hoſtẽ aſpernati, quorũ præcipua pars, lapidibus, aut
contis erat inſtructa, cupide in præliũ ruebant, fuiſſetq;, loci iniquitate, clades nocte illa nõ me
diocris accepta, niſi Scipio, penes quẽ omne deletæ Carthaginis decus fuit, tũ uero tribunus, D
aliquot cohortes ingruẽti hoſti mature obieciſſet, ꝑ quas militibꝰ tutior fuit ad ſuos receptus,
qđ facinus plurimũ illi laudis attulit. Perſeueratũ inde à premẽdo hoſte. Cæterũ exercitus, q
erat ſupra ſtagnũ, grauitate cœli affectus, claſſe in apertũ educta, in ſalo cõſtitit. Inde quũ uen
tus à terra ſpirare cœpiſſet, Carthaginiẽſes ſcaphas ſarmẽtis plenas, eaſq; ex improuiſo incen
Ro. claſſis ſas, in Romanorũ naues plenis uelis immiſere, quo cõtigit, ut tota pene claſſis, uno tp̄e, defla-
cõcrematur grarit. Abijt Martius inde Romã ad comitia cõſularia habẽda, Manlio ad obſidionẽ relicto.
Ibi hoſtes alterius cõſulis diſceſſu audaciores facti, noctu Mãlij caſtra inuadũt, cœptaq; erãt
iã munimẽta tranſcẽdi, quũ cæteris metu torpẽtibꝰ, Scipio auerſa parte caſtrorũ, cũ equitibus
egreſſus, facto in Pœnos impetu, eos à uallo repulſos in urbẽ cõpulit. Auxit Scipiõis famã re-
cẽs hoc facinus. Secutæ poſtea frumẽtariæ expeditiões, in quibꝰ quũ cæteros tribunos, qui fru
mẽtatoribus præſidio aderãt: Phameas Pœnorũ præfectus aſſiduo incurſu fatigaret, cũ Scipi
one nunq̃ eſt auſus cõgredi, eius diligentiã in diſponẽdo præſidio ueritus. Metu itaq; Barba-
rus prælio abſtinebat, quũ milites Scipionis ductu frumentarẽtur. Cęteri tribuni eã laudẽ Sci
Scipioni in- pioni inuidẽtes, ueterẽ Phameæ amicitiã cũ Scipionibꝰ eſſe dictitabãt, haud ꝓpterea mirũ ui-
uidia conſla deri oportere, ſi cũ uno, Romanorũ oĩm ille pactas haberet inducias. Maius inde facinus ſecu
tur. tũ. Statuit Manlius Haſtrubalẽ, q ad Necpherim caſtra habebat, cũ maxima parte exercitus
inuadere. Vbi uero ad flumẽ uentũ eſt, qđ uno uadari loco eoq; perangusto poterat, ubi ex-
ercitus trãſmitti cœptus eſt, Scipio loci malignitatẽ intuitꝰ, ducẽ imminẽtis periculi admonet,
qđ eñ fiat, inq̃t, ſi, qđ olim, parũ proſpere à nobis dimicatũ fuerit, ſiue hoſtis de induſtria pu-
gna abſtineat, inſtetq; nobis abeũtibꝰ, nõne clades hic memorabilis erit accipiẽda? Vadũ pro
inde inhibeto Manli, ac proſpice priuſq̃ in ulteriorẽ ripã euadat miles, qua ratiõe incolumis
exercitus à te in caſtra reduci poſſit. Obtẽperaſſet Mãlius Scipioni, ut homo nõ multũ rei bel
licæ peritus, niſi cæteri tribuni Scipionis imbelliã arguentes ultro ad hoſtẽ ire ſuaſiſſent. Exce-
pit Haſtrubal uenientẽ Manliũ prælio, ac poſt mutuã cędẽ editã ſuos in caſtra recepit, ac tam
diu ſe tenuit, quoad Romanos circa uadum ſua ſponte turbatos intuitus eſt. Tũ uero præſen
tem occaſionẽ amplexus, poſtremũ agmẽ à tergo & lateribus tumultuoſe inuadit. Ingens ſtra
ges

A ges cõfeſtim edita,ſed multo maior ſecuta eſſet,niſi Scipio cũ duabus alis equitũ obequitãdo, iaculãdo ꝗ Pœnũ à ſuorũ cæde diſtinuiſſet. Perierunt tamen,quũ alij multi tũ tres tribuni militum,qui trãſmittendi exercitus fuerãt autores. Et iam propemodũ in tutum abierat exercitꝰ, quum cognitũ eſt quatuor cohortes abeſſe,quas primo hoſtiũ incurſu à ſuis excluſas,Pœnꝰ in quodam circũſederat tumulo. Ad eas obſidiõe eximẽdas reuerſus Scipio, ꝓter ſpem omnium fuſis ſua ſtatione hoſtibꝫ incolumes reduxit. Eratꝗ ꝑ hæc ingẽs fama non ſolũ inter ſuos,ſed apud hoſtes etiam Scipioni conciliata. Legati qui in Aphrica fuerãt,ut res tot cladibꝫ afflictas inſpicerent,inſigne uirtutis teſtimoniũ illi apud ſenatũ præbuerunt. Maſiniſſa interea ętate & corpis ægritudine cõfectus,ubi ſe morti propinquũ ſenſit,Scipionẽ ex caſtris ad ſe uocauit,qui priuſquã eo occurriſſet,rex uita deceſſit,ſupremũꝗ uoce filijs mandaſſe dicitur,ut Scipionis dicto obedientes eſſent. Erant illi filij complures,ſed horum tres duntaxat legitimo thoro nati. Perijt nonagenarius,adeo proſpera & uiuida ſenecta,ut in numeroſa ſobole quadrimũ filiũ reliquerit,quẽ ſex & octoginta annos natus genuit. Sunt Plinius,Liuius,& Appianus autores. Regnũ à Maurisijs oceani accolis,uſꝗ ad Cyrenaicos fines, per mediterranea ꝓpagauit. Syphacẽ regem potentiſſimũ, & hoſtem ſuum,quod eius felicitatis cumulo acceſſiſſe uideri poteſt,ſua manu cepit. Scipio regis filijs pellicibꝫ ꝓcreatis ꝓ cuiuſꝗ dignitate aliqua tribuit. Regnũ & theſauros ut tres legitimo thoro nati haberent decreuit. Micipſam qui horũ maximus natu erat in paterno ſolio Cyrthæ collocauit. Guluſſa pacis belliꝗ ſummã curare eſt iuſſꝰ. Maſtabã,ſiue ut alij ſcribunt Maſtanabal,iuſtitiæ cultor,egregieꝗ grecarũ literarũ ſciens, ius populis diceret. Eſtꝗ Guluſſa cum Numidarũ auxilijs in caſtra adductus,cuius opera Famee licentia cum ſuo equitatu euagandi,breui compreſſa eſt. Nec Phameas multo poſt cum Scipione in colloquiũ uenit,pactuſꝗ ſibi & ſuis ſalutẽ,fideꝗ in id ab eo accepta,cũ duobꝫ milibꝫ equitum,& cc. ad Romanos tranſijt. Qui à Mãlio cum Scipiõe Romam miſſus, benigne eſt acceptꝰ,purpureaꝗ ueſte,aurea fibula,& phalerato equo à ſenatu donatus. Addita his aurea

B arma,& cũ his magnũ argẽti pondus,tabernaculũꝗ cum lauta ſupellectile. Et Phameas ita in publice ornatus,ad bellũ in Aphricã eſt reuerſus,quo tpe Calpurniꝰ Piſo,qui in ſequentẽ annum conſul creatꝰ erat in prouinciam ad exercitũ traiecit,& L. Mancinus præfectus claſſis cũ eo. Vbi uero in prouinciam uenere,Calpurnius Aſpida urbe fruſtra oppugnata Hippargetem circunſedit arce,mœnibus,& portu,inſignem,medio tractu inter Carthaginem & Vticã, eam Agathocles Syracuſanus olim ad uſum belli,ſumma ope conſtruxerat. Hic Romano cõſuli ſedenti fluxit æſtas,nulla interim re memorabili geſta. Nec igitur Hippargeta potitus,aut cum Haſtrubale uſpiam congreſſus, Vticam in hyberna cõceſſit. Carthaginienſes his modicis rerum ſucceſſibus ſupra modum elati,ad Micipſam & Maſtaban miſerũt,ut ſecum in partibus eſſe uellent. Miſerunt & ad Mauriſios,qui eam gentem ad arma concitarẽt,nec intra Aphricę fines ſe illorũ conatꝰ tenere,ſed in Macedoniã quoꝗ ad Andriſcũ legatos deſtinant, arma,& pecuniã polliciti. Erat Andriſcus homo obſcuro loco natus,ꝗ hanc fabulã cõmentus,ut ſe Perſeo rege ex pellice ortũ prædicaret,ac ſub id tẽpus quo pater cum Romanis bellare cœpit,Cyrtheſæ cuidã occulte alendum datũ,ut ſi aduerſa eſſet fortuna præſenti bello uſus, aliquod uelut ſemẽ regiæ ſtirpis extaret. Mox capto Perſeo & extincto, Adramiti (eſt id Phrygię oppidũ) uſꝗ ad XII. ætatis annũ apud Cyrtheſam pro filio educatum,ob idꝗ exiſtimaſſe illius eſſe filiũ,à quo tam clementer educaret. Poſtremo cum uita ille migraturus eſſet,uerã pueri originem cõiugi aperuiſſe,tradidiſſeꝗ ei bellũ Perſei regis annulo ſignatum,quo ille filiũ alẽdũ cõmẽdauerat,quẽ ut illa in occulto uſꝗ ad pubertatis annos haberet,ultimis precibus fuiſſet obteſtatꝰ,ac tũ demũ ſe iam adultũ libellũ ſuæ originis indicẽ ab ea accepiſſe, duplicemꝗ à pr̃e theſaurũ ſibi relictũ,ex codicillo didiciſſe,monitũꝗ ab anu,ut Adramito excederet,priuſquã res ad Eumenẽ regẽ deferret,qui fuerat Perſei inimicus,in Syriã ad Demetriũ ueniſſe,ut ipſius auxilio ad paternũ regnũ reſtitueret. Hæc ille quũ uulgo prædicaret,tantũ abfuit ut Demetriũ ad aliqd in Romanos agẽdũ impellere poterit,ut ob hoc ipſum nequid ab eo moueri poſſet, Andriſcũ captũ Romã miſerit,unde quũ poſtea ille ꝓfugiſſet, multis uanã nois famã ſecutis,& tanꝗ ad indubitatã regũ ſtirpẽ coeuntibꝫ (ipſe quidẽ ſe Philippũ nominabat) breui totã Macedoniã occupauit. Ad hunc igit̃ Carthaginienſes miſerãt,ut bellũ per partes gerendum

Maſiniſſæ interitus

Micipſa Guluſſa. Maſtanabal

Calpurnius Piſo conſul.

Carthag. conatus

Andriſci cõmentum

dũ in Romanos ſuſcipet, q̃s ex ꝓfeſſo iamdudũ ſibi hoſtes factos non ignoraret. Ille ꝑ id tẽpꝰ C
Theſſaliã occupare conatꝰ, feciſſet ſe uoti cõpotẽ, niſi à Romanorũ legato & Achæorũ auxilijs
fuiſſet inde depulſus. Hæc foris. Romę interea quũ L. Scribonius tribunus plebis legẽ ꝓmul-
gaſſet, ut Luſitani q à Sergio Galba ueniſſent in Galliã cõtra fœdꝰ, in libertatẽ reſtituerentur,
ſuaſitq; eã legẽ M. Cato quũ ſextũ & octogeſimũ ageret uitæ annũ: Galba ueritus ne ea roga-
tione damnaretur, duos filios ꝑtextatos, & Sulpitij Galli filiũ, cuius erat tutor, in cõſpectũ po-
puli dedit, atq; ita pro ſe miſerabiliter eſt locutꝰ, ut ea ſit rogatio antiquata. In Bithynia interim

Pruſias.

Pruſias Rex humillimi cuiuſq; ac ꝓfligatiſſimi fautor, Nicomedis filij interficiendi conſilium
cœpit, dũ conſultũ cupit minoribus filijs quos tulerat ex nouerca, quã Nicomedi ſuperduxerat.
Cæterũ adoleſcens quũ ex ijs quibus erat id negociũ à rege iniunctũ, qđ in ſe pararetꝛ reſciuiſſet
illoꝝ hortatione ſcelus ſcelere diſcuſſit, factoq; ex improuiſo in regiã impetu, patrẽ expulit. Nec

Nicomedis ſcelus in patrem.

ita multo poſt ex ignotis latebris extractũ ſuis interficiendum tradidit. Fuit huic Pruſię alter fi-
lius, q ut Liuius & Plinius tradunt, unũ os continẽs habuit, ꝓ ſuperiore dẽtiũ ſerie. Sed priuſq̃
parricidio Nicomedis regia fœdata eſſet, placuit ſenatui tris in Bithyniã legatos mittere, qui in-
ter Nicomedẽ & Pruſiam domeſticã diſcordiam cõponerẽt. Forte ita euenit, ut legatorũ unus
caput multis haberet cicatricibus ſparſum, alter pedibus laboraret, qui reliquus erat ſocordi &

Catonis in legatos.

ſtupido haberetur ingenio, in quos M. Cato haud inſulſe cauillatus, eã legationem capite pe-
dibus & corde carere dixit. Nec in Syria per id tẽpus, q̃ hęc alibi gerebãt, res in ocio fuere. Enim-
uero Alexander, poſt Demetrij interitũ, regias opes ex inſperato adeptꝰ, adeo ſe oĩbus uolupta-
tibus immerſit, ut in ganeo & luſtris iacentẽ fœda libido uinctũ teneret. Adminiſtrare interim
pro eo regnũ Hãmonius quidã, qui per regũ neceſſitudines ferro graſſatus, Laodicen, q̃ fuerat
Demetrij, cum filio Antigono, & ex regijs amicis quãplurimos interfecit. Hæc Liuius. Cæte-
rum quod ad Demetrij ſtirpẽ attinet, Trogus initio eiꝰ belli, quo Demetrius eſt regno & uita
ſpoliatus, duos ipſius filios adhuc paruos, cum magno auri pondere, Gnydio hoſpiti ab eo cõ-
mendatos, ut ſiquid aduerſi eo ſibi bello accidiſſet, filij ubi per ætatẽ adoleuiſſent, ſe & regnum D
iuxtà uindicarent, quod quaſi futurum diuinaſſet, ita, nec aliter accidit. Maior horum Deme-

Demetrius Demetrij filius.

trius pubertatis annos ingreſſus, audita Alexandri luxuria, cum non parua auxiliarium manu,
quam Laſthenes Cretenſis ei detulit, Ciliciam ex improuiſo occupat. Alexander longa ebrie-
tate experrectꝰ, Apollonio in humiliori Syria relicto, Antiochiam proficiſcitur, ut primis hoſti-
um motibus, & in ipſis Ciliciæ finibus, occurreret. Apollonius in Phœnicia relictus, cum ma-
gno exercitu Iudæam ingreditur, Ionatham inſimulans, q; in ſummo motu Syriaci regni, unꝰ
omnium ocium teneret. Vi igitur expreſſurus quod ſponte non dabatur, Iudæos ut cum ipſo
duce in æquum deſcenderent, euocabat. Quibus uerbis Ionathas iritatus, cum .x. milibus pe-
ditum, Ioppe maritima urbe occupata, in Azoti campos ferociter eſt hoſtem ſecutus, quo per
ſpeciem fugę eum Apollonius traxerat, ratus fore, ut Iudæos campeſtri loco adeptus, facile eq-
tatu, quo plurimum pollebat, debellaret. Nec Ionatam preterijt hoſtium conſilium. Bipertito
itaq; Iordanem trãſgreſſus, qua inter Azotum & Ioppen amnis in Syriacũ mare labitur, cum
Apollonio conflixit, iuſſiq; ſunt Iudæi, qui in prima acie dimicabant, facta teſtudine, ſagitta-
rum & telorum uim ex aduerſo cadentium excipere, atq; interim prœlium diſtrahere, quoad ho-
ſtem feſſum teliſq; exhauſtum, ſenſiſſent. Id in cauſa fuit, ut ad noctem uſq; ſit certamen pro-
tractum. Tum uero facta à Iudæis impreſſione in aduerſam Syrorum aciem uiribus, & telis ex-
hauſtam facile fundunt porroq; fugant. Ad Azotum uſq; uictor Ionathas fugiẽtes eſt ſecutꝰ,
urbeq; primo impetu capta, maior ibi cædes, q̃ in prælio edita eſt. Ad octo milia hoſtium cęſa
dicuntur. Vrbs cum Dagonis templo incenſa. Pari ſucceſſu Aſcalonitas ſubegit, quibus nulla
maiore clade, ob uoluntariam deditionem, affectis, Hieroſolymam ſe uictor recepit. Alexan-
der, audita ſuorum clade, ſiue quia ita euenire uoluerit, ſiue ad iniuriam, quod propius uero eſt
ea temporum nouitate diſſimulandam, Ionathę uictoriam gratulatus eſt, laudauitq; maxime
q; ex ſententia ſua, temerarios Appollonij motus compreſſiſſet, qui ſuo iniuſſu res ſociorũ ſol-
licitare eſſet auſus. Attulerunt Ionathę q ad hoc ipſum miſſi fuerant, torquẽ aureum dono ab
Alexandro, detuleruntq; illi regis noĩe Accaronis urbis, totiuſq; regionis urbi adiacentis admi-
niſtrationẽ. Nec ita multo poſt Ptolemæus Philometor, cum terreſtribus & maritimis copijs in

Syriam

Syriã trãſijt,ut genero eſſet auxilio. Sed pax abfuit,quin rex Apollonij inſidijs perierit, quod A ille quũ ꝑ literas & legatos apud generũ queſtus eſſet,nec Apolloniũ ad ſuppliciũ requiſitum dari uidit,ſuſpicatus quod erat,nõ ſine Alexãdri conſilio ſe capitalibus inſidijs petitũ,ut cum eo omnia iura affinitatis & amicitiæ ſolueret,Cleopatrã filiam ademptam Demetrio iuniori Demetrij filio,icto cum eo aduerſus Alexandrũ fœdere locauit. Atq; ita Antiocheni Hammonio præfecto Alexandri interfecto ab Ptolemæo ſollicitari cœpti ſunt,ut ab Alexandro deficerent. Nec ut id fieret maiore ulla perſuaſione opus fuit. Oderant uulgo Antiocheni Alexãdrũ,quũ ob ipſius mollitiẽ & deſidiam,tum quia Hãmonij crudelitate ſub eo male habiti eſſent. Alexãdro itaq; eiecto Ptolemæũ regẽ ſalutãt,duplicicq; diademate coronãt,Ægypti uno, altero Syriæ. Ille Romanorũ inuidiã ueritus,cũ Antiochenis egit,ut Demetriũ reciperet,pollicitus fore,ut nũquã eorũ cuiquã apud illũ fraudi eſſet,ꝙ à Demetrio patre defeciſſent, quib⁹ aſſentientib⁹ Demetriũ ex Cilicia,cum exercitu euocat,cum quo iunctis armis, haud procul Antiochia Alexãdrũ prælio uicit. Accepit Ptolemę⁹ in ea pugna aliquot uulnera,quum equo elephãti ſtridore cõſternato,ad terrã ꝓuolut⁹,ęgre ſit à ſuis ſeruat⁹,quo min⁹ hoſtes,q cadẽtẽ ferro circũſteterant,eodẽ quo ad terram defluxerat loco pluribus uulneribus cõfecerint: Alexander magno ꝓlio uictus in Arabiã proficiſcitur,ubi à Zabilo eius gentis principe ad quẽ ꝓfugerat,interfectus eſt,eius capite ad Ptolemæũ regẽ miſſo. Perijtq; Alexander in hũc modũ cui Balas cognomẽ fuit. Alij Balæ filiũ fuiſſe tradunt. Tenuit Syriæ regnũ annos xl. Ptolemæus & ipſe haud multo poſt ex uulnere,quod in prælio acceperat,interijt,cui⁹ defuncti exercitũ Demetrius corrumpere conatus eſt. Cæterum eius fraude cognita, Ægyptiacæ copiæ relictis elephantis,ne maiorẽ cladẽ adirent,ſeſe in Aegyptũ receperũt. Fiſcon,qui Cyrenis regnabat,fratris loco Alexandriæ eſt poſtea rerum potit⁹,ſed quib⁹ poſtremo caſib⁹ is iactat⁹ ſit,ſuo loco memorabit̃. Dũ hęc autẽ in Syria & Aegypto gerunt̃,aut certe nõ multo antea, Scipionẽ Rom.qa per ætatem conſul fieri nõ poterat, cum ędilitatis candidatus proceſſiſſet, omnes eũ cẽturiæ cõſulem dixere. Negare cõſul,q comitia habebat, ſe eũ relaturũ,quia cõtra B patrias leges conſul fieret. Inſtare populus ſuaq; comitia eſſe clamitabat,libera eſſe po. ſuffragia,licuiſſe ſibi ſemꝑ ac licituru imperiũ cui libitũ eſſet demandare,idemq; abrogare cũ uellet. Placuit itaq; in ꝑſentẽ annũ legi abrogatũ iri,creatuſq; eſt cum Scipiõe cõſul Druſus. Cęterũ Aphrica Scipiõi extra ſorte data eſt,permiſſumq; ut ex urbe tantũ ſibi uirũ legeret, quã tum ſatis putaret ad ſupplementũ copiarum,quę in Aphrica eſſent,ex Latino nõie ſocijs regibus & populis auxilia accerſeret. Hęc tum Romæ. In Aphrica Piſo interim Carthaginem à terra obſidebat,& Mancinus,cuius erat claſſis imperiũ,per inuia Carthaginis loca,& ob id omni pręſidio deſerta,conatus eſt in urbem euadere,paucis militum temere murũ trãſgreſsis, alijſq; ab ipſo duce ad id audendum accitis,ſub occaſum ſolis pugna maiore Romanorũ ꝗ hoſtiũ diſcrimine inita per totam noctem ad lucem uſq; tenuit. Miſit eodem tẽpore Mãcin⁹ ad Scipionẽ,q tum primũ Vticã appulerat,ut præſto ſibi auxilio adeſset, iam Carthaginẽ à ſuis teneri,uerũ nõ ſine magno uitæ diſcrimĩe,niſi illis mature ſuppetias ferret. Affuit Scipio pene priuſꝗ affuturus crederet,acceperat iam Mancinus acre uulnus,atq; urbe pulſus,ſub ipſis mœnib⁹,ægre Pœnũ ſuſtinebat,quũ peropportunus Scipiõis acceſsus prælium diremit. Cõſul receptis ad ſe nauibus,præfectum claſsis Romã dimiſit,Carthaginiẽſibus dum bella tum cum Piſone eſt,adeo animi creuerãt,ut ad quinq; ſtadia uallum ab urbe ꝓmouerint. Cõtra Romanis acciderat, Calpurnij indulgentia adeo corrupta erat diſciplina militaris,ut quicquid hominum in caſtris erat,inſtitorum cœtus uerius quã exercitus haberetur. Id flagitium Scipio haud ferendũ rat⁹ ꝑſertim quũ ne uictoria qdẽ ulla tã corrupta militia ſperari poſset, aduocata multitudine militum,ita eſt uniuerſum exercitũ ꝓ concione allocut⁹. Studiũ & fidẽ in uos meã ſatis,ni fallor,hoc biennio experti eſtis milites,quũ ſub Mãlio uobiſcũ militarẽ,cæterũ qđ tũ uobis tribunus ꝑſtiti, nunc imperator à ſingulis repeto. Quid à uobis fieri uelim, quia eorũ quæ facitis ſatis uobis cõſcij eſtis,malo ꝑ uos id intelligi,quã à me cũ rubore explicari: ſed cur nõ dicã,q niſi mature emẽdent̃,aut ueſtro ſunt,aut publico malo corrigẽda? Latrocinamini milites,nõ ſtipẽdia facitis. Non bellatis ſed negociamini. Quæ ſubita & pudẽda mutatio hæc eſt,ut ueteris diſciplinæ immemores nihil ſpectetis,niſi quod ad lucrũ & uoluptatẽ

Alexandri interitus

Scipio ante legitimos annos fit cõſul.

Mancinus Carthagi. irrumpit

Scipio Carthagi. accerſitur

Oratio Scipionis ad milites

 perti

pertineat: pro hoſtibus ſcorta placent, pro prælijs cõmercia, pro prçda ſordidiſſimus quçſtus: quo factũ eſt, ut ꝑpiores obſeſſis, q̃ obſidẽtibus ſitis, magis fugæ q̃ uictoriç memores. Qđ niſi hæc mala rectius alij imputẽtur, darẽ hodie operã ut ſeuera animaduerſiõe milites mei documẽto poſteris eſſent, ne militarẽ diſciplinã à maiorib⁹ traditã, temere ampli⁹ fœdarẽt. Nũc ſatis habeo admonere uos longe alia ratiõe poſthac uobis militandũ eſſe, ueniſſeq́; me in Aphricã, ut uincã, nõ ut cumulẽ pecuniã. Proinde edico, ut quicunq; nõ ſunt ſacramẽto aſtricti, cõfeſtim ex his caſtris diſcedãt, nunq̃ reuerſuri, niſi cõmeatũ ferãt, eũq; militarẽ & exilẽ, quib⁹ ipſe cũ quçſtore tranſigẽdarũ rerũ tẽpus & pretiũ cõſtituã. Vos qui ſacramẽto militatis, meo exẽplo bella & negocia obibitis. Laborandũ quidẽ eſt, dũ periculũ impẽdet, lucrũ & uoluptatẽ ex ipſa uictoria percipietis. Præmia & decus fortes & ſtrenui milites, meo ductu, aſſequentur: cõtra cõtumaces & imbelles ignominiã & ſuppliciũ. Hçc fatus Scipio, oẽm inutilẽ turbã, inſtrumẽtaq́; uoluptatis caſtris expulit, purgatoq́; in hũc modũ exercitu, copijs noctu Carthaginẽ bifariã admotis locũ in urbe ſatis amplũ, cæterũ ſyluestrẽ & dumis obſitũ (Pœni Megarã uocabant) ex improuiſo occupat. Sed malignitatẽ loci Scipio cõtemplatus, inde abſcedere cogitabat, quũ Haſtrubal ex Byrſa (eo enim ex tota ciuitate cõcurſus per noctẽ fact⁹ fuerat ingẽs) quoſcunq; ex Romanis ceperat, in conſpectu eorũ qui Megarã tenebãt, naribus, lingua, & auribus præciſis, ſpirãtes adhuc è mœnibus ſuſpendit, quod feciſſe creditur, ut oẽm ſpem ueniæ Carthaginiẽſibus præriperet, cogeretq́; ad extremũ deſperatione certare. Quo fœdiſſimo ſæuitiç exemplo ingens eſt odiũ ipſi duci à ſuis popularibus conflatũ, & Carthaginienſes ad pugnã timidiores facti, ne pari ſupplicio à Rõanis capti afficerẽtur. Haſtrubal ubi ſe ſuorũ odijs flagrare ſenſit, ſenatorũ ferociſſimũ quenq;, in eã ſæuitiã reclamare auſum, interfecit: per quæ, uelut tyrannus ſuper alia mala ciuitati ortus, formidoloſus erat ſuis. Scipio totũ Iſthmum ab uno littore ad alterũ, quinq; & xx. ſtadiorũ interuallo, intra aggerem ab hoſte relictũ, foſſa & uallo muniuit, ut ad iactũ ſagittæ proxima urbi caſtra admouerit, alterã inde duxit foſſam in mediterranea obuerſam, pari ſpatio, opereq́; non minus laborioſo obſeptã, teretibus lignis pro uallo acuminatis, longaq́; ſerie defixis, murum poſtremo urbi aduerſum excitauit, totam Iſthmi intercapedinẽ complexus, & in medio turrim eminentiſſimã, ex cuius faſtigio quæ in urbe fierent, uelut ex ſpecula quadã explorarẽtur xx. dierũ ſpatio, laborioſum alioqui opus, quod uix fidẽ inueniat, ſolertiſſimus abſoluit imperator, per quæ, & caſtra multo iam inde tutiora fuerunt, & omnis commeatus in urbem importandi hoſtibus occaſio adempta eſt. Cœpit inde fames ſentiri, quæ ne ad perniciem ciuitatis inualeſceret, præfectus equitum Bithias commeatũ ex agris raptũ, leuioribus nauigijs impoſitũ, ſecunda maris tempeſtate in urbem occulte intulit. Erat omnino permodciũ, quod ita furtim inuehebatur, cæterũ id totũ Haſtrubal xxx. milibus hominũ, quos ad bellũ delegerat, cætera multitudine excluſa, ſuo arbitrio partiebat, qua re animaduerſa Scipio ut furtiuã illã nauigationẽ Pœno adimeret, ſtagni fauces aggere occluſit, magnis ſaxorũ molibus pelago obiectis ne opus undarũ alluuione ſolueretur. Ridebant à principio hoſtes audaciſſimos, Scipionis conatus, uelut incaſſum inexhauſtũ aggrederetur opus: uerũ ubi rem illi procedere animaduerſum eſt, metu perculſi, & ipſi intra mœnia q̃ occultiſſime portũ ſibi effodiunt, ut fluctibus eo repente immiſſis, in apertũ mare pateret nauigatio. Omnis ſexus & ætas hic ſedulo eſt operata, tantoq́; interim ſilentio, ut nullus immenſi alioqui operis peruenerit ad Romanos ſenſus. Multæ adhæc naues ex ueteri materia conſtructæ, triremes quinquaginta numero, quinqueremes præterea aliquot, ſed minora nauigia multo plura, portuq́; ad orientẽ ſolẽ repente patefacto, tantũ terroris claſſis ex improuiſo foras egreſſa ſtationarijs Romanorũ nauibus iniecit, ut ſi continuo in prçliũ itum eſſet, momento temporis Pœni potuerint Romanos ea parte debellare. Sed Carthaginẽ capi neceſſe erat, loco pugnæ tumultuoſo nauiũ circumactu contenti, in portũ ſeſe non minus celeriter q̃ exierant, receperunt. Triduũ inde Romanis datũ ad naues prælio expediendas. Tũ uero acris utrinq; dimicatio fuit, Pœnis de patriç ſalute certantibus, pro uictoria Romanis, & ſpe prædæ quæ capta urbe opulenta uictoribus oſtentabatur, annitentibus. Primo quidẽ leuia Pœnorũ nauigia triremibus immixta, ſubito incurſu & recurſu Romanas naues minus tali pugnæ habiles, uarijs affecere incommodis. Inclinante deinde die, quum Carthaginienſes

poſtridie

Peroratio.

Haſtrubalis ſæuitia.

Scipionis ſtratagema in Carthag. obſidenda.

Bithias.

Occluduntur ſtagni fauces.

Naualc prælium.

A poſtridie dimicaturi, ſeſe in portũ reciperent, minoribus nauigijs illius fauces inſidentes, magnã punicarũ partẽ portu excluſam, in aggerẽ, quẽ Romani ad ſtagnũ pelago obiecerãt, inuitas auerterũt. Ibi prælio iterũ cõtracto, Romanã claſſem ad multã noctẽ pertulerunt Pœni. Demũ numero & loco impares fugã capeſſunt, præter paucas, quas Romanus inſtans intercepit, cæteræ incolumes portũ tenuerunt. Poſtridie conſul urbẽ circa Cothonẽ adort⁹, aliquãtulum muri bellicis machinis diſturbauit, nec Carthaginienſes, quũ ancipiti poſtea periculo tenerentur, ab eruptione abſtinuerunt, noctu pleriq; funib⁹ alligati, uadatimq; per altos fluctus, alij etiã nãtes, extinctis facibus Romanorũ operibus ſilentio inſinuati, repente, igni iniecto, machinas inuadunt. Flamma nudos hoſtes prodidit, quæ res Romanos fugam circũſpectantes in prælium reuocauit. Cædebantur Pœni inermes hoſtiũ telis obiecti, ſed tanta fuit perficiundi operis cupiditas, ut quidam, defixis toto pectore mucronibus, ferarũ ritu per aduerſa tela in hoſtem ruerent. Ibi ſtationarius miles Pœnorũ pertinacia uictus, in fugã uertit. Supuenit Scipio, ſuorũq; ignauiã increpans, pugnam inſtaurauit. Bellica interim opera magna ex parte iniectus ignis conſumpſit, qbus corruptis, Pœni in urbẽ recepti murũ ea parte, qua fuerat diſcuſſus, irrequieto reponunt ope. Nec Scipio interea in ocio eſſe, quin machinis celerius refectis, murũ urbi propinquũ magna contentione ſtatuit, unde mutuo telorum iactu, aſſidua certamina fieri. Atq; per hæc æſtas illa exijt. Cõſul & ſi iam hyems appetebat, militẽq; ſub pellib⁹ erat habitur⁹, nihilominus oppida Carthagini circuniecta, & quæ Pœnis ad id tẽpus occulte fauiſſe credebant, è medio tollere cõſtituit, Neepherimq; primo eſt adortus, quã Diogenes Haſtrubalis amicus tenebat. Hinc caſtris ad duo ſtadia procul oppido diſpoſitis, Guluſſam negocio pręfecit, ipſe citro ultroq; ex Neepheri Carthaginẽ, & rurſus inde Neepherim recurrere, utrorũq; caſtrorũ ſollicitus. Nec multi dies interceſſere, quũ ad Neepherim duab⁹ turrib⁹ collapſis, Scipio ea pte qua muri ꝑciderãt, cũ quatuor milibus hominũ tumultuoſe urbem inuadit, quẽ unum in locum, quum omniũ oculos & mentes auertiſſet, mille milites, qui ad hoc ipſum in inſidijs ſederant, auerſa parte celeriter urbem occupãt, quæ res animaduerſa Neepherẽſes in fugã uertit. Tum cædes teterrima paſſim edita eſt. Appianus, niſi in numero ſit erratũ, ſeptuaginta milia bellatores imbelleſq; eo die cæſos autor eſt, decẽ milia in hoſtiũ poteſtatẽ ueniſſe, & Neepheris poſt duos & xx. dies quã oppugnari cœpta erat in hunc modũ eſt à Romanis capta. Multa deinceps loca, q̃ merito erãt Ro. ſuſpecta partim ſunt uolũtaria deditiõe, partim armis ſubacta, quib⁹ Pœno ademptis, aliquãto maturius Carthago eſt exciſa. Sub initiũ igit̃ ueris Scipio Byrſam expugnare conſtituit, & portum qui Cothonis dicebat̃. Sẽſit Haſtrubal id hoſtis cõſiliũ, parteq; urbis iuxta portũ ſubiecta flamma incẽdit, ne hoſtis in ſe igni graſſari poſſet. Fuit ibi per diẽ atrox præliũ, reſiſtebãtq; Pœni magis aio, q̃ uirib⁹ lõga inedia affecti. Interim Lælius ꝑ Cothonis ambitũ circũuectus ex aduerſo ſeſe hoſtib⁹ intulit. Tũ uero uicta propugnatorũ pertinacia, Cothonis mur⁹ capitur. Hic Scipio inter ſuos, ut locũ ui captũ retineret, ꝑnoctauit, poſtridie quatuor milia militũ murum trãſgreſſa, tẽplũ Apollinis ex ꝓximo inuadũt, auro illitũ mille talẽtorũ põdere. Statua quidẽ aurea militib⁹ pdę fuit, inde ad cętera loca urbis occupãda conuerſi, ut prima quæq; ædificia, primiſq; cõtigua occupãt, ita diripiũt diruũtq;. Erat interim in angiportis, ac pene domeſticatim atrox pliũ, & cũ ijs q̃ tela ex tectis emittebãt laborioſum certamẽ, plures uero tignis & aſſeribus circa uias obiectis, uelut intra obices dimicãtes, uim ꝓcul abſtinere. Audiebant̃ interim miſerabiles mulierũ & pueroꝝ uoces, quos aut domoꝝ lapſus, & ruina premebat, aut irat⁹ hoſtis irrũpẽs ex ꝓximo territabat. Par erat in tectis dimicatio, atq; circa ima, Romanis per faſtigia domoꝝ diſcurrẽtib⁹, ut inde Pœnos deturbarẽt. Vrbs inde trib⁹ eſt locis incenſa, multaq; interea ferrũ edidit diſcrimina, ſed oĩno plura ignis, q̃ late ędificia cõplex⁹, alios in penetralibus domoꝝ occluſos, alios tectis inſidẽtes corripiebat. Ingẽs uis mortaliũ in Byrſam ſe trepide recepit, q̃ pars urbis nouiſſime oĩm fuit expugnata. Sex cõtinuos dies Carthago ꝑ partes capta eſt. Sunt q plures adhuc ſcribãt, atq; ut quoto q̃q; pars loco in Romanorũ poteſtatẽ uenit, ita incẽſa & exciſa eſt. Et quũ iã haud dubia uictoria eſſet, Scipioq; eminẽtiore loco reſediſſet, ut q d demũ operis actũ eſſet cõtẽplaret̃, pauci ad eum coronati ꝓfugerũt. Erat Æſculapij templũ in arce opulẽtiſſimũ, hinc ſupplices ad Scipionẽ uenere, qui rogarũt, ut ijs q ex Byrſa (nõ-

Carthag. audacia

Scipio Neepherim expugnat

Ro. Cothon. irrumpit

Sex dierum ſpatio Carthago exciſa eſt. Byrſa deditur.

dũ enim recepta erat)excedere ſtatuiſſent, ſalutẽ donaret:cõceſſit id Romanus imꝑator omnibus, præterqꝫ transfugis. Quinquaginta milia promiſcuæ multitudinis ex Byrſa exierũt. Haſtrubal cũ uxore, & liberis, & noningẽtis trãsfugis deſperata uenia, templũ nõnihil tutati ſunt. Demũ omnibus fame, uigilijs, labore feſſis, Haſtrubal occulte ad Scipionẽ trãsfugit, quẽ ubi qui in tẽplo erãt ante pedes ducis cõſtitutũ uiderũt, eius perfidiã execrati ædẽ incendũt, ſic melius q̃ per uarios cruciatus perituri. Haſtrubalis uxor, quũ ſeſe, quantũ in eo rerũ tumultu & ultima deſperatione potuit, exornaſſet, ex aduerſo hoſtiũ ſummo faſtigio tẽpli cõſtitit, duobꝫ filijs ante pedes cõſtitutis, ibi alta uoce Haſtrubalẽ ut patriæ, cõiugis, liberorũ proditorẽ inſectata, ambos filios in cõſpectu patris & Romani exercitus, obtruncat, ſeqꝫ cũ illis in ſubiectã deiecit flammã. Fuerũt qui ſcriberẽt Haſtrubalẽ, uxoris & natorũ caſu conſternatũ, ultro mortẽ oppetijſſe. Liuius in triũpho ductũ ſignificare uidet̃. At Scipio ubi Carthaginẽ penitus excisam uidit, urbẽ olim præpotentẽ, quæ tantũ terræ, maris, inſularũ, imperio tenuiſſet, maritimis opibus, terreſtribuſqꝫ nulli antiquarũ urbiũ ſecũda, audacia & promptitudine longe cunctas ſupaſſet, q̃ demũ armis, p̃ſidio, auxilijs deſtituta, uix triũ annorũ ſpatio, fame, flãma, ferro occubuiſſet, illachrymaſſe dicitur, rerũqꝫ humanarũ haud immemor, Homericũ illud cũ fletu ꝓtuliſſe. Iamqꝫ dies aderit quo cõcidat Ilion ingẽs, Et Priamꝰ Priamiqꝫ ruat plebs armipotẽtis. Aſtabat tũ forte illi Polybius eius ſtudiorũ comes ac pręceptor, ꝗ ab eo familiariter ſciſcitatus, ecquid poeticũ illud ſibi uellet: Romã reſpõdit, de qua hũanis rebus pẽſatis nõ poſſum, inqt, nõ eſſe ſollicitus. Et Carthago urbs clariſſima, atqꝫ una oĩm in terris Romani imperij æmula, ita cõcidit, anno ſeptingẽteſimo, q̃ cõdita fuerat, ut fere oĩbus cõuenire uideo. Euſebius tñ duplici ſupputatiõe uariat, quarũ una duos & XXX. annos uulgato nũero adimit, altera octo & XL. uidetur adijcere. Fuit idẽ annus Romanę urbis quintꝰ circiter ac ſexcẽteſimꝰ, Olympiadis quinquageſimæ octauæ ac cẽteſimæ penultimus, ut idẽ autor colligit. Appianꝰ in cẽteſimã & ſexageſimã Olympiadẽ Carthaginis excidiũ ait incidiſſe. Fuit idẽ à mũdi origine, autore Euſebio, ſextꝰ ac quinquageſimꝰ ſupra quinqꝫ milleſimũ, quũ interim Alexãder undecimo loco in Syria regnaret. In Ægypto Ptolemæus cognomẽto Euergetes, hoc magis crediderim q̃ qđ Euſebius ſcribit Philometoris Ptolemæi extremis tẽporibꝫ Carthaginẽ exciſam. In Iudæa Ionathas ſummo ſacerdotio & ducatu fungebatur, in utroqꝫ Machabæi fratris ſucceſſor, & q̊ Philip. Pſeudo in Macedõia eſt oppreſſus, & Corinthꝰ in Achaia euerſa, ut mox paulo poſt explicabitur. Pacuuius Brũduſinus tragœdiarũ ſciptor Ennij poetæ ex filia nepos his tẽporibꝫ nonagenarius perijt. Lucilius ꝗ Romanorũ primus ſcripſit ſatyrã in Aurũcis natus, & Polybius Megalopolitanus annaliũ cõdiror cũ his floruit, ꝗ Æmyliani Scipiõis, ut ſuprà eſt à me memoratũ, ultimo bello Punico comes fuit. Is cũ parte claſſis ab eodẽ duce accepta, ad Atlantẽ uſqꝫ montẽ nauigaſſe dicitur. Fuit annus excidij huius, ſi Eutropius recte colligit, decimus octauus ſupra cẽteſimũ ab eo quo primũ Ro. po. cũ Pœnis bellare cœpit. Tãdiu inter ſe duo populi de terrarũ imꝑio terra & aquis diſceptarũt, quo tẽporis interuallo, ſi quies fuit aliquãdo ab armis, ab odijs ceſſatũ eſt nunqꝫ. Habuit primũ bellũ Punicũ duos & XX. annos. Mox alterũ qđ ab eo ꝓxime eſt geſtũ ſexdecim, (ſunt ꝗ bienniũ huic nũero adijciãt. Alij trienniũ) poſtremũ quo Carthago exciſa eſt tris annos, etſi nõ defuerũt ꝗ in quartũ exijſſe proderẽt. Sed q̊ minus tẽporis hoc habuit, q̃ duo priora illa, eo minus & periculi. Enimuero priore illo, ut aliæ diſſimulẽtur clades, ſeptingẽtæ Romanorũ ſunt naues diuerſis caſibꝫ amiſſæ. In altero qđ Barchinus Hãnibal geſſit CCCC. Italiæ urbes ſunt, ut Appianus ſcribit, incẽdio cõſumptæ, trecẽtaqꝫ hoĩm milia, diuerſis p̃lijs, interfecta. Scipio exciſa Carthagine, p̃ter aurũ, argentũ, ſtatuas & ſigna, q̃ in publicũ redegit, cætera militibꝫ diripiẽda cõceſſit. Nuntius inde euerſæ Carthaginis Romã perlatus, incredibili lætitia extulit ciuitatẽ. Mutuæ primo gratulationes inter ordines fuere, inde læta inter ſe ciues cõuiuia inſtaurare ꝑſeuerarũt, ſupplicatũ circa deorũ aras, actæqꝫ dijs ipſis gratiæ, ꝙ urbs nata ad odia in Romanũ nomẽ exercẽda, extremo eſſet excidio deleta. Miſſi inde X. legati in Aphricã, qui prouinciæ ſtatũ cũ Scipione componerent, mandatumqꝫ his, ſiqua adhuc ædificia Carthagini extarent, ut ſolo ęquarentur, ut urbes quæcunqꝫ eo bello Carthaginienſibus fauiſſent ad unã funditus Scipio dirueret, præmia ſocijs ciuitatibus conferret, ut ager qui Carthaginienſium fuerat Vticẽſibus tribueretur.

Rebuſqꝫ

Scipionis lachrymæ in excidio Carthag.

ANNI MVNDI.

Pacuuius Lucilius Polybius.

Punicorũ bellorum tempora & clades.

Publica lætitia ex interitu Carth.

C

D

A Rebúſq; in Aphrica ex patrũ ſententia cõſtitutis, Scipio Romã cum exercitu reuerſus cele/
berrime triumphauit. Eſtq; per eos dies & de Pſeudo Philippo triumphus actus, qui ab eo,
ut Florus ait, quod oris liniamentis fuiſſet Philippo perquã ſimilis, id fuit nomẽ ſortitus. Cæ/
terũ regiam formã & nomen animo quoq; regio impleuit, qui Macedonia, ut ſuprà eſt à me
memoratũ, ingenti incolarũ fauore occupata, regẽ unà, & Ro. Po. hoſtẽ ſe profeſſus, in ſe bel/
lũ concitauit. Obſcura hominis fortuna effecit, ut ſenatus M. Iuuentio prętori eam cum legi/ Iuuẽtius cũ legione cæditur
gione una prouinciã decreuerit, tanquam maiore imperio indignam, apud quoſdam P. pro
Marco reperio. Ille, non Macedonicis modo, ſed Thracum etiam fretus auxilijs, Iuuentium
prælio cõgreſſum, cũ tota legione trucidauit. Atq; ita Po. ille, qui ad id temp⁹ ueros reges uice/
rat, dũ alienas ſordes ſecuri⁹ cõtemnit, ab imaginario eſt & ſcenico rege uict⁹. Secut⁹ inde Q.
Cecilius Metellus, q̄ tum conſul erat. Is iuſto exercitu Macedoniã ingreſſus, paucis dieb⁹, qui
bus ad hoſtẽ uenit, cæſam cũ prætore legionẽ ualide ulciſcit. Andriſcus recenti uictoria ferox, Andriſcus deditur.
totis in pugnã uirib⁹ deſcendere auſus, ſeptẽ & xx. milibus hominũ acie amiſſis, in Thraciã
aufugit, ubi fidẽ cũ fortuna mutatã inuenit. Ab Regulo, ad quẽ ſe contulerat, eſt Romanis
traditus. Macedoniam inde receptã Metellus ſeruitute multauit, ex ea uictoria Macedonici
cognomẽ adeptus, in Achæos bellũ trãſtulit. Belli cauſa cũ ea gente cõflati hęc fuit, q̄ Achai/
cũ nomen erat, tũ in terra Gręcia magnis opib⁹ pollẽs, ac lõge maiorib⁹, quã Romani diutius
laturi uiderent. Enimuero licet Achęi in ciuitates plurimas diuiſi eſſent, ut eſt à me alibi me/
moratũ, unum tamen corpus & unum impiũ habebant, ſingularũq; urbiũ picula mutuis ui/
rib⁹ propulſabant. Hunc gentis conſenſum Romanis minuere cupientib⁹, tempeſtiuæ Spar/
torum querelæ materiã præbuerunt. His Romæ apud ſenatum querentib⁹ ſuũ agrũ ab A/
chęis hoſtiliter uaſtari, reſponſum eſt miſſuros ſe in Græciã legatos, ad res ſociorũ inſpiciun/
das. Mandauit ijs ſenat⁹, ut ſeruata omnib⁹ libertate, Achæorũ concilium diſſoluerẽt, ſingu/
laſq; ciuitates, ꝓprij iuris eſſe ſinerent, ac ſi q̄ præſenti decreto cõtumaci⁹ reſiſterẽt, eas poteſta/
B te & imperio cogerent. Igitur legati ciuitatũ principibus Corinthũ uocatis, primum omnium
publicum Romanorũ decretum recitant. Sunt q̄ ſcribant poſtulatũ, ut urbes, quæ ſub Mace
donum regibus fuerãt, cõcilio eximerent. Cęterũ, ſiue hac, ſiue illa uia res primo mota eſt, tã/ Violãtur le/gati Ro. Corinthi
tus furor omniũ aĩos ad inexpectatã rei mẽtionẽ inceſſit, ut peregrinæ cõditionis hominib⁹
cæſis, legatos etiã cõtra ius gentiũ temere uiolarint: dubiũ manu an ſermõe, à Critolao, quod
ſatis cõſtat, uiolati ſunt. Erat tũ is Achęi nõis lõge princeps. Macedonia igit̃ recepta p̃res eã in
iuriã armis ulciſcẽdã rati, bellum in Achęos decernũt, ad q̄ inferendũ Metellus ut dixi, ex ꝓxi
mo eſt ꝑfectus. Achæi Chalcidenſiũ & Bœotiorũ auxilijs freti, ad Thermopylas Romanis oc
currunt. Fit ibi prælium, Græciſq; funeſto prælio uictis, Critolaus belli autor ueneno ſibi mor/
tem cõſciuit. Florus in Elide, præter Alpheũ amnẽ, Critolaũ à Metello uictum ꝑdidit. Liuius Bis Achæi à Ro. uicti.
prioris opiniõis autor, bis Achæos ꝑlio uictos ſcribit, ad Thermopylas primo Metelli ductu,
mox in Iſthmo à L. Mũmio conſule, qui illi ſucceſſit, atq; ſecundum eam pugnam omne A/
chaicũ nomẽ in deditionẽ acceptum. Trogus unius & ipſe pugnæ eſt autor, atq; in cõiugum
liberorũq; cõſpectu tanta fiducia à Græcis dimicatum, ut priuſquã in pugnã iretur, nonnulli
currus educere ſint auſi, ad hoſtiũ ſpolia in urbẽ deportanda, ſed multũ ipſi ſua ſpe decepti,
fœdaq; cæde proſtrati, triſte ſuorũ oculis ſpectaculũ prębuerunt. Quidã autores ſunt tãtum Cædes īgẽs Achæorum
cruoris diffuſum eo ꝑlio, ut Cẽchreas & Lecheas, qb⁹ duo diuerſa maria allatrãt, Achaic⁹ ſan
guis infecerit. Gẽtis igitur opib⁹ & ꝑlio afflictos oĩs Achaia cõfeſtim in deditionẽ uenit. Co
rinth⁹ metu deſerta, ꝑcinẽte tuba inceſa eſt, & ab imis ꝑtib⁹ diruta. Sũt & Thebę in Bœotia,
& Chalcis publico decreto exciſæ, quia pro Achæis in Rõanos arma induiſſent. Atq; ita eue
nit, ut modico tẽporis interuallo, tres clariſſimæ Græcię urbes, cũ Carthagine, pene cõtinua/
is funeribus, in buſtũ abierint: quo contigit, ut paucis dieb⁹ ter ſit Romę triũphatũ, ut Appi
anus, & Eutropi⁹ ſcribũt, à Scipione, Metello, & L. Mũmio, miror Appianũ cẽteſima & ſexa/
geſima Olympiade hęc facta ꝑdidiſſe, quũ clariſſimos autores habeã, & in his Pliniũ ſenio/
rẽ, q̄ captã & exciſam Corinthũ tradidit anno tertio cẽteſimæ Olympiadis, ſextæq; & q̄nqua
geſimæ, q̄ fuit urbis Romę ſexcẽteſim⁹ octau⁹: quãquã nẽ Plinio q̄dẽ q̃d ad urbis annos atti
net tempora oĩno cõſtare uideant̃, ſi uera ſunt q̄ Liui⁹ & Eutropi⁹ tradũt, qui tertiũ bellũ Pu

 nicum

nicũ anno altero & ſexcẽteſimo ab urbe cõdita initũ aiũt,trienniocq;,aut,ut alij ſcribũt,quadri C
ennio ad exitũ perductũ,quo colligitur,annũ illũ ſextũ ac ſexcenteſimũ fuiſſe Romanę urbis,
quo Corinthus exciſa eſt,ſi in idẽ tẽpus Aphricanus & Achaicus triũphus cõciderũt.Sed ali/
quanto poſtea de Corintho triumphatũ eſt,ut Liuius ſignificare uidetur,quæ res effecit, ut à
Plinio pigeat diſcedere,Mũmius qui Corinthũ deleuit,ea fuit cõtinentia(Liuius id & Cicero
meminerũt)ut ex præda graiarũ delitiarũ referta nihil attigerit,aurũ,argentũ, & cætera metal/
la,quæ in ſtatuis,aliocq; urbis apparatu fuere Corintho incẽſa,in unũ defluxere.Placuit uerſi

Aes Corin/thiacum.

color materia,æſcq; Corinthiacũ nominatũ,& inde Corinthiaca uaſa, quæ Romanã luxuriã
ſupra modũ exercuere.Dubiũ,à materia an ab opere fuerit his nomẽ inditũ, quũ ſatis cõſtet

Corinthiaci æris colores.

id uaſorũ genus prius in uſu eſſe cœpiſſe,quã Corinthus ſit exciſa.Tria hmõi genera ęris,can
didũ unũ,argenteocq; nitore,in quo mixtura illa præualuit. Alterũ in quo fulua auri natura,
Tertiũ æqualẽ habuit utriuſcq; temperiẽ.Et Romani tam proſpere,uno tempore,in Aphrica,
Macedonia,& Achaia debellarunt.In Hiſpania per id tempus, graue bellũ,ſed autore quidẽ

Viriatinum bellum.

pudendo eſt Romanis ortũ.Viriatus homo obſcuro ſordidocq; loco natus, ex paſtore primũ
uenator factus, & mox ex uenatore latro, ad poſtremũ iuſti quocq; exercitus dux, uniuerſam
occupauit Luſitaniã,quo motu tantum incendiũ exarſit,ut quatuordecim ferme annos ultra

Qui Ro. duces à Viriato uicti.

citracq; Iberum,uario ſit marte de Hiſpaniæ poſſeſſione certatũ. Primo M. Vetilium prætorẽ
Barbarus hoſtis cepit, fuſo fugatocq; eius exercitu.Eutropius Sextum pro Marco poſuit,cæ/
ſocq; exercitu ducẽ ipſum ægre fuga ſeruatũ. Nec multo meliore euẽtu C. Plautius poſtea id
bellum adminiſtrauit,qui pluribus prælijs fractus,fugienti ſimilis ceſſit in pacatũ. Claudius
inde Vnimanus,& ipſe quidẽ prætor tertio eſt loco in Viriatũ & Celtiberos miſſus.Cęterum
huius fortuna nõ modo nõ proſperior fuit,ſed multo etiã fœdior, magiſcq; pudẽda clades ac
cepta.Fuſus eſt eius ductu magnacq; ex parte cæſus Romanus exercitus, trabeas, faſces,cæte/
racq; magiſtratus inſignia,quæ uictor hoſtis ceperat, in Trophei ſpeciẽ,ijs mõtibus quibus la
trocinari erat ſolitus,ſuſpendit.Erat hic rerũ ſtatus in Hiſpania,quũ in Syria Ionathas Hiero D
ſolymitanæ arcis recuperãdæ cupidus(adhuc enim à transfugis & regio præſidio tenebatur)
cũ magna ſuorũ populariũ manu eã oppugnare aggreſſus, bellicis operibus hoſtẽ fatigabat,
cuius obſidiõis fama Demetrius cõmotus(is ille eſt qui Ptolemæi auxilijs regnũ recuperauit)
ex Antiochia cum exercitu Ptolemaidẽ uenit,quo Ionathas accerſitus,& obſequio & muneri/
bus adeò ſibi regẽ cõciliauit,ut ex ſuſpecto & inuiſo, amicus ſit illi factus, aliquotcq; donatus
immunitatibus priſtinã retinuit dignitatẽ. Demetrius ubi omnia circa ſe pacata uidit, præter

Odium militum in Demetrium.

Cretenſes & eos,quorũ præſidio ſeptus ad repetendũ regnũ uenerat, cæteros milites exauto/
rauit,unde uix credibile eſt quanta illi inuidia ſit orta, à ueterano exercitu præſertim, quũ ex
illius edicto,ne frumentũ quidẽ amplius,quod ſub cæteris regibus cõſueuerant,ueterani acci/
perẽt.Huius militaris odij haud ignarus Diodotus Apamẽſis(Triphon huic cognomẽ fuit)
ad Malchũ Arabũ quendã apud quẽ Antiochus Alexandri filius alebatur, occulte profect⁹,
primo docuit quanto Demetrius rex apud milites odio flagraret,inde uti ipſe in animo habẽ
ret puerũ in paternũ regnũ reſtituere.Igitur cũ eo egit,ut Antiochũ ſibi traderet,quẽ apud ex
ercitũ commendaret,haud dubie futurũ affirmans,ut confeſtim eo inſpecto, arma aduerſus
Demetriũ mouerentur.Ægre id eſt à Malcho impetratũ, regio alumno patria charitate me/
tuenti,tradidit tamẽ Diodoto puerũ,fidẽ uiri & autoritatẽ ſecutus, nec lõgior inde mora fuit,
puero in Syriã adducto, ſecuta eſt ſtatim militũ defectio, etſi iã antea parũ pacate Syria age/
bat,multis ciuitatibus regis inertiã auerſantibus. Ad eũ domeſtico iã antea bello implicitũ Io
nathas miſit,qui peterent,ut ex Hieroſolymitana arce præſidium deduci imperaret, quod ille
non ſolũ ſe facturũ reſpondit, ſed multo etiã maiora uolentibus Iudæis conceſſurũ, modo in
ſubita defectione militũ,ſibi copiarũ inopia laboranti, auxiliares mitterẽt copias.Id nihil gra/
uate Ionathas præſtitit, triacq; Iudæorum milia ad regẽ miſit, quibus ille uſus Antiochenos,
quorũ defectione fuerat in arcem compulſus,igni ex ipſa regia in priuatas domos iniecto, fa
ctocq; à præſidiarijs in ciues incendio conſternatos impetu,regiã ciuitatẽ ad officium retraxit.
Sed tantũ abfuit ut eo nomine ſit Demetrius Ionathæ & Iudæis gratificatus,ꝙ multo mina/
cius quàm antea tributum exigere ſit adortus,exegiſſetcq;, ut ſiquando aliâs acerbiſſime, niſi
Diodotus

A Diodc ɔtus interea regẽ ipſum maiore negocio occupaſſet, q̄ppe q Diademato puero in mediũ
prola,to, cõcitiſq́ꝫ ad arma militibꝰ cũ ualido exercitu, ad Demetriũ expugnandũ eſt profectꝰ,
uictumq́ꝫ prælio in Seleuciã cõpulit, unde ille poſtea Parthicũ eſt bellũ molitus. Hęc alij. Tro
gus Demetriũ bellũ Parthis intuliſſe autor eſt, ad abolendam ſegnitiæ maculam, quæ in cau
ſa fuerat, ut multę, uelut proximo eſt loco proditũ, ab eo ciuitates defecerint, cõſtanti fama in-
ſtructus orientis populos Demetrij acceſſum non inuitos audire propter Arſacidæ Parthorũ — Capitur Demetrius fraude
regis crudelitatẽ, qui ueteri Macedonũ imperio aſſueti, indigne noui regis ſuperbiã ferebant.
Perſarũ & Elimeorũ Bactrianorũq́ꝫ auxilijs fultus Demetrius, pluribꝰ prælijs Parthos ſupa-
uit, ad poſtremũ pacis ſimulatiõe deceptus ab hoſte, ut ille ait, ex uictore in uicti poteſtatẽ ue
nit, traductuſq́ꝫ uelut in triũpho per ora populoꝝ, in eo Arſacides tẽperauit q́ꝫ dolo captũ nul
la maiore affecit clade, in Hircaniã tm̃ ablegauit, ubi benigne etiam ſit cultꝰ pro dignitate pri-
ſtinæ fortunæ, Tum Demũ Diodotus Antiocho Demetrij priuigno, cui tutor ab exercitu da
tus erat, inſidiatus, puerum è medio ſuſtulit, eoq́ꝫ ſublato aliquãdiu rerũ in Syria eſt potitus,
donec ab altero Antiocho Demetrij fratre minorę natu, qui, ut loco non multum diuerſo di-
ximus, apud Gnidium hoſpitem fuerat cum fratre educatus, ſeq́ꝫ ad id tẽpus in Aſia tenue-
rat, regnum ui eſt à Theodoto receptũ. Atq́ꝫ ita Trogus rem digerit, quod ſi ſic eſt, Ioſepho &
Liuio parũ cõſtitit, quo caſu Demetrius Syria excidit. Diodotus igitur priuſq̃ Antiochũ pue
rum opprimeret, Ionathã ſtatuit è medio tollere, qui regẽ ipſum, & ſi adhuc puerum, unicè ta
men coleret, utpote qui multas maritimæ Syriæ urbes quę adhuc in partibꝰ Demetrij erant, — Ionathæ uirtus
ad illius obſequiũ partim ui, partim ſtudio traxiſſet: qua expeditione Ionatham inter Tyrum
& Galilęã, hoſtiũ inſidijs circũuentũ, cęteris metu dilapſis, cũ L. fortibus uiris qui circa illum di
micabant, hoſtes nõ ſolũ ſuſtinuiſſe aiunt, ſed loco etiã ſubmotos, totaq́ꝫ planitie ad Cedeſ-
ſam uſq́ꝫ actos, ad duo milia interfeciſſe. Sed fides rei huiꝰ ſit apud Ioſephũ, q̃ tã feliciter à tã
paucis dimicatũ prodidit. Ionathas præſenti ſucceſſu elatꝰ, ubi Hieroſolymã eſt reuerſus, Ro
B mã legatos miſit, qui cũ ſenatu de fœdere renouãdo agerẽt, ijdẽ Lacedæmonẽ ire iuſſi ſunt, at
que cũ Spartanis memoriã ueteris cognationis iam inde ab Ario eorum rege cum Onia ſu-
ſcitatã, inſtaurare. Vtrobiq́ꝫ legati feliciter ſunt mandata executi. In Iudæa interea tres erãt ue
lut ſapientũ ſectæ, Phariſſæi, Eſſeni, & Saducęi. Fato gubernari quędã nõ tamẽ oĩa Phariſſęi — Phariſſæi. Eſſeni. Saducæi.
arbitrabantr, cętera quæ accidant per ſe conſiſtere. Eſſeni fato cũcta fieri affirmabãt. Nihil eſſe
quod hoĩbus non illius decreto eueniret. Saducęi nihil fatũ eſſe exiſtimare, neq́ꝫ inferiora ali-
ter quã hominũ arbitrio diſponi, ut hi ſibimetipſis bonorũ iuxtà malorũq́ꝫ omniũ autores eſ
ſent, quod ſi quis fatum pro prouidentia accipiat, haud multũ Phariſſęũ dogma ab epicureo
diſcrepare reperiet, ut Eſſenicũ à Stoico, Saducęũ à Leucippo & Democrito. Demetriani du-
ces, qui ad Cedeſſam ab Ionatha uicti fuerant, ut aliquãdo ignominiã ibi acceptã ſibi deme-
rent, citato agmine Iudæam inuadere cõſtituunt, & iam domo profecti curſum in hoſticũ in-
tenderant, quũ Ionathas ſubitis nuncijs excitus, ad Anathetidmen illis occurrit, & iam caſtra
ad qũquaginta ſtadia inter ſe propinqua erant, quũ hoſtes ſuis uiribus diffiſi, nã & miles pau
cis ante diebꝰ uictus ad fugã potius q̃ ad pugnã ſpectabat, noctu uaſa colligũt, incẽſaq́ꝫ & ua
ſtata, q̃cũq́ꝫ irẽt, regiõe in pacatũ cõceſſere. Ionathas ad hoſtiũ caſtra progreſſus, ubi ea deſer- — Ionathæ ſucceſſus
ta uidit, cõuerſo in Nabatheos curſu, omnẽ gentẽ in deditionẽ recepit. Simon eius frater & i-
pſe magno qdẽ ſucceſſu in parte Syriæ Ioppẽ littoralẽ urbẽ, ad deditionẽ cõpulſam, ualido
firmauit pſidio. Et iam res Iudæorũ ubiq́ꝫ lætæ erant, Ionathaſq́ꝫ bellicis curis liber urbẽ ma-
gno ſtudio mœnibꝰ & ædificijs excolebat, pariq́ꝫ induſtria Simon oppida urbi circũiecta, ad-
uerſus oĩs bellorũ impetus, fratris iuſſu, pſidio & opere firmabat. Adeoq́ꝫ p hæc res illorũ cre
uerant, ut Ionathas, qa armis nõ poterat, fraude ſit à Diodoto oppreſſus. Sed quibꝰ ſit ille do
lis captus haud multo poſtea memorabit. Nũc ad Romanorũ geſta, ut oĩa ordine differant,
reuertit ſtilꝰ. Enimuero dũ in Syria hęc geruntr, p id tẽpus, aut certe nõ multo priꝰ, Appiꝰ
Claudius cõſul Salaſſos, gentẽ Alpinã, domuit. Hos Tauriſcorũ ſobolẽ credidit Porcius Ca-
to. Tenuerũt Sala ſi regionẽ in Alpibꝰ pfundã, undiq́ꝫ altis rupibꝰ inacceſſam. Eam Durias — Salaſſorum origo & ſitus.
amnis interfluit, Pao i incola ortus in eodẽ Alpiũ iugo, quo & Druentia, q̃ Rhodano infundi
tur. Habuit Salaſſorũ ꝛ erra aurifodinas quas olim poſſedit gens ipſa, quũ potẽtatu ualeret,

 aſſere-

afferebatq; illis adiumentũ maximũ ad ærarias effoſſiões,& aurũ diluendũ Durias,qui pluri- C fariã iã deductus quũ exinanito pene alueo cæteros accolas deſtitueret, neq; tot ſuppeditaret terris,aſſiduis finitimorũ certaminibus diu gentẽ ipſam exercuit. Sed poſteaq̃ Romani ſunt rerũ potiti,aurifici ĩ Salaſſi & agrũ amiſerũt,quũ ſic quoq; aquã & aurifodinas publicanis uen derent,uectigaliũ auaritia effecit,ut Romã prętores ac prefecti,qui in finitima loca mitteban tur,ſæpius cũ his ui & armis diſceptauerint. Verũ fuerit ne tũc hæc,an alia cauſa Salaſſici bel- li,haud facile dixerim. Ab Appio Claudio cõſule, quod ſatis cõſtat,armis domiti ſunt ſub id tẽpus quo Carthago & Corinthus urbes excidio ſunt deletæ. Procedẽte deinde tẽpore,ex oc- caſione ſæpius rebellãtes,Romana in ſe arma iritarũt, potiuſq; exercuerunt. Auguſtus prin-

Salaſſorum excidium.

ceps eã gentẽ poſtremo deleuit,uniuerſoſq; ſub corona uẽdidit. Sex & XXX. capitũ milia uno tẽpore uænierunt. Is mortaliũ numerus tũ fuit in tota gente,& in his octo milia,qui arma fer- re poterãt. Sed hæc multo pòſt geſta. Ea uero tẽpeſtate,qua cũ his primo eſt bellatũ,recentior quidã Pſeudophilippus Macedones ad arma cõcitauit,nihilo tamẽ meliore quã antea Andri ſcus euẽtu. L. Tremilius Quæſtor tumultuariũ hoſtẽ medio rerũ conatu uictũ exercitu & uita ſpoliauit. Eſt & in Hiſpania proſpere bellatũ. Cęcilius Metellus proconſul Celtiberos cecidit, & à Q. Fabio Maximo,qui pari poteſtate cũ exercitu in Luſitania erat,magna eius pars eſt ar mis ſubacta,circũducto ad ſingulas urbes exercitu, infregeratq; Fabi⁹ uſq; adeo Viriati opes ut iã in poſſeſſiõe uictoriæ Romanus eſſet. Cæterũ eã ſpecioſe ademptã Pompilius qui Fabio ſucceſſit,nimia uincẽdi cupiditate fœdauit, qui dũ finire bellũ nimis properat,perdidit omnẽ finiti laudẽ,domeſticis percuſſoribus hoſti ſubornatis, qui quũ ille ſæpius uictus iã deditionẽ agitaret,eã gloriã uicto contulit,ut aliter uinci non potuiſſe uideatur. Liuius Seruilij Cæpio-

Viriati cædes.

nis conſilio Viriatũ interfectũ autor eſt,qui quũ percuſſores paratæ cædis præmia repoſcerẽt, reſpondiſſe fertur(ut pudendũ credo conſiliũ celaret) nunq̃ Romanis placuiſſe imperatorẽ à ſuis militibus interfici. Perijt Viriatus, XIIII. anno ex quo bellare cũ Romanis cœperat, dux maximus, & qui cũ hoſte congreſſus ſæpius uiciſſet. Eũ extinctũ Barbari honorificentiſſime D

Monſtrum.

funerarũt. Romæ per id tẽpus puer natus eſt ex ancilla quadrupes & quadrimanus,quatuor oculos,totidẽq; aures habẽs,dupliciq; natura,atq; utraq; uirili. Cæterũ quũ pax alibi eſſet,cũ Hiſpanis gẽte nata ad Romana arma exercẽda,mutuis cladib⁹ bellabatur. Q. Pompeius con ſul,quũ Termeſtinos in ea terra domuiſſet,à Numãtinis, cũ quibus Viriato adhuc incolumi

Numantiæ ſitus.

contractũ fuerat bellũ,ſuperatus,ignominioſam cũ his pacẽ cõpoſuit. Fuit Numantia in Vra cis,qui Celtiberiæ partẽ ad Carpentanos & Tagi fontes obuerſam tenẽt, colle modice edito ſita,ſine muro,ſine turribus, à quatuor milib⁹ Celtiberorũ quatuordecim annos ita defenſa,

Numanti norũ fero- cia.

ut pleriq; Romanorũ duces ignominiã inde,pro uictoria,reportarint. Raro unq̃ ciuitas ulla iuſtius in Romanos arma induit. Sedigẽſes ſocios & cõſanguineos ſuos,Romanorũ manib⁹ elapſos,Numãtini in urbẽ acceperant. Pro quibus multa deprecati,quũ nihil à Ro.po. impe- traretur,abſtinerẽtq; interim omni belli cõtagione,iuſſi arma deponere, id ita eſt à Barbaris acceptũ,quaſi manus ſibi cũ armis adimerẽtur. Megara igitur duce arma capiũt, Pompeiũq; prælio uictũ quũ debellare potuiſſent,fœdere,ut ꝓximo eſt loco demonſtratũ, uadari malue- rũt. Romę interea luſtro cõdito,cẽſa ſunt. CCCXXVIII. milia ciuiũ. Ex Macedonia,per id tps,le gati ad ſenatũ uenerũt,multaq; ſunt de Iunio Syllano prætore queſti,ꝙ prouinciã fœde ſpoli aret,pecunijs à quocunq; acceptis,adeò rei indignitas mouit ſenatũ,ut ad unũ oẽs cognitionẽ

Syllanus à patre da mnatus.

ſuper ea re decernerẽt. T. Manlius Torquatus Syllani pater à ſenatu impetrauit,ut eiuſmodi ſibi cognitio mãdaretur,futurũ ut oẽs intelligerẽt ſe ex ea familia natũ,in qua plus leges omni tẽpore ualuiſſent,quã natorũ charitas. Id quũ facile impetraſſet,priuato iudicio,more maioꝝ, domi ſedẽs filiũ adeo acerbe cõdemnauit,ut ſuſpẽdio ille uitã finiuerit. Additũ ignominiæ ꝙ ne funeri quidẽ intereſſe uoluit. P. deinde Scipione Naſica,cui Serapioni fuit cognomẽ, & Iu nio Bruto cõſulibus,C. Macienus accuſatus apud tribunos plebis,ꝙ exercitũ in Hiſpania de ſeruiſſet,dãnatus,ac diu uirgis ſub furca cęſus,ſeſtertio nũmo uenijt. Quidã autores ſunt,hos cõſules,quod alio eſt loco nec multũ hinc diuerſo dictũ,à trib. plebis in carcerẽ adduci iuſſos, quia in habẽdo delectu ab his impetrare nequiuiſſent, ut denos ciues quos præſentis militiæ immunes eſſe uoluiſſent,ſua cauſa paterẽtur eo munere uacare. Poſt tribunitias cõtentiones

Brutus

A Brutus in Hiſpaniam profectus,ĳs qui cum Viriato militauerãt,agrum & ſedes ad habitan-dum aſſignauit. Valẽtia oppidũ eſt uocatũ,quo tpe in eadẽ terra M.Popilius (apud quoſdã Pompilius pro Popilio legitur)ſi is modo ille eſt,qui Viriatinæ cędis autor extitit,ut Eutropi⁹ prodidit.Florus Põpeiũ pro Popilio poſuit.Sed quodcũq; illi nomen fuit,cũ Numãtinis acie cõgreſſus,fuſus fugatusq; pacẽ cum hoſtib⁹ fecit,quã irritã poſtea ſenat⁹ habuit. Miſſus inde ad id bellũ C.Hoſtilius Mãcinus,cui clades quæ eo bello accepta eſt,manifeſtis fuit ſignis prius demonſtrata.Pulli cauea emiſſi,& in ꝓximã ſyluã dilapſi,inueniri non potuerũt. Mox nauim aſcẽſuro uox audita eſt,Maneas Mancine.Profectus nihilo ſecius à quatuor milibus Numatinorũ, quũ ipſe xxx.armatorũ milia ſub ſignis haberet, ſæpius uictus,& ad poſtremũ caſtris exutus,ignominioſam & ipſe pacem eſt ſuppliciter complex⁹.Hoſtis uictor cũ hoc quoq; duce fœdus maluit,armorum ſpolĳs contentus,quũ ad internicionẽ ſæuire potuiſſet, ita Romanoꝝ animis metu perculſis,ut ne uocẽ quidẽ,nõ modo aſpectũ ferociſſimi hoſtis ſuſtineret amplius.Romanus populus nõ minus Numantini fœderis ignominia cõmotus, q̃ ueteris illius ad caudinas furcas icti,præſens dedecus Mancini deditione expiauit.Multo qdẽ felicius res à D.Iunio per id tẽpus in Luſitania geſta plurimis urbibus Galaciæ & Luſitaniæ, incredibili succeſſu ui ſubactis.Quum igit̃ medio rerũ curſu,ad Lethẽ amnẽ copias admouiſſet(id flumẽ Romani obliuionẽ dicunt)miles ſubita religione adductus,quũ imperio cõpelli non poſſet,ut id flumen uadaret,Dux ſignũ in ulteriorẽ ꝓiecit ripam,in quo repetendo fluuius à paucis primo mox ab uniuerſo exercitu ſuperatus eſt.Is à pleriſq; Eſſemea,ab alĳs Belion eſt dictus,labiturq; ex Celtiberis & Vacceis:fama eſt Celtiberos & Gallos,qui circa Anã fluuiũ agitabãt,olim iunctis inter ſe armis ad Lethen ꝑueniſſe,ubi ſeditione iactatos,ac duce amiſſo,tota regione diſpalatos,uelut patriæ oblitos,his locis deſediſſe,atq; ab eius rei euentu accidiſſe,ut iam inde Lethe ſit fluuius dictus,quã Romanus exercitus famam ſecutus,religioſius quã credi poſſit eſt amnẽ tranſgreſſus. Iniecta eſt & altera maior circa oceanum religio:

B nã eo uſq; Brutus uictor Romana ſigna ꝓtulit.His cadẽtẽ in oceanũ ſolem ſibi dux & exercitus ſpectare uiſus eſt,eũq; aquis obrui non ſine ſacrilegĳ metu ſe cernere arbitrati ſunt. Vet⁹ opinio fuit ipſum ſidus ſub occaſum marinis fluctib⁹ immergi,ac uelut candentis ferri maſſa in lacũ aliquem immerſa,feruorem quendã terrificum exaudiri.Fuerunt qđ miror,ex nobiliſſimis ſcriptoribus quidam,qui huius rei meminerunt,quũ longe aliter rem habere ipſa naturæ ratio demonſtret.Sed quã ꝓſpere Brutus prætor in Celticos Luſitanos,& Calle cos, unde Galleci illi poſtea cognomen fuit,per id tẽpus bellauit,tã infeliciter M.Aemylius Lepidus proconſul,aduerſus Vacceos,cuius ductu clades Numãtinæ perquã ſimilis eſt accepta.Tã uario euentu ad occaſum ſolis res gerebant̃,quũ Fului⁹ Flaccus conſul Vardeos in Illyrico ſubegit,& M.Cæſonius prætor in Thracia,cũ Scordiſcis ꝓſpere dimicauit.Neutrius belli cauſam reperio,ſed Macedoniã,quæ facta erat Po.Ro.prouincia,bellorum materiã p̃buiſſe crediderim,cuius terrę fines utraq; gens crebris ſolita eſſet excurſionib⁹ inceſſere. Vincebat itaq; alibi Po.Ro.circa Numantiã,tamẽ nihil iam multos annos præter ignominiam lucrari,q̃ indignitatẽ ciuitas uincere aſſueta,quũ haud ultra ferre poſſet,Scipionẽ,Carthaginis incẽdio imbutũ,cõſulẽ creauit,ſolutũ pri⁹lege,qua intra x.annos nemo bis cõſul creari poterat.Fuitq; huic ab initio mai⁹ certamẽ cũ ſuo milite,quã cũ hoſte,dũ corruptũ exercitũ ad ſeueriorẽ militiæ diſciplinã reuocat,q ſeruilib⁹ opib⁹,priorũ ducũ ignauia,aſſuetus,multo aptius uallum circunferebat,quo ſuã imbelliam tueret̃,quã ſcutũ & haſtam,malletq; foſſa & congeſto luto ſe,quã hoſtiũ cruore,inqnari.Suſtulit igit̃ dux ſolertiſſim⁹ oĩa deſidiæ inſtrumẽta ſcortis & inſtitoribus numero bis mille extra uallũ eiectis,militẽ quotidie decurrere,aut militare opus aliquod obire,ſeptenoſq; uallos ferre cogebat,ut ſui opprobrĳ aliqñ pigere inciperet,crebro militẽ onere degrauatũ inceſſens,quũ gladio recte uallare didiceris,uallum ferre deſinito.Quendam ſcutum nimis apte ferentẽ,aliud amplius, grauiuſq; iuſto ferre coegit,reddita etiã cauſa cur id faceret,quoniã ſcuto melius quã gladio uteretur.Si quem extra ordinem deprehẽdit,ſi Romanus eſſet uite,ſi extrarius uirgis cecidit, uendiditq; iumenta omnia,ne nimium exonerarent militem. Militiaq; per hæc in integrum reſtituta breui apparuit illud uere dici. Tanti quẽlibet exercitũ eſſe,quanti ſit is qui in eo imperet. Sæpius igitur iam inde contra hoſtium

Valẽtia à quibus cõdita.

Mãcinus à Numãtinis uincitur.

Lethe flu.

De occaſu ſolis.

Scipio conſul creatur

Scipiõis dicta in corrigenda militia

eruptiones feliciter dimicauit: Vacceoſq; obſeſſos, Liberis & coniugibus trucidatis, ad mortē C
ſibi conſciſcēdam compulit. Interim magna ad eum munera ab Antiocho Syriæ rege adhuc puero ſunt miſſa, legatis ad idipſum in Hiſpaniam uſq; ire iuſſis, quæ quum cæteris imperatoribus regum dona celare mos eſſet, pro tribunali ſe accepturum reſpōdit, atq; ita accepta quæſtorem in publicas tabulas referre iuſſit, ex his daturū ſe præmia fortibus uiris pollicitus.

*Seruile bellum in Sicilia.*

Mox Numantia obſidione clauſa, quum famē hoſtes ſentire cœpiſſent, pabulatores in agris captos occidi uetuit, quin permiſit incolumes in urbē abire, ut aliquāto citius fames inualeſceret. In Sicilia per id tempus, quo Scipio in Hiſpaniā profectus eſt, ſeruile bellū repente extitit. Autor eius motus Eunus fuit, natione Syrus, qui in ipſa inſula ſeruitutem ſeruiebat. Is cōtracta ſeruili manu, ſolutis ergaſtulis, iuſti exercitus magnitudinē impleuit. Acceſſit huic & Cleon, & ipſe ſimili fortuna, qui ad LXX. milia ſeruitiorū cōtraxerat. Ad id bellū Gn. Fuluius conſul primo miſſus eſt, fecitq; cum his aliquot ſecunda prælia, debellare tamen non potuit. Sed dum Sicilia in eo motu erat, in Syria Diodotus, qui Antiochi pueri ad id tempus tutorē egerat, nefaria illius cæde ſtatuit regnū occupare. Id ut commodius exequeretur, Ionatham prius tollere conſtituit. Erat ille, ut dixi, Antiochi pueri rebus ſupra modū addictus. Igitur ad Bethſurā Diodotus cū exercitu progreſſus (Scythopolim Græci eam urbem dixerunt) Ionathā, cū XL. milibus hominū, obuiū habuit. Erat Diodoti acceſſus merito ſuſpectus, quū nulla illi petendæ Iudææ euidens adeſſet cauſa. Vbi igitur omnem ſibi uiam ad uim ex aperto inferendam obſeptā uidit, in fraudem conuerſus, amicū & hoſpitem Ionathæ ueniſſe ait, mandatq; ſuis ducibus ut Ionathæ imperio parerent, hortatus inde ut omnibus gentibus, & terris circa pacatis, ne fruſtra tantum exercitum fatigaret, cum ea manu, quam ſibi legiſſet, ſe Ptolemaidē ſequeretur, ſtatuiſſe ſe regimen eius urbis cum circuniecta regione ipſius adminiſtrationi permittere.

*Ionathas fraude capitur.*

Hanc ſpem Ionathas ſecutus, cætero exercitu dimiſſo, mille lectis militibus ſeptus, ad Diodotū Ptolemaidē uenit. Hic portis repēte clauſis Ionathas uiuus capitur, milites qui eum ſecuti fuerāt, ad primū clamorē telis obruti mortē ad unū occubuerunt. Inopinatus Ionathæ D
caſus, non minorē attulit Iudæis metum, quā mœrorē. Fortiſſimo hoſtium duce ſublato, finitimi accolæ animo elati, uim & arma Iudæis intētare. Simon Ionathæ frater uir impiger ſuos ad patriam religionem tuendā hortatus, tempeſtiua oratione animos præſenti clade proſtratos erexit. Confeſtim itaq; ad muniendā urbē conuerſi, irrequieto opere muros & propugnacula reficiunt. Mittuntur qui & Ioppem ex improuiſo occuparent, ne oppidani, audito Ionathæ caſu, Diodotum in urbem acciperēt. Ille paucis diebus, quibus hæc acta ſunt, cū ualido exercitu intrepide occurſurus, noua fraude, etſi prius animaduerſa, petitus eſt. Centum argenti talenta dare iuſſus, & duos Ionathæ filios obſides, ſi fratrem ſibi reſtitutum uellet. Nec Simonem fefellit hoſtium perfidia, cæterum poſtulante exercitu id fieri, obſidibus cum pecunia ad hoſtem miſſis, Ionatham non ſolum propterea non ſoluit, ſed motis caſtris ut Antiochiam abiret, in Galaatide interfici iuſſit, anno eius principatus quartodecimo, ut Euſebius ſcribit.

*Ionathæ interitus.*

Illius oſſa ex Acca urbe deportata Simon patrio intulit ſepulchro, quod ipſe in Mauſolei ſpeciem parenti & fratribus ex candido lapide extruxerat. Simon ſuorum ueſtigia ingreſſus infeſtos accolas bello domuit, Gazaram, Ioppem quæ in eo motu fuerat alienata, & Laminā urbes ui captas magnis cladibus afflixit, eiectoq; ex Hieroſolymitana arce præſidio, non tantū diruendæ arcis autor fuit, ſed tumuli etiam, cui fuerat impoſita, ſolo adæquandi, quod opus triennio ciuitatem exercuit. Monte in planitiem redacto, factum eſt ut ipſa area templo ſubiaceret. Sed hæc aliquot poſt annos geſta, ab Ionathæ interitu. Diodotus Antiochum X. annos natum ſuſtulit, corruptis medicis, qui ad populum mentiti dicerent cū calculi dolore conſumi, ſecando itaq; puero adhibiti, dum curare uideri uolunt, in Diodoti gratiam necauerūt, quo ſublato, Diodotus homo nequam ab exercitu pecunia corrupto rex Syriæ conſtituitur. Igitur mutata perſona continuo ad uitium male diſſimulatum praua recurrit natura, & ne domeſticis, per quos fuerat regnū adeptus, præmia perſoluere cogeretur, ſuū corpus externo ſepſit præſidio, nouoſq; & obſcuros hoīes cōplexus, his ſua conſilia, his bella omnia, regiaq; negotia credere. Id ueteranus exercitus ægre ferens, ſubita defectione, ad Cleopatram Demetrij uxorem ſe contulit, quæ tum Seleuciæ cū filijs erat, quo quū regno excidiſſet, ſe Demetrius

*Arx Hieroſolymorū diruitur.*

contulit

A contulit. Verum utra fuerit Seleucia parum expediunt ſcriptores quos ſequimur, quum duæ illuſtres eſſent Seleuciæ, Syriaca una, altera Babylonica, de qua nunc intelligi oportere arbitror.

Seleuciæ duæ

Cleopatra exercitu ſubnixa Antiochum Demetrij fratrem minorem natu, per Aſiæ urbes incertis erroribus uagantem, ut Euſebius ait, ut Trogus, adhuc nutriori hęrentē, ad ſuas nuptias & regnũ capeſſendum inuitat, quam inſperatam occaſionem ille complexus Seleuciam uenit. Huc Diodotus cum ualido exercitu occurrit. Cæterum à ueterano exercitu uictus, ex ſuperiore Syria in Phœnicem fugam intendit. Antiochus fugientem ſecutus aliquandiu in Dora Phœnices obſedit, unde Diodotus Apameam fugere conatus, in hoſtiũ manus incidit captuſq; interficitur, tertio ſui regni anno.

Diodoti interitus

Euſebius hunc Triphonem uocat, quem ne inter reges quidem Syriæ repoſuit. Sic Syriæ regnum ad Demetrij ſtirpem iterum redit. Antiochus, cui Sedeti cognomen fuit (Ioſephus eum cognomento patris Soterem appellauit) tertiuſdecimus in Syria regnauit. Incidit eius regnum in ea tempora, quibus Numantia eſt à Romanis exciſa, cuius excidium prętuliſſem ijs, quæ de Diodoto ſcripſi Euſebiũ ſecutus, niſi ſcirem à T. Liuio, quem omniũ libentiſſime ſequimur, ea eſſe prius in ordinem redacta. Inciderunt hæc in Olympiadem centeſimam ac ſexageſimam, ſi Euſebio conſtat temporũ ratio, qua ſane tempeſtate floruit Accius Tragœdiarum ſcriptor libertinis parētibus natus, qui Pacuuio iam ſeni quũ ſua Tarēti ſcripta recitaſſet, uiſuſq; eſſet illi durior, dixiſſe Accius fertur, placere id ſibi, quando certo ſciret futurum, ut durior ſtilus cum annis miteſceret.

Accius Pacuuius

Obſidebatur interea Numantia in Hiſpania, quũ Romæ ob agrariæ legislationem, ſeditio inter ordines orta eſt, eam T. Gracchus tulit. Fuit huius pater Sempronius Gracchus, qui Corneliam ſuperioris Aphricani filiam duxit uxorem: Eam tantopere dilexit: ut quum duo angues in eius lecto forte deprehenſi, ab aruſpicibus ambo dimitti prohiberentur, ſed his alterum interficiendũ cenſerent, affirmantes futurũ ut ſi maſculus miſſus eſſet, Cornelia prior moreretur: cōtrà Gracchus prius interiturꝰ ſi fœmina dimitteretur, tum ille mittatur, inquit, fœmina, ut ſuperſtes ſit Cornelia mihi maiori natu.

T. Gracchꝰ, Cornelia

B Atq; ſic accidit, ut ipſe nō multo pòſt ſit uita defunctꝰ, XII. filijs quos ex Cornelia tulerat ſuperſtitibꝫ. Eos mater tanta coluit pietate, adeò defuncto uiro in amore reſpondit, ut Ptolemęi regis nuptias reſpuerit, pluriſq; ſepulti uiri memoriam fecit, q̃ diadematis & regni oblati ſpecimen, ſed cæteris ætate pupillari amiſſis, tres liberi ex tā numeroſa ſobole adoleuere, uirilis ſtirpis duo, & filia una Sempronia, quæ minori Aphricano nupſit. Gracchorum maior Tyberius pacatiore uultu ingenioq; fuiſſe traditur, contrà Caius minor natu, uehementi ſpiritu & facinoroſo: uaria itaq; illis actio, uarium dicendi genus.

Diuerſa Gracchorũ fratrũ natura.

Tyberius honeſte decoreq; locum, quem ab initio occupaſſet, inter agendum ſeruabat. Caius pulpitũ inambulabat, togā ab humeris diſſoluere, quæ duo primus Romanorũ inter agendũ factitaſſe dicit, ut aliquot antè ætatibus Cleones apud Athenięſes. Dulcis in illo ſermo, & ad miſericordiam aptus: in hoc terribilis & ad rixam promptior, ut ſæpe dicendo ita efferretur, iratuſq; ad iurgia & maledicta prorumperet, perturbaret etiam inſtitutā orationē, in cuius rei remedium, Licinium ſeruum à manu haud inſulſum, poſt ſe, quum ageret, habere ſit ſolitus, ut quoties in iram prouectus eſſet, ac modum excederet, præterq; decoꝝ pręceps raperetur, tenui modulatoq; fiſtulę concentu monitus, ad actionem magis cōpoſitam reuocaretur. Sed de maiore nunc ſermo habendus, qui ob egregiam indolē fuit ab initio omnibꝫ charus, cooptatuſq; in collegium augurũ. Claudius uir conſularis & cenſorius ſibi generum aſciuit, Claudia filia ei ultro in matrimoniũ oblata. Is domũ reuerſus quum filiā à ſe uiro locatam Antiſtię coniugi nunciaſſet, indignabũda mulier qđ eiuſmodi ſaltē cōſilij non facta eſſet particeps, Quid ita, inqt, feſtinare oportuit? an Tyberio Graccho eā deſpondiſti? Id Liuiꝰ de Graccho p̄re & Cornelia ꝑditũ autor eſt. Cęteꝝ plures, ſi Plutarcho credimꝰ, poſteriori ſunt famæ aſtipulati, & in his Polybiꝰ, qui poſt Aphricani interitũ ſcripſit Corneliā matrimonio locatam. Militauit Tyberius primo ſub Scipione in Aphrica, primꝰq; hoſtiũ muros aſcēdiſſe dicitur, inde cũ Mancino in Hiſpania ad Numantiā, atq; in trāſigēdo fœdere nullũ Romanorũ aliũ, ꝑter Gracchũ ſunt Numātini paſſi ad ſe mitti, uulgata iā inter hoſtes ipſius uiri fama. Accedebat huc gloria rerũ à patre in Hiſpania geſtaꝝ, cũ quo Numātini olim fœdꝰ pcuſſerāt. Suo itaq; acceſſu Gracchꝰ XX. milia Romanoꝝ, q̃ cũ ipſo cōſule circũuēta fuerant, imminenti

minenti

minenti periculo exemit, etſi pax illa nō tenuit, Mancinusq́ ea de cauſa deditus ſit hoſtibus, C

*Lex à Gracchopromulgata.*

Factus eſt inde Tyberius tribunus plebis, multitudinisq́ cauſam complexus, legem promulgauit, qua præſcriptum erat, qui plus agrorū poſſiderent q̄ ueteri lege permitteretur, ut agros iniuſte ad id tempus poſſeſſos, ueteribus dominis cū fructibus reſtituerent: aut pro precio qd' reſtituendū eſſet, æqua æſtimatio fieret. Vetus lex erat, nequis ſupra quingenta telluris iugera poſſideret, neq; maioris armenti ſupra centū capita, minoris quingenta paſceret. Per hęcq́ ueteres Ro. inopi multitudini cautū uoluere, ne omnia locupletibus prædæ cederent. Enimuero Romani ab initio Italiam ſibi per partes uendicantes telluris portiones inter ſe diuiſerant, in hisq́ uel urbes cōdiderant, uel in eas quæ conditæ eſſent colonos deduxerāt, quos quiſq; ſortitus erat, locorum habitatoribus aut colendos tradere, aut precio attribuere. Siqua uero tellus bellorū iniuria humano cultu fuiſſet deſerta, eam colere uolentibus ita locabant, ut decimam ſeminū, cæterarū frugum quintā, publicè penderent. Pecoribus quoq; adhibitus fuerat pendendi uectigalis modus. Et uetus illa agrorum diſtributio per hunc modū ſe habuit. Cæterū immoderata auaritia eò procedēte tempore euecta eſt, ut inopi multitudine, partim precio, partim ui proprijs prædijs eiecta, uelut antiquatis legibus, pauci diuites omnia obtinerēt: quæ res effecit, ut quantū Gracchanæ legis promulgatio multitudinē in ſpem melioris fortunæ erexerat, tantū locupletū animos irā & odio accenderit. Gracchus haud obſcure præ ſe ferebat, indignā rē fieri, ac minime ferendā circunſcribi à diuitibus plebē, contraq́ præſcriptum legis paucos poſſidere, quicquid ſoli ad id tempus po. Ro. intra extraq́ Italiam bello queſiuiſſet. Alij aliam ferendæ legis cauſam eū habuiſſe ferunt, ſed quam dixi, ut honeſtiſſima, ita omniū ueriſſima uidetur. In ea deſcribenda ferūt autoribus uſum Craſſo pontifice maximo, Mutio Scæuola iuriſconſulto, qui per id tempus conſul erat, & Appio Claudio ſocero. Locupletum factio legem criminari adorta, ad reip. & libertatis euerſionem eam rem ſpectare dictitabat: accepturam plebem cum lege ſeruitutis iugum, niſi peſtiferæ rei iretur obuiam. Contrà

*Gracchi actiones pro plebe.*

Gracchus, qui uel malam cauſam ſua eloquentia ſuſtinere potuiſſet, perpetuis concionibus D miſerorum ciuium cauſam deplorabat: feras dicere & beſtias cubilia & luſtra in Italia habere, eos qui pro ipſa Italia omnibus terris ſuum ſanguinem effudiſſent, non habere quo ſe reciperent, ſine domo, ſine laribus, cū coniugibus & liberis errare, pugnare Romanos milites & uincere, uerū non ſibi ſed paucorum luxuriæ & auaritiæ. Etiam nemo erat aduerſariorum, qui cū Graccho in certamen uerborū auderet deſcendere. Eo itaq; tota factio inclinauit, ut M. Octauium unum è collegio tribunorum (unus enim ſatis erat ad omnem tribunitiam actionē impediendam) ſubornatū ad interceſſionem compulerit: hunc multis modis Gracchus ab incœpto abſterrere conatus, ubi in propoſito obſtinatius ſtare uidit, ut legem magis popularē redderet, mutata eius forma ita ſcripſit, ut agri ſine ulla precij reſtitutione poſſeſſoribꝰ adimerentur, uetuitq́ edicto quicq̄ ab urbanis magiſtratibus prius fieri, q̄ ad populum de lege relatū eſſet. Ærario ſigilla impreſſit, ac per quæſtores quicq̄ inde depromi uetuit. Agrorum occupatores ad id edictum perculſi omnes ueſtem mutarunt, inſidiasq́ Tyberio moliebantur, percuſſorem illi ſubornantes. Gracchus haud ignarus eorū quę parabantur dolone accinctus in publico deambulabat. Vocato deinceps populo ad concionē, conarenturq́ locupletes cū clientum & amicorū manu concilium impedire, pulſi fuiſſent cū cęde è foro, niſi cum lachrymis conſularīū quidā Gracchum obteſtati eſſent, ut conciliū ſolueret, permitteretq́ rem totā ſenatui. Ceſſit ille in præſentia tantorū uirorū autoritati: cęterū ubi in curia nil tranſigi poſſe uidit, per poſſeſſores agrorū qui omnia corrumpebant, iterū populo ad comitia uocato, blande & amice admodum eſt Octauiū obteſtatus, ut eam interceſſionē remitteret ſibi & po. Ro. Quē

*Gracchi modeſtia.*

ubi flecti nō poſſe uidit, ſic eſt, inquit Octaui, quū æquali ambo poteſtate prędíti ſimus, multumq́ diuerſi uterq; ab altero tendamus, expedit nobis & reip. ut alteri noſtrū maieſtas abrogetur, & ſi placet po. Ro. roga uelit iubeatq́ mihi poteſtatē abrogari. Id eo ſe facturū negāte, ita Gracchus pronūciauit futurū, ut niſi ipſe ab incœpto deſiſteret, poſtridie de eo rogaturus eſſet plebem. Sequenti die quū populus in concione ſtaret, pergeretq́ interim Octauius rem impedire, tribus miſſæ in ſuffragia oēs ad unum Octauio magiſtratū abrogarūt, ad quē de tribunali excitandū quū Gracchus apparitorem miſiſſet, confeſtim locupletū & plebis incurſu

uis

A uis ibi orta eſt,Gracchiq́ libertus,huiuſmodi enim homines illi apparebant)eſt in ea rixa ui olatus. Octauio per tumultum elapſo,cęteriſq́ eius factionis toto foro deiectis,agraria lex p ocium lata eſt,ſuntq́ tres uiri ad agros diuidendos creati. Tyberius ipſe legis autor, Appius Clodius ſocer & C. Gracchus Tyberij frater, q tũ apud Numantiã ſub Scipione militabat. Mox Tyberio tabernaculũ de more petenti,quo triumuiri agrarij uterenť,Senatus,Scipione Naſica autore,qui ob agrorum multitudinem quã poſſidebat,erat omniũ maxime legi infeſtus,id minime dandũ cenſuit,nouẽ dũtaxat nummis in ſingulos dies ad uictum decretis. Secuta inde ſubita mors unius amicorum Gracchi,qui præter alia ueneni ſigna,iccirco ſublatus ueneno credebatur,ꝙ eius corpus cremari non potuit,quo caſu conſternatus Gracchus mutata ueſte,uelut inimicoꝝ inſidijs circũuentus iã uitæ diffideret,liberos in concionẽ produxit (ſunt qui tantũ filiã illi fuiſſe ſcribãt)horum ille & matris ſalutẽ plebi cõmendauit. Per eos dies Attali regis teſtamentum Romæ eſt à Pergamenis miſſum. Fuerat ille rex Pergami,lateq́ Romanorũ beneficio in Aſia regnum obtinuerat,morieſq́ adeo grata fuit in Po. Ro. memoria,ut illũ pecuniarũ & regni hęredem ſcripſerit. Gracchus ſtatim ad populũ tulit de regia pecunia ijs uiritim diuidenda,quibus agri reſtituerenť ut poſſeſſoribus preciũ perſolueret, Po. Ro. non ſeruatum hæredem eſſe à rege conſtitutum dictitãs. Patrum animis ea re adhuc magis iritatis,grauiter Gracchus eſt à principibus ciuitatis in curia accuſatus,quod ad regnũ ille ſibi huiuſmodi rogationibus uiam faceret,quod nocturnos domi haberet cõuentus. Iam ex tribunorũ collegio à T. Annio illi palam inuidia conflabatur,quod Octauio poteſtate deiecto,ſacroſanctũ lęſiſſet magiſtratum,ad quod crimen diluendum,accuratiſſimum ille habuit orationẽ ad populũ. Et iam ſatis conſtabat conſpiratũ eſſe à potentiorum factione in Gracchum,amiciſq́ cenſentibus iterum tribunum fieri oportere,ut Gracchus incolumis eſſet,ipſe quoq́ populũ ad concionẽ uocatũ,in frequentiorem ſolito coiuiſſe intuitus,ratus,qđ erat,plebis fauorem patrũ opera magna ex patre à ſe alienatum,concionem dimiſit. Poſtridie mutata

B ta ueſte in forum deſcendit,quod ſibi periculum ab inimicis inſtaret,multis lachrymis cõqueſtus,adeo multitudinẽ cõmouit,ut noctu præſidij cauſa nõ parua pars plebis circa eius ædes excubaret. Interim prodigijs quibuſdam triſtis uitæ exitus ei eſt pręmonſtratus. Erat illi galea inſignis,in qua anguis fœta reperta eſt. Capitolium quoq́ aſcenſurus quo populus coiuerat. quum domo egrederet,ita limen pede grauiter offendit,ut ungue pollicis cõſciſſo, totus calceus ſanguine inundarit. Et corui ex ſtillicidio depugnantes,ante eius pedes,lapidem proiecerunt. Quo caſu & ipſe Gracchus & amicoꝝ audaciſſimi,adeo ſunt perculſi,ut retro ille fuerat abiturus,niſi Bloſius Cumanus hortatus eſſet,monuiſſetq́ indignũ facinus fieri,ſi plebs frequens tribuno deſtitueretur. Tum uero in Capitolium progreſſus,multo fauore & plauſu acceptus,confeſtim tribus uocari iubet. Cæterũ tumultu orto,quum per hoies aduerſæ factiõis nihil expediri poſſet,fluctuaretq́ multitudo,potius quã in ordinẽ coiret,per Fuluium Flaccũ ſenatorem fit Tyberiꝰ certior ab aduerſarijs uim parari,habere eorum ſeruos & libertos ſecũ arma. Ad quam uocem omnes qui circa Gracchum ſteterant,& ipſi ſuccincta toga ad prælĩũ ſeſe expediunt. Interim concionabundus Tyberius quum capitis periculũ,pro defenſiõe plebis,ſibi à nobilibus inſtare,manu capiti appoſita ſignificaret,qui remotiore loco ſteterãt, longe aliter rem interpretati,quaſi diadema ſibi poſceret,rem ad ſenatũ trepido nuncio deferũt. Tum cæteris rei atrocitate perculſis,Naſica conſulem hottať,ut publicæ libertati ſuccurreret. Cõſul neq́,inquit,ego Naſica inteſtini belli autor ero,aut indemnatum quenquã occidam, neque ſiquid populus à Tyberio ſeductus ſanxerit,ſum pro lege habiturus. Tum ille,quãdo reſpublica ꝓditur à conſule,quicũque uult leges ſaluas eſſe,me ſequatur,togæq́ lacinia capiti impoſita in Capitolium ire pergit,multi poſt eum toga brachijs inuoluta in templum decurrunt. Horum pleriq́ clauas fuſteſq́ ſecum habuerunt,qui ubi in cõſpectũ uenere(ceſſerat enim multitudo uenientibus ordinis autoritatem reuerita) primores patrum ſubſelliorum pedibus refixis obuios cædunt,amicorumq́ cæde circa Tyberium facta,continuo ab alijs fit fuga,Gracchus quum calcata toga lapſus aſſurgere conaretur,à P. Saturnino eius collega ſubſellij fragmento uulneratur,mox alteram iacenti plagam L. Rufus inflixit. Ceciderunt momento temporis circa illum,xxx.ex amicis & ijs qui proximi ſteterunt, fuſtibus & lapidibus

Fertur lex agraria.

Attali regis teſtamentũ.

Odia patrũ in Gracchũ

Prodigia mortis Gracchi

Naſica uocat patres ad remp. tuendam

pidibus necati. Et hæc prima ſeditio in urbe poſt exactos reges ſanguine & cęde ciuium imbu C
ta eſt. Perijt Tyberius quum nondum annos XXX. natus eſſet, quem ſi patres uerbis & auto-
ritate flectere uoluiſſent facile eorum uoluntati ceſſiſſet, quando & primo impetu in ſe facto
ceſſerit. Sed tum nimium patres ut ſæpe aliâs ſuæ iræ indulſerunt, quippe qui ne mortuum
quidem Gracchum ſepulturæ dederint, eius cadauere in Tyberim deiecto, & omniũ qui cum
eo eadem de cauſa fuerant interfecti. C. Villius, Tyberianorum unus culeo inſutus, iuſſu pa-
trũ eſt in profluentem deiectus. Bloſius Gracchi familiaris ad conſules perductus quum Ty-
berij iuſſu ſe cuncta feciſſe diceret, tum Naſica, quid ſi te Capitoliũ incendere iuſſiſſet? an id
quoqꝫ facturus fuiſſes? haud hoc, inquit, Bloſius iuſſurus ille fuit, ſed ſi id fieri mandaſſet, pa
ruiſſem: quia niſi in uſum reipu. fuiſſet id facere, nunq̃ tale facinus probaſſet. Ceterũ Bloſius
in Aſiam ad Ariſtonicũ profugit, qui Attali regnũ poſt eius mortẽ occupauit, cuius rebus po-
ſtea profligatis, ſibi mortem conſciuit. Senatus ad leniendum dolorem plebis, agrorũ diuiſio-
nem impugnare deſtitit, facta illi poteſtate alterius in Gracchi locũ eligendi, qui agros cũ duo
bus alijs plebi aſſignaret. P. Craſſus eſt illi ſubſtitutus, ſed nec ſic quoqꝫ plebs dolori ſuo tem
perare potuit, oderat infenſe ſenatũ, ſed omniũ maxime Naſicam, eũ maledictis propalam in
ceſſere, prætereuntẽ execrari, ut impium abominari, ꝙ tribunitio pollutus eſſet ſanguine. Et
iam accuſatores illius ad populum parabãtur, perijſſetqꝫ ſub tam infenſo iudice, niſi ſenatus
de eius ſalute ſollicitus, legatiõis prætextu in Aſiam ablegaſſet, ubi haud multo poſt circa Per
gamũ fato deceſſit. Parum abfuit quin & Aphricanus abſens ſit eadẽ inuidia reſperſus, atqꝫ
fauore populi deſtitutus, ꝙ ad primam Gracchanæ cædis famam Homericum illud pronun
ciauerit. Sic pereant & qui moliri talia pergent. Et quia ſtilus ad Scipionem ſua ſponte defle-
xit, non ab re fuerit, quæ in Hiſpania per id tempus ab eo geſta ſunt urbanis rebus ſubijcere,
præſertim quum & Liuius ita eas non aliter digeſſerit. Numantini longa obſidione fatigati,
multum diuqꝫ pacem quęſiuere, eam cupide complexuri, ſi tantum uiris tolerandã Scipio im
peraſſet. Sed quum nihil ab hoſte impetraretur, in quo ſpem reponerent, deſperatis rebus, ul D
timo ſe prælio accingunt, ſatius ducentes pro patria fortiter occumbere, q̃ per ignauiam dedi
tos, ut oues iugulari. Concilio itaqꝫ moriendi, ſi uictoria nõ contingeret, carne ſemicruda Ce-
liaqꝫ (ſic enim potionem ex frumento factam indigenæ uocãt) uelut in ferijs ingurgitati, in ho
ſtem decurrunt. Senſit ſtatim Scipio eam deſperationẽ eſſe, nõ pugnæ conſilium, inhibuitqꝫ
ſuorum impetum, ut hoſtem uallo circundatum, fame potius q̃ ferro conficerent. Poſcere illi
ſuppliciter à Romanis prælium, ut tanq̃ uiris occumbere liceret, id ubi ſibi negatũ iri animad
uertunt in rabiem acti, in aduerſa caſtra irrumpere conantur, hoc quoqꝫ illis parum proſpere
ceſſit, quin multis circa uallum uulneribus acceptis, infecta re, in urbem reuerſi ſunt. Pertulit
inde hoſtis aliquandiu obſidionem, nouiſſime quum fugæ conſiliũ cepiſſet, ut noctu per ſtati
onum interualla ſilentio ſi poſſet, uel ſi minus id procederet, ui ſubita in apertum erumperet,
uxores abruptis equorum cingulis ab incœpto retraxerunt, ꝙ illorum deſiderium nequirent
ferre. Atqꝫ ita demum conſilium ineunt omnes unà moriendi, potiuſqꝫ turpiter dederentur.
Incenſa urbe natos & uxores, partim ferro, partim ueneno ſuſtulerunt. Poſtremo & ipſi ſe
mutuis uulneribus conficiunt, ut ne unus quidem Numantinorum ſuperfuerit, qui in tri-
umpho duci poſſet, nec præda ulla parta, omnibus de induſtria ab eis prius corruptis, de no
mine tantum, quod uix unq̃ antea aut poſtea accidit, eſt triumphatũ. Cõcidit itaqꝫ Numan
tia anno quartodecimo poſt Carthaginem, qui fuit urbis Romæ undeuigeſimus ac ſexcente-
ſimus, in quæ tempora Eutropius, quod miror, reiecit Machabęi Iudę interitũ. Sed ubi, quan
do, & quo caſu ille perierit, potiores autores ſecuti, ſuo loco diximus. Secundũ Numantiæ ex-
cidium, in Sicilia, ſeruile bellũ, cuius ſuprà mentio facta eſt, profligari cõtigit. Gn. Fuluius con
ſul, nõ parua ex parte confecit, inde P. Attilius, ſiue Rutilius ut alij ſcribunt, ipſe quoqꝫ conſul
eam prouinciã ad exitum perduxit XX. milibus ſeruorum & amplius uno prælio cæſis, ex his
qui uiui in poteſtatem uenerant CCCC. L. Minturnis ſunt in crucem ſublati, & quatuor milia
ferme ex eodem hoſtiũ genere ad Sueſſam à Q. Metello & Gn. Seruilio ſub idẽ tempus op-
preſſa, quo apparet Italiam quoqꝫ eum ſeruilẽ motũ aliqua ex parte ſenſiſſe. Euſebius autor
eſt ſeruos obſidiõe preſſos, ad tantã rerum omniũ inopiã redactos, ut ab humanis carnibus

Gracchi cadauer in Tyberim deijcitur.

Odium plebis in Naſicam.

Numãtinorum deſperatio.

Numãtinorũ excidiũ.

Seruilis belli exitus.

A non abſtinuerint. Illatum eſt inde bellum Ariſtonico. Attalus Pergami rex, qui cum Romanis imperatoribus in Antiochũ regem, & Gallogræcos admodũ iuuenis militauit, uita, ut dixi, hoc tempore eſt defunctus. Fuit is, ut Liui⁹ ait, Eumenis frater, ut Trogus, fratris filius. Florus Eumene genitum credidit, à quo regnum florentiſſimũ per manus acceptum, amicorũ cæde, inuidioſiſq; cognatorũ fœdauit ſupplicijs, nũc matrem anum, nũc Beronicẽ ſpõſam, eorũ maleficijs extinctas, ulciſci ſe teſtat⁹, atq; ita in ſuorum perniciem uarie debacchatus, barbam & capillum reorum more ſubmiſit, non in publicum prodire, non amicis alijſue ſui adeundi copiam facere, non cõuiuari, nihil ſani hominis præ ſe ferre amplius: Poſtremo regni cura abiecta, hortos fodiebat, gramina, uenenaq; noxia innoxijs miſcẽs ſerebat, indeq; uenenatã frugem, ut peculiare munus, hoſpitibus & domeſticis mittebat. Mox ab eo ſtudio ad ærariam fabricam animũ adiecit, multũq; ac diu in fundendo cudẽdoq; ære uerſatus, quum demũ matri ex ea materia ſepulcrum facere inſtituiſſet, eſſetq; operi intẽtus, graui morbo ex ſolis ardore cõtracto, ſeptimo à primo decubitu die uita deceſſit. Attalo defuncto Ariſtonicus ex Eumene & pellice quadã Epheſia citharistriæ filia genitus, Aſiæ regnum ut ſibi hæreditarium partim ſtudio & fauore populorum, partim ui & armis, ut Mindum Samũ & Colophonẽ ſubegit. Nec po. Ro. eam diu tulit iniuriam, quia ab Attalo ſcriptus erat hæres, P. Licinium Craſſum pontificem maximũ ad bellum cum exercitu miſit, quod nunquã antea acciderat, ut belli cauſa ſummus pontifex Italia abfuiſſet. Aderant Craſſo non ſolũ domeſticæ uires ſed multorum etiam regum auxiliares copiæ, ut Nicomedis Bithyni, Mithridatis Pontici, Ariaratis Cappadocis, & Pylemenis Paphlagonum regis. Craſſus ualido Romanoꝝ exercitu totq; ſociorum appendicibus fultus, magno prælio uictus ac captus ab hoſte eſt, qui familiæ Romaniq; nominis memor, mori maluit quàm ad Ariſtonicũ adduci, pręcluſaq; omni alia ad mortem uia, uirga qua equũ regebat, abducentium uni oculum excuſſit, à quo in ultionem obtrũcatus eſt. Craſſi caput ad Ariſtonicum eſt delatum. Corpus Smyrnę ſepeliri cõtigit. Erat iam

*Attali mors & uariũ ingenium*

*Craſſus põtifex ad bellum exijt.*

*Craſſi exit⁹.*

B M. Perpenna ex urbe profectus, qui Craſſo ſucceſſor mittebatur, quum nuncius illi de Craſſi morte & clade nuper accepta obiter occurrit, ea res effecit, ut aliquãto celerius ille in Aſiam tranſmiſerit, Ariſtonicumq; primo congreſſu uictum, & in Stratoniciã compulſum nõnihil obſidione fatigauit, ac non multo poſt in poteſtatem redactũ, Romã miſit, ubi in carcere iuſſu patrum eſt necatus. Triũphare de eo non potuit Perpennã priuſquã prouincia excederet, Pergami defuncto, orta prius inter eum & M. Aquilium contentiõe utrius uictoria eſſet: Cæterũ Perpennæ interitus accenſum certamen diremit. Attilica gaza nauibus impoſita aliquãto prius Romã fuerat delata. Atq; per hũc modum Aſia citra Taurum quæ olim Antiocho adempta fuerat, inde Eumi conceſſa, iterum ad Romanos redijt. Nec po. Ro. ingrat⁹ fuit in reges, quorum auxilijs proximo bello uſus minori Syria Mithridati Pontico attributa, Ariaratis qui eo bello cecidit filijs Lycaonia & Cilicia. Fuitq; po. Ro. multo mitior in Ariaratis prolem, quã Laodice mater, quæ quinq; filios ueneno ſuſtulit, un⁹ cognatoꝝ cuſtodia ſeruat⁹ ſubtractus matri ſuperſtes fuit, qui in paternas opes ſucceſſit. Mitridates & ipſe nõ multo poſt uita [illegible]ctus filium ſibi cognominem regni reliquit hęredem, qui poſtea cũ po. Ro. bellauit. In Aphrica ſub idem tempus tanta uis locuſtarum coorta eſt, ut fruges, herbas arborũ folia, immenſa multitudo abſumeret. Ea mox uentorum flatu, marinis fluctibus immerſa, omnia late littora proiectarum acerui contexere. Putrefacta inde congeries tetrum odorem exhalauit, ſecutaq; ſtatim corrupto cœli tractu ingens peſtilentia, quæ in Aphrica uaſtitatem fecit incredibilem, undecies centum milibus Numidarum Aphrorumq;, ſi uera tradunt autores, quos ſequimur, breui tempore conſumptis, at ſupra eam Barbarorum cladem Romanorũ quoq; multa milia extincta eadem peſtilentia traduntur, qui tum forte in Aphrica præſidij cauſa fuerunt.

*Ariſto. interitus.*

*Laodice quinq; filios necauit*

*Locuſtarũ uis.*

*Peſtilentia ingens*

ENNEADIS QVINTAE FINIS.

BASILEAE ANNO M. D. XXXVIII.

